

~~12 to 13~~

University of California
Name: A
Section: 3
Table: 118

18 to 13

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33

1
4-25

16 Oct - 1-13.

~~12 to 13.~~

1
4-25

University
NAME: A
FACULTY: E-3
TITLE:
NOVA: 118

R. 2277

EPITOME
CHRONOLOGICA
MUNDI
CHRISTIANI

SEU

AB ANNO NATIVITATIS CHRISTI
USQUE AD SÆCULI DECIMI OCTAVI ANNUM
VIGESIMUM SEXTUM INCLUSIVE
DEDUCTA;

EXHIBENS

STATUS CIVILIS ET ECCLESIASTICI FATA,
SANCTORUM VITAS, ERUDITORUM SCRIPTA, NATURÆ
PORTENTA, PERSONARUM ILLUSTRUM ORTUM, BELLII
PACISQUE VICISSITUDINES CÆTERAQUE
PLURA;

CONGESTA

A

P. IGNATIO BRENTANO CIMAROLO
ORDINIS S. BENEDICTI,
IN MONASTERIO BANTHENSIS PROFESSO.



CUM FACULTATE SUPERIORUM.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
IMPENSIS GEORGII SCHLÜTTER, ET MARTINI HAPPACH.

ANNO M DCC XXVII. h 1/2

REVERENDISSIMO ET AMPLISSIMO DOMINO,
DOMINO

WILIBALDO

In Libero & Imperiali Monasterio ad SS. Udalricum

& Afram Augustæ Vindelicorum

Abbati Vigilantissimo, S. Cæsareæ Majestatis Consiliario

& Sacellano perpetuo,

DOMINO SUO GRATIOSO.

REVERENDISSIMÆ, AMPLISSIMÆ DOMINE,
DOMINE GRATIOSE.



Um teste Sapientum Rege nihil sub sole novum reperiatur, actum me agere, & crambem jam coctam recoquere centeri possem; verum, si pictoribus licet antiquas imagines artificioso olim penicillo elaboratas, sed elapsorum sæculorum pulvere conspersas abstergere; novisque illuminare coloribus; cur industrio calamo prohibendam, priorum gesta sæculorum, antiquiorum Scriptorum opera jam edita, noviter in lucem producere? eo quidem fine, ut in compendio aucta legantur. Ea menti meæ semper infedit opinio, calamo Scriptorem utilius uti non posse, quam si illum pro penicillo impendat, ut legentem non tantum recreet, sed insuper ad viam honestè prudenterque vivendi ducat. Historia plus agit quam arspictoria, quæ vix uno mense aut anno imaginem penicillo effictam mundo exhibet, illa verò materiâ unius mensis vel anni periodo constructa, non unum, sed diversissimas mundi vix non universi figuras per stupendas metamorphoses, magnâ animorum admiratione soli exponit. Veneror Purpurati & Eminentissimi Historici Baronii, nec non Bzovii, Spondani, Bollandi, Mabillonii, Bedæ, Trithemii, Ramaudi plurimumque laudatissima Historiarum Opera, quæ sanè Bibliothecam sat magnam in unum congesta intuituum oculis exhiberent; illorum tamen præter laudem summam ea est infelicitas, ut novissimum sæculum nostrum nec vita nec calamo attingere poterint infeliciores sunt, qui curiositate sciendique aviditate divites, marsupio interitum patitur laborante, illorum tam vastos Tomos ære sibi comparare nequeunt, horum dolorem ingenuum ut leniam, ærique parcam, Epitomen hanc Chronologicam Mundi Christiani, prædictorum Authorum non tam pedisequam, quam nucleum, imò augmentum produco, habebit Lector quasi ovo conclusum totius Mundi Christiani circa omnes status effigiem, ad novissimos usque currentis sæculi annos extensam: hæc autem ut magis illustraretur, Reverendissimæ, Amplissimæ ac Gratiolæ Dominationi Tuæ jure omni dedicandam putavi, Mœcenatem in Te novi studiorum & virtutis, quæ cum in Te ipso exprimis, de iis loqui supervacaneum fuerit, imò periculofum, ne modestiæ Tuæ & humilitati rubor excutiat. Dum sileo, mutæ tamen loquentur imagines Sanctorum Ossa per sumptus sanctissimos auro, serico, gemmis vestita, altaria in cultum eorum erecta &c. Veneror hæc Tua opera factaque alia præclarissima, quæ si præsentis Operi Historico cuncta insererem, plurimum id auctum iri nullus diffitebitur; calamum abstergo, unice rogans, ut Opus hoc Historicum Reverendissimo Nomini Tuo inscriptum, Gratiolis oculis aspicere, & tanquam indignum pro amplissimis mihi Religiosissimo ac Imperiali Tuo in Monasterio exhibitis favoribus gratitudinis Mnemosynon, me autem agnoscere digneris

Reverendissimæ, Amplissimæ ac Gratiolæ
Dominationis Tuæ

Devotissimum servum

P. Ignatium Brentano Cumerole

APPROBATIO CENSORIS.

SI Historia juxta Ciceronem lib. I. de Orat. ad Q. Frat. est testis temporum, lux veritatis, vita memoria, Magistra vita, nuncia vetustatis. Et si teste Lud. Vives lib. 5. de trad. discip. adeo necessaria est cognitio historiarum, ut si adsit, ex pueris faciat senes, sin absit, ex senibus pueros; cuius facile patet, quantum Orbi litterato emolumentum præstiterit Adm. Rev. & Clarissimus Author libri *Epitome Chronologica Mundi Christiani* intitulati, in quo tanquam Amplissimo theatro ac speculo tersissimo, ea quæ singulis temporibus, antiquis pariter & modernis in Ecclesiastico ac Politico statu contigerunt, contemplari potest studiosus Lector. Insuper cum Clarissimus Author omnes partes boni Historici adimpleat, amat enim veritatem, utitur loquendi libertate, ostenditque animum affectionibus & passionibus vacuum, ideo præclarissimo ejus operi omni titulo debetur lux publica & commendatio. Augustæ Vind. 7. Octobris 1726.

Franc. Jos. de Handl, SS. Theol. Licent.
Reverendissimi & Serenissimi Princip.
& Episcopi August. Consil. Ecclesiasticus,
Maj. Pœnitentiarum & Librorum Censor, nec non infig. Ecclesiæ ad S. Mauritium Canonicus & Parochus.

IMPRIMATUR.


Ex Vic. August. 7. Octobris 1726. Joan. Gotthardus L. B. de Vohlin Vic. Gen.

AD LECTOREM.

Non mireris, Benevole Lector, si quandoque in antiquioribus hujus Operis Historici Sæculis, unius alteriusve Personæ ortum, acta vel mortem bis positam inveneris; variorum placuit Authorum Authenticorum opinionem referre & calculum, ne sapere solus videri possem. Illum ubique corrigere non adeo securum, imò temerarium quandoque mihi visum est. Indicem interim in fine posui, materiæ hoc in opere contentæ nucleum continentem, qui prælo bis posita fideliter monstrat; liberum tibi est, quæ poteris prudenter corrigere, nam licet menda emendare, mecum tibi pro hac industria tua gratias fera posteritas rependet.



MEMO.



MEMORABILIUM MUNDI CHRISTIANI SÆCULUM I.

Annus Christi Primus.



AD Sæculum perditum instaurandum nascitur ex Virgine Rex immortalis Sæculorum die 25. Decembris; dum toto orbe in pace composito, jussu Augusti Imperatoris census generalis erat indictus.

Die Nativitatis Christi idem mandavit Imperator, ne quis Dominum se vocaret, sentiens, credo, verum orbis Principem natum fuisse, DEI enim cognomentum est, Orostus lib. 6. c. 22.

Locus Nativitatis summi Cælorum terræque Regis, fuit spelunca extra civitatem Bethlehem: ejus natalis nobilissimum monumentum ex ligno confectum, nullaque auri vel argenti calaturâ contectum, post multa tempora inde translatum Roma possidet, eoque multo felicius illustratur, quam tugurio Romuli, quod intectum ex stipulâ eorum majores ad multa sæcula de industria conservarunt. Et in honorem Sanctissimorum pannorum seu fasciarum, quibus dicit Evangelista Christum à matre fuisse involutum, quæ & futuris temporibus servatae sunt, nobilissima erecta est Basilica.

Locus ubi pastores greges suos pascebant, & quibus ab Angelis Christi nativitas annunciabatur, erat turris Ader, id est, gregis, juxta quam Jacob greges suos pavit, mille passus à Civitate Bethlehem segregata.

Annus Christi 2.

Consulatum gerunt Cornelius Lentulus, & L. Calpurnius Piso.

Augustus Tiberium & Agrippam adoptat. Primum hujus anni diem ornat sanguis Christi in circumfusione effusus, nomenque illustrissimum JESU, id est, Salvatoris: adoratur ab Arabiæ Regulis, ducente eos miræ claritatis Stellâ; agnoscitur pro Messia à Simeone.

R. P. Brentano *Epitome Chronologica.*

Herodes Judæos juramento adigit, sibi ac posteris subditos ac fideles fore, hoc autem ab eo procuratum creditur, tum metu nuper nati Christi Judæorum Regis, tum ob Galilæorum hæresim anno præterito exortam. Porro ad sex millia Pharisæorum noluisse jurare Herodi nec Cæsari, atque eâ de causâ ab eodem Herode malè exceptos esse, scribit Josephus lib. 17. antiq. 3.

Idem Herodes ut se metu novi Regis liberaret, necem meditatur JESU infantis, Joseph autem de malo in somnis per Angelum monitus, cum JESU & MARIA fugit in Ægyptum: quâ factâ fugâ Rex impius occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus à bimatu & infra, nec proprio filio parcens.

Judas Galilæus indignum ratus & contra leges patrias, Judæos, ut petebat Quirinus, alienigenis tributum pendere, populum ad defectionem sollicitat.

Annus Christi 3.

Fasti Consulares Onuphrii, hujus anni Consules habent C. Cæsarem & L. Æmilium Paulum: at verò Dio hoc anno non Cajum, sed Augustum ipsum Imperatorem decimum quartum ponit unâ cum eodem Paulo Æmilio Collegâ.

Augustus ex Rhodo vocat Tiberium.

Herodes graviter ægrotare incipit: ejus morbum describit Matthæus Westmonasteriensis: fuisse febrem non mediocrem: Rex intolerabili prurigine in omni corporis superficie, colicisque tormentis vexabatur; pedes intercutis vitio intumuerant: putredo in testiculis vermes generabat, creber anhelitus, interrupta suspiria, quæ ad Vindictam DEI ab omnibus referebantur.

Annus Christi 4.

Romæ Magistratum gerunt Vinucius Nepos & Alfinius Varus.

A

Julius

Julius Cæsar, Augusti filius, moritur Masiliæ.
Variis prodigiis adventu Numinis illustratur Ægyptus.

Annus Christi 5.

Consulatum Romæ gerunt Ælius Lamia, & M. Servilius Geminus.

Kimbelinus Rex, cum Britanniam decem annis tenuisset, genuit duos filios, Guiderium & Arviragum.

Joannes Apostolus Domini nascitur.

Herodes rediens Hierichunte, cum audisset Judæos cum gaudiō mortem suam expectare, ex omni Judæa nobiliores collectos juvenes concludi præcepit in hippodromio, id est in carcere Circi, præcipiens Salome forori suæ, ut cum animam efflaret, statim illos occidi mandaret, ita ut omnis Judæa tam in morte quam in vitâ ipsius plangeret, Matth. Westmonaster.

Annus Christi 6.

Romæ Consulares fasces obtinent Sextus Ælius Catus, & C. Senti Saturninus.

Herodes accepta per Nuncios Augusti sententiâ, ut Antipatrum in exilium daret, vel si mallet mortem damnet; nuncio audito paululum recreatus, cum pomum (quo libenter vescitur) petiisset, cultellum quoque ad incidendum poposcisset, statim cum tullis vehementiâ distenderetur, circumspiciens, ne quis arbiter impediret se percussurus dexteram sustulit: sed Aciabus confobrinus ejus illam continuit, statimque ululatus, quasi Rex mortuus esset, in regiâ domo exortus est: quo audito Antipater exultans, custodibus multa promittebat, ut eum solverent, quod cum percepisset Herodes, gravius tulit exultationem filii quam mortem, & continuo missis satellitibus occidit eum; statimque mutans testamentum, Archelaum, filium alterum, scripsit successorem, ita tamen, ut ab Augusto susciperet Diadema, post mortem autem filii, quinque diebus exactis, mortuus est & ipse Herodes.

Annus Christi 7.

Cinna in Augustum conjurans, detecto jam conjurationis scelere, mirâ Imperatoris clementiâ ad fasces cum Lucio Valerio Messala evehitur, non amplius hostis sed amicus fidus.

Ad Albim usque progressus Tiberius in Germanos movet, nullo operæ pretio, etsi Paterculus magna cominiscatur.

Quirinus Præses Syriæ censum indictum in Judæa exequitur.

Mortuo demum Herode orta est in Judæa seditio, quam cum Archelaus sedare non posset, missâ grandi manu satellitum, circiter 9000. occidit, Romamque profectus est, Philippo fratre Regni Procuratore relicto; profectus est etiam Herodes Antipas, ut de Regno habendo cum fratre disceptaret: tandem de consilio Senatûs Cæsar Monarchiam Herodis divisit, mediam partem, Judæam scilicet & Iuliam tradens Archelao, mediam verò partem in duas secuit Tetrarchias, cessitque in partes Herodis Regio trans

flumen & Galilæa. Ituræa verò & Trachonitis Philippo destinata est.

Annus Christi 8.

Consulatum gerunt M. Æmilius Lepidus, & L. Arruntius Nepos.

Fames ingens Romam vexat, ita ut quinque modii venderentur denariis 27. semis.

Ob metum tyrannidis Archelai Regis, S. Joseph cum puero JESU & MARIA in Galilæam secedit.

Annus Christi 9.

Consules Romani hoc anno fuere A. Licinius Nerva Silianus, & Q. Cæcilius Metellus Silanus.

In Sarmatas Dalmatasque progressus Tiberius, præclare rem gessit, eosque Imperio subjecit.

Trogus Pompejus Chronica sua terminat.

Annus Christi 10.

Annus hic Consules habuit Furium Camillum & Sext. Nonium Quintilianum.

Motibus novis concutitur Dalmatia, qui tamen vigilantia Ducum comprimuntur, Tiberio Romam concedente.

Athenienses res novas contra Romanos molientes opprimuntur, magnatibus seditionis interfectis.

Archelaus in contumeliam generis sui repudiat Mariam, fratris sui filiam, quam pater ei dederat uxorem, duxitque Glauram filiam Regis Cappadociæ, fratris sui Alexandri quondam uxorem.

Anthenodorus Stoicus Philosophus habetur insignis.

Annus Christi 11.

Consulatum gerunt Q. Sulpitius Camerinus & C. Poppæus Sabinus.

Româ ob victos Dalmatas triumphante, tristitia nova de Germanorum defectione adferuntur.

Carvinus Orator inedia confectus obiit.
Marcus Varrus Flaccus Grammaticus claret.

Annus Christi 12.

Consulares fasces hoc anno gesserunt P. Cornelius Dolabella, & C. Junius Silanus.

Cum JESUS duceretur ex more Hierosolymam ad diem festum paschatis, nescientibus parentibus illic remansit, & triduo quæsitus, inventus est differens in templo cum Doctoribus.

Exasperati Quintilii Vari oppressione Germani, grandi clade Romanos profligant, quam acceptæ ad Cannas Floris comparat, exclamante Augusto: *Redde Legiones O Vire!* hoc sibi ipsi vim inferente.

Annus Christi 13.

Consulatum inierunt M. Æmilius Lepidus, & T. Statilius Taurus.

Trepi-

Trepidatum Romæ ob acceptam cladem, multique honoribus privati, quod metu Germanorum expeditionem detrectarent.

Augustus cum Tiberio censum Romæ agitant, invenit hominum nongenta & septuaginta millia.

Annus Christi 14.

Consulari dignitate Romæ ornantur T. Julius Germanicus, & Fontejus Capito.

Memorabili censu iterum orbis lustratur, & ob id Sulpitius Quirinus in Judæam mittitur.

Moritur circa hunc annum S. Josephus Christi nutritus.

Annus Christi 15.

Consulum munus Romæ gerunt C. Silius Nepos, & L. Munatius Plancus.

Socio Philosophus Alexandrinus, Præceptor Senecæ, clarus habetur.

Annus Christi 16.

Consulari officio funguntur Pompejus & Apulejus.

Archelaus Ethnarcha nono Principatûs sui anno, Romæ à legatis Samaritanorum ac Judæorum de nimia crudelitate ac tyrannide judicio postulatus, & ab Augusto accersitus, Viennam Galliæ civitatem in exilium mittitur, pecuniâ ejus fisco adjudicatâ, & ditione universâ Syriæ junctâ, ad quam gubernandam missus est Procurator Coponius Eques Romanus.

Decimo quarto Calendas Septembris (quâ die quondam primum Consulatum inierat) Augustus Imperator obiit, cum vixisset annos septuaginta quinque, menses decem, & dies viginti sex; imperasset solus à victoriâ Actiacâ annos quadraginta quatuor, demptis diebus tredecim, ut Tacitus & Dio testantur.

Succedit mox in Imperio Tiberius Nero, Livie sive Juliae Augustæ filius, annum agens quinquagesimum quintum, qui mox insigni edicto Magos Romæ & Italiâ ejicit, ullum sibi templum exstrui, aut se in alio coli, sibi que statuas erigi vetat, ingestumque sapius à populo Patris Patriæ nomen repudiat.

Nascitur Vitellius futurus Imperator.

Præses Judææ mittitur à Tiberio Valerius Gratus.

Omnes Judæi Romæ ejiciuntur.

Annus Christi 17.

Consulatus honore adipiscuntur Drusus Cæsar & Cajus Norbanus Flaccus.

Tiberius in Germanos rebelles expeditionem parat, decem millia juvenum Hebræorum amandat in Sardiniam.

Titus Livius Ortenis, historiographus, vitam finit: item Ovidius Naso Poëta in exilio ad Pontum Euxinum.

Annus Christi 18.

Consulatum gerunt Satilius Taurus & Lucius Libo.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Tiberius interdicat vestis sericæ usum & vasa aurea, nisi in sacris.

Ulciscitur Varianam cladem Germanicus, & de Cheruscis, Catts & Angrivariis triumphat.

Vonones obses à patre Phraarte Rege Romanis datus, in Regnum reposcitur: mox spreus à suis, ab Artabano Regno exiit.

Annus Christi 19.

Creata sunt Consules C. Cælius Rufus & L. Pomponius Flaccus.

Vana quædam oracula tanquam Sibyllina, deque urbis interitu feruntur, eadem Tiberius tanquam falsa redarguit, eaque occasione omnes fatidicos libros inspiciens, legitimos à spuris selegit.

Caiphas ille Christi hostis, fit denuò summus Pontifex.

Maroboduus Marcomannorum Rex ab Arminio caditur.

Valerius historiographus, Romanorum dicta descripsit & facta.

Annus Christi 20.

Tiberius Augustus tertium & Germanicus secundò Consulatum munere funguntur.

Insigni rursus edicto histriones urbe pellit idem Tiberius.

Ephesus, Magnesia, Sardis, Monestene, Hiero, Cæsarea, Philadelphia, Thimolus, The-mus, Cyme, Smyrna, Apollonia, Hircania, terræ motu quatuntur & partim corruunt.

Annus Christi 21.

Consulatus dignitate potiuntur Junius Silanus, & Norbanus Flaccus.

Imperator externas cæremonias, Ægyptios Judaicosque ritus compescit, Judæorumque juventutem per speciem sacramenti in Provincias gravioris cæli distribuit, & reliquos gentis ejusdem, vel similia sectantes urbe submovit, sub pœnâ perpetuæ servitutis, nisi obtemperassent. Itâ Sueton. in Tiber. cap. 36.

Germanicus Cæsar Orientis Præfectus, juvenis laudatissimus (quem Tiberius ex Druso Germanico fratre suo genitum in filium adoptaverat) arte Pisonis Syriæ Præsidis extinguitur: Tiberius præfatus cum antehac plurima egregiè fecisset, jam in contraria omnia mutatur, impulsorè & ministro Ælio Sejano, Seji Strabonis filio.

Fenestella Historicus diem vitæ claudit extremum.

Artifex quidam hoc tempore invenit vitri temperamentum, ut flexibile esset & ductibile, qui dum admixtus fuisset ad Tiberium Cæsarem, porrexit ei phialam, quâ ille indignatus in pavimentum projecit: artifex autem sustulit phialam de pavimento, quæ complicaverat se tanquam vas æneum, deinde martellum de sinu protulit & phialam correxit: hoc facto Cæsar dixit artifice, num quis alius scit hanc artem vitrorum? postquam ille jurans negavit alterum hoc scire, jussit illum, decollari, ne dum hoc

cognitum fieret, aurum pro luto haberetur, & omnia metallorum pretia abstraherentur, quia reverà si vasa vitrea non frangerentur, meliora essent quàm aurea vel argentea. Westmonaster.

Annus Christi 22.

Consules hujus anni fuere Valerius Messala, & Aurelius Cotta.

Annus hic supremus Quirino seu Cyriano Syriae Praefidi, cui Piso successerat, qui hoc anno malè sibi conscius seipsum perimit.

In Britannia mortuo Rege Kimbelino, successit Guiderius ejus filius, qui Romanis tributum consuetum reddere contempsit.

Annus Christi 23.

Consulari hujus anni dignitate fulgent Tiberius Augustus, & Drusus secundum.

Idem Augustus ex Senatùs Consulto statuit, ne sententià mortis damnatus intra decimum diem duceretur.

Multos Reges ad se per blanditias evocatos non remisit, inter quos & Archelaum Cappadocem occidens, & Regno ejus in Provinciam verso, Mazacham nobilissimam civitatem, Caesaream appellari praecipit.

Maximum illud Pompeji 40. millium spectatorum capax theatrum, incendio & ruina perit.

Annus Christi 24.

Consules hujus anni erant C. Sulpitius & D. Haderius.

Aelius Sejanus Drusum unicum Tiberii filium, corruptà Livià ejus uxore, veneno perimit tam callidè, ut octo annos nefas latuerit.

Missus est à Tiberio Caesare Procurator Judaeae Valerius Gracchus, qui quæstum pietatem putans, palam vendebat Sacerdotii Principatum, amovens Annam, Ismaëlem Pontificem designavit.

Circa hunc annum natus est S. Ignatius Episcopus Antiochenus & Martyr.

Annus Christi 25.

Consulatum gesserunt C. Asinius & C. Antistius.

Tiberius Romam non amplius reverurus, Capras petiit, insulam idèd dilectam, ut liberius & occultius turpitudinem omnem exerceat; is ante secessum Cremutium Cordum in necem egerat novo crimine, quòd Brutum Romanorum ultimum scripsisset, libri ejus in foro cremati splendorem dederunt ingenio ad ætates ultimas duraturum.

Imperatore absente Romam tyrannide vexat Sejanus, & suspecta omnia reddit.

Annus Christi 26.

Consularibus fascibus ornantur Cornelius Cethegus & Vifellius Varro.

Gracchus Judaeae Procurator, Ismaëlem summum Sacerdotem amovens, Eleazarum Annæ filium subrogavit.

Quintus Atherius promptus & popularis Orator, propè usque ad nonagesimum annum confenecit.

Annus Christi 27.

Consulatum accipiunt Cornelius & Asinius Agrippa.

Sejanus viros inter illustriores T. Sabinum calumniis petit, ut seipsum in carcere strangularet.

Gracchus Judaeae Procurator Eleazarum à summo Sacerdotio amovet, & Simonem constituit.

Servius Plautus corruptæ filiae reus, semet in judicio interimat.

Annus Christi 28.

C. N. Lentulo Getulico, & C. Calvisio Sabinio Coss. missus est ad Judaeam administrandam Pontius Pilatus, qui (ut refert Philo de Leg. ad Cajum) auratos clypeos Hierosolymis in honorem Tiberii dedicat in Herodis Regià, nullà quidem insignes imagine, nec habentes quicquam vetitum: verumtamen populus veritus ne per ejusmodi novitatem inciperent violari ritus patrii, primùm apud Pilatum expostularunt, ut iidem clypei auferrentur, sed eum nihil proficeret, ad ipsum scripsit Tiberium ac postulatum obtinuit: Pilato aliis interim in rebus Judæos, teste Josepho & Philone, per decennium vexante.

Philippus Tetrarcha Paneadem, in qua multas ædes construxerat, Caesaream Philippi vocavit, & Juliadem aliam civitatem.

Amoto à summo Sacerdotio Simone, Josphippus, qui & Caiphas, subrogatur.

Annus Christi 29.

Consulatus honore hoc anno ornati fuere M. Licinius, & Lucius Calphurnius.

Romæ totus mons Caelius conflagrat, & apud Fidenas collapsò amphitheatro quinquaginta hominum millia obteruntur vel debilitantur.

Livia Imperatoris olim thalami & prope modum potestatis consors, mulierum ambitiosissima, diem obit.

Annus Christi 30.

Consulatu hoc anno spectabiles sunt Junius Silanus & Silius Nerva.

Christus secedit in desertum, ubi 40. dierum spatium jejunavit. Vocat Apostolos.

Votienus Montanus Narbonensis Orator, in Balearibus Insulis obiit, illuc à Tiberio relegatus.

Herodes Tetrarcha, Princeps Judæorum, in honorem Tiberii, & matris ejus Liviæ Tiberiadem condidit & Libiadem.

Annus

Annus Christi 31.

In Consularibus hujus anni fascibus enitent Rubellius atque Fusius.

JESUS mundi Salvator à Joanne in Jordane baptizatur. Vocatus cum matre ad nuptias, aquam in vinum convertit, appropinquante Pascha ementes & vendentes flagello de Templo ejicit; Nicodemum Judæorum Nobilissimum mysteria fidei edocet. Baptizat in Judæa, loquitur ad fontem cum Samaritana, sanat filium Reguli aliosque plures; Matthæum Publicanum ad telonium sedentem se sequi jubet, scribit Abagaro, Archi-Synagogi filium à mortuis resuscitat.

S. Joannes Baptista ab Herode Antipa ob Herodiadem Philippi fratris uxorem, incestu thalamum polluente conjicitur in vincula, & quòd impudicam consuetudinem liberius arguisset, vir tantus, Herodiadi in saltationis præmium traditus, capite plectitur.

Moritur Metellanus Scotiæ Rex.

Annus Christi 32.

Consularis dignitatis officio decorantur hoc anno Longinus & Quartinus.

JESUS mundi Salvator hominem annis triginta octo excubantem in probaticâ piscinâ sanat, aliosque plurimos variis infirmitatibus oppressos; pro tot tamen beneficiis Scribæ & Pharisei cum Herodianis ineunt consilium ad eum morti tradendum; mittit idem Jesus Apostolos & Discipulos ad prædicandum.

Nascitur Otho Imperator.

Annus Christi 33.

Consules hujus anni fuere Tiberius Augustus quintum & Aelius Sejanus.

Christus secedit in locum desertum, ubi turbas eum sequentes, primùm prædicationis verbo, deinde quinque panibus & duobus piscibus admirando modo multiplicatis abundè pavit; adeò ut quinque millibus virorum, præter mulieres & parvulos saturatis, superfuissent duodecim cophini fragmentorum; Regalem dignitatem, quam populus offerre studebat, fugit; Ambulans supra mare maximam tempestatem sedat; Declinans Judæorum insidias peragrat Galilæam, partesque Tyri ac Sidonis, ubi Syrophœnissæ filiam à dæmonio liberat, sanans alios plurimos, saturatis rursùm per septem panes ac paucos pisciculos quatuor millibus virorum, residuis tamen septem sportis fragmentorum. Factâ egregiâ Petri confessione, ipsum Apostolorum Principem constituit; Post hæc assumens præfatum Petrum cum Jacobo & Joanne, ducit eos in montem excelsum seorsum, & dum oraret transfiguratus est ante eos, visique sunt cum eo Moyses & Elias. Post alia gesta advenit Capharnaum, & Petrum tributum solvere jubet, statere in ore piscis invento.

Post inde designat alios septuaginta duos discipulos, mittens illos binos ante faciem suam in omnem locum, quò erat ipse venturus.

Sejanus Consul toto orbe celeberrimus, qui hucusque pro Imperatore se habuerat, Tiberii rescripto in Senatu publico lecto, exsum-

mo fortunæ ac honõris gradu statim in vincula conjicitur, & capite mulcatur; ac deinceps in Gemonias unco tractus, per triduum à populo ludibrio habitus, tandem in Tiberim immittitur; liberi quoque ex Scto necati, ante verò filia virgine, quam pater pactus fuerat Claudii filio, jussâ (o rem inauditam!) à carnifice constuprari; ac dein judicia crudeliter exerceri jussâ sunt in ejus amicos.

C. Asinius Orator, Asinii Pollionis filius, duris suppliciis à Tiberio similiter necatur.

M. Coccejus Nerva postea Imperator, nascitur.

Annus Christi 34.

Consulatus honorem referunt Cn. Domitius Aenobarbus, & Vitellius Nepos, vel (ut à Cornelio Tacito ponitur) Camillus Scribonianus.

JESUS Lazarum mortuum resuscitat, quo miraculo perculsi Sacerdotes & Scribæ, coacto magno Concilio, Sanhedrin dicto, illum morti addendum esse sententiam ferunt; quam facilitat Judas Icariothes proditor acceptis triginta argenteis; & innocens Salvator captus, ligatus, pro redemptione humani generis, libens crucis supplicium subit; sed post triduum propria virtute gloriosè resurgit à mortuis, & cum post per plures dies post hanc resurrectionem sæpius apparet cum suis fuisset conversatus, tandem eductis discipulis foras in Bethaniam, elevatis manibus benedixit illis, & in cælum illis videntibus ascendit; relictis Sacerdotum pedum suorum impressis terræ vestigiis; misitque paulò post super discipulos Spiritum Sanctum.

Apostoli loco Judæ Apostata, forte datâ Mathiam Collegio suo adscribunt.

S. Petrus unico habito sermone tria hominum millia ad Christi fidem perducit & baptizat, claudum sanat.

Ananias & Saphira ob fraudulentam venditorum bonorum pretii retentionem, Petro eosdem objurgante mox mortui concidunt; qui gloriosus Apostolus alios tamen plures solâ sui umbrâ ab infirmitatibus liberavit. Tanta Christi gloriam in Petro ac cæteris Apostolis divinitus ostensam invidentes Principes Sacerdotum, eos in carcerem detruferunt; at ab Angelo liberati jussique intrepidè Evangelium prædicare, diluculo templum ingressi, cœperunt confluentem docere populum; unde rursùm ad Concilium Seniorum perducti, cum de nece illis inferendâ iniretur Consilium, oratione Gamalielis Legisperiti dimissi sunt; postquam virgis cæsi essent, & Jesum annuntiare prohibiti, qui tamen eò magis eundem quotidie in templo prædicare non destiterunt.

Post electionem septem Diaconorum S. Stephanus lapidibus obruitur & necatur: corpus ejus projectum à Judæis die ac nocte jacuit, ut à feris conlumeretur, sed intactum omninò permanisse, narrat ex relatione Gamalielis Lucianus in epistola de inventione corporis ejus; quod (ut ait) Gamalielis operâ deductum est in ipsius villam distantem 2000. passuum à civitate Jerusalem; eodemque omnia ad planctum necessaria subministrante, post septuaginta dies sepultum in monumento novo ejusdem Gamalielis.

Annus Christi 35.

Sulpitio Galbâ & Cornelio Sullâ Consulibus, dispersis per necem Stephani quicunque erant Hierosolymis Christianis præter Apostolos, per diversas terras Ecclesia Dei feliciter propagatur.

Maria Magdalena, Martha & Marcella pedissequa, Lazarus, in quos Judæi majore odio exardescabant, non tantum Hierosolymis pulsi sunt, sed unâ cum Maximino Christi discipulo, navi absque remigio ad certam mortem impositi, quos divina tamen providentia Massiliam appulit; interim Saulus devastat Hierosolymis Ecclesiam, per domos intrans, & qui non essent egressi cum cæteris, sed latebras in civitate quæssissent, eosdem tam viros quam mulieres trudebat in custodiam, & ut necarentur procurabat; cum verò eodem furore illos qui Judææ terminos egressi essent perdere festinans, accepisset à principibus Sacerdotum litteras in Damascum, propè eam civitatem cælesti luce circumfusus, & Christi voce ipsi in via apparentis percussus atque prostratus, ad illum conversus est, ac ab Anania Discipulo Domini Damasci baptizatus, lumen corporis & animæ percepit.

Simon Magus à Philippo Diacono baptizatur, cum autem videret quia per impositionem manûs Apostolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam, ut eandem potestatem acciperet, ob quod acriter à Petro redargutus, & ut de tanto scelere poenitentiam ageret monitus, tunc quidem quievit, sed postquam ex Samaria recessissent Apostoli, eorum adversari doctrinæ non destitit, & qui jactans se esse Dei magnam virtutem dementarat olim suos Samaritanos, Judæos etiam, quos videbat esse inensos Apostolis, iisdem artibus aggressus, se esse Dei filium suadere conatus est.

Philippus præfatus ab Angelo admonitus, occurrit Eunucho Candacis Reginæ Æthiopiæ, viropotentissimo, Hierosolymis (quò religionis ergo venerat) redeunti; eoque instructo & baptizato, raptus à Spiritu divino translatus est in Azotum.

Tiberius monstrum nunc Principis, scædè grassatur, & ut scelera sua occultet, nequiorem se Collegam, C. Caligulam adsciscit; tantus amborum tyrannide Senatorum numerus periiit, ut jam qui Magistratum gererent vix reperirentur, & forte ducti Provinciarum Præfecti in plures annos præficerentur, cum non suppetere Successores.

Pilatus thesaurum sacrum, qui & Corbona vocatur, in aquæ ductum Hierosolymorum expendens, secundæ seditionis præbuit semina.

Annus Christi 36.

Consules hujus anni sunt Paulus Fabius Persicus, & Lucius Vitellius Nepos.

S. Paulus cum Damasci primò Evangelium prædicasset, in Arabiam profectus, iterum est reversus Damascum.

Moritur Philippus, Herodiadis legitimus maritus.

Nascitur Persius.

Tiberius Jesum detulit ad Senatum, ut inter Deos referretur, sed Senatus noluit consentire.

Annus Christi 37.

Consulatûs dignitatem hoc anno obtinent Cestius Gallus, & Servilius Ruffus.

Lucius Vitellius cum præteriti anni Consulatum gessisset, Proconsul in Syriam mittitur; cui cum etiam subjaceret Palæstina, lustrans ex more Provinciam, Hierosolymis in ipsa festivitate Paschatis honorificentissimè exceptus, vêtigal fructuum venalium remisit civibus, & stolam cum ornatu Pontificio permittit in templo asservari (sicut olim consueverat) à Sacerdotibus, quæ ab Herode Rege & Romanis Præfectis occupata hucusque fuerat, idemque Vitellius in locum Caiphæ Pontificis subrogavit Jonatham Anani Pontificis filium; Caiphæ verò vitæ pertæsus mortem sibi ipsi conscivit.

Optimè meretur de Hispanis S. Jacobus, & primam in Orbe sub honore Dei Parentis condit Ecclesiam Cæsaraugustæ.

Parthi Phraarte Rege in Syria mortuo, subrogant Mithridatem Iberum. Hinc bellum inter Parthos, Armenios & Iberos. Tacit. lib. 5.

Annus Christi 38.

Consularibus fascibus hoc anno ornantur Q. Plautius Plautianus, & Sex. Papinius Galienus.

Pontius Pilatus Judææ Procurator, cum Samaritanos occasione impostoris armatos, immisso milite, majori ex parte occidisset; à Magistratibus Samaritanorum apud Vicellium Syriæ Præsidem patratæ cædis accusatus, in ordinem redactus est ac Romam missus, ut ibi coram Imperatore suam causam ageret, dato interim ei Suecessore Marcello.

S. Paulus ob Judæorum invidias, Damasci à fratribus seu discipulis, noctu per murum civitatis in sporta dimissus, venit Hierosolymam.

Minatur mortem accusatoribus Christianorum Tiberius, Christum ipse inter numina colens.

Annus Christi 39.

Consulatûs munere huc anno funguntur Cn. Proculus & Pontius Nigrinus.

Tiberius Augustus anno ætatis suæ septuagesimo octavo ex hac vita migrat, cum imperasset annis viginti duobus, mensibus sex & diebus viginti, relicto Imperii hærede Cajo Caligulâ Germanici filio, ipsiusque Tiberii ex Druso fratre nepotè, qui seipsum mox refert in Deos.

Agrippa Judæus, filius Aristobuli, Herodis Senioris nepos, qui aliquamdiu Romæ versatus in officiis primùm Drusi, inde verò Caji, delatione liberti sui Eutychi quòd mortem Tiberio & Imperio Cajo precatus esset, sex ante Tiberii obitum mensibus, vinculis mancipatus fuerat, mortuo Tiberio, pro ferrea catena donatus est à Cajo aurea ejusdem ponderis, & Rex constitutus Tetrarchiæ, quæ fuerat Philippi nuper sine liberis defuncti.

S. Petrus Antiochenam fundat Ecclesiam, & primus præf.

Antipas jussu Caji exulat Lugdunum,

Annus Christi 40.

Consules creantur M. Aquilius Julianus, & P. Nonius Asprenas.

Pilatus

Annus Christi 43.

CAjus Augustus quartum, & Sentius Saturninus Consules.

Calendis Februarii idem C. Imperator conjuratione Cassii Chereæ & Cornelii Sabini Tribunorum militum Prætorianorum, triginta vulneribus confossus occiditur anno ætatis vigesimo nono, Imperii tertio, mense decimo & die decimo octavo, numerando è die obitûs Tiberii: periiit & unâ uxor Cæsonia gladio à Centurione confossa, & filia parieti illisa. Post eum Tiberius Claudius Drusus Germanicus, Drusi Neronis & Antonia filius, Livia Augustæ nepos, annos natus quinquaginta, factione militum Prætorianorum capeffivit Imperium, qui inter alia, quæ ipso Principatûs initio gessit, promulgatis in favorem Judæorum edictis, eosdem metu, quem C. Augustus incusserat, liberavit, & Regnum Agrippæ Judææ ac Samariæ, nec non quæ fuerat Lysaniæ Tetrarchiæ auxit. Romæ tamen Judæos hoc Imperii sui exordio cohibuit.

Christianorum nomen primùm Antiochiæ ortum est.

Edeffam Syriæ & Abagarum Regem convertit S. Thadæus.

Annus Christi 44.

Consulatûs munere funguntur Claudius Augustus secundum, & C. Licinius Largus.

Novus Judæorum Rex Agrippa, ut Judæorum sibi gratiam magis conciliaret, Ecclesiam Christi persequi aggreditur, Jacobum Apostolum filium Zebedæi, Joannis fratrem, capite truncati jubet; cujus accusator Sancti Viri constantiâ commotus, & ipse Christianus effectus, securi vitam pariter finivit.

Videns Agrippa, quòd placuisset Judæis in occidendo Jacobo, ipsum quoque Petrum Apostolorum Principem carceri mancipat, volens post dies azymorum producere eum populo; sed Ecclesiâ pro illo orante, per Angelum noctu è vinculis, carcere & custodum manibus prodigiòse eripitur; & perlustatâ Galatiâ, Pontò, Cappadociâ, Asiâ & Bythiniâ Romam venit.

Apostoli ad Evangelium disseminandum, in varias orbis partes se effundunt; verum ante divisionem hanc, ne ullâ ex parte aliqua vel apparens inter eos in annuntiatione Evangelii diversitas esset, communi consilio Symbolum Apostolicum conficiunt.

Univerfus terrarum orbis ingenti fame vexatur; egregiam Imperator navat operam, ne urbs fame periret. Christiani qui erant Antiochiæ, collectas pecunias ad Christianos in Judæa existentes, per Barnabam & Saulum mittunt.

S. Paulus monente Spiritu S. prædicandi Evangelii munus suscipit, & raptus ad tertium cælum, divina arcana cognoscit.

Annus Christi 45.

Consules hujus anni extiterunt Claudius Augustus tertium, & Lucius Vitellius.

Decimo quinto Calendas Februarii à Petro Apostolorum Principe Romana Ecclesia, omnium totius orbis Princeps instituitur, ac Sede Pontificiâ decoratur; quâ stabilitâ Petrus cessit Ecclesiæ Antiochenæ, eique præficit Evodius. Suam primam scribit Epistolam, S. Marcus Evangelium, qui à S. Petro Alexandria præficitur.

Claudius

Pilatus in Gallia exul, summâ desperatione actus, propriâ manu sibi necem infert.

Agrippa Româ recedens redit in Judæam, quem Alexandriam in transitu appellentem, nativo invidiæ vitio excipientes Alexandrini, connivente Flacco Ægypti Præfecto, magno derident ludibrio, & ludo jungentes luctum, miseris Judæos illic degentes immensis afficiunt calamitatibus.

Cajus Imperator post necem Tiberii Drusi filii, Tiberii Augusti nepotis, & ex testamento decreti Collegæ Imperii, item Macronis, cui acceptum ferebat Imperium, ac spontaneam mortem Silani foci sui, sorores suas constuprat, & in exilium cum aliis pluribus mittit.

Herodes Herodiadis uxoris suæ consilio parens, spe regii nominis potiundi, unâ cum ipsâ ad Cajum navigat, sed Agrippæ litteris de prodicione accusatus, ademptâ ei ab Imperatore Tetrarchia, eademque Agrippæ Regno junctâ, ipse in exilium mittitur unâ cum Herodiade, & post mœrore animi consumptus, interiit. Puellam saltatricem Herodiadis filiam terra vivam deglutivit; ut scribit Westmonast.

Annus Christi 41.

Consulatûs gerunt C. Augustus, & L. Apronius Cæfianus.

S. Petrus Apostolus divino monitu, primus omnium omnium gentilium Cornelium Centurionem, ab eo pariter divinitus monito Cæsaream vocatus baptizavit, cæterisque gentilibus aditum ad Ecclesiam referavit.

S. Matthæus Apostolus, primus pariter omnium Hebraico sermone scribit.

Amoto Vitellio è Syriæ Præfecturâ, Petronius à Cajo Imperatore ad eam Provinciam administrandam subrogatur.

Cajus præfatus vult coli ut Deus, hinc de inferendo Jovis Olympii simulacro Romam, deque illius effigie in suam mutandâ Consilium iniiit, & mandatum dedit Petronio, ut suam statuam Hierosolymis in templo locaret ab omnibus colendam.

Flaccus Avilius Præfectus Ægypti multis Judæos calamitatibus premit consentiente Alexandria populo, & crebris adversus eos clamoribus personante, Synagogas quoque eorum, imaginibus, statuis, aris & victimis polluit.

SS. Andreas & Aporius Bethlehemi in Judæa, ob Christi fidem ab Herode Rege, Martyrio afficiuntur.

Annus Christi 42.

CAjus Caligula Imperator, solus Consulatu fungitur.

Petronius Judæorum victus miserandis lamentis, Imperatoris statuam Colossæam templo Hierosolymitano inferre differt, quousque tandem C. Augustus ipse, Agrippæ Regis flexus precibus, ei donavit ceu maximam gratiam, ne fieret Colossi dedicatio.

Judæorum supra quinquaginta millia, à Syris Græcisque propè Babylonem mactantur.

Cajus Memnii Reguli uxorem duxit, impellens eum, ut uxoris suæ se parentem scriberet; plurimi Nobilium ab eo sunt interfecti, jussitque omnes in exilium actos interfici.

S. Evodius fit Episcopus Antiochiæ.

Claudius Imperator complura sacrificia & festa, in venerationem Deorum celebrari solita abolet, sicut & omnia Caji simulacra ac numismata, quæ conlari iussit, quorum materiam Messalina Augusta in statuam Mnesthei histronis transfundi præcepit.

Annus Christi 46.

Consulares fascies obtinent C. Crispinus secundum & T. Statilius Taurus.

S. Petrus Apostolus ad cæteras Occidentalis orbis partes discipulos amandat.

Paulus & Barnabas Paphum venientes, Sergium Paulum Proconsulem ad Christi fidem convertunt, prius excoecato ad tempus Elymâ Mago qui eis resistebat, Paulo concionante in Synagoga Antiochiæ, quæ urbs est Pisidiæ, multos similiter Judæorum ad Christi fidem convertit.

Agrippa Rex Judæorum Cæsareæ ludos celebrans pro salute Imperatoris, cum veste regia amictus concionem haberet in theatro & ab adulatoribus Deus conclamatus, impiam illam adulationem non reprimeret, confestim ab Angelo Domini percussus, post quinque dies in summis doloribus, consumptus vermibus interiit; post ejus mortem Cæsarienses & Samaritani multa in eum convicia jactavere, ac milites protractas è palatio filiarum ejus status detulere in lupanaria, ac turpibus modis eisdem illufere. Imperator autem postposito Agrippâ, ejusdem Agrippæ Regis filio, ob juniorem septemdecim annorum ætatem, Præsidentem misit in Judæam Cuspium Fadum. Herodi verò Regi Chalcididis, defuncti Agrippæ fratri, jus dedit in templum, qui eo potitus, summos Pontifices ad libitum deposuit.

Idem Claudius Imperator Romani Imperii fines ampliores reddit; Britanniam adjicit, Insulasque Orcades subigit. Euseb. Eutrop.

S. Marcus Evangelista firmatis Ecclesiis per Lybiam, Marmoricam, Ammoniacam, Pentapolim, Alexandriam, Martyrio coronatur.

S. Syrus cum sociis ad fidem Christi prædicandum, Ticinum venit.

Annus Christi 47.

Consules hujus anni extitere M. Vinucius secundum & T. Statilius Corvinus.

Paulus & Barnabas pulsi Antiochiâ Pisidiæ, veniunt Iconium Lycaoniæ, ubi quàm plurimos Judæorum & Gentilium prædicatione ac miraculis ad fidem convertunt, inter quos etiam fuit S. Thecla, quæ ob constantem fidei confessionem urgente & accusante sponso, cui nuncium remiserat, damnata est ad bestias sive leones, qui autem mansueti divinitus facti ei blanditi sunt; postea ignes subiens illæsa permansit, Angelo in Pauli specie apparente, & Sanctam Dei Martyrem defendente.

Præfati Paulus & Barnabas ob persecutionem, Lystram & Derben civitates Lycaoniæ confugunt.

Procuratore Judææ Cumanus, in Hierosolymis tanta seditio est exorta in diebus azymorum, ut in portarum exitu populo coarctato, 30000. Judæorum cæde postrata & suppressione suffocata referantur.

Annus Christi 48.

Hujus anni Consulatu ornantur Valerius Asiaticus, & M. Valerius Messala.

Paulus & Barnabas Lystris primò ut Dii habiti, ob claudum à nativitate sanatum à Paulo, vix averterunt populum ne ipsis sacrificaret; mox verò vice versâ, agentibus qui ab Antiochia Pisidiæ & Iconio venerant Judæis, ab iisdem Lystransibus Paulus lapidatus est, & pro mortuo derelictus, sed receptis viribus profectus cum Barnaba Derben, inde Lystram rursus & Iconium & Antiochiam perlustrârunt, confirmantes discipulos, & constituentes per singulas Ecclesias Episcopos atque Presbyteros.

Immigrat cælo Dei mater Maria.

Moritur Agrippa Rex Judæorum, post quem filius suus Agrippa à Claudio in Regno substituitur.

Descriptio Romæ facta est, & inventa sunt civium sexagies novies centena, & quadraginta quatuor millia.

Annus Christi 49.

Claudius Augustus quartum & L. Vitellius tertium Consulatum gerunt.

Paulus & Barnabas peracto peregrinationis suæ circulo, Antiochiam Syriæ redeunt; Romæ quod externæ superstitiones invalescerent, vilesceretque vetustissima Aruspicum disciplina, Claudius Imperator ex S. C. hanc restituentiam curat.

Gotarzi occiso Bardano sive Artabano, Regnum Parthorum obtinet.

Claudius Imperator Judæos tumultuantes Româ expellit.

S. Anatalon ordinatur primus Episcopus Mediolanensis.

Annus Christi 50.

Consulatus munere funguntur A. Vitellius, & L. Vispanius.

Herodes Rex Chalcididis, Agrippæ senioris germanus, vitâ excedit, in cujus Regnum Claudius Imperator Agrippam juniorem senioris filium evexit. Reliqua verò Judæa sub procuratore Cumanus variis tumultibus & claudibus vexatur.

Gravissima hoc anno per Syriam fames fuit, sed Christianorum necessitatibus Helena Allabenorum Regina ad Christi fidem conversa, frumenta largissimè ministravit.

Annus Christi 51.

Consules sunt C. Pompejus & Q. Vetus. Celebratur Hierosolymis Concilium, cui ipse interest S. Petrus Apostolus.

Paulus cum Sila Syriam & Ciliciam perambulat, veniensque denuò Lystram Timotheum circumscindit; Philippis Lydiam convertit purpurariam, ac sanata Pythonissâ ab ejus dominis unâ cum Sila ad tribunal raptus, ambo tanquam seditiosi virgis cæsi, in carcerem interiorum vinciti conjecti sunt, sed noctu divinitus soluti, & quod cives Romani agniti essent, cum honore à Magistratibus dimissi sunt.

Tanta fames Romæ fuit, ut medio foro

Impe-

Imperator corseptus à populo convitiis, & panis fragminibus turpissimè infestaretur.

Moritur Caratacus, Rex Scotiæ.

Annus Christi 52.

Cajo Antistio & M. Suillio Consulibus, Paulus Athenas veniens, Dionysium Areopagitam aliosque multos ad fidem convertit; inde egressus venit Corinthum, ibique recepit se apud Aquilam Ponticum opificem Scenofactoriæ artis, quod & ipse ejusdem esset artis, quam & tunc cum Aquila exercuit: scribit hic insuper primam ad Theffalonicenses epistolam.

Arviragus, Britannorum Rex, in tantam prolapsus est Superbiam, ut Romanæ potestati noluerit diutius subjectus esse: Vespasianus igitur à Claudio missus, cum in Rutupiæ portu applicare incepisset, Arviragus illi obvians, prohibuit, ne portum ingrederetur. At Vespasianus retortis velis in Totonesio littore applicuit & Exoniam obsedit: elapsis inde septem diebus Arviragus supervenit, præliumque cum Romanis commisit, ac utrorumque exercitu valdè lacerato, mediante Genuisâ Claudii filiâ, Duces amici facti sunt. Westmonaster. floret Palemon Vicetinus Grammaticus.

Annus Christi 53.

Claudio Augusto quintum, & Cornelio Scipione Orfito Consulibus, Paulus Corinthi secundam ad Theffalonicenses epistolam scribit: quædam à Judæis ibidem passus, inde in Syriam navigat. Cumanus Judææ Præses à Claudio exulare jubetur.

Idem Imperator Britannicum filium suum exortem Romani faciens Imperii, Neronem maritum Octaviæ filiæ suæ, in Imperium adoptat.

Annus Christi 54.

Consules hujus anni creantur Faustus Sulla & Silvius Otto. Judææ solus post Cumanum Felix præest: Paulus Apostolus è Syria in Galatiam & Phrygiam pergit.

Philippus Apostolus Hierapoli cruci affixus, lapidibus obruitur. Fame factâ in Græcia, modius frumenti sex drachmis venditus est.

Annus Christi 55.

Consulatum hujus anni gerunt D. Junius & Q. Haterius. Paulus Apostolus venit Ephesum, mansitque ibi tribus annis continuo docens, Deo sermones illius miraculorum signis confirmante, adeò ut delato ejus super languidos sudario & semicinctiis pellerentur morbi, dæmones fugarentur: multa tamen patitur per Demetrium argentarium & Judæos.

Festus Judææ Procurator à Nerone constitutus, Felici Præsidi succedit.

Annus Christi 56.

M. Asinio Marcello & M. Acilio Aviola Consulibus, dum Paulus anno secundo Ephesi agebat, latè fides ibidem propagatur, novâ occasione septem filiorum Scævæ Principis

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Sacerdotum (qui exorcismos agere soliti etiam in nomine Jesu, quem Paulus prædicaret) ejicere dæmonia magno suo damno tentaverant: hic etiam multi libri magiæ congesti & ad ignem damnati sunt.

Moritur Claudius Imperator annum ætatis agens 64. Imperii vero 13. supra menses octo, & dies viginti veneno sublatu Agrippinæ dolo: post cujus obitum Domitius Nero Claudius, ejusdem Agrippinæ ex priori marito Cn. Domitio Enobarbo filius, ab eodem Claudio adoptatus in familiam Claudiam, in Imperium successit, annum attingens ætatis decimum octavum, licet adhuc in vivis esset Britannicus Cæsar, ex eodem Claudio & Messalinâ natus, quem Nero paulò post veneno sustulit.

Claudio Imperatore mortuo extinctum simul est editum adversus Judæos, ne in urbe agerent, promulgatum; data est etiam Christianis, qui ex Judæis crediderant, in urbem redeundi facultas.

Annus Christi 57.

Consulatu hoc anno funguntur Claudius Nero Augustus & L. Antistius.

Nero præfatus Britannicum Cæsarem veneno tollit.

Paulus Apostolus primam ad Corinthios scribit, & Epheso in Macedoniam veniens, epistolam ad Timotheum expedit; deinde usus navigatione in Insulam Cretam delatus, Titum discipulum ejusdem Episcopum ordinat, dein in Hispaniam quoque dicitur devenisse.

Annus Christi 58.

Consularibus fascibus hoc anno ornantur Q. Volusius & P. Cornelius Scipio.

Paulus Apostolus edit epistolam ad Titum; item secundam ad Corinthios, & aliam ad Romanos, varias obit Provincias, tandem Hierosolymis advenit: capitur à Judæis Asianis in templo, & ab adveniente Lyfia Tribuno militum neci eximitur, cumque jam esset flagellis cædendus, dicendo se esse civem Romanum, pœna hac se liberat, tandem à Lyfia missus Cæsaream ad Felicem Præsidentem, succedente huic Porcio Festo, cum Apostolus ad ipsum appellaret Cæsarem, Centurioni Romam seducendus traditur; sed post longam ac dubiam Navigationem evasumque naufragium, in Insulam Melitam advenit, ibique à vipera invasus, nihil mali patitur, quin etiam patrem Principis, omnesque alios ejusdem Insulæ ægrotos curat.

Domitius Corbulo post domitos Frisios, Artaxata caput Armeniæ cepit incendiique, Id Regnum diù committebat inter se Parthos & Romanos; donec Corbulo vetere Republicâ dignus, revocatâ disciplinâ Castrensi, & per ejectas voluptates expugnatâ militum ignaviâ, fugatis Parthis subegit Armeniam, misitque Romanam Tiridatem, quem diademate Nero ornaret, sed tantæ gloriæ fons ipse Corbulo, cum scelus esset sub improbo Principe probum esse, evocatus in Græciam à Nerone, ne periret ignominiosus, sibi manus intulit.

Festo Judææ Procurator successit Albinus.

B

quo.

quo etiam tempore Nero in re militari omnino nihil ausus, Britanniam penè amisit.

Annus Christi 59.

Nerone Augusto secundum, & Calpurnio Pisone Consulibus, cum primum transacta hyeme tempus navigationi commodum advenisset, Paulus Apostolus navi Alexandrinæ, quæ hyemaverat in Insula Melita, unâ cum sociis itineris à Centurione ejus custode vinculis impositus, Puteolos appulit, inde verò pedestri itinere Romam veniens, obvium habuit plures Christianos Romanos, qui ei usque ad Appii Forum, & tres Tabernas occurrerunt. Cum in urbem venisset, permixtus est manere sibi cum custodiente se milite, sicque Judæis primùm, postea etiam gentilibus fidem Christi liberè prædicans, biennio toto mansit in suo conducto, convertitque multos, inter quos etiam quidam ex Cæsaris familiâ; pluresque è vinculis dedit epistolas, inter quas secunda ad Timotheum.

Nero Imperator laudabilem legem sancit: ne quis Magistratus aut Procurator, qui Provinciam obtineret, gladiatorum vel ferarum spectacula ederet, ne eâ de causa (quod factitari sciebat) à Provincialibus immensam Præsidum vim pecuniarum corraderent.

Petrus Apostolus ordinavit duos Episcopos, Linum & Cletum, qui omne ministerium in urbe Romana populo subministrarent.

Annus Christi 60.

Nerone Imperatore tertium, & Valerio Messalâ Consulibus, Paulus Apostolus Romæ secundum agens annum in vinculis, diversas iterum scribit epistolas ad Philippenses, Colossenses & Philemonem, sicut illam ad Hebræos.

Ruminalem arborem in Comitio, quæ supra 840. ante annos Remi Romulique infantiam texerat, mortuis ramalibus, arefcente trunco diminutam, Romæ prodigii loco habitam esse, Tacitus lib. 13. memorat.

Terræ motu Roma quatitur.

Cattorum exercitus ab Hermunduris ferè totus deletur.

Annus Christi 61.

Caius Vipsanio & Fonteio Capitone Consulibus, Paulus Apostolus biennio in vinculis jam exacto liber abire permittitur.

S. Lucas Evangelista, scriptionem eam absolvit, cujus est titulus Acta Apostolorum.

Hoc ipso anno mense Martio, festis Quinquatriis, impiissimus Nero Agrippinam matrem naufragio frustra tentatam, misso Aniceto liberto palam occidendam curat.

Lugdunum in Galliis Colonia celebris, unius noctis incendio perit.

Moritur Sanct. Anatalon primus Episcopus Mediolanensis, cum sedisset annis tredecim, cui succedit S. Gajus.

Annus Christi 62.

Nerone Augusto quartum & Cornelio Lentulo Cosso Consulibus, Festo Judææ Præsidi mortuo, Imperator successorem ei designat Albinum.

Agrippa Rex Josepho reiecto, Sum. Pontificem creat Ananum Anani Senioris filium, Sectâ Sadducæum.

Eodem anno, ut Tacitus lib. 14. narrat, nobilis in Asia urbs Laodicea terræ motu prostratur.

Fulgur in Neronis mensam decidit.

Probus Romæ eruditissimus Grammaticus habetur.

Annus Christi 63.

Consulatus officio funguntur C. Cæsonius Pætus & Petronius Turpilianus. S. Jacobus minor, Apostolus, cognomento Justus, fraterque Domini dictus, Episcopus Hierosolymæ, jussu Anani Sum. Pontificis è templi pinnâ precipitatus, deinde lapidibus appetitus, ac demùm fullo-nis vecte percussus, gloriosum martyrium consummat: ea verò de causâ Ananus ab Agrippa Rege Pontificatu privatur.

S. Barnabas in Cypro occumbit.

Bello Britannico victi Romani, mox victores octoginta hostium millia cadunt.

Nero conjugem Octaviam occidit.

S. Maria Magdalena migrat ad Dominum.

Annus Christi 64.

P. Mario Celso & L. Afinio Gallo Consulibus: S. Marcus Evangelista primus Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus glorioso martyrio vitam finit, cui in Episcopatu sufficitur Anianus. Corbulone absente Parthi Romanos vincunt. Judæi luxuriam & avaritiam Flori Judææ Procuratoris non ferentes, contra Romanos rebellare cœperunt.

Annus Christi 65.

Consules anni hujus exstiterunt Memmius Regulus & Virginius Rufus.

In summa civitatis Hierosolymitanæ pace atque opulentiâ, Jesus quidam filius Anani, homo plebejus & rusticus, ad festum quemdam diem veniens, repenti clamare cœpit: *Vox ab Oriente, vox ab Occidente, vox à quatuor ventis, vox in Hierosolymam & Templum, vox in maritos novasque nuptas, vox in omnem hunc populum;* atque hæc diu noctuque clamitans, omnes civitatis vicos circuire non cessavit, ad Magistratus verò ductus & plagis usque ad ossa laceratus, neque supplex cuiquam fuit, neque lachrymavit, sed inclinans quàm maximè poterat flebiliter vocem, ad singulos ictus respondebat: *Va! va! Hierosolymis:* qui ad belli usque tempus neque adire quemquam civium, neque loqui visus est, sed quotidie velut orationem quandam meditatus, *Va! Va! Hierosolymis* querebatur: sed neque imprecatus est cuiquam, cum in dies singulos mulctaretur, nec victum offerentibus benedicebat, sola verò responsio ad omnes erat triste præfagium, maximè verò diebus festis vociferabatur, idque per annos septem & quinq; menses continuos faciens, neque voce raucior fuit, neque delassatus est, donec obsidionis tempore, ipsâ re perspectis auguriis ipse quievit: tunc supra murum circumiens iterum: *Va! Va! civitati, ac Templo, ac populo* maximâ voce clamabat, cum verò ad extremum addidit: *Va etiam mihi!* lapis machinâ missus eum statim peremit.

Lucretius à Nerone interimitur.

Annus

Annus Christi 66.

Lexanius & M. Licinio Consulibus: Nero Imperator (Suetonio teste) offensus deformitate veterum ædificiorum & angustiis flexurisque vicorum Romanæ urbis, ut condendæ urbis novæ, & cognomento suo nominandæ gloriam quærere posset, flammis eandem tradere imperat, incendii causâ malevolè postea in Christianos devolutâ; undè hi variis ac sævissimis suppliciorum generibus affecti sunt: pereuntibus, ait Tacitus lib. 15. addita sunt ludibria, ut ferarum tergis coniecti laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammam, atque ubi defecisset dies in usum nocturni luminis uterentur: hoc est (ut interpretatur vetus glossographus Juvenalis) tædâ, papyro & cerâ super vestiti palis gutture affixi ne se curvarent, cereorum loco ardentes spectatoribus lucerent.

S. Mathias Apostolus Martyrio coronatur.

Albino Judææ Præsidi succedit Florus, dure Judæos habens.

S. Evodius Antiochiæ glorioso Martyrio vitam finit.

Circa hunc annum moritur S. Plautilla femina Consularis Romæ mater B. Flavie Domitillæ, quæ à B. Petro Apostolo baptizata fuit.

Annus Christi 67.

Silio Nerva & Attico Vestino Consulibus, vel (ut habet Plinius) Appio Junio & P. Silio, persecutio in Christianos occasione incendii semel excitata, palam propositis à Nerone edictis, magis ac magis in eos sæviit.

Eodem anno detectâ conjuratione in Neronem Imperatorem à compluribus Romanorum Nobilium diu agitata ac compositâ, idem Nero cum cæteris quam plurimos, tum magnum illum inter gentiles Philosophum Annæum Senecam, suum olim Præceptorem à proditore inter conjuratos nominatum, occidi iussit; concessit tamen illi, ut quam vellet mortem sibi deligeret; qui quidem apertis sibi venis in brachio & pedibus, cum ita cruciaretur, cicutam etiam bibit, ac demum stagnum aquæ calidæ inivit. Flavius etiam Tribunus Neroni in os dixit, se illum cœpisse odio habere, postquam participata matris & uxoris, auriga; histrio & incendiarius extitisset: necatus quoque Plautius Lateranus, Consul designatus: post quas neces subsequuta est etiam mors Poppæ, Augustæ, quam licet amatissimam, Nero iracundiâ percitus ictu calcis occidit. In eadem urbe Martyrio cõtortantur 47. milites à B. Petro Apostolo baptizati.

Annus Christi 68.

Suetonio Paulino & Pontio Telesino Consulibus, Petrus & Paulus Apostoli, divino consilio, ut afflictata à persecutoribus Ecclesiæ Romanæ succurrerent, è diversis orbis partibus Romam se iterum contulerunt. Eodem tempore idem Petrus Apostolus ad Judæos factos Christianos secundam scripsit Epistolam.

Simon magus Neroni charissimus, Romæ divinos ex Magiâ sibi honores comparat, altercantque cum Petro de miraculis præstandis, asserit in cælum se conscensurum, & inde suis

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

omnia bona suppeditaturum; sed cum sublatus à dæmonibus volaret sublimis, cuncto spectante populo, Petri Apostoli precibus in terram prosternitur, & cruribus jacens perfractis, miserè postea perit. Cujus magi casu exacerbatas Nero Petrum carceri Mamertino mancipat, paulo post etiam Paulum, quod pellicem suam ad religionem Christianam & ad castitatis observationem convertisset: ipse autem Nero in Achaïam ad Isthmi fositionem, licet irritam, navigat; interim plerosque viros Consulares & insignes Senatores, interque alios Baream Soranum & Thraseam Pætum, lumina tunc Reipublicæ Romanæ, è medio tolli imperat.

Simone mortuo, diabolus hoc anno novum rursus infert magum in urbem, cæteris omnibus peiorem, Apollonium Tyanæum, Christi gloriæ æmulum.

Cum undique Judæi Hierosolymam ad diem festum conveniunt, magna prodigia de futurâ eorum clade apparent: cum videlicet ipso die festo azymorum, qui octavus fuit mensis Aprilis, noctu circum aram & templum tantum lumen effulset, ut clarissimus dies putaretur, & hoc usque ad mediam permansit horam. Eodemque festo die bos cum ad hostiam duceretur, agnum in medio templi peperit; atque orientalis porta aenea interioris templi, quæ vix à viginti viris claudi solet, visa est noctis horâ sextâ spontè patescere. Post dies autem festos, 2. mensis Maji, antè solis occasum, visi sunt per cælum ferrei currus & armata acies concurrere; ipsoque die Pentecostes nocte Sacerdotes intimum templum ad divinas res celebrandas ingressi, post ingentem quandam strepitum subitam vocem audire, quæ dicebat: *Migremus hinc.* Ità Josephus 2. de bell. 12.

Hoc igitur anno ob toleratam jam biennio Cestii Flori Procuratoris tyrannidem, Judæi eò tandem desperationis sunt adacti, ut præcipuorum quorundam factione obstinatissimo animo adversus Romanos rebellarent, capto eorumdem præsidio, quod vocabatur Massada, interfectisque cunctis, qui tam illic, quam Hierosolymis reperti sunt, Romanis. Interea verò Cestius exercitu valido comparato veniens in Palæstinam, oppidis Judæorum quantum licuit devastatis, mense Octobri Hierosolymam obsedit, cumque ejus potiri sæpius illi offerretur commoditas, ab eo fuit prætermissa atque neglecta: sic Deo disponente, tum ne qui adhuc in eâ essent Christiani pari poenâ cum impiis afficerentur, sed egrediendi ex urbe opportunitas concederetur: tum ut longè gravioribus obsessi intus Judæi poenis afficerentur: portò exercitum Cestius mense Novembri revocans eundem in magnum discrimen adduxit, adeo ut ab insequentibus Judæis cæsa fuerint Romanorum militum multa millia.

M. Annæus Lucanus Cordubensis Poëta, in Pisonianâ conjuratione deprehensus brachium ad secandas venas medico præbet, ad mortem vitandam infamem.

In Asia tres urbes Laodicea, Hieropolis, Colossæ terræ motu conciderunt.

Junius Gallio frater Senecæ egregius declamator, propriâ se manu interficit.

Annus Christi 69.

L Fonteio Capitone & C. Julio Rufo Confu-
libus, cum jam Nero ex Achaia Romam
rediisset eâ pompâ triumphali, quam Suetoni-
us in Nerone c. 25. describit: Petrus & Pau-
lus Apostolorum Principes, unâ eâdemque die
Martyrium consummant, postquam antea vir-
gis uterque cæsus fuisset: locus supplicio Pau-
li destinatus, dictus fuit ad Aquas Salvas; alio
nomine Gutta jugiter manans, extra portam
Ostiensis tertio ab urbe lapide; cum autem
eò duceretur, tres milites ex his, qui ex appar-
iturâ erant, ad Christum convertit, quos Ne-
ronis gladius Martyres fecit: ubi verò ad lo-
cum destinatum perductus, ictu carnificis ca-
pite truncaretur, duplex editum est miracu-
lum, primum, ut non tam sanguinis fluentia
è sectis venis, quàm lactis largiter fluxerint;
alterum ut è trino saltu capitis excisi, tres ibi-
dem eruperint fonticuli dulcis aquæ. Cæterum
corpus Apostoli à Lucinâ clarissima fœmina
Senatoria sublatum, in suo prædio viâ Ostiensis
honestissimo tumulo locatum est.

Locus Martyrii Petri fuit Mons Janiculi,
in quo capite deorsum verso, & in sublime
pedibus elevatis, cruci affixus fuit.

Visa sunt hoc extremo Neronis tempore
(ut testatur Plinius lib. 2. cap. 83. & 103. item
lib. 17. cap. 25.) nunquam antea audita por-
tenta, nempe in agro Maruccino olivetum u-
niversum Vettii Marcelli Equitis Romani, vi-
am publicam transgressum, in contrarias se-
des profectum esse, amnesque alibi retrò flu-
xisse.

Successit in Sede Petri hoc anno S. Linus,
natione Tuscus, patriâ Volaterranus, patre
Herculano.

Post Martyrium Apostolorum, Neronis
persecutio vehementius exarsit. Nam & in
domesticos ac familiares suos, rabiem suam in-
tendit, inter quos Torpes & Evellius aliique,
qui Christo nomen dederant, diverso mortis
genere sublatis sunt: insuper tradit Orosius
lib. 7. cap. 7. per omnes Provincias ab eo man-
datum esse, Christianos vexari: quievit tamen
paulò post edictum crudele acerbus Imperato-
ris animus à Petro & Paulo Apostolis in visu
perterritus.

Vespasianus cum exercitu Romano in
Palæstinam missus, hoc anno Galilæos, gentem
fortissimam, non sine labore penitus debellat,
occisis plus quàm centum millibus Judæorum,
captivis verò, abductis aut venditis 40000. ii
autem, qui in Galilæa Romanorum gladium e-
vaferant, ingenti planè numero Hierosoly-
mam confugientes, civitate excepti, non tan-
tum civibus necessariam insumpserunt anno-
nam, sed & eosdem deprædati sunt, ac miserè
peremerunt, seque recipientes in templum,
ut munitissimum adversus cives, adsciverunt
sibi nomen Zelotæ, ut qui profiterentur præ
cæteris zelare Dei legem & patria instituta,
horum factione & illud perfectum est, (quod
nunquam antea acciderat) ut sortitò Summum
eligerent Pontificem adversus Ananum, qui
illam dignitatem obtineret; unde obtigit fors
Phano cuidam, homini rusticano, obscurissimo
& rerum sacrarum imperitissimo; excitante

verò Anano Judæorum animos in Zelotas
magnæ utrinque cædes factæ sunt: cum evo-
cati Hierosolymam Idumæi pro Zelotis stantes
ingentem stragem fecerunt civium atque Sacer-
dotum, adeoque ipsius Anani Summi Pontificis,
quorum & corpora abjecere insepulta: & licet,
postquam in medio templo occisus
esset Zacharias, præcipuè vir auctoritatis,
detestantes facinus Idumæi ad propria se rece-
pissent, nihilominus Zelotarum factio non de-
stitit à suis grassationibus, custodiis ubique po-
sitis, ne quis impunè egrederetur urbe: sic-
que miseranda in omnibus reddita est civitatis
facies, conculcato penitus jurè divino atque
humano, miserriusque omnium redditus
status, cum jam nec intra civitatem manere,
nec foras egredi tutum esset; nam & præ-
terea foris elevata est factio sicariorum, Duce
Joanne homine factiosissimo & tyrannidem
meditante, qui & Judæos & Romanos aggre-
diens, cunctâ rapinâ, & cædibus miscuit.

Jocapatâ civitate à Vespasiano captâ, cæ-
sa sunt in eâ Judæorum 40000. expugnata Jop-
pe in mare submersa sunt 4000. quingenti; in
Tarichiâ captâ interempti sunt 6700. & sex mil-
lia juvenum ad Neronem destinata, alios
1200. necavit, 30400. vendidit, in captione
Gamale 4000. perempti referuntur, 5000.
præcipitio perierunt, alii 2000. qui seque-
bantur Joannem Principem, in Galgala inter-
fecti sunt, 3000. captivitati addicti, deinde
Jericho destructa est, perieruntque 92200.

Moritur Corbredus Scotiæ Rex: Con-
ventus Procerum, præterito ob immaturam æ-
tatem ejus filio, Dardannum Metellani nepo-
tem regnare jubet.

Sanctus Ignatius fit Episcopus Antioche-
nus.

Annus Christi 70.

CReati sunt Consules C. Silius Italicus & Ga-
lerius Trachalus Turpilianus; quæ ta-
men Nero ante tempus privavit honore: ac
verò postquam Julio Vindice, qui defectio-
nem in Gallia excitarat, à militibus Rufi, qui
Germaniam obtinebant, occiso, idem Rufus
Imperator designatus esset, sed & Rubrius
Gallus, quem contra rebellantes Nero miserat,
pariter defecisset; nec, quod ipse conceperat,
totum Senatum interficere posset, ac denique
à Prætorianis militibus desertus esset; idem
Nero desperatione melioris statûs omnino de-
ficiens, vili indutus veste, unâ cum tribus vel
quatuor libertis in prædium unius ex iis Pha-
ontis nomine, inter viam Salariam & Nomen-
tanam quarto ab urbe lapide positum se rece-
pit; ubi in spelunca delitescens, cum equi-
tes se quærentes adventare cognovit, sibi ipse,
licet pavidus, intulit manus, eundemque agre
morientem Epaphroditus libertus confecit
quarto Idus Junii (quâ die olim Octaviam
conjugem interfecerat) ætatis anno trigesimo
secundo, cum imperasset annos tredecim,
mensis septem & dies viginti octo, numeran-
do à die sequenti obitûs Claudii.

Tyranno hac spontaneâ nece, ex hac vita
sublato, extinctaque prorsus cum eo Cæsarem
progenie, Servius Sulpitius Galba, à militi-
bus,

bus, quibus præerat, acclamatus est Impe-
rator.

Martyrii coronâ potitur Sanctus Marcus
Evangelista. Nam constitutis & confirmatis
Ecclesiis per Lybiam, Marmaricam, Ammo-
niacam, Pentapolim, Alexandriam atque
Ægyptum universum, à Paganis tentus, &
sine ad collum ligato ad mortem usque rap-
tatus est.

Annus Christi 71.

Servio Sulpitio Galbâ Augusto, & T. Vinio
Ruffino Consulibus, idem Galba, quòd
audito motu Legionum Germanicarum, Piso-
nem, veterum morum juvenem adoptasset in
filium & Imperii successorem, Othonis
factione (offensi, quòd in ea adoptione post-
positus fuisset Pisoni) à militibus occi-
sus est in foro Romano decimâ sextâ Janua-
rii, cum imperasset mensibus septem, & die-
bus septem, annos agens septuaginta tres, &
qui mox Imperium arripuit idem Marcus Sil-
vius Otho, Neroni olim charissimus, post tres
menses ac dies quinque victus ab exercitu A-
Vitellii, qui in Germania creatus fuerat Impe-
rator, sive rerum desperatione, vel, ne sui cau-
sa (ut tradunt) bello civili inter se milites
necarentur, sibi ipsi mortem conscivit apud
Bebriacum, die 20. Aprilis, anno suæ ætatis
trigesimo septimo, vel, ut alii, trigesimo
octavo.

Vespasianus invitus ab Exercitu Roma-
no in Judæâ commorante proclamatur Impe-
rator. Ejus frater Sabinus & Vespasiani filius
Domitianus, moræ impatientes, unâ cum aliis
compluribus Nobilibus Romanis occupantes in
urbe Capitolium, oppugnati à Vitellianis, Do-
mitianus insperatâ sibi fugâ consuluit, Sabi-
nus verò retentus occisus est: quo eodem
tempore ab iis, qui intus erant, incensum est
templum Jovis Capitolini; sed mox adven-
tante Antonino Legionum Mysiæ atque Panno-
niæ Præfecto inter illum & Vitellianos intra
ipsam urbem prælium repetitum est; sed his
tandem cedentibus, Vitellius latebras quæ-
rens à militibus inventus, sævissimè trucidatus
est, anno ætatis, ut Dio scribit, quin-
quagesimo quarto. Sequenti die Muciano
cum cæteris copiis in urbem ingressus, ac vix
tandem militibus post cædes & prædas multi-
plices compressis, ex Senatûs-Consulto, mîro
omnium consensu decretum est Imperium præ-
dicto T. Flavio Vespasiano, qui & ipse expe-
ctato opportuno tempore navigandi, Ale-
xandriâ solvens, Romam se contulit.

Hoc eodem anno S. Evodio Antiocheno
Episcopo per Martyrium sublato, subrogatur
S. Ignatius.

Capitolium Romæ ædificari incipitur.

Annus Christi 72.

Vespasiano Augusto, & Tito ejus filio
Consulibus, idem Titus Hierosolymam
obsidet, cum instantis Paschatis occasione in-
gens planè numerus peregrinorum eò conve-
nisset: latronum Idumæorum, Zelotarum ac

reliquorum seditiosorum civium factionibus
in urbe hucusque gliscentibus inter se compo-
sitis: qui omnes paribus animis magnâ-
que audaciâ, Ducibus Joanne, Eleazaro & Si-
mone adversus Romanos progredientes, sæpè
Titum cum suis in discrimen adduxerunt, sed
rursus incalescentibus intus dissidiis, ipsâ die
azymorum quotquot erant Zelotæ, omnes ad
unum interfecti sunt in templo, cujus partem
communiverant.

Interea Titus admotis ad civitatem ma-
chinis, quinto nonas Maji primum murum ex-
pugnavit, ac quinto post die, secundo potitus
est, & tertium aggressus: plurimis interim
Judæis cogente fame ex urbe egredientibus,
eos omnes Titus cepit, & ad cives terrendos,
ante eorum oculos jussit crucibus suffigi, mul-
tiplicato in tantum numero, ut jam spacium
crucibus deesset, & corporibus cruces; sed quò
citius Titus fame cives efecaret, omnem exi-
tum occlusit aggeribus quinque contra ur-
bem extructis: iisdem verò à Judæis dissipatis,
morum mirâ celeritate circum civitatem
construxit: fame urbis in immensum auctâ, à
Tito interim ad deditionem honestam sapius
invitantur Judæi, ipsi autem animo obstinato
se omnia libentius experturos jactitant, quàm
se Romanis dedere: Tunc Titus contestatus
Deum & homines, se ad urbis & templi ex-
cidium invitum compelli, captâ turri Antoniâ,
quæ erat juxta Templum, cum jam pro ipso
templo pugnaretur, miles quidam Roma-
nus non expectato cujusquam mandato, imò
& contra Titi edictum, quo jusserat ab exci-
dio templi temperare, divino quodam mo-
tus impetu ignem in templum injecit, cu-
jus flamma mox invalescens, nullâ valuit
Titi diligentia, vel aliâ ope humanâ res-
tingui.

Incensò templo, inflammandæ etiam ci-
vitatatis Titus militibus licentiam dedit, ac inde
superiori urbis parte, quæ Sion dicta cæteris
munitior erat, divino potius instinctu, quàm
humanis viribus (quòd ipse testatus est) poti-
tus, demùm octavo die mensis Septembris,
urbem integram cum munitioibus cepit,
ipso die Sabbati, proditaque sunt à Sacerdo-
tibus templi Sacra vasa & Pontificia orna-
menta: porro mortuorum Judæorum &
captivorum numerum Josephus, qui aderat,
colligens, ait lib. 7. cap. 17. captivorum
omnium, qui toto bello comprehensi essent,
97000. fuisse, mortuorum verò tam ferro
quàm fame & peste, per omne tempus obsi-
dionis, undecies centum millia: eorum autem,
qui morti erepti sunt, alii ad opera missi fue-
re in Ægyptum, alii, qui formosiori erant
corpore triumpho servati, plurimi robu-
sti viribus electi, qui per Provincias pu-
gnarent in theatris cum bestis, qui verò
infra decimum septimum annum agerent,
simul cum fœmiais vilissimo pretio ven-
diti; ac postquam quos occideret, quid-
ve raperet Romanus non habuit exerci-
tus, jussit Titus totam funditus erui
(quòd olim Dominus prædixerat) civitatem ac
templum, relicta tantummodo parte muri ad

prædii illic relinquendi munitionem, ac tribus turribus, quæ præter alias eminebant, ut posteris indicarent, qualem civitatem, quam munitissimam, Romanorum virtus obtinisset: reliqua verò ita complanata sunt, ut qui eo accessissent, habitatum aliquandò fuisse locum vix crederent.

b. Subactis in hunc modum Judæis, imperatum est illis tributum, nimirum, ut quod in templum inferre quotannis soliti essent didrachma, illud ipsum penderent Jovi Capitolino; teste Josepho lib. 7. de bell. c. 28.

Annus Christi 73.

Vespasianus Augustus secundo, & M. Cocceius Nerva Consulatum gesserunt. Titus cum manubiis Judæorum ex Ægypto, Romam navigans, de partâ gloriosâ victoriâ nobilissimum unâ cum patre Vespasiano egit triumphum, in quo ducti sunt Joannes & Simon præcipui Judæorum Duces, cum septingentis viris electis, robore & formâ præstantibus, nec non pretiosissima Hierosolymitani templi spolia, ac sacra vasa cum ipsa lege Moysis, quæ fusè narrat Josephus lib. 7. de bell. c. 24.

Inter hoc autem à Lucilio Basso Legato & Flavio Silvâ tria castella munitissima, quæ in Judæa residua erant, fortissimè expugnata sunt; deditque in mandatis Vespasianus Liberto Maximo Procuratori, ut omnem terram venderet Judæorum, ut sic ludibrium orbis exules vagarentur; quamvis illorum tria millia qui in nemus, Jardes dictum, confugerant, à præfato Lucilio Basso Legato porro interfecta sunt.

Arviragus Britonum Rex moritur; succedit ei in Regno Marius filius vir miræ sapientiæ & prudentiæ.

Dardanus Scotiæ Rex, postquam in omnia vitiorum genera præceps abiisset, prudentes & probos viros, qui patri à consiliis fuerunt, quòd ejus adversarentur nequitia ex aula expulisset; à populo tandem captus, & ad Galdum Ducem tractus, ibi statim mori jubetur: capite occisi ad ludibrium proposito, corpus in cloacam projectum: successit ei in regno Corbredus II. cognomento Galdus, & suarum virtutum tyrocinio, & patris optimi memoriâ ac idole præclarâ Proceribus plebisque charus.

Annus Christi 74.

Consules facti sunt Vespasianus Augustus tertium, & Titus ejus filius secundum.

Sadducæorum, Scribarum, Phariseorum, Hæroborum, Nazæorum, Ossæorum & Herodianorum sectæ, editâ tantâ Judæorum strage partim extingui, partim immutari cœperunt.

Emergit e contra Ebion, hæresiarca scelestissimus qui falsa actâ nomine Apostolorum edidit; atque insuper circuitus PETRI, per CLEMENTEM scriptos, ad suas hæreses confirmandas corrupit; etiam ausus imponere Petro, quòd se quotidie in aquam mergeret purificationis gratiâ, & ab animalis ac carnibus omnino abstineret, quæ videlicet Ebionitæ observabant; qui insuper virginitatem non admittēbant, & ad sanguinem

Christi in Eucharistiâ conficiendum aquâ solum utebantur. A DEO item duos dicebant fuisse ad rerum dominium ordinatos, Christum videlicet & diabolum, illumque accepisse in fortem futurum sæculum, huic verò fuisse mundum concreditum; præter ceteros errores plures. His ipsis etiam temporibus discipuli complures Simonis Magi Dei Ecclesiam turpiter infamarunt, quorum præcipuus ac Simonis primogenitus fuit Menander, idemque Samaritanus & magus sectatoribus suis minime morituros esse persuasit.

S. Martialis Episcopus Lemovicensis, Galliarum dictus Apostolus, cum Lemovicenses, Tolosanenses, Burdegalenses, Cadurienses alioque, qui à Rhodano in Oceanum vergunt populos, ad Christianam pietatem instituisset, ex humanis sublatus est.

Colossus erigitur Romæ, habens altitudinis pedes centum & septem.

Annus Christi 75.

Consules facti Vespasianus Augustus quartum, & Valerius Messalinus: idem Augustus de pellendis ab urbe Philosophis dat edictum, sic persuasus à Muciano, quòd iidem multa inutilia garrientes, quadam dicendi temeritate potius quàm libertate, cum alios tum ipsum Imperatorem passim proscinderent, indeque apud abjectum vulgus gloriam aucupantes, in varias illud factiones distraherent; quapropter & unum virgis publicè cædi, & alium securi subijci permisit.

Eleucadius Philosophus Plonicus à S. Apollinare Episcopo Ravennate ad Christi fidem conversus, eidem Martyrio coronato in Episcopatu post Abderitum succedit.

Alani Mediam & Armeniam incurfant. Peregrinus cognomento Protheus, sub nomine Christiano multos decipiens, operatur ut pietatis causâ detruderetur in carcerem, ubi velut novus Paulus vinculis gloriosè sua vincula ostentaret, eo consilio, ut ex oblationibus Christianorum ingentem pecuniâ vim corraserit: tandem verò dimissus à Syria Præside auro suffarcinatus in patriam rediit, semetipsum rogo reservans; nam cum Romam postea adveniens cum aliis Philosophis à Domitiano Imperatore urbe pelleretur, novâ arte immortalē sibi gloriam paraturus, in Olympiis solenni pompâ se incendio dedit.

Rex Pictorum Rodericus, de Scythiâ veniens, in Aquilonarem Britannia partem applicuit, ac Provinciam illam devastare cœpit; at Marius Britonum Rex illum hostiliter petens, interfecit: deinde dedit populo devicto, qui cum Roderico venerat, partem Albaniæ ad inhabitandum, quæ Catenesia appellatur, terram desertam, & omni tunc habitatore vacuam.

Annus Christi 76.

Vespasianus Imperator quintum, & Titus tertium Consulatum gerunt.

Saturninus Petri, & Paulus Sergius Pauli discipulus, Hispanias illustrant.

Ultimum lustrum celebratur. Judæi Alexandria ingenti exede afficiuntur. Picti,

Picti, qui cum Roderico in Britanniam venerant, uxores non habentes, filias & cognatas Britonum petierunt, at ubi passim fuere repulsam transfretarunt in Hiberniam, & ex illâ regione conjuges duxerunt.

S. Nicanor unus ex septem primis Diacōnis cum in Insulâ Cypro Evangelium prædicasset, ob JESU Christi fidem multis affectus cruciatibus coronam martyrii accepit.

Annus Christi 77.

Vespasiano Augusto sextum & Tito quartum Consulibus. Idem Imperator celeberrimum pacis Templum Romæ dedicat, atque in eo præter alia insigniora toto terrarum orbe quaesita ornamenta, illa præfertim, quæ à Templo Hierosolymitano sublata fuerunt (præter legem Judæorum & penetrantium vela purpurea, quæ in Palatio servari voluit) reponit; idem Achaiam, Lyciam, Rhodum, Bizantium, Samum, quæ liberæ antè sua tempora fuerant, item Thraciam, Ciliciam, Comagenum, quæ sub Regibus amicis egerant, in Provincias redegit.

Annus Christi 78.

Creata sunt Consules Vespasianus septimum, & Titus quintum. Obiit Rex Agrippa, iamicè à Vespasiano habitus, quod antè rebellionem Judæorum Romam se recepisset.

Nascitur Hadrianus Imperator. Moritur Marius Britannorum Rex, & filium habet successorem.

Annus Christi 79.

Consulatum gerunt Vespasianus octavum, & filius ejus Domitianus primum.

Cypri tres urbes terræ motu ruunt. Artabanus Parthorum Rex graviter offendit Vespasianum, quod falso cuidam Neroni faveret.

Annus Christi 80.

Commodus & Priscus extant anni hujus Consules.

S. Linus Pontifex Romanus cum sedisset annos undecim, menses duos & dies 23. Nono Kalendas Octobris, in scio Imperatore, Saturnin Consularem jussu, Martyrio coronatur.

Romæ quotidie ad 10000. peste pereunt. Alconius Pedianus scriptor historicus claret, qui 73. ætatis anno captus luminibus, 12. postea in summo honore consenuit.

Gabinius Rhetor excellens docet in Galliâ.

Annus Christi 81.

Vespasianus nonum, & Titus septimum Consulatum adeunt, hoc eodem anno dictus Vespasianus Augustus, annum agens ætatis 69. & diem 27. Octavo Kalendas Julii ex hac vitâ profluvio ventris sublatus est in villâ propriâ circa Sabinos. Titus ejus filius statim cepit Imperium.

Vesuvius Kalendis Novembris primas flammæ vomere cœpit. Dio in Tito ait, primò magnam numerum hominum inusitatâ magnitudine in eodem monte, regioneque finitimâ, interdium noctuque vagari in aère visum esse: post hæc subsequutam maximam siccitatem & graves terræ motus, auditos etiam sonitus subterraneos.

tanquam tonitrua, deinde mare fremere cœpisse, omneque cælum resonare, ingentemque & repentinum fragorem, quasi montes simul conciderent, exauditum. Tum verò exiliisse primum immensos lapides, deinde magnam copiam ignis fumique, ita ut omnem aërem obscuraret occultaretque solem, undè plerisque persuasum erat mundum in chaos redigi, aut igne consumi; tantam enim fuisse copiam cineris, ut terram mareque atque ipsum aërem completeret, maximo illato hominibus, prædiis atque pecoribus damno, omnibusque piscibus ac volucris peremptis, & duabus urbibus Herculano & Pompejis, populo sedente in theatro, penitus obrutis. Postremò tantum fuisse cinerem, ut inde pervenerit in Africam, Syriam & Ægyptum, introierit etiam Romam, ejusque aërem compleverit, & solem obscuraverit, ac demum gravem pestilentiam excitaverit. Plinius junior, dum causam incendii in dicto monte curiosius scrutatur, in ipso perit.

Annus Christi 82.

Titus Augustus octavum, & Domitianus secundum ineunt Consulatum.

Capitolini Jovis templum, sed & Pantheon cum magnâ urbis parte conflatur, plurimis ad fidem conversis, quod mundi finem jam instare crederent.

Imperator amphitheatrum Romæ ædificat & in ejus dedicatione quinque millia ferarum occidit.

Annus Christi 83.

Creata sunt Consules Flavius & Pollio, ut habet Dio in Tito, licet loco Flavii posuerint quidam recentiores sextum Annium Silvanum.

Hoc anno Idibus Septembris Titus Imperator, amor & delicia generis humani dictus, summo omnium dolore, veneno per Domitianum fratrem (ut fama fuit) mortem oppetit in eâ villâ quâ pater ejus, annos natus quadraginta unum, cum imperasset post patrem biennio, mensibus duobus & diebus viginti. Succedit in locum ejus Domitianus ipse frater, homo naturâ sævus, ingenio vaser, futurus Christianorum flagellum: circa hunc annum ibidem aggressus est bello Marcomannos.

Annus Christi 84.

Domitianus tertium inquit Consulatum unâ cum Flavio Sabino Agricola rem strenuè gerit in Britannia.

Floret Josephus Mathathæ filius, vir Judæus genere, ex Hierosolymis Sacerdos: scripsit libros septem de Judaicâ captivitate alios quoque viginti quatuor Antiquitatum.

Annus Christi 85.

Domitiano Augusto quartum, & Virginio Ruffo Consulibus, idem Imperator, quam hætenus simulaverat clementiam exuens, immani feritate in cives sævire cœpit; quorum diversis prætextibus alios relegavit, alios ultimo supplicio affectis, postea Philosophos aggressus, iterato edicto ab urbe & Italia expulit. Pantheon in cultum omnium Deorum ædificavit.

Moritur S. Gaius, secundus, Mediolani in Insubria Episcopus, post cujus discessum vacavit sedes annis duodecim.

Annus Christi 86.

Domitiano quintum, & Junio Sabino Consulibus, idem Imperator templa sub Tito Romæ exusta, & inter alia Jovis Capitolini iterum concrematum, intra annos duodecim, summam impensam, restituenda curavit, addiditque nova, ac præcipue Flaviæ gentis, quando & Flavios instituit Sacerdotes.

Eodem hoc anno tres Virgines Vestales ob stuprum damnatas, more majorum vivas infodi jusfit.

Occasione cujuscunque calamitatis Christiani in crimen vocantur.

S. Anianus civis Alexandrinus è Nobili familiamatus; B. Marci Evangelistæ discipulus, inque ejus locum Episcopus Alexandrinus factus cum duobus & viginti annis præfuisset, quievit in Domino.

Annus Christi 87.

Domitiano sextum, & Aurelio Fulvio Consulibus: defuncto S. Aniano Episcopo Alexandrino, postquam sedisset annos 22. in ejus locum subrogatur Abilius.

Martialis, Juvenalis & Statius florent.

Flavia Domitilla, Flavii Clementis Consul ex sorore neptis, in Insulam Pontianam ob fidei testimonium exulat, & Quintilianus Rhetor clarus habetur.

Annus Christi 88.

Domitiano Augusto septimum, & Cornelio Dolabellam Consulibus, idem Imperator immortalitatem nominis quærens, quinquennales Jovi ludos instituit, jubetque annos peragones Capitolinos numerari. Continebat autem agon unusquisque annos quatuor.

Romani in Germaniam à Rege Daciæ cæduntur.

Nascitur Antoninus Pius, postea Imperator.

Moritur S. Valerius Episcopus Trevirensis, unus ex 72. Christi discipulis. Item S. Viator Episcopus Brixienensis in Italia.

Annus Christi 89.

Annus hic Domitiani Augusti Consulatu Octavo Ordinario, & Volusii Saturnini consignatur. Nè idem Imperator CHRISTO inferior videretur, Virginis Palladis filius & Deus dici voluit; Judæos interfici jusfit; contra Eunuchos fieri prohibuit.

Agricola rebelles Britannos domat.

Annus Christi 90.

Domitiano Augusto nonum, & Minutio Rufo Consulibus, adversus Dacos movet Imperator.

S. Memmius Mancius Martyrio coronatur.

Capitolium, Forum Trajani, thermæ Traiani, ludus matutinus, Micha aurea, Vespasiani templum Romæ fiunt.

Annus Christi 91.

Aurelio Fulvio & Sempronio Arracino Consulibus, obtritis Daciis victor revertitur

Imperator, in cives gladium convertit, complures occidit, ac plerisque in exilium mittit, & inter eos Cocceium Nervam. Apollonium autem Tyanæum magum famosum Romam evocat, reum factum, quod vaticinandi causam de Nervæ futuro Imperio puerum occidisset, quodque Deus haberi vellet; sed maximè quod eos coleret homines, quos ipse Imperator odisset. Qui quidem perductus ad Domitianum, comam ac barbam contemptus causam coram ipso radi, ac inter sceleratos vinciri iussus est, post hæc verò defensione habitam, cum eundem invitum Imperator retinere vellet, invisibilis ille per magiam suam factus evanuit, & Puteolis, ubi focii expectabant, improvisus apparuit. Cæterum Nervam mox Domitianus Romam revocatum Consulem in sequentem annum designat.

Ob avaritiam Præfidum plures hoc anno gentes ab Imperio Romano deficiunt.

Hispania Martyrum nunc fertilis, inter quos Julianus civis Toletanus.

Annus Christi 92.

Domitiano Augusto decimum, & Nerva Cocceio secundum Consulibus, S. Joannes Evangelista à Proconsule Asiæ victus Romam ad Domitianum mittitur, cumque ferventis olei dolio fuisset impositus, nihil tamen læsus, in Insulam Patmos relegatur.

Idem Domitianus statuas aureas & argenteas sibi in Capitolio poni jusfit.

S. Antipas Episcopus Pergami in Asia, martyrio coronatur, ex cujus corpore oleum ad pelendos morbos saluberrimum manavit.

Annus Christi 93.

Consularibus fascibus hoc anno potiuntur Ulpus Trajanus & Acilius Glabrio.

Secunda in Christianos persecutio movetur à Domitiano Imperatore.

S. Cletus Romanus Pontifex martyrio coronatur, cum sedisset annos duodecim, menses septem & dies duos; primus in litteris suis usus dicitur verbis illis: Salutem & Apostolicam benedictionem; post eum sufficitur Clemens Romanus è regione Cæli montis patre Faustino natus, antiquus Petri & Pauli Apostolorum discipulus. Martyrii quoque cursum consummat feris objectus S. Ignatius Episcopus Antiochenus. S. Chryspolitus Episcopus Bertonæ in Umbria post alia tormenta sævissima ob Christianæ fidei confessionem per medium scissus; cum quo eadem ex causam occubere duodecim mulieres cum Teutela ejus sorore.

Annus Christi 94.

Domitiano Augusto undecimum, & Volusio Saturnino Consulibus, Acilius Glabrio, qui superiori anno gessit Consulatum, quod Christi fidem suscepisset, in theatrum immittitur, ut cum immani leone pugnaret, verum ab illo non solum non est læsus, sed eum egregie ipse confecit: quam ob rem postea eadem ex causam, quod Romanos Deos non coleret, iussus est interfici.

Judæi Romæ agentes à Domitiano novis & acerbissimis exactionibus vexantur, adeo ut pro singulis etiam arboribus ruris, quod conduxissent, tributum pendere coacti sint.

Cor-

Cornelia Virgo Vestalium maxima, absens & inaudita à Domitiano Imperatore incesti damnata; viva sub terram more majorum defoditur.

Universam denique Britanniam potitur Agricola.

Annus Christi 95.

Consules creati sunt Sextius Pompejus Collega, & Cornelius Priscus.

Diro schismate Corinthiorum Ecclesia laborat.

In Galliam à Clemente Papam mittitur S. Dionysius Areopagita, & plures Episcopi.

Plurimi Nobilium ab Imperatore in exilium mittuntur.

Multi Martyrio rursus coronantur in Hispaniam; in Africa etiam pro fide Christianam sanguinem fundunt Lucius, Honoratus, Mactrosus, Datus, Julianus, Cælianus, Saturus, Vincentia, Victoria, & alii triginta duo.

Annus Christi 96.

Lucio Nonio Asprenate & M. Arricino Clemente Consulibus, Josephus, Judæus historicus, commentarium de Antiquitatibus Judæicis viginti libris distinctum, Romam absolvit, annum ipse agens ætatis quinquagesimum sextum.

Domitianus edicto Christianis cavet, mox tamen iterato sævit. Ulpus Trajanus Galliam præficatur.

Apollonius & Euphrates insignes Philosophi habentur.

Obiit S. Syrus Episcopus Ticinensis in Italia.

Annus Christi 97.

Domitiano Augusto duodecimum, unam cum Tito Flavio Clemente Consulatum tenente, S. Joannes Evangelista, quam vidit, scripsit Apocalypsim, in ea ubi exul agebat Insulam Pathmo.

Mathematici Roma proscribuntur.

Passus est Dionysius Areopagita cum sociis Rustico & Eleutherio.

Vetat Domitianus vites in urbibus feri.

S. Castricianus ordinatur tertius Episcopus Mediolani in Insubria.

Annus Christi 98.

Fulvio Valente & Antistio Vetere Consulibus: Flavius Clemens vix perfunctus munere Consulatus anni superioris, quod Christianam religionem amplexus esset, à Domitiano jubetur occidi.

Ex odio ejusdem Religionis Christianæ, Flavia Domitilla virgo, filia sororis Flavii Clementis prædicti cum aliis plerisque in Insulam Pontiam supplicii & mulctæ causa extruditur.

Eutropius Episcopus, Santonensis, Lucianus Bellovacensis, Nicasius Rothomagensis & alii in Gallia, in Tuscia verò Romulus Fesulanus Episcopus, Martyrii laurea decorantur, præter innumeros alios toto orbe, quorum nomina exciderunt.

Domitianus Augustus à Stephano Clementis Consulibus liberto, & Flaviæ Domitillæ Procuratore confoditur Romam in suo palatio, quam necem suggerente dæmone Apollonius Tyanæus, utpote magus insignis, illa eadem, qua facta est

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

hora Ephesi scivit & enunciavit hisce verbis: Confidete, O viri, Tyrannus occisus est hoc ipso temporis momento.

Sublato Domitiano, Nerva Cocceius, natus ex nobilissima domo, quod mitissimo esset ingenio & summo loco natus ex oppido Narniensi suscipit Imperium Parthenico id deferente: initio Principatus mox clementiæ & libertatis indicia dedit, reos Majestatis absolvit, exules in patriam revocavit, ac omnes qui metu diffugerant, reduxit. Sacrificia multa, equestres cursus, spectaculorum & ludorum genera sustulit; nec sibi aureas argenteasque statuas poni passus est. Multas leges sanxit, quarum prima & præcipua, ne quis fratris sororisve filiam uxorem duceret.

S. Joannes Apostolus ab exilio Ephesum rediens, hortatu fratrum Evangelium conscribit, verisque miraculis præstigias Apollonii Tyanæi confundit.

Annus Christi 99.

Nerva Augustus in Consulatum tertium, Collegam sibi adsciscens Virginium Rufum, virum laudatissimum, quem, ut ajunt, Romanæ legiones olim Imperatorem nominarent, sed mors hoc eodem anno vivis eripuit.

Apollonius Tyanæus impostor, qui magicis artibus universi orbis oculos ad se converterat, honesto prætextu mittendi legationem ad Nervam Imperatorem, quo familiariter olim fuerat usus, discipulum Damidem præcipuum suarum conscium actionum à se ablegans, ne ultimi sui finis testis esset, occultam appetens mortem, quo immortalis crederetur in cælum esse translatus, incerto exitu claudit diem extremum.

Nerva Imperator, cum se jam senio fatiscens, & continuis morbis languescentem conspexisset, consulturus Romano Imperio M. Ulpium Traianum tunc agentem cum exercitu in Germaniam, adoptat in filium, ac Imperii successorem.

Tacitus & Frontinus clarent.

S. Bucolus Episcopus Smirnenensis moritur.

Corcyra SS. Zeno, Eusebius, Neo ac Vitalius ob constantem fidei Christianæ confessionem, post longam verberationem, in ignem conjecti, Martyrum gloriam consequuntur. Ibidem quoque Saturninus, Insiicholus, Faustianus, Januarius, Marcellus, Euphrasius & Mammius latrones, à SS. Jafone & Sosipatro in carcere ad Christi fidem conversi, in ahenum pice, sulphure ac cerâ plenum conjecti, Martyrii palmam promeruerunt. Cum sancta Corcyra clam ex ostio prospiceret, & sanctos Christi Martyres crudeliter vexari tormentis adverteret, fidem Christi amplexa est, & se liberè Christianam professam, ad patrem adductam, cum nollet fidem deserere, tradita est cuidam Æthiopi, ut ipsam impiè pollueret. Dei autem dispositione ferox uria illico adveniens, ab aggressore scelere Æthiopem impedivit, & virginem illibatam custodivit, quo prodigio viso Æthiops Christianam fidem amplexus & ense obruncatus est; at sancta Corcyra suspenso primùm & emisso fumo ex supposito igne cruciata, dein sagittis trans-

C

trans-

transfixa, ac demum lapidibus obruta, Martyrium consummavit. Menæa.

Annus Christi 100.

Nerva Augusto quartum, & Trajano secundum Consulibus, sexto Calendas Februarii, idem Nerva agens ætatis annos sexaginta quinque, menses decem & dies totidem, cum imperasset annum unum, menses quatuor ac dies novem vitæ sanctus est. Suscipit mox Imperium Trajanus agens annum ætatis quadragesimum secundum, qui statim edictum ad Senatum mittit, nunquam suo jussu bonum virum occisum iri aut ignominiam notandum; de quo & illud memoria dignum habetur, quod strictum enssem coram Proceribus suis Præfecto Prætorii dederit his verbis: cape hunc enssem, & si bonus fuero, pro me, si malus, contra me utitor; Christianis tamen inhibuit collegia seu sodalitia, cujus edicti vi fati amplâ Præsidibus suppetebat fa-


cultas ad pœnas Christianis infligendas.

S. Clemens Papa ob constantem fidei confessionem, ultra mare Ponticum in desertam civitatem Chersonam relegatur; quo delatus id solatii Christianis exulibus ibi jam degentibus præstitit, ut cum maximo labore humeris aquam è longinquo jugiter ferre cogerentur, è terrâ in loco divinitus agni signo monstrato fontem erumpere fecerit, quo miraculo adeo Christiana Religio inter loci accolæ fuit propagata, ut idololatria extincta propemodum fuerit.

Flavia Domitilla virgo, & ejus Eunucho Nereus & Achilleus, cum aliis pluribus coronantur Martyrio, quæ fors etiam Romæ obrigit Hyacintho.

Abilius tertius Episcopus Alexandrinus, cum sedisset annos tredecim ex hac vitâ migrat, in cujus locum sufficitur Cerdo.

Circa hunc quoque annum moritur S. Pompeius Episcopus Ticinensis.



MEMORABILIMUM MUNDI CHRISTIANI SÆCULUM II.

Annus Christi 101.

Cosio Senecione, & à Cornelio Palmâ Consulibus, Trajanus Imperator in urbem se confert, cum ob præclaras in Germaniâ partas victorias, Germanici esset cognomentum adeptus.

S. Joannes Apostolus & Evang. Ephesi diem obit.

Annus Christi 102.

Traiano Augusto & Frontone, utroque tertium Consulibus, audiens idem Augustus magnam per S. Clementem Pontificem in Chersoneso infidelium conversionem, misit illuc Aufidianum Præsidem, qui postquam plures Christianos diversis tormentis necasset, cum videret omnes ad Martyrium gaudentes accedere, parcens multitudini ipsum Clementem aggressus, quod Diis sacrificare recusasset, in medium maris duci, & anchorâ collo appensâ in profundum præcipitari jusit, ne possent Christiani tollere corpus ejus, & sicut aliorum Martyrum venerari; sed ingenti miraculo, cum Christiani ad littus orarent, mare ad tria milliaria recedens, iter eis præbuit ad ædiculam marinoream constructam in templi formam, in quâ corpus Martyris intra arcem lapideam conditum invenerunt, & juxta illud anchoram quâ mersus fuerat. Quod miraculum, postea per longa tempora singulis annis recurrente ejus Martyrii die repetitum est, præbente mari iter per septem dies populis ad sepulchrum Martyris orationis causâ undique accedentibus.

Imperator Seleuciam, Ctesiphontem ac Babyloniam occupat.

Annus Christi 103.

Dacia à Romanis in Provinciam redigitur, devicto Rege Decebalis.

Urbis Consulatum ordinarium gesserunt Trajanus Imperator quartum, & Sextus Articuleius, sive ut alii, Auruauleius: anni autem hujus honorarii Consules extiterunt: C. Plinius secundus, & Cornutus Tertullus.

Anacletus natione Græcus, patre Antiocho in Cathedram Petri sublimatur.

Annus Christi 104.

Consules anni hujus creati sunt Suranus & Servianus.

Trajanus victis Dacis & Scythis, in Germaniam revertitur triumphans.

E Bithyniâ, ejus nunc Præses Trajano scribit Plinius super Christianorum numero & innocentiam: jubetur non inquirere: sed oblatos punire.

Annus Christi 105.

Traianus Augustus & Appius Maximus Consulatus munere funguntur.

Rex Decebalus victus, mortem sibi met consciscit.

Helxeus Pseudo-propheta infestat Ecclesiam.

Decreto Senatûs Nerva inter Deos refertur.

Moritur S. Titus Episcopus, Cretensium Apostolus, natus annos 94.

Annus Christi 106.

Surano atque Marcello Consulibus, Trajanum Dacico bello confecto, plurimâ barbararum gen-

gentium legationes, atquæ etiam Judæorum adire, quos ipse Romæ audit.

Idem Imperator Bibliothecas extruxit, & ingentem columnam cochlydem statuit in foro, dicto ab ipsius nomine Traiano, ceterorum omnium celeberrimo: in quâ cælata sunt in circuitu res gestæ ipsius Traiani bello Dacico, aliisque militaribus expeditionibus.

Zacharias senex Viennensis Episcopus, Martyrio coronatur.

Annus Christi 107.

Consulatum hujus anni gessere Candidus & Quadratus.

Traianus Armenis ac Parthis, aliisque finitimis populis bellum infert, quorum alios in ditionem recepit, alios bello subegit.

Annus Christi 108.

Consulatu anni hujus funguntur Commodus Verus ac Cerealis. Romæ domus aurea à Nerone condita repentino conflagravit incendio.

Moritur Corbredus II. Scotiæ Rex: patri optimo suffectus Luctacus filius flagitiosissimus, qui spreto majorum consilio, se totum vino & scortis dedit: nullam ab eius libidine vel propinqua cum ipso cognatio, vel reverentia legum, vel majorum aut maritorum respectus vendicabat; accessere ad hæc inhumanæ crudelitas & inexplebilis avaritia.

Annus Christi 109.

Senecione & Surâ Consulibus, S. Simeon frater Domini dictus filius Cleophæ, Hierosolymitanus Episcopus, annos natus 120. postquam verberibus crudelissimè cæsus est, fortissimum crucis supplicio Martyrium consummat: in ejus locum suffectus est Justus rejecto Thebule quodam, qui repulsæ impatiens, Ecclesiam Hierosolymitanam erroris labe secretò inficere exorsus est.

S. Ignatius Episcopus Antiochenus vincit abducitur Romam, feris obijciendus.

Annus Christi 110.

Gallo & Braduâ Consulibus: S. Ignatius præfatus, Romæ in theatro leonum dentibus dilaniatus, Martyrium feliciter consummat.

Cerdo Episcopus Alexandrinus, cum ægeret in sede annum undecimum ex hac vitâ decessit: atque in ejus locum subrogatus Primus.

Senatus Trajano pro tot victoriis non unum sed quotquot vellet triumphos decernit: ille in mari rubro classem instituit, ut per eam Indiæ fines vastaret.

Antiochenam civitatem terræ motus penè totam subruit, aliâsq; per orbem civitates plures.

Annus Christi 111.

Palma & Calvisius Tullus Consules creati. Frangit quaquaversum fines hostium Traianus in motu tamen quodam graviter periclitatur.

Luctacus Scotiæ Rex flagitiosissimus conventu Primorum factò, cum liberius coargueretur, & Principes tanquam seditiosos ad supplicium rapi juberet, concursu multitudinis unâ cum scelere administris fuit occisus: datum autem honori patris, ut in sepulchrum majorum cadaver

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

inferretur; cæterorum corpora in sepulta projecta Mogaldus deinde Rex electus, Galdi ex filiâ nepos initio Imperii optimis Regibus par, senior facile vitiorum contagio in avunculi mores abiit.

Annus Christi 112.

Crispo & Orfito Consulibus, Sanctus Anacletus Papa, cum sedisset annos novem, menses tres & dies decem, Martyrio coronatur, & cum vacasset sedes dies tredecim, suffectus est Evaristus, & ipse natione Græcus ex patre Judæo. Pantheon Romæ fulmine concrematur.

Concilium Toleti celebratur.

Martyrium subit in Hispaniâ S. Eutychius, item Alexander filius Simonis Cyrenensis, qui post Christum ejus crucem bajulavit, paritur Carthagine Spartariâ cum Candido, Zolimo & focis.

Moritur S. Eleuchadius Episcopus Ravenas in Italiâ, qui Aderito mortuo, cum Ravenates convenissent de eligendo successore Episcopo tractaturi, Deumque precarentur, vellet eum eligi, qui populo ex divinâ sententiâ præfesset, descendens de cælo columbæ indicio electus est. Fuit discipulus S. Apollinaris, vir eruditus, interpretatus est libros plures, elegantissimèque conscripsit alios de Christi conceptu & ortu ex Virgine.

Annus Christi 113.

Calpurnio Pisone & Rustico Bolano Consulibus. Justus Hierosolymitanus Episcopus ex hac vitâ subtractus est.

Verus Episcopus Viennensis fidei confessione & doctrinâ claret.

Annus Christi 114.

Traiano Augusto sextum & Julio Africano Consulibus: idem Traianus viribus corporis & fortunâ deficientibus, quas subegerat Provincias, liberas esse jubet.

Phocas Cynopis civitatis Episcopus gloriosissimè Martyrium subit, cujus sacratissimæ Reliquiæ translatae sunt Viennam Galliarum.

Annus Christi 115.

Publio Celso & Clodio Crispino Consulibus: rebellione gentium domitarum Romanum funestatur Imperium.

Refert Dio de Agarenorum in Arabiâ defectione, quod quoties cum eis Romani manus confererent, ictu fulminis averterentur; ortamque subito muscarum vim, eduliis & poculis insidentem, scoto contactu cuncta Romanis gravia & molesta fecisse.

Coillo Britonum Regi, natus est filius Lucius

Annus Christi 116.

Consulatum hujus Anni gerunt Vinthius Hæsta, & Manilius Vopiscus.

Judæi rebellantes sine discrimine Romanos & Græcos obruncant, eorumq; carnibus vescuntur, sed & eorundem intestinis stillante adhuc sanguine seipos cingentes, ac pellibus obvolvèntes, multos per medium secuerunt, bestiis plures ad dilaniandum objecerunt, alios inter se digladiari coegerunt; adeo ut tantummodo apud Cyrenem ducenta & amplius homi-

hominum millia, in Insulâ verò Cypro circiter ducenta & quadraginta capitum millia, eo Judæorum furore & armis interierint. Martius autem Turbo in rebelles ab Imperatore Trajano missus eosdem gravi clade & severâ vindictâ afficit.

Annus Christi 117.

Consules fuerunt Messala & Peto. Antiochia rursus ingenti terræ motu concutitur, Pedone præfate Consule cum ingenti hominum numero occiso; Imperatore verò Trajano, qui tum ibi in Hibernis erat, ægriè per fenestram domus erepto. Subfederunt tunc montes, aquarum fontes non antea visi emicuisse, ac defecerunt fluvii.

S. Theodora matrona Romana, & soror S. Hermetis urbis Præfati, quam B. Alexander Papa & martyr instruxerat in fide, Martyrio coronatur.

Annus Christi 118.

Aliano & Vetere Consulibus, extremis Imperii sui annis remittit à persecutione Traianus, quod Syriæ Præfes moneret, non se patrem occidendis, qui spontè se ad martyrium obrulissent, Christianis.

Annus Christi 119.

Annus hic Consules habuit Nigrum & Apro-nianum (vel ut ponit Casiodorus) Cati-liam & Fulvum.

Trajanus Romam reversus, apud Selinuntem Ciliciæ civitatem sine morbo, sine veneno, extinguitur, cum imperasset annos novemdecim, menses sex, & dies quindecim: eo itaque è vivis sublato, Hadrianus natus Romæ patre Elio Hadriano, cognomento Afrò, cum adoptionis per Trajanum in extremis positum factæ tabulas accepisset, capessit Imperium.

B. Secundus miles, ob confessionem fidei, post picem cum resinâ liquatâ super caput, & in os ejus fufam, capitis obruncatione Martyrium complet: idem Martyrii trophæum reportat S. Phocas.

S. Calocerus à SS. Faustino & Jovitâ ad fidem conversus, jussu Sapritius Præfati tormentis excruciat, ex JESU Christi confessione constantissimus, Brixia egregiè coronatur.

Annus Christi 120.

Hadriano Augusto secundum, ac Fusco Salina-tore Consulibus, idem Imperator, cum res Orientales summo studio ac diligentia composuisset reversus in urbem, ne minor Trajano videretur in demerendâ sibi Republicâ, jurat, nunquam Senatorem aliquem, nisi ex Senatûs consulto se puniturum: sed & per edictum civibus Romanis dimisit omnia debita, sive ea pertine-rent ad Imperatorem, sive ad ærarium, quorum summa fuit viginti duarum myriadam auri cum dimidia, syngraphis in foro Romano combustis; tantam tamen, quam erga cives exhibuit clementiam, odio quo in Christianos ardebat, maculavit: inter hos Eustachium (qui Placidus antè baptismum dictus fuerat) virum militari gloria & animi invicto robore insignem, ad Christi fidem divinitus vocatum, cum ab instituto divellere non posset, unâ cum uxore ac duobus filiis pariter Christianis, leonibus tradi jussit, & à

bestiis intactos, in bovem æneum candentem includi, ubi gloriosum Martyrium consummarunt.

Martyrii quoque laureolâ hoc anno coronantur Brixia Sancti fratres Faustinus Presbyter, & Jovita Diaconus.

Circâ idem tempus sub Sapritio Mediolanensis Provinciæ Præfate S. Marcianus Episcopus, cum Dertonæ Christi Evangelium disseminaret, multosque discipulos ad se traheret, neque blanditiis nec minis ab optimi Præfatis officio removeri posset, laminâ ignitâ in pectore tentatur: verum ab eo igne nihil læsus, tyranni crudelitatem increpare cœpit; ad hæc excandescens Sapritius, Martiano caput amputari jussit.

Annus Christi 121.

Consulatum gerunt Hadrianus Augustus tertium, & Junius Rusticus.

Evaristus Papa, cum sedisset annos novem & menses tres, vigesimâ sextâ Octobris Martyrio coronatur: subrogatur ei Alexander Romanus, patre Alexandro natus de regione Caput-Tauri.

Judæi iterum rebellantes, sub Tinio Rufo Judææ Præsede vincuntur & disperguntur.

Annus Christi 122.

Cæcilius Severus & Aurelius Fulvus, qui postea dictus est Antoninus Pius, creantur Consules.

Omnium per orbem securitati prospecturus Imperator, Imperii Provincias lustrat: primò quidem in Galliam atque Germaniam transit, inde in Britanniam transmissurus.

In Ecclesiâ Alexandrinâ defuncto Primò Episcopo, postquam sedisset annos duodecim, subrogatur Justus.

Annus Christi 123.

Annio Verio & Augure Consulibus; Hadrianus Imperator Britanniam petens, multa correxerat, murumque per octingenta millia passuum duxit, qui barbaros divideret: transgressus verò in Galliam, Alexandrinâ seditione commotus est, cum repertus post multos annos Apis, turbas inter populos creavit, apud quem deberet collocari.

Martyrum per orbem fit magnus numerus, totis urbibus se ad mortem offerentibus.

Nigrini conspiratio proditur, luunt multi Proceres.

Annus Christi 124.

Aviolâ & Pansa Consulibus, Hadrianus Imperator Hispanias peragravit.

Coillo Britonum Rege defuncto, Lucius ejus filius Regni diademate insignitur.

Annus Christi 125.

Arrio Petino & Aproniano Consulibus, Imperator Achaïam & inde Athenas petens, exemplo Herculis & Philippi, sacra Eleusinia suscepit, multaque in Athenienses contulit, Christianos verò ibidem degentes graviter afflixit.

Annus Christi 126.

Consules hujus anni extiterunt Glabrio atque Torquatus.

Hadrianus transactâ Athenis hyeme, inde recessit, rediitque Romam, & inde in Africam trajecit.

Aquila

Aquila Orator, genere & natione Ponticus, clarus habetur, qui post 70. secundus interpretis divinæ legis exitit.

Annus Christi 127.

Scipione & Aquilino Consulibus, rebus Africae compositis redit Romam Imperator.

Justus Viennensis Ecclesiæ Episcopus, illustrissimus in Christi confessione refulget.

Moritur S. Marcianus, Episcopus Ravennatum in Italia.

Annus Christi 128.

Vero & Bibulo (vel, ut alii volunt) Celso & Marcellino Consulibus, Hadrianus Imperator Româ in Orientem profectus, Athenas repetiit, & Jovis Olympii ædem atque aram sibi dedicavit: eodem tempore Quadratus Athenarum Episcopus, nec non Aristides Atheniensis Philosophus Christianus libros pro Christiana Religione eidem Augusto obtulere: ipseque Quadratus orationem insuper ea de re coram Imperatore habuit, ac tantum profecit, ut persecutionem gravissimam sedaverit: sed his Hadrianum mitiorem reddidit, æquè ad concedendam pacem Ecclesiis impulerunt litteræ Serenii Graniani Asiæ Proconsulis, qui cum cerneret non jam de Christianis legitima exerceri judicia, sed clamoribus vulgi delatos innocentissimos homines neci tradi, è Provincia discessurus, litteras ea de re ad Imperatorem scripsit, iniquissimum esse dicens, sine ullo crimine, nominis tantum & sectæ reos fieri: quibus commotus Hadrianus ad Minutium Fundanum Serenii successorem rescripsit, sine objectu criminum Christianos non esse condemnandos.

Annus Christi 129.

Gallicano & Titiano Consulibus, Hadrianus Imperator Minorem Asiam peragravit, multa componens, & templa sibi erecta consecrans, & Præsidium delicta severè puniens.

Annus Christi 130.

Torquato & Libone Consulibus ex Asia in Syriam venit Imperator, Syriamque à Phœnice separari vult, ex odio (ut inquit Spartianus contra Antiochenos) ne tot civitatum Antiochia Metropolis diceretur.

Judæi novos motus concitant in Palæstina & Syria, ducè Barchochebâ cruento ac nefario prædone, qui nolentes sibi Christianos adversus Romanos ferre subsidium omnimodis cruciatus enecavit.

Justinus Samaritensis Philosophus fit Christianus.

Basilides hæresiarcha Ecclesiam Christi multâ perfidiâ turbat.

Circâ hunc annum S. Ovidius Episcopus Bracharensis moritur.

B. Quirinus Tribunus traditus Romæ Aureliano Judici, cum in confessione fidei Christianæ peristeret, post linguæ abscissionem, equulei suspensionem, manuum ac pedum detractionem, agonem Martyrii gladio feriente consummat, quem mox ad cælos secuta est ejus filia S. Babina.

Annus Christi 131.

Celso & Balbino Consulibus, occumbit Martyr Hero Episcopus Antiochenus, postquam sedisset annos viginti: cui successit hoc eodem anno Cornelius.

Hadrianus Imperator ex Syria in Arabiam proficiscitur.

Martyrii quoque laureolâ donatur Cuthradus, Episcopus & Apostolorum discipulus.

Annus Christi 132.

Catullino & Apro Consulibus, quinto nonas Maji, Alexander Papa, quod Senatores complures & Præfectum Urbis Hermetem aliosque Romanos cives ad Christi Religionem perduxisset, in carcerem trusus, cum per eum multi ibi Deus miracula edidisset, ac rursus aliquos ad fidem convertisset, multis dirisque cruciatibus affectus, creberrimis puncturis confosus, jussus est occidi: & postquam vacasset ab ejus obitu Sedes Romana dies viginti quinque, subrogatus est in locum ejus Sixtus patriâ Romanus patre Pastore de regione Viâ Latâ.

Martyrium quoque hoc anno subiit S. Hermes præfatus.

Hadrianus in honorem Amasii pueri sui, Antinoi, templum, aram & urbem, Antinopolim dictam excitat.

Nicopolis & Cæsarea terræ motu corruunt.

Annus Christi 133.

Pontiano & Ruffino Consulibus, defuncto Justo Episcopo Alexandrino, postquam sedisset annos undecim, in locum ejus sufficitur Eumenes.

Celsus Epicurus in Christianos scribit, quam refutavit postea Origenes.

S. Sabina ob Christi fidei confessionem, Romæ gladio percussa, Martyrium subit.

Circâ hunc annum S. Afra, à S. S. Faustino & Jovitâ ab idololatriâ ad Christum conversa, ac à S. Apollonio baptizata, ab Aureliano Comite ob constantem fidei confessionem variis cruciata suppliciis, unâ cum Samaritana ejus ancilla insignis Martyrii palmam accipit.

Annus Christi 134.

Pompeiano secundum, & Conamodo, ut vult Cassiodorus, vel ut Græci, Augurino & Severiano Consulibus, Salvius Julianus jussu Hadriani Imperat. perpetuum composuit edictum, quo omnes in posterum Prætores uterentur.

Patiuntur in monte Ararath 10000 Martyres.

Hadrianus Imperator, cum insignes Athenis fecisset ædes, bibliothecam mirandi operis extruxit.

Moritur S. Justus, quintus post S. Marcum Alexandria Episcopus.

Annus Christi 135.

Hybero & Silano Consulibus, victi toties Judæi iterum arma parant; in Rufi Judææ Præfatis auxilium evocatur è Britannia Julius Severus, qui non tam vi aperta, quam arte eos tandem penitus oppressit, quinquaginta millia eorum cecidit, arces quinquaginta celeberrimas diruit, vicos nongentos & octoginta quinque

nominatissimos diripuit ac cremavit, totamque ferè Judæam desolavit.

Annus Christi 136.

Serviano & Vero Consulibus; Jejunium quadragesimale Romani Pontificis auctoritate præscribitur.

Bellum Judaicum, quod in Palæstina gerebatur, finem accipit.

Annus Christi 137.

Pompejano & Aciliano Consulibus, cum bellum Judaicum jam in Palæstina finem accepisset ex eo tempore universa Judæorum genti interdictum est pedem in agrum Hierosolymitanum, aliquando inferre, vel ex edito loco paternum solum aspicerè: ipsaque urbs Hierosolyma, abolito hoc suo nomine, in honorem Ælii Hadriani Imperatoris, Ælia est appellata: ac super portum, quæ Bethlehem egrediebatur, sus positus est in marmore sculptus.

Marcus decimus sextus Hierosolymæ reparata Episcopus, at primus ex Gentibus creatur.

Annus Christi 138.

Commodo Vero & Pompejano Consulibus, Judaicis rebus compositis, totoque Oriente sedato, Hadrianus Imperator Romam, peragrato jam toto orbe Romano se contulit, ubi, sicut & Tibure plures Christiani, ob Christianæ fidei confessionem variis mortis generibus afficiuntur: inter quos fuere Getulius, qui & dictus fuit Zoticus, Christianorum hospes & monitor, ejusque frater Amantius, Tribunus, & uxor Symphorosa cum septem filiis, item Cerealis, qui Vicariam agebat Præfecturam.

L. Ceionius Commodus ab Hadriano adoptatur futurus Imperii hæres, & post adoptionem L. Ælius Verus Cæsar nominatur.

Decedit S. Castritianus tertius Mediolani in Insubria Episcopus, cum sedisset annis 41. ei succedit S. Callimerus.

Annus Christi 139.

L. Ælius Verus unâ cum Vibullio Pio describitur Consulibus factis, quamvis idem Verus Consulatum auspicaturus Calendis Januarii diem obierit: quo defuncto Arrius Antoninus, qui postea Pius est dictus, ab Hadriano Augusto adoptatus est Imperii hæres quinto Calendis Martii.

Hadrianus ex profluvio sanguinis in hydro-pisim incidit, quæ nec Medicorum arte, nec magicis incantationibus curari potuit, itaque vivendi tædio affectus mori decrevit, sed cum nemo aut venenum aut gladium promissâ etiam pecuniâ porrigere vellet, in sequentem annum vitam coactus est prorogare.

Moritur S. Juventius Episcopus Ticinensis in Italia.

Annus Christi 140.

Camerino & Magno Consulibus: Antoninus Pius, jam Imperii successor designatus, Tribunitiâ potestate, & Consulatu honorario decoratur.

Hadrianus Imperator agens annos ætatis sexaginta duos, menses quinque & dies sex, Imperii verò annos viginti & menses undecim, elbo

& potu abstinens, finem vivendi facit Sexto Idus Julii; fuit vir aliàs doctus, & omnium curiositatum explorator: capessente Imperium Antonino, qui Hadrianum inter Divos refert, eidem Sacerdotes & certamina instituit, templumque erigit. Idem Antoninus cum filiis suis Aurelio & Lucio, in omni Imperio Romano, cautionibus incensis, cunctorum debita relaxant.

Annus Christi 141.

Antoninus Augustus secundum unâ cum Brutio Præfente adit Consulatum.

Claret Galenus Medicus.

Tranquillitate Principis benè usi Christiani fidem propagant.

Annus Christi 142.

Antonino Augusto tertium, & M. Aurelio Antonino Cæsare Consulibus, idem Augustus Anniam Faustina Augustam conjugem suam morbo defunctam inter Divos à Senatu referri curavit, delatis Circensibus, & templo ac Flaminiis, statuisque aureis atque argenteis.

Martyrio coronatur S. Sixtus Papa, cum sedisset annos decem, uno minus mense, & viginti duobus diebus, sepultusque est in Vaticano.

Succedit in Pontificatu Telesphorus natione Græcus, ex Anachoreta.

Annus Christi 143.

Priscino & Severo Consulibus: Cornelius Episcopus Antiochenus vitâ fungitur, postquam sedisset annos tredecim: successorum habet Heronem ejus nominis secundum.

Judæi denuo opprimuntur.

Hæresis Valentiniana & Marcionis Ecclesiam Christi fraudulenter impugnat, cujus pestis inventores æonas, id est, scelera quædam in originem creatoris inducunt: Christum quoque de Virgine corpus non assumpsisse, sed per eam quasi per fistulam, transiisse profitentur.

Annus Christi 144.

Ruffino & Quadrato Consulibus, defuncto Eumene Episcopo Alexandr. cum sedisset annos tredecim, sufficitur Marcus hujus nom. II.

Annus Christi 145.

Consulatum obtinent Torquatus & Atticus Herodes: novum monstrum apparet Valentinus hæresarcha, lapsus in Hæresim, quod in petitione Episcopatus ei prælatus esset alius.

Annus Christi 146.

Consules creati sunt Avitus & Maximus.

Marcion Ponticus, hæresarcha emergit.

Lucius Septimius Verus, postea Imperator, nascitur.

Annus Christi 147.

In factis ponuntur Consules Antoninus Pius Augustus quartum, & M. Aurelius Cæsar secundum.

Cassiodorus ponit pro annis hujus Consulibus Orsitum & Priscum Mogaldus Scotiæ Rex suis vitis Nobilitati & Vulgo juxta invisus, cum eorum conjurationi par esse, non posset, cum uno & altero comite latebras & fugam circumspiciens, deprehensus interficitur. Hunc secutus est in Regno filius Conarus, qui à scelesto

initio

initio exorsus, Regnum flagitiosissimum infelici postea exitu clausit.

Annus Christi 148.

Consulatum gerunt Erucius Clarus & Claudius Severus.

Vesomedius Cretenensis, citharædus & Poëta claret.

Annus Christi 149.

Consules ponit Cassiodorus Gordianum & Maximum. Ab aliis verò ex Græcis factis ponuntur duo Valerii Largus & Messalinus.

Taurus Hyretius Platonicæ sectæ Philosophus clarus habetur.

Annus Christi 150.

Secundum Cassiodorum hujus anni Consules fuere Romulus & Glabrio; secundum Græcos autem Torquatus & Julianus.

S. Justinus Philosophus Christianus, & postea Martyr Romæ, apologeticam orationem pro Christianis Antonino Pio Imperatori ejusque filiis adoptivis Marco & Lucio Philosophis, ac denique ipsi Senatui populoque Romano offert.

Diem obit S. Celsus quintus Trevirorum Episcopus.

Annus Christi 151.

Anni hujus Consules ponuntur à Cassiodoro Præfens & Rufus, ab aliis autem Orsitus & Priscus.

Post Marcum Junioem subrogatur in Ecclesia Alexandrina Celadion Episcopus.

Annus Christi 152.

Consulatum gesserunt Gallicanus & Vetus, vel ut habet Cassiodorus, Commodus & Lateranus.

Floret S. Patiens, Metensis Episcopus, qui natione Græcus, S. Joannis Evangelistæ discipulus, quartus ordine hanc Ecclesiam rexit, ac sanctitatis suæ gloriosis illustravit insigniis. Huic ferunt S. Joannem à se abscedenti in pignus amoris unum ex suis dentibus dedisse; quem Metis in ædícula à se, sub amantissimi sui ipsius Præceptoris nuncupatione consecrata reposuit. And. Sausséjus in Martyrolog. Gallic. Reprehensus ob gulæ vitium à Justino Crescens Cynicus, in perdendo dein illò plurimum laborat.

Annus Christi 153.

Cassiodorus ponit hujus anni Consules Verum & Sabinum; alii Fasti & Gordianum & Maximum.

Optimus Imperator rebellem Parthorum Regem armis petiturus prius monitum, solâ auctoritate triumphat, quo modo & Iberiæ Regem vicit.

Annus Christi 154.

Consules hujus anni fuere Glabrio & Verianus.

Martyrio coronatur S. Telesphorus Papa; succedit in Sede Papali S. Hyginus, Atheniensis patriâ: pari Martyrii laureâ ornatur Alexander Episcopus Viâ Claudiâ, vigesimo ab urbe miliario: Spoleti Pontianus: aliique plures tam in Gallia, quam in Italia. Antoninus tamen Impe-

rator hoc eodem anno edictum promulgat de cohibenda Christianorum persecutione.

Urbs Romana, aliæque Imperii Provinciæ, fame, terræ motibus, inundationibus atque incendiis affliguntur.

Annus Christi 155.

Consules sunt Præfens & Ruffinus.

Circa hunc annum Valentinus hæresarcha Romam se confert, quod idem fecit Cerdon pariter hæresarcha, primò se Catholicos præferunt, in Ecclesiæ communionem recipiuntur, sed postea detecti hæretici, sæpius exomologesin agunt, & relapsiterum postea ab Ecclesia penitus ejiciuntur.

Antoninus auxilla mittit in Pontum contra Tauroscythas.

Annus Christi 156.

Secundum Cassiodorum Consulari officio funguntur Tertullus ac Sacerdos: alii ponunt L. Ælium Commodum Cæsare, & Sextil, Lateranum.

Martyrium in Hispania obeunt SS. Bonofus & Maximianus.

Annus Christi 157.

Consules hujus anni ponit Cassiodorus Quintillum ac Priscum; alii Severum ac Sabinum, aliter Sabinianum.

Cassiodorus Hierosolymitanæ Ecclesiæ Antistes creatur.

Execratus otium Antoninus, artes Reipublicæ inutiles proscibit.

Annus Christi 158.

Consulatum hujus anni gesserunt Silvanus & Augurius.

S. Hyginus Papa Martyrio coronatur, succedit in Sede Pontificali S. Pius I.

Annus Christi 159.

Consules creati sunt Barbatus & Regulus.

Pius Pontifex Maximus decretum edit de celebrando Paschate die Dominico, ut tradit Eusebius, ita tamen intelligendus, ut quod jam antea ab Apostolis esset traditum, ipse Pius ad corrigendas hætenus judaizantes Ecclesias, quæ decimâ quartâ Lunâ pascha celebrarent, voluerit decreto confirmasse.

Circa hunc annum Romæ S. Symmetrius, & alii viginti duo ob Christianæ fidei confessionem gladio feriuntur: post triginta dies ab horum Martyrio sanctâ morte decedit S. Prædixis virgo.

Annus Christi 160.

Tertullus & Sacerdos creati sunt Consules.

Carthagine in Africa Martyrium pro fidei confessione subeunt SS. Modestus & Posimus.

Triumphat S. Dominica Virgo, passâ Interamni in Hispaniis, ait Bucelinus, non in Italia, ut voluit Baronius.

Annus Christi 161.

Consulatum inierunt Quintillus & Priscus.

Conarus Scotiæ Rex, partim mæore confectus, partim adversâ valetudine afflictus, in custodia impuram vitam finit, decimo quarto Regni anno: in ejus locum subrogatur Ethrodus, ex Mogaldi sorore natus.

Reges

Reges & Regna famâ & æquitate Antonini capti, Indi, Baëtri, Hircani aliique spontè eidem se dedunt.

Annus Christi 162.

Vibius Barrus & Annius Bradua Consulatum gerunt.

Annus Christi 163.

Cæsaribus M. Aurelio tertium, & Lucio Vero secundum Consulibus Antoninus Pius Imperator diem obit: succedunt in Imperio Consules præfati, qui & Divi Fratres sunt appellati, eò quòd ambo fuissent ab Antonino Pio adoptati.

Vologesus Parthorum Rex adversus Romanos bellum movet, & in Armenia exercitum Romanum unà cum Severiano Duce (qui falsis Æsculapii recens apparentis in Ponto responsis ab impostore Alexandro deceptus, inconsultè nimis contra Parthos perrexerat) penitus delet: mittitur proinde à Marco adversus hostes Lucius.

Lucilla Marci Imperatoris filia, Lucii sponsa, arripitur à dæmone, quem solus Abercius Episcopus Hierapolitanus in Phrygia abegit. Ei pro munere Imperator concedit, ut Hierapolitanæ Ecclesiæ pauperibus (tota enim civitas acceperat Evangelium) donarentur quotannis ter mille modii frumenti.

Annus Christi 164.

Consulatus munere funguntur Junius Rusticus & Vectius Aquilinus.

Gravis in Christianos persecutio excitatur. Justinus Philosophus Christianus denuò ad defensionem Christianorum, apologiam ad Senatam Romanam & Imperatores edit.

Moritur S. Pastor Presbyter. Rubeacum Alsatiz civitas à Romanis conditur.

Annus Christi 165.

Papirio Eliano & Junio Pastore Consulibus, Justinus Philosophus Christianus Romæ Martyrium subit.

Moritur Celadion Episcopus Alexandrinus, succedit ei Agrippinus. Samone in Gallæcia cum opinione sanctitatis decedit Sereus.

Annus Christi 166.

Consules hujus anni fuere Julius Macrinus & Cornelius Celsus.

S. Potitus Christianus puer annorum tredecim, sub Antonino Imperatore primò fustibus est cæsus, deinde carceri inclusus, & magno pondere ferri damnatus. Undè eductus in equuleum est suspensus, & cum esset jussus ab Imperatore secari & canibus projici, eum nailites tangere non poterant. Inde jussus est frigi in sartagine, frixusque plumbo liquato superfundi. Post verò palo ferreo fixus à capite est usque deorsum, quo ab Angelo erepto, jussit illi Imperator linguam abscindi, & oculos compungi, cumque nec sic vinci posset, jussus est capite plecti.

Annus Christi 167.

Consulatus dignitate decorantur Arrius Pudens, & Gabinus Oritus.

Pius Papa Martyrio coronatur, cum sedisset annos novem, menses sex, tribus minùs diebus, sufficitur in ejus locum Anicetus, natione Syrus.

Martyrii quoque lauream Romæ promerentur Justinus, Chariton, Charitus, Evelpitus, Hierax, Valerianus.

Annus Christi 168.

Consules creantur Servilius Pudens, & Sufidius Pollio.

Parthico bello absoluto, Lucius Imperator, qui illud gessit, unà cum Marco triumphat.

Sub dictis Imperatoribus hoc anno Smyrnæ S. Germanicus, per gratiam virtutis Dei, metum corporeæ fragilitatis excludens, spontè præparatam sibi bestiam, damnatus à Judice provocavit, cujus dentibus comminutus, vero pani Domino Jesu Christo meruit incorporari.

Annus Christi 169.

Marcomanni ex Bohemiâ & Moravia exeuntes, Vindicem cum Romano exercitu profligant: Lucio Aurelio Vero, & Vinidio Quadrato Consulibus: Aurelius itaque audita exercitus sui strage, undique Sacerdotes accivit (inquit Capitolinus) peregrinos ritus implevit, Romam omni genere iustravit, & Romano ritu per septem dies lectissima celebravit.

S. Polycarpus Smyrnenensis Episcopus, inter multos alios Christianos Smyrnæ à Gentilibus neci traditur.

Annus Christi 170.

Consules hujus anni exstant Vettius Paulus, & Junius Montanus.

Lues magna Provincias Romanas occupat, Romam ex magna parte vexat: nata est in Babylonia, ubi de templo Apollinis ex arcula aurea, quam miles fortè inciderat, spiritus pestilens evadens, inde Parthos orbemque complevit: adeò sæviit, ut cum depasta esset innumeram Romanorum multitudinem, ad bellum Marcomannicum oportuerit tandem servos & gladiatores & latrones, aliosque præter usum armare: præterea ingenti Tiberis inundatione indeque secutâ gravissima fame, urbem vexatam esse Capitolinus tradit.

Annus Christi 171.

Consules anni hujus fuerunt Sosius Priscus & Cælius Apollinaris.

Marcomanni adversus Romanos denuò insurgunt, contra quos ambo Imperatores Marcus & Lucius expeditionem moluntur, Romam exeuntes Alpes transcendunt: Lucius sedens cum fratre in vehiculo apoplexiâ arreptus perit, cujus corpus Romam advectum est, atque ipse inter Divos à Senatu relatus: ad castra veniente Marco Imperatore, Romanus exercitus ingenti clade afficitur, desideratis viginti ferme militum Romanorum millibus.

Lucius Commodus à Patre Marco Antonino Imperii Collega declaratur; ambo omnia simul fiscalium negotiorum calumniosa monu-

monumenta in forum congesta, jusserunt incendi.

Annus Christi 172.

Consulum fascibus ornantur Severus Cæthegus & Julius Clarus. Melito Sardenis in Asia Episcopus, pro Christianis sævâ persecutione exagitatis, M. Aurelio Imperatori apologeticum offert.

Miltiades egregius Theologus scribit similiter pro Christianæ fidei defensione.

Annus Christi 173.

Severo & Herenniano Consulibus, Pseudo-Prophetia quæ κατὰ Phrygas n ominatur, accipit exordium, auctoribus Montano, Priscillâ & Maximillâ, infanis vatibus.

SS. Cajus & Alexander Apameæ in Phrygia, Martyrio coronantur.

Annus Christi 174.

Consules hujus anni fuere Maximus & Orfitus.

Tatianus, à quo Encratizæ, hæresiarcha novus exurgit, contra quem ora & calumum stringunt Apollinaris & Origines.

Annus Christi 175.

Aurelius Severus secundum & Claudius Pompejanus Consulatum obtinent.

Anicetus Papa Martyrio clarus migrat ad Dominum, cum sedisset annis octo, minùs mensibus tribus ac diebus septem. Succedit in Pontificatu Soter.

Circa hunc annum Martyrii quoque laureâ coronatur S. Concordius Presbyter, fustibus contusus, in equuleo suspensus, & tandem capite plexus.

Annus Christi 176.

Gallus & Flaccus creantur Consules. Romanorum exercitus in extremo discrimine inimicorum immensâ multitudine circumfusus, precibus Christianorum militum aquam ad levandam sitim mirabiliter impetrat, hostesque vehementi grandine, igne, fulminibus consumuntur: in tanti beneficii remunerationem Marcus Imperator generali edicto sanxit, neminem quod Christianus esset, in judicium vocari, eorumque ut talium accusatores vivos exuri; in super legio illa, in qua iidem Christiani militarunt, Fulminea sive Fulminatrix honoris causâ deinceps dici cepit.

Circa hunc annum in signi Martyrio in Syria coronantur SS. Victor miles, & Corona. Erat autem Victor teste Bedâ miles in Ciliciâ, cui Sebastianus in confessione fidei confringi digitos, & velli jussit à cute: deinde illum jussit in caminum ignis mitti, ubi triduo permanens, non est læsus. Dein venenum bibere jussus, non est mortuus, sed veneficum potius ad fidem convertit: deinde mandatum est, nervos corporis ipsius tolli, ac oleum bulliens mitti in pudendis ejus: post hæc ardentes lampades suspensæ ad latera applicatæ sunt: mox acetum & calcem simul misceri & dari ei in ore, oculosque erui, ac triduo jussim capite suspensi, tandem

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

eum adhuc gloriosus Christi pugil spiraret, excoriatus est. Tunc Corona, cum esset uxor cujusdam militis, cepit beatificare B. Victorem pro gloriâ Martyrii: id dum faceret, vidit duas coronas de cælo lapsas, unam Victori, & alteram sibi missam; cumque hoc cunctis audientibus protestaretur, tenta est à Judice, justumque est duas arbores palmæ curvari ad invicem, & canabinis funibus ligari Coronam in utraque manu & pede utroque, sicque arbores dimitti, quod dum fieret divisa est Corona in duas partes: Victor autem decollatus, & ipse victoriæ perennis triumphum promeruit.

Annus Christi 177.

Pisone & Juliano Consulibus, post victoriam à Marco Imperatore de Marcomannis adeptam, Avidius Cassius (quo olim Duce Lucius Verus Parthos vicerat) falso nuncio Marci morte acceptâ, invadens in Oriente Imperium, cui à multo tempore inhiabat, post tres menses à Centurione vulneratus, à Decurione necatus est.

Lugduni in Gallia SS. Epipodius & Alexander, cum fociis quatuor & triginta Martyrium consummant. Alexander post passionem Epipodii productus à Carcere, primò ita laniatus est crudelitate verberantium, ut crate solutâ costarum, patefactis visceribus, secreta animæ panderentur; dein crucis affixus patibulo, spiritum emisit.

Circa hunc annum in Thraciâ Martyrii palmam promeretur S. Glyceria: cum enim Sabinus Trajanopoli in Thraciâ Præses, quadam vice idolis sacrificaret, ipsa venerando Crucis signo in fronte munita, ad eum accedens, Christianam se esse, ac famulam Christi, liberè est professâ. Tunc jubente Præside, ut etiam ipsa sacrificaret, idolorum templum ingressa est; & precibus ad Christum fufis, simulacrum Jovis dejecit & contrivit: quapropter capillis suspensa, ferreis virgis verberata, deinde in carcerem conjecta cibabatur ab Angelo, ac tum à carcere educta, in ardentem fornacem projicitur: sed extincto per rorem divinum igne, incolumis evadit; postea detractâ capitis pelle ad frontem usque, denuò in carcerem detruditur, ubi ab Angelo sanata, custodem carceris ad Christi fidem convertit: qui illico capite truncatur, at sancta Christi Martyr feris objecta occubuit.

Martyrio quoque coronatur S. Photinus Episcopus Lugdunensis in Gallia; quem alii 47. cum eadem palma secuti sunt, nimirum Zacharias Presbyter, Vetus Epagatus, Macarius, Asclibiades, Silvius, Primus, Ulpius, Vitalis, Comminus, Octobris, Philomenus, Geminus, Julia, Albina, Genta, Grata, Emilia, Potamia, Pompeja, Rodana, Bibliidis, Quartia, Materna, Helpides, Maturus, Sanctus Diaconus, Attalus, Alexander, Ponticus, Blandina, Justus, Aristeus, Cornelius, Zosimus, Titus, Julius, Zoticus, Apollonius, Geminianus, Julia, Aufona, item Emilia, Jamnica, Pompeia, Domna, Justa, Trophina, Antonia.

Annus Christi 178.

Pollione & Apro secundum Consulibus, Marcus Imperator, ut nutantem rebellione Cassii Orientem stabiliret, eò protectionem instituit unà cum filiis & Faustina conjuge: eodem verò in radicibus montis Tauri subito morbo exanimatæ, petiit à Senatu honores ædemque decerni, & Divam appellatam gratulatus est. Orientalibus rebus ordinatis, Athenas petiit, & inter alia Cereris templum adiit, ut se innocentem probaret, & Sacrarium solus ingressus est. Indè in Italiam rediens, quinto Calendas Decembris Romam ingressus est triumphans cum filio Commodus, quem & Imperatorem appellavit, & sibi Collegam in Tribunitia potestate junxit.

Circa hunc annum Indi ad Demetrium Alexandrinum Episcopum nuncios ablegarunt, petentes, ut Doctores ad se mitteret. Mittitur Panthenus, qui ibi Evangelium Divi Matthæi Hebraicis litteris à Divo Bartholomæo descriptum invenit & Alexandriam deportavit. Hieron. in vit. Pantheni.

S. Justus Episcopus Viennensis in Gallia, post exilium & probra, cum Severino, Exuperio & Feliciano, Martyrio coronatur.

Annus Christi 179.

Commodus Augustus & Quintillus Consulatu funguntur.

Gravis & acerba in nonnullis terræ partibus persecutionis procella, ex temerario populi impetu per singulas urbes excitata contra Christianos ingravescere cœpit: gentilibus hostium aliorum criminum, tum maximè impietatis in Deos, esus humanarum carniū, & incestorum concubituū apud Præsides Provinciarum falsò accusantibus.

Marcomanni iusto Dei iudicio, quod victoriâ precibus Christianorum partâ gentiles abusi essent, bellum iterum acerrimum unâ cum aliis finitimis populis adversus Romanum Imperium excitant.

Martyrio circa hæc tempora coronantur Photinus Ecclesiæ Lugdunensis Episcopus; apud Lingonias cum aliis quibusdam Tergemini fratres, aliis in locis plurimi alii Christiani, Martyr quoque occumbit Soter Papa.

Athenagoras Philosophus Christianus apologiam scribit ad Imperatores pro Christianorum defensione.

Annus Christi 180.

Rufus, & Orphitus creantur Consules.

Fit Episcopus Lugdunensis Irenæus, qui adversus hæreticos Valentinianos insignem Commentarium scripsit.

Circa hunc annum obiit S. Hegesippus, qui omnes à passione Domini, usque ad suam ætatem Ecclesiasticorum actuum texens historias, multa que ad utilitatem legentium pertinentia hinc inde congregans, quinque libros composuit.

Decedit S. Philippus Gortynæ in Creta Insula.

Circa hæc ferè tempora S. Dionysius Episcopus Corinthiorum, pro fide Christi gladio percussus occumbit.

Annus Christi 181.

Consulatum gerunt L. Aurelius Commodus secundum, & Candidus Verus.

Idem Imperator Senatores, & maximè illos, quos advertit nobilitate & industriâ excellere, interfecit.

Claret Adrianus Sophista.

Judæus æger baptizatus arenâ, mirè convalescens, jubetur aquâ baptizari.

Annus Christi 182.

Brutio Præsente secundum, & Quintilio Gordiano Consulibus, M. Aurelius Antoninus Imperator, cum in expeditione Marcomannica ageret, Sirmii in Pannonia morbo affectus, abstinentiâ cibi mortem voluntariam appetit, postquam imperâisset annos decem & novem. Vixit verò annos propemodum quinquaginta novem.

Eò defuncto, filius ejus Commodus, qui cum patre in castris agebat, hæreditarii Imperii solus administrationem suscipit annos natus 19. minùs tribus mensibus & diebus tredecim.

Julianus loco Agrippini in Alexandrinam Sedem succedit.

Annus Christi 183.

Commodus Augustus tertium adit Consulatum, Collegam sibi sumens Antistium Burrum: quo tempore (ut ait Euseb.) Christianâ Religione ad tranquillum statum deductâ, & pace omnes totius orbis Ecclesias occupante, magna facta est tum aliis locis, tum Romæ, accurrentium ad fidem suscipiendam accessio: inter quos Lucius Britannorum Rex, jam sæpè antea Christianorum admiratus miracula & integritatem vitæ, divinâ luce perfusus, Legatos ad Eleutherum Papam direxit ad suscipiendos ab eo sacros ministros, à quibus ipse unâ cum uxore ac multo populo Christianâ Religione imbutus est.

Innotescit divinæ Scripturæ nova translatio, facta à Theodotione.

Annus Christi 184.

Consulares hujus anni fasces gerunt Petronius Mamertinus, ac Trebellius Rufus.

Vexat cives, & opulentissimos è medio tollit Commodus.

Annus Christi 185.

Consulatus munere funguntur Commodus Augustus quartum, & Aufidius Victorinus. Nationes ultra Daciam subjugat Pescennius.

Annus Christi 186.

Marcello & Aliano Consulibus, ordinatur Maximus in locum Capitonis, Episcopus Hierosolymitanus.

Superat Britannos rebelles missis Marcello Commodus, inde Britannicus & Hercules dictus, Anno

Annus Christi 187.

Maternò & Braduâ Consulibus, Eleutherius Papa dat Epistolam ad Episcopos Galliarum adversus Montani ac Marcionis hæreses.

Vendit omnia munera Magistratuum Commodus, ita ut uno anno 25. Consules legerentur.

Annus Christi 188.

Commodus Augustus quintum in Consulatum cum Acilio Glabrione.

Absoluta est pars illa Talmud à Judæis, quæ inscribitur Misna.

Truculentissimus Imperator occasione conjugationis detectæ plurimos Principum occidit.

Nascitur Origenes.

Annus Christi 189.

Crispino & Aliano Consulibus, Apollonius Senator Romanus, cum cæteris litteris, tum Philosophiæ scientia celeberrimus, ab uno ex servis propriis, quod Christianus esset, accusatus, rogatusque fraudulenter à Perenni Judice fidei suæ rationem coram Senatu reddere, simul atque accuratissimam orationem apologeticam à se pro fide Christiana compositam coram omnibus recitasset, sententiâ Senatûs securi percussus, nobilissimum Martyrium consummavit.

Senator Romanus, qui Christianus cum fuisset, & Consulatum gessisset, lapsus miser, inter Sacerdotes Isis proficitur.

Perennis Præfectus, multis adversus eum undique ad Commodum Imperatorem delatis querelis, ejusdem Imperatoris jussu occiditur, una cum filio, uxore, sorore & nepotibus.

In Capitolium fulmen ruit, & magnâ inflammatione factâ Bibliothecam & vicinas ædes concremat: magna quoque subsequitur pestilentia, eaque tum universa Italia, tum maximè Roma afflicta, adeò, ut duo millia mortuorum corpora quotidie efferrentur.

Annus Christi 190.

Fusciano & Silano Consulibus, Juliano Episcopo Alexandrino defuncto substituitur Demetrius.

Obiit circa hunc annum S. Dionysius, sextus Viennæ Urbis in Galliâ Episcopus, successor S. Justi.

Antoninus Geta Imperator nascitur.

Annus Christi 191.

Duobus Silanis Consulibus Junio atque Servilio, post Maximinum subrogatur in Ecclesia Antiochena Serapion, celebris inter Scriptores Ecclesiasticos hujus temporis.

Moritur S. Callimerus quartus Mediolani in Insurbia Episcopus, cum sedisset annis quinquaginta & uno, vacavit Sedes anno uno cum dimidio, ei successit S. Monas.

Turbat Gallias & Hispaniam Maternus miles.

Annus Christi 192.

Commodo Augusto sextum & Petronio Septimiano Consulibus, idem Imperator ad spectandum venit, pelle leonis & clavâ insignis;

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

nam qui Hercules videri voluit & coli, non solum deposito cultu Romanorum Imperatorum, Herculis insignia suscepit, sed etiam è Nerone sive Solis colosso caput auferens, suum collocavit; nec amplius filius Marci vocari, sed Commodianus Hercules Jovis filius, & tanquam Deo sibi voluit immolari, adulante ei ad omnia præ timore Senatu: verum hæc ludicra & impietatem publicè subsannans Julius Senator, renuens Commodo sacrificare, fustibus usque ad mortem cæditur. Cæteri verò Christiani, cum ejus corpus sublatum curassent, in crimen vocati, quod ejusdem bona diripiissent, post varia tormenta necantur; ac denique Antoninus carnifex, qui primus eos torfit, cum vidisset unum ex illis nomine Eusebium post linguam radicitus præcisam adhuc liberè loqui, Christum & ipse profitens, capite truncatus est.

Annus Christi 193.

Braduâ secundum & Aproniano Consulibus, exiguo terræ motu præcedente, seu nocturni casu fulminis, sive igne aliquo in ipso motu terræ excito, celeberrimum omnium & opulentissimum templum Pacis, unâ cum Augustissimo templo Vestæ & pulcherrimis urbis ædificiis, ipsumque fermè totum palatium (exustis etiam plerisque libellis, qui ad Principatum pertinebant) consumptum est incendio, quod plurimos dies pervagatum maximam urbis partem solo æquavit; nec prius quavis arte sedari valuit, quam repentinis imbribus restingeretur; ut ita manifestum fieret & divinitus inchoasse & desuisse: consumpta tunc quoque fuerunt incendio pleraque sacra spolia, quæ è templo Hierosolymitano sublata, Vespasianus in templum Pacis intulerat.

S. Monas ordinatur quintus Episcopus Mediolani in Insurbia.

Annus Christi 194.

Commodo Imperatore septimum & Pertinace secundum Consulibus, septimo Calendas Junii Eleutherus Papa, cum sedisset annos quindecim, & dies viginti tres, ex hac vita tollitur ac sepelitur in Vaticano: cumque vacasset sedes dies quinque, subrogatur Victor Afer, Felicis filius.

Postremâ quoque hujus anni die, Commodus Imperator, cum statuisset complures viros Consulares ac Senatores occidere, imprimisque ipsam Martiam, quam loco conjugis habebat, nec non Latum Præfectum Prætorio, ac Electum custodem cubiculi, re comperit, eorundem conspiratione ab athletâ quodam, cum quo is exerceri solebat, oppressis faucibus in ipsâ palæstra strangulatus est, ingenti gaudio Senatûs & totius urbis.

Eum tamen Severus, qui paulò post suscepit Imperium, oratione laudavit, & inter Deos retulit, Flamine addito (quem ipse vivus sibi paraverat) Herculeo Commodiano, utque ejus dies natalis celebraretur, instituit.

Ethodius Scotiæ Rex, cum 33. annos regnasset, à fidei, quem ex Hibernia in cubiculo

fuero pernoctantem habuit, occiditur, in ultionem cuiusdam propinqui sui, quem à Rege interemptum caufabatur; is dum ad supplicium duceretur, averso à tormentis animo, speciem gaudens præbuit, tanquam qui suo munere probe functus fuisset. Ethodio extincto, filioque nondum ad regendum maturo, electus est frater ejus Satruel. Hic cum callido esset ingenio, ac Regnum stabilire in sua domo, extinctis Ethodii liberis statueret, primùm Proceres, ut quisque superiori Regi carus fuerat, variis calumniis aggressus est; deinde vulgus Primatum cæde attonitum spoliare cœpit, quæ res brevi quidam ejus auxit.

Annus Christi 195.

Sofio Falcone & Erutio Claro Consulibus, ipsis Calend. Januarii, Ælius Pertinax, origine Ligur, cujus pater tabernam coctiliariam exercuerat, per singulos militiæ gradus ad Consulatum & Præfecturam urbis evectus, militibus Prætorianis juvantibus, ac Senatu libentissimè consentiente, decernitur Imperator; qui cum perditissimum Reipublicæ statum quamprimùm festinaret in pristinum restituere, à militibus occisus est quinto Calendas Aprilis, cum vixisset annis 67. & mensibus quatuor.

Post quem Didius Julianus, militiæ domique spectatus, homo disertissimus, pollicitus dare singulis militibus Prætorianis aureos ducentos quinquaginta, ab eis in Imperium evectus, à Senatu perterritò tandem confirmatus est: tenuitque reclamante populo dies sexaginta sex; cum interim, qui tribus Romanis exercitibus præerant Duces, Fescennius Niger Antiochiæ in Syriâ, Clodius Albinus in Britannia, & Septimius Severus in Pannonia, ab eo deficientes Imperium arripuere: appellatus est autem Severus Imperator ab Exercitu apud Carnutum Idibus Aprilis; idemque in toto pacto cum Albino Romanam proficiscens, litteris ad se pertractis militibus Prætorianis, cum iisdem Julianum interfecissent, ipse consensu militum atque Senatûs acclamatus est Imperator die primâ Junii.

Annus Christi 196.

Consulatum anni hujus gerunt Severus Augustus, & Albinus Cæsar.

Floret Titus Flavius Clemens, Scriptor Ecclesiasticarum rerum insignis.

Praxeas & Theodotus Coriarius hæresiarum vivunt.

Annus Christi 197.

Dubus Flaviis Tertullo & Clemente Consulibus, Niger Fescennius Orientem usurpans, à Severo vincitur & occiditur.

Tertullianus circa hæc tempora scribit egregium illum Commentarium adversus hæreticos de præscriptione.

Annus Christi 198.

Dextero & Prisco Consulibus, agitur rursum quæstio de paschate, & definitur à Victore Papa, celebrandum die Dominicâ.

Severus potitur Bizantio, Medosque Arabes & Parthos bello superat.

Plurimis pro Christianæ Religionis propagatione susceptis laboribus, vitæ sanctitate ac

venerabili senio conspicui, circa hunc annum à vita excedunt, SS. Elvanus & Medvinus Episcopi in Anglia.

Satruel Scotiæ Rex ob crudelitatem suis exosus, noctu strangulatur, cum præfuisset annos quatuor: assumptus est in locum ejus alter Ethodii frater Donaldus, qui Satruelis vitia magnis virtutibus æquavit: quas virtutes gratiores reddebat cum studio æquitatis conjuncta clementia: is, & auctoritatis pondere, & pœnarum repræsentatione sublatis intestinis discordiis, juventutem partim otio lascivientem, partim luxu fractam, itineribus & labore salubriorem, & ad vim hostium arcendam paratior fore ratus, delectum habuit, & militem exercendo ita asluefecit, ut brevi tyrones veteranorum æquarent virtutem; hic quoque primus Regum Scotorum Christianos ritus recepit.

Annus Christi 199.

Laterano & Ruffino Consulibus, Severus proficiscens in Gallias adversus Albinum rebellantem, in itinere Bassianum filium suum majorem Cæsarem dixit, & Antonini appellatione auxit: ceterum difficillimo prælio apud Lugdunum obtinuit Albinum, eoque occiso solus securusque potitus est Imperio.

Judæi denuò rebellant: Severus Judæos fieri sub gravi pœna vetat.

Narcissus Hierosolymorum Episcopus, in secretam solitudinem se recipit, Anachoreticam vitam acturus. Succedit in Episcopatu Dius.

Annus Christi 200.

Saturnino & Gallo Consulibus, Severus Imperator à Galliis Romam victor ingreditur ovans: recusasse tradunt triumphum, ne videretur de civili sanguine captasse gloriam: qui tamen paulò post, quamplurimos, qui Albino & Fescennio favissent, clarissimos viros occidit, nullique parcens eorum, qui vel levi tantummodò suspitione laborassent: damnati quoque plerique, qui joco dixerant, verè Imperator nominis sui, verè Pertinax, verè Severus.

Multos insuper, quasi Chaldæos aut vates de sua salute consuluisse, interemit; præcipue verò suspectos, unumquemque idoneum Imperio, quod ipse parvos tantum filios haberet, quibus factis nomen assecutus est infamie, ut diceretur à pluribus Sylla Punicus.


Christiani, quod cum omnes reliqui cives, victorem Imperatorem epulis publicis & lectisterniis, floribus, laureis, suffitibus, luminibus, & aliis id genus officiis, in lætitia publica exhiberi solitis exceperissent, ab his ipsi abstinuissent, à Gentilibus hostes Imperatoris accusantur.

Sapientiæ & vitæ sanctitate floret S. Theophilus Episcopus Cæsareæ in Palæstina.

Circa hunc annum obiit S. Liberius Episcopus Ravennæ, natione Græcus, Philosophus, Græcè Latinèque doctus, indicio columbæ ad Sedem Episcopalem evectus; hic totus ex Deo pendens, ac munus pastoris studiosè executus, multos à veritate fidei aberrantes, reduxit.

Vixit in Pontificatu annos viginti unum.

MEMO-



MEMORABILIMUM MUNDI CHRISTIANI SÆCULUM III.

Annus Christi 201.



ANULINO secundum & Frontone Consulibus, Severus majorem natu filium Antoninum Cæsarem, ex Senatus consulto, creat Imperatorem.

Unus miles Christianus, coronam lauream ex more in capite gestare recusans, causa est iterata persecutionis.

Obsidet frustra Barsennium Regem in Armeniâ Severus.

Annus Christi 202.

Claudio Severo, & Aufidio Victorino Consulibus, Martyres Scillitani, septem viri & quinque fœminæ, pro Christi nomine Carthagine, capite truncantur.

Ibidem Perpetua & Felicitas in castris, bestiis deputantur pro Christo, & cum eis Revocatus ac Saturninus. Secundolus verò in carcere positus quievit in pace.

Martyrio similiter coronantur Charalampus Presbyter, Porphyrius & Baptus milites cum tribus mulieribus, Magnesiæ & Antiochiæ Pisidiæ.

Annus Christi 203.

ANNIO Fabiano & Nonio Muciano Consulibus, Victor Papa martyrio coronatur, cujus sedes cum vacasset dies undecim, ordinatus est in locum ejus Zephyrinus, patriâ Romanus, Abundii filius.

Recrudescit sub Scapulâ Africæ Proconsule, persecutio in Christianos. Quos inter S. Mavilius ad bestias damnatur. Martyrii quoque palmam promerentur SS. Jocundus, Saturninus, Artaxius, Quintus, Perpetua, Felicitas, Saturus, alius Saturninus, Revocatus, Secundolus.

Pantenus Stoicæ sectæ Philosophus, primus in Indiam à Demetrio Alexandria Episcopo ad docendum missus, opere & exemplo Christi Ecclesiam instruxit.

Annus Christi 204.

Consulatum gerunt Severus Augustus ipse, & filius Antoninus.

Sexta indicitur persecutio Christianorum generalissima.

Philippus Præfectus Augustalis in Ægypto Christianus factus, ab Imperatore non solum dignitate privatur, sed & à Terentio Læto ei successore dato, per sicarios clam domi, ne tumultus ob eum oriretur in populo, jubetur occidi. Leonides quoque Origenis pater cum aliis plurimis hoc anno Martyrium subit.

Symmachus divinæ legis interpres quartus, insignis habetur.

Annus Christi 205.

Plautianus Silanus Antonini focer, cum Getâ Cæsare Consulatus honore fungitur.

Severus Imperator unâ cum filiis ex Ægypto Romanam rediens, de Parthis aliisque debellatis nationibus amplissimum triumphum ducit. Ex Senatus consulto insignis arcus marmoreus in foro Romano ad radices Capitolii ei erigitur: ipse verò erogatis in milites Prætorianos & populum tot aureis, quot imperasset annis, decennalia sui Imperii celebrat.

Origenes scholam aperit præceptorum Grammaticorum.

Annus Christi 206.

Consules hujus anni creati sunt Chilo Septimius secundum, & Annius Libo.

Celebrantur Romæ ludi sæculares.

Plautianus, inimicus Christianorum infensissimus, & potestate amplissimus, à genero suo Antonino occiditur in palatio. Filius verò & filia, Plautus & Plautilla primò in Insulam Liparim relegati, post multas ærumnas pariter necati sunt; sed & ejus nomen ex omnibus tabulis atque inscriptionibus abrasum expunctumque est.

Annus Christi 207.

ANtoninus Augustus & Geta Cæsar fratres, Consulatum gerunt.

Mitigatur Romæ Christianorum persecutio.

Natalius apostata, cilicio & sacco indutus ac cineribus aspersus, venit ad Zephyrinum Papam, atque ad pedes ejus se supplicem abiciens, patrati sceleris exomologesin agit.

S. Anaeolus subdiaconus à S. Polycarpo in Galliam

Galliam missus ut Christi fidem prædicaret, iussu Cæsaris Severi spinosis fustibus crudelissimè cæsus in carcerem truditur: aliâ diè productus, cum videret superari non posse, iussit ad similitudinem gladii de ligno durissimo ensem fieri & in crucis modum caput ejus scindi.

Nascitur Alexander Severus Imperator.

Annus Christi 208.

Annio Albino & Fulvio Æmilio Consulibus, Origenes imprudenter seipsum castrat.

Hierichunte quinta editio divinæ legis re-
perta est, cujus author non apparet.

Annus Christi 209.

Flavio Apro & Allio Maximo Consulibus, Tertullianus contra Marcionistas calamo insigniter decertat.

Minutius Felix Romæ insignis Causidicus, scribit dialogum Christiani & Ethnici disputantium, qui Octavius inscribitur.

Moturus in Britannos Imperator impeditur.

Annus Christi 210.

Antonino Augusto & Getâ Cæsare tertium Consulibus, celebratis Romæ ejusdem Antonini decennialibus, Severus Imperator, unâ cum iisdem filiis suis & exercitu, adversus Britannos, qui fines egressi Romanorum ditonem invaserant, proficiscitur.

Getâ Cæsar cum Tribunitiâ potestate Imperatoris & Augusti nomen accipit.

Annus Christi 211.

Claudio Pompejano & Lolliano Avito Consulibus, Severus Britannos coercet, ac muro per transversam Insulam ducto, utrinque finem Oceani communit, ac Britannici nomen accipit: idem 32. legiones per Provincias limitaneas distribuit.

Circa hunc annum S. Felix Presbyter, Fortunatus & Achilles, Diaconi, Valentia in Gallia, cum maximam hujus urbis partem ad fidem Christi convertissent, à Duce Cornelio in carcerem trusi sunt, deinde diutissimè verberati, crucibusque confractis circa vertiginem rotarum astricti, fumum quoque in equulei suspensione perpersi, ad extremum gladio consummati sunt.

Annus Christi 212.

A Cilio Faustino & Marco Rufiniano Consulibus, Severum Imperatorem Antoninus ejus filius inter equitandum, coram universo exercitu, & cum hostium copiarum viderentur, districto gladio suâ manu à tergo occidere conatur, fecissetque, ni clamore eorum qui simul equitabant, perterritus fuisset: nihil ei molestia pater indè intulit, sed tantum objurgans, quod reliquum fuit vitæ cum mœrore duxit, timens maximè Getâ alteri filio, cui sciret Antoninum esse infensum.

Movenit denuò arma Britanni, in quos filium mittit Imperator.

Annus Christi 213.

Entiano & Basio Consulibus, Severus Imperator mœrore magis scelerum filii, quam

morbo consumptus, vitâ defungitur. Eboraci in Britannia: eo defuncto Antoninus & Geta fratres unâ simul adeunt Imperium, ipseque Antoninus confestim medicos supplicio afficit, quod sibi parum obtemperassent, jubenti patris mature mortem, nutritiosque suos juxta & fratris, quod de reconciliandis eis egissent: solventes ambo pariter fratres Augusti ex Britannia (cum tamen alter alteri insidias moliretur) parentis cineres Romam deferunt, Senatus verò inter Divos eum refert.

Defuncto Serapione Episcopo Antiocheno subrogatur Asclepiades, confessione pro Christi nomine clarus.

Alexander ordinatur Episcopus Hierosolymitanus.

Annus Christi 214.

Asperis duobus Consulibus, quinto Calendas Martii, Geta Augustus iussu Antonini fratris occisus est in Julia matris gremio, annos natus viginti duos ac menses novem: sævit postea immanis tyrannus in fratris fautores, quorum 20000. interemit; his omnibus demum accessit cædes Senatorum, eorum potissimum, qui parenti chari fuissent: inter viros alios clarissimos fuit Papinianus Jurisconsultorum hujus temporis facile princeps, olim Fiscus Advocatus, tunc autem Præfectus Prætorio, qui securi percussus est, quod nolisset Antonini fratricidium in Senatu excusare. Demum verò cum in Circensibus ludis populus in aurigam cui ille studebat, nescio quid cavillatus esset, repente militibus immisus, quamplurimi necati fuere.

Annus Christi 215.

Antonino Augusto quartum & Balbino Consulibus, cum tranquillissimâ pace Ecclesia frueretur, Romæ coram Zephyrino Papâ & universâ Ecclesiâ, Gajus spectatissimæ vitæ & eruditionis vir, disputationem valde insignem habet, adversus Proclum celeberrimum inter Cataphrygas omnes Montani discipulum.

Circa hunc tamen annum Martyrio coronantur SS. Ferreolus Presbyter, & Ferrucius Diaconus, S. Irenæi Lugdunensis Episcopi discipuli.

Annus Christi 216.

Messala & Sabino Consulibus, Tertullianus damnatas jam olim ac nuper confutatas Cataphrygum opiniones pugnacius tueri contendit.

Symmachus hæresim suam diffundit, prædicando Christum de Joseph semine fuisse natum, legemque Mosaicam, Judaico ritu fore servandam.

Annus Christi 217.

Æmilium Lætus & Anicius Cæcilius Consulatum administrant.

Occasione erroris cujusdam, damnato hæreticorum baptisate ab Agrippino Carthaginis Episcopo, graves in Ecclesiâ turbæ nascuntur.

Caracalla Asiam, Syriam & Germaniam peragrat: illius Alexandriæ mirè sævit, nam dato mox militibus mandato, ingentem civium multitudinem sustulit, urbemque diripuit atque fana spoliavit.

Sabellius hæresiarcha apparet, qui unam personam Patris & Filii & Spiritus sancti prædicandam esse asseruit.

Annus Christi 218.

Sabino secundum & Anullino Consulibus, Antoninus Imperator Parthos dolo potius quam armis subegit, venientemque ad se Abgarum Regem Osroënorum, tanquam amicum & Romanum socium, impie conjecit in vincula, ejusque regiâ potitus est. Sed cum de futurâ brevi Antonini morte multa essent præsentia, ipse invocatis dæmonibus malum studet effugere.

Annus Christi 219.

Præsentem & Extricato Consulibus, Antoninus Imperator in Mesopotamiâ inter Edessam & Carras Macrini operâ, à Martiale Centurione confossus occiditur sexto Idus Aprilis: cæterum hic omnium dirissimus (ait Spartianus) & parricida & incestus, patris & fratris & matris inimicus, à Macrino, qui eum occiderat, timore militum inter Deos relatus est. Post diem verò quartum ab ejus nece, idem Opelius Macrinus, natione Maurus, conciliatis sibi magnis promissionibus militibus, Imperium arripuit, filio Diadumeno sibi in Collegam allecto.

Inveniuntur Hierico in dolio occultati divinæ Scripturæ libri, ex Hebræo in Græcum translati.

Moritur Asclepiades Episcopus Antiochenus, in ejus locum sufficitur Philetus.

Diem obit Donaldus Scotiæ Rex, cum 21. annos præfuisset, cui sufficitur Ethodius II. homo propè stupidus, certè languidiore ingenio quam cui tam ferocis populi moderatio conveniret: quo animadverso, Primores collecti, erga genus Fergusii eâ sunt usi reverentiâ, ut homini quantumvis ignavo, nullius tamen sceleris comperto, nomen quidem regium relinquerent, Præfectos autem singulis regionibus darent, qui jus dicerent.

Annus Christi 220.

Diadumeniano Augusto & Advento Consulibus, Octavo Idus Junii, idem Imperator, & ipsius pater Macrinus à militibus rebellantibus occiduntur: antè verò quam occiderentur 16. Calend. Junii Imperator ab exercitû acclamatus fuerat M. Aurelius Antoninus adhuc adolescentulus, Antonino Caracallâ (ut credebatur) natus ex Scæmiade Mæse sororis Juliae Augustæ filiâ, Mæse sorore, quam alii Semiamiram vocant.

Annus Christi 221.

Antonino Augusto & Sacerdote Consulibus, Zephyrinus Papa moritur, sepeliturque in cœmeterio suo viâ Appiâ: cum autem post ejus obitum sedes vacasset dies sex, in locum ejus suffectus est Callistus, patriâ Romanus.

Hoc eodem anno Antoninus Imperator Romam veniens, Deum suum, cujus Sacerdos fuerat, Elagabalum secum duxit, eumdenque conatus est super omnes Deos extollere, in tantum ut ei templo in Palatino monte constructo, studerit & matris Deorum typum, & Vestæ ignem, & Palladium, & Ancilia, & omnia Romanis veneranda in illud transferre, id præterea agens, ut non solum Romæ, sed & universo ter-

rarum orbe, extinctis cunctis religionibus, & aliorum omnium Deorum cultu abolito, unus Elagabalus ubique ab omnibus coleretur. Idem Imperator agit in Vaticano quatuor Elephantorum quadrigas, eaque de causâ demolitur aliquot ædificia & sepulchra quæ obsisterent.

Hyppolitus Episcopus, qui multorum opusculorum conditor extitit, temporum Canonem conscripsit, & huc usque perduxit.

Annus Christi 222.

Consulatu funguntur Antoninus Augustus tertium & Eutychianus. Julius Africanus, inter viros eruditos hujus temporis clarus, legationem ad Imperatorem suscipit, pro restituendâ olim incensâ civitate Nicopoli Palæstinæ, quæ Emaus vocabatur, quod & obtinuit.

Romæ gloriosum Martyrium subeunt S. Calepodius Presbyter, Palmatius Consul, Simplicius Senator cum Felice & Blanda conjugibus, & aliis centum & septem.

Imperator bellum cum Marcomannis molens, falso oraculo à bello revocatur.

Annus Christi 223.

Grato & Seleuco Consulibus, Alexander Mæse filius, Elagabali Imperatoris consobrini, ab eodem creatus est Cæsar, & novo exemplo uno eodemque die Cæsaris nomen & Augusti appellationem, Pontificatum maximum, Tribunitiam potestatem, & Proconsulare Imperium accepit à Senatu, cum eâ amplissimæ dignitates diversis temporibus conferri solerent; sed & cum eum Elagabalus in filium adoptasset, ut eum suis moribus institueret, viros omnes probos & eruditos, quibus Mæsa mater laudatissima femina puerum tradiderat educandum, partim morte, partim multavit exilio.

Annus Christi 224.

Antonino Augusto quartum, & Alexandro Cæsare Consulibus: ipse Antoninus Elagabalus, annos natus decem & octo, ob nefandas suas turpitudines Senatui populoque Romano atque militibus redditus execrabilis, occisus est unâ cum matre æque impurissimâ, corpusque ejus in viam projectum atque tractum, demum in Tiberim missum est. Eo verò sublato Alexander miro consensu militum, Senatus ac totius populi acclamatus est Imperator.

Annus Christi 225.

Maximus & Ælianus creati sunt Consules. Alexander Imperator mutatis Magistratibus, quos turpissimus Elagabalus jussit præfidere, quos ipse putavit optimos, urbanis præfecit negotiis, & sibi adhibuit Consiliarios, puta Fabium Sabinum, Domitium Ulpianum, Julium Paulum, aliosque clarissimos viros & juris peritissimos.

Annus Christi 226.

Juliano & Crispino Consulibus, Callistus Papa, post diuturnam famem & quotidiana verbera, è fenestrâ domus, in quâ custodiebatur, in puteum præcipitatus, Martyrii coronam adeptus est. Substituitur Urbanus patriâ Romanus.

Annus Christi 227.

Dextero atque Rufo Consulibus, Alexander Imperator promulgatis optimis legibus restituere

Rituere conatus est Reipublicæ statum ab Elagabalō depravatum: illud tamen malè, quod Mathematicos ac genethliacos, ab aliis Imperatoribus sæpè Româ pullos, iussit publicè profiteri atq; docere, quòd his artibus addictus ipse esset.

Annus Christi 228.

Alexandro Augusto secundum, & Marcello Consulibus: patitur pro fide Christi Martina Romæ atrocem mortem. Pari Martyrii coronâ ornantur septemdecim milites, carnificinæ Sanctorum ministri, Martinæ operâ ad Christum converti.

Annus Christi 229.

Balbino & Maximo Consulibus, clarent inter Scriptores Ecclesiasticos Geminus Presbyter Antiochenus, & Hippolythus, & Berillus Episcopus Bostrenus in Arabiâ, ultimus tamen hic lapsus est in hæresim, synodo in Arabiâ adversus eum celebratâ: ab Origene ad rectam fidem reductum fuisse, tradit Eusebius 6. histor. 14. 26.

Romæ gloriosum pro Christi fide agonem consummant SS. Maximus, Quiriacus seu Cyriacus, Diocletianus, Symphronius & Docimus.

Circâ hunc quoque annum S. Thespius ob Christi fidem, post alia tormenta decollatur.

Annus Christi 230.

Modesto & Probo Consulibus, Philetus Episcopus Antiochenus vitâ fungitur, successorque ei datus Zebennus, aliàs Zebinus.

Tetrapla nuper colligens Origenes, inventâ nunc sextâ Scripturæ editione ad Hexapla elaboranda se convertit.

S. Florianus Tribunus militum, cum audiret ab Aquilino Norici Præfecto in Christianos sæviri, spontè se stitit, Christumque liberè confessus, fustibus cæditur, in scapulis ferro laceratur, tandem è ponte in subjectum fluvium Anasum Laureaci devolvitur. Apparitor, qui suspensus de cervice saxo Florianum Præcipitem in aquas devolvit, luminum illic crepantium usum amisit: corpus inclyti militis undæ ad saxum prominens exposuerunt, tamdiu alitis custodiâ servatum, quoad matrona quædam divinitus admonita, tumulo intulit.

Romæ Martyrio coronantur, Mamilianus, Joannes, Chromatius, Dionysius Presbyter, Martialis, Eunuchius, Lucianus Diaconi, Anolinus, Marmentia, Lucina virgo ejus filia, cum aliis 5064.

Annus Christi 231.

Alexander Imperator tertium adiens Consulatum, collegam sibi sumpsit Dionem Historicum, qui nunc historiam suam finit.

Mammæa Imperatoris mater, Origenem Presbyterum audire curavit, eumque ab Antiochiâ accitum, summo honore habuit. Eugannus Rhetor, Philzmon & Tatianus florent.

Annus Christi 232.

Agricolâ & Clementino Consulibus, Origenes à Demetrio Episcopo Alexandrino excommunicatus, scripta sua à pluribus oppugnata defendere nititur, scriptis in defensionem litteris circularibus, quibus & ipsum Demetrium lacerat, & in totius orbis Episcopos ac Clericos invehitur.

Patitur S. Cæcilia è genere Aniciorum, conciliatò prius fidei orthodoxæ Valeriano sponso, & Tiburtio ejus fratre.

Annus Christi 233.

Pompejano & Feliciano Consulibus, Urbanus Papa cum plurimos ad fidem convertisset, capite truncatus Martyrio coronatur; sufficitur in locum ejus Pontianus, patriâ Romanus patre Galpurnio.

Origenes Alexandriâ Cæsaream in Palæstinâ profugit: quo tempore secessum Tyri petens, ibi Hexapla sua atque Octopla in veteris Testamenti Scripturam composuit.

Cæsar omne aurum inanibus Deorum sacris prohibet.

Annus Christi 234.

Lupo & Maximo Consulibus, mortuo Demetrio Episcopo Alexandrino, cum sedisset annos quadraginta tres, succedit Heracleas ingentis vir famæ atque doctrinæ.

Alexandriæ profitente publicè Philosophiam Platoniam Ammonio Christiano Philosopho, Photinus Ægyptius, patriâ Lycopolitanus, homo gentilis, annos natus viginti octo ad eum audiendum se contulit, auditque annos undecim.

Rem Catholicam promovet Mammæa mater Cæsaris.

Conditur Sicambria, quæ nunc Buda Ungarorum.

Annus Christi 235.

Alexander Severus Imperator, bellum Marcomannis illaturus, aliundè impeditur: Consulatum hujus anni gerentibus Maximo & Paterno.

Annus Christi 236.

Maximo & Urbano Consulibus, Alexander Imperator, Artaxerxem Persarum Regem potentissimum, cum ingenti exercitu (in quo essent septingenti elephanti turrati cum suis sagittariis, falcati currus mille, centum viginti millia equitum cataphractorum) Romanum Imperium invadentem devicit, ac de illo nobilissimum triumphum egit septimo Calendas Octobris.

Moritur S. Andreas Trevirensis Episcopus, qui duodecimus eam Cathedram insedit.

Leontinis in Siciliâ SS. Isidora & Neophytia sorores, ob Christi fidem sanguinem fundunt.

Annus Christi 237.

Severo & Quinctiano Consulibus, 18. die Martii Alexander Imperator in expeditione Germanicâ apud Moguntiam (sive ut alii) in Galliâ, unâ cum Mammæâ matre, Maximini dolo occiditur, maximo Senatûs Populi que Romani, atq; omnium Provincialium, ipsiusque exercitûs luctu: idem Maximinus succedit acclamatione exercitûs in Imperio, filio Maximino sibi met in participatu Imperii dato. Idem verò gravem in Christianos persecutionem movet: & Pontianus Romanus Pontifex jam antè Alexandro præcipiente in Sardiniam deportatus, ejusdem Maximini mandato fustibus verberatus, Martyrium consummat; sufficitur in locum ejus Anterus.

Cæterum Maximinus confecto feliciter hoc anno bello Germanico, aliisque obtentis victoriis, Sirmium veniens illic hiemavit: cum interim Romæ per Sabinum Præfectum Urbi, & Vitalianum Præfectum Prætorio, acerrimè sæviret in populum.

Annus

Annus Christi 238.

Consulatum gerunt Maximinus Augustus, & Julius Africanus.

S. Antherus Papa illustri Martyrio coronatur, succedit S. Fabianus Romanus.

Post innumeras cædes à Maximino ejusque Ministris perpetratas, delectis hoc eodem anno in Africa Gordiano Proconsule jam Octogenario; ejusque filio quadraginta sex annos nato, Imperatoribus, eosque approbante Romæ Senatu, & Maximinum hostem indicante, primum omnium Vitalianus, & Sabinus, cum aliis plurimis Maximini fautoribus occisi fuere; confligentibusque invicem populo Romano & Prætorianis militibus, qui illic à Maximino starent, magna facta est utriusque partis occisio, usque adeo, ut urbs ipsa à militibus inflammaretur; cum interim ambobus Gordianis, agente contra eos Capelliano Mauritanie Præfecto, extinctis, à Senatu delecti sunt ad Republicanam adversus Maximinum tuendam viginti viri, ex quibus mox Clodius Maximus Pupienus, & Cælius Balbinus Augusti acclamati sunt, & ab iisdem coopertus Gordianus, Senioris Gordiani nepos, puer in Cæsarem, sed & missi sunt per universum Imperium Legati à Senatu, qui Provincias ad defectionem à Maximino sollicitarent.

Annus Christi 239.

Consules Romani fuere Perpetuus & Cornelius, sive Cornelianus.

Circâ hunc annum moritur S. Paracodas Episcopus Viennensis in Gallia.

Annus Christi 240.

Ulpio Grinito & Proculo Pontiano Consulibus, Maximinus ex Germania in Italiam adversus novos Imperatores & Senatum venturus, Alpibus superatis dum Aquilejam munitissimam urbem obsidione tentat, à propriis militibus jam ejus sævitiam pertæsis, unâ cum filio obruncatur, abscissaque eorum capita Romanam transmittuntur, corpora verò in profluentem projiciuntur; sed & paulò post ægrè ferentes milites parere Pupieno & Balbino Imperatoribus à Senatu datis, ambos Agonalibus ludis Capitolinis ludibriis affectos miserrimè occiderunt, ac Gordianum Cæsarem jam antea creatum, Augustum acclamârunt.

Ethodius II, Scotiæ Rex, vigesimo primo regiminis anno familiarium tumultu occiditur; Athireo ejus filius, cum ingenii majus, quam pro ætate specimen daret, Rex creatus. Veram cum ætate in vitia desectens, profunda avaritiâ, iracundiâ, luxuriâ, inertia omnium bonorum studia brevi à se avertit.

Moritur S. Leolinus Episcopus Patavinus.

Annus Christi 241.

Gordiano Augusto & Aviola Consulibus, defuncto Zebino Episcopo Antiocheno subrogatur Babylas, qui in persecutione Dacia etiam pueros ad Martyrium inflamavit, & in desolatione Persiana disiectos omnium animos erexit.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Florentius Viennensis Episcopus vitâ & doctrinâ claret.

Annus Christi 242.

Sabino & Venusto Consulibus, postquam Gordianus Imperator Sabinianum cum suis in Africa rebellantem compressit, summum in Romano Imperio otium, & in Ecclesia pax fuit tranquillissima, fidesque Christi insigniter propagata.

Congregatur apud Lambesitanam Coloniâ, nonaginta Episcoporum Concilium adversus Privatum hæreticum, quem omnium sententiâ damnatum, Fabianus quoque Romanus Pontifex, & Donatus Carthaginensis Episcopus, paribus votis suis litteris infamiâ notatum, Ecclesiasticâ communione privârunt.

Annus Christi 243.

Gordiano & Pompejano Consulibus, Sapor Rex Persarum, ulcisci cupiens cladem illatam ab Alexandro Imperatore, Romanum Imperium aggressus, Syriam populatus est, ipsamque Antiochiam subiecit; quare Gordianus ut virum fidum haberet, cujus optimo consilio juvaretur, priusquam ad bellum proficisceretur duxit uxorem filiam Mithrei doctissimi viri, quem causâ eloquentiæ dignum parentelâ suâ putavit, & Præfectum Prætorio statim fecit.

Eodem anno, teste Capitolino, terræ motus adeo gravis fuit, ut civitates etiam terræ hiatu cum populis deperierint.

Annus Christi 244.

Atico & Prætextato Consulibus, Gordianus adversus Persas cum ingenti exercitu procedens, eosdem frequentibus præliis victor ad sua remeare coëgit.

Heliconis ex urbe Thessalonica oriunda, comprehensa & ad Ducem Corinthi adducta, ac Christi fidem professâ, primum quidem pede ad jugum boum alligata fuit; ejusque plantæ laceratæ; deinde attonsa, ignem toto excepit corpore, sed servata divinitus, templumque idolorum ingressa, fufis precibus Deorum simulacra evertit, hinc ubera illi abscissa; cumque in Ducis Corinthi locum Justinus Proconsul successisset, ad illum Sancta Martyr est adducta, ejusque jussu in ardentem coniecta fornacem, à cujus flammis illa illa permanente, cum septuaginta è militibus essent absumpti, in lecto æneo subjectis prunis candente, Helionis extenditur, apparentes autem Archangeli Michaël & Gabriel, incolumem Martyrem servârunt; tum feris objecta, nullam ab eis noxam passa est, quin etiam 120. viri illarum dentibus perierunt, proinde invicta Christi Martyr capite plecti jussa est.

Annus Christi 245.

Appiano & Pappo Consulibus, Mithreus Imperatoris Söcer, Philippo Arabe impellente, Medicorum fraude è vivis tollitur, collataque à Gordiano fuit eidem Philippo Præfectura Prætorii, qui humili licet genere natus, pravâ arreptis regnandi cupidine æquè dolo tentavit Gordiano reddere infensos milites, nec solum illud, sed etiam ut ejus Collega fieret, impetravit.

E

Annus

Annus Christi 246.

Peregrino & Emiliano Consulibus; Gordianus Imperator à Philippo Collega impie atque crudeliter iussus est occidi; à moerente Senatu relatus est Romæ inter Divos; omnes autem, qui eum gladio appetiverunt, novem numero, postea interemptis Philippis sua manu, suisque gladiis, & iisdem, quibus illum percusserunt, interiére; ita Capitolinus Philippus labem invasi Imperii optimis institutis delere studet.

Moritur S. Monas, quintus Mediolani in Insubria Episcopus, cum sedisset annis quinquaginta novem; dein vacavit Sedes annis triginta sex.

Annus Christi 247.

Philippo Augusto & Fabio Titiano Consulibus, idem Imperator è Perfide Romam se contulit, adscito antea in Collegam Imperii Philippo filio suo.

Plotinus Platoniorum gentilium facile Princeps, cum Ammonii Christiani Philosophi undecim annis Alexandriæ auditor fuisset, anno ætatis suæ quadragesimo Romam veniens, publicè profiteri cœpit.

Annus Christi 248.

Præsente & Albino Consulibus, mortuo Heraclâ Alexandrino Episcopo, in ejus locum subrogatur Dionysius.

Origenes tum ad Fabianum Romanum Pontificem, tum ad alios Episcopos rectæ fidei confessionem scribit.

Circa hunc annum S. Carus Episcopus Atini in Italia, Martyrio coronatur.

Camerinum Umbriæ urbs, operâ conatueque S. Porphyrii Presbyteri, dein Martyris lucem Evangelii amplectitur.

Annus Christi 249.

Duobus Philippis patre & filio Augustis, secundum illo, isto primùm Consulibus millesimus annus ab urbe condita numeratur, quem Philippus insignibus editis muneribus celebravit.

Insurgunt Valesiorum & aliæ hæreses.

Alexandriæ B. Metranus, quod impia verba proferre ad iussionem paganorum nollet, fustibus colliditur, in vultu & oculis acutis calamis terebratur, & tandem extra urbem lapidibus obruitur; ibidem S. Cointæ sive Quintæ ad idolorum fanum perductæ, ut ea adoraret, cum compelli non posset, pedes vinculis constringunt, perque urbis totius plateas, asperis saxis constrictas eam raptant, & molaribus etiam lapidibus allisam, flagrisque laceratam, lapidibus tandem obruunt.

S. Apolloniam Virginem provectæ jam ætatis comprehendunt, omnesque illi dentes maxillis disverberatis excutiunt, atque rogo in suburbis exstructo, minantur vivam se crematuros, nisi cum ipsa verba impia pronuntiet; illa paululum morata, velut secum deliberans, repente in ignem insilit atque exurit.

Item Alexandriæ in Ægypto ob Christianæ fidei confessionem nece auferuntur SS. Ammon,

Zeno, Ptolomæus, Ingenis & Theophilus milites, item Ischirion Procurator.

Annus Christi 250.

Philippis Augustis, patre tertium, & filio secundum Consulibus, Cæcilius Cyprianus summo Cleri & populo consensu (uno tantum adversante Felicissimo Presbytero) Ecclesiæ Carthaginensis Episcopus eligitur.

In Africa Martyrio coronantur SS. Felix, Victor, Januarius, Vitalis, Hereneus.

S. Alexander Episcopus Hierosolymorum, Cæsariæ in Palæstina sanguinem fundit. Item S. Nicon, qui ex strenuo sæcularis militiæ sectatore, Dux factus religiosæ cohortis, sub Quintiano Præsede apud Tauromenium in Sicilia, cum centum nonaginta novem Monachis ob Christi fidem mortem perpeffus est.

S. Maximus cum in Asia Christum liberâ voce prædicasset, & multos ad Christianam pietatem perduxisset, variasque injurias & plagas ab infidelibus pertulisset, postremò lapidibus percussus, Martyr efficitur.

Romæ SS. Calocerus & Parthenius Eunuchi uxoris Decii Imperatoris, post ignes & verbera ob Christi confessionem tolerata, mortem oppetunt, eadem Martyrii coronâ in Africa potiuntur SS. Castus & Æmilius, per ignem consummati.

Philippus Arabs Romæ ludos sæculares maximo apparatu celebrat; dictæ urbis parsingens in favillas redigitur.

Annus Christi 251.

Consules Romani hoc anno extiterunt Æmilianus & Aquilinus.

S. Pionius Presbyter cum aliis quindecim, post squallorem carceris, cruciatibus multis vexatus, clavis confixus, & ardenti rogo superpositus, beatum pro Christo finem sortitur.

Catanæ S. Agatha Virgo, quæ post alapas & carcerem, post equuleum mamillarum insuper abscissionem perpessa erat, quas tamen ope Divi Petri Apostoli receperat, coronandam ad cælos animam efflat.

Parii in Hellesponto gloriosum Martyrium subiit S. Menignus Fullo, qui laceratis tyrannorum edictis, quæ contra Christianos proposuerant, à carnificibus crudeliter verberatus, & in stipitem erectus laceratusque, tandem digitis pedum recisis, capite plectitur.

Pergæ in Pamphylia SS. Nestor & Tribimius ob Christi confessionem, post dura verbera, in equuleo suspensionem, per capitis tandem abscissionem, cursum gloriosi Martyrii consummant.

Circa hunc annum eandem ob causam S. Conon hortulanus ferreis clavis confixis pedibus, ante currum Decii Imperatoris currere iussus, in genua procumbens & orans, spiritum Christo tradidit.

Eodem anno Cordulæ, Persidis urbe SS. Olympias & Maximus, fustibus cæsi, dein plumbatis; tandem tunsâ securibus vertice, pro fide Martyres occumbunt, hos secuti sunt hic SS. Parmenius, Helymas, Chrysolitus Presbyteri, Lucius, Mucius Diaconi, Primulus & Tudianus.

In Insula Chio palmam Martyrii promeretur S. Isidorus.

Annus

Annus Christi 252.

Consulatum Romæ gerunt Decius & Gratus Marcomanni cum Quadis & Sarmatis in Romanum Imperium incurrunt, atque etiam Pannoniam occupant.

Gravi tumultu Alexandria à Mago quodam in Christianos excitato, complures eorum fidem negare recusantes, post multa tormenta necantur.

Athirco Scotiæ Rex per Nathalocum, hominem apprime nobilem, cujus filias à se constupratas & flagris cæsas colluvioni fœdorum hominum, quam circa se habebat, prostituerat, conjuratione Nobilitatis factâ, frustra se vi tueri conatus, à suis etiam turpium flagitiorum odio desertus, manus sibi intulit. Rege extincto, Dorus, vel quia frater, vel quod scelestum minister ei fuisset, metuens Proceres, ne, ut in recenti invidia erant animo inflammato, in totum genus regium sævirent, cum parvis ejus liberis, Findoco, Carantio & Donaldò aufugit; neque multum eum sua fefellit opinio. Nathalocus enim, qui singulari erat affectus injuriâ non contentus Dori exilio, submittit percussores, qui ipsum cum liberis fratris interficerent. Hi ad Pictos profecti (nam eum locum exilio Regii pueri delegerant) insidiatores, decépti staturâ & faciei similitudine, alium pro Doro clam nacti obtruncant. Buchanan.

Circa hunc annum, post varia tormenta capitis abscissione Martyrium complent in Galatia Calinicus & Basilissa.

Ex Ægypto cum Martyrii palmâ ad cælos evolant sedecim millia Christianorum ab hostibus fidei trucidati.

Annus Christi 253.

Consulatu hujus anni funguntur Decius Augustus secundò, & Decius junior, Etruscus dictus, primò. His Consulibus occisi sunt Philippi, Pater & filius Imperatores, ille Veronæ, hic Romæ; Imperiumque invasit Decius, qui mox Decium filium Cæsarem dixit, & horrendam Christianorum persecutionem exorsus est.

Nathalocus à pecunia corruptis Regnum Scotiæ obtinet.

In Africa Martyrii palmam obtinent Epictetus Episcopus Alluritanus, Quinctus, Secundus, Jucundus, Saturninus, Vitalis, Quinctus, Vincentius, Felicitas; item Quinctus, Felix, Artaxes, Fortunatus, Rusticus, Sillus, Quietus, Pictus & alii quinque.

Annus Christi 254.

Decio Augusto tertium, & Grato secundum Consulibus, patitur pro Christi fide, & gloriosè occumbit Pionius Smyrnenis Ecclesiæ Presbyter, qui per crucem & ignem Martyrium suscepit.

Eodem hoc anno Decius victis Persis, in Gothos ducens, ab his cum filio & exercitu universo trucidatur, Gallo cum filio Imperium invadente.

A Novato, qui in Africa schismatis inventor extiterat, Romæ pariter maxima dissensio concitatur.

Circa hunc annum in Africa Martyrii cursum consummant Mappalicus, Barucus, Quin-

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

tus, Victorius, Donatus, Januarius, Macorus, Gallus, Theodora, Julianus Presbyter, Meceonus, Miginus, Diomedes, Filippianus, Fortunio, Credula, Firmus, Ventus, Fructus, Martialis, Aristo.

Annus Christi 255.

Gallo Imperatore & Volusiano Consulibus; Romæ Synodus habetur illa, cujus meminit Eusebius 6. histor. c. 35. sexaginta Episcoporum, totidemque Presbyterorum & amplius, unâ cum Diaconis adversus Novatianum, & alios ejusdem Schismatis Sectatores.

A S. Cypriano hoc ipso anno Idibus Maji Carthagine Synodus habetur, cui interfuere quadraginta duo Episcopi; persecutio Christianorum à Decio cœpta, ab Imperatoribus modernis augmentum capit.

Incipit immanis illa lues, quæ universum ferè depasta est orbem, eandemque ab Æthiopia duxisse originem, ac vix intra decennium quiescisse tradunt Scriptores.

Cornelius Romanus Pontifex, post gloriosam tum suam, tum totius Cleri confessionem, cum maxima ejusdem Cleri parte exul mittitur ad Centum-Cellas; paulò post capite plecti jubetur ab Imperatore, cum Cereali ejus custode, ac totâ hujus domo, quam idem Cornelius ad Christi fidem converterat; ad Papalem autem Sedem evehitur Lucius Romanus.

Circa hunc annum S. Antholianus Arvernis in Gallia, pro Christo sanguine profuso, illustre fidei dat testimonium.

Item S. Liminius fidei incredibili ardore succensus, à Chroco Allemannorum Duce impio, Gallias invadente, exquisitissimis impetibus supplicii nobile Martyrii certamen confecit.

Annus Christi 256.

Consulatum Urbis Romæ gerunt Maximus & Valerianus.

Lucius Papa ab exilio relaxatus, Romam revertitur.

Romanum Imperium peste ac fame misere divexatur; Persæ insuper bella movent, & Armeniam occupant; Scythæ pariter pristinis, contra Decios obtentis, victoriis tumidi, Macedoniam, Thessaliam, & Græciam incurfant, aliæque nationes barbaræ se in Romanum Imperium infundunt.

S. Cyprianus pro Christianis durante persecutione apologeticam, & adversus gentiles eorumque superstitiones invectivam magnâ dicendi libertate scribit orationem.

Moritur Origenes.

Bellum Æmiliano tyranno dum parant Imperatores, hi & ille à conjuratis madantur. Succedit in Imperio Valerianus.

Annus Christi 257.

Consulatum hujus anni gesserunt Valerianus & Gallienus.

S. Lucius Papa, per capitis abscissionem Martyrio coronatur. Succedit Stephanus.

Carthagine Spartariâ S. Constantinus Confessor, vir clarissimus, multarum virtutum gloria clarus migrat in cælum.

Circa hunc annum Romæ una die magnò fidei & constantiæ exemplo nongenti Christiani occiduntur. Cemeli quoque Martyrio

coronatur S. Pontius Romanus; hic patre Senatore Marco nomine & Juliâ matre Romæ natus est, cum hoc filio prægnans mater templi idolorum suorum cum viro suo, portans dona & munera, circumiret, venit ad templum Jovis, quod cum ingrederentur, fortè Sacerdos velato capite infulatus ad aras stabat, qui arreptus à dæmone, apprehendensque velamen simul & infulam cœpit eam minutatim scindere, voceque miserabili ejulans, omne clamoribus templum complere; hæc mulier, inquiens, eum in utero gestat, qui templum hoc magnum funditus evertet, & Deos ejus comminuet, natus & adultior factus Pontius, patri mortuo in Senatoria dignitate successit, sed Christianam assumens fidem, cum à Philippis Imperatoribus, adhuc gentiliū superstitioni addictis, ad Diis sacrificandum invitaretur, constanter renuit; dictis Imperatoribus dein ad Christianam fidem conversis, Pontius præfatum Jovis delubrum funditus evertit; illis autem Imperatoribus occisis, ab eorumdem successoribus Valeriano & Gallieno comprehensus, carcerique mancipatus, post equulei tormenta, uris in prædam datus, cum ab illis nil læderetur, capite plexus est.

Annus Christi 258.

Valeriano tertium, & Gallieno secundum Augustis Consulibus, tumultuatum passim, & Marcomannis repressis, Borani, Gothi, Scythæ domandi restabant.

Novatianus & Felicissimus schisma conflant; ajebat ille, lapsorum neminem, nec cum pœnitentia in Ecclesiam recipiendum esse; iste lapsos omnes, absque ulla pœnitentia, vel aliquo gradu & honoris dispendio mox suscipi debere; inter quæ duo extrema, viâ mediâ incedens Ecclesia Catholica, sic lapsis pacem dabat, ut tamen præviâ pœnitentiâ ipsi sibi aditum patefacerent; & qui in aliquo Ecclesiastico gradu constituti essent, posthac communicatione tantum laicâ communicarent.

Circa hunc annum S. Florentius Episcopus Viennensis in Gallia, post exilium pro Christo toleratum, moritur.

Antiochiæ S. Nicephorus, Romæ Jovinus & Basileus ob Christi fidem, securi feriuntur. Item Corinthi in Peloponneso SS. Codratus, Dionysius, Cyprianus, Anectus, Paulus, crescens sub Jafone Præside. De Codrato refertur, quod matre ipso adhuc infante in sylvis mortuâ, à nubibus supra ipsum cœuntibus, & aquam adferentibus fuerit nutritus. Bolland. in Act. SS. die 10. Martii.

Annus Christi 259.

Consulibus Valerio Maximo & Acilio Glabrione, Valerianus Imperator adversus Christianos diram persecutionem excitat instigante Ægyptio quodam mago; contra Valerianum autem in Oriente Imperator salutatur Eugenius.

Tarracone in Hispania Martyrio coronantur S. Fructuosus Episcopus, Eugurius & Eulogius Diaconi, qui primò in carcerem trusi, deinde flammis injecti, exustis vinculis, manibus in modum crucis expansis, orantes expirarunt.

Melitinæ in Armenia Martyr occumbit S. Polyeuctus.

Priscus, Malchus, Alexander cum in suburbano agello Cæsareæ urbis in Palæstina habitarent, utque in ea cœlestes Martyrii proponerentur coronæ, divino fidei calore succensî, ultrò Judicem adeuntes, cur tantum in sanguinem piorum deserviret, objurgarunt, quos ille continuo pro Christi nomine bestiiis tradidit devorandos.

Circa hunc eundem annum cum Martyrii palma ad cœlos evolant Agapius & Secundinus Episcopi, Theodorus Presbyter, Marianus Lector, & Jacobus Diaconus, Æmilianus miles, Tertulla & Antonia Virgines, aliaque mulier cum duobus geminis; item Secundianus, Concordius, Florianus, Gabrus, Gaianus, Postumus, Momminus, Quintianus, Cassius, Fasilus, Florentius, Demetrius, Gududus, Crispinus, item Crispinus, Donatus, Zeo cum aliis plurimis tam laicis quam Clericis apud Cirtham & Lambæsam in Numidia; pari Martyrii palmâ decorati sunt Flavianus & Septimus.

Annus Christi 260.

Valeriano quartum, & Gallieno tertium Consulibus; quarto nonas Augusti Stephanus Papa in cœmeterio Lucillæ à militibus ejusdem Valeriani inventus sacrificium Deo offerens, post peracta mysteria in eodem loco ante altare in sua decollatus est sede, sepultusque cum ipsa sede sanguine ejus aspersa in cœmeterio Callisti; eidem in Pontificatu subrogatur Sixtus natione Græcus, patriâ Atheniensis.

Sabellianâ hæresis patefit Ptolemaide Pentapolis, hæresesque aliæ in locis aliis.

Valeriani occurrentis metu occiditur Eugenius Tyrannus.

S. Ausonius primus Engolismensis Episcopus inauguratur.

Dionysius Episcopus Alexandrinus, peculiari Imperatorum rescripto exulare jubetur; pari pœnâ ob Christi fidem multatur S. Cyprianus Episcopus Carthaginensis in Africa.

Alii quamplurimi omnis sexûs, ætatis & conditionis homines in Ægypto Martyrium consequuntur, quod etiam in Syria contigit.

Patiuntur porro ob Christiani nominis confessionem Cæsareæ in Mauritania S. Arcadius; Cæsareæ in Palæstina Marinus miles, & Asterius Senator. In Armenia Martyr occumbit S. Nearchus, item S. Polyeuctus, duo milites maximo amicitie vinculo conjuncti.

Annus Christi 261.

Aurelio Memmio Fusco & Pomponio Basso Consulibus, octavo Idus Augusti Sixtus Papa, in Cœmeterio Callisti capitis abscissione Martyrium complet.

Ingenius qui Pannonias regebat, à Mæsiacis legionibus Imperator appellatus, per Celerem Verianum victus atque prostratus est, ulciscente Gallieno severissimè etiam in senes & pueros, qui ab eo stetitissent.

Quarto Idus Augusti, primarius Diaconorum

in carcerem conjecit, ac proximâ nocte strangulari curavit.

Annus Christi 264.

Albino & Maximo Consulibus, quiescente à bellicis tumultibus Ægypto, Ecclesia in ea posita nonnihil exagitur per Nepotem quendam Episcopum Catholicum, qui sententiam illam de millenario propugnabat; sed huic malo Dionysius Episcopus Alexandrinus occurrens, eandem opinionem jam in hæresim erumpentem tum scriptis contrariis, tum vivâ voce comprimit.

Porphyrus Philosophus, Sectâ Platonius, Christianæ Religionis hostis infensissimus Roman venit.

Gregorius Neo-Cæsareæ Ponti Episcopus, Ecclesiam volens ædificare, à monte quodam impediatur, cumque locus non sufficeret Ecclesiæ construendæ, montem precibus amovit, Ecclesiamque fundavit.

Nathalocus Scotiæ Rex ob Primores Regni à se interfectos, eorumdem in se amicorum arma converti sentit, quorum conatibus ut obviam iret, dum exercitum cogit, à quodam suorum familiarium occiditur, duodecimo propè regiminis anno, ejus morte divulgatâ liberi Athirconis revocantur, Findochus præter genus, multis naturæ blandimentis, corporis viribus, formâ, proceritate, ætatis flore, adhuc periculis commendatus, Rex eligitur.

Claromonte in Gallia Martyrio coronantur SS. Cassius, Victorinus, Maximus, cum aliis 272. item S. Desiderius Episcopus cum aliis pluribus apud Lingonas in Gallia à Croco Alemannorum Duce trucidatis.

Annus Christi 265.

Allieno Imperatore sextum, & Saturnino Consulibus; Odenatus Palmyrenorum in Syria Princeps, obtinuit totius Orientis Imperium; Gallieno interim aut nullas, aut luxuriosas aut ineptas ac ridiculas res agente; idem Gallienus præfatum Odenatum Augusti nomine condecorat.

Germani ultiores Hispaniam, præsertim Tarraconensem devastant.

Censorinus salutatus Imperator, à suis occiditur.

Annus Christi 266.

Valeriano Gallieni filio & Lucillo Consulibus, Antiochiæ Synodus adversus Paulum Samosatenum ejusdem civitatis Episcopum celebratur.

Dionysius Episcopus Alexandrinus, cum decem & septem annis eam Ecclesiam gubernasset, ex hac vita migrat. Similiter S. Gregorius Thaumaturgus.

Mæonius Odenatum patrum occidit, mox ipse occiditur. Zenobiâ dein virilis animi fœminâ imperante.

Annus Christi 267.

Allieno Augusto septimum & Sabinillo Consulibus, Valerianus Cæsar, Augustus appellatus, Tribunitiam simul potestatem accipit.

Annus Christi 262.

Consules hujus anni erant Gallienus quartum, & Valerianus junior.

Valerianus Imperator contra Persas exercitum ducens, prodicione cujusdam sui Ducis à Sapore illorum Rege raptus, equum conscendenti pro suppeditaneo subtelio servire cogitur. Sublato Valeriano Macrianus Dux collecto exercitu, cui cum Balista præerat, Imperium usurpat; cum & pariter Gallieni contemptu, ignavissimam ac luxuriosissimam vitam Romæ agentis, Aureolus in Illyrico, Valens in Achaia, Piso in Theffalia, Æmilianus in Ægypto, in Galliis Posthumus, & alii alibi à militibus suis oblatum sumperunt Imperium.

Demetrianus Episcopus Antiochenus ex hac vita decessit, in cujus locum substitutus est Paulus Samosatenus.

Romæ Viâ Lavicanâ quadraginta milites Christiani Martyrio coronantur.

Circa hunc annum decedit S. Pontius, Diaconus S. Cypriani Episcopi, qui exilium cum ipso sustinuit, ac vitæ & passionis ejus egregium volumen reliquit.

Annus Christi 263.

Consulatus honore funguntur Gallienus quintum, & Victorinus (vel ut alii fasti habent) Faustinus.

Orbis Romanus peste, fame, bello, terræ motibus aliisque cladibus dirissimè vexatur.

Urbis Alexandrina in Ægypto civilibus factionibus ferè ad interitum perducitur, ubi Æmilianus sibi Imperium sumens, à Theodoto Duce Gallieni obsessus, captusque, strangulatus est in carcere.

Solutæ undique gentes in omnes Romanos fines invehuntur, Germani Alpibus, Rhætiâ totaque Italia penetratâ Ravennam usque perveniunt. Alemanni Gallias pervagantes, etiam in Italiam transeunt. Græcia, Macedonia, Pontus, Asia Gothorum est inundatione deleta, Daciaque trans Danubium in perpetuum est ablata. Quadi & Sarmatæ Pannoniam depopulati sunt; Parthi Mesopotamiam abstulerunt, Syriamque corraferunt.

Dianæ Ephesiæ templum despoliatur atque incenditur.

Nathalocus Scotiæ Rex, deprehensus literis ad Principes Nobilitatis, è quibus intellectum est, Dorum, quem ipse occisum ex jussu suo putabat, Athirconisque prædefuncti Regis liberos vivere, ac in Regni spem apud Pictavos educari, periculum ut averteret, quos maximè suspectos è Primoribus habebat, ad se vocat, tanquam de commodis publicis eum eis consulturus, comprehensos universos

Lupicinius Viennensis Ecclesiæ in Gallia Episcopus claret.

Circa hunc annum Martyrio coronatur S. Satorus Arabiæ civis, de quo fertur, quod dum ante cuiusdam idoli templum transisset, & in idem idolum insufflasset, illud statim corrue- rit, cujus cultores hoc videntes, Sanctum ac- cufant, qui hac de causa decollatus est.

Augusta Orientis Zenobia missum contra se Valerianum cum exercitu profligat, Germani in Italia & Gallia triumphant.

Annus Christi 268.

Paterno & Arcesilao Consulibus, Claudius Dux exercitus in Dacia, vir domi mili- tiæque spectatus, pertæsus fœcordiam Gallieni, quâ novi quotidie Tyranni excitarentur, de vindicando sibi Imperio consilium in- it; quem frustra Gallienus multis pretiosis donis placare studuit.

Annus Christi 269.

Paterno secundum & Macriano Consulibus, duodecimo Calendas Aprilis, conspiratione Claudii aliorumque Ducum, Gallienus Imperator annos quinquaginta, unâ cum fratre & filiis apud Mediolanum occiditur, eligitur hoc eodem anno à militibus & Senatu idem Flavius Claudius.

Cyrilla filia Tryphoniæ, Decii Imperato- ris sive conjugis, sive consobrinæ, virgo Deo dicata, & multi alii tum milites Prætoriani, tum alterius generis cives Romani, iussu Claudii necari iubentur ob Christianæ fidei confessionem.

S. Valentinus Presbyter post multa sancti- tatis & doctrinæ insignia, Romæ fustibus cæsus, tandem decollatur; eodem Martyrii genere è vivis sublatus est B. Cyrinus.

Idem Claudius Romæ 260. Christianos in amphitheatro sagittis iubet interfici.

Annus Christi 270.

Claudio Augusto & Paterno Consulibus; ab eodem Imperatore Claudio acrius sævi- tum est in Christianos promulgato edicto, ut qui in carcere tenerentur Christiani, vel foris in vulgo inventi essent, absque interrogatione punirentur; inter quos fuere Marius & Mar- tha ejus conjux cum filiis Audiface & Abaco, item Claudius militiæ Interamnenfis Princeps, unâ cum Carbonano, Tibudiano & Planio mili- tibus, nec non Athenodorus in Ponto Episcopus, Honestus Presbyter Apostolus Pampelonensium, Cominius sive Comitius Catanæ in Sicilia, S. Aufonius, S. Martialis discipulus, primus Epi- scopus Engolismensis.

Claret S. Maximus Episcopus Ticinensis.

S. Zama, primus Bononiæ in Italia Epi- scopus à Dionysio Papa consecratur.

Annus Christi 271.

Actatiano & Orfito Consulibus, Claudius Imperator, confecto feliciter formidoloso bello adversus Gothos aliosque barbaros susce- pto, lue tactus occumbit, & qui in ejus lo- cum à militibus susceptus est ipsius germanus Quintillus, quod se gravem ac severum osten- deret, ab iisdem septimâ decimâ post die oc- cusus est. Sublatis igitur Claudio atque Quin-

tillo, Lucius Domitius Aurelianus, obscuris parentibus natus, favore militum oblatum so- lus tenet Imperium.

Marcomanni in Italiam irruunt, victores primum, deinde ter cæduntur.

Circa hunc annum Martyrio coronantur S. Restituta virgo, & Cyrillus Presbyter cum sociis duobus.

Annus Christi 272.

Aureliano Augusto & Basso Consulibus, cum Paulus Samosatenus Episcopus Antioche- nus, damnata à se in priori Concilio Antioche- no hæresim, iterum restituere conatus esset, illic rursus convenientibus regionum finitimarum Episcopis propè infinitis, omnium Patrum sen- tentiâ damnatur, ac sede pellitur, subrogato in ejus locum Domno. Paulus verò dum ad Impe- ratorem provocat, ab hoc iubetur Romano Pon- tifici acquiescere.

Dionysius Papa vitâ excedit, succedit Felix.

Interamniæ in Umbria circa hunc annum Martyrii gloriam nanciscuntur SS. Apollonius, Ephebus, Optatus, Patus, Saturninus, Fronti- nus, Macaria seu Marcia, Cornelius, Conditor, Titulus, Proculus, Valentinus, Productus, Lau- rinus, Domnina cum sociis virginibus ac S. Va- leriano, item in territorio Augustodunensi SS. Reverianus Episcopus, Paulus Presbyter cum de- cem sociis.

S. Sabas Gothus, ductor militum, accusatus Romæ quod Christianos in carcere detentos visi- taret, coram JUDGE Christum liberè confessus est, à quo facibus adustus & in lebetem picis ferventis injectus, cum evalisset illæsus, eo miraculo septuaginta viros ad Christum convertit; qui omnes in confessione fidei constanter permanen- tes gladio cæsi sunt, postremò ipse demersus in flumen, Martyrium consummavit.

Annus Christi 273.

Quieto & Valdumiano Consulibus, Aure- lianus, ut erat naturâ ferox, plenus irarum Romam petiit vindictæ cupidus, quam seditionum asperitas suggerebat; incivilius denique usus Imperio, seditionum auctoribus interem- ptis, cruentius ea, quæ mollius erant curanda, compescuit, interfectis etiam quibusdam nobi- libus Senatoribus, cum his leve quiddam vel unus, vel levis, vel vilis testis objiceret.

S. Symphorianus cum nolisset Augusto- dum statuam Berecynthiæ, quæ carpento veheba- tur, agminibus stipata populorum, adorare, publi- cæ seditionis prætextu comprehenditur, ac post virgas & carcerem gladio necatur.

Aurelianus Augustus cum litteras contra Christianos compositas subscribere vellet, di- vina ultio, brachiorum commissuris enervatis, illum ab instituto repressit.

Trecis in Gallia ob Christianæ fidei con- fessionem capite plectitur S. Patroclus. Romæ eandem ob causam interficitur S. Craton Ora- tor cum uxore & domesticis suis. Interamniæ autem in Umbria S. Agapes virgo, item S. Pro- culus, Ephebus, Apollonius.

Ptolemaide in Phœnicia Martyrii coronam promeretur Codratus, Acatius & Stratonicus. Circa hunc quoque annum Byzanti interimun- tur Lu-

Annus Christi 277.

Confulibus Probo & Paulino hæresis Ma- nichæorum innotescit. Moritur Domnus Episcopus Antiochenus. Sufficitur Timæus.

Annus Christi 278.

Urbis Consules creati sunt Paternus & Pro- bus secundum. Aurelianus cum ob ni- miam severitatem suis invisus esset redditus, in expeditione adversus Persas per Thraciam iter agens, inter Byzantium & Heracleam, ministri scelere, cui secretorum officium credi- derat, occiditur. Salutatur Imperator Tacitus Princeps optimus, sed ætate jam prove- ctus, qui simul ac Imperium est adeptus, sup- plicio Aureliani edoctus, datis ad omnes Pro- vincias rescriptis, persecutionem Christiano- rum ubique cessare iussit.

Simplides Viennensis Episcopus, vir miræ sanctitatis floret.

Annus Christi 279.

Tacito Imperatore secundum, & Fulvio Æmiliano Consulibus, idem Imperator, apud Pontum in expeditione Mæotica decessit sine morbo, sine gladio, quâ de re diversæ fuere sententiæ. Eo mortuo Florianus ipseus germanus, nullo Senatûs seu militum consulto, sed veluti hæreditario jure invadens Imperium, cum vix duobus mensibus tenuisset, occisus est à militibus propè Tharsum, postquam au- ditum esset, ab Orientali exercitu electum esse, quem Senatus optarat, & populus Ro- manus acclamationibus petierat, Marcum, Au- relium, Valerium, Probum, è Pannonia ori- undum,

Annus Christi 280.

Messalâ & Gratô Consulibus, cum Fran- cis & Germanis Gallias occupantibus confligit Probus, cæsis 40000. & 60. urbibus captis.

Moritur circa hunc annum S. Euprexia vidua Menæi in Sicilia.

Annus Christi 281.

Probo Augusto quartum & Tiberiano Con- sulibus, idem Imperator Illyrico Sarmatas unâ cum aliis barbaris nationibus eò pro- gressis debellavit.

Annus Christi 282.

Probo Augusto quintum, & Victorino Con- sulibus, idem Imperator Gothos in Thra- cia, & latrones Isauricos domuit, subegit Blemias, cum Parthis ac Persis pacem com- posuit; interim Franci gens fortissima, & clades pati nescia, in vindictam suorum in Gal- liis interemptorum, brevi temporis spatio to- tum Romanum Imperium incursione turbant, & timore vehementi concutiunt.

S. Maternus creatur sextus Mediolani in Insubria Episcopus.

tur Lucilianus, Claudius, Hypatius, Paulus, Dionysius, Paula Virgo.

Annus Christi 274.

Tacito & Placidiano Consulibus, gestum est ab Aureliano bellum adversus Zeno- biam Palmyrenorum Reginam, quæ post Ode- nati viri sui obitum, quod ille invaserat, filio- rum nomine possidebat Romanum Imperium Orientis; quam Aurelianus obtinuit, duxit- que in triumphum captivam; Longinum au- tem Philosophum necari iussit, quod Scriptor esset creditus insolentium litterarum Zeno- biæ ad ipsum Aurelianus; illa verò post tri- umphum dimissa libera maximeque laudata ab Imperatore apud Senatum, concessâ ei possessio- ne in agro Tiburtino, unâ cum filiis supersti- tibus vixit more Romanæ matronæ; in urbe tandem ipsa summo honore consenuit.

Annus Christi 275.

Aureliano Augusto secundum, & Julio Ca- pitolino Consulibus, tertio Calendas Ju- nii Felix Papa Martyrio coronatur; parem Martyrii gloriosi sortem obtinent alii plures in Oriente & Occidente.

Imperator in Gallias adversus irruentes in eas barbaros protectionem instituit, idem Solis Templum erigit, Solisque agonem primum in- stituit; muros urbis sic ampliat, ut quinquaginta propè millia eorum ambitus teneret.

Findochus Scotiæ Rex fratris sui Carantii consilio, in publico spectaculo, venabulo in- pectus adacto perimitur XI. regiminis anno; Carantius ad Britones fugit, sed ibi vulgatâ exilii causâ, cum hospitibus esset detestabilis, ad Romana castra se contulit; Donaldus verò ad Regnum sufficitur.

Annus Christi 276.

Aureliano Augusto tertium & Marcellino Consulibus, idem Imperator movet in Orientem contra Rebelles Ægyptios, penè fulminè tangitur, at motus compefcit.

Anatholius Laodiceæ Syriæ Episcopus plurimo sermone celebratur, cujus ingenii magnitudo ex libro, quem super Pascha com- posuit, & decem libris arithmeticæ institutionis cognosci potest.

Donaldus II. Scotiæ Rex, cum ad ultio- nem necis fraternæ se pararet, audit, Donal- dum Insulanum jam Regnum ingressum esse, edicto igitur, ut reliqui sequerentur, ipse cum paucis qui fortè aderant, rectâ ad hostem pro- greditur. Donaldus Insulanus certior factus per exploratores, quàm exiguæ Regi essent copiæ, diem noctemque continuato itinere, fa- mam sui adventus prævenit. Rex inopinatâ re perculsus, cum certamen fugere non posset, congressus, majus quàm pro numero prælium fecit; tandem superante hostium multitudine, victus & graviter vulneratus, ipse cum triginta è Primoribus Nobilitatis in hostium manus ve- nit; cæsa ad tria millia, duo capta. Rex intra tri- duum, seu mœore ob rem malè gestam, seu dolore vulnerum decessit. Eo defuncto Do- naldus Insulanus Regnum capefcit.

Annus Christi 283.

CAro & Carino Consulibus; Probus Imperator quibusdam tyrannis compressis Romam rediens, de gentibus à se devictis triumphavit; mox verò bellum Persicum parans, cum per Illyricum iter faceret, à militibus suis per insidias interemptus est; creatur à militibus Imperator M. Aurelius Carus, ejus filii Carinus & Numerianus dicuntur Cæsares.

Moritur Timæus Episcopus Antiochenus, substituitur Cyrillus.

Martyrio occumbit S. Eutychianus Papa, succedit Cajus natione Dalmata ex genere Diocletiani Imperatoris. Circa hunc quoque annum Martyrium subit in Æolide S. Quintus Thaumaturgus.

Phierius Presbyter Alexandriae populum docuit, & sermones diversorumque tractatum libros composuit, invenitque elegantiam expositionis, ita ut Origenes junior vocaretur.

Annus Christi 284.

Consulatum hujus anni Romæ gerunt Carus Augustus secundum & Numerianus; idem Carus Imperator dum cœptam à Probo in Persas expeditionem prosequeretur, ægrotans (vel ut alii dixerunt) superveniente fulmine extinctus est. Sumpserunt mox Imperium filii ejus Cæsares Carinus & Numerianus; hic morore obitus patris ægrotans, ab Arrio Apro socero suo Prætorii Præfecto, paulò post interfectus est, ut ipse regnaret. Verùm re comperta ab exercitu acclamatus est Imperator, Aurelius Valerius Diocletianus qui statim Aprum occidit.

Marcomanni in Italiam denuò irrumpentes, cæsi iterùm repelluntur.

Martyrium Romæ subeunt SS. Chrysanthus & Daria; item Ægis in Cilicia SS. Thallelaus Medicus, Alexander & Asterius spiculator.

Annus Christi 285.

Diocletiano Augusto & Aristobulo Consulibus, moritur Maximus Episcopus Alexandrinus, postquam sedisset annos decem & octo, in locum ejus subrogatus est Theonas.

S. Theopemptus Episcopus, quod Christum Deum intrepidè confiteretur, captus, atque ad Imperatorem Diocletianum pertractus, cum ei errorem suum exprobraret, in ardentem conjectus fornacem, inde innoxius invasit, tum oculus ei eruitur, post lethale venenum comibit, cujus tamen vis divinitus, ne labem pateretur, extincta, quod cum cerneret Theonas magus, qui illud ei miscuerat, Christi fidem est amplexus; sed Theopemptus aliis quoque cruciatibus supplicisque affectus, demùm gladio percussus occubuit; at Theonas in effollam scrobem demissus, iniecta desuper terrâ oppressus est, sicque ad Christum victor migravit.

Aquilegiæ S. Hilarius ejusdem urbis Episcopus, cum Tatiano Diacono Felice, Largo & Dionysio sub Præfide Bexonio, post equuleum atque alia tormenta Martyrium consummant.

Annus Christi 286.

Maximo & Aquilino Consulibus, Carinus Imperator postquam multis præliis cum Diocletiano conflixisset, demùm de summa Imperii apud Murgum in Moesia adversus eundem pugnans, à suis proditus & derelictus, unius ex suis Tribunis gladio necatus est, cujus dicebatur conjugem polluisse.

Sublato Carino Diocletianus Collegam sibi Imperii adsciscit M. Valerium Maximianum.

Persecutio in Christianos recrudescit, quòd Pontifices gentilitiæ superstitionis, Christianos more solito calumniis circumvenissent, quasi aliquid contra Imperium molirentur.

Carausius juvenis Britannus ex infirma gente procreatus, Romam profectus, petivit à Senatu, ut maritimam Britannia ab incurfione barbaricâ classe tueretur; quæ petiit, impetravit, & cum chartis sigillatis Britanniam repetiit; mox ingressus mare cum sociis piratis, in comprovincialibus Insulis prædia diripiebat, civitates & oppida nulli parcendo subvertebat; confluebant ad eum, quicumque in aliena aspirabant, quos donariis assiduis sibi sociare curavit. Britonibus tandem persuasit, quòd si ipsum Regem facerent, exterminatis Romanis totam Insulam à gente barbarica liberare vellet, annuentibus cunctis, Regni diademâ suscepit, & septem annis regnavit, tributumque consuetum Romano Senatu reddere contempsit.

Circa hunc annum S. Castulus, cum fuisset arctatus & tertio appensus, tertioque auditus, in confessione Domini perseverans, missus est in foveam, & dimissa super eum mafsâ arenariâ Martyr migravit in cælum, parem Martyrii palmam in Thebaide præmerentur Timotheus Lector, & Maura uxor ejus.

Annus Christi 28.

Diocletianus tertium, Maximianus primum, Consulatum inierunt; iste Germanos Gallias infestantes profligat, ille Gothos & Scythas reprimat.

Martyrio Romæ coronatur S. Sebastianus, qui in tantum charus erat Imperatoribus, ut Principatum ei primæ cohortis traderent; quem tamen Diocletianus, ubi Christianum agnovit, nec à fide posse revocari, jussit ligari in medio campo quasi signum ad sagittam, & sagittari à militibus, qui cum sagittis plenus quasi hericius stare, putantes eum mortuum, abierunt; nocte autem veniens quædam mulier nomine Irene tollere corpus, invenit eum vivum, & adduxit eum in domum suam, curamque ejus egit; qui ubi convalescit, multos in fide confortavit; nec mora, ipsis Imperatoribus apparens, hos, prout dignum erat, corripuit; tunc jussit eum Diocletianus in hippodromium palatii duci, & fustigari, donec expiraret.

Antinoi in Thebaide S. Asclas Martyr primum atrocissimè suspendio tortus, deinde flammis lateribus admotis adustus, ad ultimum pretiosam Deo animam in flumen præcipitatus reddi-

reddidit; in prædicta Antinoi Martyrii quoque gloriosum cursum consummant SS. Philemon, Apollonius, Arianus, Theotychus cum sociis tribus.

Patitur idem S. Sabinus sive Abibus in Ægypto.

Annus Christi 288.

Consulibus Maximo atque Januario, vincit Quados & Marcomannos Diocletianus; reversus Romam & Collegam evocans debello Africano & Ægyptio deliberat, Achillâ illic imperante.

Crathilindus, Findoci Regis filius, Donaldum III. Scotia Regem tyrannum è medio tollit; hujus morte divulgata, Rex ipse summâ omnium cum lætitiâ salutatur, ut qui non modò libertatis, sed salutis omnium auctor esset, primùm, magno omnium consensu tyranni liberos & propinquos, ut velut radicitus tyrannidem extirparet, necandos curavit, deinde partes omnes Regni ad jus de more dicendum perlustravit.

Baudelius Zamore Martyrio coronatur.

Annus Christi 289.

Basso & Quinctiano Consulibus, Imperatores quinquennialia celebrant.

S. Maximilianus vir Apostolicus in Borgia, sacrum caput gladio impiorum subijcit. Differentibus bellum Imperatoribus, hostes ipsi inter se mutuo confligunt.

Annus Christi 290.

Diocletianus quartum, & Maximianus tertium inierunt Consulatum, otio usi; contra Christianos plurimos Martyrio affecerunt, quos inter Tarsi occisa est S. Pelagia Virgo, in bovem candentem æneum immissa, cujus fortitudinis exemplo duo milites Theonicus ac Julianus excitati, Christum confessi sunt; ossa Sanctæ Martyris jussu Imperatoris in montem Linatum projecta, per quatuor leones accurrentes à feris & volucris sunt defensa.

Eodem anno in urbe præfata præter alios viginti Christi athletas Martyrii sortem consequitur S. Bonifacius Præfectus Procuratorum Aglaes, cum quâ hucusque obscenè vixerat, ab eadem enim ad conquirenda Martyrum corpora Româ in Asiam missus, cum Tarsum venisset & Martyres certantes vidisset, eos osculatus, ut pro se orarent, petivit; mox se Judici sistens fidem Christianam intrepidè profiteretur, hinc suspensus unguis raditur, torquetur calamis acutis sub unguis, & plumbo in os suum fuso, in ollam picis immisus cum minimè læderetur, acceptâ sententiâ capite plectitur.

Aquileæ pro Christi fide occumbunt SS. Cantius, Cantianus fratres cum Cantianilla sorore sua, Protoque eorum in fide pædagogo.

Moritur S. Domnus Episcopus Antiochiæ. S. Maximinus consecratur Episcopus Bisuntinus.

Annus Christi 291.

Junio Tiberiano & Cassio Dione Consulibus, laborante bellis plurimis Imperio, quisque Imperatorum Collegam sibi adsciscit, è qui-

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

bus Constantius in Britannos, Galerius in Germanos mittitur; ipsi Imperatores in Ægyptum & Africam movent.

Petrus Absalatnus in civitate Aulana, pro fide Christi crucis supplicio perimitur.

Annus Christi 292.

Anibaliano & Asclepidoto Consulibus, vitâ Carausium exiit Aleetus, cujus classe vitatâ, Constantius Britanniam tenet, & feliciter pugnat.

Annus Christi 293.

Diocletiano quintum, & Maximiano quartum Consulibus, passi sunt plures Martyres Nicomediæ.

Ob Christi item fidem Martyrio coronantur Sanctæ Virgines Archelaa, Thecla & Susanna capite plexæ, Archelaa insuper leonibus objecta fuit, qui innatæ oblii feritatis, jactaverunt se ante pedes Virginis, eos lingentes.

Diocletianus Imperator, primus gemmas vestibus & calceamentis inseri jussit, dum solâ purpurâ retrò Principes uterentur.

Annus Christi 294.

Constantio Chloro & Galerio Maximiano Consulibus, Susanna filia Gabinii fratris Caji Papæ, cum nuptias ejusdem Maximiani à Diocletiano affine tentatas renuisset, quòd Christiana fuerit inventa, ejusdem Imperatoris jussu in paternis ædibus capitis abscissione Martyrii palmam est consecuta; sed & alii Imperatoris affines, tam viri quàm feminae ab iisdem Cajo & Gabinio eorundem pariter affinibus Christiani redditi, ad ostia Tiberina ab urbe abducti, incendio consumpti sunt, cineresque in fluenta jactati.

Asclepiodotus Dux Cornubiæ, auxilio Britonum invasit Alectum, dum Londoniis Diis patriis proposuisset offerre. Alectus verò, cum adventum Asclepiodoti comperisset, relicto sacrificio contra ipsum egressus, & acerrimam ingerens pugnam ab Asclepiodoto in fugam actus, & totus ejus exercitus dissipatus est; quibusfugientibus multa millia ipsumque Alectum interemit; at Levius Gallus Alecti Collega residuos Romanos collegit, ut Asclepiodoto resisteret, aut necem imminem evitaret, at Britanni invaserunt Romanos, & unâ die omnes interfecerunt.

Annus Christi 295.

Consulatum gerunt Tuscus & Anullinus. Asclepiodotus annuente populo, Britannia diademâ suscipit.

Floret S. Simplicius Episcopus undecimus Viennæ in Gallia, tandem Martyrio coronatus.

Circa hunc quoque annum gloriosum Martyrii agonem Nicomediæ consummant S. Ursasianus de numero Senatorum, quem, cum Christianum se publicè coram Maximiano Imperatore professus esset, iste boum nervis cædi, deinde in cavea ferrea includi, atque suspendi, & facibus per orbem ardentibus cingi jussit, quibus totum corpus ustularetur, quo in tormento spiritum sub specie lucidi sideris in cælum evolantem reddidit.

Annus Christi 296.

Dioletiano Augusto sextum, & Constantino Cæsare secundum Consulibus, decimo Calendas Maji, Cajus Papa Martyrio afficitur, cum sedisset annos duodecim, menses quatuor, & dies quinque. Gabinius quoque Susannæ martyrizatæ pater, post diurnas vinculorum ærumnas, pretiosâ morte cœli gaudia comparat.

Cajo in Pontificatu succedit Marcellinus patriâ Romanus.

Moritur Hymenæus Episcopus Hierosolymitanus, succedit Zambdas.

Constantius Herculei Maximiani privignam Theodoram ducit.

Nicolaus Culdeus, unus ex primis Scotiæ Episcopis Martyrium subit.

Annus Christi 297.

Maximiano Augusto quintum & Constantio Cæsare secundum Consulibus, legio Christianorum militum Thebæorum ab Oriente Romam evocata, & à Marcellino Papa exhortatione firmata, missa est à Diocletiano Imperatore in supplementum exercitûs ad Maximianum Herculium Collegam in Gallias adversus Rusticanos, qui Ducibus Amando & Aliano tumultuantes, factioni suæ Bagaudarum nomen imposuerant. Cum autem in lustratione exercitûs, præter militum consuetum juramentum eadem legio contra morem ad Diis sacrificandum compelleretur, eam ipsa impietatem abominata, jussu Maximiani semel atque iterum decimationem passa est, omnesque tandem ejus milites, qui tunc adfuere unâ cum Tribuno Mauritio à reliquo exercitu interempti, mirâ patientiâ Martyrium susceperunt, decimo Calendas Octobris, in loco Agauno in finibus Sedunorum.

Veturius militiæ Magister, Christianos milites in Oriente pariter persequitur.

Constantius primo prælio ab Alemannis exercitu suo profligato, vix ipse surreptus est, sed secuta est in prælio secundo victoria cæsis 70000. Alemannorum.

Annus Christi 298.

Faussto & Gallo Consulibus, persecutio Christianorum totam invasit orbem Romanum, inter alios magnopere elucet Marcelli Centurionis Martyrium, qui abjectâ militiâ ne sacrificare cogeretur, Tingi in Mauritania post egregium Christi nominis confessionem, capite truncatus est, sui que certaminis ac triumphii participes habuit filios suos duodecim.

Mediolani circa hunc annum Martyr occumbit S. Maximus miles Christianus è legione

Thebæa plurimi Christiani, præsertim milites, ad opus Thermarum Diocletianarum, quæ hoc anno cœptæ erant, damnantur.

Moritur Zambdas Episcopus Hierosolymitanus, subrogatur Hermon, qui & Thermon dictus fuit.

Achilleum contra Romanos in Ægypto rebellantem, Maximinus Herculeus bello superat.

Annus Christi 299.

Dioletianus septimum, & Maximianus sextum ambo Augustum Consulatum gerunt; idem Diocletianus Achillem denuò rebellem obsessum per octo menses, apud Alexandriam cepit & interfecit.

Circâ hunc annum Antiochiæ mandato Maximiani Imperatoris, plurimi Christiani sævissimis affecti suppliciis, ad palmam Martyrii pervenerunt.

Gurias & Samona, qui quod Edessæ in Syria ruri agentes, alios ad Christianam fidem hortarentur, post horrenda diurna que supplicia, capite truncantur.

Moritur Cyrillus Episcopus Antiochenus, locum ejus obtinet Tyrannus.

Annus Christi 300.

Consulatum hujus anni gerunt Constantius & Galerius Cæsares.

Mortuo Theonâ Episcopo Alexandrino, subrogatur Petrus.

Galerius Maximianus cum duobus jam præliis adversus Narseum conflixisset, tertio conflictu victus est, amissisque copiis ad Diocletianum refugit.

Nemetum Augusta post multiplices barbarorum excursiones in Galliam, flammâ ferroque vastata, ab Imperatore restauratur.


S. Marciana Virgo ob fidei Christianæ constantem professionem feris objecta, & à Leopardo discerpta, gloriosum agonem consummat in urbe Julia Cæsarea.

In Numidia plures Christiani, quod juxta Imperatoris edictum divinas Scripturas ad comburendum tradere nolissent, gravissimis excruciatii suppliciis occiduntur.

Laodicæ in Caria SS. Trophimus & Thalus religionis Christianæ accusati, eoque nomine variis tormentis tentati, victores & Martyres occumbunt; pariter trophæo potiuntur Aprilis, Cervolus, Eucarpio cum sociis decem milibus.

Diem obit Romæ S. Irene, vidua S. Castuli Martyris, quæ, cum esset S. Sebastianus sagittis confixus, ac pro mortuo relictus,

in domum suam deferri & sanati curavit.



MEMORABILIMUM MUNDI CHRISTIANI SÆCULUM IV.

Annus Christi 301.

Titano & Nepotiano Consulibus, Diocletianus, unâ cum Maximiniano Collega Imperii, insignem triumphum agit de Persis ac Parthis per Galerium Maximianum devictis, de que propagato ultra Ctesiphontem (quod antea Romanorum Imperatorum nemini licuisset) Imperio.

Evulgatur immanissimum, de cunctis Christianis extirpandis per orbem Romanum, Imperatorum quatuor edictum.

Andreas Tribunus militum, cum militibus suis Christianis jussu Galerii, per immensum exercitum, in angustiis montis Tauri trucidatur, caduntque omnes pro fide gratissima Deo hostia.

Nicomediæ ejusdem jussu tyranni multa utriusque sexus Christianorum millia, ob publicam Christi nominis confessionem, trucidantur.

Theophila Virgo Christiana, formâ & genere cæteris præstans, Nicomediæ à licitoribus ad lupanar tracta, ut violaretur, sic à juvene quodam lucidissimo & pulcherrimo, qui veluti quædam tela fulguris emittere ex oculis videbatur, custodita est, ut primus, qui ad eam ingressus esset, statim ceciderit mortuus, reliqui verò cæcitate & acerbiora mala passi fuerint, ipsaque inde in Ecclesiam Christianorum intacta reducta.

Annus Christi 302.

Constantio Chloro & Galerio Maximiano Cæsaribus quartum Consulibus; per edicta Imperatoria Ecclesiæ Christianorum dirui, & omnes Scripturæ Christianorum igni tradi jubentur; Ecclesiarum ubique Præsides in vincula conjici, & qui honores adepti essent Christiani, deponi. Orbis proinde universus sanguine Christiano madet, sed ecce! admirandum divini Numinis consilium; hoc ipso tempore Christianis funestissimo, dum alii fugam arripiunt, latebras quærunt alii, rursusque alii tormentorum metu succumbunt; Arnobius Afer, inter Rhetores hujus ævi facile

R. P. Brens anu Epitome Chronologica.

Princeps divinâ luce perfusus, antequam plene per baptismum fieret Christianus, vel etiam inter Catechumenos profiteretur, adversus gentiles scribit.

Cælus Dux Colcestriæ insurrexit in Asclepiodotum Britannæ Regem, & conferto prælio ipsum interfecit; ipse tamen & hoc anno vitâ functus est.

Floret Paulinus Episcopus Bisuntinus.

Martyrio coronantur SS. Flavianus, Maximus, Secunda, Calendinus, Marcus, Severa, cum 120. militibus ad Christum conversis, item S. Chrysolius, qui in Belgio plurimos ad Christi fidem convertit, plurimique alii.

Palmam quoque Martyrii in Armenia minore obtinent S. Dionysius, Æmilianus, Sebastianus. Nicomediæ Petrus, cubicularius Diocletiani Imperatoris, Migdonius Presbyter; item Migdonius Euticius, Maximus, Donata Virgo, Ruginus, Marius, Smaragdus, Hilarius, Evengulus, Quirinus, Mareasus, Nestorius, Eugenius, Dorotheus, Gorgonius, Matulus.

Eodem anno Nicander, cum Martyrum amore flagraret, & eorum reliquiis studiosè ac reverenter colligendis curandisque incumbere, delatus apud Præsidem ac detentus, liberâ voce Christum verum Deum esse prædicans, detractâ pelle Martyr ipse evadit. Pari honore decedit Nicomediæ S. Pancharius capite obtruncatus, item Apollo, Isaacius & Cotradus, Alexandra quoque Imperatrix uxor Diocletiani, ex constantia S. Gregorii Martyris ad Christi fidem conversa, & ob id in carcerem detrusa ibidem animam efflat.

Sanguine suo pro fide Christi laureatus, astra petit S. Anthimus Episcopus Nicomediensis, cui adjuncta est ingens multitudo; quippè eisdem diebus, nescio quo casu, in Imperatoris palatio excitatum erat incendium, cujus cum Christianos auctores fuisse rumor falsâ suspitione jactasset, Imperiali jussu, quotquot ibi erant Dei veri cultores, acervatim cum suis familiis, alii gladio, flammis alii consumpti, perierunt; tunc divinâ quadam alacritate conciti simul viri ac mulieres in ardentem rogam insilisse dicuntur. Alios quoque innumerabiles vinctos ac scaphis impositos, carnifices in profundum maris projecerunt.

Annus Christi 303.

Dioeletiano octavum, & Maximiano septimum Augustis Consulibus, victi metu quidam Africæ Episcopi, Sanctos Codices tradunt, inde Traditores dicti, contra quos Cyrthæ Concilium celebratur, quod factum suum illi defenderent.

Moritur S. Maternus Episcopus Mediolanensis in Insubria, cui succedit S. Myrocles.

Martyrio hoc anno coronantur, in territorio Rhemenfi S. Macra Virgo, jubente Ricciovaro Præsidi, cum in ignem esset præcipitata & permansisset illæsa, dein mamillis abscissis & squalore carceris afflicta, super testas acutissimas & prunas volutata. S. Flavianus urbis Præfectus; item S. Crispinus & Crispinianus fratres.

Carthagine SS. Saturninus, Presbyter, Saturninus & Felix Lectores.

Maria & Hilarion, Dativus Lector, duobus rursus Felices, Emeritus, Ampelius, Rogatianus, Quintus, Maximianus, Thelica, Rogatianus, Rogatus, Januarius, Cassianus, Victorianus, Vincentius, Cæcilianus, Restituta, Primserva, Rogatianus, Givalius, Rogatus, Pomponia, Secunda, Januaria, Saturnina, Martinus, Dantus, Felix, Margarita, Major, Honorata, Regula, Victorinus, Pelusius, Faustus, Dacianus, Matrona, Cæcilia, Victoria, Beredina, Secunda, Matrona, Januaria.

S. Eulalia Virgo Barcinone in Hispania, ob Christianæ fidei confessionem flagris cæsa, in equuleo suspensa, faculis in lateribus icta, spiritum in columbæ specie emittit.

Cæsareæ in Palæstina Martyrii laureolâ potiuntur SS. Timolaus, Dionysius, Pausidis seu Publius, Romulus, Alexander, Agapius, alter Alexander & Dionysius.

Cæsar-Augustæ in Hispania pro fide Christi sanguinem fundunt Optatus, Lupercus, Successus, Martialis, Urbanus, Julius, Quintilianus, Publius, Fronto, Felix, Cæcilianus, Eventus seu Evotus, Primitivus, Apotemius, Saturninus, Cassianus, Matutinus, Faustus & Jantarius.

Cæcoliberi pro fide Christi similiter occumbit S. Vincentius.

Nicomediæ Victor, Zoticus, Acyndinus, Zeno, Cæsarius, Severianus, Christophorus, Theonas, Antoninus.

Martyrii quoque gloriosum agonem consummat S. Georgius Lyddæ seu Diospoli.

SS. Valerius, Anatolius, Protolo & Athanasius variis exantlatis certaminibus fidei testimonium suâ morte perhibent; item S. Glycerius, Donatus ac Therinus, nec non S. Hypolitus Presbyter, S. Columba ejus soror.

Eusebius, Neon, Leontius, Longinus aliique quatuor, Diocletiani Imperatoris jussu, à quatuor carnificibus cæsi ac suspensi, atque eousque dilaniati, quoad carnes eorum in terram defluerent, & viscera ipsa nudarentur, postremo securi percussi sunt.

Gladii animadversione Martyr occumbit S. Nice.

Alexandriæ cum S. Theodora Virgo sacrificare idolis contemneret in lupanar tradita est, quod audiens Didymus, sumpto militari habitu lupanar ingressus, sanctæque Virgini vestes militares imposuit & liberam dimisit, ipse verò Virginis indutus amictu Præsidi exhibetur, omneque factum constanter exponit, quamobrem abscisso capite igni traditus est. Theodora autem amore Martyris ad stadium regressa, securi quoque percucitur.

Mediolani S. Victor Maurus, cum esset in castris Imperialibus miles, compellente Maximiano, ut sanctificaret, in confessione Domini constantissime perseverans, primò graviter fustibus cæsus, sed Deo protegente doloris expers, dein liquenti plumbo perfusus, sed nil penitus læsus, novissimè gloriosi Martyrii cursum capitis abscissione complet.

Occumbunt pariter Martyres, Constantinopoli S. Maximus Presbyter cum aliis pluribus; Bononiæ S. Proculus miles Christianus, item Secundus, Agapitus, & Justina Virgo.

Mevaniæ SS. Vincentius Episcopus, Benignus Diaconus cum sociis.

Annus Christi 304.

Marcomanni & Quadi Diocletiani Imperatoris auspiciis vincuntur, Carpi, Quadorum pars & natio, in solum Romanum translati, idem Diocletianus & Maximianus Imperatores Imperio se spontè abdicant, succedentibus Collegis Constantio & Galerio. Constantius cæpta à prioribus Imperatoribus persecutione, illud memoriâ dignum pietatis exemplum præbuit, ut vocatis domesticis suis, qui Christiani essent, eisdemque oblatâ conditione, ut vel Diis immolando honoribus pristinis fruerentur, vel id recusando procul rejicerentur; sic tentato eorum animo, quos vidisset abire malle quàm Deum suum negare, hos apud se retinuerit & honoribus auxerit; alios verò qui honores religioni suæ prætulissent, procul à se repulerit, tanquam videlicet perfidos ipsi Imperatori rei que publicæ futuros, qui Deo suo fidem non servassent; hoc quidem agente præclare Constantio, non tamen omnis adhuc Christianorum persecutio aliundè cessavit; dum enim longius is ageret in Britannia, Romæ interim sexto Calendas Maji Pontifex Summus Marcellinus, unâ cum aliis quibusdam capite trunecatur.

Patitur item Romæ Soteris Virgo Christiana, & genere nobilissima; Galerio Augusto nunc in Oriente constituto, sævius pariter in Christianos agente; quos inter mirâ constantiâ enituit Barlaham rustico genere natus, quâ immobiliter passus est adustionem dexteræ manûs, super quam vi arreptam ardentes carbones cum thure persecutores posuerant, ut ille dolorem incendii sentiens motu suo in aram suppositam illos excuteret.

S. Severus Ravennæ pro fide Christi Martyr occumbit.

Civitas

Civitas Cæsariensis insigniter illustratur Martyrio Julitæ Martyris; & Thmuis antiqua Egypti inferioris urbs Martyrio S. Phileæ Episcopi.

Alexandriæ in Ægypto pro fide Christi patiuntur mortem SS. Philoromus Tribunus militum aliique plures.

S. Ulpianus Tyri in Phœnicia ob Christianam fidem sub persecutione Maximiani Galerii cum aspide & cane insutus culeo, in mare demergitur.

Pompeipoli in Cilicia pari ex causa religionis post alia tormenta crucis supplicio afficitur S. Calliopius.

S. Aedius frater S. Aphiani, cum impium Judicem, quod Deo dicatas Virgines leonibus traderet, palam arguisset, à militibus tentus, sævissimisque affectus supplicii, in mare tandem demergitur.

Martyrii quoque areolam promeretur Cæsaraugustæ S. Engratides seu Engratia.

Romæ patiuntur SS. Claudius, Quirinus, Antoninus. Ancyræ Theodotus, Thecusa, Alexandra, Claudia, Phaina, Euphrasia, Matrona, Julitta, Sofander.

Annus Christi 305.

Consulatum hujus anni gerunt ambo Augusti Constantius & Galerius.

Eliberinum in Bœtica Concilium celebratur.

S. Macra Virgo, Fime in Gallia, à Ricciovaro Præsidi ob fidei Christianæ confessionem in ignem conjicitur, in quo tamen illæsa conservatur, post amputatis mamillis, in carbonibus ignitis volutata, gloriosum Martyrii cursum conficit.

S. Januarius Episcopus Beneventanus, post evasum virtute divinâ bestiarum & ignis periculum, obtruncatione capitis unâ cum sociis Martyrium consecutus est.

S. Agapius Cæsareæ Palæstinæ, Galerio Imperatore ludos in amphitheatro spectante, feris objicitur.

Romæ Martyris cursum consummant SS. Fortunatus, Felicianus, Firmus, Candidus, Castula, Secundula, Rogatianus, Cajus, Gregorius, Cappa, Felicitas, Placidus, Victor, Felix, Martialis, Cornelianus, Salustius, Mauricius, Papyrius, Secundianus, Ingenius, Mustula, Victoria, Bonosia, alia Victoria, Hilarus, Rogatus, Saturninus.

Annus Christi 306.

Constantio & Galerio Augustis sextum Consulibus, idem Galerius Maximianus duos Cæsares creavit, Flavium Valerium Severum, & Maximinum natum ex sorore ejusdem Galerii, & ab eodem adoptatum, Constantino interim Romæ detento, qui tamen paulò post fugam arripit, & ad patrem in Britanniam pervenit, qui octavo Calendas Augusti Eboraci diem claudit extremum; eisdem verò defuncto, ipsius voluntate totiusque exercitus voto idem Constantinus ejus

primogenitus felicissimè subrogatur. Maxentius interim Tribunus quosdam & milites Prætorianos multis promissionibus sibi devinciens, ab iisdem acclamatur Imperator, qui ut sibi ex parte Imperium stabiliret, sciens Christianos erga Constantinum esse propensores, Christianam & ipse Religionem simulavit; hoc igitur tempore concessâ Ecclesiis Occidentalibus pace, eâ benè utitur Marcellus Papa, viginti quinque titulos in urbe constituit quasi Dioceses, propter baptismum & pœnitentiam multorum, qui convertebantur ex paganis, & propter sepulturas Martyrum.

Theodosia, Virgo Tyria Cæsareæ in Palæstina, post dira tormenta in mare est præcipitata, & alii plurimi fideles ad metalla damnati, nonnulli etiam bestiis ignique traditi, multi carcere coerciti & vinculis, inter quos enituit maximè Pamphilus.

Cæcilianus eligitur Episcopus Carthagenensis, contra quem Traditores Episcopi eligunt Pseudo-Episcopum Majorinum.

Fœdum schisma in Oriente conflatur à Botro, Cæsario ac Lucillâ; aliud rursus in Ægypto à Meletio Episcopo Lycopolis.

Annus Christi 307.

Consulatum gerunt Constantinus & Maximianus, idem Maximianus Galerius Imperator, cognitis quæ tyrannicè Romæ à Maxentio gererentur, Severum Cæsarem misit, bellum ei facturum; corruptis autem à Maxentio Severi militibus, idem Severus nullo negotio victus, primò Ravennam se recepit, postea verò fraudulentis Maximiani Herculei Maxentio faventis suasionibus Romam pergens, in itinere à Maxentii militibus insidiosè necatus est; ad eum vindicandum Galerius ab Oriente in Italiam appulit, sed cum parum fidos erga se militum animos sensisset, ad Orientem nullo commisso prælio rediit.

Herculius ad Imperium rursus aspirans, sed spe suâ frustratus in desperationem adductus, laqueo sibi vitam adimit.

Galerius persecutionem Christianorum in Oriente denuò urget; quo tempore Cæsareæ Palæstinæ visæ sunt in summa serenitate columnæ civitatis, forum item & plateæ ac porticus aquâ aspersæ madere, idem Galerius Licinium creat Cæsarem contra Valentem, qui hoc ipso anno in Oriente Imperium invasit, sed præfatus Licinius eundem citò compressit, ac debellatum occidit.

S. Catharina Virgo Martyrio coronatur, item Mennas Præfectus, patriâ Atheniensis, cujus constantiâ Hermogenes ad Christi fidem convertitur, & Martyrii socius efficitur.

Annus Christi 308.

Dioeletiano decimum, & Galerio Maximiano septimum Consulibus, Monachus quidam Catholicus, & Marcionita Episcopus hæreticus, uno eodemque rogo, sed non eadem

F 3

spe vitæ æternæ pro Christi nomine combusti fuere.

Celebrant Episcopi Schismatici in Africa Concilium.

Pamphylus Cæsariensis in Palæstina Presbyter, post biennium carceris, & alii duodecim ejusdem focii è diversis locis illic collecti, Cæsareæ jussu crudelissimi Firmiliani Præsidis, variis suppliciorum generibus necati sunt.

Quirinus Episcopus Sciscianus in Illyrico, manuali molâ ad collum ligatâ è ponte præcipitatus in flumen diutissimè supernavit, & cum spectantibus collocutus, ne sui terreretur exemplo, vix orans ut mergeretur, impetravit.

Nicolaus vir sanctitate & virtutibus insignis Myræ Metropolis Episcopus consecratur.

Circâ hunc annum Martyrii cursum consumant SS. Eutropius, Cleonicus & Basiliscus, post plurima singulis inflicta verbera, & ferventem picem corporibus infusam, Cleonicus & Eutropius in crucem acti vitam finire, at S. Basiliscus in custodiam datus, post aliquot tempus & ipse mortuus est.

S. Adrianus Cæsareæ Palæstinæ, die festo, quo natalitia Fortunæ Cæsarensium (sic enim putabatur) celebrari solebant, leoni primum ad discerpendum projicitur, deinde gladio jugulatur; idem hoc anno Martyrii genus hinc obtigit S. Eubulo.

Annus Christi 309.

Maxentius & Maximus Consulatum gerunt.

Roma per occasionem incendii tumultuatur, sed à Maxentio consopitur.

Moritur post ærumnas gravissimas S. Marcellus Papa; sufficitur ei S. Eusebius natione Græcus.

Sophonra nobilis Matrona Romana, cum à Maxentii satellitibus abducenda ad stuprum esset, consentiente etiam præ metu marito Præfecturam agente, exiguo temporis spatio postulato, quo se decenter ornaret, in cubiculum suum ingressa, gladio sibi transfixit pectus, ac mortua concidit.

Maestantur quidam Episcopi aliique fideles in Palæstina, jam antea ad metalla damnati.

Urbs quædam Phrygiæ, cujus universives ac Magistratus fidem Christianam jam dudum amplexati fuerant, ab hominibus armatis undique cincta, integra cum omnibus omnis sexus, ætatis & conditionis incolis incensa est; teste Eusebio 8. histor. 22. & Lactantio lib. 5. c. 11.

S. Euphrasia Virgo Martyrio coronatur. Oriunda hæc erat ex urbe Nicomedia, genere illustri, vitâ continens & proba; cum verò induci non posset, ut dæmonibus immolaret, dirè verberata est, & barbaro cuidam ad contumeliam addicta, à quo caput illi resectum est, decepto ab ipsa pollicente ei, si à contumelia abstineret, se illi remedium exhibiturum, quo usus in bello neque gladiis neque jaculis lædi posset, sed prorsus inviolabilis esset, ejusque rei in suo corpore experi-

mentum præbitura, caput illi feriendum porrexit, ille ratus illam ex animo hæc dicere, magnâ vi cervici ferrum incussit, & caput ei amputavit. Bolland. 19. Jan.

Ancyra S. Clemens Episcopus, post inauditos cruciatus capite pro Christi fide plectitur, socium Martyrii nactus S. Agathangelum, Floret Hildebertus Abbas in Scotia; S. Sedulii Præceptor.

Annus Christi 310.

Petrus Episcopus Alexandrinus capitis obtruncatione Martyr occumbit, in ejus locum subrogatur Achillas.

Claret magnus ille Antonius Eremita.

Potamiæna Virgo amore Christi & pudicitia servandæ, per horam in vas immensum aheneum ferventi pice repletum demersa Martyrii palmam obtinet; eadem potitur Philemon Musicus.

Floret S. Victor Episcopus Taurinensis, item S. Domninus Episcopus Diniensis in Gallia.

Paschasius in Viennensi Ecclesia floruit, & Phileas Ægyptius, librum de laude Martyrii elegantissimè composuit, ac tandem per Martyrium gloriosè vitam terminavit.

Circâ hunc quoque annum Sinope ad Pontum Euxinum Rufinus Diaconus Thaumaturgus, cum Aquilina juniore ac ducentis militibus ob Christi fidem interimitur.

Annus Christi 311.

Galerio Maximiano Augusto octavum & Licinio Cæsare Consulibus, Lucianus piissimus & doctissimus Presbyter Antiochenus Martyrio coronatur.

Moritur Eusebius Papa, succedit Melchisedes, natione Afer.

DEUS tandem Ecclesiæ suæ recordatus, Galerio Maximiano ejusdem persecutori ulcus immittit, quod primum verenda, postea interioris corporis recessus occupans, infinitamque vermium multitudinem generans, ac factorem pestiferum exhalans, ipsum brevi consumit; quâ pœnâ sapiens, edictum promulgavit, quo persecutionem ubique cessare jussit, Christianos templa sua reedificare permisit, remque ejus maturare, & preces pro ipso, proque felici Imperii statu fundere hortatus est. Sed cum necdum sex menses præterlapsi essent, Maximinus Christianis insensissimus, qui post mortem Maximiani unâ cum Licinio liberam adeptus est Orientalis Imperii administrationem, immane rursus in Christianos bellum novis edictis restituere paravit, auctore maxime Theoteco quodam Antiocheno curatore.

Eodem tempore acta quædam Pilati & Servatoris nostri ingentibus referta blasphemis conficta sunt, & præcepto Imperatoris ubique promulgata.

Multæ Virgines Deo dicatæ pro tuenda castitate & fide Christianâ, post dira tormenta in Armenia neci traduntur.

Mortuo Achillâ Episcopo Alexandrino, subrogatur in locum ejus Alexander.

Morta-

Mortalitatis exuvias deponit S. Savina seu Sabina vidua Laudensis.

Martyrium subit Assisi S. Venustianus Proconsul Thuscæ cum uxore ac liberis.

S. Silvanus Episcopus Gazensis ob constantem fidei Christianæ confessionem, post verbera & suspensionem damnatus ad fodienda metalla tandem capite plectitur.

Annus Christi 312.

Constantino & Licinio Imperatoribus secundum Consulibus, furentis in Christianos Orientales Maximini impetus penitus remissus est, ob multiplices à Deo in illum & ei subjectos gentiles immixtas clades, primo belli, cum idem Tyrannus ab Armenis devictus est, deinde dirissimæ omnium famis, ac postremo gravissimæ pestis.

Constantinus in Maxentium, quod hic oblatam respicisset pacem, recusasset eundem Constantinum habere Collegam Imperii, sed & imagines ejus injuriâ affecisset; præviâ crucis in aère apparentis figurâ, victoriæ certo consecuturæ signo, castra movet; primam, secundam & tertiam aciem adoritur, & omnibus perfacile subactis quàm proximè Romam adventat; Maxentium cum magnis pavendisque copiis de summa rerum dimicaturum sibi trans pontem Milvium occurrentem ingenti prælio devincit; quo idem Maxentius suis ubique fugatis, & plerisque in flumine, quod à tergo esset, submersis, fugam & ipse arripens, absorptus est. Corpori extracto amputatur caput, hastæ affixum in urbem deferitur; ipse autem Victor Constantinus eandem post hæc triumphans mirâ omnium exultatione ingreditur; ubi in ipso urbis meditullio sibi statuam erexit, quæ manu signum crucis sublime teneret, clarissimâ hujusmodi inscriptione notatam: *Hoc salutari signo, vero fortitudinis indicio, civitatem vestram tyrannidis jugo liberavi; & S. P. Q. R. in libertatem vindicans, pristinae amplitudini & splendori restitui*; Senatus Romanus Imperatori gratificari studens, Christi insuper imaginem auream erexit.

Grathilindus Scotiæ Rex moritur, postquam throno annos 24. insedisset; succedit Fincormachus frater ejus patruelis.

Hoc quoque anno defuncti sunt S. Urbicus Episcopus Claromontanus in Gallia, & Tyrannus Episcopus Antiochenus, postquam sedisset annos tredecim, ei subrogatur Vitalis.

Floret Eusebius ex discipulo Melchisedes Papæ Episcopus Bisuntinus.

Martyrium subeunt Emesæ in Phœnicia S. Sylvanus Episcopus, Lucas Diaconus, Mucius sive Mocius Lector, quibus associatus est S. Julianus Medicus, qui cum suprascriptos Martyres è carcere in theatrum, ubi à bestiis conficerentur, vinculis adstrictos luci videret, fidei ardore accensus occurrit, Sanctos osculatus, idque supplex precatus est, ut fortiter agerent, quamobrem comprehensus in speluncam inclusus est, ubi capite clavis confixo,

manibus pedibusque item, animam Deo reddidit. Molan.

In Teatina Aprutii regione Martyrii quoque cursum conficiunt Valentinus Episcopus Tarracinenfis, & Damianus ejus Diaconus.

Annus Christi 313.

Constantino tertium & Licinio Consulibus; idem Constantinus Imperator adversus rebellantes Germanos progressus, eundem Licinium, qui cum exercitu agere solet in Illyrico, sibi in via occurrentem Mediolanum duxit, eidemque sororem suam Constantiam in matrimonium tradidit.

Utrorumque Imperatorum nomine pro Christianis promulgantur edicta, quibus libertas data est Christum ubique colendi; jussaque bona cuncta & loca publica absque pretio restitui, nempe hæc omnia eliciente Constantino inter alia initi fœderis placita à Licinio Ethnico homine, quibus Edictis Maximinus in Oriente agens, metu acquiescit.

Constantinus Mediolano cum exercitu recedens, rebellantes Germanos primo sui aspectu non solum reprimit, sed & militari arte delulos vincit atque subigit.

Donatistæ hæretici in Africa, contra Cæcilianum Episcopum Carthaginensem semper rebelles, eundem dato libello apud Constantinum Imperatorem accusant, sed ipse Augustus ad Melchisedem Romanum Pontificem causam deferri curavit; is autem Melchisedes in fine hujus anni, cum sedisset annos duos, dies septem Spiritum Deo reddidit.

In Anglia Basilica in honorem B. Albani Anglorum Proto-Martyris construitur.

Annus Christi 314.

Celebratur Concilium Arelatense; S. Sylvester Summi Pontificatus honore decoratur.

Maximinus Imperator, nullâ occasione, sed arrogantia bellum adversus Licinium in Imperio consortem movens ab eo superatur, qui cum à suis ad Licinium transeuntibus derelictus, vix manus hostium deposito regio apparatu evasisset, in sua regressus, primum in Deorum Sacrificos & Pseudo-Prophetas, quorum oraculis impulsus bellum susceperat, tanquam præstigiatores & proditores animadvertit, postea vero Christianorum Deo laudem tribuens, pro eorum plenissima libertate promulgavit edictum, quo etiam loca publica eis restitui jussit, & Ecclesias ædificare permisit; moxque repentinâ divinitus plagâ percussus, putrefactâ pedetentim exesâ carne, & spontè exsiliens è propria sede oculis cæcus redditus, invocata morte & propter scelera in Christianos admitta merito se illa pati confessus, miserabiliter animam efflavit.

Cæcilianus falso rursus à Donatistis accusatus, ab Aliano Proconsule Africæ, causam cognoscente innocens declaratur.

Metrophanes quartus Byzantii Episcopus creatur.

Octavius

Octavius Geviseorum Rex insurgit in Proconsules Romanos, quibus regimen Britanniae fuerat commissum, & ipsis interfectis solium regni conscendit, contra quem Constantinus Imperator misit Trahernium avunculum matris suae cum tribus legionibus, qui ab Octavio autem praelio vincitur; in secundo tamen à Trahernio debellatus, regno pellitur, qui Norvvegiam petens à Rege Humberto auxilium postulavit.

Circa hunc annum obiit S. Rhodippus Episcopus Leontini in Sicilia, & S. Marcellianus Episcopus Antissiodorensis.

Annus Christi 315.

Constantino & Licinio Augustis quartum Consulibus, idem Constantinus auspiciatus Imperii sui annum decimum, Decennalia celebravit, non quidem ritu Gentilium, sed ut Christianum decebat, pro sacrificiis animalium Deo puras gratiarum actiones precesque solenniter fundens; actis Decennialibus creat Caesares duos filios suos Crispum & Constantinum.

Hoc eodem anno idem Constantinus Imperator, dignam planè Christiano Principe edidit Sanctionem, quã in Italiã parentum inopia (cùm illi filios, quos alere non possent, occiderent,) tum ex fiscali tum ex privata Imperatoris pecunia subveniri voluit; reliquis verò Provinciis sic aliã lege providit, ut parentibus egentibus ita demùm concederetur distractio liberorum, ut tamen redimi semper, vel ab iis qui vendidissent, vel à quacunque alia persona possent, sive reddito pretio, sive alio mancipio oblato; denique ea quae Italiam placuit impertiri, postea quoque ad alios Provinciales egentes prorogavit, quibus pariter ex fisco & horreis publicis subveniri voluit, antequam aliquid indigni pati aut facere cogentur.

Sed & pœnis reorum humanissimè providens, illam abolevit, quã miserorum hominum in ludum vel in metallum pro criminibus damnatorum vultus inscriberentur, iussa damnationis causa in manibus vel furis inscribi.

Hoc item anno idem Constantinus Judaeorum procaciam edicto cohibuit, qui cùm eos, qui à sua ipsorum Secta ad religionem Christianam transirent, saxis aliisque furoris generibus prosequi non desisterent, eosdem talia posthac praesumentes cum omnibus suis participibus concremari praecipit, & si qui Christiani ad illorum sectam transirent, iisdem pœnis subijci voluit.

Moritur S. Myrocles septimus Mediolani in Insubria Episcopus, cùm sedisset annis duodecim, ei hoc eodem anno succedit S. Eustorgius.

Arius, qui haecenus à tempore Petri Martyris, Episcopi Alexandrini, velut Proteus sub diversis latuerat formis, modò Catholicis, modò inhaerens schismaticis, impius omnino detectus est.

Colluthus aequè Presbyter Alexandrinus, & uni ex Ecclesiis ejusdem civitatis Praepositus, coepit ordinare Presbyteros, & docere haeresim.

Sigiduni in Mysia superiori SS. Martyres Hermylus & Stratonicus, post saeva tormenta in Istrum fluvium demersi sunt.

Annus Christi 316.

Sabino atque Ruffino Consulibus, Diocletianus olim Imperator moritur.

Deficit à Constantino Licinius, & Christianos persequitur.

Constantinus Imperator ad Eumalium Vicarium Africae scribit de innocentia Caeciliani Episcopi Carthaginensis, idem de manumissionibus in Ecclesia coram Episcopis spectante plebe celebrandis rescribit; hoc amplius paulò post Episcopis, quam cæteris Magistratibus concedens, ut ab illis sic manumissi non tantum libertate, sed civitate quoque Romanã, perinde ac si essent adscripti tabulis Romani census, jure amplissimo donarentur.

Trahirus Romanorum Praefectus in Britannia majore interficitur, & Octavius reversus, Romanis dissipatis, Regnum occupat. Westmonaster.

Annus Christi 317.

Allicano & Basso Consulibus, Constantinus Imperator adversus Licinium bello agens, eum duobus ingentibus praeliis superavit, primo Cybale in Pannonia, mox in Thracia, cùm fugientem insecutus est; post ultimam pugnam pax inter illos conciliata, multato Licinio amissione Provinciarum Illyrici, Graeciae, & aliarum omnium quotquot ulterius essent porrectae, reliqua ei Thracia & Oriente.

Hoc eodem anno cùm Metrophanes Episcopus Bizantii sedisset annos tres, senio valde confectus, substituendum sibi Alexandrum curavit.

Annus Christi 318.

Licinio Augusto quintum, & Crispo Caesare Consulibus, idem Licinius rupto foedere anno superiori stabilito, adversus Constantinum iterum in Thracia bellum parat, sed terramarique ingentibus praeliis vincitur, & primò Byzantii, deinde Nicomediae obsessus, tandem se Constantino dedit, à quo Thessalonicam relegatur.

Claret in Thebaide Pachomius Abbas. Constantinus rem Catholicam in Occidente insigniter firmat.

Annus Christi 319.

Constantino Augusto quintum, & Lucinio juniore Caesare Licinii Imperatoris filio Consulibus, idem Constantinus Sauromatas sive Sarmatas ad Maeotidem paludem habitantes, qui Istro trajecto Romanam ditionem aggressi fuerant, debellavit.

Necquidquam dehortatur litteris Imperator Arrium, idem adversus Aruspices, qui privatim in alienis domibus Aruspiciam exercerent, rescribit, itemque pro Clericorum ab omnibus muneribus immunitate.

Laodiceae & Alexandriae Concilia celebrantur. Osius item Sylvestri Papae Legatus in Oriente, Gangris civitate in Paphlagonia Synodum

Synodum celebrat adversus errores Eustathii.

Theodorus militum Dux Heracleae in Ponto, ob Christi fidem Martyrio coronatur.

Annus Christi 320.

Constantino Augusto sextum, & Constantino Caesare ipsius filio Consulibus, celebrata sunt Romae Caesarum quinquennalia.

Alemannos triumphat Crispus Constantini filius; & Imperator utilisimas Reipublicae Christianae leges condit.

Circa hunc annum floret sanctitatis & admirabilis poenitentiae laude sancta Maria Aegyptiaca.

Annus Christi 321.

Crispo & Constantino juniore Caesaribus, secundum Consulibus, eorum pater Constantinus Imperator, Donatistarum precibus fatigatus, quos ex illis ante annos quatuor in exilium condemnaverat, indulgens relaxavit, Deo relinquens puniendos, quos nulla vel poena correxisset, vel clementia emolliisset: idem Constantinus de feriando die Dominico, & in eo precibus divinis vacando sanctionem edidit. Idem adversus maleficos & incantatores immissoresque tempestatum, & qui per invocationem daemonum mentes hominum turbarent, rescribit: praecleara haec acta idem Constantinus deturpat, dum Sardicæ existens rescriptum dedit ad Maximum Praefectum urbis, quo Aruspices ob praecedentia quaedam prodigia consuli iussit, idemque ab omnibus aliis publicè fieri permisit.

Arelatense Concilium sexcentorum Episcoporum colligitur.

Annus Christi 322.

Petronius Probianus & Anicianus Julianus Consules creati fuere.

Donati haeresis latius per Africam se diffundit, praecipua erroris puncta erant, quod assereret minorem Patre filium, & minorem Filio Spiritu sanctum, Catholicosque post lapsum baptizandos.

Circa hunc annum S. Basileus Episcopus Amaseae in Cappadocia Martyrio coronatur, capite abscisso in mare projectus, Dei verò providentia corpus capiti fuit rursus annexum.

Annus Christi 323.

Severo atque Ruffino Consulibus, Constantinus Imperator cùm quosdam comperisset Ecclesiasticos aliosque Catholicos à gentilibus ad lustrorum sacrificia celebranda compelli, ejusmodi conatus edita sanctione represit. Eodem Imperatore absente, S. Sylvester Papa se occultare cogitur.

Circa hunc annum moritur Hilarius Episcopus Bisontinus.

Annus Christi 324.

Crispo & Constantino juniore Caesaribus, Consulibus idem Crispus & Licinius junior, à Constantino.

Constantino Augusto Crispi patre, Licinii patruo, crudelissimè interficiuntur; idem accidit Faustae Constantini ejusdem uxori; qui paulò post lepra à Deo percussus, & post immania necis scelera resipiscens, baptismum Christi recipit, statimque sanatur: mox ad constructionem Ecclesiarum se confert, edictisque publicis omnes ad eandem fidem suscipiendam hortatur, & relicto opere apud Ilium coepo, Byzantium Thraciae civitatem pro sede Augustae majestatis deligit.

Celebratur Romae Concilium in praesentia 230. Episcoporum.

Hoc ipso anno defuncto Episcopo Antiocheno Paulino, postquam sedisset annos quinque, post multas disceptationes ad ejus Sedis regimen accersitur ex Sede Beroënsi Eustathius.

Amaseae in Ponto obit S. Glaphyra virgo, Licinii Imperatoris conjugis aulica, quae dicti Imperatoris lasciviam, fugiens, ut castitatem integram servaret, ab aula aufugerat, & in dicta urbe pietatis officiis incubuerat.

Annus Christi 325.

Paulino & Juliano Consulibus, sacrosancta Oecumenica Synodus Nicæae in Bithynia celebratur, causae autem ejus cogendae fuerunt, ut Orientali Ecclesiae subveniretur, duabus praecipue infestatae cladibus, nempe Arianam haeresi, quae nimium invalescebat, & Quarta-decimorum errore, qui maximè apud Syros, Cilices atque Mesopotamios vigeat. Apud dictam Synodum Osius Episcopus Cordubensis, Legatus Sylvestri Papae praesidebat; comparuit & ipse Constantinus Augustus, sed tantam cum reverentia, ut non prius in parva sella aurea ipsi in loco superiori parata assidere voluerit, quam Episcopi innuissent; damnatusque hic est Arius cum scriptis suis; tractata postea causa de tempore paschatis celebrandi; tandem Meletianum schisma componitur.

Porro absolutam Synodo, Constantinus Imperator vicennalia Imperii sui magnificè celebrat, iisdemque filium suum Constantinum secundum genitum Caesarem creat, sed & cunctos Episcopos convivio regio excipit, ac muneribus auctos, & de concordia servandam monitos, ad propria dimittit.

Perlatis Romam decretis Synodi Nicæae, Sylvester Papa collegit ex Italia aliud Episcoporum Concilium, quo acta Nicæna confirmavit, & eos qui auderent ea dissolvere, excommunicavit.

Constantinus Imperator non solum de rebus Ecclesiasticis sollicitus, verum etiam politicas diligenter procurans, sanctionem edidit, quae universis Provincialibus permisit, Judices, Comites, Aulicos & Palatinos, si quid contra eos probare possent, accusare; aliisque lege lata tolli iussit cruenta gladiatorum spectacula, poenamque crucis prorsus abdicavit: idem fecit baptisterium Romae miro opere, juxta Basilicam S. Joannis Baptistae, quae appellatur Constantiniana, ubi prius baptizatus fuerat, & basilicam S. Petro de templo Apollinis, necnon

& B. Paulo; corpus quoque utriusque ære circumdedit quinque pedum glorioso.

Annus Christi 326.

Constantino Augusto septimum & Constantio Cæsare Consulibus, S. Alexander Episcopus Alexandrinus ex hac vitâ migrat, in ejus locum sufficitur Athanasius.

Meletius schismatis author è Concilio Nicæno Lycopolim in Ægypto ad suam Ecclesiam reversus, contra Decretum ejusdem Synodi, non solum ordinavit Arsenium Episcopum Hypselitarum, sed etiam cum esset vitâ migraturus, Joannem unum ex familiaribus suis Lycopoli in suum locum suffecit.

Constantinus Imperator, quos obstinatos in schismate & hæresi post Nicænum Concilium permanere audit, eos omnes à privilegiis Catholicæ legis observatoribus concessis, editâ hoc anno sanctione alienos esse voluit, ac diversis oneribus obligavit, unde magna hæreticorum ad fidem Orthodoxam accessio facta est.

Idem fana idolorum toto orbe celeberrima evertit, & ubique Christianorum ædificia extruit. Similiter publicas libidinum scholas deturbat, sanctione editâ occultas quoque turpitudines quaslibet insectatur.

Helena ejusdem mater, Christi Domini crucem invenit.

Genebaldus sive Kunvvaldus primus Franciæ Orientalis Dux creatur.

In Perfide Martyrio pro Christi fide afficiuntur Jonas & Barachisus Monachi, ibidem eandem ob causam Zanita, Lazarus, Marothes, Nerzes, Elias, Maris, Abibus, Sembeethes & Sabbas, post multos toleratos cruciatus, morte plectuntur.

Annus Christi 327.

Constantino Cæsare & Maximo Consulibus, Arii & Arianorum falsæ pœnitentiæ malè obducta cicatrix iterum recrudescit: Eusebio Nicomediensi Episcopo Arii partes suscipiente, & ut officio is restitueretur ab Athanasio Alexandriæ Episcopo scriptis petente, denegante constantè petitum Athanasio; quamobrem Eusebius per litteras cum Meletianis agit: Constantiâ Augustâ Licinii Imperatoris conjuge, Constantini sorore, per favorem Ario adhibitum suadente Eusebio, malum augente.

Evangelium ad Indos inferiores pervenit industriâ Frumentii Tyrii.

Iberi à captiva quâdam fœminâ Christianâ, exemplo pietatis & austerioris vitæ, ac famâ editorum miraculorum sanctitatisque, tum aliis tum ipsi Regina precibus suis restitutæ (ut Plinius lib. 6. c. 10. testatur) unâ cum Rege Bacurio ad Christianæ veritatis agnitionem perducentur.

Constantinus Imperator condit Basilicam in honorem S. Laurentii Martyris viâ Tiburtinâ in agro Verano, ubi idem Martyr gloriosus sepultus fuit.

Annus Christi 328.

Januario & Justo Consulibus, S. Athanasius paululum quiescens à calumniis & insultibus Meletianorum atque Eusebianorum, subje-

ctam Alexandrinæ Ecclesiæ perlustrat diœcesim, ut quod hæresis & schisma pravique mores corripissent, vigilantissimo studio restauraret: idem S. Antonium magnum Eremitam convenit, & ex Monachis plures creat Episcopos. Ischyra e contra Mareotis regionis homine, qui laicus cum esset, Presbyterum tamen ageret, inter laicos redacto.

S. Sylvester Papa constituit, ut sanctum chrisma non à Presbyteris, sed ab Episcopis veneranter consecraretur.

Annus Christi 329.

Constantino Augusto octavum & Constantino Cæsare quintum Consulibus, Meletiani schismatici ob excitationem denuò turbas ab Imperatore accersiti, ex consilio Eusebianorum Athanasium criminantur, cum autem hæc adversus Athanasium agitari Constantinus intelligeret ab Eusebio Nicomediensi & Theognide Nicæno, qui damnati atque depositi in Nicæno Concilio, simulatè palinodiam recantarent, ipsius Constantini precibus postea restituti; jam ipse adversus eos vehementer commotus, jusit ut iidem secundum priorem Synodi sententiam sedibus pellerentur.

Congregati sunt coram Constantino & Helenâ matre ejus sapientiores Judæorum, ut disceptarent contra Papam Sylvestrum, asserentes fidem Christianorum esse inanem, quibus S. Sylvester viriliter resistens, omnes confusos reddidit & elingues, hinc maxima illorum pars relicta Judaismi cæcitate, Christianismum susceperunt. Math. Westmonaster.

Annus Christi 330.

Gallicano & Symmacho Consulibus, celebrata sunt quinquennialia Constantii Cæsaris, ipsa quoque civitas Constantinopolitana, nova Roma dicata: sic autem dispositis quæ ad perfectionem conditæ urbis videbantur requiri, Constantinus Imperator, universi quoque Imperii politicum statum in meliorem ordinem reformare volens, complures novos magistratus instituit, & veteres magnâ ex parte mutavit. Ecclesiam etiam extruit Divis Petro & Paulo Apostolis viâ Lavicanâ inter duas lauros.

Ovinus Gallicanus hujus anni Consul, & exercitus Imperatoris Constantini Dux, Christo se vovens, Gothos, sive ut alii scribunt, Scythas debellat, & sub tributo redigit.

Moritur S. Lucianus Episcopus apud Leontinos in Sicilia. Item S. Achillius Episcopus Larisensis in Thessaliâ miraculis illustris, qui hic plurima idolorum fana evertit, & dæmones ab hominum corporibus exegit.

Annus Christi 331.

Ovinio Basso & Ablavio Ægyptio Consulibus, S. Athanasius novis rursus calumniis exagitur.

Macarius Episcopus Hierosolymitanus, cum sedisset annos decem & novem, reddidit Deo spiritum, in ejus locum subrogatus est Maximus.

Constantinus Imperator constituit Mausoleum miro opere fabricatum, ubi postmodum matrem suam in sarcophago pretiosissimo condidit.

Mori-

Moritur S. Eustorgius octavus Mediolani in Insubriâ Episcopus, cum annis septemdecim rexisset Ecclesiam, cui hoc eodem anno subrogatur S. Protasius.

Annus Christi 332.

Ovinio Pacatiano & Mecilio Hilariano Consulibus, detecto Arsenio Episcopo, quem Arianis ab Athanasio occisum esse criminabantur, Athanasii innocentia gloriose triumphat.

Constantinus Imperator extruit Ecclesiam in civitate Ostiensis juxta portam Romanam in honorem BB. Apostolorum Petri & Pauli & S. Joannis Baptistæ; ac in civitate Albanensi Basilicam aliam in honorem ejusdem Sancti.

Annus Christi 333.

Delmatio atque Zenophilo Consulibus, Imperator Constantinus Eusebianos accusatores reject, & ad ipsum Athanasium litteras honorificas misit, quibus calumnias in eum allatas detectas est, undè & illud planè incomparabile subsecutum est bonum, ut cum Arsenius, tum ipse Joannes, supremus Meletianorum Antistes, facti pœnitentes, supplices pro veniâ consequendâ eidem Athanasio litteras dederint, & à schismate recedentes, Catholicæ se communioni restituerint.

Imperator Constantinus construxit Ecclesiam in urbe Neapoli miro opere, omnibus Apostolis & Martyribus: & in Drepanâ civitate Bithyniæ fabricavit Ecclesiam in honorem Martyris Luciani; urbemque novis ædificiis instaurans ex nomine matris suæ Helenopolim vocavit.

Annus Christi 334.

Optato & Paulino Consulibus, Eusebiani veritatis ne Meletianis cessantibus, destituerentur calumniarum histrionibus, denuò Joannem ab Athanasio resiliere fecerunt, taliaque ac tanta in eundem Athanasium commenti sunt, ut Constantinum alioqui erga illum propensiorum à proposito mentis avertentes, malè credulum compulerint Synodum Episcoporum Cæsareæ Palæstinæ celebrandam indicere, ad quam Athanasius judicandus adveniret, sed quod ille detrectans subire judicium Eusebii ejusdem civitatis Episcopi, & aliorum Arianorum, omnino recusasset eò accedere, novis rursus eâ occasione apud Imperatorem calumniis oneratus, mutato Concilii loco jussus est ab ipso jam in eum commoto Imperatore Tyrum petere, cujus etiam cogendi ibidem Concilii illa causa prætextitur, ut Basilicam famosissimam Hierosolymis erectam Episcopi dedicarent.

Romæ ordinantur Episcopi Marcus & Julius.

Renovato Constantini edicto gentilium templa destruuntur.

Annus Christi 335.

Julio Constantio Constantini Imperatoris fratre, & Rufino Albino Consulibus, celebrata sunt tricennialia ejusdem Constantini, qui hoc eodem anno Constantem tertium filium suum

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Cæsarem creat, & Constantinopolim sedem Romani Imperii, caputque Orientis esse vult, caput verò mundi Romam, quam BB. Petro & Paulo testamento tradidit: nobiliores quoque Romanorum, ac penè totum Senatorum ordinem cum uxoribus & liberis, in novâ Româ, Constantinopoli nimirum habitare constituit.

Ab Eusebianis adversus Athanasium Tyri in Phœnicâ habitum est Concilium, conspirantibus unâ cum eis schismaticis Meletianis, & hæreticis Colluthianis, à quibus Athanasius injustè condemnatus & Episcopatu abdicatus est, rein indignissimè ferente saniore Episcoporum parte, adeò ut Paphnutius Confessor prehensâ manu Maximi Episcopi Hierosolymitani monuerit, ut surgeret, non enim oportere, se, cum essent confessores, & pro pietate tum oculos effoscos, tum pedum flexus debilitatos haberent, Concilio hominum perditorum communicare.

Pridè Calendas Januarii S. Sylvester Romanus Pontifex ex hac vitâ migrat, cum sedisset annos viginti unum, menses undecim uno minus die.

Moritur S. Agricus sive Agoecius vigesimus septimus Trevirorum Antistes. Obiit quoque S. Macarius Episcopus Hierosolymitanus, cujus hortatu loca sancta à Constantino & Helenâ expurgata, & sacris basilicis illustrata sunt, succedente in sede Maximo.

Annus Christi 336.

In summum Pontificem eligitur S. Marcus, qui hoc tamen adhuc anno fati concedit, succedente Julio.

Athanasius machinationibus inimicorum suorum nec apud Imperatorem securus, Treviris exulat.

Arius fraudulenter se Catholicum fingens, dum ab Episcopis Eusebianis domo educus esset, in viâ ventris necessitate urgente, divertens ad latrinas publicas, ibi medius crepuit, effundens unâ cum excrementis viscera omnia, splen & jecur: visâ hac infami morte, plurimi ex his qui antè decepti fuerunt, ad fidem orthodoxam reversi sunt.

Partitur in filios Imperium Constantinus: idem adversus Persas tumultuantes expeditionem parat, sed pace ab eis per Legatos petita & obtentâ, ad ædificandam Constantinopoli Apostolorum Ecclesiam, in quâ sepeliretur, adjecit animum, quam magnificentissimè construxit & ære texit.

Reccius Episcopus famæ habetur celeberrimæ, & Juvencus Presbyter Hispanus, qui Hexametris versibus quatuor libros Evangeliorum vertit.

Annus Christi 337.

Consulibus Feliciano & Titiano, piissimè obiit Constantinus Imperator, nomine & rerum gestarum gloriâ verè magnus, cum vixisset annos sexaginta quinque: filiorum ejus, quisque relictam sibi ex partis testamento Imperii partem accepit: nempe Constantinus natus maximus cunctas trans Alpes regiones:

G 2

Con

Constantius Thraciam & universam Asiam atque Orientem cum Aegypto: Constans verò natu minimus Romam ipsam cum Italiâ, Sicilia & reliquis Insulis, Illyrico, Macedoniâ & universâ Græciâ, aliasque circum provincias usque ad Thraciam.

Dicitur Constantius ad Arianam hæresim desecit, & favere incipit in domesticos Constantini, ac in ipsos præcipue consanguineos, ac primum quidem Constantium patrum à militibus interfici curat, deinde Delmatio Cæsari insidias struit.

Ablavius summus à defuncto Constantino honoribus auctus, à sicariis jussu ejusdem Constantii confoditur, & in frustra dillecat. Delmatius quoque sinente eodem Constantio factione militari opprimitur.

Julius Papa Concilium Romæ celebrat, centum sexdecim Episcoporum.

Circa hunc annum ex hac mortali vitâ decedit S. Leontius Episcopus Cæsareæ in Capadociâ.

Annus Christi 338.

Ursus atque Polemio Consulibus, Athanasius cum Treveris in Galliâ exul egisset annos duos & menses quatuor, à Constantino Imperatore in suam Ecclesiam summo cum honore remittitur.

Constantius Imperator incurabili ulcere affectus, à S. Spiridione manus sibi imponente mirabiliter curatur.

Sapores Persarum Rex validissimo exercitu comparato Mesopotamiâ vastatâ, Nisibin munitissimam ejusdem Provinciæ civitatem obsidione cingit, per cinifes & culices, S. Jacobi ejusdem civitatis Episcopi precibus immisos, eandem solvere cogitur.

Firmianus, qui & Lactantius, Arnobii discipulus, Nicomediam ad scribendam Rhetoricam se contulit.

Annus Christi 339.

Uobus Augustis Constantio & Constante Consulibus, Eusebiani indignè ferentes Athanasium in Ecclesiam suam restitutum, ut eum iterum deturbarent, præter veteres coagmentatas calumnias, novas illis superaddunt.

Jacobus Nisibenz civitatis Episcopus, multorum scriptor librorum, in Ecclesiâ fulget.

Annus Christi 340.

Cyndino & Proculo Consulibus, indicta est Romæ à Julio Papâ Synodus in causa Athanasii, quam legati Ariani poposcerant: Athanasius interim ibidem adversarios expectans, monachismum in urbem invexit, & insigne fidei suæ reliquit monumentum, nempe Symbolum, quod hæcenus Athanasii nomine in Ecclesia Romana publicè recitatur.

S. Alexander Episcopus Constantinopolitanus, magnus pietatis athleta, & Catholicæ fidei defensor acerrimus, plenus dierum ex hac vita migrat, cum sedisset annos viginti tres, vixisset 98. sufficitur ei Paulus, cum Ariani Macedoniæ satagerent, sed cum eodem tempore Constantius Imperator in eam urbem advenisset, coacto Arianorum Episcoporum Concilio Pau-

lum abdicavit, & eorundem antesignanum Eusebium Nicomediâ Constantinopolim transtulit.

Equo dejectus Constantinus junior, contra fratrem pugnant, incognitus obtruncatur.

Severissima Mediolani fertur lex adversus eos, qui sepulchra demolirentur, aut inde marmora vel columnas ad alios usufransferrent.

Circa hunc annum moritur S. Agapitus Episcopus Ravennæ.

Annus Christi 341.

Marcellino & Probino Consulibus, ipsis Constantii Imperatoris quinquennialibus ipsorumque Imperatore præfente Antiochiæ, encania celebrata sunt in dedicatione nobilissimi templi à Constantino jam cæpti, & sub Constantio postmodum absoluti, quod præ sui miracula in omnibus excellentiâ meruit à majoribus *Dominicam auream* nuncupari. Ariani Episcopi tergiversantur denuò venire Romam ad Synodum à Julio Papa indictam, variis excusationibus metum suum & causâ injustitiam palliantes: interim conciliabulum Antiochiam convocant, per quod Athanasius rursus exauctoratur, quem Julius Concilio Romano restituerat: interim Constantius vult videri pius, & sanctionem adversus idololatrias edit, & ne quis auderet sacrificia celebrare.

Moritur S. Paulus Thebæus, primus Eremita, qui à sexto decimo ætatis suæ anno usque ad 113. solus in eremo permanit, cujus animam inter Apostolorum & Prophetarum choros, ab Angelis in cælum ferri S. Antonius vidit.

Famosus hoc anno contigit terræ motus, quo Orientales potissimum partes concussa sunt, & Antiochia quidem uno fere integro anno.

Circa hunc pariter annum Martyrio coronatur S. Potamon Episcopus. Heracleæ in Aegypto.

Annus Christi 342.

Constantio tertium & Constante secundum Augustis duobus Consulibus, Gregorius Cappadox electus anno superiori in Antiochæ conciliabulo in locum Athanasii Episcopus Alexandrinus, per Præfectum Philagrium jussu Constantii militari manu Alexandriam introducit: facta tunc magna est Ecclesiæ Alexandrinæ strages, cuncta igne & sanguine sunt mixta, altaria, baptisteria, aliæque res sacræ profanata, dissipata, direpta, libri sacri combusti, sacrificia animalium, frugumque idolis oblata, Virgines Deo dicatæ nudatæ, tractatæ, raptæque, Monachi pedibus obruti atque dilacerati, Presbyteri aliique Clerici concisi, multi ex populo occisi, quamplurimi vulnerati, omnis generis homines in carceres conjecti, & in jus tracti.

Inter tantos turbines Athanasius, Arianorum suum sanguinem sitientium manibus effugiens, Romam denuò se confert, & ibidem synopsin Scripturæ edit.

Infelici morte obit Eusebius toties citatus, Nicomediæ antea, postea Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopus, Arianorum fautor & apostata; quod è vivis sublato, cum populus Constantinopolitanus Paulum, Eusebii olim occasione ejectum, in Ecclesiam denuò introduxisset, Ariani autem Macedonium delegissent Episcopum, inde

cre-

crebris exortis seditionibus quamplurimi utrimque perierunt, sed & Dux Hermogenes à Constantio Imperatore tunc Antiochiæ existente, jussu Paulum Ecclesiâ expellere, à populo adversus eum pro Paulo insurgente interemptus est. Paulo interim, aliisque orthodoxis Episcopis, Romam ad Julium Papam confugientibus.

S. Jacobus Nisibensis, & S. Nicolaus Myræ Episcopus in cælos migrant.

Annus Christi 343.

Lacido & Romulo Consulibus, Neo-Cæsarea terræ motu evertitur; exceptâ Ecclesiâ ac Episcopo, cæterisque qui ibidem reperti sunt.

Sapores Persarum Rex, Abrahamium sanctum Arbelæ urbis Episcopum neci tradit, & Christianos persequitur: inter plurimos alios, centum viginti, cum ignem adorare nollent, concremari jussit.

Annus Christi 344.

Leontio atque Sallustio Consulibus, ab Arianis Antiochiæ aliud Concilium est habitum, & novum fidei Symbolum confictum, quod occidentales penitus rejecerunt.

Vexat adhuc Christianus in Perside Rex Sapores, maximè Ecclesiæ Doctores è medio tollens.

Annus Christi 345.

Ariantio & Albino Consulibus, contra Saporem castra movens, sæpius infeliciter confligit Constantius.

Bohemiz Optimates Crocum in Ducem suum eligunt.

Maximinus Trevirorum Episcopus claret, à quo S. Athanasius honorifice suscipitur & defenditur.

Dyrrhachium terræ motu corruit.

Annus Christi 346.

Constantio quartum & Constante tertium Augustis Consulibus, complures leges consignantur, & inter alias, quæ de claudendis in universis locis atque urbibus Deorum templis, & ut cuncti, sub pœna capitis, à sacrificiis absterent, promulgata est.

Exorante Julium Papam Constante, annuente etiam Constantio, Concilium Sardicense pro anno sequenti convocatur.

S. Severus de lanificii arte, prodigioso columbæ signo ad Episcopalem Ravennatum Sedem evehitur, & à S. Julio Papâ Romæ consecratur.

Nectarius Viennensis Ecclesiæ Episcopus, in doctrina fidei existit gloriosus.

Annus Christi 347.

Anni hujus Consules creati fuere Ruffinus & Eusebius.

Concilium Sardicense S. Athanasii aliorumque Episcoporum ab Arianis expulsoium causa celebratur, Episcopis Arianis sibi malè metuentibus & fugam arripientibus.

Mittuntur ex dicta Synodo Sardicensi ad Constantium Imperatorem Legati, ut secundum decreta Synodi, ipse quos ejecerat Episcopos ad

suas Ecclesias reverti pateretur, addit dictis Legatis Constans Imperator Salianum Ducem.

Nata est S. Paula vidua Romana.

Martyrio coronantur inter Alpes Rhæticas SS. Sifinnius, Martyrius & Alexander.

Annus Christi 348.

Flavio Philippo & Favio Salleâ Consulibus, Ariani Episcopi, qui fuerant à sancta Synodo Sardicensi exauctorati, cum ad propria remeassent, scelera sceleribus addentes, quamplurimos ubique Episcopos orthodoxos ipsis adversantes exiliis contumeliisque affecerunt, operâ Constantii Imperatoris, ad omnia, quæ ipsi vellent promptissimi; curaveruntque ut portus & introitus civitatum observarentur, ne quibus à Synodo concessus esset reditus, ad Ecclesias suas pateret. Sed & quod in ipsorum Arianorum regressu Hadrianopolitani aversati essent eorum communionem, ut fugientium à Synodo & noxiorum; re ad Imperatorem delatâ, effecerunt ut plurimi è nobilioribus civibus capite plecterentur, tantisque eorum ubique terror extitit, ut multos coegerint ad ipsorum hæreseos simulationem, multi que alii maluerint in eremum fugere, quam in illos incidere.

Stephanus Antiochiæ Episcopus Arianus, Legatis Synodi Sardicensis injurius, deponitur, & ab Ecclesia penitus expellitur, in cujus locum sufficitur Leontius castratus, genere Phryx, homo nequissimus & versutissimus.

Interim Constantius Imperator, paulisper ad se rediens, conjecturam eorum, quæ adversus Euphratam Episcopum Catholicum & Synodi Sardicensis Legatum designata fuerant, consimiles esse Arianorum in alios Catholicos Episcopos calumnias arbitratus, Alexandriam scripsit, ne ulterius Athanasium, aut ei adhærentes Clericos laicosve persequerentur, ipsumque Athanasium crebris litteris accersivit; Constante Imperatore litteras ad fratrem Constantium similiter edente, quibus minatus est, nisi Athanasium & Paulum Ecclesiis suis restitueret, se eò accessurum, & invito ipso eos in suas sedes introducturum.

Celebratur Concilium Carthaginense, & Donatistæ damnantur.

Moritur S. Abramius Episcopus Arbelorum in Perside, alii ob fidem Christi Martyrio affectum fuisse asserunt.

Jessus sive Jasinus circa oras Nemeti Urbis, Christi Evangelium manifestat.

Annus Christi 349.

Vlpio Limenio & Catullino Philoniano Consulibus, occiso ab Alexandrinis Gregorio illius Sedis invasore, Constantius Imperator, crebris Constantis fratris litteris interpellatus, Athanasium ad se rursus vocat, & ut majori cum fiducia rediret, tum Presbyterum & Diaconum ad eum misit, tum plures Comites in ipsum propensiores in eandem sententiam ei scribere jussit; denique & ad fratrem suum Constantem scripsit, ut ipse quoque eundem Athanasium ad reditum hortaretur; is tandem Antiochiam perveniens, ubi erat Constantius, benignè ab eo excipitur, omniaque quæ contra Athanasium gesta, & publicis actis excepta essent,

essent, penitus aboleri præcipit Imperator, affirmans nullas se imposterum calumnias adversus eum admissurum; à suis tamen admonitus Arianis idem Imperator, petit ab Athanasio beneficii loco, ut unam Ecclesiam in civitate Alexandrinâ concederet eis, qui nollent cum ipso communicare; sed Præful vigilantissimus egregiâ responsione petitionem dum non negavit, elusit, aliud simile beneficium postulans teste Socrate lib. 2. cap. 18. nempe ut liceret Catholicis non tantum Antiochiâ, sed in omnibus civitatibus quibus præessent Episcopi Ariani, Ecclesiam habere.

In Perfide Martyrio coronatur S. Simeon Episcopus Seleuciæ ac Ctesiphontis, cum aliis centum Episcopis, Presbyteris ac Clericis, item Uthazane Eunuchio nutritio Regis Saporis; Abedechalâ & Ananiâ Presbyteris, Pasicio Præfecto artificum & filiâ ejus.

Sub hunc annum moritur S. Pachomius Abbas in Thebaide; item S. Maximinus Episcopus Trevirensis.

Annus Christi 350.

Sergio & Nigriano Consulibus, Constans Imperator fugiens insidias Magnentii Ducis, Imperium sibi vendicantis, mense Martio occiditur in Gallia à Gaisone perfidiæ Magnentii conscio.

Eodem ferè tempore quo nunciatum est, Magnentium in Gallias Imperium arripuisse, Verranio in Pannonia exercitûs Dux eadem ambitione percitus apud Mursum legionum suffragio acclamatus est Imperator: quamobrem & Romæ auditâ Constantis nece, Nepotianus filius Eutropiæ sororis Constantini Magni, Augusti nomen assumpsit, id sibi sanguinis jure vendicans; sed haud felix extitit ejus progressus, siquidem vigesimo octavo à suscepto Imperio die occisus est per Anicetum Præfectum Romæ à Magnentio constitutum, occisamque pariter esse Eutropiam, & alios eorundem pernecessarios, Romæ hospites Athanasii, ipse mœrens scribit.

Auditâ Constantis nece, Arianis Athanasium novis calumniis exagitant.

Ossa Sancti Andreæ Apostoli, & Lucæ Evangelistæ Constantinopolim delata, ibidem honorificè deponuntur.

Circa hunc annum obiit S. Innocentius Episcopus Dertonæ, qui in juventute pro Christi fide verbera & carcerem sustinuit: finem item vivendi facit S. Martialis Episcopus Spoletanus in Umbria.

Sapor Perfarum Rex crudeli denuò edito in Christianos adnadvertit; sedecim tùm Christianorum millia occisa feruntur, quos inter Acephima, Barbasyma, Paulus, Gaddiabbe, Sabinus, Marea, Mocius, Joannes, Hormisda, Papa, Jacobus, Roma, Maare, Aga, Bochre, Abda, Abdiesus, Joannes, Abramius, Abdela, Sabor, Isaacus, Dausa, Mille, Episcopi; Manreandes Chorepiscopus; Josephus, Jacobus, Eithala, Presbyteri; Azadanes, Abdiesus, Diaconi, cum 240. Clericis.

Annus Christi 351.

Constantius Imperator, Gallum ex Constantio fratre magni Constantini, & Gallâ matre genitum, Juliani Apostatæ fratrem majorem natu, anno ætatis vigesimo sexto Cæsarem creat. Julianus verò, qui hactenus in clericali vitâ constitutus erat, armans se audaciâ, Imperii & ipse cupiditate exardescere cœpit: proinde incipit perlustrare Provincias, conquirere vates & ariolos, sciscitaturus ab illis votine compos futurus esset.

Constantius Imperator adversus Tyrannos Magnentium & Verranionem expeditionem parans, salubre consilium iniit, ut nullum in suo exercitu militare permetteret, qui non esset baptismo initiatus, quem si quis suscipere detrectâret, exui mox singulo, & ad propria reverti præcepit: eâ occasione S. Martinus Sabariæ in Pannoniâ nobili genere natus, tunc adhuc Catechumenus baptisma quoque suscepit.

Moritur Maximus Episcopus Hierosolymitanus, post cujus obitum Ecclesiam Arianis invadunt, creato in Episcopum Cyrillo contra Heradium, quem Maximus moriens in suum locum substituerat.

Constantius Imperator antequam Antiochiâ recederet, Paulum Constantinopolitanum Episcopum, quem Constans frater restituendum curaverat, solutus jam ejus metu, à sede pellendum, & Macedonium in ejus locum subrogandum esse decrevit, litteris eâ de re scriptis ad Philippum Præfectum: Paulus igitur dolosè à Philippo, tumultum populi in Paulum propensissimi verito, ad domum publicam alio prætextu evocatus, ac per fenestram in navigium demissus, magnâ festinatione ad locum exilii abductus, denique ab Arianis laqueo strangulatus est: sed ultio divina non diu quievit, nondum enim vertente anno Philippus Præfecturâ suâ magnâ cum ignominia spoliatus, atque omnibus ludibrio expositus, miserè tandem in exilio extinctus est.

Macedonius contra Catholicos Constantinopoli, & in finitimis Provinciis tyrannicè sævit.

Sanct. Hilarius Pictaviensis Episcopus, qui pulsus ab Arianis in Phrygia exulaverat, cum Constantio librum pro fidei Catholicæ defensione porrexit, ad Gallias revertitur.

Obiit circa hunc annum S. Castor Presbyter Confluentiæ in Germania.

Annus Christi 352.

Constantio Imperatore quintum & Gallo Cæsare Consulibus, pridie Idus Aprilis S. Julius Romanus Pontifex ex hac vita migravit, cum sedisset annos quindecim, menses quinque, dies septemdecim; in ejus locum subrogatur Liberius natione Romanus; cum hoc Orientales Arianis cognovissent, collectis in Concilium suæ sectæ Episcopis, litteras ad eundem Liberium dederunt, quibus Catholicam ab eo communionem exposcentes, Athanasium quoque accusarunt, verum cum eodem ferme tempore reddita essent eidem Pontifici alia littera ex Synodo septuaginta quinque Episcoporum Ægypti pro Athanasii defensione,

his

his acceptis ex utraque parte Epistolis, eisdemque recitatis in Concilio tunc Romæ collecto, negatum est Arianis, quod à Liberio postulabant, decretumque ab eodem Concilio, ut legatio ad ipsum Constantium mitteretur de cogendo Concilio.

Constantius Imperator veniens in Pannoniam, simulansque cum Verranione amicitiam, quasi accepturus eum in Collegam Imperii: magnis pollicitationibus ipsum primo à Magnentio, à quo magnoperè sollicitabatur, retraxit, & demum apud Mursum habens ad ejus milites concionem, effecit, ut ab eisdem purpurâ exueretur, & privatus vivere cogere-
retur.

Hæresis Anthropomorphitarum in Syria & Macedonia nascitur, ab Anthrope quodam inducta, qui Jesum tantum humanam formam habere assererat, & corporis partibus DEUM esse distinctum: eodem tempore Paphnutius Episcopus virtutibus clarus.

Circa hunc annum obiit Sanctus Amasius Episcopus Teanensis in Italia; item S. Protasius nonus Mediolani in Insubria Episcopus, cum sedisset annos viginti duos, cui hoc eodem anno succedit S. Dionysius.

Annus Christi 353.

Constantio Augusto sextum, & Gallo Cæsare iterum Consulibus, idem Constantius Magnentium vincit sed cruento prælio & inter Christianos primo, quo utrinque ad 50 milia cecidere, & ipse tyrannus occubuit, proprio gladio desperatione melioris fortunæ se occidens: Constantius autem hac inflatus victoria, à justitia intemperanter declinavit, ut æternitatem meam aliquoties subsereret ipse dictando, scribendoque propriâ manu Orbis totius se Dominum appellaret; nec hic stitit malitia, cum enim idem Imperator audisset, non ex suorum Arianorum sententia evenisse, quod à Papa Liberio petissent, in furorem exardescens, edictum proposuit, ut qui in damnationem Athanasii non subscriberent, in exilium pellerentur.

Hoc ipso anno prodigium ingens apparuit Hierosolymis maximo insipientium terrore; nempe lucidissimum Crucis signum super montem Golgotham: quod describens Sozomenus, ait clarè admodum resplenduisse, non ut Cometes solet diffusis radiis; sed luce multâ in unum confertâ, valdè denso jubare & pellucido, ac pertigisse à loco Calvariæ usque ad montem Oliveti, respondente ei longitudini æquâ proportionem latitudine, ipsoque signo quindecim stadiis in aère suspensio hærente, quo portento multi tam gentiles, quam Judæi ad Christum conversi sunt.

Fluctuant res Orientales, Isauricis latronibus longè latèque grassantibus, aliisque ex parte Saracenis collimitios infestantibus, atque etiam Persis Mesopotamiam invadentibus, cum interim Gallus Cæsar, quod tyrannidem affectaret, in Magistratus complures diversis prætextis causis immaniter fureret; sed & ipsum Constantium natalis sui celebritatem multo infonsum sanguine aspersisse, Ammianus tradit.

Donatus artis Grammaticæ scriptor & institutor, Romæ illustris habetur.

Annus Christi 354.

Constantio Augusto septimum & Gallo Cæsare tertium Consulibus: Liberius Papa Concilium Mediolani in causa Athanasii celebrari, ab Imperatore impetrat.

Idem Gallus Cæsar hyemis tempore Polæ in Istriâ circumventus atque circumdatus à Constantii Imperatoris ministris, spoliatur Cæsaris ornamentis, & in privatam fortunam redigitur, tandem capite truncari jussus est, anno ætatis suæ vigesimo nono.

Eudoxius & Aëtius hæretici Ariani, quod Gallo favissent, à Constantio ejiciuntur in exilium; accitit idem Theophilo sectâ Ariano.

Eusebius Cæsareæ Palæstinæ, in Scripturis divinis studiosissimus, primum in hæresim Arianam lapsus, sed correctus moritur.

S. Maximus creatur Episcopus Moguntinus.

Annus Christi 355.

Arbetione & Lolliano Consulibus, Mediolani celebratur Concilium.

Ex Oriente pauci Episcopi advenerunt, quod alii morbo detenti, alii itineris longitudine deterriti essent: Occidentalium verò advenerunt amplius trecenti: verum quantumlibet istiusmodi Episcoporum conventus Ecclesiastici Concilii nomen præ se tulerit, veriùs tamen dicenda fuit tyrannica consultatio, quippe cui præsideret unâ cum satellitio adhuc cruentus innoxiorum sanguine hæreticus Imperator, ubi Arianis totum concessum, Catholicis Episcopis denegata omnia, suffragia vetita vel intercisa, vilipensa, ubi non sacri sancirentur Canones, sed exiliorum scriberentur sententiæ; populus interim Catholicus Mediolanensis fidei orthodoxæ inhærens cogi non potuit, ut lectæ in Ecclesia epistolæ Imperatoris assentiretur, sed semper in eadem sententia perstitit, licet sibi ablati postea fuerit Episcopus Catholicus, & Arianus suffectus. Mira tunc etiam emicuit constantia & veræ fidei zelus Eusebii Vercellensis, cum nec ipse, nec Dionysius Mediolanensis Episcopus se contra Athanasium subscribere vellent, unde ambo ab Imperatore in exilium mittebantur. Idem hoc eodem anno contigit Liberio Papæ, nolenti Arianis communicare, vel contra Athanasium subscribere; iisdem Arianis liberè deinde contra Catholicos sævientibus.

S. Hilarius Episcopus Pictaviensis, gravissimè invectivâ Arianos Episcopos infectatus, ipsum etiam Imperatorem eorum nutibus obtemperantem perstrinxit.

Constantius Julianum in societatem Imperii adsciscit.

Eustachius Antiochiæ Episcopus, adversus Ariana dogmata opuscula componens, exulare cogitur.

Moritur Sanct. Dionysius Episcopus Mediolanensis, cum sedisset annos quatuor: intruditur Auxentius Arianus.

Annus Christi 356.

Constantio Augusto octavum, & Juliano Cæsare Consulibus, Constantius idem adversus Aruspices, Mathematicos, magos aliosque ejusmodi maleficos & Divinatores, nec non adversus simulacrorum cultores, novis sanctionibus pœnam capitis constituit: interim in gratiam hæreticorum Alexandrinam Ecclesiam dirâ persecutione vexat; & Syrius Dux quintò Calendas Februarii, cum omni securitate agente in Ecclesia populo unâ cum suo Episcopo Athanasio, nocte intempestâ cum militibus armatis ex improvise illuc irrumpens, multos tum è plebe, tum è Clericis atque virginibus sacris, gladiis sagittisque confecit, plagis concidit, ac vinculis constrinxit, resque sacras diripuit: Athanasio ignominiosissimè pariter habito, mirabiliter tamen postea fugâ subtracto: hocque planè tempus est, quo (ut ait Ruffinus) jam toto orbe profugus actus est, nec ullus ei tutus ad latendum superfuit locus; quandoquidem Tribuni, Præfecti, Comites, exercitus quoque ad pervestigandum eum moverentur edictis Imperialibus, præmiaque delatoribus proponerentur, si quis eum vivum, si id minus, caput certè detulisset: intruditur interim in sedem Alexandrinam Georgius, homo moribus pessimus.

Constantius Imperator triumphum agit Romæ de Magnentio extincto, & ad preces nobilium fœminarum Liberium Papam revocat.

Nascitur Hali Arabs, filius Abenragel, Mathematicus insignis.

Creatur in Senonensem Episcopum Beatus Theodorus.

Celebratò Biterris in Gallia Concilio, S. Hilarius Pictaviensis Episcopus, & Rhodanius Tolosanus in Exilium relegantur ab Arianis.

Suevi Rhætiam incurfant, Quadi Valeriam, Sarmatæ superiorem Mœsiam & Pannoniæ partem depopulantur, contra quos Constantius proficiscitur.

Moritur Genebaldus, sive Kunvvaldus primus Franciæ Orientalis Dux.

Item S. Antonius Magnus Eremita, anno ætatis centesimo quinto.

Sed hunc annum SS. Desa Episcopus, Mariabus Presbyter, Abdiesus & alii 270. Bizabdenses in Perside, ob confessionem fidei Christianæ sub Sapore Rege occiduntur.

Annus Christi 357.

Constantio Augusto nonum & Juliano Cæsare secundum Consulibus, dum idem Constantius Sirmii ageret, cogendum curavit Concilium Sirmiense, dicendum potius conventiculum Satanæ, ait Baronius. Ariani ibidem volentes videri Catholici, Photinum Episcopum Sirmiensem, negantem divinam in Filio cum Patre substantiam, & omnimodam cum eo similitudinem, damnant. Cum tamen haud multum ab eo differrent, dicentes, filium esse creaturam: damnato Photino, novæ fidei formulam præscribunt, in qua vetitum erat de *μονοι* amplius differere, cui Osius, vir hæcenus celeberrimus apud Orthodoxos,

vi, verberibus, tormentisque compulsus ab Arianis, subscribit: non tamen contra Athanasium, qui veræ fidei Symbolum ediderat in Concilio Nicæno, ut, sicut olim negante Petro, & cæteris fugâ lapsis Apostolis, latro Christum DEUM confessus est in cruce; itidemque Centurio, qui eum crucifixerat, publicè filium DEI proclamavit, ita patenter (ô Prodigium!) cum negat Osius, hostes fidei consentit Arianis: siquidem pertasi Sirmianæ perfidiæ Orientales Episcopi, Sirmio recedentes in Asiam commigrarunt, atque Ancyra in Galatia convenientes, damnatâ formulâ Sirmiensi, restitutumque in filio DEI substantiæ nomine, suas eâ de re sententias ac definitiones duodecim capitibus comprehensas per Legatos Sirmium miserunt ad Constantium Imperatorem, quas laudans Constantius, hortatur Episcopos præfatos ad suscipiendam vocem Consubstantialitatis Filii, sine qua nomen quoque substantiæ periclitari posse videretur.

Celebratur hoc eodem anno Synodus Ariminensis.

Julianus Cæsar ab exercitu acclamatus est Augustus, quod sex Alemannorum Reges Gallias incurfantes vicisset.

Constantius Imperator adversus maleficos elementa turbantes, & manes accientes rescripsit ad populum, & contra gladiatorum munera exhibentes, ad Orsitum Urbi Præfectum. Idem Obeliscum omnium maximum Alexandria allatum, in Circo maximo Romæ erigi jubet.

Marcellus Ancyranus Episcopus, contra Arianos multa scribens, Sabellianæ hæreseos arguitur, sicut meminit Hilarius; sed ille defendit se non esse illius dogmatis, cujus accusabatur.

Annus Christi 358.

Aciano & Cereale Consulibus, Constantius Imperator certior factus de Ecclesia Antiochena, Aëtii hæresi, quæ filium Patri dissimilem asseverabat, graviter ab Eudoxio, qui malis artibus eam Ecclesiam invaserat, labefactatâ, mox adversus Eudoxium, adversus Antiochenos scribit, tanquam non à se missum: postea constituit Nicææ in Bithynia Concilium de Aëtii hæresi cogere, mutato dein consilio illud Nicomediam convocat; interim dum Episcopi illuc properarent, civitate repentino terræ motu penitus collapsâ, ipsisque etiam cunctis ferè hominibus extinctis, unâ cum Cecropio Episcopo Ariano, electa denuo est ad agendum Conventum Nicææ; ob parem tamen ibidem terræ motus timorem, Occidentales Episcopos Arimini, Orientales Seleuciæ in Isauriâ convenire debere decretum est pro anno sequenti. Similes terræ motus horrendi per Macedoniam, Asiam & Pontum, assiduis impulsibus oppida multa & montes concutiunt.

Hilarius in Phrygia exulans, audiens, quod Concilium Episcoporum Occidentalium Arimini celebrandum esset, ut Gallorum suorum fidei integritati hæcenus conservatæ consuleret, ad eosdem de Synodis commentarium conscripsit.

Con-

Constantius Imperator Sirmio profectus adversus Sarmatas, iisdemque debellatis, Sirmium revertitur, & Sarmaticus appellari voluit: magos & maleficos quoscunque aut Aruspices, Ariolosve vel Augures & Mathematicos, ac somniorum divinatores, quicunque in comitatu ipsius Imperatoris vel Cæsaris fuissent deprehensi, quacunque fulgerent dignitate, cruciatibus & tormentis supponi voluit.

Floret Eustachius Sebastenus insignis Medicus.

Annus Christi 359.

Eusebio & Hypatio Consulibus, celebratur Synodus divisa, conveniebant enim Episcopi Occidentales Arimini, Orientales Seleuciæ: Ariminum conveniebant quadringenti & aliquot amplius.

Gaudentius Episcopus Ariminensis, quod fidei Ariminensi ab Arianis conflata subscribere nollet, & Martianum Presbyterum Avii quoque hæresi infectum eiecisset: Marciani Præsidis in se odio concitato, ab ejus militibus ad suburbia eductus, fustium ac lapidum ictibus, Martyrio gloriosus migrat in cælum.

Epietetus Episcopus Centumcellensis crudelissimus Arianorum Minister, ita sævit in Ruffinum Catholicum Episcopum, ut eum antè rhedam suam tamdiu currere coegerit, quousque ruptis præcordiis fuso sanguine exspiravit, qui post mortem miraculis claruit. Sed pugnavit quoque pro defensione Nicææ fidei adversus perfidiam Ariminensem signis & prodigiis DEUS, nam cum inter alios ab Ursacio & Valente exturbatos, Maximus Episcopus Neapolis in Campania durum exilium subire coactus, sententiam anathematis tulisset in Zosimum ejus loco suffectum ab Arianis, eandem haud passus est DEUS inutilem existere; sed cum ex eo tempore coacto in Ecclesia populo, Zosimus peragere vellet Ecclesiasticas functiones, inter ipsa sacerdotalia verba, ejus lingua protendi cœpit, nec valuit eam amplius revocare intrâ oris mentum, eoquod contra modum naturæ extra os penderet, ut bovi anhelio; cum verò egressus esset basilicam, in officium lingua revocata est: hoc ipsum autem toties passus, quoties in Ecclesiam intrare tentaret: quod eam causam tandem cessit Episcopatu, ut pristinum hogue officium sibi integrè redderetur: itemque Potamon Episcopus Arianus, cum ob præcipuam impietatem prædio à Fisco donatus esset, dum ad ipsum invisendum ire festinaret, divinam mox ultionem in via obitu repentino excepit. Florentius æque Episcopus, licet minimè subscripsisset, tamen quia cum Arianis communicasset, cum in conventu plebis in suo throno federet, repente divina virtute, in terram elisus est, ac palpitans foras elatus: cumque viribus iterum resumptis, in thronum regressus eadem quoque passus esset, ac tertio denique id ipsum obstinatè pertentasset, tertio elisus, ora distorquens miserè animam exhalavit: Marcellin. de Schismat. Ursacii.

In Synodo Seleuciæ habitâ Ariani à Semi-Arianis excommunicantur. Acaciani horrendas ibidem blasphemias in Dei Filium evomunt, dicentes Christum puram esse creaturam ex nihilo factam, & idcirco nec Deum

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

ei patrem esse; nec ipsum esse DEI Filium. Convocatur à Constantio Synodus Constantinopolitana: Aëtius hæresiarcha damnatur, & ab Imperatore amandatur in exilium: damnatur Semi-Ariani ab Arianis: quo eodem tempore iterum abdicatus est Cyrillus Hierosolymorum Episcopus, jam antea ab Acacio depositus, tum aliorum criminum prætextu, tum præcipue quod sequeretur eos, qui Filium Patri consubstantialem assererent, in locum ejus suffectus est Herennius.

Hoc ipso anno adversus Persas in Mesopotamia à Sabiniano Duce male pugnatur, ac nonnulla ab illis Romanorum propugnacula capiuntur; ubi tamen inventas Virgines, Christiano ritu cultui divino sacratas, Rex Persarum custodiri intactas, & Religioni fervire solito more, nullo vetante præcepit.

Lucifer Calaritanus Episcopus à Constantio in Exilium pellitur, eò quod Nicænam fidem damnare nollet; sed ab exilio reversus hæreticis consensit, & à communionem Ecclesiæ recedens, cum authore suo Lucifero, qui manè oriebatur, cadere non erubuit.

Moritur Fincormachus Rex Scotiæ, Regni rebus æquitate summâ compositis, & civibus ad mansuetioris vitæ cultum reductis. Eo defuncto gravissima de Regno contentio est exorta inter tres fratres patrueles, è tribus Crathilindi fratribus genitos, Romachus, Fethelmachum & Angusianum, seu verius Æneanum: propter eorum seditiones, cum res ad arma spectaret, primis comitiis nihil peragi poterat, & soluto conventu, cum totum Regnum in duas factiones diversas iret, Romachus favore populi inferior, advocatâ juventute Picticâ, se externis auxiliis firmat: ab iis, cum Angusianus rescisset sibi insidias parari, potius existimavit vitam semel fortunæ committere, quam in perpetuo timore sollicitum agere: igitur coactis amicis cum Romacho prælio congressus, victusque in Æbudas cum Fethelmacho profugit; sed necibi se tutum ratus, in Hiberniam cum suis discessit.

Annus Christi 360.

Constantio Augusto decimum, & Juliano Cæsare tertium Consulibus, S. Hilarius ex exilio liber in Gallias ad Cathedram suam Episcopalem redire permittitur.

Contigit horrenda solis Eclipsis.

Eunomius hæresim suam verbis & calamo procaciùs diffundit.

Meletius Sebastâ ad Antiochenam Sedem transfertur, cum autem liberâ publicâque voce filium Patri consubstantialem assereret, pellitur ab Arianis, subrogato Euzoio.

Julianus à militibus aliâs acclamatus Imperator, jam alterâ vice salutatur, indignè ferente Constantio. Qui Eusebium Vercellensem Episcopum ob fidei Catholicæ confessionem in exilium pellit, unde reversus fraude Arianorum interficitur.

In Africa Armogastes, Archinimus & Sartyrus, tempore Wandalicæ persecutionis sub Genferico Rege Ariano, cum essent lucidissima membra Ecclesiæ, & pravitate Arianorum libertate Catholicâ frequenter arguerent,

H

pro

pro confessione veritatis multa & gravia perpetua supplicia atque opprobria, cursum gloriosi certaminis implent.

Obiit Sanctus Onesimus, Episcopus Suefionensis in Gallia.

Annus Christi 361.

Consulatum gerunt Taurus & Florentius: Julianus Imperator Christianum se simulat, & licet jam pridem à Christiana fide descivisset, Epiphania tamen die progressus in Christianorum Ecclesiam solemniter, Numine orato discessit. Præfati Consules Taurus & Florentius audito adventu Juliani in Pannoniam, fugâ ex urbe se subducunt, eos igitur Julianus publicis in memoriis inscribi voluit *Consules fugitivos*: ipse interim de invaso Imperio se excusare studet fraudulenter.

Constantius per secreta internuntia tentat fidem Vadomari Francorum Regis sibi antea fœderati, ut eum in Julianum armaret, idemque Rex opem omnem per litteras pollicetur, quibus interceptis, idem Rex captus vincensque à Juliano in Hispanias amandatur: qui Julianus mox victis pariter barbaris pro acceptis (ut ipse putavi) à Diis beneficiis, secretiore ritu Bellonam adorat, habetque ad exercitum concionem, & à singulis militare juramentum exigat: quo factò Diis publicè sacrificat: interim insigni prodigio, ros ex aëre delapsus, tum in ipsius Juliani, tum comitum suorum vestes, singulis guttis signum crucis imprimit.

Constantius cum hyemaret Antiochiæ, defunctâ Eusebiâ conjugē, aliam, nomine Faustina ducit: Julianus interim ex Gallia Italiam & Illyricum cursu celeri prætergressus, claustra occupat Succorum, quo cognito, Constantius mœrore offunditur, & spectris exagitur; pergit tamen contra Julianum, sed in via febrili æstu succensus, vivere desinit: defuncto eo Flavius Claudius Julianus, cognomento Apostata, annos natus viginti novem, univèrsum Romanum Imperium solus obtinet, veniensque Constantinopolim faustis acclamationibus excipitur, Deorumque collapsum cultum in priorem statum reponere studet: more majorum Imperatorum, unâ cum Imperio amplissimam sacerdotii gentilis dignitatem suscipiens. His autem gestis, Constantii Aulicos & Magistratus, quod isti in gratiam Constantii faventes Arianae hæresi magnis molestis Catholicos affecissent, j. dicio subjectos variis confecit suppliciis, Episcoposque Catholicos exules revocat.

Annus Christi 362.

Consulibus Mamertino atque Neviatâ, Maximus Philosophus Cynicus ad Julianum Augustum veniens, majori quàm Imperatorem decebat, reverentia ab eodem excipitur: vocatur quoque alii eruditione clarissimi viri, gentilesque ac Christiani, atque inter alios SS. Basilus & Gregorius Nazianzenus, Athenis olim, cum Julianus ibi ageret, egregiâ eruditione sibi noti: accedere verò ad illum impietate jam ubique diffamatum recusantes rejecit, necique (si licuisset) reservavit.

Ecebolius Rhetor magni nominis, càm sub Constantio Christianum simulasset, jam sub Juliano gentilitatem colit: magnâ apud Imperatorem autoritate pollet Orbasius Philosophus Pergamenus, quo olim usus medico, ab eodem evectus est ad Imperium: item Libanius celeberrimus hujus temporis Orator Antiochenus, cujus scriptis plurimum delectabatur, eundemque quæsturâ insignivit, sicut & Themistium insignem Philosophum Præfectorâ Urbis Constantinopolitanæ: fuere ei præterea in pretio Nymphidianus & Claudianus, Maximi fratres: ipsum verò Maximum delegit, qui scriptas à se lucubrationes cognosceret, & pro arbitrio emendaret: sic præter Philosophos magos, aula quoque referta fuit lenonibus, meretricibus, atque cinædis: talibus stipatus ministris Julianus nunc turpissimus fidei defertor, Prætorianos omnes jubet DEOS colere, unde Valentinianus, Valens & Jovianus, omnes postea Imperatores, cingulum posuere, Chalcedonem adventans, Manuel, Sabel & Ismaël Regis Persarum Legatos, quod invitati ad Sacrificium gentilium venire recusassent, necari jussit.

Martyrii cursum consummat S. Basilus Presbyter Ancyræ in Galatiâ: hic accusatus de Religione Præsidis sistitur, in quæstione ex equuleo suspenditur, in lateribus dirè fricatur, ac dein in carcerem abjicitur. Inde extractus diu admodum verberatur, ferreisque compedibus restrictus, rursus mandatur custodia: post dies aliquot cum Imperator per eandem urbem transisset, Basilus ad eum vincens deductus est, & falsus se Christianum esse, Flaventio Comiti traditur, ut ex corpore ejus lora excinderentur, quod cum omni celeritate peractum est; multis ergò undequaque, & à tergo & à fronte direptis è cute loris & ab humeris dependentibus, invictus Martyr unum à corpore avulsus in faciem Præsidis conjecit: qui mox candentibus subulis illum uri, ventremque & tergum omnesque corporis compages perforari jussit: inter quæ tormenta Sanctus Martyr animam DEO reddidit.

Idem Julianus ex Galatia Pefinuntem Phrygiæ civitatem memoriâ matris Deum apud Ethnicos celebrem venit, ibique venerato Numine hostiisque litatus & votis, Ancyræ redit.

Macedonius, Theodulus & Tatianus, Meri in ejusdem Phrygiæ civitate, ob contrafacta idola, post multa alia dira cruciamenta craticulis impositi Martyrium consummant, hæc postrema verba ad Præsidentem elocuti, *si cupiditate ducis carnes assas degustandi, verte nos in altera latera, ne in ipso gustu tibi semiassi videamur.*

Cyzici in Propontide Eleusius Episcopus (licet inter Semi-Arianos profitens) in carcerem detruditur, quod gentilium fana vastasset, ipsosque gentiles ad ritus patrios contemnendos induxisset. Idem postea unâ cum aliis Clericis urbe pulsus est; illud cautè excogitante Juliano, ut cum Antistites & Clerum urbibus exegisset, reliqui Christiani conventibus & Doctoribus privati, diuturnitate temporis in suâ ipsorum religionis oblivionem venirent.

In Thra-

In Thraciæ urbe Hadrianopoli Philippus Episcopus, aliique cum eo post carceres & flagella incendio cremantur? & Dorostori in Myfia Amilianus parem incurrit pœnam, quod idolorum simulacra confregisset, & Sacrificia disperisset.

Julianus veniens Antiochiam, ob Philosophicam suam austeritatem portentosis quibusdam dicteris à populo pungitur, qui tamen non factò se ultus est, sed tantummodo oratione factâ compositâ, quæ magnam in se cum irrisione acerbitatem componebat, quâ tamen nil magis obtinuit, nisi quod cives ad eadem crebrius inculcanda & aliâ addenda provocârit.

Eidem Juliano respondet simulacrum Apollinis, obmutuisse hætenus se ob reliquias S. Babylæ martyris in Daphnem lucum, à Gallo Cæsare eò translatis; has igitur auferri indè jubet Julianus, & cum honore in civitatem Antiochenam reduci: ne autem his Imperator injuriam inferre ausus fuerit, deterrebant prodigia, quæ præcesserunt adversus ipsius avunculum Julianum item nomine, Præfectum orientis, & Felicem Præfectum ærarii, qui olim sacra profanantes horrendâ DEI vindictâ puniti fuere: mox autem ut capsula S. Babylæ Antiochiam delata est, ejusdem Martyris precibus ignis in templum Daphnes cœlitus demissus, totum templi tectum exussit, atque ipso idolo in cinerem redactò à parietibus & columnis prorsus abstulit. Post id incendium, cum Julianus à dæmonis Sacerdote nec vinculis nec tormentis ullum alium ejus auctorem extorquere potuisset, quàm ignem de cœlo delapsum; ne hoc verum esse ab aliis crederetur, Christianos in ejus rei crimen adduxit, ac dirissimam in eos quæstionem exercuit: inter quos Artemius Dux Christianus martyrium subiit. Julianus porrò in vindictam erga Christianos Antiochenos reliquos, fontes omnes, qui in urbe erant atque Daphne, cunctaque cibaria, quæ in foro exponebantur, forde victimarum contaminari, & aquâ lustrali aspergi jussit, quibus nihilominus Christiani, licet dolentes, usi sunt ad Imperatorem confundendum; cum per hujusmodi comestionem, utpotè verè credentes, contaminari idololatriâ se posse, minimè crederent, imò idè se comedere publicè exprobrarent.

Eusignius miles emeritus, annum agens ætatis centesimum decimum, Juliano suam apostasiam exprobrans, capite plecti jubetur; eodem tempore gloriosum Martyrium subeunt duo alii insignes milites, Juventius atque Maximinus, sicut & Porphyrius ex mimo gentili Christianus.

S. Hilarion videns persecutionem Christianorum Gazæ, fugâ se subducit ad tempus: patitur Arethusa Marcus Episcopus.

Populus Alexandrinus gentilis, Georgium sedis Episcopalis olim invasorem Arianum, sacra eorum ridentem, dirè cum aliis quibusdam ex insperato necat: hoc sublato S. Athanasius Alexandriam redit: contra quem Ariani gentiles commovent, hinc ad tempus iterum illinc recedit.

Gallicanus Vir nobilissimus & Christianus, ob constantem fidei confessionem, ex Italiæ finibus abire jubetur; Alexandriam veniens, à Raur. P. Brentano, Epitome Chronolog.

ciano Comite capite truncatur: Romæ Hilarium Gallicani pernecessarius, & Episcopus Aretii Donatus eandem Martyrii coronam consequuntur.

Joannes & Paulus fratres, in aula Constantini inter primos olim educati & honoribus aucti, negantes se velle deinceps inter Juliani familiares numerari, ac Diis sacrificare recusantes, à Terentiano Prætorianorum Præfecto necantur.

Donatistæ revocantur à Juliano, qui in Catholicos sæviunt: idem Imperator lege publicâ sancit, ut omnes Christiani imposterum dicerentur Galilæi; insuper ad expeditionem belli Persici ingentem pecuniæ vim à Christianis exigit, iisdemque interdicit, ne humaniores litteras ac liberales disciplinas docere possent.

Hoc eodem anno mense Decembri, quæ supererant Nicomediæ à priori terræ motu, eodem reciprocante prostrata sunt; concutitur pariter haud mediocriter Nicæa.

Serapion Thaneos Episcopus elegantis ingenii moritur.

Romæ SS. Priscus Presbyter, Priscillianus Diaconus, & Benedicta Religiosa fœmina, gladio Martyrium consummant: item SS. Gordianus & Epimachus.

Romachus, Scotiæ Rex, ob sævitiam exosus, interimitur, caput ejus pilo affixum, latum populo spectaculum circumlatum est: Angulianus ingenti omnium consensu ad thronum vocatur.

Primus & Donatus Diaconi Catholici in Castello Lemelensi in Africa Martyrio coronantur à Donatistis. Similem Martyrii coronam merentur in Perside S. Marcus Episcopus Arethusiorum & Cyrillus Diaconus cum aliis: item ob eversum Fortunæ delubrum S. Euppsychius Cæsareæ in Cappadocia; nec non Dorotheus Episcopus Tyri.

Annus Christi 363.

Julianus quartum Consulatum iniens, Collegam sibi allegit Sallustium, quod quidem (inquit Ammianus lib. 23.) visum est novum, nimirum adjunctum esse in Consulatu Augusto privatum hominem. Interim varia se produnt futuri Juliani interitus indicia. Judæi ejusdem Juliani Imperatoris consensu templum Hierosolymitanum reparare studentes, ignibus prodigiosè ubi foderant erumpentibus, ab opere incepto desistere coguntur, pluribus ab hisce ignibus, ex Judæis operatoribus absumptis ac mutilatis: denique fulgentissimum crucis signum in cœlo apparuit; unde magnus Judæorum ad Christianismum accessus factus est.

Imperator Julianus vanè prædictâ ab Aruspiciibus magisque victoriâ contra Persas castra movet, & ut magis sua sibi numina propitia redderet, vovit, se cum victor rediisset, Christianos homines Diis immolaturum, totamque eorum gentem deleturum, & in Ecclesiis collocaturum lascivæ Deæ simulacrum; hisque omnibus tantam de auxilio Deorum fiduciam præsumpsit, ut hominum spernens adjuvamen, copias auxiliares, quas plurimarum gentium legationes pollicebantur, rejecerit. Nisi S. Jacobi ejusdem civitatis Episcopi reliquias, urbis primum præsidium, ex urbe efferrî jubet, & Deme-
terium Monachum sanctissimum, Persam, quod
sibi

sibi exprobrasset apostasiam, unâ cum duobus ejus discipulis, lapidibus obrui.

Commissis velitationibus quibusdam & levibus præliis cum Persarum copiis, Persa quidam quasi ob gravissimas quasdam causas in offensionem Regis venisset, ad castra Juliani transfugit: chjus suasionem, alius facilioris & tutioris viâ Ducem se fore pollicentis, idem Julianus naves simul & comœtum stolidissimè incendit, eundemque Persam itineris Ducem securus, post paucos dies in magnas locorum difficultates adactus est: quousque tandem proditore Persâ cum promissis suis abscedente, hostes undique Romanorum exercitum fame ac siti languentem infestare cœperunt: quo tempore Imperator ad sacrificia se, ac inspicienda victimarum exta convertens, omnia tristibus plena omnibus conspicit, & licet Aruspices profectioem differendam esse assererent, ipse nihilominus consilia eorum spernens, exortâ jam die castra movit; quando aggressi eum undique Persæ, acerrimum inierunt prælium: in quo dum idem tum suos excitaret, tum audacter effunderet semet in pugnam, cœlesti manu hastâ perfoditur, sicque lethaliter faucibus in castra relatus, sequentis medio noctis infelicem spiritum efflavit: porro scribit Theodoretus, lib. 3, cap. 20. Julianum simul ac plagam accepisset, sanguine manum implevisse, eoque in aërem projecto, exclamasse, *vicisti Galilæe*: Nicephorus verò refert eundem dixisse *saturare Nazarene*: post ejus obitum, illucescente die, cum haud pateretur rerum angustia, longa de novo Imperatore deligendo agitari comitia, Jovianus vir strenuus & orthodoxus mirâ DEI providentiâ Imperator proclamatur: cum autem is diceret, se Christianum nolle imperare exercitui militum gentilium, milites omnes, Christianos se fore acclamârunt.

Angustianus pacis cupidissimus Scotiæ Rex, à Pictis armis laceffitus, educto exercitu, post acerrimum conflictum victoriâ potitur; Rege Pictorum cum paucis evadente.

Cæsareæ in Palæstinâ triginta quinque Christiani amputatis pro fide Christi cervicibus, Martyres gloriosi evadunt.

Romæ S. Pigmenius ob Christianæ fidei confessionem, præcipitatus in Tiberim necatur.

Annus Christi 364.

Jovianus optimæ spei & vitæ Imperator, anno ætatis trigésimo tertio, per odorem prunarum in cubiculo calce recens illito extinguitur, succedente in Imperio Valentiniano, qui Valentem fratrem ad regiminis societatem admittit. Præfati Joviani jussu hoc anno Gentilium delubra occlusa, atque victimarum sacrificia sublata fuere.

Gabinus Marcomannorum Rex, à Marcelino Valeriæ Duce per insidias trucidatur, & quod insuper Romani ultra Danubium in Quadorum solo præsidia excitassent, hi irritati Danubio trajecto, omnia ferro & igni per Pannoniam, Illyricum & Istriam depopulati, Aquilejam obsident, & vix ab ingressu Italiæ arceri potuerunt: gentibus aliis aliâ Romani Imperii ditiones invadentibus.

Procopius natione Cilix, propinquus genere Juliano Imperatori, à quo etiam admonitus fuerat de suscipiendo Imperio, si ipse Julianus

apud Parthos obiret, Constantinopoli purpuratus apparet, ubi à paucis admodum primò, inde verò à vili plebeculâ acclamatus veluti in scenicis ludis Augustus, paulatim auctis viribus, in metuendum tyrannum evadit.

Maximus Philosophus Ephesius (è cujus fonte omnem in Ecclesiam sub Juliano persecutionem derivasse creditum est) jussu Valentis Imperatoris multa exquisita tormenta patitur: cæterum quos arcuisset Julianus à docendo Christianos Professores, eisdem Imperatores duo, hoc anno sancitâ lege honorificè revocârunt.

Angustianus Scotiæ Rex, in secundo cum Pictis habito conflictu occiditur; nec his læta victoria fuit, Rege suo, ac præstantissimo quoque bellatore in acie interempto: Fethelmachus Augustiano sufficitur.

Annus Christi 365.

Valentiniano & Valente Imperatoribus, Lampfaci in Hellesponto Concilium celebratur ab hæreticis Semiarianis contra Arianos, cujus quidem celebrandi causa illa potissima fuit, ut editam Constantinopoli ab Eudoxio, Acacio & aliis impudentissimis Arianis portentosam fidei formulam penitus abolerent, & Antiochenam in encæniis editam, ac postea Seleuciæ confirmatam, stabiliarent, quod & factum est, simulque in eisdem Acacium & Eudoxium sententia condemnationis repetita; Legati Concilii præfati se fingentes Catholicos, Ario ejusque fautoribus anathema dicentes, communionem à Liberio Papa surripiunt: hac munitus Eustathius, ad Synodum, quæ agebatur Tyanæ in Cappadocia à Catholicis, se contulit, ubi litteris Liberii Papæ ostensis, mox earum auctoritate Ecclesiæ Sebastenæ restituitur, è qua pulsus olim fuerat à Concilio Melitinenfi ob communicationem cum Eudoxio.

Valens à Tyranno Procopio absque ulla temporis intermissione acerrimè vexatur, & ad ultimum fermè discrimen adducitur.

Horrendi hoc anno tremores per omnem orbis ambitum grassantur, cum effusione maris, quâ infinitæ naves, personæ, civitates, nationes oppressæ sunt.

Insigne edit miraculum S. Hilarion, quo tribus signis crucis in sabulo pictis, mare quod Epidauro civitati everfionem minabatur, ita coercuit, ut postquam in immensam altitudinem intumescens diu fremuit, quasi ad obicem indignans, paulatim in semetipsum relapsum sit.

Ab ambobus Imperatoribus inter alia rescripta, hæc fuere magnâ laude promulgata, ut sacræ virgines, viduæ ac pupilli exempti essent à censu capitationis: ne Christiani ab exactoribus die Dominico conveniri possent: ut esset muneris Episcopalis providentiæ, ne mercatores carius suas merces venderent; ne addiscerentur vel docerentur improbæ, magicæ artes: ac denique ne Christiani delinquentes damnarentur ad ludum, quod jam diù ante abolitum, impius Julianus in odium Christianorum revocaverat in pristinum usum.

Annus Christi 366.

Gratianus filius Valentiniani Imperatoris Consul creatus est, unâ cum Dagalaiphio, qui antiquâ peritiâ probatus, militiæ rector

constitutus à Joviano, eodem munere in Galliis apud Valentinianum in Alemannicâ expeditione hoc tempore fungebatur: urbana verò Præfectura Romæ est collata Lampadio, qui expensas exhiberi solitas in munificentissimâ munerum editione, contulit in pauperes agentes in Vaticano, qua ex causa plebem in se concitavit, adeò ut parum abfuerit, quin ipsius ædes combusserit.

Aperto jam vere Valens juncto sibi Lupicino Magistro Equitum, adversus Procopium Tyrannum validius agens, desertum illum à suis fugamque captantem, sed à fugæ comitibus victum perductum, capite truncari jussit, quod ad Valentinianum transmisit in Gallias. Marcellus quoque Procopii cognatus, agens cum militibus apud Nicæam, dum tyrannidem arripuisset, idem quoque à Valentis Imperatoris militibus captus, diuque tortus occisus est.

Jovinus à Valentiniano contra Germanos missus eos vincit.

Valens blanditiis conjugis suæ, Ariani laqueis erroris jam antè irretitæ, consentit denuò baptizari ab Eudoxio Constantinopolitano Episcopo, Arianorum omnium scelestissimo, eidemque se jurejurando obstringit, perseveraturum in impio ejus dogmate: nunc tandem Catholicos dire exagitare quoque incipit.

Ad retundendam hæreticorum proterviam Gregorius Nazianzenus, atque Basilius revocantur ex eremo.

Moritur scelerum omnium architectus Acacius, cognomento Luscus, Episcopus Cæsareæ Palæstinæ, Ariani in locum ejus eligunt Euzoium.

Nascitur Imperatori Valentiniano filius, quem suo nomine Valentinianum appellavit.

Fethelmachus Scotiæ Rex, cum vix biennium in Regno compleffet, exercitu coacto, Pictorum agros fœdis populationibus vastat: ubi primùm hostis occurrit, concursum est, cum utriusque gentis magna strage. Nam Pictorum acies media, cornibus nudata, propè tota circumventa est, nec tamen inulta cecidit: Rex Pictorum, tertio post die è vulnere discescit: Scoti victoriâ usi, nullo exercitu obvio Pictorum agros vastant.

Annus Christi 367.

Flavius Lupicino & Jovino Consulibus, Imperatores dant rescriptum de relaxandis victis die paschatis (exceptis sacrilegis, majestatis reis, veneficis ac maleficis, adulteris, raptoribus & homicidis) & de non damnandis delinquentibus ad lufum.

Moritur Liberius Papa: succedit Damasus, contra quem sævum Ursicini schisma suboritur. Gratianus Valentiniani filius creatur Augustus.

Grando magnitudine inusitatâ, lapidibus similis, Constantinopoli decedit, quâ complures homines necati sunt; qualis clades alias quoque Provincias tetegit.

Fames post hominum memoriam atrocissima, tum alios, tum præcipuè Cappadocas magnoperè exagitat: enituit in hac plagâ Cæsareæ S. Basilius adhuc Presbyteri magna charitas.

Fethelmachus Scotiæ Rex, frande Herugusti novi Pictorum Regis, in cubiculo suo interficitur, nec tamen res ita celari potuit, quin ad morientis gemitum ministri excitati, facinoris auctores sint persecuti, & cum ulterius fugere non possent, ad pœnas eos retraxerint: successit Eugenius Fethelmacho.

Obiit S. Hilarius Episcopus Pictaviensis, vir insignis eruditionis, qui Arianos verbis & scriptis egregiè confutavit.

Annus Christi 368.

Valentiniano atque Valente secundum Consulibus, Oriens rursum terræ motibus in Asiâ vexatur: & Nicæa urbs funditus evertitur, mirè servato Cæsario fratre S. Gregorii Nazianzeni.

Mortuo Donato, Carthaginensi in Africâ Pseudo-Episcopo, Donatistarum capite, subrogatur in ejus locum ab iisdem factiosis Parmenianus, ejusdem sectæ tenacissimus custos atque defensor, qui mox stylum acuit adversus Catholicos scriptis mendacissimis, contra quem doctè & verè scribit Optatus Episcopus Milevi in Numidiâ.

Hæresis Photini & Eunomii agnoscitur: fuit Photinus Siranæ urbis Episcopus, qui adstruxit Christum à Mariâ per Joseph nuptiali coitu conceptum.

Circa hunc annum vivere desit S. Theodorus Abbas in Thebaide.

Annus Christi 369.

Valentiniano Imperatoris filio, & Aurelio Victore Consulibus.

Cogitur Romæ Concilium nonaginta Episcoporum contra Auxentium & socios.

Anicius Probus Prætorii Præfecturam accipit.

Ambrosius, postea Episcopus Mediolanensis, præficitur Insubriæ, Liguriæ & Æmiliæ: ad Præfecturam suam abeuntem, sic hortatus est Anicius Præfectus Prætorio: *Vade, age non ut judex, sed ut Episcopus*: quæ verba Ambrosio eodem prodigiosè in Episcopum Mediolanensem electo, vim prophetiæ habuisse, videri possunt.

Valentinianus Imperator unâ cum Collegis Augustis Chronopium quendam Episcopum, in Synodo septuaginta Episcoporum condemnatum appellentem ad sæculare tribunal, ob indignum hoc facinus pecuniariâ pœnâ pauperibus erogandâ multavit, idemque in cæteris omnibus Ecclesiasticis causis observari præcepit.

Defuncto Eusebio Episcopo Cæsareæ Cappadociæ, sufficitur S. Basilius. Hoc eodem anno bellum Gothicum, quod adversus Athanaricum Regem Valens gesit jam triennio, redemptâ ab eo pace pecuniâ absolutum est. Et Arsaces Rex Armeniæ Christianus, dolo pacis & convivii captus à Sapore Rege Persarum, effosis oculis, victus catenis argenteis, exterminatur ad Castellum Abagana nomine, ubi disrutatus cadit ferro pœnali.

Annus Christi 370.

Valentiniano atque Valente tertio Consulibus, idem Valens plures Episcopos orthodoxos exulare jubet: octoginta Legati Catholicorum

rum ob sui defensionem ad Imperatorem missi, ab eodem necari iubentur, operâ Modesti Præfecti Prætorio, navigio in altum ducti, igneque à nautis immisso consumpti omnes.

Moritur Endoxius impiissimus Constantinopolitanus Episcopus, in ejus locum Ariani Demophilum, Orthodoxi Evagrium subrogant, quem Valens iussit in exilium pelli, pulsus pariter S. Basilium, divinitus impeditur, mortuo insuper ejusdem Valentis filio; de cætero Valens etiam in magos mortis pœnâ animadverti mandat.

Athanasius quoque Gothorum Rex, Christianos apud se agentes, ipse Ethnicus, morte atque exilio persequi cœpit.

Valentinianus Romanus scholas optimè componit, ac discipulorum moribus optimè prospicit: idem Imperator hoc eodem anno lege latâ, sacras virgines, viduas & pupillos à censu plebis eximit.

Mortalis corporis exuvias deponit Dagobertus II. Franciæ Orientalis Dux.

Vulfila Gothorum Episcopus Gothicas reprensiones litteras, utrumque Testamentum in linguam propriam transtulit.

Diem obit S. Maro Anachoreta juxta urbem Cyrum in Syriâ, qui Dei gratiâ & exemplo vitæ sanctæ potens, multas animarum & corporum ægrotudines curavit.

Fatis concedit S. Faustinus Episcopus Brixiensis in Italiâ: item Lucifer Episcopus Calaritanus in Sardinia, nec non S. Optatus Episcopus Milevitanus in Numidiâ, qui adversus Donatistarum erumpentem eluvionem, totamque Africam inundantem, solus eo tempore scriptorum suorum aggerem opposuit.

Sub Jangericho Gothico Principe, per incensam Ecclesiam in igne Martyrium consummant Bathufus & Verca cum duobus filiis & filiabus: Arpylâ, Abepâ, Constante, Hagnâ, Rhyâ, Egathrace, Hefsoo, Sylâ, Sygetzâ, Suerilâ, Suimblâ, Thermâ, Philgâ, Annâ, Allade, Baride, Moico, Mamycâ, Virco, Animaide.

Constantinopoli Martyrii palmam promerentur Urbanus, Theodorus, Menedemus, cum septuaginta septem Presbyteris, Clericis & aliis.

Annus Christi 371.

Gratiano Augusto secundum, & Anicio Petronio Probo Consulibus, S. Basilus fatagens de statu deploratissimo Orientalis Ecclesiæ, egit cum Athanasio Alexandrino, Meletio Antiocheno, & Eusebio Samosateno, ut legatio Romanam mitteretur ad petendos viros capaces in orientem quamprimum dirigendos, qui nutantia roborarent, & prostrata erigerent. Idem Basilus jussu Athanasii orientis Ecclesiæ visitans, plurimorum calumnias & odium incurrit.

Gregorius Nazianzenus creatur Episcopus Salsimorum.

Valens Imperator Edessam veniens, vidensque Catholicos, quod Ecclesiis privarentur, in campo ante civitatem conventus agere, Modestum Præfectum contumeliosis verbis arguens, pugnaque maxillam percussit, quod ejusmodi conventus fieri permisisset, imperat vi multitudinem dissipare, virgisque ac fustibus cedere;

quod exequi Præfectus fatagens, dum per forum transiret, mulierculam vidit infantem manibus gestantem ac properantem, quâ interrogatâ, cum accepisset eam ad reliquam Catholicorum multitudinem festinam contendere, ut unâ cum parvulo infante eadem orthodoxis intentam subiret; obtupestus, & ex ejus animo aliorum omnium flagrans Martyrii desiderium perspicuens, rem ad Imperatorem detulit, eademque illis frustra illatam fore docens, commonuit præcipere, ut à nece populi abstineretur.

Moritur S. Eusebius Episcopus Vercellensis, nec non Lucifer Episcopus Calaritanus schismaticus.

Annus Christi 372.

Modesto & Arintheo Consulibus, ille Catholicorum persecutor, fautor Arintheus extitit.

S. Athanasius Episcopus Alexandrinus, maximo omnium bonorum luctu ex hac vitâ decedit, cum sedisset quadraginta sex annos integros: succedit in Episcopatu Petrus, ejusdem Ecclesiæ Presbyter, ætate senex, omnium Athanasii tribulationum particeps: Ariani, Valentis Imperatoris autoritate fultis, Lucium Arianorum omnium nequissimum obtrudentibus, quo cum magno Imperatoris Quæstore Alexandriam perveniente, arreptus Petrus detruditur in carcerem, hincis autem fugâ elapsus, Romam se confert. Lucius verò post flammam civicam, furoribus in Monachos eremum incolentes convertit, armatamque equitum ac peditum manum in eos immisit.

Oritur Arianorum persecutio in Orthodoxos Ægypti, Imperatoris Valentis edicto, suscipiente fugatos Melaniâ nobilissimâ Romanâ feminâ in tanto numero, ut per triduum suis sumptibus paverit ad quinque millia Monachorum: quo anno etiam S. Sabas Gothus in Cappadocia Martyrii lauream promeruit.

S. Hieronymus ex Syriæ solitudine scriptis suis inclarescit.

Mauvia regina Saracenorum fidem Catholicam cum baptismo suscipit.

Decedit S. Hilarion Abbas.

Valentinianus Imperator Treveris in Galliis agens, Manichæorum conventus edicto vetuit, iussitque eorum Doctores gravi censione multari, & domus ubi conventus fierent fisci juribus adscisci.

De eligendis tam Græcis quam Latinis scribendi peritis, ad Bibliothecæ Constantinopolitanæ codices componendos vel reparandos, Valens Imperator rescriptum dedit.

Presbyter Sirmii iniquissimè occiditur, quod Octavianum exproconsulem apud se latitantem prodere noluerit.

Annus Christi 373.

Consulatum anni hujus gesserunt Valentinianus & Valens Augusti quartum.

Marcomanni & Quadi multis bellorum successibus fortunatis insolentes, cum Pannoniam, Illyricum & Istriam depopulari essent, hoc anno à Theodosio Duce repelluntur.

Dec-

Decedit circa hunc annum S. Gregorius Episcopus Nazianzenus, S. Gregorii Theologi pater.

Convocatur Concilium Romanum adversus Apollinaris hæresim, damnatis ab eo Apollinare ejusque discipulis Vitale & Timotheo, atque aliis omnibus ejus sectatoribus.

Valentinianus Imperator, Donatistas in Africa rebaptizantes edicto cohibet; in quâ terræ parte Firmum Maurum tyrannum per Theodosium seniore debellat, eoque desperationis adigit, ut spontaneo necens collum laqueo, vitam miserè finierit. Imperator autem an actus invidiâ, an Valentis Imperatoris fraude, eundem Theodosium ingratisimè è medio tollit.

Annus Christi 374.

Gratianus Augustus tertium, & Equitius Consulatum gerunt.

Celebratur Concilium Valentinum primum.

Moritur Auxentius Episcopus Mediolani, subrogatur Ambrosius, miraculosâ infantis voce proditus.

S. Epiphanius petenti Magistratui & Clero Ecclesiæ Suedrorum in Pamphylia, commentarium mittit nominatum Ancoratum, eruditum planè opus, continens cum fide Catholicâ hæresum omnium confutationem.

S. Damasus Papa construxit Basilicam Catacumbis, ubi jacuerunt corpora SS. Petri & Pauli, & locum ubi illa jacuerant, versibus decoravit.

Decedit Methone S. Venantius, frater S. Honorati Lerinensis, cujus è vivis excessit Christus ipse cum Angelorum multitudine occurrit.

Annus Christi 375.

Valentinianus dum in Quados movet, subitâ sanguinis eruptione obit, anno ætatis quinquagesimo quinto: incipit cum Valente Imperatore Gratianus Valentiniani filius: sexto post obitum die Valentinianus junior ejusdem Valentiniani ex Justinâ conjuge filius, operâ Cerealis avunculi Augustus solenni more nuncupatur, idque factum Gratianus, quâ prædituserat animi benignitate, ratum habuit.

S. Martinus creatur Episcopus Turonensis. Valens in Oriente auditâ Valentiniani morte, magis exagitat Catholicos, oratione tamen Themistii Philosophi mansuetior redditus; nihilominus Monachos à monasteriis abstrahi, ad militiam cogi, ac nolentes fustibus interfici jubet.

Octavius Britonum Rex confectus senio, diem clausit extremum, qui unicum tantum habens filiam masculinâ prole carebat: mansit itaque in dissidio aliquamdiu Britannia, quia diversi diversa sentiebant, cui puellam cum Regno maritarent.

Annus Christi 376.

Valente quintum & Valentiniano juniore Augustis Consulibus, Gratianus Imperator probe intelligens nimiam indulgentiâ patris, permittentis Arianos in Ecclesia occidentali pacificè

agere, hæreticos audaciores factos, sancitâ lege vetat eorum conventus, à fisco vindicanda statuit quæcunque loca ubi hæretici convenirent.

Marcomanni & Quadi receptâ innumerabili multitudine barbararum gentium, exitum Romano Imperio machinantur.

Magna grassatur lues hominum, pecorum, quam tunc Christiani per signum crucis mediis frontibus additum curare consueverunt, quo miraculo plures gentiles ad Christi fidem conversi sunt.

Hunni in Gothorum sedes, hi in Thraciam commigrant.

Damasus Papa constituit dicere in Ecclesia ad finem psalmorum: *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto.*

Circa hunc annum Martyrio coronatur in Perside S. Bademus Archimandrita, cum plurimos gentiles ad Christi fidem convertisset.

Ad Cathedram Florentinam circa hæc tempora evehitur S. Zenobius.

E vivis excedit S. Juvenalis Episcopus Narnensis in Umbrâ, multorum conversione & miraculis patris gloriosus. Item S. Hilarius Episcopus Papiensis.

Annus Christi 377.

Gratiano Imperatore quartum & Merobaudem Consulibus, recepti Valentis iussu in Thraciam Gothi, dum indignè tractantur, non precariò, sed belli jure eam obtinent: quo infortunio idem Imperator cogitur à Catholicorum exagitatione desistere.

Populus Alexandrinus moræ impatiens, zelo fidei æstuans, Petrum Episcopum suum ab exilio redeuntem suscipit, eundemque sedi suæ restituit, expulso Lucio Ariano.

Gratianus novâ editâ sanctione, Donatistas in Africa rebaptizantes compescuit, ac Manichæos conventus agentes comprescit: Augustinus est inter dictos Manichæos auditor, anno ætatis suæ vigesimo tertio.

S. Ambrosius Episcopus Mediolanensis scribit libros tres de virginitate, & dissolutam Cleri disciplinam componere studet.

S. Patricius Hiberniæ Apostolus nascitur apud Britannos Aycludenses.

Annus Christi 378.

Valente sextum & Valentiniano secundum Augustis Consulibus, S. Basilus moritur. Item S. Ephrem Diaconus Edessæ.

S. Ambrosius scribit de fide ad Gratianum Imperatorem. Item Gratianus bellum parans contra Gothos, Alemannos prius Rhenum gelu pervium transeuntes & Gallias depopulatos horrendâ clade afficit; inde pari celeritate Thraciam petit; sed Valens ejus victoriæ æmulus, nec ejus cum exercitu adventum expectans, in pugnam cum Gothis incautè profilit, suis mox in fugam conversis, & ipse fugiens, interque gregarios milites latens, sagitta, percutitur, deserturque; à suis in agrestem casam; quam intus occlusam, cum in ea expugnanda barbari in prædam effugerere tempus haud utile sibi putarent, suppositis lignis & stipulâ incenderunt, inque ea Imperatorem cum omnibus quos secum habebat, combusserunt: quem feralem obitum Isaacius Monachus

nachus

nachus agens tum Constantinopoli, eadem hora retulit. Valente sic sublato, Gratianus etiam Oriente potitur.

Gothos Saraceni ab obsidione urbis Constantinopolitanæ, grandi clade affectos repellunt; quos etiam S. Acholius Episcopus Thessalonicensis, precibus à Thessalonica ingressu prodigiöse arcet.

Gratianus orthodoxæ fidei perduelle Valente extincto, omnibus Episcopis Catholicis facultatem dat, expulsis Arianis, qui in eorum locum subrogati fuerant, ad suas Ecclesias revertendi.

Celebratur ab Episcopis Catholicis Concilium Antiochiæ; in quo recognita est recta fidei regula ac stabilita, itemque hæresibus nuper obortis, puta Appollinaristarum, anathema dictum. Ab eodem Concilio Gregorius Nyssenus delegatur ad emendandam Ecclesiam Arabiæ.

Eusebius Samosatensis Syriam ac Mesopotamiam peragrans, multosque ibi sacerdotes Catholicos, Ecclesiis ab Arianis obsessis constituens, in Dolichâ oppidulo ab Arianâ muliere, tegulâ è superiori loco in caput ejus dejectâ occiditur.

S. Hieronymus à Paulino Episcopo Antiocheno, Presbyter ordinatur.

Moritur S. Maximus Episc. Moguntinus.

Annus Christi 379.

Consules hujus anni fuerunt Aulonius Gallus, & Olybrius.

Potestatis nimiam non tam amans quam societatis Gratianus, Theodosium juniorem Collegam legit Imperii.

Theodosius Gothos grandi clade prosternit: Gratianus quoque profectus contra Alemannos Gallias infestantes eos feliciter debellat: idem hoc ipso anno rescriptum dat ad Hesperium Præfectum Prætorio, quo hæreses omnes legibus divinis & Imperialibus vetitas perpetuò conquirere jubet.

Gregorius Nazianzenus egregiè pro Dei gloriâ & Ecclesiâ Catholicâ laborat Constantinopoli, cujus sedem Episcopalem ibidem ambit Maximus Alexandrinus.

Magnates Britannia filiam defuncti Regis Octavii Maximiano Senatori Romano, à Leonino Constantini avunculo procreato, uxorem destinant, qui mox in Britanniam pergens Regni æmulum Conanum reperit, quem tamen deinceps bello superavit.

Diem vitæ extremum claudit S. Basilius Episcopus & Ecclesiæ Doctor.

Annus Christi 380.

Gratiano quintum & Theodosio Augustis Consulibus, idem Theodosius iustissimis legibus adversus impios laboranti Ecclesiæ subvenit; inter quas Thessalonica auream illam promulgavit sanctionem, quâ damnatis ac prohibitis cunctis hæresibus, omnes sibi subditos Catholicam fidem sectari jubet: hoc eodem anno Constantinopolim veniens Ecclesias ab Arianis per quadraginta annos occupatas Catholicis restituit.

Moritur Petrus Episcopus Alexandrinus, cum sedisset annos octo, in cujus locum subrogatur Timotheus ipfius frater.

Anemmius sive Avennius creatur Episcopus Sirmiensis, contra mentem Justinæ Augustæ, Valentiniæ senioris quondam conjugis, feminae Arianæ.

S. Ambrosius Arianis Mediolani & alibi generosè resistit.

Diem obit Ludovicus, Franciæ Orientalis Dux tertius.

S. Jacobus Diaconus, populum Catholicum Bergomi in Italiâ in fide confortans, cum in templo concionaretur, ab Arianis injecto jaculo ex suggesto stans vulneratur, moxque illinc præcipitatus nodosisque fustibus contusus Martyrio coronatur.

Annus Christi 381.

Ucherio & Syagrio Consulibus, Theodosius Augustus sanctionem iterum adversus hæreticos edidit, quâ Arianis, Photinianis, Eunomianis aliisque hujusmodi hæreticis vetitum erat, conventus intra oppida agere, atque omnes ubiq; Ecclesiæ fidei Nicænæ assertoribus reddi jubebantur; novas construere tentantes, novâ sanctione cohibet.

Athanasius Rex Gothorum, cum quo Theodosius fœdus pepigerat, à suis expulsus, Constantinopolim veniens, ab eodem Theodosio obviam ei extra urbem facto, amantissimè exceptus est, & cum eodem mense morbo periisset, ambrosiosis exequiis sepultus.

Perfæ ad eundem Imperatorem Legatos mittunt de pace petendâ, eamque impetrant.

Celebratur Constantinopoli Synodus Oecumenica Episcoporum centum quinquaginta orthodoxorum, in quâ confirmatur Gregorius Nazianzenus Episcopus Constantinopolitanus, quo honore tamen se hoc eodem anno abdicat, eligitur loco ejus Nestarius.

Moritur Meletius Episcopus Antiochenus, succedit Flavianus.

Celebratur Nonis Septembris Concilium Aquilejense, Episcoporum triginta duorum, à quibus Palladius & Secundianus pluribus anathematismis damnantur, unâ cum Attalo Presbytero ex Catholico facto Ariano, ac Valente Pseudo-Episcopo Petavionensi.

Priscillianus hæresiarcha Hispanias corrumpit, contra quem & affectas suos celebratur Concilium Cæsaraugustanum.

Titus Episcopus, acerrimus Manichæorum impugnator diem obit.

Annus Christi 382.

Syagrio secundum & Antonio Consulibus, celebratur Romæ Concilium ex Episcopis diversarum Provinciarum.

S. Hieronymus Romam venit, ubi Melvidium hæresiarcham triumphat, idem Hieronymus scribit contra Luciferianos. S. Joannes Chrysostomus adversus gentiles disertissimum commentarium elaborat.

Imperatores concedunt gentilibus, ut suas adirent basilicas negotiorum agendorum causa, ita tamen, ut à sacrificiis omnino abstinerent; itemque adversus Manichæos clandestinos conventus agentes, sanctionem edunt.

Annus Christi 383.

Merobaudes iterum & Saturnino Consulibus, Maximus Dux exercitus in Britannia, tyrannidem arripens, acclamatur à militibus Imperator, & transmittens exercitum in Gallias, ab infensis Gratiano Augusto legionibus exceptus, Imperium sibi corroborat; Armoricos è sedibus ejiciens, eam

eam regionem Britannis militibus distribuit, unde & minor Britannia dicta est; quo verò novam coloniam in posteros propagaret, missâ in Britanniam majorem legatione, singulas virgines singulis militibus conjugio fœderandas à Diacono Rege Cornubiæ impetrat, delectæque sunt duabus legionibus Britannicis, pro numero militum, qui tunc in eis reperti fuere, totidem virgines, numero 11000. quarum principem locum tenebat Ursula, ejusdem Regis Cornubiæ filia, desponsa Conano Regulo eorundem Britannorum militum Duci; dum autem navibus impositæ erant, à sava procella ad Germanicum litus appulsæ, inciderunt in Melgam Pictorum, & Gaunum Hunnorum piratas, qui pro Gratiano adversus Maximum mare incurfabant, à quibus, dum pudicitia florem amittere recusabant, ad Martyrii palmam provectæ sunt, singulæque trucidatæ.

Gratianus Imperator ab exercitu suo derelictus, fugiens per Andragathium Ducem occiditur, post cujus necem Maximus furor suum in Merobaudem Consulem convertit & Balionem strenuissimum Ducem; occiditur ille; iste verò ob metum crudelium cruciamentorum sibi ipsi mortem infert.

S. Ambrosius Legatus mittitur ad Maximum pro salute Italiae, qui tanti viri sanctitatem veritus, ingressum non tentat.

Theodosius Imperator Arcadium filium majorem natu pronunciat Augustum.

Celebratur denuò Synodus Episcoporum Constantinopoli.

Augustinus, postea Sanctus Ecclesiæ Doctor, Romam petit, annum agens ætatis vigesimum nonum; urbs ipsa magnâ fame laborat, ob quam pauperes, liberi homines, inde pelluntur.

S. Ephrem Edessenæ Ecclesiæ Diaconus moritur, quem per mortem secutæ sunt S. Blæssilla vidua Romana, item S. Lea vidua Sanctimonialium mater Romæ, nec non S. Isaacius Confessor, Abbas Constantinopoli, Prophetiæ Spiritu clarus.

Annus Christi 384.

Ricimerè & Clearcho Consulibus; Symmachus libellum offert Valentiniæ, pro restituendo Deorum cultu, obsequit S. Ambrosius.

Moritur S. Damasus Papa.

Augustinus Mediolanum mittitur ad docendam Rhetoricam, ubi S. Ambrosii familiaritate utitur.

Theodosius Imperator cohibet Judæos mancipia Christiana habentes, eademque ad ipsorum superstitionem adducentes; idemque hæreticos Eunomianos, Macedonianos, Arianos & Apollinarianos sæpè damnatos sæpèque pulsos, iterum revertentes, atque impudenti procaciâ jactantes, dedecorosum esse nescire quæ ipsi docerent, recenti lege proscribit. Hunnos, Gothos, Alanos devincit.

Hoc eodem anno idem Theodosius auctus est filio ex Flaccilla conjugè, cui nomen Honorio inditum fuit.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Diem vitæ supremum obit S. Servatius Episcopus Trajectensis ad Mosam.

Annus Christi 385.

Arcadio Augusto & Bauto Consulibus. S. Siricius ad supremam Pontificatus Romani Cathedram evehitur. natiōe Romanus, Tiburtii filius, Presbyter tituli Pastoris, non sine tumultu Ursicini schismatici.

Vexatur Romæ à malis Clericis Hieronymus, quorum pravos mores scriptis suis fugillasset, qui ut se ab ejusmodi concitatis turbibus liberaret, tranquillam cogitans Hierosolymæ mansionem, in mense Augusto à Romano portu solvens, cum Pauliniano fratre juniore aliisque Monachis, navigavit Cyprum, ibique visitato S. Epiphano Antiochiam devectus, susceptus est à S. Paulino Episcopo.

Celebratur Burdigalæ Concilium contra Priscillianum hæreticum, deponitur Instantius Episcopus factionis ejusdem Priscilliani; hic demum jussu Maximi ob turpissima, quæ confessus est scelera, unâ cum quibusdam sociis suis capite truncari jubetur.

Eodem tempore Burdigalæ quædam Priscilliani discipula, nomine Urbica, ob impietatis pertinaciam per seditionem Vulgi lapidibus extinguitur.

Defuncto Timotheo Alexandrino Episcopo, cum sedisset annos quinque, in ejus locum sufficitur Theophilus.

Moritur Flaccilla Augusta, Theodosii conjugis; idem Theodosius Imperator rescriptum dat adversus idololatrias iterum reviviscentes, & per inspectionem extorum futura quærentes, itemque adversus psaltrias ac fidicinas mulieres, civitatum pestes.

Valentinianus edictum proponit de relaxandis vinculis Paschali tempore.

Annus Christi 386.

Annus hic Consules habuit Honorium Theodosii filium adhuc infantulum, atque Evodium Galliarum sub Maximo Præfectum.

Celebratur à Siricio Papâ Romæ in Basilica S. Petri Concilium octoginta Episcoporum, in quo novem capitulis collapsam in Africa Ecclesiasticam disciplinam restituere conatus est.

Valentinianus indignum pio Principe pro Arianis promulgat edictum, quo dat illis facultatem conventus agendi, impulsu Justinæ Augustæ matris, Arianæ feminae; quæ eodem tempore S. Ambrosium Mediolanensem Episcopum persequi incipit.

Habetur Synodus Trevirensis ab Episcopis partis Ithacianæ, qui ipsum Ithacium antea damnatum à Theognosto Episcopo, quod apud Maximum ipse Sacerdos & Episcopus necem procurasset hæreticorum Priscillianistarum, ut innocentem absolverent, patrocinante illi Maximo Imperatore.

Theodosius Imperator de non distrahendis reliquiis Martyrum rescribit.

Joannes Chrysostomus Presbyter ordinatur, in cujus ordinatione alba columba, repente devolans, stetit supra caput ejus.

S. Cyrillus Hierosolymitanus Episcopus ex hac vita migrat; subrogatur ei Joannes.

Nicetus Viennensis Episcopus doctissimus claret, item S. Donatus Euroæ in Epiro Episcopus, qui immanem draconem peremit, filiam Theodosii Imperatoris à dæmone liberavit, ac mortuum suscitavit.

Mortuo S. Britonio Archiepiscopo Treverensi, sufficitur S. Felix.

Annus Christi 387.

Valentiniano Augusto tertium & Eutropio Consulibus, Justina Augusta magnam adversus S. Ambrosium concitat persecutionem, & edictum publicari curat, quo jaberentur Catholici Sacerdotes Auxentio aliisque Arianis Ecclesias tradere aut occidi; inter hæc mira elucet animi magnitudo Ambrosii in conservandis basilicis, & Ecclesiasticâ libertate adversus auctoritatem Imperialem defendendâ.

Maximus litteris Valentinianum monet, ut à vi in Sacerdotes abstineret, atque religioni paternæ adhereret.

Ambrosius divinitus per visum admonitus, ubi laterent corpora SS. Martyrum Gervasii & Protasii, ipse illa è terra refossa digno cum honore in Basilicam Ambrosianam transfert, ubi magnis miraculorum signis coruscabant.

Cùm Maximus Imperator in Italiam venturus nunciaretur, Ambrosius in Gallias proficisci à Valentiniano ipsiusque matre Justinâ rogatus est, ut (quod aliàs ante experti fuerant) legatione suâ Maximum talia conantem coerceret, à quo tamen non auditur nunc; hinc idem Ambrosius Valentinianum monet, ut sibi caveret à Maximo, pacis involucro bellum tegente. Valentinianus iterum legatum mittit ad Maximum Dominum natione Syrum, qui vanis deceptus Maximi illecebris immensisque muneribus, partem etiam ipsius exercitus secum in Italiam reduxit, quam Maximus Valentiniano simulabat auxilio mittere adversus barbaros Pannoniis imminentes; qui verò mox cum reliquo exercitu secutus, magnâque celeritate Italiam nemine præpediente ingressus, Aquilejam copias duxit; quo repentino casu Valentinianus oppressus, navi Thessalonicam aufugit cum matre Justina; ubi Theodosius honorificè eos excepit, accepitque in uxorem Gallam Valentiniani senioris ex eadem Justina filiam.

Maximus nullum jam sibi adversari videns, Imperatoris aggreditur personam agere, non tyranni, & quo sibi cùm Senatam tum populum conciliaret, cunctis morem gerere etiam plus æquo studuit, atque inter alia gentilibus sacrificia, sublatamque in Capitolio aram Victoriæ restituit, Judæisque multa indulgit, & ne hac ex parte Catholicos concitaret, quam acerrimum se fidei Catholicæ exhibuit defensorem.

Justus ex Episcopo Lugdunensi Eremita, moritur in Ægypto; circa hunc quoque annum obiit S. Helladius Episcopus Antiochenus, succedit in Episcopatu S. Amator.

Annus Christi 388.

Consules hujus anni fuerunt Theodosius Augustus secundum, & Cynegius. Bis

viçtus à Theodosio Maximus Tyrannus, Aquilegiæ à militibus capite truncatur.

Antiocheni impositioni novi tributi à Theodosio factæ indignati, profluentes in forum, vesano impetu irruunt in statuam æneam Flaccillæ Augustæ, eandemque loco emotam cum ignominia per urbem protraxerunt; Theodosius ob illud facinus vehementer in Antiochenos commotus, misit eò Judices cum exercitu, qui primùm omnium civitatem illam nobilissimam metropolis totius Syriæ dignitate spoliavere, translato hoc honore in Laodicensem civitatem, & omnia loca publica, puta balnea, theatra, fora & alia id genus clausere; inde verò civium complures, qui admissi sceleris vel authores videri poterant, vel focii assectatoresque captivos abduxere, morte utique plectendos, ni Monachi cum Flaviano Episcopo intercessores egissent.

Theodosius adversus quoscunque hæreticos varia dat rescripta, quibus qualescunque ubique conventus agere publicos vel privatos, aliaque adire munera Ecclesiastica, nec non de religione disputare prohibuit.

Andragathius, Maximi classis Præfectus, olim Gratiani proditor, illius audita nece se in fluctus præcipitem dat; secuta est mors Victoris Maximi filii, à patre jam Augusti nominati, quem Arbogastes Comes prodicione confecit, puerulum apud matrem relictum in Galliis.

Constantinopoli falsis sparsis rumoribus de maxima clade Theodosio per Maximum illatâ, Arianis animis resumptis Nestarii Episcopi domum injectis facibus incenderunt; sed paulò post accepto nuncio de ingenti Imperatoris victoria, multo timore concussi, intercessione Arcadii Theodosii filii veniam sceleris impetraverunt.

S. Augustinus anno ætatis suæ trigésimo quarto Mediolani à S. Ambrosio baptizatur, unâ cum Alipio Hipponensi amico charissimo, & Adeodato filio suo naturali.

Christiani in Oriente Synagogam Judæorum, lucum ac fanum insuper Valentinianorum hæreticorum incendunt, quòd ii Monachis Christianis, cum cantibus ad celebritatem Machabæorum Martyrum processionaliter ex consuetudine usque veteri Christianorum pergentibus, insulassent, & ne rædificarentur, Theodosio Imperatori persuadet S. Ambrosius, neque relinqueretur Gentilibus ara Victoriæ in Capitolio.

Moritur Cynegius Consul & Præfectus Prætorio, in ejus locum sufficitur Tatianus.

Schisma Luciferianorum penitus deficit. Palladius Galata Alexandriam venit, postea cum Evagrio Pontico aliquot annis in eremo mansit; cujus consuetudine Origenis erroribus imbutus fuit.

Obiit Conanus Meriadecus Britannia Rex, cui substituitur Grallonus.

Circa hunc quoque annum decessit S. Nepotianus Episcopus Claromontanus in Gallia.

Annus Christi 389.

Timasio atque Promoto Consulibus, moritur S. Monica mater Divi Augustini. Hic iter in Africam prosequens, Carthagine appellat cum focis

focis Alipio & Evodio; eodem anno S. Gregorius Nazianzenus cognomento Theologus diem clausit extremum.

Theodosius Imperator urbem ingressus, agit de liberato Imperio Occidentali triumphum; focium gloriæ habere voluit Valentinianum Augustum; Symmachus clarissimus Senator & Orator, petens à Theodosio, ut ara Victoriæ in Senatu restitueretur, à suis aspectibus pellitur, scribens autem ad eundem Imperatorem apologeticum, non veniam tantum est consecutus, sed & majorem apud eum gratiam nactus. Interim Theodosius ut urbem à profano idolorum cultu penitus liberaret, ita cum Romanis transegit, ut Sacrificia omnia festique dies abolerentur, & ipsa idolorum statuæ frangerentur, nisi quòd illas quæ ab excellentioribus artificibus confectæ essent, ad urbis ornatum, non etiam ad cultum exponi permittit.

Stilico Dux utriusque militiæ, è foribus Capitolii laminas aureas abstulit, ejusque uxor Serena detraxit è collo Rheæ Deorum matris mundum muliebrem, suoque ipsius illigavit.

Theodosius urbem quoque expurgat furum latibulis, in quæ plerique incauti secretis quibusdam machinis ad pistina præcipitabantur; idem sanctionem edit adversus hæreticos, rescribit insuper adversus Manichæos tam in urbe quam in reliquo orbe commorantes, ut undique pellerentur. Postea recedens ab urbe Mediolanum petit, & in itinere rescripto vetuit, ne sacratis quadragesimæ diebus supplicia fierent corporum, quibus absolutio expectatur animarum; alio Mediolani edito rescripto omnibus hæreticorum Clericis conventus omnino prohibuit.

Hoc eodem anno celeberrimum illud, totoque orbe terrarum notissimum templum Serapidis Alexandriæ jussu ejusdem Imperatoris funditus excisum est; occasione turbarum à gentilibus in Christianos motarum, ob detecta quædam nefanda eorumdem gentilium mysteria; tam ingenti fragore collapsa in Ægypto idololatriæ, gentiles ubique concussi, pro defensione Deorum suorum concurrunt, multos occidentes Christianos, nec non & Episcopos, interque alios Marcellum Apanæ in Syria Episcopum, cum famosissimum ejusdem civitatis Jovis templum demoliendum curaret.

Annus Christi 390.

Valentiniano Augusto quartum & Neoterio Consulibus, Theodosius Imperator ob cladem Thessalonicensium à S. Ambrosio repellitur ab Ecclesia, pœnitens veniam accipit.

Duo Principes Persæ, viri sapientissimi Ambrosium Mediolani, Probum Romæ conveniunt, plurimis quæstionibus eorum sapientiam tentantes.

Celebratur Mediolani Concilium adversus Jovinianum.

Circa hunc annum moritur S. Severus Episcopus Ravennas, quem Deus à lanificii arte ad hanc dignitatem evexit; item S. Abraham Episcopus Carris in Mesopotamia; nec non

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

S. Tigradius Presbyter Claromonte in Gallia. Vitam sanctam pari morte coronat S. Pacianus Episcopus Barcinonensis, vir castigatæ eloquentiæ, scripsit varia opuscula; cælos quoque petit S. Gregorius Episcopus Nyssenus in Cappadocia.

Gentiles Alexandriæ in Ægypto, eò quòd Theophilus Episcopus ibidem templum Bacchi sibi ab Imperatore Theodosio datum in Christianam Ecclesiam convertisset, Christianos adorti, multos comprehenderunt, ac tormentis adhibitis sacrificare coegerunt; quòd qui facere detrectabant, eorum alios in crucem egerunt, alios confractis crucibus, alios aliiis modis sustulerunt; Imperator his auditis, & de tantis cædibus certior factus, Christianos morti traditos inter Martyres Beatorum numero statuit resuscitandos; gentilibus verò, si modò se ad Christianam religionem transferrent, veniam obtulit; fana demum everti, idolaque confari, & in pauperum necessitates erogari mandavit.

Annus Christi 391.

Tatiano & Symmacho Consulibus, Theodosius omnibus in Occidente rectè constitutis, ex Italia Constantinopolim redit, ubi absolvit Basilicam quam in honorem Joannis Baptistæ in Hebdomo sumptuosè erigendam curavit, in quam caput ejusdem Sancti transfert.

Augustinus à S. Valerio Episcopo Hipponensi, petente populo, invitus, & lachrymans, creatur Presbyter, annos natus triginta septem.

Obiit S. Macarius Ægyptius Presbyter & Abbas in Scythi, qui Clericus factus, innocens de fornicatione accusatus est à lasciva puella, sed non impunè, cum enim illa in partu periclitaretur, calumniam falsa est; ex mortuo quodam vir sanctus responsum elicit, quo acceptum depositum reposuisset; insignes de demonibus visibiliter sibi apparentibus triumphos tulit, & innumeris propè claruit miraculis.

Annus Christi 392.

Arcadio Augusto secundum & Rufino Consulibus, eum jam Theodosius esset in Oriente, Gentiles Senatores Romani, inter quos Symmachus eminebat, publicâ legatione Valentinianum Imperatorem in Galliis agentem conveniunt, ut ab eo impetrarent vetera sacra, quæ pluribus legibus editis idem Theodosius abstulerat; verum quominus obtinerent, restitit illis Ambrosius.

Valentinianus Imperator nocte per Arbogastem Comitem strangulatur, hic Eugenium Ethnicum Collegam assumit, & ad Imperii majestatem provehit; qui proinde sublimatus ad Imperium, legationem pro pace ad Theodosium mittit.

Idem Theodosius denuò novâ sanctione omnia sacrificia Gentilium ubique interdicit.

Augustinus expetente & spectante populo, Hipponensis Regio publicâ disputatione contulit de origine mali (super quam totus cardo hæresis Manichææ vertebatur) cum Fortunato Vernofo hæretico Manichæo.

S. Patricius Hiberniæ Apostolus ætatis suæ anno 16. necdum expleto, raptus à prædonibus Scotis cum sorore Lupita in Hiberniam abducitur, ubi Milchoni in Dalaradia venditur.

Annus Christi 393.

Consulibus Theodosio Augusto tertium, & Abundantio, idem Imperator, Orienti prius prospiciens, Honorio filio ad Imperium evecto, ipse cum Stilicone in Tyrannos movet.

Hippone regio celebratur Concilium Generale, totius Africae collectis Episcopis.

Florent in Ecclesia Dei Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nissenus, Hilarius Pictaviensis, Martinus Turonensis, Ambrosius Mediolanensis, Hieronymus & Pachomius Abbas in Aegypto.

Moritur S. Joannes Eremita juxta Lycopolim in Aegypto, vir admirandae sanctitatis, spiritu Prophetiae & miraculis clarus.

Annus Christi 394.

Arcadio tertium, & Honorio secundum Consulibus, moritur B. Theodorus Episcopus Senonensis.

Theodosius Imperator inopinato suo adventu hostes terrens, Alpiumque praeter omnem spem potitus jugis, ad pleniorum postea pugnam accedens, prioris diei congressu multis suorum milibus interfectis, posteriori praelio insignem atque mirificam adeptus est victoriam; Eugenius Tyrannus capitur, vincensque ad Theodosium ducitur, a quo poenam mortis afficitur. Arbogastes scelerum omnium Author se fugam subducens, ubi nullam vitae spem reliquam intellexit, proprio se ense confodit.

Palastina, aliaque orbis regiones magnis terrae motibus concutiuntur.

Celebratur Synodus Constantinopolitana, in causa vertente inter Agapium & Gebadium, utrumque sibi vindicare satagentem Episcopatum Bostrensem; similiter celebratur Concilium Adrumeti in Africa.

Pontius Paulinus vir clarissimus una cum Therasia conjugue, amplissimo patrimonio in pauperes erogato, Monasticae vitae institutum arripit; idem agit Severus Sulpitius genere & litteris nobilis.

S. Hieronymus Chronica sua finit, Genadius sua incipit.

Tetradius Proconsularis ex fastuosissimo Ethnico fit humilis Christianus.

Annus Christi 395.

Olybrio & Probino Consulibus, fratribus Germanis ex Aniciorum stemmate; moritur hydropico morbo Theodosius Magnus Imperator, prohibitis prius rursus Gentilium sacrificiis, & relaxatis ex testamento annonariis tributis; eo defuncto Arcadius & Honorius ejus filii soli imperare coeperunt, ille in Oriente, hic in Occidente.

Ruffinus natione Gallus, cui Theodosium Arcadium, tum ipsum Orientem commendaverat, e vestigio adversus Imperium conspirare incipit, occulte Gothos aliosque barbaros in Arcadii necem, & utriusque Imperii cladem sollicitans.

Stilico barbaris illis plurimas jam regiones vastantibus quam citissime occurrit gemino

pollens exercitu; sed arte Ruffini proditoris praerepta est ei certa victoria, cum iste timens, ne Gothis devictis Stilico in ipsum arma converteret, egit apud Arcadium mille suadendi modis, ut Orientalem exercitum Constantinopolim revocaret, derelictis sub barbarorum jugo victis provinciis; Stilico victoriam fraudulenter frustratus in Italiam moerens redit. Gaius Gothus cum exercitu Orientali minas in Ruffinum spirans Constantinopolim versus iter carpsit, eique urbi cum appropinquasset, data suis tessera de his quae acturi essent, adventum suum Imperatori significavit, exigens ab eo, quod moris esset, obviam procedere exercitui, atque eum salutare; quo tempore Ruffinus, conjurationis consortibus in unum convocatis, de parando militibus donativo consilium iniiit, ut scilicet totius exercitus voce die sequenti eo occurfu Imperator acclamaretur; quin & parata purpura, aulaque disposita quae novum exceptura esset Imperatorem, atque epulis adhiberi iussis splendidioribus, & ipsius denique Ruffini imagine cassis aureis numismatibus, idem in campum una cum Arcadio conventurus exercitum, stipatus turmam suorum processit; ubi salutatis primo signis cruce decoris ab Arcadio Imperatore, ac subinde a Ruffino, hisque resalutatis faustis vocibus ab exercitus Ducibus, data mox condita tessera, qui denso agmine coagmentati in unum erant milites, in longum quam cito distenti, atque reflexi in orbem, Ruffinum cinxere atque inclusere medium; cum ille rei ignarus, tempus adesse ratus quo acclamaretur a militibus Imperator, urgens Arcadium, ut ipse prius eum consortem declararet Imperii; infelix appetitus ex insperato est gladio militis, Stiliconis nomine ictum vibrantis, vulnusque lethale inferentis, quem secuti alii atque alii, mille eundem Ruffinum vindicibus gladiis confoderunt, ejusdemque inter se membra disperita, pro trophaeis cum pompa in urbem reulerunt, eminente inter ea capite pilo imposito, finis hic fuit proditoris scelesti.

Augustinus creatur Episcopus Hippo-nensis.

S. Hieronymo Sacras Scripturas utriusque Testamenti in latinam transferente linguam; editio septuaginta interpretum vilescere cepit.

Corpora SS. Martyrum Nazarii & Celsi Mediolani a S. Ambrosio reperta levantur.

Annus Christi 396.

Arcadio quartum & Honorio tertium Augustis Consulibus, Fritigil, vel Fritigildis Regina Marcomannorum, a Divo Ambrosio per epistolas Christianis sacris initiata, non modo se se, sed maritum etiam caelesti Christi jugo subjicit, gentemque suam Marcomannorum conciliatam Romanis addixit sic, ut postea Marcomanni velut focii ac prope una gens inter Romana auxilia equo & pedibus mererent, praecipua in hanc gentem Imperatoris Honorii benevolentiam, in cujus honorem Honoriani Marcomanni, in notitia Imperii Occidentalis appellantur.

Constantinopolitanae urbi ingens incutitur terror, cum ardere desuper caelum, atque tremere

tremere terram deorsum comperirentur incolae; qui statim ad poenitentiae remedium salutare confugiunt.

Magna fit apud Indos, Persas, Gothos aliosque populos barbaros fidei Christianae propagatio.

Marcomirus Franciae Orientalis Ducatum filio cedit.

Corpora SS. Abacuc & Michae Prophe-tarum revelantur.

Moritur S. Artemius Arvernensis in Gallia Episcopus, item S. Ursus Episcopus Raven-nas in Italia; circa idem tempus decedit S. Crescentius Subdiaconus Florentiae in Hetruria, qui exitum suum imminere praenosens, S. Antistitem Zenobium adiit, & latissimam facie per ordinem pandit; ab eodem Sanctae Matris Ecclesiae summam devotione omnia Sacramenta recepit, & paucis diebus interpositis, adstante ante dicto Praefule Zenobio, sanctisque suis confociis, in stratulo suo decubens, seque consignans signo crucis, & in caelum visum deficiens, animam Creatori reddidit.

Annus Christi 397.

Caesario & Attico Consulibus, haereses Origenis per Ruffinum Presbyterum Aquilejensem a Palastina inferuntur Romam.

Melania post 25. annorum peregrinationem Romam redit, cujus supra dictus Ruffinus individuus vitae comes fuit; habetur in magna apud populum estimatione; S. Marcella larvam haereticam detexit Ruffini.

Moritur S. Ambrosius Episcopus Mediolanensis, Ecclesiae Doctor.

Celebratur Concilium Taurinense, & Carthaginense tertium, aliis secundum.

Vitae nactus est finem Nectarius Episcopus Constantinopolitanus.

Annus Christi 398.

Honorio Augusto quartum & Eutychiano Consulibus, octavo Calendas Martii, S. Siricius Papa ex hac vita migrat; succedit Anastasius patria Romanus; idem Honorius Imperator Mediolani existens ad comprimendam sceleratorum audaciam dat rescriptum, quo praecipit inferentes injuriam personis Ecclesiasticis, & locis sacris Catholicorum, capitali supplicio puniri.

Habetur Carthagine Synodus septuaginta trium Episcoporum, in ordine tertia; hoc eodem anno celebratur etiam quarta ibidem.

Conficitur bellum Gildonianum, Masce-zile victoriam prodigiosam obtinente.

Honorius Augustus ducit Mariam conjugem, filiam Stiliconis Ducis.

Joannes Chrysostomus ad thronum Episcopalem Ecclesiae Constantinopolitanae electus, ad eam urbem Antiochia avehitur.

Gainas aegre ferens Eutropium Eunuchum ab Imperatore sibi praeferi, cum Tribigildo Gothorum Duce sanguine sibi conjuncto agit, ut Asiae regiones infestaret, adversus quem & ipse profectus, turpi collusionem non solum pugnare detrectavit, sed & cum sibi visum est opportunum, detegi & ipse voluit perduellis

Imperii, hinc magnam uterque Asiae cladem infert.

S. Simplicianus eligitur in Episcopum Mediolanensem.

Annus Christi 399.

MAnlio Theodoro & Flavio Eutropio Consulibus, Gaudentius & Jovius Honorii Imperatoris aulici simulacrorum fana Carthagine evertunt, & idola comminuunt, quod & alii fecere alibi.

Bello coactus a Gaina Arcadius indigna paciscitur; inter caeteras conditiones pacis petiit idem Gainas, ut Eutropius sibi ad necem traderetur, hic proinde confugit ad Ecclesiam, quem eloquentiam suam liberat Chrysostomus a populi invidia; paulo post tamen ille Chalcedonem ductus securi percutitur, urgente necem ejus Gainam praefato.

Speptaculorum obscenitates Arcadius Augustus novo vetat rescripto, impulso Chrysostomo.

Theophilus Alexandrinae Sedis Episcopus, collecta Synodo, omnes Monachos Origenis haeresim in Aegypto doctrinam propagantes condemnat, omnesque alios Origenis studiosos diligenter perquisitos ex Aegypto expellit.

Judaeos collectis suis & exactionibus totum ferme Imperium depascentes reprimit Honorius Augustus, jubens ut quicquid collectum esset, ad ararium deferretur Imperii; idem Manichaeos sordibus suis Ecclesiam Africanam inficientes, novis edictis comprimit.

Arsenius ex Senatore efficitur Monachus, Floret S. Maxentia vidua, trium Sanctorum filiorum, Vigilii, Claudiani & Magoriani mater, miraculis gloriosa.

Annus Christi 400.

AUrelianus & Stilico creati sunt Consules. Sisinnius, Martyrius & Alexander, Gentilibus rusticis Vallis Anauniae prope Tridentinam civitatem fidem praedicantes, erecta ibi Ecclesia, cum eos ab impietate abducere conarentur, ab iisdem interfecti sunt atque combusti; divinam mox impii rustici sensere vindictam, cum atra nube ad terram usque caelo contexto, vibrantibus hinc inde fulminibus conterriti, primum in sanguinem innoxium peccasse cognovère; missi vero a Provincia Praefide militibus, tenti sunt omnes, jamque supplicio damnandi, pro iisdem intercedentibus apud Honorium Imperatorem Episcopis, liberati sunt.

Vigilius Tridentinus Episcopus lapidibus obrutus, Martyr occumbit.

Celebratur primum Concilium Toletanum decem & novem Episcoporum.

Anastasius Papa damnat Origenis errores.

Gainas haud exsatiatus sanguine totius ferè Asiae minoris, nec placatus Eutropii Consulibus nece, fretus Tribigildi & Gothorum copiis, jurataque pacis nullam ducens penitus rationem, Chalcedonem veniens contumelioso animo imperare aggreditur Imperatori, novasque ac duriores pacis condiciones praescribit; namque imprimis postulavit, ut Arcadius

ipse eum conveniret, cumque in hoc etiam Imperator assensus esset, tunc petiit Aureliani præsentis anni Consulis, ac Saturnini viri Consularis, nec non Joannis qui erat Arcadio à se cretis, capita sibi dari; cui pariter, nimis licet tyrannico postulato acquiescens Imperator, eosdem viros libenti se ipsos animo pro salute Reipublicæ devoventes, barbaro tradidit, qui eis gladium admovens, eatenus tamen ut eum tantummodo stringeret, satis habuit exilium eisdem irrogare; veniens is postea Constantinopolim audens & majora, Ecclesiam sibi Arianisq̄ suis in eadem civitate dari postulavit, cui petito resistit Chrysostomus, illumque à cœptis desistere cogit; his porro magis exacerbatus perfidus, incendium palatii Imperatoris, urbisque expilationem atque subversionem meditatur: quo tempore has insidias portendens Cometes maximus supra civitatem apparuit, ad ipsam usque terram ferme pertingens, qualis antea nunquam visus esset; verum Angelis protegentibus qui in specie armatorum militum apparebant, Gainæ consilia pessima frustrantur. Tyrannus tandem ab Imperatore hostis Reipublicæ declaratus est, omnesque Gothi qui in urbe relictis ad Ecclesiam confugerant, furore militum & populi unâ cum ipsa Ecclesia succensu sunt; ipseque Gainas in Orientem pergens, post acceptas terrâ marique ab Imperatoriis exercitibus varias clades, quibus etiam nonnunquam divina accesserunt miracula, tandem cum suis interemptus est, ejusque caput missum Constantinopolim.

S. Joannes Chrysostomus rogatus ab Asiaticis Episcopis periclitanti Ecclesiæ succurrere, licet malâ corporis valetudine tentus, sævientique hyeme, pergit Ephesum, ubi in Synodo septuaginta Episcoporum tractata causa Simoniacorum Episcoporum, quos Antoninus Episcopus Ephesinus pretio ordinasset, iidem convicti ac crimen confitentes, depositi sunt, subrogatis aliis in locum eorum; facto tamen à Synodo decreto, ut ab Antonini hæredibus pretium ejus quod dederant, restitueretur.

Severianus Gabalensis in Syria Episcopus res novas absente Chrysostomo, Constantinopoli contra eundem molitur; Ariani hæreticos hymnos noctu in publica platea canunt, & Catholicos adorti aliquos ex iis occidunt; quâ re Imperator vehementer commotus, Arianis penitus interdixit, ne hymnos in publico canerent; imò omnes tandem hæreticos agente Chrysostomo, ejusdem Imperatoris mandato ab urbe penitus pulsos esse, asserit Metaphrastes.

Circa hunc annum floret S. Macarius Alexandrinus Abbas, abstinentiâ, virtutum zelo & potentiâ in demones admirandus.

Circa hæc tempora fatis concedit S. Viven-tius Presbyter natus annos 120. is è Samaritanis parentibus natus, B. Georgii Antiochie Evangelium prædicantis operâ ad fidem conversus, ac deinde Sacerdos factus Angeli monitu Antiochiam venit, quâ in urbe Decani Præfidi filiam à dæmonio liberavit, Romam deinde proficiscens, in itinere multa edidit miracula. Galefin.

Moritur B. Theodorus Archiepiscopus Senonensis.

Floret vitæ sanctitate & miraculis S. Mausimas in Syria Sacerdos, mirè in hospites liberalis; duo vasa habuit seu dolia, unum quidem frumenti, alterum olei, ex quibus omnibus egentibus suppeditabat, semper tamen illa plena manserunt; ex Theodoretis Episcopi Philotheo. Claret item Salamanes in Laurâ, ubi per 47. annos strictissimum silentium tenuit.


Circa hunc annum decessit S. Ammonas Abbas in Thebaide; item S. Petrus Ægyptius anachoreta in Syria; nec non S. Felix Archiepiscopus Trevirensis.

Hoc pariter tempore Suevi irruptione factâ, occupato Dravi tractu novum in Norico Regnum ponunt.

Florent vitæ sanctimoniâ S. Peregrinus Placentiæ in Italiâ; Martinianus Eremita in Palæstina. S. Marcus Monachus in Ægypto; cum aliquando Sanctus hic in sua casa moraretur, accessit hyæna apportans catulum suum cæcum, supplicique gestu Sanctum quasi rogavit, ut à fœtu suo cæcitatem tolleret; Marcus cum in oculos cæcæ feræ conspuisset, fuis precibus sanos effecit; hyæna postridiè ingentem arietis pellem pro gratitudinis signo adportavit; ex vit. apud Bolland. S. Mart.

Finem vivendi faciunt S. Ambrosius Diaconus Alexandria in Ægypto, qui adversus Apollinarium volumen de dogmatibus, nec non commentarios in Job scripsit; item S. Gratus Diaconus, & Marcellus Subdiaconus Forolivii in Italia, uterque miraculorum gloria illustris; his mortalitatis se socios junxere S. Liberalis, qui tempestatem maris injecto pallio mirabiliter sedavit; S. Simplicianus Episcopus Mediolanensis, huic successit S. Venerius, item SS. Fortunatus Presbyter Diocesis Spoletinæ in Umbria, &

Alonus Abbas in Ægypto.



MEMORABILIMUM MUNDI CHRISTIANI SÆCULUM V.

Annus Christi 401.



Incentio atque Fravitone Consulibus, Hunni subactis Daciâ & Sarmatiâ Pannoniam petunt, quorum à Romanis 125. millia cæsa sunt, plurimis etiam ex parte Romanorum millibus desideratis.

Habetur Synodus Provincialis Carthagine, quâ decretum est de legatione mittendâ Romam ad Anastasium Papam, ac Mediolanum ad Venerium ejus sedis Episcopum, ut Africanæ Ecclesiæ sacris ministris indigenti consulerent; rursus ex Africanæ Provinciis Carthagine celebratur Concilium adversus Donatistas.

Arcadius Imperator auctus est filio, quem patris sui nomine Theodosium in baptismo nominari voluit.

Porphyrius Gazensis Episcopus agit apud Imperatorem adversus Gentiles Gazæ habitantes, & Christianis nimium insultantes; contra quos mittitur Cynegius vir Consularis cum cohortibus militaribus, qui omnia Deorum templa, quæ tùm in ipsa civitate, tùm in ejus ditione erant, unâ cum omnibus idolis penitus diruit atque confregit; cum verò ipsum præcipuum Marneæ templum ita obseratum intus fuisset ab idoli Sacerdotibus, ut adiri non posset, indicto ab Episcopo jejunio fuisque ad Deum precibus, ut quid deo faciendum esset, revelare dignaretur, accidit, ut puer septennis repente exclamans, Syriacâ primò patriâque linguâ, postea verò (ut apparet ipsum non ex se loqui) Græcâ tum ipsi, tum omnibus ejus loci incolis penitus ignotâ, modum planè extraordinarium edixerit, quo vellet Deus templum comburi, inque ejus locum Ecclesiam ædificari, quod & statim effectum est, diruto funditus Marneo, & in ejus locum nobilissimâ extructâ in formam Crucis Ecclesiâ, impensis Eudoxiæ Augustæ.

Alaricus Gothorum Dux cum exercitu irruptionem in Italiam facit.

Annus Christi 402.

Arcadio & Honorio Augustis quintum Consulibus; Monachi Origenis hæresis sectatores, à Theophilo ex Ægypto & Palæstina fugati, Constantinopolim venientes, coram Arcadio Imperatore agunt contra dictum Theophilum.

Diem vitæ supremum claudunt S. Epiphanius, S. Martinus Episcopus Turonensis in Gal-

lia, S. Anastasius Papa, cui succedit Innocentius.

S. Hieronymus scribit Apologias in Rufinum.

Celebratur ab Episcopis totius Africanæ Generale Concilium Milevitanum, Præside Aurelio Carthaginensi Episcopo, omnium Primate, eisdemque assistente Xantippo Episcopo Constantinæ, Numidiæ Primate.

Franci Orientales Rheno trajecto Treverim, Moguntiam, Wormatiam, Nemetum Augustam, Argentoratum, & magnam Galliarum partem occupant.

Annus Christi 403.

Theodosio puero Augusto & Rumorodio Consulibus; Eudoxia Augusta, malo jam antea animo erga S. Joannem Chrysostomum affecta, urgentibus ejusdem adversariis de ejus depositione sedulo cogitat, & evincit; sed populi seditione precibusque commoti ipse Imperator cum Eudoxia conjuge, sine mora Joannem revocandum curant, missis ad eum Brisone Augustæ Eunuchis, qui eum à Preteno Constantinopolim reduxit; addit Leo Augustus in scriptis suis, terræ motum factum esse, quo cubilis Imperatoris pars collapsa sit, unde perterritus Imperator Joannem revocari jussit, quod cum per plures succedentes sibi è vestigio nuncios fieret, populus Constantinopolitanus ostium Propon-tidis navigiis operuit, omnes cum cereis accensis obviam Joanni Episcopo suo procedentes.

Celebratur in Africa Concilium Carthaginense, Generale dictum, quod ex omnibus Africanæ Provinciis legationes in eo affuerint.

Honorius Imperator novis mœniis Romam cingit.

Vincitur à Stilicone Comite Alaricus Gothorum Rex, ad Pollentiam Liguriæ civitatem.

Apud Atrebatas magna lanæ copia, pingui rore permixta è nubibus decidit. Joan. Molan.

Annus Christi 404.

Honorio Augusto sextum, & Aristeneto Consulibus, saculares ludi à superstitione introducti Gentilium, Constantini verò Magni religione neglecti ac prætermitti, non sine dedecore Christiani nominis editi sunt; quin imò & tot Christianorum Imperatorum legibus vetita gladiatorum cruenta munera his temporibus rursus exhibita fuisset, testatur Prudentius. Telemachus



machus Monachus ab Oriente Romam veniens, ut ludos illos gladiatorios abolendos curaret, dum sceleratum illud ederetur spectaculum, in stadium ingressus, ut dimicationem sedaret, a furentibus spectantibus lapidibus obruitur.

Chrysofomus, dum oratione acri in ludos ad statuam Eudoxiæ argenteam exhibere solitos invehitur, odio ejusdem Augustæ denuò exulare cogitur, qui ad Romanum Pontificem appellat; post ejus ex urbe egressum, statim ipso meridie ignis de medio throni, in quo ille in Ecclesia sedere consueverat, repente profiliens, primò sedem ipsam depastus, inde arboris instar tectum petens, ipsum quoque penitus incendit; ac postea interstitio plateæ sepositas Senatus ædes, per mediam populi multitudinem innoxie transiliens invasit, ac in cineres redegit unà cum adjacentibus ædificiis, soli parcens ædiculæ, in qua sacrorum vasorum multitudo fuerat condita; interim in locum dicti Chrysofomi eligitur Arfacius, homo iners, qui fautores illius utriusque sexus, Clericos etiam ac Moniales, persequitur. In locum similiter Flaviani Episcopi Antiocheni subrogatur Porphyrius, homo sceleratus.

Innocentius Papa statuit unà cum Episcopis Italiæ, communicandum esse cum Joanne Chrysofomo, quòd violenter ejectus esset, non autem cum Arfacio intruso, donec eà de causâ congregatis utriusque partis Episcopis Synodus Generalis haberetur, in qua, quæ essent alterutrius potiora jura, decerneretur, idem ad Joannem consolatorias scribit litteras.

Grando magnitudine inusitata cadit in suburbis Constantinopoli, inde percrebuit sermo, istud Deo irato propter Joannem abdicatum contigisse.

Cogitur denuò Synodus Carthagine contra Donatistas; Hipponeregio S. Augustinus in Ecclesia sua biduò coram populo disputat cum Felice Manichæo, qui ad fidem orthodoxam convertitur.

Moritur Hierosolymis S. Paula clarissima fœmina Romana. Circa hunc quoque annum è vivis abit Marcomirus Franciæ Orientalis Dux.

S. Milammon reclusus Geris in Ægypto, ne electus Episcopalem dignitatem acceptare cogatur, à Domino obtinuit, ut morte præveniretur.

Fergusius in patriam rediens, Scotorum Rex creatur.

Martyrio coronantur S. Eutropius Lector, & Tigrius Presbyter.

Obiit S. Isidorus Monachus & Presbyter Alexandriæ, frequentibus ecclasiis & lachrymarum dono à Deo ditatus.

Annus Christi 405.

Stilicone secundum, & Anthemio Consulibus, Chrysofomus rigore asperimæ hyemis gravissimo morbo affectus, adveniente vere fluviorum latronum cuncta deprædationibus, incendiis, cædibus miscentium pericula subit, itaque ex Cucufotanquam loco minus tuto, in Arabissum magis munitum Armeniæ oppidum, transfertur ad exilium.

Pelagii hæresis innotescit & detegitur.

Honorius Imperator Donatistas legibus ita premit, ut plerique hæresin ejurarent.

Moritur S. Mercurialis Episcopus Foroliviensis, item Grallonus Britonum Rex,

Annus Christi 406.

Arcadio Augusto sextum, & Anicio Probo Consulibus, Theodosius junior Quinquennialia edidit, & Rhadagayfus paganus, natione Scythæ cum ducentis millibus suorum totam Italiam inundavit, sed eum Huldin & Sarus Hunnorum Gothorumque Reges continuò confecerunt, ipsius capite amputato, captivosque ejus singulos singulis aureis distrahentes.

Atticus ex Sebastia Armeniæ oriundus, creatur Episcopus Constantinopolitanus in locum defuncti Arfacii.

Legati Honorii Imperatoris & Innocentii Papæ, dum Constantinopoli appulissent, ab adversariis Jo. Chrysofomi indignis modis habentur, unde Innocentius cum consensu Episcoporum Occidentis, Atticum Pseudo-Episcopum Constantinopolitanum & Theophilum Alexandrinum, aliosque tanti sceleris architectos, à communione fidelium extorres declarat.

S. Hieronymus scribit adversus Vigilantium hæresiarcham, & ejus hæresin citò compescit.

Transferuntur Arcadii Imperatoris jussu, ex Palæstina Constantinopolim Reliquiæ Samuelis Prophætæ.

Annus Christi 407.

Honorio septimum, & Theodosio secundum Augustis Consulibus, floret Episcopus Synnadæ in Phrygia majori, insignis Macedonianistarum antagonista.

Honorius Imperator promulgat edictum, quò præter Donatistas, etiam Manichæos, Phrygas & Priscillianistas, bonorum publicatione prosequitur, eisque nihil ex moribus, vel ex legibus commune esse voluit cum cæteris hominibus.

Galliæ miserè devastantur à Vandalis & Alanis.

S. Joannes Chrysofomus ærumnis confectus, Comanis apud Pontum Euxinum ex hac vita migrat. Innocentius Papa auditâ ejus morte, Arcadium Imperatorem ejusque uxorem Eudoxiam à communione Ecclesiæ rejicit; paulò post autem Arcadio culpam omnem in Episcopos Joannis adversarios conjiciente, ambos restituit & absolvit. Eudoxia verò post quadruidanos partus dolores, fœtum tandem emittens mortuum, animam quoque ipsa miserè exhalat.

Decedit S. Zenobius Episcopus Florentinus, Germanus Episcopus Bisuntinus ab Arianis circa hunc annum Martyrium patitur.

Britanniam Gratianus, eo autem mox à militibus sublato, Constantinus Tyrannus occupat, qui etiam ipsam invasurus Italiam jam ad Transalpinas gentes accessit; ad Alpes Cottias deveniens Constantem filium Cæsarem dicit, & ad obtinendas Hispanias mittit.

Annus Christi 408.

Basso & Philippo Consulibus, Arcadius Imperator annum tantum agens trigésimum primum ex hac vita morbo subripitur; liberos post se relinquens Theodosium puerum octo annorum, quem Isdegerdi Persarum Regi, cum quo fœdus inierat,

inierat, commendat, Pulcheriam, Placillam, Arcadium & Marinam: Theodosio interim curator accedit Anthemius Præfectus, vir laudatissimus, & major natu soror Pulcheria.

S. Maruthæ Episcopi Mesopotamiæ opera, Christi fides in Perside mirè propagatur.

Stilico Comes, depositâ prodicionis larvâ, apertâ jam luce in Honorium agit, suppetias eidem ferente Alarico Gothorum Rege.

Romæ in foro Pacis, per dies septem terra dat mugitum.

Stilico præfatus Imperatoris animum gravissimè in se commotum sentiens, fugâ Ravennam se subducit, ubi rebellante adversus ipsum Saro Hunnorum Duce, ex metu intempestâ nocte ad Ecclesiam confugit, undè dolo se abduci sinens, advenientibus Honorii litteris capite truncari jubetur.

Hæretici rursus contra Catholicos in Africâ insurgunt, contra quos Episcopi Carthagine Concilium celebrant, Imperatoris auxilium per Legatos efflagitantes, quod etiam obtinent, renovatis in hæreticos edictis Imperatoriis.

Theodosius idem Imperator Judæos ritus Christianorum adulterantes, datâ lege compescit; quorum unus Constantinopoli paralyticus per sanctum baptismâ sanitati restituitur, per quod miraculum plures gentiles ad Christi fidem suscipiendam inducti sunt.

Moritur Porphyrius Pseudo-Episcopus Antiochenus, cui succedit Alexander vir laudatissimus, qui Ecclesiæ Schismaticos unit.

Decedit item S. Venerius Episcopus Mediolani in Insubriâ, cum annis novem sedisset; ei succedit S. Marolus.

Annus Christi 409.

Honorio octavum, & Theodosio tertium Consulibus Augustis: Roma ab Alarico Gothorum Rege obsidetur, qui enim Stiliconi addictissimus erat, ob necem ejus in Imperatorem commotus, exercitum in urbem movit, quam diù antè sitiverat, cum intereâ Eucherius filius Stiliconis detentus captivus, mandato Honorii Ravennæ agentis interfectus est, ejusque mater Serena Stiliconis conjux, ipsiusque Honorii consobrina ex Senatus Consulto iussa est pariter laqueo interfici; adnente Placidia Honorii germanâ, eo prætextu, quòd in suspicionem adducta esset, ejus nutu barbaros ad urbis obsidionem se contulisse: cum interim obsidio arctior perduraret, fame atque peste populo Romano vexato, vi adacti cives pacem redemerunt, persolutis Alarico quinque mille libris auri, & tricenis mille libris argenti, quater mille tunicis sericis, ter mille pèllibus coccineis, piperis pondere, quod ter mille libras æquaret: sed quòd ærarium esset exhaustum, & privatorum opes hæud in promptu essent ad dictam summam perficiendam, decretum est spoliari Deorum simulacra auro & gemmis; non diù tamen stetit pacis fœdus, cum enim injustis Alarici propositis conditionibus, Honorius cum Senatu in omnibus non satisfacisset, ille exercitum urbi rursus ad movet, Imperatore interim cum Innocentio Papâ Ravennæ consistente. Inter tot tantasque perturbationes constitutus idem Honorius, nihilominus Catholicæ Ecclesiæ necessitatibus consulere minimè prætermisit, dum inter alia pia rescripta hoc anno promulgata, Ma-

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

thematicos & ariolos in errore perstantes ab omnibus civitatibus expelli jussit, & adversus Donatistas, paganos, Judæos & cœlicolas novas Sanctiones edidit.

Wandali Hispanias occupant, introducti à Constante, Constantini Tyranni filio.

Circâ hunc annum ad cœlos abit S. Bassianus Episcopus Laudenfis in Italiâ, cujus meritis puer ex ictu serpentis mortuus, resuscitatus est. Fatis quoque concedit S. Gibrianus Presbyter.

Annus Christi 410.

Varanus Consul creatus est in Oriente: Romæ enim obsidio repetita ab alterius Consulibus creatione Honorium Imperatorem dimovit; creatus est tamen Tertullus, sed ejus nomen à factis abjectum, quòd eam à Tyranno dignitatem accepisset: cum enim Alaricus Rex Gothorum urbem oppugnaret, coëgit Romanos, ut Priscum Attalum, urbis tunc temporis Præfectum, sectâ Arianum, crearent Imperatorem; qui mox Alaricum æquè Arianum, utriusque militiæ Ducem, Tertullum verò gentilem hominem creavit Consulem, aliisque pariter ethnicis & Arianis alios nobilissimos Magistratus distribuit.

Attali exercitus, sub Duce Constante in Africam missus, ab Heracliano Præfecto, Honorio favente, penitus deletur; idem Attalus fastu tumens, Honorium nequidem pro Imperii Conforte admittere statuit, sed eidem eligere Insulam, aliunde locum, in quo privatus degeret, jubet: adveniunt interim ex Oriente auxiliares copiæ Ravennam, ubi Honorius ad fugam jam paratus, subsistere nunc cogitat; urbs verò Romana dirâ jam fame vexatur.

Alaricus, qui hæcenus laboraverat, ut civitates Italiæ subditas Attalo redderet, jam ob contrarium rerum eventum in Attalum commotus, eum extrâ urbem Ariminum, in quâ tunc morabatur, productum, diademate spoliatur & purpurâ exuit, iisque ad Honorium Imperatorem missis eundem Attalum in omnium oculis ad privatam conditionem redegit, apud se tamen cum Ampelio filio retentum, donec pace cum Honorio constitutâ vitæ securitatem eis impetrasset, cum & Placidia quoque soror Honorii apud Alaricum obsidis loco maneret, sed omni honore cultuque regio fruens.

Roma tandem cedit dicto Alarico, in ingressu tamen militibus suis à cæde sibi temperare imperat, & ad Ecclesias confugientes inviolatos relinquere: dura autem multa passi dum sunt à Gothis gentiles, & civium omnium ædes spoliatae per triduum integrum.

Paratur collatio inter Catholicos & Donatistas in Africâ.

Theodosius Imperator hæreticos Montanistas, Priscillianistas atque Eutomianos diversis pœnis exagitat.

Moritur S. Marcella vidua Romana.

Thecæ in Palæstina plures Sancti Monachi ab irruentibus Saracenis trucidantur.

Annus Christi 411.

Theodosius Augustus solus hujus anni Consulatu fungitur.

K

Alaricus

Alaricus Gothorum Rex trajicere exercitum in Siciliam tentans, apud Consentiam subitâ morte extinguitur, quem Gothi Basentio amne, captivorum labore de alveo suo derivato, in ipso medio alveo cum multis opibus sepelierunt, amnemque meatui proprio reddentes, nequis locum scire posset, captivos qui interfuerunt, occiderunt.

Athaulphus Alarici affinis à Gothis Rex constitutus, Gallam Placidiam Theodosii senioris filiam, Honorii Imperatoris sororem, conjugio sibi sociat.

Cœpta est collatio in Africâ Catholicos inter & Donatistas, his egregiè confutatis: hinc multa illorum millia fidem Catholicam sunt amplexi.

S. Hieronymus scribit adversus Pelagii hæreses. Celebratur Synodus Ptolemaide adversus Andronicum Ægypti Præfectum, hominem sacrilegum & blasphemum, qui sententiâ publicâ excommunicatus, pœnitens postea veniam impetrat.

Moritur Alexander Episcopus Antiochenus, subrogatur Theodatus.

S. Melorus per Sicarium à Rinoldo patruo suo subornatum, capite plectitur.

Carocus Vandalorum Rex, ex persuasione matris magnam Germaniæ & Galliæ partem devastat.

Annus Christi 412.

Honorio nonum, & Theodosio quintum Consulibus; idem Honorius Ravennæ existens, omnis sexûs ac conditionis Donatistas, qui post evictam in proximâ collatione à Catholicis causam adhuc in schismate pertinaciter remanent, severissimis pecuniarum & exilii pœnis multandos præcepit; sed tantum abfuit, ut eis illi adigi potuerint à schismate redire ad Ecclesiam, ut majori obdurati obstinatione crudelius sævierint in Catholicos.

Cœlestius primarius Pelagii discipulus damnatur Carthagine.

Theophilus Episcopus Alexandrinus ex hac vitâ migrat, cum sedisset annos viginti septem: de cujus obitu, mirum illud ex Isidoro Diacono, Joannes Damascenus lib. 3. de imagin. refert, nimirum ob illud peccatum, quod nunquam S. Joann. Chrysostomi nomen passus esset in Ecclesiâ recitari, eum non potuisse animam agere, donec allatam imaginem Chrysostomi veneratus esset; post triiduum autem ab ejus obitu, subrogatur Cyrillus, sed non absque controversiâ, quod alii peterent Timotheum Archi-Diaconum, qui mox Novatianorum Ecclesias, quæ erant Alexandriæ, occludit, nec modò omnem sacrum thesaurum, qui in illis esset, penitus abstulit, sed & ipsorum Episcopum omnibus suis fortunis privavit.

Floret S. Theodosius Antiochenus, Abbas Monasterii in Scopulo. Item S. Eupraxia sive Euphrasia Virgo in Thebaide, Theodosii Imperatoris consanguinea, miraculis in vitâ & post mortem gloriosa.

Gothi ab Italiâ penitus recedunt, & sub Athaulpho Rege Gallias invadunt.

Annus Christi 413.

Hic annus unius tantum Lucii Consulatu in factis reperitur inscriptus, quod nimirum ipsius Collegæ, Heracliani Comititis in Africâ, cum tyrannus evassisset, expunctum est nomen à publicis monumentis: & Honorius Imperator rescriptis adversus eum datis, eundem hostem publicum declaravit.

Marinus, Honorii Imperatoris Dux exercitûs in Italiâ, in Africam trajiciens adversus perduelles Imperii, Marcellinum Tribunum, à Donatistis tanquam fautorem Heracliani fraudulenter accusatum, occidi jubet.

Demetrius Julianæ neptis, Carthagine nobilissimi sponsi spretis nuptiis, murato habitu fugiens, vitam monasticam proficitur.

Burgundiones partem Galliæ Rheno proximam, occupant.

Theodosius Imperator Eunomianos sæpè damnatos novo rescripto exagitat, simulque Anabaptistas ultimo supplicio afficiendos decernit; item Sabbatianos proscriptione & deportatione damnat.

Novatiani hæretici navis absque aliquâ maris tempestate soluta compagibus, ebibens undam aborbetur à mari, Novatianis omnibus atque cæteris infidelibus, qui in eâ erant, pereuntibus; Catholicis fidelibus tantummodò liberatis, & qui iis in hæserunt credentes, ita ut magno prodigio casus ipse omnes discreverit, qui pii, qui vè impii essent.

Floret S. Eusebius Cremonensis S. Hieronymi discipulus, vir simul doctus, scripsit librum de crucis Mysterio & alia plura, refutavit Vigilantii hæreses.

Annus Christi 414.

Constantio & Constante patre & filio Consulibus, idem Constantius Gothos Narbonâ expellit, atque abire in Hispaniam cogit; ubi apud Barcinonem ipsorum Rex Athaulphus studiosissimè paci petendæ insistens, dolo suorum occiditur cum sex filiis, succedit ad sceptrum Gothicum Sigericus, paulò post similiter à suis necatus, quod & ipse ad pacem pronus esset; eligitur tandem Wallia, qui pacem cum Romanis confirmat, terribus miserabili exitu suorum, qui in Africam trajicere molientes, in freto Gaditano tempestate correpti interfierunt: Placidiam insuper Athaulphi relictam conjugem, Honorii Imperatoris sororem, honorificè apud se habitam, fratri restituit.

Honorius novo rescripto Donatistas hæreticos inestabiles infamesque declarat.

Hispania variis hæreticorum sectis intoxicatur. Colligitur Synodus Provincialis in Macedonia.

S. Cyrillus Episcopus Alexandrinus transfert partem Reliquiarum SS. Marci Evangelistæ & Martyrum Cyri atque Joannis in Canopum, quo factò penitus extinguitur sunt juges dæmonum ibi adhuc vigentium infestationes.

Annus Christi 415.

Honorio decimum, & Theodosio sextum Augustis Consulibus: inveniuntur Reliquiæ SS. Stephani Protomartyris, Gamalielis & Nicodemi, quæ magnis miraculis clarent.

Celebratur Concilium Diospolitianum in causa Pelagianæ hæresis.

Judæi magnas Alexandriæ seditiones in Christianos excitantes, operâ Cyrilli Episcopi penitus urbe ejiciuntur.

Theodosius Pulcheriam sororem Augustam creat.

Attalus tyrannus à Gothis derelictus captusque in mari, Constantio Comiti vivus traditur, idem postea ab Honorio in triumphum ductus, truncatâ prius manu, in Liparâ insulâ vivere jubetur.

Annus

Annus Christi 416.

Theodosio Augusto septimum, & Palladio Consulibus, celebrata sunt in Africâ adversus Pelagium & Cœlestium Concilia, Carthagenensè sub Aurelio ejus civitatis Episcopo, Africæ Primate, & Milevitanum sub Silvano Numidiæ Primate.

Moritur Joannes Episcopus Hierosolymitanus, cum sedisset annis triginta; in cujus locum subrogatus est Praylius.

Wallia Gothorum Rex in Hispaniâ, Vandalos Silingos in Bæticâ omnes bello extinguit; Alanos, qui Vandalis & Suevis dominabantur, adeò cæcidit, ut extincto Atace Rege ipsorum pauci qui superfuerunt, obliro Regni nomine, Gunderici Regis Vandalorum, qui in Gallaciâ resederant, se regimini subjugarent.

Annus Christi 417.

Honorio Augusto undecimum, & Flavio Constantio secundum Consulibus, Pelagius dolose purgare se studet apud Innocentium Papam de hæresi: idem Innocentius hoc anno diem obit, cum sedisset annos quindecim, mensem unum & dies decem: post cujus obitum interlapsis diebus viginti, Zosimus natione Græcus subrogatur.

Circâ hunc annum ad DEUM convertitur Idacius.

Annus Christi 418.

Honorio duodecimum, & Theodosio octavum Augustis Consulibus, habito Concilio Carthagine ducentorum septemdecim Episcoporum, per totum mundum hæresis Pelagiana damnatur.

S. Augustinus functus legati Apostolici munere, multos pravos usus Ecclesiæ Africanæ corrigit. Moritur Papa Zosimus, cum sedisset annum unum, menses quatuor, & dies septem, cui subrogatur Bonifacius.

Nascitur Placidius Valentinianus ex Gallâ Placidia sorore Honorii Imperatoris, & Constantio Cæsare viro ejus.

Moritur S. Gaudentius Episcopus Novariensis, Spiritu Prophetiæ ac miraculis clarus, quæ inter signo crucis incendium restinxit, oratione solâ ægros sanavit, verboque fugavit dæmones: demortui corpus diu incorruptum mansit, ad cujus tumulum energumena Româ jussu S. Petri huc adducta, liberata est.

Floret vitæ sanctimoniâ Zeno Monachus juxta Antiochiam in Syria.

Diem obit S. Amator Episcopus Antissiodorensis in Gallia, qui à parentibus nobilitate præcipuis matrimonio destinatus, cum conjugè illibatam virginitatem servavit, cum postmodum illa Mortalis effecta fuit, Amator ipse Clericus, dein Episcopus ordinatus multis claruit miraculis: cum ab Archi-Diacono ut reus luxuriæ diffamaretur, illi de nocte convenientes, clam ejus cubiculum observabant: verum DEUS servi sui castam vitam volens manifestare, tam fulgidum immisit super eos lucis splendorem, ut diffamator mox oculorum usum perdidit; reliqui verò à dæmone tentatione sævissimâ fuerint impetiti, à quibus tamen S. Episcopi precibus suere liberati: mortis suæ horam adesse sentiens Vir DEI, ad templum deserti postulavit, ut ibi animam exhalaret.

Vita quoque excedit S. Exuperantius Episcopus Ravennas, in ordine decimus nonus, Ecclesiæ suæ valde utilis, hic Argentam oppidum ædificavit.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Annus Christi 419.

Monaxio atque Plintâ Consulibus, turbatur nonnihil Ecclesia Eulalio contra Bonifacium electo, sed mox rejecto & urbe pulso.

Alipius Episcopus ad Honorium Imperatorem mittitur ex Africâ, pro extirpandis latitantibus in Africâ Pelagianis. Vitalis Carthagenensis hæresis prodit, quâ asserbatur, non esse orandum pro idololatriæ vel aliis non credentibus, ut crederent, sed tantummodò illis esse proponendam doctrinæ veritatem: cæterum credere vel non credere ex eorum dependere arbitrio, non autem ex præveniente eos divinâ gratiâ.

Multæ Palæstinæ civitates villæque terræ motu collapsæ sunt, ac Dominus noster Jesus Christus super montem Oliveti, Hierosolymæ vicinum, sese de nube manifestavit, quo visu audituque multæ nationes gentiles perterritæ Christianam fidem amplexæ sunt, omniumque baptizatorum in tunicis crux Christi extemplò pressa refulsit. Marcellin, in Chron. & alii.

Moritur Chrysantius Episcopus Novatianus Constantinopoli, in locum ejus sufficitur Paulus.

Annus Christi 420.

Theodosio Augusto nonum & Constantio Cæsare tertium Consulibus, idem Constantius auctus Imperio, ab Honorio ex Cæsare Augustus est nominatus. Idem mox rescripto ad Volusianum Præfectum Urbi dato, pœnam exilii renovavit in impium Cœlestium, qui iterum se audax inferret in Urbem, & contra omnes ejus Sectatores.

In Africâ novi erroris assertor emergit Vincentius Victor, qui de animarum origine nova cœmentas excogitavit, nempe eas non ex nihilo, sed ex divinâ creatas esse substantiâ, qui tamen S. Augustini operâ meliùs & Catholicè sapere imposterum didicit.

Persecutio adversus Christianos in Perside sævit; causa autem illius fuit, quod Audas Episcopus Pyreum (nempe templum, in quo ignis, Persarum DEUS, colebatur) demolitus esset, nec à Rege monitus illud reædificare voluisset.

Magnus Ecclesiæ Doct. Hieronymus, Christiani orbis oraculum, è vitâ decedit: item S. Dictinnus Episcopus Asturicensis in Hispaniâ.

Fergusius Scotorum Rex in prælio occumbit, item Durkus Rex Picorum, Reliquit Fergusius tres filios adhuc impuberes, Eugenium, Dongardum & Constantium; eis omnium magno assensu Gramus avus maternus tutor est datus, interim dum pueri adolescerent, pro Rege futurus.

Mortalis corporis exuvias deponit S. Urbicius Episcopus Metensis: item S. Provinus Episcopus Comensis in Italia, qui Arianam hæresin ex Noviocomeni diocesi profligavit.

Annus Christi 421.

Aggrolâ & Eustathio Consulibus, Constantius Augustus ex hac vitâ migrat.

Theodosius autem Eudociam Atticam Leontii Philosophi filiam (Athenaim antea dictam, sed in baptismo Eudociam nominatam) liberalibus disciplinis exultam, sibi in matrimonium jungit.

Isdegerdi Persarum Regi succedit Varanes filius. Urbs Venetiæ ædificari cœpit.

Tredecim urbes Asiæ uno terræ motu evertuntur.

Annus Christi 422.

Honorio decimum tertium, & Theodosio decimum Consulibus Augustis, Bonifacius Papa

K 2

Patro.

Patroclum Episcopum, qui pulso Herote viro Sancto & S. Martini discipulo, sedem usurpaverat Arelatensem, & adhuc alienæ metropolis jura pervadens, in Narbonensi Provinciâ vacantis Pastore sedis ausus fuerat Episcopum ordinare, reprimat.

Annus Christi 423.

Mariniano & Asclepiodato Consulibus, Honorius Imperator ex hac vitâ migrat, Joanne quodam Imperium Occidentis invadente, hoc eodem anno S. Bonifacius Papa diem obit, cui succedit Cælestinus patriâ Romanus.

Theodoretus creatur Cyri in Syriâ Episcopus, qui mox Ecclesiâ suâ diœcesis visitans, multa hæreticorum millia ad fidem convertit.

Moritur S. Marolus Mediolani in Insubiâ Episcopus, cum sedisset annis quindecim, ei succedit in Episcopatu S. Martinianus.

Annus Christi 424.

Castino & Victore Consulibus; idem Castinus calumniis inimicorum appetitus ex Italiâ in Africam profugere coactus est.

Joannes Imperii invasor, jungere sibi tentans Africæ exercitum, à Bonifacio Comite repellitur, verum Ardaburius Dux Theodosii missus contra eundem Joannem, Salonis urbe Dalmatiæ Aquileiam navigans, vento adverso flante in manus tyranni defertur.

Floret circa hunc annum S. Sicarius Episcopus Lugdunensis in Galliâ, qui ob doctrinæ & virtutis merita B. Elpidio subrogatus fuit.

Annus Christi 425.

Consules hujus anni fuere Theodosius Augustus undecimum, & Valentinianus ejus consobrinus.

Winshemium urbs Romani Imperii libera à Windegasto Franconiæ Principe conditur.

Moritur Pharamundus Galliarum Rex, & simul Franciæ Orientalis Dux.

Joannes tyrannus ingentibus barbarorum copiis stipatus, Ravennæ securius agens, ibidem extinguitur ab Aspare Ardaburii filio, adversus eum post captum patrem missus; nec tamen hic finis belli, siquidem post extinctum Joannem, conflegendum adhuc fuit in Oriente contra imensam Scytharum multitudinem, qui trajecto Isthro Thraciam populari inceperant, jamque ipsi Constantinopoli minabantur; sed eos Deus ipsius Theodosii Imperatoris precibus ferme omnes cum ipsorum Ducibus, fulminibus, peste, & igne cœlesti extinxit; idem Theodosius de sacris festis diebus religiosè sanctèque absque spectaculorum hilaritate servandis, rescriptum dedit. Idem Hunnos Romanum Imperium invadentes, auro pacatos domum redire facit.

Atticus Constantinopolitanus Episcopus ex hac vitâ migrat.

Theodosius sæpè laudatus Imperator gymnasium litterarium Constantinopoli in meliorem formam restituit, vetuitque inprimis neminem publice docere, qui non probatus esset, & ad hoc munus delectus.

Annus Christi 426.

Theodosio duodecimum & Valentiniano secundum Augustis Consulibus, Sifinnius in

locum defuncti Attici, Episcopus Constantinopolitanus creatur.

S. Augustinus Hipponensis Episcopus consentiente Clero allegit sibi coadjutorem in Episcopali functione Eradium, quem & optavit sibi post mortem succedere.

Patroclus Arelatensis Ecclesiæ invasor, ambitionis suæ pœnas luens, à Tribuno quodam barbaro vulneribus laniatus, occiditur occultâ jussione Felicis Magistri militum: in locum Patrocli sufficitur S. Honoratus.

Annus Christi 427.

Herio & Ardaburio (sive Artabure) Consulibus, Bonifacius Comes in Africa tyrannidis insimulatur apud Imperatorem Valentinianum, & bello petitus sæpè triumphat, sed majora metuens, Vandalos in Africam vocat.

S. Joannis Chrysostomi memoria ritu solenni in Ecclesia, anniversariâ die celebrari cœpit.

Theodosius & Valentinianus Imperatores sanciunt, ne Sanctum Crucis signum humi insculperetur vel pingeretur: videlicet caventes, ne pedibus calcaretur.

Sifinnius Episcopus Constantinopolitanus ex hac vita migrat.

Concilium celebratur in Oriente, adversus Massalianos hæreticos, aliàs sæpè damnatos.

Obiit Theodotus Episcopus Antiochenus, subrogatur ei Joannes.

Floret S. Paulus Episcopus Brixienensis in Italia.

Annus Christi 428.

TAuro atque Felice Consulibus, Africa Vandalorum Alanorumque grassatione sub eorum Rege Genserico miserè devastatur.

Franci in Galliâ sub Clodione Duce, ab Aetio Comite Romani exercitûs Duce vincuntur.

Nestorius Episcopus Constantinopolitanus creatur, qui mox ex bono in pessimum mutatur.

Annus Christi 429.

Florentio & Dionysio Consulibus: Cælestinus Papa actione Palladii Diaconi, Germanum Antiodorensem in Galliâ Episcopum, in Britanniam vice sua mittit, ut deturbatis hæreticis Pelagianis, qui ejus Insulæ Ecclesiâ corruerant dogmatibus suis, eas ad Catholicam fidem dirigeret.

Nestorius quam promulgasset hæresim Constantinopoli, cupiens per totum orbem dilatari, suos pro ipsius defensione scriptos à se libros per diversas partes ad diversos mittit, & inter alios ad Ægypti Monachos, quos ut deciperet, se non nisi Nicænæ fidei professorem esse jactavit, & ex eo factum est, ut nonnulli ex ipsis ei adhaerent, quorum causa magnis inter eosdem monachos excitatis turbis, ad eas sedandas Cyrillus Episcopus Alexandrinus primam scribit epistolam.

Moritur Prælius Episcopus Hierosolymitanus, in ejus locum subrogatur Juvenalis.

Gundericus Vandalorum Rex, Dei iudicio in foribus templi à dæmonio correptus interiit: successit in Regno Gensericus frater, qui ex Catholico fit apostata, in Arianam delapsus perfidiam.

Annus

Annus Christi 430.

Theodosio decimum tertium, & Valentiniano tertium Augustis Consulibus, acceptis à Nestorio litteris, coacto Concilio ejus doctrinam hæreticam damnat Cælestinus Papa; quod idem facit Synodus Ephesina, anno sequenti habita.

Ad cælos abeunt S. Augustinus Episcopus Hipponensis, Ecclesiæ Doctor: item S. Alexander fundator Acœmetorum Constantinopoli, qui ad fidei Christianæ veritatem probandam, ignem è cælo per orationem elicit, precibus item siccitatem aëris profligavit, fratris cujusdam peccatum divinitus cognovit, frequentes de dæmonibus & invidis calumniatoribus victorias retulit: S. Honoratus Episcopus Arelatensis, fundator monasterii Lerinensis; circa idem ferè tempus S. Caprasius Abbas Lerinensis moritur.

Circa hunc porrò annum in persecutione Wandalica Carthagine in Africa Martyrium subiit S. Donatus.

Annus Christi 431.

Consulibus Anicio Basso & Flavio. Antiocho, celebratur Synodus Oecumenica Ephesina.

Aspar, Theodosii Imperatoris Præfectus belli, à Vandalis in Africa vincitur prægrandi strage.

Nestorius rursus à Synodo Ephesina damnatur.

Palladius ordinatur Episcopus, & ad Scotos dirigitur, qui autem brevi moritur. Diem hoc eodem anno obit S. Paulinus Nolæ Episcopus, & S. Martinianus Archi-Episcopus Mediolanensis, qui dogma Nestorianum acriter scripto confutavit.

Annus Christi 432.

Aetio & Valerio Consulibus, moritur Cælestinus Papa, cum sedisset annis octo, mensibus quinque & diebus tribus; in ejus locum eligitur Sixtus patriâ Romanus, ejus nominis tertius, qui cum Theodosio Imperatore naviter agit pro conciliandâ pace Orientalis Ecclesiæ, nec frustra, nam Joannes Episcopus Antiochenus, vocatis ad se Episcopis Syriæ, consilium cum iis iniit ratam habere damnationem hæresis Nestorianæ, ipsiusque Nestorii, sicque redintegrare communicationem cum Romano Pontifice.

Surgit nova secta Acephalorum: interim multi Judæi in Cretâ Insulâ Christi fidem receperunt, cum imposturam detexissent Judæi cujusdam veteratoris, qui Moysen se simulans de cælo demissum, ut illos per mare in continentem traduceret, indeque in terram promissionis, plebrosque induxerat, bona sua occupare volentibus relinquere, ac se cum uxoribus ac liberis è promontorio in mare præcipites dare, quasi pede sicco illud trajecturos; è quo periculo à Christianis piscatoribus aliisque multi extracti sunt, ac per totam Insulam plurimi ea clade impulsæ ad fidem Christi se transtulerunt, quæ sitis verò impostor, nec usquam inventus, à multis creditus est malus fuisse dæmon.

S. Britius Turonensis Episcopus oppressus adversariorum calumniis ipsum adulterii accusantium, licet duobus editis in confirmationem

suæ innocentiae insignibus miraculis, nihilominus sede à civibus pellitur, restituitur verò à Papa.

Moritur S. Joannes Ravennæ Episcopus, cui succedit Petrus Diaconus cognomento Chrysofologus, clarissimus sanctitate & doctrinâ.

Annus Christi 433.

Theodosio Augusto decimum quartum, & Anicio Maximo Consulibus, mense Augusto, maxima pars urbis Constantinopolitanæ per biduum triduumque horrendo incendio flagrat.

S. Prosper reviviscenti in occidente hæresi Pelagianæ se validis scriptis opponit.

Sixtus Papa turpi calumnia ab Anicio Basso Exconsule, & Mariniano Patricio infamatus de stupro Sacræ Virgini illato, voluntariæ seipsum purgationi subjiciens, in collectâ Synodò Episcoporum præsentem Valentiniano Imperatore cum universo Clero atque Senatu, innocens declaratur: Bassus autem & Marinianus calumniatores condemnati, atque proscripti, bonis eorum Ecclesiæ adjudicatis.

S. Maximus ex Abbate Lirinensi creatur Episcopus Regensis.

S. Patricius in Dalaradiam transit, & inde rediens varios in Ultonia convertit, ac Saballense circa Dunum Monasterium fundat.

Moritur B. Melania magnæ Melaniæ neptis: item S. Martinianus Episcopus Mediolani in Insubria, cum annis tredecim sedisset, ei succedit S. Glycerius.

Annus Christi 434.

Aspar & Areobindâ Consulibus: Maximianus Constantinopolitanus Episcopus ex hac vita decedit, in cujus locum Proclus vir spectatissimus sufficitur.

Vincentius Lerinensis scribit contra hæreses.

Volusianus urbis Romanæ Præfectus, è gentilismo ad baptismum Christianum transit.

Obiit S. Helychius Presbyter Hierosolymitanus, vir in divinis Scripturis eruditissimus, qui in divinos libros plura scripsit opuscula, & tam in novum quam antiquum Testamentum varia lucubravit volumina.

Annus Christi 435.

Prodit in lucem Codex Theodosianus: eodem Theodosio decimum quintum, & Valentiniano quartum Augustis Consulibus.

Exuruntur Nestorii libri.

Aetius Magister militiæ Occidentalis Imperii, Gundicarium Burgundionum Regem obtinet, pacemque ei supplicanti dat.

S. Germanus Antiodorenسيس Episcopus Alemannos à devastatione Armorum precibus & auctoritate sua arceat.

Floret S. Juliana vidua Bononiæ in Italiâ. Pax cum Genserico Rege componitur.

Annus Christi 436.

Isidoro & Senatore Consulibus, jussu Theodosii Imperatoris, Nestorius Petrus in exilium perpetuum

petuum deportatur, omniaque ejus bona Ecclesie Constantinopolitane filio addicuntur; ipse vero lingua à vermibus exesa miserè obit.

Annus Christi 437.

Aerio & Sigisvultu Consulibus dira persecutio à Wandalis illata, Africanam exagitat Ecclesiam: Martyrium tùm subeunt Arcadius, Probus, Paschasius & Euty chius. Paulillus verò frater eorundem Paschasii & Euty chii pro elegantia formæ atque ingenii admodum Regi acceptus, à professione fidei Catholicæ cum nullis minis deturbari posset, diu fustibus cæsus, ad infamem servitutem damnatur.

Valentinianus Augustus ad Theodosium Imperatorem Constantinopolim profectus filiam ejus Eudoxiam, cognomento Liciniam in matrimonium accipit.

Obiit in diœcesi Antisiodorensi in Galliâ S. Camilla Virgo.

Annus Christi 438.

Theodosio Augusto decimum sextum, & Faustio Consulibus, Venerandum corpus S. Joannis Chrysostomi Comanis, ubi exul vitam finierat, celebri pompâ transfertur Constantinopolim, accedentibus insignibus miraculis.

Moritur Marcomirus II. Franciæ Orientalis Dux.

S. Auræus creatur Episcopus Moguntinus.

Decedit S. Glycerius Mediolani in Insuabriâ Episcopus, successorem habuit S. Lazarum.

Annus Christi 439.

Theodosio Augusto decimum septimum atque Festo Consulibus, Eudoxia uxor Theodosii Imp. Hierosolymis Constantinopolim rediens, S. Stephani Proto-Martyris Reliquias secum defert.

Idem Theodosius adversus Judæos, Samaritanos, hæreticos atque gentiles, publicè etiam præsumentes mactare hostias, dignum Christiano Principe promulgat edictum, quo variis eos pœnis subjecit.

S. Cyrillus Alexandrinus commentarios eruditissimos edit: idem præstat Theodoretus.

Carthago à Genferico Wandalorum Rege, dolo pacis capitur, ingenti Africanæ Ecclesie desolatione.

Littorius Dux belli, secundus ab Aetio à Gothis vincitur.

Socrates suæ finem imponit historiæ.

Cogitur Synodus Episcoporum Constantinopolim, in causâ distinctionis diœcesum Alexandrinæ & Antiochenæ. Item alia in Narbonensi Provincia.

Præfatus Imperator Theodosius contra rapacitatem potentium, pauperes opprimendum, itemque adversus calumniatores Episcoporum rescripta dat ad Florentium Præfatum Prætorio, cujus incomparabilis probitas ab eodem Imperatore alio rescripto, hoc eodem anno adversus lenones dato, plurimum commendatur.

Annus Christi 440.

Valentiniano Augusto quintum, & Anatolio Consulibus, S. Sixtus Romanus Pontifex ex hac vitâ decessit quinto Calendas Aprilis, cum sedisset annis octo minus diebus triginta: subrogatur Leo Magnus.

Joannes Episcopus Antiochenus pariter diem obit, cum Ecclesiam suam rexisset annis tredecim, in ejus locum sufficitur ipsius sororis filius Dominus.

Genfericus Wandalorum Rex comparatâ classe Siciliam graviter affligit, cognito verò adventu Sebastiani Ducis strenuissimi revertitur.

Bona, vulgò Bone, urbs Africa à Saracenis & Wandalis post acrem obsidionem expugnatur, & ferè tota evertitur.

Mortalitatem exuunt in Ægypto Isidorus Pelusiota Vir eruditissimus: Tomodori S. Michomeris: item Vincentius Lerinensis doctrinâ & Sanctitate celebris.

Annus Christi 441.

Celebratur Concilium Arausicanum in Galliâ Narbonensi.

Florent Sozomenus historicus Græcus: doctrinâ illustrat Gallias Prosper Aquitanicus, Eucherius Lugdunensis, & Salvianus Massiliensis suavissimis querelis & ipso melle conditis ævum inculcat. Fuit & Cassianus vitæ monasticæ institutor in spiritualibus rebus perspicacissimus, nisi quædam labes doctrinam viri aspersissent.

Annus Christi 442.

Dioscoro & Eudoxio Consulibus pax inter Theodosium Imperatorem & Genfericum Wandalorum Regem confirmatur, ac certis spatiis Africa inter utrumque divisa: cum verò in eundem Genfericum etiam apud suos de successu rerum superbientem quidam Optimates ipsius conspirassent, molitione detectâ multi ab eo supplicii excruciatique extincti sunt.

Attila Hunnorum Rex Thraciam & Illyricum sævâ depopulatione vastat, ad quem averendum cogitur Theodosius sex millia librarum auri persolvere pro recessu, ac mille librarum annuum tributum promittere.

Celebratur Vasensis in Galliâ Narbonensi Synodus Provincialis secunda.

Annus Christi 443.

Maximo atque Paterno Consulibus: S. Leo Papa hæreticos Manichæos intrâ urbem latentes persequi cœpit, eorumque codices omnes incendit.

Theodoretus Episcopus Cyri, falsò Nestorianæ hæresis sectator à malevolis apud Imperatorem defertur.

Fundatur Academia Bononiensis per Theodosium Imperatorem.

Victoriis pluribus dilatatur regnum Clodion Francorum Rex.

Manichæi in Italiâ premuntur.

Annus Christi 444.

Theodosio decimum octavum, & Albino Consulibus; habetur à S. Leone Papâ Romæ Concilium adversus Manichæos nuper detectos, quo iidem condemnati sunt, & alii cum pœnitentiâ recepti, alii verò in obstinatione persistentes ex legibus Imperatorum à Judicibus exilio condemnati.

S. Cyrillus Alexandrinus Episcopus ex hac vitâ migrat, cum sedisset annos triginta duos, cui sufficitur Dioscorus, homo scelestus & hæreticus, quamvis sub sanctitatis & modestiæ larvâ hætenus latuisset.

Moritur S. Briccius Episcopus Turonensis. Item S. Victor Diaconus Placentiæ in Italiâ,

Annus

Annus Christi 445.

Valentiniano Augusto sextum, & Nomo Consulibus: Dioscorus Episcopus Alexandrinus, ejusdem Nomi Consul operâ utitur ad exagrandos S. Cyrilli Prædecessoris sui affines, qui ipsius fugientes persecutionem, Constantinopolim se recipiunt: adjecit insuper prorsus impiè & infensissimo in defunctum animo idem Dioscorus, ut ordinatos à Cyrillo Clericos, quos ille chariores habuisset, absque aliqua occasione è gradu depositos in ordinem redigeret.

Magna fames invadit urbem Constantinopolitanam, quam pestis illicò subsequitur, ac templum igne crematur mota seditione magna fit strages in Circo.

Valentinianus Imperator nefandissimos hæreticos Manichæos eorumque fautores, editâ lege, ut sacrilegos puniti jubet, & ut de publico crimine à quibusvis accusari possent, permisit.

Chronicon Prosperi hoc anno terminatur.

Franci Cameracum intercipiunt.

Ad cælos abit S. Gaudiosus Episcopus Brixiensis in Italia.

Annus Christi 446.

Aetio tertium, & Symmacho Consulibus: novis cladibus Romanum Imperium exagitantur; etenim Africâ, Hispaniis atque Galliis à diversis barbarorum gentibus occupatis, quæ supererat Britannia, à Scotis & Pictis in vasa, dirâ strage vastata est.

Orbis ferè omnis grandi terræ motu concutitur: muri Constantinopolis cum quinquaginta septem turribus corruunt: deravit motus hic indefinenter ad sex menses: donec puer, supernâ repente vi spectantibus omnibus de media turba in sublime extra visum hominum raptus, rursusque priore per aërem viâ in eundem locum demissus, Patriarchæ, Imperatori, universæque multitudini ad preces prostratæ retulit, ab Angelis se Divinum Trifagion, in hunc modum decantatum audivisse: *Sanctus DEUS, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere mei,* & ut ipsi eodem modo concinerent, monuit, quod mox ubi populus, jubente Patriarcha psallere cœpit, terræ motus omninò quievit; puer verò animam efflans in magna Ecclesia conditus est; ac Theodosius Imperator unâ cum sore Pulcheria Augusta, edita constitutione decrevit, ut per totam orbem hymnus iste divinus concineretur, & ex eo tempore Christi Ecclesia eum accepit.

Imago Deiparæ Virginis, quæ occultata in cupresso fuerat, immenso coruscans lumine se se manifestat, ex qua ingentia edita sunt miracula.

Moritur S. Proclus Episcopus Constantinopolitanus, in ejus locum subrogatur Flavianus vir piissimus, cujus protectrix Pulcheria Augusta hoc eodem anno Imperii administrationem relinquunt, privatam tranquillè vitam actura.

Decedit quoque circa hunc annum S. Amanius Episcopus Comi in Italia.

Annus Christi 447.

Alypio sive Callypio & Ardaburio Consulibus: S. Leo Papa certior factus de misero

statu Ecclesiarum Hispanicarum, litteras ad S. Turibium Asturicensem Episcopum mittit, & universæ Hispaniæ indicit Synodum, contra Priscillianistas Manichæorum affines. Idem epistolam dat ad Siciliæ Episcopos, quæ habebat nonnulla ad Ecclesiasticorum rituum disciplinam spectantia. Idem Papa Primatem totius Asiæ Bassianum Ephesinum Episcopum deponit, eò quod in illam sedem vacantem propriâ se auctoritate intrusisset. Extinguitur Priamus Franciæ Orientalis Dux.

Annus Christi 448.

Flavius Posthumiano atque Zenone Consulibus: Theodosius libros Porphyrii, & contra Cyrilli scripta editos commentarios perquiri ac concremari jubet: insuper illos, qui suspecti essent Nestorianæ hæresis, quòd Nestorio antè favissent, exagitat, & inter alios Irenæum illum, promotum ex Comite Tyri Episcopum, deponi urget, quòd post secundas nuptias contra Canones Episcopus creatus esset.

Euty ches contra Nestorium scribens, ipse labitur; amicè monitus cum errores suos deponere noller, defertur ad Concilium Constantinopolitanum hoc anno habitum, à quo utpotè pertinax damnatus, Presbyteratu & Monasterii sui administratione privatur.

Ibas Edessæ Episcopus; falsò à calumniatoribus hæreseos accusatus, causâ cognitâ absolvetur, & orthodoxus declaratur.

Suevis in Hispaniâ regnantibus, ipsorum Rex Reccarius redditur Christianus Catholicus.

Annus Christi 449.

Asterio atque Protogene Consulibus, patronum agente Chrysalpho Eunuchò, Imperatoris supremo Cubiculario, pro Euty chete indicitur rursus in hujus causâ Concilium Ephesi, apparent in illo Legati Summi Pontificis, Julianus Episcopus Puteolanus, Renatus Presbyter Cardinalis tit. S. Clementis, Hilarus S. R. E. Diaconus Cardinalis ac Dulcitus Notarius, qui autem ab Euty chetis fautoribus, Episcopis plerisque, pessimè habentur, depositis insuper hæretici infamis justis accusatoribus Eusebio Episcopo aliisque: hinc Conciliabulum hoc Satanicum justâ sententiâ à Summo Pontifice rejectum fuit, & ejus acta rescissa: Dioscorus inde eò proterviæ devenit, ut ipsum Romanum Pontificem excommunicare præsumperit.

Sub hunc annum Hengistus Anglorum Dux Orientalem Britannæ partem occupat, regnumque postea constituit Anglorum.

Circâ hunc annum vitâ fungitur S. Lazarus Episcopus Mediolanensis, cui succedit B. Eusebius.

Ad superos quoque abeunt S. Hilarius Episcopus Arelatensis, qui indicio columbæ capiti suo insidentis mirabiliter electus, disputationibus & scriptis Arianos egregiè confutavit, nec non miraculis in vitâ & post mortem claruit. Item S. Maurus Episcopus Placentinus.

Annus Christi 450.

Valentiniano Augusto septimum, & Avieno Consulibus, fidei orthodoxæ pericula advertens Pulcheria Augusta, fortiter pro illâ agit.

Theo-

Theodosius Imperator ab Eutychete atque Dioscoro deceptus, consilio Pulcheriæ sororis respicit, & Chrysalphum omnium malorum auctorem dignitate ac bonis spoliatum in Insulam relegat, qui autem sub viâ in mari merfus occumbit: ipsa etiam Eudocia Theodosii conjux Flavianæ adversariæ & Pulcheriæ æmula, ab eodem Imperatore marito graviter objurgata in Hebdomum relegatur: ipse verò Augustus dùm paulò post venationi incumbit, lapsus ab equo, intrâ paucum tempus decedit. Defuncto autem ipso, voluntate Pulcheriæ ex Senatus Consulto delatum est Marciano Imperium, genere Thraci, ex infimâ militiâ per gradus ad tantam potentiam evecto; cùm enim Pulcheria jam esset ætate grandior, utpotè quæ ageret annos quinquaginta unum; salubre illud consilium inquit, ut conjugii titulo virum eveheret in Imperium ætate maturum, consilio gravem, religione eximium, continentiam probatum, & virginitatis suæ, quam DEO devoverat, custodem.

Marcianus proinde ad Augustum Imperii solium evectus, mox adversus Eutychianos sanctionem edit, quâ illos pœnis omnibus subjicit, quæ superiorum Imperatorum legibus adversus alios hæreticos constitutæ fuerant: eodem hoc anno Constantinopoli celebratur Concilium coram legatis Sedis Apostolicæ adversus Nestorianos & Eutychianos.

Quingentorum millium exercitu obrerit Burgundos Attila Hunnorum Rex, & in Galliam movet.

Obit Clodio sive Clodio Galliarum Rex, nullis relictis liberis, regnavit annis ferè viginti, succedit ei sanguine proximus Meroveus.

Ingens fames vexat Italiam, adeò ut plurimi parentes rabidâ fame pereuntes, coacti fuerint filios ad cibum emendum vendere; pestis similiter eidem incumbit.

Moritur circa hunc annum S. Macarius Romanus, qui ex Præfecti Urbis Romanæ vicario, vitæ Monasticæ cupidus, spretis omnibus, solitariam cum herbarum radicibus & aquâ vitam egit, variarum dæmonis insidiarum triumphator gloriosus. Item S. Castrensis Episcopus Afer, & S. Secundinus Episcopus Trojæ in Apuliâ.

Carnis quoque mortalis onus deponit S. Theodulus ex Urbis Constantinopolitanæ Expræfecto Monachus atque Stylita, Edessa in Syria.

Circa hunc annum S. Guignerus sive Fingaris, filius Clitonis Regis Hiberniæ, qui ad fidem conversus per S. Patricium, Principisque dignitatem & coronam, post patris mortem oblatam refugiens, transiverat in Cornuvalliam ad solitariam vitam amplectendam, in odium Christianæ Religionis per Theodoricum Cornuvalliarum Regem interimitur.

Annus Christi 451.

Consulatum hujus anni gesserunt Marcianus Augustus & Adelphus.

Celebratur Concilium quartum generale Chalcedonense 600. Patrum.

Slavi vel Vindi ad Vistulam habitantes, residuos Vadalos apud Oderam & Salam repellunt, occupantque Megalopolitanum districtum cum Pomeraniâ.

Attila Hunnorum Rex numerosissimo exer-

citu instar fulminis quæque obvia disjicit, ac præcipuè Gallias dirissimâ clade afficit: Aurelianum obsidens, adventu repentino Aëtii Patricii, Theodorici Regis Gothorum & Merovei Francorum revocatur: prælium committens in campis Catalaunicis debellatur, quâ pugna 180. millia virorum ex utraque parte ceciderunt, & inter hos Rex Theodoricus.

Attila verò fugâ sibi consuluit. Quam Victoriæ Aniani Episcopi Aurelianensis orationibus obtentam esse omnes consentiunt. Interim Attila idem collectis copiis quibus abundabat, prudenti consilio dirimens bellum, Galliamque deserens se confert in Illyricum in Orientem reversurus, sed à Marciani Imperatoris exercitu repulsus, inter fines Veneticos ad sequentis anni bellum confedit.

In Africâ Vandalorum exarsit persecutio, adeò ut divinos libros exurerent, & de sacris palliis & vestimentis vestes sibi facerent.

Annus Christi 452.

Herculano atque Sporatio Consulibus, Marcianus Imperator sanctionem edit, ne cui amplius liceret publicè de fide differere, sed omnino staretur Chalcedonensis Synodi definitioni: Eutychianos obstrepentes discretè compescit.

In locum Dioscori impii eligitur Episcopus Alexandrinus Proterius: hinc magnæ exoriuntururbationes inter cives, quorum pars adhuc una dicto Dioscoro adhærebat, pars altera Proterio.

Pseudo Monachi Eutychiani maximum movent tumultum in Palæstina ob Concilium Chalcedonense, impudentè asserentes fuisse Nestorianorum; Juvenalem Hierosolymitanum Episcopum, qui eis adversabatur, expellentes, Theodosium quendam Pseudo-Monachum hominem perditissimum in ejus locum substituunt, qui prædonis more Palæstinam miserè devastat, eos omnes cædibus, tormentis & exiliis persequens, quicumque Synodo Chalcedonensi adhærent, quousque tandem post viginti menses, quibus sedem occupavit, cùm ad Imperatorem iustus esset perducitur, in montem Sina aufugit.

Collecto rursùm exercitu Attila Italiam invadit, à S. Leone Papâ, ne Romam tentaret, persuasus. Venetiæ fugientium concursu auctæ, Aquilegia igne penitus ab Hunnis vastatur.

Deogratias creatur Episcopus Carthagenensis, cùm sedes illa annis tredecim vacasset.

Defunctus est Eugenius Scotorum Rex, cui successit frater Dongardus, homo planè fratrum morum, ut qui pace honestâ libenter frueretur, & cùm res posceret, bellum non reformidaret.

Annus Christi 453.

Opilione & Vincomalo Consulibus, nequitiam Anatolii Constantinopolitani Episcopi rursus perturbatur Ecclesia, qui ejectis orthodoxis à S. Flaviano ordinatis, provehit illos, qui Eutychianæ hæresis fuerant infamati.

Monachos Palæstinae S. Leo Papa dexteritate suâ & scriptis ad fidem orthodoxam reverti facit.

Moritur Pulcheria Augusta.

Celebrantur Concilia Arelatense & Andegavense.

Annus

Annus Christi 454.

Studio & Aëtio Consulibus, idem Aëtius magna Occidentalis Imperii salus, & Regis Attilæ terror, à Valentiniano Imperatore cum Boëtio Præfecto Prætorio ipsius amico, in palatio trucidatur ex suggestione Maximi Romani Senatoris.

Moritur S. Patricius Senior in Hiberniâ.

Attila Aquilegiam occupat incolarum 37000 occisis: idem paulò post, cum ob novæ nuptiæ festivitatem profusa convivia exercens mero nimio indulsit, supinus quiescens, eruptione sanguinis, qui ei de naribus solitus erat effluere, suffocatur.

Tanta hoc anno fuit imbrum paucitas in utraque Phrygiâ, Galatiâ, Cappadociâ & Ciliciâ, ut homines rerum necessariorum penuriâ coacti, alimentum pestiferum caperent, undè etiam lues orta est, quâ intumescens corporibus, propter nimiam inflammationem lumina amitterentur, & accedente tussi tertio die perirent: cui quidè pestis etsi nullum potuit omnino remedium inveniri, fames tamèn iis, quibus vita suppetebat, divinâ providentiâ levata est, quippe anno illo sterili & effocto alimentum ex aère non aliter, ac manna olim Israëlitis delapsum est.

Etiâ Occidentales & Boreales oras penuriâ afflictatas deplorat Gelasius.

S. Aureus Episcopus Moguntinus cum furore suâ Justinâ ab Hunnis occiditur, qui ipsam etiam Moguntiam everterunt.

Annus Christi 455.

Valentinianus Augustus octavum cum Anthemio Consulatum inquit. Idem Valentinianus dolo Maximi, cujus uxorem constupraverat, occiditur Romæ in campo Martio ab amicis Aëtii. Idem Maximus nullo obice invadit Imperium, ipsam quoque Eudoxiam Augustam conjugem sibi jungit, cui cum fateretur ejus amore se Valentinianum interfici curasse, illa exacerbata & vindictam spirans, mox Genfericum Wandalarum Regem in Italiam accersit, qui ingenti classe in Italiam adnavigans, Romam nullo adversante ingreditur. Maximum verò Romani fugientem insectati, lapidibus obruere, membratimque disperdere, interim Genfericus Romanam urbem rebus pretiosissimis spolians, ipsam Eudoxiam Augustam cum duabus filiabus secum in Africam abduxit.

Avitus, in Galliis ab exercitu adnitentibus Gothis Imperator acclamatur.

Annus Christi 456.

Hujus anni Consules Consulares facti assignant Joannem & Varanem.

Verùm Sidonius Apollinaris, alterum Consulem ponit Avitum Augustum, qui verò Imperium mox deponit, quod proinde decem mensibus vacat.

Gothi in Hispaniam progrediuntur, Rectiarum Suevorum Regem sibi cum magnis copiis occurrentem devincunt, & in fuga captum occidunt: dein Galliciâ & Lusitaniâ devastatis, dùm Emeritensem urbem deprædari moliantur, S. Eusebio R. P. Brentano Epitome Chronologica.

laliæ Martyris territi ostentis, aliisque acceptis adversis nunciis revertuntur in Gallias.

Moritur Deogratias Episcopus Carthagenensis, prohibentur à Genferico Catholici, alium in ejus locum subrogare, qui & variis aliis modis ab Ariano Rege exagitantur.

Mortuo Maximo Episcopo Antiocheno, cùm sedisset annos septem, subrogatur Casilius.

Annus Christi 457.

Constantinus & Rufus hujus anni Consules creantur.

Marcianus Imperator optimus, dum arma parat ad opprimendos Tyrannos, vitæ subtrahitur, succedit omnium votis Leo Thrax, & ab Anatolio Episcopo Constantinopolitano coronatur; hoc item anno Ravennæ creatur Imperator Occidentalis Imperii Valerius Majorianus, annuentibus simul Senatu & militibus, atque ipso etiam Leone Orientis Imperatore.

Ecclesia Alexandrina à Dioscori fautoribus turbatur, & Timotheus Ælurus occiso Proterio Episcopo intrâ ipsam Ecclesiam in die Cœnæ Domini, in Pontificium thronum intruditur, quem autem nec S. Leo Papa nec Metropolitanus Orientis pro Episcopo agnoscere voluerunt.

Moriuntur Juvenalis Episcopus Hierosolymitanus, postquam sedisset annos viginti octo: & Genebaldus II. Franciæ Orientalis Dux.

Diem quoque obiit Dongardus Scotiæ Rex, cui successit frater Constantinus I. qui Regnum adeptus, vitis omnibus frœna solvit, adversus Nobilitatem crudelis & avarus, infami generis hominibus familiaris, in supra Virginum & Matronarum, ac immoderata convivia se totum dedit.

Annus Christi 458.

Ambobus Augustis Leone & Majoriano Consulibus, idem Majorianus septimo Idus Martias publicæ indulgentiæ edidit sanctionem, quâ tributa omnia in præsentem usque annum non soluta, quæ multiplicia erant, penitus relaxavit.

Moritur Basilius Episcopus Antiochenus, anno Sedis ejus secundo, in cujus locum subrogatur Acacius.

Ad cælos migrat S. Cyrillus Episcopus Trevirensis.

Thracia, Hellepontus, Jonia omnis & Cycladæ Insulæ ingenti terræ motu quassantur, Antiochia ex hac concussione ferè tota concidit.

Anatolius Episcopus Constantinopolitanus, cùm sedisset annos octo & totidem menses, ex hac vitâ migrat, in cujus locum sufficitur Genadius, doctrinâ & sanctitate conspicuus.

Ad Cathedram Episcopalem Hierosolymitanam evehitur Anastasius.

Annus Christi 459.

Ricimete atque Patricio Consulibus; Apostolicæ Sedis Legatis præsentibus, Concilium Constantinopoli celebratur septuaginta trium Episcoporum.

L

Funda.

Fundatur Constantinopoli Cœnobium Monachorum Acœmetarum, hoc est, in somnium, qui juges die nocteque pervigiles DEO laudes offerre consueverant, sibi invicem tripartito tempore succedentes, novi verò hujus cœnobii incolæ vocati sunt etiam Studitæ, à Studio Viro clarissimo, qui ejusmodi Monasterium, in honorem S. Joannis Baptistæ erexerat.

Moritur Acacius Episcopus Antiochenus, cum unum duntaxat sedisset annum, subrogatur Martyrius.

Circà hunc annum contigit Martyrium plurimum, qui in Africâ sub persecutione Genferici Regis Ariani, in die Paschæ in Ecclesiâ cæsi sunt; quorum Lector dum in pulpito Alleluja cantaret, Sagittâ in gutture transfixus est.

Annus Christi 460.

Magno & Apollonio Consulibus, Timotheus Ælurus invasor Ecclesiæ Alexandrinæ sede pellitur, subrogato Timotheo Solofaciolo, viro quieto & pacifico, illo in exilium relegato.

Magnus ille Simeon Stylita, orbis miraculum, ex hac vitâ migrat: ejus Sanctitatis hæres autem Daniel, haud procul à finibus Constantinopolis columnam ascendit, colitque per multos annos.

Majoranus Imperator usque in Hispanias progressus, Genfericum cogit pacem petere.

Moriuntur S. Domina Virgo in Syriâ, & Gosselinus Episcopus Metensis, cui succedit S. Romanus.

Annus Christi 461.

Severinus & Dagalaiphus Consules hujus anni creati sunt.

Majoranus laudatissimus Imperator apud Dertonam Hispaniæ civitatem necatur fraude Severi, qui post eum tyrannicè invasit Imperium ope Ricimeris Gothi, cui Magistro militum creato, cum tamèn hæreticus Arianus esset, malè crederat Majoranus vires Imperii.

Moritur S. Leo Papa, succedente Hilario. Item S. Eustochius Episcopus Turonensis.

Annus Christi 462.

Leone secundum, & Severo Augustis Consulibus, pictor quidam Constantinopolitanus, aggressus Christum formâ Jovis pingere, manu exarscente dat pœnas, facinus tamèn confessus à Gennadio Episcopo sanatur.

Floret S. Thuribius Episcopus Asturicensis in Hispaniâ.

Annus Christi 463.

Hujus anni Consules ponit Cassiodorus Cæcinam Decium Basilium, & Vibianum, Marcellinus verò Collegam Vibiani habet Felicem; nisi dixerimus, eundem Basilium dictum quoque fuisse Felicem.

Hilarus Papa Cyclum Paschalem novum confici curat.

Elisai Prophetæ ossa è Palæstinâ Alexandriam transferuntur.

Annus Christi 464.

Rustico & Olybrio Consulibus, morte sublato Theodorico Gothorum Rege, frater ejus Evarix sive Evaricus regnum cepit, qui statim bello cœpit Hispanias & Gallias dirissimè affligere, plurimas urbes diripere.

Obit S. Eusebius Episcopus Mediolanensis in Insubiâ, cum annis decem & septem Ecclesiam rexisset, ei in Sede Episcopali successit Gerontius.

Annus Christi 465.

Consulibus Basilisco hæretico Eutychemo atque Herminero Gotho Ariano: Regia urbs Constantinopolis maximo in vasa incendio miserè cœdatur; istud per malum dæmonem in habitu mulieris, sive per mulierem, quæ victum manibus quæriraret, immisum fuisse Evagrius tradit. Avastasia interim Ecclesia nupèr à S. Marciano Oeconomo erecta dicataque, ingenti miraculo liberata ab incendio est ejusdem Marciani precibus, sacro accepto Evangelio in mediis flammis orantis: asperrima hoc incendium subsecuta est hyems, nec non vehementissimorum imbrium ventorumque prodigiosa frequentia.

Severus Imperator dolo Ricimeris Gothi, Magistri militum, in palatio veneno perimitur: Wandali durante diuturniore interregno, crebrius Imperii littora incurfant & classe Alexandriam usque excurrunt.

Romæ habitum est Concilium quadraginta octo Episcoporum.

Ajax Gallus Arianum virus in Suevos Hispaniæ spargit.

Jarlathus Benigno in Archi-Episcopatum Armacanum in Hiberniâ succedit.

Annus Christi 466.

Consulatum hujus anni solus gerit Leo Imperator: qui de immunitate confugientium ad Ecclesiam, amplissimam ac severissimam edidit sanctionem. Cum (ut habent acta S. Marcelli Acœmetarum Archimandritæ) Ardaburio potentissimo Duce Ariano militem quendam è cœnobio Acœmetarum vi extrahere tentante, qui ad hoc ab eo missi essent, fulguribus ex imagine apparentis in fastigio Monasterii crucifixi procedentibus, mirabiliter repulsi essent; ostensumque esset magno periculo asyllum Ecclesiæ violari.

Triumphat mirè de Evarico Gothorum Rege Gallias devastante Ecdicius, Aviti Imperatoris filius.

Moritur Prosper Aquitanus vitæ sanctitate, scriptis aliisque adversus hæreticos ac præcipuè Pelagianos exantlatis laboribus clarissimus, cui succedit in Episcopatu Rhegiensi Provinciæ Narbonensis S. Maximus Abbas Monasterii Lerinensis.

Eodem anno mortuo viro sanctissimo Crispino, Episcopo Ticinensi, substituitur sanctitate non impar, sed doctrinâ longè celebrior Epiphanius.

Annus Christi 467.

Duobus Flaviis Pusco atque Joanne Consulibus, Anthemius junior, filius Procopii, nepos Senioris Anthemii creatur Imperator Occidentis.

Migrat

Annus Christi 471.

Leone Augusto quartum & Probianum Consulibus: Gennadius Episcopus Constantinopolitanus, cum sedisset annos tredecim, ex hac vitâ decedit, succedit Acacius.

Zeno Imperatoris gener creatur Comes Orientis: Petrus cognomento Cnapeus, etiam Fullo dictus, olim Monachus Acœmeta, & ob hæresin Eutychemianam è Monasterio expulsus, ejusdem Zenonis fretus auxilio, jungens se hæreticis Apollinaristis, Antiochiæ magnas turbas excitat; sed paulò post à Leone Imperatore in exilium relegatur.

Ricimer Arianorum fautor, Anthemio Imperatori, licèt focero, insidias parat.

Vesuvius horrendo modo exarsit, immensam cinerum copiam evomit, Constantinopolim usque pertingentem.

Diem vitæ extremum claudit Gennadius, Rhemenis in Galliâ Episcopus, succedit Remigius.

Annus Christi 472.

Festo à Marciano Consulibus: Acacius Episcopus Constantinopolitanus revocare tentat, quod Anatolius frustra conatus fuerat sub Leone Romano Pontifice, ut Sedes Constantinopolitana post Romanam locum principem obtineret, cui Simplicius Papa contradicit.

Anthemius Imperator, prodicione generi sui Ricimeris Gothi Ariani necatur Romæ: cum jam idem Ricimer Olybrium Senatorem nobilissimum creasset Imperatorem; ipse post dies 40. moritur ulciscente Numine, sævissimo morbo exhaustus.

In locum Eparchii defuncti, Arvernensis Episcopus sufficit Sidonius Apollinaris.

Constantius ex discipulis S. Severini, Laureacensis Pontifex creatur.

S. Simplicius eligitur Archi-Episcopus Bituricensis.

Annus Christi 473.

Leone Augusto quintum est Consul absque collega.

Vitâ exiit Olybrius, succedit Glycerius, quem statim bello petit Vindemius Ostrogothorum Dux, muneribus denique averfus.

Natus ex Zenone genero Leonis Imperatoris & filiâ ejus Ariadnâ filius, Leo itidem nuncupatus, ab avo est nominatus Augustus, qui tamèn post paucos menses moritur, ad purpuram, ut videtur, natus, non educatus.

Ad cœlos abiit S. Euthymius Magnus, qui parentibus sterilibus cœlitus promissus, eremita postea factus, magnâ vitæ sanctitate ac miraculis claruit, inter cætera ad hospites reficiendos panes prodigiosè accepit, pluresque ægros solo crucis signo sanavit, pluviam cœlitus obtinuit; octavo post obitum suum die S. Domitianum discipulum suum, apparens in terris, ad cœli gaudia evocavit: Bolland.

S. Gerontius creatur Episcopus Mediolanensis.

Annus Christi 474.

Leone junior Augusto, Consulatu hujus anni infans ornat, moritur Leo senior Imper. sicut & ipse Leo junior, Imperium cepit Zeno.

L 2

Glyce

Migrat ex hac vitâ Hilarus Papa, cum sedisset annos quinque, menses decem, minus duobus diebus; succedit Simplicius patriâ Tiburtinus, Castini filius, decedit item Theoctistus.

Floret Probus Episcopus Canusinus in Apuliâ eruditione celebris, quem præfatus Simplicius Papa ad Leonem Imperatorem legatum misit.

Annus Christi 468.

Consulatum hujus anni solus gerit Anthemius Imperator.

Arvandus Præfectus Galliarum, terras sibi commissas proderere tentat. Evarico Gothorum Regi.

Leo Imperator ingentem adversus Wandalos classem parat, quam ex mille & centum navibus fuisse compositam, auctor est Nicephorus; exercitum verò terrestrem hominum centum millium fuisse Procopius testatur, quæ copiarum tamen Basilisco Verinæ conjugis fratri cum ab Imperatore commissæ essent, hujus inertissimâ seordiâ & turpissimâ prodicione omnino periire, & incensa classis fuit: interim ab eodem Imperatore insignis de Hunnis victoria reportatur, Denice eorum rege, Attilæ filio ipsomet occiso, cujus caput in conto Constantinopolim magnâ gloriâ omniumque lætitiâ delatum est.

Moritur S. Abundius Episcopus Comensis in Italiâ, qui mortuum resuscitavit.

Annus Christi 469.

Zenone & Marciano Consulibus, Leo Augustus de Asparis & Ardaburii prodicione sumpturus pœnas, quod ob summam eorundem potentiam, in opprimendis illis vi apertâ, periculosa alea jaceretur, artem adhibuit: siquidem quod acceptum ipsis ferret Imperium, tanquam eis remunerationem promissam exhibiturus, majoribus eosdem frequentare cœpit officiis, ipsique filio Asparis, Ardaburii fratri, filiam suam spondit conjugem, eundemque Cæsarem nominavit.

Idem Augustus spectacula ulterius in diebus festis exhiberi prohibet.

Hoc anno absolutum est à Judæis Talmud Hierosolymitanum: R. Johanan operi præfuit, qui illam doctrinam totidem ferè librorum inscriptionibus, quot Babylonicâ continentur libris tamèn multò contractioribus construxit.

Annus Christi 470.

Severo sive Severiano atque Jordano Consulibus; Aspar primus Patriciorum cum Ardabure & Patriciolo filiis, Arianus religione, cum Ariana prole, spadonum ensibus in palatio vulneratus interiit.

Circà hunc annum moritur Alexandria in Ægypto S. Euphrósyna Virgo, quæ sub virili cultu in Monasterio per annos triginta octo mirâ abstinentiâ, virtute & miraculis claruit. Item S. Auxentius Presbyter Archimandrita in Bithyniâ, miraculis gloriosus, qui plures de dæmonibus visibitè illum oppugnantibus victorias tulit: nec non Gerontius Episcopus Mediolanensis in Insubiâ, cum annos sex sedisset, ei in Episcopatu succedit S. Benignus.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Glycerius Imperator Occidentis deponitur à Julio Nepote in Portu Romano, servatur tamèn ad vitam, in Clericum attonsus. Idem autèm Nepos moderandum suscipit Imperium, & cum Evarico Rege Gothorum Gallias devastante pacem init, intercedente Epiphano Ticinensi Episcopo.

Moritur circà hunc annum S. Marcianus Presbyter, & magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, sive S. Sophiæ magnus œconomus, qui vigiliis & orationi deditus, in Christi pauperes insuper liberalis admodum, ita ut, quâ solâ tunicâ indutus erat, eam dederit egenti, multis fertur claruisse miraculis.

Annus Christi 475.

Zeno Augustus solus Consulatum gerit. Orestes creatus militum Præfectus Nepotem deturbat, & Momilum filium, dictum Augustulum Imperatorem creat, qui autèm sectati sunt Nepotis partes, Odoacrem Herulorum Regem, id ipsum maximè appetentem, in Italiam advocat.

Gallia tetrarchiis divisâ, dominantibus ibi Gothis, Burgundionibus, Francis, magnis agitur motibus.

Sidonius precum suarum potentiâ hostes, quò minus caperent, ab Arvernensî civitate arceat.

Timotheus Ælurus, per suos Eutychianos exilii liberationem evincens, reversus Alexandriam, Timotheum item nomine, sed cognomento Solfaciolum, orthodoxum Antistitem à Sede removens, modo nefando in Catholicos debacchatur.

Simplicius Papa, Gaudentio Episcopo Auzienensis, Ecclesiæ, ob illicitas ordinationes ab ipso habitas, jus ordinandi penitus derogat, proximo illud Episcopo delegans, & malè dividentem redditus Ecclesiasticos administratione prorsus interdicit.

Ad cœlos abeunt S. Dominica, multis admirandis operibus & vaticiniis clara: item S. Gerasimus Abbas in Palæstinâ, qui 40. jejunii dies jejunus transegit, contentus solâ Eucharistiæ perceptione, ipsi leo, quem sanaverat, bajuli & custodis officium præstitit.

Circà hunc paritèr annum decessit S. Eutropius Episcopus Arausionensis in Galliâ.

Childericus Francorum Rex Wormatiam occupat.

Annus Christi 476.

Basiliscus frater Verinæ Imperatricis, & Armatus creati sunt Consules.

Odoacer Herulorum Rex, Oreste occiso & Augustulo ejecto, fit primus Rex Italiæ; purpurâ, Regalibus indumentis & nomine Imperatoris abstinens, nec negotium facit Catholicis.

Basiliscus Zenonem Imperatorem expellit, qui cum Ariadnâ uxore in Isauriam patrium solum commigrat, atque cum maximè à Basilisco ad necem quereretur, in desertis locis vitam duxit incognitus accolis, coactus proindè, pane interdum deficiente herbam ad cibum querere: Basiliscus autèm Imperator declaratus, Marcum filium suum Cæsarem, & Zenonidem conjugem Augustam nominat, quæ maritum ad Catholicæ Ecclesiæ persecutionem impellit, & ut hæreticis faveret;

ejus autèm conatibus gloriosè resistit Acacius Constantinopolitanus Episcopus: injicitur præterea in urbem ignis à plebe concitata in invidiam ipsius Basilisci, quo florentissima urbis pars absumpta est, interque alia bibliotheca librorum millia centena vicena continens, in quibus fuit etiam Draconis intestinum pedes centum viginti longum, cui Homeri Ilias & Odysea aureis litteris fuerant inscriptæ cum historiâ rerum ab heribus gestarum: Basiliscus itaque advertens Senatum populumque, Clerum item, sanctissimosque Monachos in se commotos, ut imminem sibi ruinam vitaret, apparens ex improvise Catholicus, quas antea sanciverat leges adversus Catholicam fidem Conciliumque Chalcedonense, contrario promulgato edicto antiquavit, ac penitus delevit.

Judæorum præcipui in Oriente, Rabbi Assè & Rabbi Hammai conficiunt Thalmud Babylonicum blasphemis scatens.

Judæi Tiberiadis Palæstinæ indicto Concilio, ad quod Babyloniæ confluxerunt, primariis eorum R. Ben Aser, & R. Ben Nephtali, notulas quibus hodiè Judæi utuntur vice vocalium & accentuum, ad lectionis facilitatem repperunt.

Genfericus Rex Vandalorum in Africâ vitâ fungitur, ei succedit in Regno Hunericus filius natu major, qui primordio Regni mitiorem se Catholicis exhibens, Manichæos hæreticos dirè vexat, ex quibus multos incendit, plurimos detraxit navibus transmarinis.

Annus Christi 477.

Zeno adversus Basiliscum bellum movet, is Armatum belli Ducem cum exercitu mittit, qui Zenonis Ducibus cum toto se tradit exercitu: ipse Basiliscus paulò post vincus eidem Zenoni traditur, quem cum uxore ac filiis Zeno in Cappadociam relegans hyemis tempore, jussit neque vestibus neque cibariis juvari; sicque brevi fame ac frigore unâ se complexi corporibus, collachrymantes miserè petiere: Armatus quoque non multò post feralem sententiam accipit, quòd in suspicionem apud Imperatorem venisset; is Imperio recuperato multa dein piè ac Catholicè agit: execrandus verò ille omnium malorum auctor, Timotheus Ælurus hæc videns sibi ipsi veneno mortem conscivit.

Ambrosius Aurelianus nobilissimus civis Romanus, in Britannia purpuram sumit, absque tamen nomine Imperatoris, & Anglo-Saxones postea pluribus fatigatos præliis penitus vincit.

Moritur Anastasius Episcopus Hierosolymitanus, succedit Martyrius Monachus, genere Cappadox, vitæ sanctitate præstans.

Diem paritèr obeunt S. Titianus Episcopus Laudensis in Insubria: itèm & S. Benignus Episcopus Mediolanensis, cum annos octo Ecclesiæ rexisset, successorem nactus S. Senatorem.

Annus Christi 478.

Illus sine Collegâ Constantinopoli creatus est Consul.

Petrus Mogus, ejectus Episcopus Alexandrinus, clam multos seducit; undè Simplicius Papa ad Zenonem Imperatorem scribens, petit, ut conquisitus in exilium longius pelleretur.

Annus

Annus Christi 479.

Zenone Augusto tertium Consule, Eutychiani novitèr Ecclesiæ Orientalem turbant; etenim cum Antiochiæ Stephanus orthodoxus Episcopus in magnâ Ecclesiâ sacram Synaxin solemnitèr celebraret, illi conferto agmine exertis gladiis ingressi, Sacerdotes sævissimè trucidarunt, Sanctissimumque ipsum Antistitem Stephanum calamis ad similitudinem hastarum præacutis confecerunt, & corpus ejus in Orontem amnem projecerunt, ipse verò Imperator in Sacrilegos homicidas missis militibus, tam immane facinus vindicare quàm primùm non destitit; eligitur autèm in Episcopum Antiochenum Stephanus junior.

Diurno morbo consumptus obit Constantinus I. Scotiæ Rex, cui in Regno successit Congallus, è Dongardo Constantini fratre genitus.

Ad cœlos abeunt S. Gerontius Episcopus Mediolanensis, & S. Lupus Trecentis Ecclesiæ Præsul, insigne Galliæ decus, cum annis quinquaginta duobus illam sanctissimè rexisset.

Annus Christi 480.

Basilio juniore Consule, afflictiissimo Christianæ Republicæ statu, Arianis & Barbaris omnia regna tenentibus, & collapsò omnino Occidentis Imperio, tantis malis Medicus nascitur ex Augustâ Aniciorum gente S. Benedictus, Moritur Sunius Dux Franciæ Orientalis.

Creatur Carthaginis Episcopus Eugenius vitæ Sanctissimus.

Floret Georgia Virgo Claromonte in Galliâ Sanctitatis famâ celebris, quam dein mortuam DEUS memorando miraculo honoravit, cum enim ad sepulturam deferretur, adveniens grex magnus columbarum super eam volare cœpit, atque illuc volitando sequi, quò hæc à proximis ferebatur: quâ in Basilicam delatâ, grex totus super tectum ædis ipsius visus est confedisse, illaque sepultâ ad cœlos evolavere universæ. S. Gregor. Turon. lib. de glor. Confess. c. 34.

Circà hunc annum ad superos abiit S. Lupicinus Abbas Ivrensis Monasterii in Burgundiâ, austeritatis vitæ cultor eximius, miraculis in vitâ & post mortem illustis: itèm S. Simplicius Archi-Episcopus Bituricensis.

Decedit circà eadem hæc tempora S. Manuæus Episcopus Bajocensis in Normanniâ, qui inter cætera miracula patrata mortuum resuscitavit, habuit is mortis ac vitæ æternæ socium S. Senatorem Episcopum Mediolanensem in Insubria, cui hoc eodem anno in dignitate Episcopali successit S. Theodorus.

Ob Catholicæ fidei defensionem S. Severus Episcopus Barcinonensis à Gothis clavo infixò in capite occiditur, Martyrii socium habuit S. Emeritum agricolam.

Claret Treces S. Maura Virgo.

Annus Christi 481.

Placidio Consule: cum Theodoricus Gothus, Rex, bellum inferre Zenoni Augusto decrevisset, jamque omnia depopulatus ad quartum lapidem Constantinopoli distantem pervenisset,

ipsâ quoque urbe mōx potiturus: conjuratione suorum in se detectâ à cœpto destitit; indèque in Illyricum parans iter, dum quadam die in castris equum indomitum agitaret, hastæ suspensæ ab equo decussæ vulnere in latere accepto paucos post dies obiit.

Hunericus Vandalorum Rex in Catholicos sævire incipit; quam persecutionem DEUS multis signis futuram, Africanæ Ecclesiæ prænunciavit: sævit interim horrendè etiam in suos, nec suæ ipsius gentis Patriarchæ, quem incendio concremari jussit, parcens.

Annus Christi 482.

Severino Consule, Stephanus junior Antiochenus Episcopus ex hac vitâ migrat, statimque in ejus locum ibidem Antiochiæ electus est Callendion Vir Sanctissimus, qui S. Eustathii ejusdem urbis olim Episcopi, fidei causâ in exilio mortui reliquias, ex Philippis Macedoniæ urbe, Antiochiam magnâ pompâ deferri curat.

Moritur Timotheus Catholicus Episcopus Alexandrinus, cujus Episcopalem sedem communi consensu successor scander Joannes Talaidas, ejusdem Ecclesiæ Presbyter, fide orthodoxâ præstans; eidem tamèn adversatur Imperator, quod de suâ ordinatione Joannes ad Acacium Synodicas dirigere litteras neglexisset, nec erubescit Petrum Mogum hæreticum nefandum, quem antea ipse sede Episcopali privarat, rursus intrudere, Simplicio Papâ hoc Zenonis factum gravitèr ferente: interim ejusdem Petri Mogi suggestione & Acacii impulsu idem Zeno, homo laicus ausus est de fide sancire decretum, & quod magis horrendum apparuit, in omnes Episcopos aliosque ipsum non recipientes anathema indicere.

Gregorius, Mutinensis Episcopus à Simplicio Papâ declaratur.

Habetur Synodus Turonensis, cui præest S. Perpetuus ejusdem Sedis Episcopus.

Ouilill-Molt Rex Hiberniæ in bello occumbit.

Ad cœlos de hac terrâ migrant S. Severinus Noricorum Apostolus.

Annus Christi 483.

Anicio Fausto Consule excedit è vitâ S. Simplicius Papa, patriâ Tiburtinus, post quem Felix creatur, ejus nominis tertius, patriâ Romanus, qui confestim rejicit Zenonis Imperatoris Henoticon, cogitque Concilium 42. Episcoporum Romam, in causâ rerum Orientalium.

Hunericus Rex Episcopos & Clericos 4966. relegat, quia Sectæ Arianae communicare volebant.

Annus Christi 484.

Venantio Consulatum gerente, Vitalis atque Misenus Apostolicæ Sedis Legati, Constantinopolim pervenientes, jussu Zenonis tenti, sublatis quæ ferebant scriptis, ne Catholicis innotescerent, carceri mancipantur.

Hunericus in omni statu Catholicos sævit, cunctæ eorundem clauduntur Ecclesiæ, quo tempore verò illud accidit miraculum, ut cum Cyrola Arianorum Antistitem Primas, superbiam inflatus, hominis Ariani supposititii, qui se cæcum

pretio accepto fingeat, aperire oculos videri voluisset, eundem antea quidem optimè videntem, simulac oculos ejus tetigit, reverà cæcum reddiderit, cui fraudem coram universo populo detegenti Eugenius Catholicus, miraculorum dono illustris, visum confestim signo crucis restituit.

Sed & illud præ cæteris memoriâ dignum prodigium, quod in Typascensi Mauritanie civitate contigit, ubi cum jussu Regis quamplurimis Catholicis, Ariano ejus civitatis Episcopo communicare detrectantibus, dexterâ amputata, & linguæ radicibus abscissa essent, nihilominus iidem, Spiritu Sancto præstante, ita absque lingua articulata, quamdiu vixerunt, locuti sunt, quomodo antea loquebantur. Victor. lib. 3.

In pœnam injustæ persecutionis Catholicorum, incredibilis fames sævissimaque pestis totam Africam vastant, & Hunnericus Rex ipse à vermibus cortosus decedit, cui in Regno succedit Gaudabundus: moritur quoque Evaricus Gothorum Rex Arianus, & Ecclesie persecutor haud longè dissimili fine ab interitu Hunnerici, cui in Regno succedit Alaricus filius; defuncto pariter Childerico Francorum Regi subrogatur Clodoveus.

In Africâ S. Victorianus Carthaginis Proconsul cum Vereolo, Secundino & Sociis viginti ob fidem ab Arianis trucidantur in Mauritaniam ad oppidum Typacense duo Frumentii, Vandalis DEI Ecclesiam vexantibus, acerrimis torti cruciatibus, Martyrio coronantur: par trophæum obigit Liberato Medico cum uxore, duobus filiis & altero puero, unâ cum Crescentio Presbytero.

Annus Christi 485.

Symmacho Consule, reperitur corpus S. Barnabæ, & cum eo Evangelium S. Matthæi ex revelatione ab ipso met B. Apostolo factâ Anthemio Salamina Episcopo Catholico, certis signis, miraculorum virtute, veluti digito, ubi Catholica fides esset, edocens.

Xenias homo nequam, natione Persa, à S. Calendione ab Ecclesia ejectus, à Petro Fullo assumitur, & Philoxenus ab eodem nominatus, Hierapolitanus creatur Episcopus, qui mox apertè dogmata blasphemia & hæretica evomit, docens inter reliqua, Christi, Angelorum atque Sanctorum imagines non esse venerandas.

Moritur Martyrius Hierosolymitanus Episcopus, cum sedisset annos octo, successit in ejus locum Sallustius.

Circâ hunc annum Constantinopoli, plures ex Monachis Monasterii Dii, qui ad defensionem fidei Catholicæ cum ferrent litteras S. Felicis Papæ adversus Acacium, dirissimè cæsi sunt.

Annus Christi 486.

Longino & Decio Consulibus, perditissimus ille, Orientalis Ecclesie pestis, Petrus Fullo in favor Ecclesie Antiochenæ ex hac vitâ ad tremendum justitiæ Divinæ tribunal evocatur, cui succedit ejusdem hæreticæ pravitatis Antistes Palladius.

Circâ hæc eadem tempora obitus contigit

Sidonii Apollinaris Arvernensis Episcopi, viri tam divinis quam humanis litteris ad integrum imbuti.

Floret S. Lupicinus Episcopus Lugdunensis in Galliâ.

Annus Christi 487.

Boëtio absque collegâ Consule, celebratur Romæ in Basilicâ Constantinianâ Synodus triginta octo Episcoporum, ratione lapsorum tempore Hunnerici Regis, qui sub Gundebaldo Rege pace Ecclesie redditâ respicientes, petierunt recipi in communionem aliorum, qui constantes permanserunt.

Odoacer Rex Herulorum Rugos populos Septentrionales debellat, eorumque Regem Phœbam unâ cum uxore captivum Romam ducit, quorum filius Fridericus elapsus fugâ, ad Gothos se confert.

Theodorus Arianzæ sectæ oppugnator strenuus, creatur Pontifex Laureacensis.

Annus Christi 488.

Dinamio atque Siphidio Consulibus, finem vivendi facit Acacius Constantinopolitanus Episcopus in anathemate perseverans, cum sedisset annis septemdecim & mensibus novem: succedit ei Flavita, quem alii Flavianum appellant malis artibus, moritur autem cum non totos quatuor menses in Sede transegisset, morte repentinâ.

Clodoveus Romanos Galliâ ejicit.

Circâ hunc annum obiit S. Aprunculus Episcopus Lingonensis, dein Claromontanus in Galliâ.

Annus Christi 489.

Probo & Eusebio Consulibus: Euphemius ex Constantinopolitanæ Ecclesie Presbytero, eligitur ejus civitatis Episcopus, qui mox Concilium Chalcedonense probavit, nomen Petri Mogi è Sacris Diptychis expunxit, quia tamen in iisdem tabulis reliquit nomina Acacii & Flavite in communionem orthodoxorum Episcoporum à Felice III. Papâ admissus non est.

Theodoricus Amalus Gothorum Rex in Italiam intrat, Odoacer ipsi cum exercitu occurrens prælio vincitur ad Sontium flumen non longè ab Aquileiâ, deinde juxta Veronam.

S. Daniel Stylita octogenarius ex hac vitâ Angelis comitantibus in cælum migrat.

Mortalis corporis exuvias deponit S. Romanus Episcopus Metensis.

Annus Christi 490.

Fausto juniore & Longino secundum Consulibus, ut Marcellinus scribit (Cassiodorus autem unum tantum Consulem Faustum ponit) Vandalica in Africâ contra Catholicos persecutio recrudescit, maximè contra Sacerdotes.

Moritur Alexandrinæ Sedis nefandus in favor Petrus, cognomento Mogus, in cujus locum ab hæreticis hæreticus pariter subrogatur Athanasius, cognomento Herniosus.

Pelas

Annus Christi 493.

Hujus anni Cassiodorus Albinum tantum Consulem ponit, Marcellinus addit collegam Eusebium.

Victus tædio obsidionis Odoacer, paciscitur cum Theodorico, ut pariter regnarent, paulo post ab hoc in convivio occisus. Theodoricus ad stabiliendum sibi Regnum, pacem ab Anastasio Imperatore per Legatos petit & impetrat, missisque item ad Clodoveum Francorum Regem Legatis, filiam ejus in uxorem obtinet.

Crypta montis Gargani, apparitione S. Michaelis Archangeli nobilitatur, pioque cultui mancipatur.

Motus civiles oriuntur Constantinopoli, ac statuz Imperatoris ejusque Augustæ funibus per urbem à plebe trahuntur.

Saxones in Britanniam majore per Aurelium Ambrosium clade ingenti afficiuntur.

Nascitur S. Gildas Abbas.

Annus Christi 494.

Asterio atque Præsidio Consulibus: S. Benedictus quatuordecim annorum puer, fugâ se mundo volens subripere, clam Romam Orbis caput deserit, & Aufidam contendit, ubi fractum capisterium miraculosè redintegrat.

Concilium Romæ celebratur, ubi septuaginta Episcopi convenere.

Clodoveus Galliæ Rex, adhuc paganus, uxorem ducit Crotildem sive Clotildem, Christianam Virginem, filiam fratris Gundebaldi Regis Burgundiæ.

Annus Christi 495.

Hic annus Consulatum Viatoris notatum habet in fastis Cassiodori & Marcellini, cui addunt alii Collegam Æmilianum.

Euphemius Episcopus Constantinopolitanus Schismaticus, ab Anastasio Imperatore in exilium pellitur: succedit in Episcopatu Macedonius ejusdem Ecclesie Presbyter atque Custos.

Rursus Romæ celebratur Synodus quinquaginta quinque Episcoporum, in causâ Miseni Episcopi, qui cum depositus esset in alio Concilio Romano sub Felice Papâ (quod missus Constantinopolim, prævaricatorem se constituisset mandatorum Sedis Apostolicæ, in communicando cum Acacio) nunc veniam erroris petens, post multam pœnitentiam, postque anathematizatum unâ cum aliis hæreticis ipsum Acacium, ex consensu omnium Patrum absolvitur ac restituitur.

Moritur Gundabundus Vandalorum in Africâ Rex, postquam intermissam aliquandò persecutionem Catholicorum instaurans, Eugenium Sanctissimum Carthaginensem Episcopum, jam in deserto Africæ exulem longius in Gallias relegasset: succedit in Regno Gundabundi Trasamundus ipsius frater.

Saxones in Britanniam appellant, ad pullandas Barbarorum incursiones ab incolis acciti, mox ipsius terræ Domini futuri.

Annus

Pelagius dignitate Patricius, Vir litteratus, Zenonis Imperatoris jussu interficitur, quod is summâ justitiâ & prudentiâ, ejusdem Imperatoris nefanda facinora homicidiaque liberè incesse- ret, sapiusque repressisset; & quod ejus fratrem Longinum, moribus Zenoni consimilem, haud permisisset Cæsarem designari.

Odoacer Rex victus à Theodorico, Raven- nâ se includit.

S. Sophius Beneventanus Episcopus vigesimus quartus, filius Guilelmi Regis Walliæ Septentrionalis in Britanniam, ob Catholicam fidem lanceis confossus ab Arianis, occumbit.

Moritur S. Perpetuus Episcopus Turonensis, cui subrogatur S. Volusianus.

Circâ hunc quoque annum diem obiit S. Ilichius Episcopus Viennensis in Galliâ. Item S. Theodorus Episcopus Mediolanensis in Insubriâ, cui successit S. Laurentius.

Annus Christi 491.

Olybrio Consule, Zeno Imperator postquam annos septemdecim & menses quinque imperasset, digno impiâ vitâ sine extinguitur: quippe morbo Comitiali, quo crebrò laborabat, arreptus (ut vult Evagrius lib. 3. c. 29. sive nimiam crapulam & ebrietate sopitus, ut habet Zonaras) vel ex aliâ quapiam ægritudine pro mortuo habitus, vivus sepultus est: cum verò è sepulchro lamentabiliter domesticos & satellites implorare auditus esset; prohibente Ariadnâ uxore, cui invisus esse cœperat, ne quis monumentum aperiret, miserè periit, suis ipsius lacertis & caligis, quas gestabat, comestis: in ejus locum sufficitur Anastasius collaborante Ariadnâ Augusta; quem tamèn coronare renuit Euphemius Constantinopolitanus Episcopus, nisi editâ prius fidei Catholicæ, & in scriptis datâ professione, & Chalcedonensis Concilii approbatione: inauguratus proin Imperii diademate Anastasius, simulat se Imperatorem optimum, antiquum tributum, Chrysargyrum dictum, quod magnâ omnium ejulatione à mendicis etiam exigebatur, penitus abolet, paulò post tamen stabilitum sibi videns Imperium, Aristocratiâ effecit, pecuniâ nunquam satiandus in pessimum degenerat.

Joannes ex Antistite Colonia in Armeniâ, relicto Episcopatu fit Monachus sub Abbate Sabbâ.

Odoacer denuò erumpens, rursùm ad Pontem Candidum propè Ravennam memorabili prælio devincitur.

Moritur S. Patricius Hiberniæ primus Episcopus.

Annus Christi 492.

Anastasio Augusto atque Ruffino Consulibus;

S. Felix Anicius Romanus, Pontifex summus obit, succedit Gelasius I. Afer; ex hac quoque vitâ decedit Sallustius Hierosolymitanus Episcopus anno suæ Sedis octavo, & in ejus locum susceptus est Elias Vir laudatissimus natione Arabs, professione Monachus.

Incipit bellum Isauricum.

Annus Christi 496.

PAULO Consule absque Collegâ: S. Gelasius Papa ex hac vitâ migrat, ei succedit Anastasius, ejus nominis secundus, patriâ Romanus: moritur quoque Palladius Antiochenus Episcopus, inque ejus locum subrogatur Flavianus junior; diem item obit S. Epiphanius Ticensis Episcopus.

Clodovæus Galliæ Rex, insignem de Germanis Victoriâ apud Tulpiacum refert, cum prius se Christianum fore vovisset.

S. Volusianus Episcopus Turonensis, quod Clodovæo videretur favere, à Gothis versus Hispanias abducitur, in ejus locum ordinatus est Verus.

Decedit circa hunc annum Ludovicus junior, Franciæ Orientalis Dux.

Annus Christi 497.

ANASTASIO Augusto iterum Consule: unionem Ecclesiæ Orientalis cum Occidentali urget per Legatos Anastasius Papa: moritur Athanasius Episcopus Alexandrinus hæreticus, postquam sedisset annos septem, inque locum ejus subrogatur illi non impar Joannes cognomento Mela.

S. Benedictus post tres in specu transactos annos, omnibus hominibus hucusque ignotus, DEO monente à Presbytero Paschatis sacro die cibis coctis reficitur, postea Diabolo Angelicum juvenem veneris tentationibus acerrimè infestante, is detractis vestibus, nudum se inter urticas & vepres volutans, victor evadit.

Annus Christi 498.

PAULINO & JOANNE Scythâ Consulibus: Anastasius Papa diem obit, cum sedisset annis duobus, minus diebus octo: cui legitime succedit Symmachus natione Sardus: intruditur tamèn à quibusdam Laurentius; ortis proinde non solum inter Clerum, sed etiam inter Senatum ingentibus discordiis, Theodoricus Rex judex petitus, Symmachi electionem approbat.

Longinus Isaurus, Zenonis Imperatoris germanus, apud Antiochiam Isauriæ captus, Constantinopolim missus est, catenatusque circumductus spectante populo, variis deinde cruciatibus apud Nicæam Bithyniæ civitatem interficitur.

Jarlaito mortuo, in Sedem Armachanam instituitur Corbmacus.

Annus Christi 499.

JOANNE Gibbo Consule, Concilium denuò cogitur Romæ à Symmacho Papâ, qui frustra

monet Anastasium Imperatorem, ut desisteret à communicatione & patrocinio hæreticorum; ille enim illis obtinatè favens, coëgit etiam immixtis militibus Antistites, aliosque orthodoxos illis communicare, sed brevi subsecuta est DEI vindicta; Bulgari enim violento agmine sese infundentes in Thracias, Imperatorium exercitum magnâ strage deleverunt; quos denuò Anastasius ingenti vi auri persolutâ mitigavit, & grassationem illam ad tempus redemit.

Clodovæus Francorum Rex baptizatur, ampullâ chrismatis ore columbæ cælitus advenientis allatâ, quâ tum fons more solito, tum etiam Rex ipse sacratu est.

Annus Christi 500.

PATRICIO & HIPATIO Consulibus, Rex Theodoricus cunctorum voto expetitus, Romam advenit, qui urbem insignitèr demeretur.

S. Fulgentius ex Sicilia Romam navigat ad visitanda sacra limina, inde verò reversus in Africam, aridente tunc temporis pace Ecclesiis sub Trasamundo Rege, monasticam ut prius exercebat disciplinam, eundemque in alios latius propagavit.

Floret S. Sulpitius Episcopus Trajectensis in Belgio.

Mortalis vitæ pondus deponunt, & ad cælos abeunt S. Gaudus Episcopus Ebroicensis in Galliâ: S. Flosculus sive Fuscus Episcopus Aurelianensis.

S. Ursus Presbyter Augustæ Prætoriæ: item S. Rusticus Episcopus Lugdunensis, qui, ut alter Ambrosius à Sæculari tribunali ad Pontificalem cathedram conscendens, miris virtutum fulgoribus Ecclesiam suam illustravit.

Claret S. Gundelus filius Regis Australium Britonum, qui spreto Regno eremiticam vitam Duce Angelo inchoans in magnâ abstinentiâ vixit, utebatur enim cilicio & pane hordeaceo cum cinere admixto, potum præbuit lymphæ nocte mediâ surgens in aquam frigidam se immergit, nilque de alieno sumens, proprio labore vitam duxit: cujus sanctitatem post mortem Numen per plura miracula manifestavit.

Circa hunc annum S. Vasius in urbe Xantonicâ juvenis nobilis, quod spreto mundo divitias pauperibus largiretur, ab amicis suis capite plectitur; postea Naumancius necis author jussit servos suos, ut corpus ejus levarent & in abdito loco projicerent, quod illi levantes, & ab horâ nonâ portantes, usque dum illacesceret, manè factò viderunt lassabundi se in ipso loco esse, ubi sancti juvenis corpus levarent; hoc nunc Naumancius concremare volens, justâ DEI vindictâ corripitur, ita ut viscera sua per postiora deponens, mox animam ageret.

Ex vit. apud Menichen.



MEMORABILIMUM MUNDI CHRISTIANI SÆCULUM VI.

Annus Christi 501.



AVIENO seniore atque Pompejo Consulibus, scelestissimus Imperator Anastasius Catholicos in teatro clausos, immixtis militibus trucidari jubet, quâ clade cecidère 3000.

Moritur Gongallus Scotiæ Rex, cui in Regno successit Goranus frater, qui ejus exemplo quantum per extrema bella licuit, summâ pietate & justitiâ rem Scoticam gubernavit.

Annus Christi 502.

CONSULIBUS Avieno juniore & Probo, habetur Romæ quarta Synodus centum quindecim Episcoporum, fuit eadem cognominata Palmaris à loco ubi habita est, nempe à Porticu Basilicæ S. Petri, quæ Palmaria dicebatur.

Bulgari iterum deprædantur Thraciam, qui per Anastasium rursus auri magnâ summâ solutâ, ab Oriente in Occidentem avertuntur.

Persæ Amidam validum Romanorum Præsidium in Mesopotamia occupant.

Annus Christi 503.

DE Execrato & Volusiano Consulibus, vincuntur tres Anastasii Duces à Persis, sed ab eis immenso auri pondere pacem Anastasius redemit, Amidamque urbem recuperavit.

Annus Christi 504.

CÆTHEO Consule seu potius Cerego, rursus à Symmacho Papâ Romæ Synodus habetur, in qua sancitum est, ut vendicantes sibi indebitè bona Ecclesiastica, sive mobilia sive immobilia, nisi ea restituerent, velut hæretici manifesti deberent anathematizari; eaque sententiâ declaratum est teneri omnes, qui facultates Ecclesiæ sub specie regiæ liberalitatis obtinissent, eoquod Regum non sit decernere de bonis Ecclesiæ; cui decreto ipse Theodoricus Rex paruit.

Persecutio Wandalorum in Catholicos per Trasamundum hactenus pacificum Regem in Africa excitata est, & Episcopi in Sardiniam deportati, quos sexaginta & eò amplius

R. P. Brentano Epistome Chronologica.

numero fuisset Syncellus ait; quo tempore etiam ex Africa corpus S. Augustini Hipponensis Episcopi & Ecclesiæ Doctoris, in dictam Insulam translatum est.

Theodoricus Rex Sirmiensis Pannoniam subigit.

Annus Christi 505.

THEODORO & SABINIANO Consulibus; idem ipse Theodorus cognomento Manlius, inito cum Sancta conjugis consilio, & mutuo communicato consensu, nuncium amplissimæ dignitati sæculoque remittit, ac monasticam vitam amplectitur.

Anastasius Imperator stabilito cum Persis fœdere, rursus contra Ecclesiam, & Macedonium orthodoxum Constantinopolitanum Episcopum armatur; & dolo rem agens, ad eum occidendum, Acholium quendam subornandum curavit, qui cum id frustra tentasset, Macedonius ut mansuetudinem suam ostenderet, munera eidem Acholio dari præcepit.

Absolutum est à Mar filio, & discipulis Rabbi Ase Talmud Babylonicum, nempe ea pars quam appellant Ghemara, 100. circiter annis post Talmud Hierosolymitanum, post Misna priorem partem annis 317. post puncta annis 29.

Annus Christi 506.

M Effalâ & Areobindâ Consulibus, celebratur Concilium Agathense in Gallia Narbonensi, cui præfuit S. Cæsarius Episcopus Arelatensis.

Alaricus Rex Codicem Theodosianum ex nimia prolixitate contractum, auctum verò aliquibus interpretationibus per Arianum Cancellarium suum, apud Adurense oppidum edendum curat, sed visum antea & approbatum ab Episcopis.

Magnus movetur Constantinopoli tumultus à populo Catholico, quod Anastasius Imperator in palatio suo quædam monstra, & ab imaginibus Ecclesiasticis aliena, pingenda curasset. Idem Imperator vehementer urget Macedonium Episcopum, ut damnaret Synodum Chalcedonensem; eo respondente, nihil se facturum absque universali Synodo, Anastasius irâ commotus ademit Ecclesiis Catholicorum privilegia ad eas confugientium.

M

Moritur

Moritur Joannes Mela Episcopus Alexandrinus, cui subrogatur Joannes Machiota, idemque hæreticus.

Decedit S. Severinus Abbas Agaunensis in Gallia, qui leprosum obvium sputo suo & osculo mirè curavit, & Clodovæum Regem impostâ casulâ, in qua factum fecerat, repente sanavit.

S. Patriarcha Benedictus augente se discipulorum numero, prima Cœnobiorum suorum fundamenta jacit.

Annus Christi 507.

A Anastasio Augusto tertium, & Venantio Decio Consulibus: Alaricus Visigothorum Rex, cum viginti duobus annis feliciter regnasset in Gallia à Rhodano ad Ligerim usque & Pyrenæos, à Clodovæo Rege Francorum magno prælio vincitur; idem Clodovæus Parisiis Ecclesiam in honorem SS. Apostolorum Petri & Pauli erigit.

Celebratur Concilium Aurelianense pro stabilienda disciplina Ecclesiastica.

Anastasius Imperator Anastasiopolim (antea Dara vocatam) contra Persamunit.

Moritur Verus Episcopus Turonensis.

Annus Christi 508.

Venantio & Celere Consulibus; Boji Theodono Agilofingo Duce, in Vindeliciam & Noricum transeunt.

Theodoricus ad vindicandam Alarici Gentilis sui cladem, castra movet adversus Francos: iisdem Francis urbem Arelatensem obsidentibus, S. Cæsarius urbis ejusdem Episcopus à Judæis & hæreticis falso prodicionis insimulatur; hinc primò in carcerem à militibus Gothis detrusus, postea Ravennam ad Theodoricum Regem mittitur, qui cognitâ ipsius sanctitate eundem magnis muneribus dotatum liberè dimittit; Cæsarius interim Romam pergit, & à Pontifice Summo pariter honoratur.

Compositis rebus bellicis cum Gothis, Clodovæus Parisiis profectus, cum laborare cœpisset corporis infirmitate, spesque salutis frustraretur, à S. Severino Abbate prodigiosè curatur.

Alla, primus Northumbriæ Rex sub hunc annum in Deira constituitur.

Moritur S. Designatus Episcopus Trajectensis, hic suscitavit tres mortuos milites, qui suas possessiones Ecclesiæ dederunt.

Lugadio Hiberniæ Rege ob blasphemiam in S. Patricium fulmine extincto, toto qui n-quennio certatur de Regno inter illius patruelis.

Annus Christi 509.

Consule Opportuno (sive ut habet Cassiodorus) Importuno, Alamundarus Sarcenorum Rex, Arabiam & Palæstinam incurfat, unus ex ejus militibus S. Sabæ insultans, terræ hiatu absorbetur, plures verò alii Monachi ab iisdem barbaris trucidantur.

Illud mirabile, quod apud S. Joannem Damascenum recitatur ex Anastasio Sinaita, nempe quod apud Damascum, cum Saracenus

quidam templum S. Theodori ingressus, sagittam in ejus imaginem emisisset, & dextrum ipsius humerum attingisset, continuo sanguis copiosus è vulnere effluerit, quibus signis commotus Alamundarus, Christiana dein Sacra suscepit.

Occidentalis Ecclesia augetur Catholico principe, nempe Sigismundo Burgundionum Rege, qui patri succedens Gundebaldo, ex Ariana perfidia ad Catholicam Religionem accessit, suasionem sanctissimi viri Alcimi Aviti Episcopi Viennensis; qui mox ut impietatem Arianam exiit, celebrari voluit Concilium Epaunense viginti quatuor Episcoporum.

Circa hunc annum, vivis excedit S. Genevæa Virgo Parisiis, miraculis gloriosa.

Floret vitæ sanctitate S. Marius Abbas Bodanensis in Gallia, miraculis & Spiritu Prophetiæ illustris.

Annus Christi 510.

Boëtio Severino & Eutharico Consulibus, idem Boëtius, primus Aristotelem Latine vertit.

Anastasius Imperator rursus calumniosè exagitat Macedonium Orthodoxum Episcopum Constantinopolitanum; pro isto tamen stat populus.

Pseudo- quidam Monachi poculum intoxicatum S. Benedicto Abbati porrigunt, illo hgnum crucis super illud faciente, quasi lapide impacto vas contractum in partes dissiliit; videns proin malitiam Monachorum illorum Benedictus, ab eorum se consortio abstrahit ad dilectam recedens solitudinem.

Annus Christi 511.

Secundino atque Felice Consulibus, Anastasius Imperator Macedonium Constantinopolitanum orthodoxum Episcopum, calumniis impudentissimis diu agitatum, in exilium deportari jubet, frustra obnitente populo Constantinopolitano, quem idem Imperator hanc ob causam cladibus, exiliis honorumque publicationibus affecit; idemque conscisso combustoque Chalcedonensium actorum libro, quem Macedonius in arca sanctiori deposuerat, mox in locum Macedonii Timotheum suffecit hominem nefandum; exagitat insuper scelestus Imperator longè etiam positos magni nominis sanctissimos viros, illos primùm blanditiis, nempe muneribus, litteris & simulatione tentans, iisque non sufficientibus aperta vincula exiliaque adjiciens. Fortitudinis orthodoxo homine dignæ exemplum interim ostendit magnus ille Theodosius Cœnobiarcha, fidem veram adversus quoscunque hæreticos atque ipsum Imperatorem propugnans.

Gesaleicus Alarici ex concubina filius, cum Gothorum Regnum infeliciter & ignavè annis quatuor tenuisset, à Theodorico pellitur.

Annus Christi 512.

PaULO & Musciano Consulibus, populus Constantinopolitanus ob defensionem fidei Catholice adversus impium Anastasium Imperatorem insur-

insurrexit, quod in Ecclesia cantari jussisset Theopaschitarum Quaternitatem, populumque reclamantem in ipso Ecclesiæ gremio atrioque maximâ cæde percussisset; quapropter fidem totam peragrantes civitatem, Anastasium Monastico habitu affectantes ferro flammisque interemerunt; & Areobindam sibi fieri Imperatorem clamitantes, imagines æstatuas Anastasii in terram dejecerunt, Celerem & Patricium Senatores, ad se supplicandi sibi vel satisfaciendi gratiâ missos, lapidibus repulerunt, domosque Marini & Pompeji pravitarum omnium auctorum succenderunt, ac deinde in circum, prævio Evangelio & cruce Domini ad Anastasium venientes, ante ejus solium hymnum Trinitatis juxta morem Catholicum concinuerunt; sed & Monachum quendam aliamque Monacham, quod essent chari Imperatori necârunt, cadaveraque raptata cremârunt, clamantes: *Hi sunt amici hostis Sanctissimæ Trinitatis*; quibus omnibus perterritus Imperator, solitis perjuriis ab hæresi cellaturum promittens, aliquamdiu quievit. Ita Marcellin. in Chron. Cedrenus in Comp.

Paulo post has turbas Constantinopoli factas, idem Imperator redintegratâ pravitate infamem & irridendam Synodum apud Sidonem in Palæstina, octoginta ferme perfidorum Episcopis congregatis, adversus orthodoxorum Episcopos fieri curavit, hos autem Symmachus Romanus Pontifex strenuè pro fide Catholica decertare, litteris cohortatur.

Corbmaco Armachano Episcopo defuncto, succedit Alildus.

E vivis discedit S. Laurentius Episcopus Mediolanensis in Insubria cum sedisset annis 22. cui eodem hoc anno succedit S. Eustorgius, hujus nominis secundus.

Annus Christi 513.

PRobo & Clementiano Consulibus; Severus patriâ Sozopolitanus, homo nequissimæ vitæ, pulso in exilium Flaviano, Anastasii Imperatoris jussu in sedem intruditur Antiochenam; qui mox Catholicis Episcopis magnum facit negotium, & Eliam Hierosolymitanum Episcopum vi militari è Sede dimoveri curat, atque in exilium amandari; in locum hujus sufficitur Joannes filius Marciani, postquam Severi confessus esset communionem, & subjecisset anathemati Synodum Chalcedonensem; qui tamen postea admonitionibus S. Sabæ Archimandritæ ferio pœnitens, se publicè Catholicum professus est.

Ingens sævit fames & penuria rerum omnium necessariorum in Palæstina.

Maircheartah Eræ filius, pronepos magni Nielli, Hiberniæ Regnum obtinet.

Moritur S. Spes Abbas Monasterii S. Eutychiei sub regula S. Benedicti, vir miræ patientiæ; ejus anima in columbæ specie visa à discipulis cæli secreta penetrare.

Annus Christi 514.

Solus Consulatum gerit magnus ille Cassiodorus postea Monachus Benedictinus.

Symmachus Papa è terrena ad cœlestem vitam commigrat, cum sedisset annis quindecim, menses octo, minutis quatuor diebus; succedit in Pontificatu Hormisdæ, quo electo Clodovæus R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Francorum Rex cunctorum Catholicorum Principum prævenit obsequium; & coronam auream cum gemmis B. Petro direxit; eo munere visus oppignorare regnum suum in Rom. Ecclesiæ prædium, Deoque dicare, ipse tamen hoc eodem anno, Christianissimorum Regum primitiæ; moritur; eo defuncto regnare cœperunt quatuor illius filii, Childebertus, Clotarius, Theodoricus & Clodomirus; qui ita inter se diviserunt regnum, ut Childebertus sedem constitueret Parisiis, Clotarius Suessione, Theodoricus Rhemis, Clodomirus Aureliis.

Vitalianus Scyrha adversus Imperatorem Anastasium pro Catholice fidei defensione insurgens, occupatâ universâ Thraciâ, Scythiâ & Mysiâ, ducens secum Hunnorum & Bulgarorum exercitum, assumptoque Romanorum Equitum auxilio Constantinopolim usque procedit; periculum animadvertens Imperator ad reconciliandos sibi rursus aversos à se Catholicorum animos, Hormisdæ Papam ad Concilium convocandum persuadet.

Proclus Philosophus & Mathematicus insignis, Vitaliani classem speculis ustoriis comburit.

Annus Christi 515.

Anthemio & Florentio Consulibus; Hormisdæ Papa novis Anastasii Imperatoris litteris provocatus, Legatos misit in Orientem; Ennodium Episcopum Ticinensem, atque Fortunatum Tudertinum Antistitem unâ cum Venantio Presbytero, & Vitale Diacono S. R. E. Cardinalibus, quibus additus est Hilarus ejusdem Ecclesiæ Notarius; per quos ad eundem Imperatorem rescribens, petit, ut Nestorii & Eutychetis hæreses damnaret; Synodum Chalcedonensem susciperet unâ cum scriptis S. Leonis Papæ; nominaque Dioscori, Petri Mogi, & Petri Fullonis, nec non Acacii & aliorum hæreticorum, aut qui eorum communionem polluti fuissent, è sacris Diptychis auferri juberet; quibus petitis Anastasius libentissimè acquiescere simulavit, unò excepto capitulo de abolendo Acacii nomine.

Hunni Armeniâ transmissâ totam Cappadociam devastantes, usque ad Lycaoniam pervenerunt.

Moritur in exilio S. Macedonius, Episcopus Constantinopolitanus.

Hæretici Alexandrini à dæmonibus insigniter verberibus vexantur, ob damnationem, ut dæmon alicui ipsorum dicebat, Concilii Chalcedonensis; quâ pœnâ territi plurimî, præsertim Monachi, palinodiam cantârunt, & Episcopi Illyrici Romam misere Catholice fidei confessionem.

Himeranni populi in extrêmis Australis plagæ siti, Persis tributarii Christiana Sacra suscipiunt.

E vivis decedit Luithmerus Franciæ Orientalis Dux; item S. Amandus Gislalbæ Comes, qui Asianis fortiter restitit.

Annus Christi 516.

Petro absque Collega Consulatus dignitatè fungente, Legati Hormisdæ Papæ ex Constantinopoli Romam redeunt, advenit simul cum illis Theodosius Imperatoris Legatus. Remittit litteras

litteras ad hunc Papam, quibus eum rogat, ut conciliandæ Ecclesiæ vehementius incumberet.

Ad Vitalianum inclinata populi studia, quod Catholicus esset, ad se retrahit simulatione Anastasius, & illum in ordinem redigit.

Joannes Machiota hæreticus Episcopus Alexandrinus, vitâ fungitur, post cujus obitum Dioscorus junior & ipse hæreticus favore Imperatoris eam obtinuit sedem, magnâ ideò à populo excitatâ seditione, multisque perpetratis cædibus.

Habetur Synodus Tarraconensis in Hispania.

Moritur Gundebaldus Rex Burgundiæ, succedit filius Sigismundus.

Annus Christi 517.

Anastasio Augusto quartum & Agapito Consulibus; Hormisda Papa novam ad Imperatorem legationem mittit, additque per Legatos suos litteras comminatorias ferendas Orientalibus Episcopis extra Catholicam communionem positis; rursumque alias ad Catholicæ & Apostolicæ communionis Antistites, & Monachos, ut eosdem in officio contineret.

Anastasio perfidus Hormisda Papæ libello nunc assentiri recusat, cumque frustra tentasset Legatos muneribus corrumpere, eosdem navi fragili ac periculosa imponit cum militibus, quibus vetuit ad illam civitatem appellere; ipsi tamen Legati operâ quorundam orthodoxorum Monachorum curant, ut epistolæ Hormisda Papæ (secundum quod ipse illis iusserat) publicè per omnes civitates affigerentur, quod ægrè tulit Imperator.

Auditis quæ ab Anastasio gesta essent in Legatos Pontificios, hæretici in orthodoxæ fidei propugnatores ubique insilire cæperunt eorumque bona diripere, profanare Ecclesias & fideles mactare.

Timotheus Constantinopolitanus intrusus Episc. morte repentinâ tollitur, subrogatur in ejus locum Joannes Cappadox vir verè orthodoxus. Celebratur Concilium Gerundense.

S. Fulgentius scribit librum de fide.

Annus Christi 518.

Magno atque Florentio Consulibus, orbis & Ecclesia grandi peste liberantur, Anastasio Imperatore ictu fulminis pereunte, cujus obitum cum eodem tempore agnovissent divinitus Elias Hierosolymitanus & Flavianus Antiochenus Episcopi Catholici, ab eodem Anastasio ob fidem orthodoxam in exilium pulsi, iidem quoque post dies decem ad tribunal Dei accedere iussi sunt, causam suam adversus eundem Anastasium acturi.

Ad Imperii solium evehitur Justinus è carcere, quò paulò ante iussu Anastasii ob nunciatas sibi insidias missus erat.

Nomina orthodoxorum in Diptycha relata, hæreticorum damnata & deleta sunt; colligitur Synodus nova Constantinopoli, coguntur & aliæ paulò post plures in variis Orientalis plagæ Provinciis, in quibus fides Catholica approbatur.

Dardanæ & Illyrici Episcopi ad Ecclesiæ Catholicæ communionem redeunt; horrendo terræ motu, paulò ante Anastasii Imperatoris tragicum obitum, viginti quatuor castella uno ferè momento in dictis Provinciis collabuntur, plurimique montes scissi sunt, saxa evulsa & arbores eradicatæ.

Justinus Imperator Romam mittit Legatos, petens, ut Legati ab Hormisda Papa mitterentur Constantinopolim, qui Apostolicâ potestate conciliarent constantem Ecclesiis pacem, & lapsos in Ecclesiam restituerent.

Moritur S. Eustorgius hujus nominis secundus, Episcopus Mediolani in Insubria, cui eodem hoc anno in Sede succedit S. Magnus.

Annus Christi 519.

Justino Imperatore & Eucharico Cillicâ Consulibus; moritur S. Conlaidus Archiepiscopus in Hibernia.

Hormisda Papa Legatos mittit Constantinopolim, quibus obviam veniunt iussu Imperatoris Stephanus & Leontius viri clarissimi, ipsique Legati in urbe ingenti plausu & honore excipiuntur; Joannes Constantinopolitanus Episcopus subscribit fidei libello à Papa missò, cui pariter subscribunt plures alii Episcopi & Archimandritæ, unde universus populus ipseque Augustus ac cuncti, Aulici ingenti lætitiâ & festivitate hanc communicationis Orientalis Ecclesiæ cum Apostolica Sede renovationem, ipsis sanctis paschatis diebus factam, celebrant; denique idem Imperator litteras ad alias Provincias direxit, quò universæ Ecclesiæ in eandem coalescerent communionem, & ut qui prædicare renuerent Chalcedonense Concilium Episcopi è suis sedibus pellerentur, mandat. Idem Imperator fert sententiam adversus Severum Antiochiæ Pseudo-Episcopum, totius Orientis pestem, ut damnati sæpè hominis lingua, quâ Deum jugiter blasphemabat, præcideretur, at nefarius impostor fugâ pœnas vitat.

Paulus Ecclesiæ Constantinopolitanæ Presbyter, resistentibus licet Eutychianis hæreticis Antiochenus Episcopus creatur; interim Dorotheus Thessalonicensis Episcopus, non solum recusat subscribere libello fidei ab Hormisda Papa missò, sed publicè insuper conscidit, populumque adeò in Joannem Pontificium Legatum concitavit, ut violentas ei manus injecerit, & vix non penitus occiderit, occisis tamen ipsis duobus servis ac hospite, qui eum domo susceperat; iussu proinde Imperatoris in Oasim exilium teterrimum amandandus, iudicibus pecuniâ corruptis, in proximam tantummodò civitatem Heracleam relegatur.

Annus Christi 520.

Rustico & Vitaliano Consulibus, idem Vitalianus nuper penè Imperator Eutychianum se prodit, & reus tyrannidis septemdecim vulneribus confossus in palatio interimitur.

Moritur Joannes Constantinopolitanus Episcopus, cui in Episcopatu succedit Epiphanius.

Florent S. Eusebius II. Episcopus Vercellensis; S. Kieranus Episcopus & Abbas Sagriensis in Ossoria Hiberniæ Provincia, vir profundæ humilitatis, mortuos plures vitæ restituit, annam monasterio suo bis cælitus impetravit, deficiente pro hospitibus calefaciendis igne, lapidem benedixit, qui illico ardebat, quem vir Dei cepit in manus & ad S. Ruadhanum illæsus portavit; vas quoque vacuum datâ benedictione lacte implevit. Claret item Romæ S. Paschasius Diaconus vir insignis eruditionis, qui plures libros de Spiritu Sancto scripsit, eleemosynarum maximè operibus vacans, pauperum fautor, & contemprior sui fuit.

Annus

Annus Christi 521.

Ocidens Valerium dat Consullem, Oriens Justinianum Justini Augusti nepotem, qui spectacula edit.

Paulus Episcopus Antiochenus, dum moribus labefactatus magnas contra se audiret populi querelas, malè sibi conscius, miser spontè se abdicat, & eo paulò post mortuo, sufficitur Euphrasius Hierosolymitanus Presbyter.

Orthodoxis Alexandria datur Episcopus Asterius; hæreticis tamen adhuc impio Timotheo adhærentibus.

S. Benedictus ultimus Italiæ Episcopus (ut ait S. Gregorius Magnus) varia in Italia Monasteria construit.

Annus Christi 522.

Symmacho atque Boëtio Consulibus; Trafamundus Rex Vandalorum in Africa ex hac vita decedit, desperatione rerum bellicarum sinistrè cedentium nimium afflictatus; cum videlicet ingenti clade affectus esset ab eo quem bello petiisset Cabaone Præfecto Tripolis, succedit in Regno Hildericus filius Hunerici, qui Antistites Catholicos ab exilio revocat.

Plebs Carthaginensis Catholica cum Clero qui ibi repertus est, ejusdem civitatis Episcopum Bonifacium creant.

Zatus Colchorum Rex Christi fidem suscipit cum populo.

Homeritæ, gens Christiana, dirè vexantur ab impiissimo apostata Dunaan, ex Christiano factò Hebræo, ejusdem Provinciæ Rege, & complures illustrem Martyrii coronam consequuntur.

Tertullus Patricius Romanus, primæ Nobilitatis vir, Placidum filium S. Benedicto tradit.

Claret S. Equitius Abbas in Italia apud Æquicolas; item in Campania Honoratus ducentorum fermè Monachorum pater.

Annus Christi 523.

Consulatum gerit Maximus absque Collega.

Moritur in Hibernia S. Brigida Virgo Thaumaturga, item Beodus Episcopus de Adorna.

S. Hormisda Papa cum sedisset annos novem, & dies decem, ex hac vita decedit; subrogatur in locum ejus Joannes Hetruscus, ex Presbytero tituli Pammachii.

Justinus Imperator adversus hæreticos & infideles promulgavit edictum, quo Manichæos capite puniri jubet, multosque eorum suppliciis afficit, reliquis verò hæreticis, nec non paganis atque Judæis & Samaritis, eadem lege Magistratum gerere & dignitatem habere, atque militare prohibuit; exceptis Gothicis, quibus licet Arianis ob fœdus cum Theodorico Italiæ Rege parcendum putavit.

Cabades Persarum Rex, permulta millia Manichæorum cum ipsorum Episcopo, in terris suis cruciatur.

Moritur Euphemia, succedit in Augusto thoro Theodora.

Annus Christi 524.

Justino Augusto secundum & Opilione Consulibus;

Celebratur Concilium Arelatense tertium.

Moritur S. Dardulacha Virgo Scota, S. Brigidæ Thaumaturgæ discipula.

Chlodomerus Rex Aurelianensis, à Gode-marco Rege Burgundionum interficitur.

Annus Christi 525.

Robino atque Philoxeno Consulibus, Joannes Romanus Pontifex præter morem Prædecessorum (ut ait Marcellinus Comes) à Theodorico Rege subire cogitur legationem ad Justinum Imperatorem, pro sistenda ejusdem Justiniani in Arianos duriori animadversione. In via idem Joannes miracula varia patrat; advenienti Constantinopolim, occurrit illi omnis civitas ad miliarium duodecimum cum cereis & crucibus; ipse Imperator humilians se pronus in terram, Joannem adorat, multum exultans, quod Vicarium Christi in suo Regno videre metuisset.

Antiochia terræ motu concidit.

Moritur Joannes Episcopus Hierosolymitanus, in ejus locum sufficitur Petrus.

Annus Christi 526.

Consule Olybrio absque Collega, ex Oriente reversum Papam, tanquam re malè gestâ, Rex in carcerem conjicit, eoque paulò post mortuo Felicem obtrudit; Boëtium & Symmachum viros Patricios ambos & Ex-Consules injustè necari jubet; verum adfuit mox Dei vindicta; cœnanti enim ipsi cum miræ magnitudinis piscis ministri decoctum caput apposuissent, illud ei Symmachi nuper occisi caput est visum, præfixis & extantibus inferiore in labro dentibus & torvè intuentibus oculis, furibundè ipsi & acerbè comminari, unde monstri novitate territus, membrisque præter modum tremebundus & rigens in cubiculum citato gradu secedens, lecto decubuit, & patratum à se in Symmachum & Boëtium scelus deflens, haud longè post mortuus est, & ut cuidam sancto viro in Insula Lipari solitariam vitam agenti divinitus ostensum, in infernum à Joanne & Symmacho demersus; cum autem absque prole mascula decessisset, ejus filia Amalaventha sive Amalafuntha, pro Athalarico filio suo, annum dumtaxat octavum agente, regnum administrandum suscepit.

Clodomerus Franciæ Rex, Sigismundum Burgundionum Regem ad saltus Agaunenſes prælio victum, captumque occidit cum uxore & filiis, & in puteum jactari præcepit.

Ephrem Comes Orientis, creatur Episcopus Antiochenus, vir sincerè orthodoxus.

Dionysius ob corporis statum cognomento exiguus ex Ord. D. Benedicti, natione Scytha, Cyclum Victorii Aquitani reformavit, & quem iste à Christi Domini passione orsus fuerat, Dionysius ab incarnatione per annos 532. repetiit, sed ita, ut uno anno Cyclus Dionysianus ejus æram antecedit, atque adeò primus annus æræ Dionysianæ, sit ejusdem cycli annus secundus. Constat hic cyclus ex duobus cyclis, solis & lunæ in se ductis, qui duo per se se multiplicati prædictam summam annorum 532. conficiunt. Hunc autem cyclum restituit ad suppleendum cyclum S. Cyrilli Episcopi Alexandrini annis 95. constantem, atque à Diocletiani anno primo inchoatum; cum enim cyclus Cyrilli in orbem non rediret, & eo deficiente, novo XCV. annorum cyclo opus esset, Dionysius, ut, in plures annos Paschatis dies haberi posset, composuit cyclum magnam Paschalem

schalem DXXXII. annorum, quo spatio exacto, omnia novilunia, & omnia festa mobilia in eundem diem mensis, & in easdem ferias redeunt.

Antiochia terræ motu tota ferè corruit.

Annus Christi 527.

MAvortio absque Collega Consule, Justinus Imperator, morbo senioque gravatus, Justinianum ex sorore sua nepotem Imperatorem creat, & suis manibus ejus capiti diadema imponit, stationeque ejus uxor Theodora, Augusta est appellata, ipse verò Justinus quarto post mense à vita decedit, Justinianus simul ac Imperator creatus est, cuncta bona sua quæ hæcenus possedit, Ecclesiis donat.

Athalaricus Italiæ Rex, honorificè ad Justinianum legatione missa, pacem ab eo expetit & impetravit; facit idem Hildericus Wandalorum in Africa Rex. Tam felicibus auspiciis non ingratus Imperator, de fide Catholica, quam ipse profitebatur, ab omnibus custodienda promulgat edictum, quo simul omnes hæreses anathematizavit, pœnisque adversus hæreticos constitutis subjecit.

Idem Imperator jam auspicaturus bellum Persicum ex more Legatos pramittit ad Regem Persarum Cabadem, ea petiturus, quæ sibi jure debita esse constaret; quibus denegatis Belisarium Ducem adversus eum cum exercitu misit.

Gethes Herulorum incolarum Istri, Gordia Hunnorum ad Bosphorum Reges, & Boazer Regina vidua, cum centum millibus gentis suæ Christianam fidem amplectuntur.

Absagi & populi ad Tanaim Episcopos Catholicos & Doctores petunt.

Athalaricus Italiæ Rex sanctionem edit pro Romana Ecclesia, ne illius Clerici ad laicalia tribunaalia aliquo prætextu traherentur, nisi Rom. Pont. litigantium petitionibus providere contemneret, Natus est Martinus Vertaensis.

Annus Christi 528.

Justiniano Augusto secundum Consule absque Collega; urbs Antiochena rursùm gravioribus terræ motibus concutitur, sed Dei ope subventum est, ne funditus periret, dum visione quidam monitus hæc verba præ foribus inscribere, *Christus nobiscum, stete*; quicunque ea domibus suis inscripserunt, terræ motum ab eis dispulerunt, ut tradunt Theophanes, Cedrenus, Nicephorus & alii; eadem civitas ex nunc cœpta est vocari Theopolis.

Clodomirus renovato bello in Burgundiones, Godomarum Sigismundi Regis fratrem prælio pariter superatum persequens, dolosè necatur ab hostibus jam in fugam versis, cum nihilominus reliqui Franci, devictis Burgundionibus, regionem ipsorum in suam redegere potestatem.

S. Benedictus Cassinum montem ab idolorum aris purgat, & ædificatione sacellorum sanctificat, ibidemque Monasterium condit.

Annus Christi 529.

Basilio juniore absque Collega Consule, motitur circa hunc annum S. Fulgentius Episcopus, Prophetiæ dono & charitate in pauperes celebris.

Celebratur Concilium Arausicanum, item Vasense.

Justinianus Imperator, quem anno superiori dederat colligendum, emendatumque Codicem, ex tribus antiquis codicibus, Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano absolutum, suoque nomine Justinianicum appellatum confirmat vulgatque.

Obiit S. Theodosius Cœnobiarcha juxta Hie-

rosolyman, vir tantæ abstinentiæ, ut in hebdomada non nisi seniel cibo corpus reficeret, tandemque totis 30. annis pacem non gustaret; carbonès nullo subiecto igne, ubi Monasterium erat conditurus, accendit; sceminam ad se adeuntem sanguinis profluvio liberavit, ex uno frumenti grano per preces integra granaria replevit, ingens locustarum agmen verbo increpans abegit; Kericum Orientis Comitum veste suâ cilicinâ, quâ prothorace illum induerat, invulnerabilem reddidit; clarus quoque spiritu Prophetiæ, ingentem per terræ motum Antiochiæ ruinam prædixit, multos qui naufragium fecerunt, cum fluctibus colluctantes, periculo spectabilis eripuit. Ex Menæis.

Annus Christi 530.

LAmpadio atque Oreste Consulibus; S. Felix Rom. Pont. ex hac vita migrat, succedit Bonifacius, contra quem lectus à nonnullis Dioscorus; sed Dei beneficio accidit, ut isto post aliquot hebdomadas morte prævento, extingueretur & schisma.

Hildericus Rex Wandalorum in Africa, à Gilimere fratre consobrino, regnandi cupidissimo, calumniosè apud Wandalos accusatus proditoria cum Imperatore collusionis, ab eisdem conjectus est in vincula, ipseque Gilimer in ejus locum Rex electus est; quod ubi Justinianus audivit, per Legatos Gilimerem interpellavit de restituendo in Regnum Hildericum, aut saltem Constantinopolim mittendo, at postea eidem hæc negligenti bellum comminatus est. Procop. de bell. Wandal. lib. 1.

Samaritani Judæi, qui creato sibi Rege Julianio, deinde Sylvano in Palæstina Christianos trucidaverant, & cum Saracenis fœdus percusserant, ab eodem Imperatore profligantur. Nicephor. lib. 17. c. 24.

Theodoricus Rex Francorum expeditionem parat adversus Gothos agentes in Gallis, & Franci sibi vendicant, quæ in Gallia Gothi sub Theodorico Italiæ Rege occupaverant.

Claret magis ac magis miraculis S. Benedictus; Decedit circa hunc annum S. Casaria Virgo Arelatensis, Cæsaris magni Antistitis Arelatensis soror, item S. Severus Presbyter in Valeria apud Italos, de quo S. Gregorius scribit, quod fufis lachrymis defunctum ad vitam revocavit.

Ad cœlos quoque migrat S. Sacerdos Episc. Lemovicensis, miraculis in vita & post mortem gloriosus; item S. Agatumbus Episc. Metensis, nec non S. Magnus Mediolani in Insubria Episc. cum Ecclesiam annos 13. rexisset, cui eodem hoc anno in Sede Episcopali succedit S. Datus.

Annus Christi 531.

Romæ in Basilica S. Petri à Bonifacio Papa collecta est Synodus, in qua Vigilium Successorem sibi delegit.

Amalaricus apud Narbonem victus à Francis, fugiens ab exercitu occiditur; Crotildis autem uxor ejus, cujus causâ excitatum fuerat prælium, quod à viro Ariano indignè esset cæsa, dum à fratre Childeberto reducitur, in itinere obit. S. Isidor. apud Genebrard.

Succedit Amalarico Theodes, qui licet Arianus, benè tamen habet orthodoxos.

Celebratur Concilium Toletanum secundum sub Montano ejusdem civitatis Episcopo, doctrinâ conspicuo & sanctitate illustri; præter hoc Toletanum Concilium habita est alia Synodus Palentia.

Fit

Fit conspiratio adversus Justinianum Imperatorem ab Hypatio, Pompejo & Probo, genere consobrino, Anastasii Imperatoris nepotibus, singulis Imperium sibi vendicare volentibus, ipsique per quinque dies continuos urbem Constantinopolitanam, rapinis, ferro igneque per sceleratos cives depopulantur; quinta verò die dum ad invadendum ascenderent palatium, capti ac trucidati sunt, innumeris passim in circo peremptis, & tyrannorum sociis continuo proscriptis.

Invenitur corpus S. Antonii Magni in eremo, & Alexandriam transfertur.

Theudas Gothorum Rex Arianus Regnum capeffit.

Annus Christi 532.

Imperator Justinianus, quod animo conceperat bellum Wandalicum per apparatus jam palam prodit, laboratumque est toto hoc anno in comparandis rebus ad tantam expeditionem necessariis.

Origenistæ hæretici rursùm emergunt, ducibus Nonno Palæstino, & Leontio Byzantino, Imperator volens omnes hæreticos ad Eccles. Cathol. revocare, sciens impiissimj Severi Sectatores Episc. & Monachos, adhuc in Oriente ejus hæresis esse pertinaces defensores, ad errorem extirpandum collationem inter ipsos atque Catholicos habendam censuit Constantinopoli, sex ex Severianis vocatis Episc. orthodoxis verò quinque pro Catholica fidei defensione ex adverso stantibus; inde factum est, ut multi ad communionem Ecclesiæ redirent.

Ad hunc annum fati concedit S. Winvalocus Abbas Britannus, miraculorum gloriâ illustrissimus; quippe infans adhuc socii epheli inter lusum cursumque crus fractum solo crucis signo & oratione curavit; cæcum pauperem miseratus eidem lumen restituit, sorori germanæ oculum, quem anser, quo cum luserat, domesticus, rostro excusserat, excussumque ac pendentem deglutiverat, ventre anseris ferro dissecto ductum, reposuit, anseremque sanum ad gregem remittens, sororculam stupendo & inaudito miraculo sanam reddidit; jam Abbas factus mortuos ad vitam revocavit; alter sæculi sui Moyses, baculo pastorali percussus mare, suos omnes siccis pedibus traduxit; ex Trithem. Hug. Menard.

Circa hunc quoque annum ad cœlos commigrant S. Julianus Episc. Viennæ in Gallia, nec non S. Abrunculus Episc. Trevirensis; item S. Euty chius Episc. Comensis in Italia miraculis admirandus & meritis; statim ab ejus obitu magna inter cives contentio suborta est, omnibus certatim cupientibus tantum corpus Antistitis; cum in unam coire sententiam non possent, placuit demùm nonnullis, quod postea & cæteri approbarent, illud plautro imponi, & juvencos indomitos alligari, ut quò traheretur ab ipsis, ibi tanquam in designato divinitus loco conquiesceret: vix vehiculo admoti boves, cum illo, citato cursu in templum Divi Georgii convolarunt, ubi post aram majorem in marmoreo sepulchro tumulatum fuit. Ferdinand. Ughellus Tom. 5. Italiæ Sac.

Annus Christi 533.

Justiniano Augusto tertium Consule, Belisarius Persas reprimit, pace cum iis factâ in Africam missus, Carthaginem capit, primum debellato & occiso Ammatâ Gilimeris Regis fratre; deinde prælio cum ipso Gilimere commisso, ipsius alte-

rum fratrem Zanzonem pariter castris expugnatu interimit, Gilimere fugâ elapso.

Moriuntur circa hunc annum Valentinus II. Interamnenis Episc. item S. Remigius qui Clodvæum Galliæ Regem baptizavit; Remigium in Sede Episcopali secutus est Romanus Abbas Mentuniacensis.

Naturæ debitum circa hæc pariter tempora solvit Theodericus Abbas Rhemensis discipulus præfati Remigii, qui Theodorico Austrasiorum Regi oculum precibus suis restituit.

Floret S. Equitius Abbas Ord. S. Benedicti in Provincia Valeriæ; hic in juventute lasciviæ spiritum infensissimum expertus, de ipso generosissimè triumphavit, & cum assiduis precibus pro continentia dono Deum exoraret, assistente sibi de nocte Angelo eunuchizari sibi visus omni deinceps carnis titillatione ac tentatione liber extitit; fulsit Prophetiæ dono; vindicavit mortuus etiam ab interitu, à tristi servitute ac vinculis Monachos suos, Longobardis omnia latè populantibus, illosque jam captivos extra Cœnobiū abripiantibus, cum quiritante quodam; *heu! S. Equiti, placet tibi quod trahimur?* Longobardi quamprimum potestati dæmonum permitti, & ad terram dejecti, temeritatis atque crudelitatis pœnas darent, reliquis obstupefactis ac vehementer territis & à sacri loci temeracione, Monachorumque injuriis cautè deinceps abstinentibus. Ex S. Gregor. M. Anton. Jeyes.

Theodebertus Austrasiæ Regnum consequitur.

Annus Christi 534.

Justinianus Augustus quartum adit Consulatum, nactus Collegam Paulinum.

Aurelius Cassiodorus ab Athalarico Rege Italiæ amplissimâ dignitate Præfecturæ Prætorii decoratur; hoc eodem anno moritur dictus Rex, suscipiente Regnum Theodato.

Romæ Synodus celebratur.

Gilimer Wandalorum in Africa Rex, anno superiori à Belisario in prælio victus, confert se in montem Numidiæ, Papuam dictum, accessu difficillimū, ibique à Phara Duce jussu Belisarii obsessus, post trium mensium decursum fame vexatus, arumnisque confectus se eidem Phara dedit, per eum Carthaginem ad Belisarium ducitur, totaque Africa victoribus cedit; post hæc acta Belisarius relicto in Africa Salomone Duce exercitū, qui adversus rebellantes Mauros dimicaret, Constantinopolim rediens, superatâ calumniâ, quam in eum invidi paraverant, Imperatoris decreto triumphum agit antiquorum more (nisi quod pedes ambulavit) ampla præferens spolia & insignia trophæa, ipsumque Gilimerem unâ cum omnibus ipsius consanguineis ac præstantioribus Wandalis, qui quidem Gilimer postquam ad Hippodromum in conspectum Imperatoris productus, ipsum in alta sede constitutum populūque circumstantem conspexit, ac demùm seipsum in quam conditionem pervenisset, considerans, nihil questus, illud tantum memorasse dicitur: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*; cui Imperator loca quædam in Galatia ad habitandum simul cum suis propinquis dedit. Post hæc idem Imperator ad optimum recuperatæ Africæ regimen adducens animum, constitutiones eâ de re hoc anno edit.

Conditur S. Stephani Monasterium prope Terracinam in Campania, Ordinis D. Benedicti,

roga-

rogatus enim à quodam fidei viro Benedictus, discipulos ut mitteret ad construendum in ejus prædio Monasterium; missis qui opus inchoarent, dixit bonus pastor, irent, se certodie ad futurum ad fabricam delineandam; eunt, nec ipse adest ad conditum diem, sed paratis omnibus ad ædificium necessariis, nocte eadem quâ promissus instabat dies, uni ex his, quem novæ coloniz patrem seu Abbatem designaverat, eique, qui ab ipso secundus erat, præposito, vir Dei in somnis universam futuri Cænobii dispositionem noravit, designatis locis, ubi oratorium, ubi refectorium fratrum, ubi cella hospitem, aliisque Monasticæ officinæ constitui deberent. Verum, cum somnio fidem non accommodarent, ad patrem reversi permodestè conqueruntur, quod promissioni suæ defuisset; & cur, inquit, ista dicitis? annon ipso die, quo promiseram adfui? illis verò percontantibus quando venisset; respondit: Nonne utriusque vestrum in somnis apparui, & loca singula designavi? ite, atque agite secundum formam quam vobis præscripsi, his auditis attoniti recesserunt, atque omnia ad ipsum exemplar composuerunt.

Moritur Cerdico unus è Saxonum in Britannia appulorum primariis Ducibus.

Tuathal Margarb Hiberniæ Regnum cepit.

Annus Christi 535.

Belisario absque Collega Consule, Justinianus Imperator Gothicum bellum auspicatur.

Celebratur Concilium Carthagine sub Reparato ejusdem urbis Episcopo, convenientibus Episcopis 217.

Moritur Joannes Papa; succedit Agapetus. Decedit quoque ex hac vita Epiphanius Episcopus Constantinopolitanus, in cujus locum callidis occultisque consiliis Theodoræ Augustæ, Anthimus Episcopus Trapezuntinus in Ponto, qui foris licet Catholicam fidem profiteretur, intrinsecus Eutylianam hæresim sequebatur, intruditur, hinc cladium acerbissimarum fons erupit. Eodem tempore defuncto Timotheo Alexandrino Episcopo hæretico, eadem impia Theodora curavit, ut sufficeretur Theodosius Sectator Severi Pseudo-Episcopi quondam Antiocheni; quem licet pars magna Magnatum Episcopum agnoscerent, reliqui tamen cum Monachis & populo, Gajanum Ecclesiæ Alexandrinæ Archidiaconum atque hæreticum elegerunt, unde maximæ in ea civitate seditiones cædesque inter populum & milites ortæ sunt; demum verò Gajano à Judicibus post quartum sedis mensem pulso, novissimè & Theodosius non ferens contra se odium populi, de sede discessit, secessitque Constantinopolim, quò ab Imperatrice honorificè vocatus fuerat.

Mundus Justiniani Imperatoris Dux, Illyrici Præfectus, Dalmatiam Gothis subjectam invadit, & Salonam urbem expugnat; Belisarius verò universam Siciliam recuperat, qui ultimâ die Consulatus sui, Syracusas ingenti omnium plausu triumphans ingreditur.

Clotharius Francorum Rex Gualterum Dominum de Yvetot gladio in Ecclesia perimit; sed imperatâ ab Agapeto Papâ, sub pœna interdictionis Regni, tanti sacrilegii satisfactione, statuit idem Rex terram de Yvetot ab omni in perpetuum feudo, omnibusque Regi debitis juribus immunem fore.

Goranus, Scotiz Rex, fraude suorum extinguitur; ei successit Eugenius III. Congalli filius.

Circa hunc annum S. Grammatius Episcopus Metensis, cum Ecclesiam suam miro cum sanctitatis splendore annis 23. administrasset, diebus non tam, quàm gratiæ fructibus plenus, suavi somno mortis confopitus, æternam ad requiem evectus est.

Annus Christi 536.

Annus hic nullius Consulatu notatur. Theodatus Gothorum Rex Imperatoris Justiniani appropinquantem timens exercitum, cogit Agapetum Papam, pro suscipienda ad Imperatorem legatione, qui cum pecuniis ad faciendas expensas non haberet, regio arcario opus habuit vasa sacra oppignorare; sub via constitutus in quodam Græciæ loco mutum & claudum per sanctissimi Missæ Sacrificii oblationem ambulare & loqui fecit; spe autem pacis ab Imperatore non obtentâ, exacerbati Gothi in Dalmatia residui, cum Romanis conferentes manus, priores fuerunt, occiso primùm Mauricio Mundi filio, ac demum Mundo ipso; partâ victoriâ iidem Gothi Salonas recuperant; quibus cum factus elatior esset Theodatus, Imperator Belisarium exercitus sui Ducem è Sicilia in Italiam cum exercitu trajicere præcipit.

Anthimus Ecclesiæ Constantinopolitanæ Episcopus hæreticus ab Agapeto Papa deponitur, subrogato in Episcopali sede Mennâ, viro pietate, religione orthodoxâ aliisque virtutibus conspicuo; damnatur insuper Severus hæreticorum Acephalorum caput, qui tunc erat Constantinopoli; parem damnationis sententiam subeunt ejusdem in nequitia Collegæ Petrus Episcopus quondam Apameensis & Zoaras Monachus Syrus; post hæc acta cum sanctissimus Pontifex in Italiam reverti disponderet, Constantinopoli migrat ex vita; ejus verò corpus, in loculo plumbeo transfertur Romam. Mox Mennas cogit Concilium quinquaginta Episcoporum, in quo Agapeti Papæ Constantinopoli acta confirmantur; Justinianus Imperator pro munimento eorum, quæ à Patribus decreta essent, sanctionem contra eosdem damnatos hæreticos scripsit, quâ insignibus eos cunctis urbibus pellens, in solitudines relegavit, librosque & scripta ipsorum igni condemnavit, atque omnibus hæreticis silentium injunxit, ut amplius de fide loqui non auderent.

Petrus quoque Patriarcha Hierosolymitanus Concilium Episcoporum quadraginta quinque colligit, in quo acta Concilii Constantinopolitani confirmantur.

Ad Cathedram Romanam evehitur S. Silverius.

Hoc

Hoc eodem anno celebrata est secunda Synodus Aurelianensis, cui præfuit Honoratus Episcopus Bituricensis.

Ariani milites in Africâ, mœsti ob templorum prohibitionem ipsis factam à Salomone Duce exercitus ex mandato Justiniani Imperatoris; conjurantes in necem ejusdem Salomonis, paschali tempore in hostes conversi, Africanam provinciam dirâ affligunt clade, electoque sibi Duce Stozâ tyranno, ab Imperio Romano omninò deficiunt, quorum furorem Salomon fugiens, in templo latitans, mortem imminentem evasit.

Moritur S. Pomponius Episcopus Neapolitanus: sub ejus regimine malus dæmon Neapolitanos graviter vexabat, & supra modum insæviebat, etenim ingentem urbis aream, horribilis apri formam assumens, nocturnis horrendisque spectris affligebat, quam infestationem dictus Pomponius Ecclesiâ in honorem Deiparæ ædificatâ facilè avertit, ex vit. apud Henschen. in act. SS. die 14. Maji.

Annus Christi 537.

Belisarius Syracusis solvens, Romamque cogitans, primùm omnium Neapolim munitissimam in Campaniâ civitatem, post duram viginti dierum obsidionem in deditioem accipit, & humanissimè (si Procopio credimus) tractavit; licet Anastasius asserat, eundem omnes cives interfecisse: tanti præsidii amissione consternati Gothi, eò magis quòd Regem haberent omnium ignavissimum, imò & de prodicione suspectum, novum sibi creant Regem, virum strenuum bellicisque sudoribus ubique spectatum, Theodatumque interfecerunt, postquam regnasset annos tres. Vitiges Romanos cum ipso Pontifice summo Sylverio, atque universo Senatu, ut Gothi de urbe bene meritis fideles persisterent, commonefacit; mox Ravennam profectus, filiam Amalathæ ibi asservatam matrimonio sibi, invitam licet, conjungit, confestimque legationem ad suos qui in Galliâ erant Gothos misit, nec non ad Francos, ut eos belli sibi socios jungeret: interim veriti Romani ne paterentur quæ Neapolitani, suadente Romano Pontifice se se Belisario dedere, nulloque qui eum vocaret nuncio, uno eodemque die per portam Asinariam ingressus est idem cum exercitu, & ex adversâ egressi sunt Gothi, Ravennam ituri: potitus autem urbe Belisarius, tanquam victoriæ insignia claves portarum Constantinopolim misit, vincitumque Leuderem Ducem, qui capi, quàm cum aliis fugam capere delegerat.

Paulus Episcopus Alexandrinus orthodoxus, incautè agens in potestate sibi ab Imperatore traditâ deponendi in Ægypto Duces & Tribunos hæreticos, & Orthodoxos substituendi, reus necis Oeconomi Ecclesiæ Alexandrinæ injustè constitutus, in exilium ejicitur, & tandem depositus, successorem habet in Pontificatu Zoilum æquè Orthodoxum.

Imperator hoc ipso anno plures edit con-

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

stitutiones, tam de personis rebusque sacris, quàm profanis, inter quas extat illa, quâ in cunctis monumentis publicis, apponi voluit nomen Imperatoris, Consulum & indictionis.

Sanctus Casius creatur Episcopus Narniensis.

Annus Christi 538.

Celebratur Concilium Aurelianense tertium.

Rex Gothorum Vitiges revocatis in Italiam Gothi, qui apud Francos erant, comparatoque exercitu centum quinquaginta milium, adversus Belisarium veniens, Romam men se Martio obsidere cœpit.

Machinatione Theodoræ Augustæ Sylverius Papa in exilium ejicitur à Belisario Duce, inque locum ejus renitente licet Clero Vigilius intruditur.

Origenes cum suis erroribus damnatur: Theodorus verò Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, secretus Acephalorum Origenisque defensor, condemnando Theodorum Mopsuestenum, eò quòd iste multa contra dictum Origenem scripsisset, magnas in Ecclesiâ turbas facit.

Dacius Episcopus Mediolanensis à Belisario opem contra Gothos implorat.

Campaniam sæva fames vexat.

S. Patriarcha Benedictus psalterii Mariani extat inventor; teste ipsomet B. Alano Ord. S. Dominici, Rosarii promotore eximio.

Gildas Sapiens, ex regio in Scotiâ stemmate ortus, post Romanum iter, Armericam accessit, ubi vetus quoddam castrum, in monte Reuvissii ad prospectum maris situm, in Monasterium Ruyense, nunc Ord. S. Benedicti commutat.

Circa hunc annum Theophilus Vice-Dominus sive Oeconomus Ecclesiæ Adanæ in Ciliciâ, qui ob ablatum sibi officium, diaboli opem implorans, Christum matremque ejus negaverat, ejusdem Deiparæ ope prodigosè conversus, sancto sine decedit.

Annus Christi 539.

Apione Ægyptio absque Collegâ Consule, Sylverius Papa tertio exacto suæ sedis anno, auctoritate Pontificiâ, quâ licet in Palmariâ Insulâ relegatus detentusque pollebat, Vigilium intrusum anathematis sententiâ ferit. In vindictam tantæ injuriæ tam sancto Pontifici per relegationem factæ, Deo permittente, Hunnorum ingentes exercitus Istrum transmittentes, multis civitatibus expugnatis, omnia usque ipsius Constantinopolis suburbana nullo penitus resistente populantes, immensos thesauros cum 120000. captivorum abduxerunt, aliisque sæpius iteratis incursionibus talia Imperio mala intulerunt, qualia nunquam alia natio barbara intulisset, adeò ut ab eâ tandem avertendâ, coactus fuerit Imperator annuam illis polliceri pecuniam, sicut & Saracenis. Eodemque

N

insuper

insuper anno Rex Persarum Cosroës à Vitige Gothorum Rege sollicitatus, statuit rumpere fœdus, quod perpetuum fuerat cum Romanis sancitum; nec ullis potuit ab instituto revocari litteris vel legationibus Imperatoris.

Dira fames & pestis Italiam vexat: fœminas duas tunc fuisse tradunt, quæ divertentibus ad se peregrinis, noctuque dormitantibus interfectis divelcebantur, quousque decem & septem diversis temporibus in cibum absumptis, decimus octavus, qui ad eas fortè diverterat, somno tunc subito experrectus, utramque obruncavit: tanta juxta Theophanem hæc fames fuit, ut pleræque matres infelicium natorum comederent membra.

Mediolanum à Gothis iterum capitur, & solo penitus æquatur, testeque Procopio in ea virorum 300. millia sine ullo ætatis respectu trucidata: fœminæ verò servarum in moerem abductæ, Burgundionibus dono datæ sunt, ut promeritis eis gratias Gothi redderent pro initâ secum belli societate. Reparatus autem, qui ad Romanos defectionis causa fuerat, minutatim concisus, objectus est canibus vorandus.

Dacius verò Mediolani Episcopus, fugâ vitam salvavit, Constantinopolim pergens, & sub viâ Corinthi domum quandam ab infestatione dæmonum inhabitabilem redditam, pristino usui restituit.

Moritur S. Gregorius Episcopus Lingonensis in Galliâ, cui in Episcopatu succedit S. Tetricus, magni sanctique patris, magnus ac sanctus filius.

Claret in Hiberniâ S. Tigernacus Episcopus, qui oratione novem mortuos resuscitavit.

Decedit S. Quirillus Episcopus Trajectensis ad Mosam.

Annus Christi 540.

Consules hujus anni fuere Justinus & Paulinus junior.

Sylverius Papa in Insulâ Palmariâ confectus ærumnis, consumptusque inediâ, diem claudit extremum, post mortem miraculis coruscans, tanta die ejus obitus quæ fuit 20. Junii, fuit solis eclipsis, ut horâ diei tertiâ stellæ apparerent: confirmatur in sede Pontificiâ Vigilius, ad quem statim Constantinopoli Romam legatum mittit Justinianus Imperator, Flavium Dominicum V. C. Exconsulem & Patricium.

Anthimus excommunicatur à dicto Papâ.

Celebratur Concilium Aurelianense tertium, in quo inter alia plura, recens fuit conditus canon adversus Judæos, ne à die cœnæ Domini usque ad secundum sabbathi in Paschâ, hoc est quatrinduo procedere inter Christianos, vel Catholicis populis se ullo loco aut quacunque occasione miscere præsumerent.

Theodobertus filius Theodorici, fratris

Childeberti Regis cum magno Francorum exercitu invadit Italiam, eo quòd Justinianus Imperator Græco fastu in monumentorum publicorum Imperatoriis titulis ponere consuevisset sicut Wandalicum & Gothicum, ita & Francicum nomen, perindè ac sicut Wandalos & Gothos, ita Francos etiam debellasset. Interim Ravenna ipsèque Gothorum Rex Vitiges Belisario deditur, in cujus locum Gothi Theodebaldum eligunt.

Rex Persarum Cosroës in Romanum Imperium movens exercitum, nullo obice per Mesopotamiam descendit in Syriam, eandemque devastavit, civitatibus dirutis, & habitatoribus aut cæsis aut captivis factis, interque alias urbes Antiochiâ, omnium totius Orientis nobilissimâ potitus, cunctos cives in ea inventos interneconi, ipsam verò civitatem igni tradidit, exceptâ majore tantummodo Ecclesiâ, quam pecuniâ redemptam, voluit esse salvam, antea tamen ornamentis omnibus spoliatam.

Cum Apameæ sacratissimum lignum Crucis Dominicæ ad adorandum ab Episcopo ostenditur, ingenti flammâ ignis splendentis non comburentis visum est circumdari Procopio teste: cujus etiam virtute Apameenses ab insultu Cosrois liberatos esse tradit Evagrius, qui miraculo adfuit, lib. 4. cap. 25.

Justinianus Imperator magnâ demum ignominia pacem à dicto Cosroë redimit, persolutis quinquaginta millibus Nummum aureorum, totidemque per annos singulos dandis loco tributis pactis.

Circa hunc annum abit ad superos S. Eudæus Abbas Araniensis, in Hiberniâ Orgiellensium Principibus natus, qui patri mortuo in Principatu succedens, sed visâ facie demortuæ puellæ à se adamatæ, attonsus, mox mundi fastum relinquens, peregrinationem ad loca sancta instituit, & in patriam rediens, plurimum extitit conditor Monasteriorum, miraculis postea & spiritu prophetiæ illustris.

Vitam mortalem cum immortalis commutat S. Fridolinus Ordinis Benedictini Abbas: hic regio Gothorum sanguine natus, patrem Conranum Scotiæ & Hiberniæ regem habuit: Monachus factus, propagandæ fidei zelo multas Provincias peragravit & Christianâ fide imbuit: claruit stupendâ miraculorum gratiâ. Ad Clodovæi Regis Galliæ mensam invitatus, cum ex manibus regis vas cristallinum pretiosissimum auro & gemmis ornatum in terram excidens fractum esset, illud Fridolinus integrum Regi prodigiosè restituit: illud item rarius, quando Rheni cursum fufis precibus aliorum vertit, & cœnobio suo consulens fluvio adversus cœnobii hostes usus, grandi miraculo eosdem & terruit, & à suis finibus avertit: prodigiosissimum illud, cum Ursionem sive Ursam Ducem, cœnobii sui dotatorem, à mortuis revocatum, Glaronâ Ranck villam usque per sex milliaria Germanica secum

secum deduxit, & in conventu procerum die indictâ stitit, contra præsentem tunc etiam fratrem germanum suum Landolphum Ducem causam acturum, & de bonis cœnobio Seccaviensi à se legatis testatorum, quo adeò territus Landolphus est, ut non illa solum omnia, quæ frater obtulisset, rata haberet, sed suam etiam partem adderet. Ex Menolog. Bened. Bucel.

Circa hunc annum decedit S. Pantagatho Episcopus Viennensis in Galliâ, cui succedit in Episcopatu Isicius.

Mortalis corporis exuvias deponit S. Leo Episcopus Senonensis in Galliâ, vir misericordissimus, immunitatis Ecclesiasticæ defensor acerrimus, miraculis in vitâ & post mortem gloriosus. Item S. Fidulus Abbas, miraculorum gloriâ celebris, quæ inter, triduo integro in patibulo pendentem, precibus suis à morte servavit: servum quendam vinctum prodigiosè è carcere & vinculis liberavit: equum sancti hujus Abbatis furatus quidam triduum totum errans, demum propè cœnobium, consistere se miser erubuit, neque prius equo descendere potuit, quam à Viro DEI, occultis quibus tenebatur vinculis, & febris quibus æstuabat caloribus, liberaretur. Ex Nicolao Camuzat.

Annus Christi 541.

Consul anni hujus erat Basilius junior.

Celebratur Concilium Avernense, & Aurelianense quartum.

Belisarius ob ingentem sibi partem gloriæ de recuperatâ Italiâ, ab æmulis patitur invidiam, nam in suspicionem adductus affectatæ tyrannidis, Constantinopolim revocatur, quò & secum duxit Vitigem Gothorum Regem ejusque uxorem, nec non liberos Theodebaldi novi Gothorum regis, aliosque quam plurimos præstantiores captivos, unâ cum pecuniâ omni, ac regiâ pretiosaque cætera supellectile.

Imperator DEO pro tot beneficiis gratus, pius sanctasque tum pro fide adversus hæreticos, tum ad disciplinam Ecclesiasticam conservandam promulgat sanctiones: idem à Sergio Cæsariensi Episcopo monitus Samaritanos Christianorum hostes infensissimos ad meliorem frugem restitutos esse, pœnas in eos sanctitas antiquat: sed simulatè egerunt dicti Samaritani, tanquam ut à pœnis quibus affligebantur, liberarentur, atque parentum hæreditatum, quibus per leges privabantur participes esse possent.

Auximitarum in Æthiopiâ populus ad fidem Christianam convertitur, ex voto Adadi ipsorum Regis, qui se obligavit Christianam amplecti Religionem, si victoriam referret de Homeritis, quorum Adadus regionem unâ cum Rege cœpit ac possedit.

Avares 16. millium classe Siciliam invadunt, & occiso cum sociis S. Placido Abbate, omnes numinis vindictâ in mari merguntur.

Insignibus claret Divus Benedictus miraculis, rusticum à Gallâ feroci Gotho lotis vinctum solo oculorum intuitu solvit: al-

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

terius rustici defunctum filium excitat: Monachum à dæmone obsessum solâ alapâ liberat.

Moritur circa hunc annum S. Germanus Episcopus Capuanus, cujus animam idem S. Benedictus ab Angelis, in spherâ igneâ in cœlum deferri vidit.

Annus Christi 542.

IN Italiâ occiso rege Theodebaldo, Gothi exierunt in Regnum Araricum, eodemque paucos post menses perempto, Totilas Theodebaldi nepos, ingenio & viribus præstans, Rex creatur, in flagellum dominantium in occidente Græcorum, qui hoc ipso anno non amplius quam quinque millium Gothorum collecto exercitu, bis collatis signis Romanorum exercitum superavit.

Justinianus Imperator Antiochiam à Cosroë Persarum Rege incensam restituit, munitiorem ac magnificentiorem, Ecclesiis, xenodochiis, balneis aliisque ædificiis cum publicis, tum privatis reddit.

Francorum Rex Childebertus, unâ cum fratre Clothario, adversus Theudum Gothorum Regem Arianum in Hispaniâ regnantem movet exercitum, victoresque Cæsaraugustam usque pervenientes, acceptâ ab obsessis illius urbis civibus S. Vincentii Martyris sacrâ tunicâ (cujus per muros in jejunio & fletu, accum psalmodiâ Ecclesiasticâ circumductæ mirabili virtute civitas est ab eorumdem Francorum invasione defensa) aliisque sacris Sanctorum Reliquiis, in redemptionem obsidionis, subactâ magnâ Hispaniæ parte cum ingentibus spoliis in Gallias revertuntur.

S. Benedictus Totilæ Regis fraudem in Spathario ejusdem subornato detegit; ille facti pœnitens, & in propriâ se sistens personâ, viri sanctitatem humi procumbens veneratur, à quo oraculum accipit de suæ mortis tempore, & urbis Romanæ occupatione.

Circa hunc annum obiit Innocentius Episcopus Cenomanensis; item S. Scholastica virgo monialis & soror S. Benedicti Abbatis, qui ejus animam egredientem in specie columbæ, cœlum penetrare vidit.

S. Proculus Episcopus Martyrio coronatur.

Annus Christi 543.

TOTILAS Gothorum Rex, Samnio, Campaniâ, Apuliâ, Calabriâ aliisque Provinciis, atque Civitatibus potitur, ipsamque Neapolim post longam obsidionem in ditionem accipit; ex monitis tamen S. Benedicti Abbatis redditus mitior, multa in illis regionibus humanitatis & continentiæ exempla edidit: Idem S. Pater Benedictus hoc anno ad cœlos è terris commigrat.

Rupto rursus fœdere Rex Persarum Cosroës, in Romanum Imperium immittit exercitum, cum Belisarius in Persidem missus, uno tantum castro capto, eodemque postea amisso nihil præterea memoriâ dignum egit, invadente Romanum exercitum agritudine, adeò ut vix pars ejus tertia servari potuerit.

Moritur Hugvvaldus Franciæ Orientalis Dux.

S. Maurus à S. Benedicto Abbate cum sociis in Gallias missus, Glanofoliense cœnobium sub instituto ejusdem Sancti Abbatis & Patriarchæ adstipulante Floro condit.

Duo filii Mordredi, quem Saxonibus fœderatum Arturus prælio victum occiderat, insurrexerunt in Regem Britonum Constantinum, volentes patrem vindicare, qui Saxonibus confœderati prælia plurima commiserunt, quos tandem Constantinus in fugam pulsos persequens, unum Wintoniæ in Ecclesia Sancti Amphibali ante altare trucidavit: alterum verò Londini, in quorundam fratrum Religiosorum cœnobia absconditum, crudeli morte damnavit.

Annus Christi 544.

Tentat Sergiopolim Cosroës, quæ prodigiosè fervatur: pestis per Angelos malos humanâ specie apparentes immissa, quinquaginta annis orbem vexat.

Totilas Gothorum Rex, Romam cogitans, eam prius litteris ad Senatum scriptis, quam armis tentare decrevit, sed cum Joannes Præfectus Constantinopoli olim missus, Senatum rescribere vetuisset, indignatus Totilas ad urbis obsidionem exercitum movit; admonitus de istis Justinianus, Belisarium è bello Persico revocans in Italiam mittit; eodem tempore omnes, qui Arianae hæresis Romæ suspecti habebantur, ne proderent Gothicis Arianis urbem, inde pulsi sunt.

Hoc anno defuncto Sancto Cæsario Episcopo Arelateni, in locum ejus Auxanius substitutus est.

S. Crothildis Gallia Regina apud Turones excedit è vivis: item S. David Menevensis ex Ord. S. Benedicti, qui centum quadraginta septem annos vixit.

Diermitius I. Cervaili filius, in Hibernia regnare incipit, contra quem S. Columba præcibus adjuvit cognatos suos Conallios in prælio Cuildebrensi, cæcis ad tria millia adversariis.

Diem obiit Sanctus Sēnanus Episcopus & Abbas in Hibernia, in cuius nativitate aridum lignum fronduit, Monachus factus, iussu Abbatis sui defunctum Dynastæ filium vitæ restituit, & futura spiritu prophetico prædixit.

Occasione pestis à Justiniano Imperatore festum purificationis solemne instituitur.

Annus Christi 545.

Totilas Tibure per prodicionem potitus, civis omnes unâ cum Episcopo internecioni subjicit; cum quo non valens Belisarius collatis signis decernere, ipse in Æmilia constitutus misit Romam ex suis, qui urbem pro viribus tutarentur.

Ariobindus maritus filia sororis Imperatoris missus in Africam, à Guntharide sibi subiecto Duce (sub quo adversus Mauros Wandali

militabant) jam effecto tyranno, necatur contra fidem præstitam Reparato Episcopo Carthaginensi. Post dies verò triginta sex idem Guntharis dolo necatus & ipse est ab Artabane Duce, quem convivio exceperat.

Circa hunc annum ad cœlos migrat S. Romanus Abbas, qui Sancto Patriarchæ Benedicto in specu Sublacensi nutritor, & author primarius ac adiutor instituti Monastici fuit.

Obiit Injuriosus Episcopus Turonensis; item S. Remigius Episcopus Rhemensis.

Annus Christi 546.

Totilas Spoletum capit, Persumque post longam obsidionem dolo occupat: Sanctum Cerbonium Populani Episcopum, quod milites quosdam Romanos à Gothorum crudelitate abscondendo servasset, coram omni populo objicit urso dilaniandum, sed eam illum urus intactum relinqueret, imò & adularetur ac pedes lamberet, ipse quoque ferus barbarus à fera bestia humanitatem discens, ad ejusdem Episcopi venerationem permotus est. Uti refert Sanct. Gregor. lib. 3. Dialog. dialogo 13. cap. 11.

Vigilius Papa ab Imperatore Romæ Constantinopoli venire rogatus, iter illuc instituit, veniensque primò in Siciliam, diutiùs illic mansit, indeque ut laboranti fame urbi consuleret, magnum navium numerum frumento onustarum Romam transmittit, sed cum ad portum Romanum appellerent, in hostium potestatem venere, vectoresque occisi, & Valentinus Episcopus Sylvæ Candidæ ibidem inventus utraque manu truncatus est. Procop. de bell. Gothic. lib. 3.

Auxanius Arelateni Episcopus ex hac vitâ migrat, & in locum ejus subrogatur Aurelianus, quem Vigilius Papa petente Childeberto Francorum Rege, & consentiente Justiniano Imperatore, Vicarium suum esse decrevit.

Eodem hoc anno moritur Ephrem Episcopus Antiochenus, cui in sede Episcopali succedit Domnus. Petro verò Episcopo Hierosolymitano defuncto subrogatur Macarius hujus nominis secundus.

Sub hoc item tempore mortalem vitam cum æternâ commutant Noviomagi ad Isaram S. Medardus Viromandensis Episcopus, & S. Vincentius Episcopus Tricastinus.

Florus conditor Glanofoliensis cœnobia, Monachus efficitur Benedictinus.

Annus Christi 547.

Roma à Gothicis obsessa dirâ fame premitur, ad eò ut incolæ cætero omni victu, etiam animalium quorumcunq; immundissimorum, atq; herbarum impurissimarum deficiente, purgamentis jam & stercorebus uterentur, nonnulli etiam manus sibi met præ desperatione inferrent; interea cum copia missæ Constantinopoli ab Imperatore variis in viâ bellis detentæ, & à Gothicis profligatæ essent, tandem milites quidam Isauri, pactâ à Totilâ mercede, ipsum per portam Asinariam noctu in urbem introduxerunt, plurimis Romanis mili-

militibus unâ cum Ducibus aufugientibus, paucis ad Ecclesias cum civibus se recipientibus. Totilas verò hac victoriâ benignè usus, primùm omnium orandi gratiâ S. Petri Basilicam ingressus, Pelagii Diaconi victus precibus, licet urbis prædam militibus concesserit, civium tamen vitam, ac præcipuè fœminarum pudicitiam per omnia custoditam haberi voluit.

Post quæ missi sunt à Totilâ ad Justinianum Imperatorem, ut pacem ab eo peterent Legati, quam cum negaret Imperator, exacerbatus barbarus, cum interim in Lucaniâ cladem accepisset, Capitolium incendit, & mœnium tertiam partem evertit, quo videlicet faciliùs cum vellet, ad urbem regredi liceret; Verùm Belisarius Totilâ adversus hostes progresso Romam ingressus, muros dirutos (ut licuit) confestim instauravit, fossisque munivit: adeò ut revertentem ad ejus oppugnationem Totilam omninò repulerit.

Vigilius Papa ex Sicilia solvens, Constantinopoli ab Imperatore ei obviam facto, & populo cantante, *Ecce advenit Dominator Dominus*, excipitur.

Selavi Danubium transeunt, pluresque Provincias occupant.

S. Herculanus ex Ord. Divi Benedicti Episc. Perusinus in Italiâ, iussu Totilæ Gothorum Regis decollatur, cujus corpus ita capiti unitum atque sanum, quadragesimo post abscissionem die (ut scribit S. Gregorius Papa) repertum est, ac si nulla ferri incisio illud tetigisset. ex lib. Dialog. S. Gregor.

Circa hunc annum decedit S. Justus Episcopus Urgellensis in Hispaniâ.

Annus Christi 548.

Romanus exercitus novis cladibus in Italiâ, diversis in locis à Gothicis afficitur, additumque ad alia damna, ut Sclavorum exercitus transmissio Istro Illyricum occupavit.

Theudis Rex Gothorum in Hispaniâ occiditur, cum regnasset annos sexdecim & menses quinque; successit in regno Theodegillus.

Laurianus genere Pannonius, in vectus zelo fidei Catholicæ in Totilam Arianum postquam in Episcopum Hispanensem electus fuisset, ab exploratoribus dicti Regis capite truncatur.

Macarius, Hierosolymitanus Episcopus, cum sedisset annos duos, pulsus est ob suspicionem (ut ait Evagrius lib. 4. c. 36.) hæresis Origenistarum, & in ejus locum suffectus Eustochius; innocens postea repertus, sedi suæ restitutus est.

Theodora Augusta ad cladem fidei orthodoxæ solùm intentâ, ex hac vitâ subducitur.

Joannes Patricius Cappadox, qui semper apud Justinianum Imperatorem primùm locum obtinuerat, ob suspicionem Magistratu dejectus bonisque exutus, atque in exilium Cyzicum missus, ad vitam retinendam sacerdotium sumere compellitur; sed & paulò post reus factus necis Cyziceni Episcopi, in carcerem primò conjectus, deinde per totam Ægyptum usque ad Antinoi urbem circumductus, petere ab obviis stipem coactus est.

Moritur Theodebertus Austrasiæ Rex.

Aurelianus Archi-Episcopus Arelateni monasterium in urbe Arelato sub titulo SS. Apostolorum: Kieranus Clonense sive Cluanmacnois in Midiâ Hiberniæ regione condit.

Annus Christi 549.

Celebratur Concilium Aurelianense quintum.

Belisarius ex Italiâ Constantinopolim inglorius redit, Totilas e contra Gothorum Rex universâ ferè Italiâ potitur.

Longobardi à propriis sedibus super Istrum fluvium positæ excitati, Pannoniam invadunt, grassantesque in Dalmatiam & Illyricum cuncta depopulantur. Procop. lib. 3. de bell. Goth.

Gothi Galliarum partem suæ quondam ditionis effectam, videlicet Masiliam, Arelatum, totiusque ejus oræ maritimæ loca Francis cedunt; cum minùs se posse existimarent Romanis simul ac Francis resistere.

Artabanes qui Guntharidem Tyrannum occiderat in Africâ, unâ cum Arface cognato suo aliisque Proceribus adversus Justinianum Augustum conspirat, & nisi molitiones fuissent detectæ, planè de ipsius Imperatoris vitâ atque Imperio actum esset.

Decedit S. Albinus Episcopus Andegavensis in Gallia, qui inter plurima quæ patravit miracula, mortuum suscitavit.

Annus Christi 550.

Expugnat denuò Romam Totilas prodicione Isaurorum, & quam nuper vastavit restaurat, potitur etiam Sicilia: mittitur ab Imperatore in Italiam Germanus.

Mopsuestiæ in secunda Cilicia celebratur Synodus, cui novem Episcopi interfuerunt, multi que viri clarissimi Comites atque Tribuni.

Jordanus sive Jornandes Gothorum Episcopus, ad hunc usque annum perduxit, quem scripsit Commentarium de Regnorum ac temporis successione.

Circa hunc annum obiit S. Laurentius Episcopus Sipontinus.

Item S. Isaac Monachus & Eremita ex Ord. D. Benedicti, insigni miraculorum dono à Namine honoratus: à custode templi Spoletani cum diutiùs in preces incumberet, impostor appellatus, inflictâ etiam alapâ è templo ejectus, arreptum mox à dæmone percussorem, immemor injuriæ prodigiosè sanavit: fures hortulo suo inlidantes, in spiritu agnoscens, tot vanguardas (instrumenta sunt manualia) in horto destitui jusfit, quot venturos præviderat, qui de nocte longo alio ingressi proposito, mutata repente mente, hortum quem deprædari venerant colere cœperunt, quos etiam velut conductos abundè refecit, & post laborem operis mercedem, olera dono dedit: quosdam nuditatem mentitos, & vestimenta efflicim ab eo postulantes, suismet, quas absconderant in cavitate cujusdam arboris, in medium prolatis vestibus donavit.

proprioque delusos ludo, domum remisit. ex lib. 3: Dialog. S. Gregor. cap. 14.

Vitam item cum morte commutat S. Theodorus Episcopus Bononiensis in Italia; similiter S. Desideratus Episcopus Bituricensis, qui muto loquelam reddidit, & pauperis (qui contra præceptum Ecclesiæ molam farinariam rotare die Dominico præsumperat) manum molæ adhaerentem mirabiliter liberavit, dæmonem quoque ex obsessâ abegit.

Floret circa hunc annum S. Lifardus Abbas Ord. D. Benedicti, Magduni in Galliâ, qui tantæ abstinentiæ fuit, ut unciâ hordeacei panis, manibus propriis compositi, & ad diem tertium cum potu aquæ parcè uteretur: maximis pollens virtutibus & miraculis, cœlestium agminum chorum animæ Theodemiri, quondam Miciacensis Abbatis vidit occurrere, eandemque cum gaudio & canticis ad cælum deferre.

Annus Christi 551.

Annus hic Romano Imperio funestissimus existit, cum Germanus insignis Dux exercitus à Justiniano in Italiam missus, improvisâ morte subtractus est, classisque Imperatoria naufragium fecit in ostiis maris Hadriatici.

Scavi grassantes, apud Adrianopolim Romanum profligarunt exercitum, atque ad ipsam urbem Constantinopolim appropinquantes, vix repulsi ad propria remearunt.

Intigante Theodoro Cæsariensi, Justinianus Imperator sacris se magis immiscet, undè schisma crescit: idem Zoilum Alexandrinum, quod adhereret Vigilio Papæ, sede suâ privat, ac in ejus locum Apollinarem substituit, suisque mandat satellitibus, ut in dictum Papam manus injiciant, qui è domo suâ ad proximam S. Petri Ecclesiam confugiens, decimo nono Calendas Septembr. collecto tredecim Episcoporum occidentalium, qui aderant, conventu, adversus præfatum Theodorum Cæsariensem, perversorem legum, jurium everforem, occultum hæreticum, manifestum schismaticum, excommunicationis ac depositionis; in Mennam verò Constantinopolitanam & alios Episcopos Imperatori conniventes suspensionis à communione sententiam tulit. Baron. in annal.

Floret in Provincia Gallicana S. Marius Abbas Bodanensis.

Moritur S. Martha vidua, mater S. Simeonis junioris Stylitæ.

Annus Christi 552.

Justinianus Augustus sanctionem edit adversus Judæos, qui suos prohibebant sacræ legis libros aliâ tradi doceri que linguâ, quam Hebraicâ.

Vigilius Papa ex Constantinopoli Chalcedonem fugit, cujus fugam cum Imperator comperisset, eundemque malâ corporis valetudine laborare, facti pœnitens, dignam tanto Pontifice legationem ornavit, quâ eum juramento præstito Constantinopolim in pristinum domicilium revocaret; missique fuere Calendis Februarii Belisarius, Cethegus & Petrus Exconsules & Patricii, itemque Justinianus & Marcellinus Exconsules & Comites, atque Constantinus Quæstor; verum nec his juratis Vigilius obtemperare vo-

luit, nisi prius, quæ de tribus capitulis Imperator appendisset edicta, idem protinus revocaret, cui obtemperavit Justinianus.

Græciæ civitates plures terræ motu excisæ, hiatu terræ loca multa absorpta, portentosaque maris æstuationes factæ, quibus accessit Sclavinorum & Hunnorum in Romanum Imperium repetitæ incurSIONES, nec non Insularum Corsicæ & Sardinia à Gothis facta occupatio: e contra iidem Gothi Siciliâ præter omnem spem expelluntur, belloque navali victi, & misso in Italiam Narsete fortissimo Duce, eorumdem res in deterius labi cœperunt. Procop. lib. 3. de bell. Gothico.

Moritur Mennas Patriarcha Constantinop. cum sedisset annos sexdecim. Item S. Cyprianus Episcopus Brixienis, nec non S. Datus Episcopus Mediolanensis in Insurbria, cum sedisset annis viginti duobus, ejus sedem excipit Vitalis.

Puer Hebræus, qui quod Constantinopoli cum aliis Christianis pueris degustasset particulam corporis Christi, ab impio patre, arte vitriario, in clibanum ardentem, in quo vitrum formare consueverat, injectus, ibidem post triduum illæsus inventus est, mirabiliter conservatus ope beatissimæ Dei genitricis; qui cum matre baptizatus est, pater autem obstinatus permanens Justiniani Imperatoris jussu cruci suffixus. Evagr. lib. 4. cap. 5.

Celebratur quinta Synodus Aurelianensis quinquaginta Episcoporum, præsidente S. Sacerdote Episcopo Lugd. ac præsentibus compluribus aliis sanctitate conspicuis Antistitibus.

Theodebertus Childeberti Regis nepos, invadens Italiam ex hac vitâ decedit, filiumque Theodibaldum Regni hæredem, & paterni instituti prosecutorem reliquit.

Floret S. Aspasius Confessor Meleduni in Gallia.

Annus Christi 553.

Eutychius Monachus doctrinâ & sanctitate conspicuus, missus ab Amasæ in Ponto Episcopo Constantinopolim, ut suo nomine interesset futuræ Oecumenicæ Synodo, multis visionibus à Deo designatus, omnium consensu ordinatus est Episcopus Constantinopolitanus.

Gothorum classis Orientem infestans, redire cogitur cum ignominia.

Tarentum à Gothis iisdem antea captum, Romanis militibus redditur, præterque opinionem Narses ab Imperatore missus cum exercitu, obstructis licet ab hostibus & obseratis itineribus, Ravennam pervenit incolumis, ac postea Rubiconem fluvium à Gothis custoditum occiso eorum Duce transiens, in Tuscia occurrentem cum ingenti exercitu Totilam prælio superavit atque occidit, universo cum eo exercitu trucidato: post hæc tam aliæ nobilissimæ Italiae civitates, quam urbs ipsa à Narsete brevi tempore capta est, additumque, ut cum Theias Gothorum fortissimus, post necem Totilæ in Regem ab eis electus, compressionem diu Romanorum militum fortiter sustinisset, demum & ipse occideretur.

Hierosolymitana Ecclesia in Patriarchatum evahitur.

Hoc

Hoc eodem anno, Autumnali tempore, per quadraginta dies civitas Constantinopolitana, aliæque regiones Orientis, ingenti terræ motu concussæ sunt, multis etiam civitatibus solo æquatis, ut refert Theophanes Miscell. lib. 16.

Narrat insuper Cedrenus, sub hujus anni periodo, terribilem casum avari cujusdam divitis Constantinopolitani, qui cum vehementer ægroans triginta libras argenti pauperibus distribuisset, restitutus autem valetudini facti pœnituisse, re cum amico comunicatâ, ubi non potuit averti ab eo pravo dolore, tunc alter ei promittens pecuniam reddere, dum vellet in templo dicere, haud se eam pauperibus, sed illum alium elargitum esse; statim ut hoc avarus præstitit, in ipso Ecclesiæ exitu mortuus concidit, integram verò pecuniam alius pauperibus erogavit.

Moriuntur S. Chrotildis sive Clotildis Clodovæi Franciæ Regis conjux.

S. Florentius Abbas Monasterii SS. Apostolorum Arelati Ord. D. Benedicti: circa hunc quoque annum decedit S. Vincentius Episcopus Fulginatensis in Umbria.

Annus Christi 554.

Vigilius Papa precibus Narsedis Ducis (qui ea de re fuerat rogatus à Clero Romano) ab Imperatore liberatus exilio, ad suam permittitur redire Ecclesiam.

Costroës Perfarum Rex adversus Justinianum bellum movet in Colchorum provincia, ubi Romanus exercitus turpiter victus atque fugatus est; Agathias lib. 2.

Francis à Narsete in Campania victis, Gothi in oppidum Casinum se receperunt, idque Ragnacare Brittone Duce communiverunt: Narses extemplo locum oppugnare instituit, à quo Ragnacares colloqui copiam obtinuit, sed ab eo absque fructu dimissus, sagittam clam in Narsetem occidendi hominis gratiâ jecit, quæ res ita Romanorum animos inflammavit, ut sagittis ipsum confoderint. Hoc Duce extincto, Gothi viribus suis diffisi incunctanter Casinum seque dederunt.

Mira erat per id tempus pœnitentia Victorini Monachi, cognomento Æmiliani, qui, referente Gregorio Magno, cum in sæculo esset locuples, in grave crimen lapsus, tanto facti horrore correptus fuit, ut Monasterium, expiandi ejus causâ confestim petierit, ubi tantæ severitatis humilitatisque specimen dedit, ut cæteri fratres, licet ferventissimi, in ejus comparatione sibi ipsis vilescerent, quippe toto animi conatu carnem macerare studuit, propriam abdicare voluntatem, furtivas orationes fundere, quotidianis animum lachrymis abluere, sui despectum appetere, delatum à fratribus fugere honorem. Is nocturnas fratrum vigiliis prævenire solitus, montis, in quo monasterium situm erat, secretiorem partem adibat, ut se in fletu pœnitentiæ, quanto secretius, tanto liberiùs exerceret, & venturi judicis contemplatione lachrymis dilueret reatum facinoris sui; quâdam verò nocte Abbas eum furtim persecutus, in eodem loco ad orationem prostratum diù observavit, tantoque luminis splendore perfusum, ut lucis ipsius

claritas vicinas regionis illius partes illustrârit, ipsumque Abbatem timore penè exanimatum in fugam conjecerit; reversum ad Monasterium Abbas interrogavit de eo, quod acciderat; ille verò se deprehensum intelligens, rei veritatem aperuit, adjecitque sibi in illo splendore revelatum cœlesti voce fuisse, dimissum esse ipsius peccatum. S. Gregor. homil. 34. in Evang.

Agila Gothorum Rex occiditur; incipit regnare Athanagildus, qui fidem Catholicam occultè tenuit, ut ex S. Isidoro tradit Lucas Tudenis.

Circa hunc annum obiit S. Theodosius Episcopus Vasionensis in Gallia, cui succedit Sanctus Quinidius.

Annus Christi 555.

Vigilius, Romanus Pontifex Constantinopoli venturus in Italiam, Syracusis in Sicilia calculi morbo diem obit, cum sedisset annos sexdecim: ejus corpus delatum Romam, sepultum est ad Sanctum Marcellum viâ Salaria.

Postquam autem ab ejus obitu sedes vacasset menses tres & dies quinque, subrogatus est in ejus locum Pelagius Archidiaconus, natione Romanus, filius Joannis Vicatiani.

Anastasius refert, eum ductum esse in suspicionem illatæ mortis Vigilio, ideòque fermè omnes tam ex Clero, quam ex populo ei communicare recusasse, ut vix Episcopi duo, nempe Joannes Perusinus, & Bonus Ferentinus inventi fuerint, qui unâ cum Andrea Presbytero Ostiensis eum consecrarent; sed ipse post consecrationem factâ Processione cum Litanis à S. Pancratio usque ad S. Petrum, ibi consensu ambone, præsentis Narsedis Ducis & universo populo, tenens Evangelium & crucem super caput suum, se ab eo crimine purgavit.

Leutherius & Bucillus sive Bucellinus duo germani fratres, qui sub Theodibaldo Francorum Rege hæcenus militarant pro Gothis adversus Romanos, invito licet Theodibaldo, bellum gesturi cum 72. millibus Francorum & Alemannorum delectis militibus, descendentes in agrum Campanum, Lucanos, Brutios omnesque interjacentes regiones depopulati sunt. Leuthares dum onustus sacrorum spoliis domum rediens, trans Padum ad Venetiæ loca devenit, in rabiem versus, propria membra moribus dilaceravit, totusque Alemannorum exercitus variis morbis consumptus est. Bucellinus autem apud Capuam ingenti prælio à Narsete superatus & necatus est cum omni Francorum exercitu; adeò ut ex immenso hostium numero, quinque tantummodo fuerint reperti, qui ad propria remearunt. Agathias, lib. 2.

Econtra Romanus exercitus, qui in Perside militabat, in quo 50000. Romanorum erant, fugatus est à tribus millibus Perfarum, ulciscente DEO innocentem sanguinem Regis Colchorum, Christiani ac maximè pii, qui à Romani exercitus Ducibus dolosè fuerat occisus. Baron. in Annal.

Obiit hoc anno Theodibaldus Francorum Rex.

Tu-

Tumultuatur rursus à Judæis & Samaritanis in Palæstina, qui Cæsareæ multos Christianos interfecerunt, Ecclesiasque combusserunt, nec non Præfectum peremerunt, quorum scelerum gravissimas postea pœnas dederunt.

Floret apud Aduos Germanus Presbyter, quem Nectarius Episcopus Abbatem ad Sanctum Symphorianum adfcivit: fuit mirâ in pauperes liberalitate: scenilis incendium solâ oratione restinxit, factus postea Episcopus Parisiensis.

Decedit Vitalis Episcopus Mediolani in Insubria, cum sedisset annis quatuor.

In Hispaniis Sanctus Vincentius Abbas, Ramirus Prior cum duodecim Monachis Ordin. Divi Benedicti, ab Arianis immaniter trucidantur.

Annus Christi 556.

Regnum Francorum in maximum discrimen adductum est, ex bello civili conflato inter fratres Reges Childebertum & Clotharium, ob divisionem bonorum Theodebaldi Regis defuncti ipsorum Nepotis; cui & domesticum bellum accessit, dum Chramnus perditissimus Clotharii filius contra patrem arma movit, quo tempore pater adversus Saxones rebellantes in expeditione esset. Ut Agathias lib. 2. refert.

Egregiam divinitus victoriam de Persarum copiis apud Colchos Romanus exercitus obtinuit, dum qui sacrificii causâ Justinus Dux, Imperatoris confanguineus, cum mille equitibus in templum quoddam magnâ veneratione à Christianis habitum abiisset, reversurus in munitionem, hostes quibus fortè occurrit, fugavit occiditque.

Floret in Neustriæ pago Constantiensi Sanctus Marculphus Presbyter, conditor Nantensis cœnobii, quadragesimâ tempore in solitudinem recedere solitus, pane tantum & crudis herbis vesceretur, sacco indutus cilicino & pellibus vervecinis. Mabill. in Annal. item S. Leobinus seu Leubinus, ex Monacho Benedictino Episcopus Carnotensis, insigni miraculorum gloriâ à Deo honoratus; hydropicum siquidem desperatum à Medicis, solâ oratione curavit, dæmoniacam vestimenti, quam illa attraxerat, simbriâ liberavit: duos item energumenos, porrecto quod benedixerat edulio, ab ejusmodi vexatione eripuit, febre tabescentes recreavit, immane incendium signo crucis extinxit, turbine vastatos agros vi orationis reparavit. Carol. Saussai. Sedi Episcopali Mediolanensi obtruditur Episcopus schismaticus.

Annus Christi 557.

Annus hic Constantinopolitanis admodum exitit luctuosus, ob ingentem iterum in ipsâ hyeme repetitum terræ motum, qui urbem horrendâ & per dies quàm plurimos continuatâ quassatione adeo concussit, ut tota ferè collapsa fuerit: cum & eodem tempore quidam impostores majorem incusserunt plebi terrorem, prædictionibus vulgatis de proximè futuro mundi occasu.

Rusticus & Joannes Duces Romani exercitus, ob necem illatam Colchorum Regi Christiano, Rom. Imperii socio, capite damnantur, Imperator bellum prosperè conficit adversus Mysianos, qui à Romanis ad Persas defecerant.

Costroës Persarum Rex superbissimum exercitus sui Ducem ob rem malè gestam excacari jubet. Agathias lib. 5.

Ferreolus Ucetiensis Episcopus Monasterium instituit, quod ex suo nomine Ferreolacense voluit appellare.

Annus Christi 558.

Moritur Childebertus I. Franciæ Rex, Urbem Constantinopolim pestilens motibus invasit, & infinitam sustulit multitudinem; ad hæc avertenda mala Imperator sanctionem edit de imploranda Dei misericordia, ac vitandis blasphemis, illicitisque concubitibus, quorum scelerum causâ tanta obvenisse mala conqueritur Novel. 77.

Succedit ineunte jam hyeme nova Hunnorum Cotrigurorum incurio Duce Zabergâ, quâ post transitam ab eis celeri cursu Mœsiam Scythiamque; tota penè Græcia atque Thracia nemine resistente, miserandâ strage vastata est Jamque ipsi regiæ urbi idem periculum imminerebat, quando Belisarius clarissimus olim Dux, armatus Hunnis occurrens, magno labore eosdem ab ea propulsavit, auroque postea penso, & annuo promissio tributo ad propria remisit. Agathias lib. 5.

Imperator Justinianus in turpem inertiam defluit, ac in Circi factionibus adeo Præmis adversus Venetos studet, ut eis permisit impunè non solum adversarios trucidare, sed etiam in Magistratus, qui eos cohibere vellent insurgere, & in alienas ædes irumpere, singulorumque thesauros eripere. Evagrius lib. 4. cap. 31.

Clotharius Regni Galliæ Monarchiam adeptus, cum filio suo Sigeberto Turonos specie devotionis accessit, sed reverè à Pictavos accedendi causâ, ut inde Radegundem educeret sibi que denuò copularet: hoc cognito pia Regina, litteras clam direxit ad Germanum Parisiorum Episcopum, qui Regem comitabatur, ut ejus animum à cœpto consilio revocaret, quas litteras ubi vir Dei perlegit, cum fletu ad pedes Regis procumbens, ante beati Martini sepulchrum obtestatus est, ut Radegundem in optatâ Religionis quiete relinqueret; Rex tantâ Pontificis humilitate flexus malis Consiliariis id imputavit, seque tali Reginâ indignum confessus est; deinde ad pedes beati Germani eodem in loco vicissim sese abiciens, obnixè eum rogavit, ut à Radegunde pro se veniam peteret; nec mora, Pictavos accedit Vir sanctus, ac Monasterium ingressus, in oratorio B. Mariæ prosternit se ad pedes Reginæ, pro Rege veniam flagitans; hæc verò statim benignè indulget, magnopere gavisa, quod tam lubricam occasionem evasisset, moxque omni timendi ratione expedita, sese ad Dei servitium totam aptavit. Mabillon. in annal. ad hunc annum.

Moritur Eugenius III. Scotorum Rex, post eum susceptus est frater ejus Congallus, vir ob egregias virtutes, omnium sæculorum memoriâ dignus.

Claret

Claret circa hoc tempus S. Marculphus Abbas Ord. S. Bened. miraculis gloriosus, plurimum Monasteriorum fundator.

Obiit S. Cassius Episcopus Narniensis: S. Joannes Silentarius, ex Episcopo Colonienfi in Armenia, Monachus Lauræ S. Sabæ in Palæstina. B. Naamatus Viennensis in Gallia Episcopus.

Ad cœlos abiit S. Hilarius Abbas Galeatenfis in Italia, qui Angelo duce in juvenilibus annis eremum petiit, Abbas factus, jussu Theodorici Regis capiendus, missos ad id milites oratione avertit, tandem anno ætatis octuagesimo secundo, rursus ab Angelo de obitu suo die eductus, spiritum DEO sanctissimè reddidit.

Martyrio in Perside coronatur S. Sira virgo. S. Gondulfus sedi Episcopali Mediolanensi præficatur.

Annus Christi 559.

Moritur S. Pelagius Papa, patriâ Romanus, succedit Joannes III. cognomento Catelinus, ex patre Anastasio Viro illustri natus.

Sanct. Euphronius creatur Turonensis Episcopus.

Celebratur Synodus Parisiensis, in quâ Patres inter alia laudabiliter instituta, insurgentes adversus auctoritatem regiam plus æquo sibi sumentem, anathemati subjecerunt eos, qui nomine regio ditiones Ecclesiasticas invaderent, aut Episcopatus adipiscerentur.

Per menses Julium & Augustum in toto ferè Oriente & Occidente, ex maris illuvione, tempestatibus, pestilentia & terræ motibus gravissima clades accepta, quæ clades tum alia Occidentis loca, tum imprimis Italiam afflixit.

Alle fit Rex Deirorum in Anglia.

Floret S. Leobardus Abbas, discipulus S. Patris Benedicti, Monasticæ disciplinæ ac fidei Christianæ propagandæ studiosissimus.

Annus Christi 560.

Valdè ægrotans Imperator Justinianus Constantinopoli, cum vulgò mortuus jactaretur, quasi in interregno quibusque quod vellet, agendi licentiam sibi sumentibus, eadem planè perpetrata sunt scelera, quæ in urbis direptione ab hostibus fieri consueverunt, ac præcipuè ergasteria mercatorum sunt expilata; idem autem Imperator ope Sanctorum quatuor militum Martyrum, statim ubi eorum sacræ reliquiæ nuper inventæ ejus corpori impositæ fuere, è faucibus mortis ereptus, convaluit. Ita Theophanes & Cedrenus.

Sigebertus Historicus ponit aliud ingens miraculum de imagine Salvatoris, quam cum Judæus quidam de Ecclesiâ furto sublatam telo transfixisset, igneque cremare vellet, tanta ex eâ vis sanguinis exivit, ut per ejus vestigia Judæus detectus, à Christianis fuerit lapidatus.

Theodomirus Suevorum Arianorum in Gallicia Rex, ab Hæresi ad fidem convertitur, occasione restitutæ salutis per reliquias S. Martini Turonensis olim Episcopi. Gregor. Turon. de miracul. S. Martini lib. 1. cap. 11.

Floret Martinus alius ex Pannonia, magni illius Sancti patriâ quoque oriundus, vir summæ doctrinæ ac sanctitatis, qui Suevorum in R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Gallæcia conversioni magno fuit stabilimento; ubi etiam Braccarenfis factus Metropolitanus Ecclesiasticam doctrinam optimè restituit, multasque Ecclesias ac Monasteria ædificavit.

Circa hunc annum moritur S. Constantinus Abbas Montis Cassini.

Freculphus Historicus ab orbe condito ad hunc usque annum Chronica digerit: Florent circa hæc quoque tempora Fortunatus Poëta, & Episcopus Pictaviensis. Hermolaus Grammaticus.

Ad cœlos divinâ voce cum novem Monachis suis evocatur S. Anastasius Abbas Ord. D. Benedicti, cujus rei seriem fusiùs Gregorius Papa lib. 1. dialog. cap. 7. hisce verbis enarrat; quâdam nocte cum jam Omnipotens DEUS Venerabilis Viri Anastasii labores remunerare decrevisset, ab altâ rupe vox facta est, quæ producto sonitu clamaret, dicens: *Anastasi veni*: quo vocato, alii quoque septem fratres vocati sunt ex nomine: parvo autem momento ea, quæ fuerat vox siluit, & octavum fratrem vocavit, quas dum apertas voces Congregatio audisset, dubium non fuit, quin eorum, qui vocati fuerant, obitus appropinquaret: intra paucos igitur dies, primus Venerandus vir Anastasius; ceteri autem in ordine ex carne educti sunt, quo de rupis vertice fuerant vocati. Frater verò ille ad quem vocandum vox parùm siluit, atque eum tunc nominavit, morientibus aliis paucis diebus vixit, & tunc vitam pariter finivit; ut apertè monstraretur, quia interjectum vocis silentium, parvum vivendi spatium signaverit. Sed mira res contigit; quia venerabilis vir Anastasius, dum de corpore exiret, erat quidam frater in Monasterio, qui supervivere ei nolebat, provolutus ergo ejus pedibus, cœpit cum lachrymis ab eo postulare, dicens, per illum ad quem vadis deprecor, te adjuro, ne septem dies super te, in hoc mundo vivam; ante cujus septimum diem etiam ipse defunctus est, qui tamen in illa nocte inter cæteros non erat vocatus, ut apertè claresceret, quia ejus obitum sola Venerabilis Anastasii intercessio obtinere potuisset.

Eodem anno, triumphato mundo & dæmone, cœlos victor conscendit S. Victorianus Abbas Ord. S. Benedicti in Hispania.

Ad superos porrò ex mortali hac vita abiit S. Telianus sive Eliud Episcopus Landavenfis in Wallia. S. Paternus Episcopus Venetenfis in Britannia Armorica, miraculis clarus; Arturum enim Regulum sibi injurium, justo Dei judicio ad mentum usque à terrâ absorptum ipso orante, illa statim liberum dimisit; alium sui irrisorem à dæmone idcirco arreptum à malo hospite statim liberavit.

S. Domitianus Episcopus Trajectensis ad Mosam. S. Germerius Episcopus Tolosæ in Gallia.

S. Syagrius creatur Episcopus Augustodunensis.

Claret S. Theodoricus discipulus S. Remigii Episcopi, cujus Sanctitas in infantilibus annis insigni jam prodigio præsignata est, cum fons in quo panni & fasciæ ejus abluebantur, nullis omninò sordibus inquinari posset, sed & peractâ lotione inæstimabilis odoris fragrantia

○

rede-

redoleret. Theodorici Regis filiam ingenti parentum luctu mortuam vitæ restituit, innumeros alios à variis morbis prodigiosissimè liberavit.

Celebris quoque circa hoc tempus habetur S. Marcus Maximus Episcopus Cæsaraugustanus, qui insignia præstantis ingenii reliquit monumenta: item S. Theodorus Abbas Miciacensis Ord. S. Bened. cujus felicem animam ab Angelis pfallentibus in cælum deferri S. Liphardus intueri meruit.

Annus Christi 561.

Moritur circa hunc annum S. Gregorius Episcopus Lingonensis, miraculis in vita & post mortem illustris. Item Domnus junior Patriarcha Antiochenus, cum sedisset annos quatuordecim, cui subrogatur magnus Anastasius cognomento Sinaita, quod in Sina monte vitam monasticam exercuisset.

Eodem tempore post Eustochium Hierosolymorum Patriarcham substitutus est Joannes.

Mense Nov. structæ fuere insidiæ occidendi Imperatorem, iisq; detectis in crimen adducitur Belisarius, qui bonis & dignitate exutus, insuper excæcatur. Theophanes in Miscellaneis.

Floret S. Pientius Episcopus Pictavis in Gallia.

Annus Christi 562.

Childebertus Francorum Rex, sanctis operibus clarus ex hac vita migrat, agens in suo regno annos quadraginta novem: succedit Clotharius ipsius germanus exclusis filiabus, solus totius Francorum regni Monarchiâ potitus: qui Parisios veniens, & ob contemptum S. Germani illius civitatis Episcopi in gravem morbum repente incidens, ejusdem sancti viri vestimentorum ad loca doloris appositione sanatus est, ut scribit Fortunatus Pictaviensis in vita S. Germani: post quæ Clotharius cum cæteros viros sanctos, tum præcipuè S. Maurum, qui à S. Benedicto missus fuerat in Gallias, ad propagandam vitam monasticam, coluit, multaque erga ejus Monachos exhibuit pietatis officia; ut Faustus narrat in actis Mauri.

Aurelius Cassiodorus è Consule Romano Monachus Benedictinus, rem litterariam mirè promovet, & nunc computum scribit.

In Gallia mons Rhodano imminens, per multos dies tauri mugitum edens, ab alio monte contiguo divellitur, domibus, Ecclesiis, hominibus ac jumentis subrutis. Sigebert.

Floret S. Launomarus Ord. S. Bened. nec non S. Ebrulfus nobili admodum familiâ ortus apud Bajocasses, qui relicta Childeberti senioris aulâ, atq; uxore velatâ, tanquam elapsus à naufragio, ad Cænobium Duo-Gemellorum se recepit.

Annus Christi 563.

Turpiter labitur in hæresin Justinianus Imperator, involvens se rebus Ecclesiæ, cui animosè se opponit Anastasius Sinaita, Patriarcha Antiochenus: iratus exinde Justinianus exilium omnibus Episcopis sibi contradicentibus minatur.

Theodorus Suevorum in Hispania Rex conversus, Synodum Braccarensem colligi curat contra Priscillianistas.

Annus Christi 564.

Justinianus Imperator ubi elaboratum à se editum rejici ab orthodoxis percepit, irâ ex-

stans, magnam adversus eos persecutionem commovit, cujus primus passus est impetum Eutychius Constantinopolitanus Episcopus, quem quidem ridiculis quibusdam criminibus accusatum, ac per conciliabulum quoddam damnatum, vi per milites ab Ecclesia extractum, mutato sæpius exilii loco, tandem Amaseam in Pontum relegavit, atque in ejus locum suffecit Joannem cognomento Scholasticum, ex apocrifario Ecclesiæ Antiochenæ, hominem plane servum gloriæ.

Chramnus Clotharii Regis Francorum filius, sæpè adversus patrem rebellans, & ab eo sæpius ad veniam receptus, prælio cum patre in minore Britannia commisso vincitur & capitur, jussu demùm ejusdem in turgurio inclusus est & igne consumptus unâ cum uxore ac filiabus, quas ad rebellionem habuerat impellentes.

Moritur S. Medardus Episcopus Noviomensis, cujus corpus Clotharius Rex, suos ipse humeros feretro subjiciens, Sueffionem transtulit: porrò eâdem die, quâ obiit S. Medardus, excessit ex hac vita S. Gildardus Rothomagensis Episcopus, ipsius germanus, teste Audoëno, sed non eodem anno.

Annus Christi 565.

Justinianus Imperator, ubi absolvisset sui Imperii annum trigessimum octavum, atque novum ingressus esset (ut ait Evagrius) per menses octo (ut Theophanes) menses septem & dies decem, Idibus Novembris, circa mediam noctem repentinâ morte è vivis tollitur: simul ac autem Justinianus defunctus est, eâdem ipsâ die Senatu hortante insignia suscepit imperii Justinus junior, filius ex Vigilantia sorore Justiniani.

Hoc item anno Clotharius Rex Francorum, cum ageret ab obitu Clodovæi patris annos quinquaginta unum in Regno, post visitatum sepulchrum B. Martini Turonensis, & exomologesim peccatorum factam, inde regressus, febre in venatione correptus diem obiit Compendii. Eo verò defuncto quatuor ejus filii partiti sunt regnum; quorum Charibertus sedem tenuit Parisiis, Chilpericus Sueffione, Guntheramnus Aurelianis, Sigebertus Rhemis.

Hoc eodem tempore pestis illa vehemens, atque ubique pavenda, Inguinaria dicta, quæ orta fuerat in Liguria, universam depasta est Italiam, pervasitque etiam Gallias & regiones Boreales, quæ antequam locum aliquem occuparet, præcedebant signacula per domos, ostia, vasa, vestimenta, quæ si quis voluisset abluere, magis apparebant.

Picti in Insula Britannia septentrionali parte commorantes, ad Christi fidem convertuntur per S. Columbanum Presbyterum, & Abbatem Hibernum ex Ordine D. Benedicti.

Corpus S. Gildæ cognomento sapientis, prout jussu erat ante mortem, in caduca navi in mare demersum, appulit ad quoddam Oratorium, quod sub titulo S. Crucis construxerat, atque inde in proximum Ruynense cænobium delatum est. Mabillon, in annal. ad ann. 562.

Monothelitæ emergunt.

Fergusus & Donaldus Murchertachii filii, nepotes Ercæ, Hiberniæ regnum simul tenent.

Claret S. Finneus Abbas Ord. S. Benedicti: hunc puerum etiam Numen miraculorum gloriâ

gloriâ illustravit, cum jam tunc insigni prodigio aquam fontis ex arida elicuit. Prodigiosius illud, quod adolescens fecit, quando stagnum vastissimum, monasterii ædificationem impediens, fusâ oratione ad mare coëgit, adeo ut alvo exsiccato plures deinceps illic urbes struerentur; Abbas factus meruit multis modis de patriâ, quæ inter, magnum omnino & mirandum illud, cum eam bello Saxones peterent, & Finneus nihil apud illos precibus efficeret, ut cædibus & rapinis abstinentes, se se domum reciperent, vir sanctus conscensis montibus, vallem in quâ collecti consistebant hostes, desuper circuiens, precibus suis effecit, ut universi à montibus, nec uno quidem cladi superstiti opprimerentur: magni & illud meriti, cum Tuahali Regis filium à morte resuscitavit, Rege ad saniora converso. Plura vide apud Bucellin. in Menolog. Benedict. ad 23. Februarii.

Decedit circa hunc annum S. Paternus Episcopus Abrincensis, Ordin. Benedictini Monachus, Apostolus Neustriæ, plurimumque Monasteriorum fundator; claruit insignibus post mortem miraculis.

Obiit item Belisarius, Justiniani Imperatoris Polemarchus gloriosissimus.

Annus Christi 566.

Justinus novus Imperator, edictum de recta fide conscribit, eoque omnes ad Ecclesiæ Catholicæ doctrinam atq; unitatem amplexandam hortatur. Ad sopiendos Alexandria tumultus eò mittit Photinum Belisarii privignum, simulque sumptuosa munera Ecclesiis offerenda dat: Idem Imperator auditis legatis Gagani Regis Avarum, qui missi erant ad exigendam annuam pecuniam, quam Justinianus ei solvere consueverat, ne incursionem faceret in Romani Imperii ditionem, non solum renuit id præstare, sed etiam bellum comminatus est, si quid contra Imperium moliri tentarent: asserit Photius in sua Bibliotheca, Turcas quoque legationem misisse ad eundem Justinum, quâ peterent, ne susciperet Avars ipsis insensissimos.

Leontius Burdegalensis Episcopus, collecto Provinciae suæ Episcoporum Concilio Santonis, inter alia decreta Emerium à Clothario auctoritate regiâ in Episcopatum Santonensem intrusum, sede privat; qui tamen à Rege Chariberto Clotharii filio, vi rursus restitutus est, multatis pecuniâ Leontio & ipsius Coepiscopis. Gregor. Turon. 4. histor. Francic. 26.

Victor Tunensis sive Tunonensis in Africa Episcopus, Chronicon suum à principio mundi, in hunc usque primum Justiniani Imperatoris annum perduxit.

Sub hunc annum decessit Osea in Hispania S. Victorianus Abbas Ordin. S. Benedicti: claruit magnis prodigiis in vita & post mortem, eo in primis memorabili, quo Sancio Regi ejusque filio prodigiosè contra Mauros advit, ejus in exercitu reliquiis deportatis, cæsa tunc sunt in prælio hostium quadraginta millia, Osea urbs expugnata, & quatuor Maurorum Reges capti ac intercepti. Bucellin. in Menolog.

Charibertus Rex Parisiorum Marcovesam, religiosâ veste indutam, conjugio sibi copulavit, R. P. Brentano Epitome Chronologica.

cujus rei causâ à Germano Parisiorum Episcopo excommunicatus uterque est. Sed cum Rex eam dimittere nolleret, protinus illa judicio Dei extincta est, nec multò post ipse Rex decessit.

Ainmireus filius Setnai Hiberniæ regnum accipit.

Brunechildis Ariana, dum nuberet Sigeberto Regi Austrasiorum, fit Catholica.

S. Auxentius creatur Episcopus Mediolanensis in Insubria.

Moritur circa hunc annum S. Sabinus Episcopus Canusinus, anno Episcopatus sui 52. Item S. Nicetius Episcopus Trevirensis.

Annus Christi 567.

Justinus Imperator Æthereum & Addæum Senatores, qui principem locum apud Justinianum diu tenuerant, utpote accusatos in se conspirationis, aliorumque criminum noxios, ultimo affici supplicio jubet; porrò ante hos è medio sublatum esse Justinum ipsius Imperatoris cognatum Evagrius lib. 5. cap. 2. docet, virum, ut ait, magnæ apud omnes gloriæ, cum ob rerum bellicarum usum, tum ob alia ornamenta, quem cum invidia & timore ductus Imperator, criminibus confectis Alexandriam deportari, ibique paulò post noctu in lecto interimi curavit.

Narfes virtutibus & victoriis inclutus, videns se ab Augustâ tanquam Eunuchum contemni, missis Legatis Longobardos in Italiam evocat, quorum irruptionem terribilia noctu prodigia, igneque in cælo acies præsignarunt.

Defuncto Athanagildo Rege Gothorum in Hispania, Liuba regno præficitur, ut testatur Isidorus in Chronico Gothorum.

Hoc tempore in Hispaniis adversus Græcos, ascitos primò contra Francos, sed post pacem à Gothis cum Francis sancitam, conversos in hostes, jugiter pugnandum fuit, uti citatus author tradit.

Mortuo Chariberto Parisiorum Rege, Theodegildis opilionis filia, quæ in regium præter aliam thalamum adscita fuerat, nuncios ad Guntchramnum Aurelianorum Regem direxit, ad nuptias cum eo conciliandas; Rex id facturum se simulavit, accederet proinde cum thesauris, majori honore quam cum Chariberto sublimanda. Hæc verò tam læto nuntio accepto, mox ad Regem profecta est cum gaza regia. Tum Rex indignum putans, hos thesauros penes eam, quæ temerè germani sui thorum adierat, remanere, cum exigua portione eam ablegavit in Monasterium Arelatense, cui tum Liliola Abbatissa præerat. At illa tantam vitæ severitatem iniquè ferens, Gothum quendam ad se ducendam, & in Hispanias perducendam, ostentatis thesauris suis sollicitavit; nec mora, Gothus acquievit; verùm cum illa discessum cum proco suo pararet, deprehensa est à Monasterii antistita, quæ eam graviter cæsam custodiæ mancipari præcepit, in qua usque ad exitum vitæ non sine multo mœrore perduravit. Mabillon. tom. I. lib. 6.

Annus Christi 568.

Alboinus Rex Longobardorum è Pannonia in Italiam magnis potens viribus advenit, regente illam pro Imperatore Longino.

Sophia Imperatrix insigne edit pietatis officium, accitis enim omnibus, qui are alieno obstructi essent, debita eorum creditoribus dissolvit, teste Cedreno.

Moritur Congallus II. Scotiæ Rex laudatissimus, cui in Regno succedit frater Kinnatellus. Vivisitem subtrahitur S. Auxanius, Episcopus Mediolanensis, rexit is Ecclesiam suam per annos duos, substituitur S. Honoratus.

S. Agrippinus creatur Episcopus Comensis in Insubria.

Annus Christi 569.

Liuba Rex Gothorum in Hispania, Collegam sibi adlegit fratrem suum Levvigildum, cui ipse cessit Hispanias, contentus regno, quo potiebatur in Gallia Narbonensi, uti refert Isidorus in Chronico.

Sub Theodomiro Suevorum Catholico Rege, celebratur in Gallicia Hispaniæ provincia Lucense Concilium; circumscribuntur quoque Ecclesiarum Galliciæ limites, ad lites de finibus evitandas.

Tiberius Comes Excubitorum, qui postea Augustus creatus est, Avars barbaros debellat.

Vivis eximitur Kinnatellus Scotiæ Rex, cui sufficitur Aidanus.

Floret sub hoc tempus Nunctus Abbas, ex Africanis regionibus in Lusitaniam cum aliquot fratribus trajiciens. Tam continentis erat vitæ, ut aspectum mulierum non secus ac viperarum morsum vitaret, quem ipse Leovigildus magnis in honoribus habuit, adeo ut se ejus precibus commendaret, eique prædia quædam ex regio fisco, conscripto regio diplomate tradiderit, ad comparanda sibi suisque fratribus alimenta & indumenta, quam donationem respicit primùm vir sanctus, sed tandem eo, qui à Rege licet Ariano directus fuerat, flagitante, non nisi ægrè admittit: post paucos inde dies, cum loci illius incolæ vilissimo, ut sibi videbatur, ac sordido habitu deformi domino subijci non sustinerent, hunc solum repertum fractis cervicibus crudeliter trucidarunt: comprehensos deinde homicidas Leovigildus inultos abire sivit, certus, si is verè Dei servus esset, ejus interfectores divinæ justitiæ pœnas citò duros; id quod brevi effectu comprobatum, dæmonibus in reos sævientibus, quousque crudeli morte confecti essent. Paul. Diac. Emeritan.

Eodem ferè tempore Donatus Abbas, Servitani in Hispania Monasterii auctor, ex Africa istuc appullus est cum Monachis ferè septuaginta, ob metum scilicet barbararum gentium, à quibus Africæ excidium, adeoque ovilis sui cladem imminere prævidebat.

Boëthianus & Eochanus Hiberniæ Regnum capessunt.

Annus Christi 570.

Apollinaris Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus, ubi sedisset annos undeviginti (secundum Nicephori rationem) ex hac vita migrat, in cuius locum subrogatur Joannes.

Longobardi Mediolanum capiunt, & omnia

usque ad Tusciam invadunt, præter Romam & Ravennam, ac nonnulla castella maritima.

Floret hoc tempore S. Honoratus Mediolani Episcopus; quem aliqui hoc etiam anno decessisse ferunt.

Celebratur Synodus Turonensis secunda: item Lugdunensis prima, in qua Ecclesiasticæ paci atque indemnitati consultum est, ob scandala à quibusdam malis Episcopis illata; in specie verò Salonius Ebrodunensis, & Sagittarius Vapingensis Episcopi à dictâ Synodo depositi sunt.

Liuba Rex Gothorum in Hispania moritur, & Leovigildus ejus Germanus in Collegam antea ascitus, solus regnare incipit.

Diem pariter obiit Theodomirus Suevorum in Hispania Rex Catholicus, maximèque pius, qui filio Ariamiro (quem precibus S. Martini ex diuturno atque gravissimo morbo sanum acceperat) unâ cum pietate Regnum relinquit.

Claret S. Eugendus Abbas Monasterii Ivrensis in territorio Lugdunensi, cujus vita virtutibus, miraculis & spiritu Prophetiæ refulsit.

Circa hunc annum Martyrio coronatur S. Suranus Abbas Ordin. S. Benedicti, qui eâ in pauperes & captivos liberalitate fuit, ut non solum quidquid in penu & horto, spei & rei esset libens erogaret, sed suas sibi etiam & fratribus vestes detraheret, usque membra tam chara Christi operiret.

Fatis concedit S. Fidelis Episcopus Emeritensis in Hispaniis, prodigiis celeberrimus, qui aliquoties sanctorum è cælo agmini adjunctus urbis Ecclesias visitare visus est, & cui urbis portæ noctu divinius referatæ sunt: ei in Sede Pontificali successit S. Massona.

Clarent S. Clodoaldus Chlodomiri Burgundiæ & Aureliorum Regis filius, qui purpuram cum cucullo Benedictino mutavit, & post mortem miraculis refulsit.

S. Venantius Abbas & Confessor ejusdem Ordinis; fuit dæmonibus admodum invisus ac metuendus, qui solâ ejus jussione facile pulsi sunt, miraculis aliis insignis: S. Patroclus Abbas itidem Benedictinus Monasterii Columbariensis conditor, qui solâ manu impositione & crucis signo dæmones ex obsessis fugavit: S. Siffredus ejusdem instituti professus & Episcopus, qui solâ præsentia infirmos curavit, cæcum signo crucis illuminavit, mortuumque resuscitavit.

Frontus viduatæ Ecclesiæ Mediolanensi, Episcopus intruditur.

Obierunt S. Simplicius Abbas Casinensis tertius: S. Arthellaidis virgo nobilis Constantinopolitana, Lucii Proconsulis & Arthuse filia, quæ à Justiniano Imperatore ob egregiam formam, contra parentum & suam ipsius virginis, quæ Christo virginitatem voverat, voluntatem expetita: clam cum aliquot Eunuchis in Italiam ad Narsetem Patricium, qui tunc temporis Beneventi agebat, missa est. Sub via in latrones incidens & in carcere ab eis, ut pulchritudinem ejus violarent, inclusa, mirè ab Angelo liberata & Beneventum delata, ibidem orationibus & jejunis jugiter intenta, multis coruscavit miraculis.

Mortalem quoque vitam deseruit S. Amabilis Abbas Arvernensis Ord. S. Benedicti.

Annus Christi 571.

Alboinus Longobardorum Rex Ticinensi civitate post obidionem trium annorum & amplius

plius in ditionem acceptâ, ab ejus quam voverat direptione magno miraculo averfus est. Paulò verò post Calendis Octobris peremptus est in fidiis conjugis Rosimundæ, cui cum ipse aliquando apud Veronam in convivio hilarior factus, vinum dari præcepisset, in poculo, quod de capite Chunimundi Regis ipsius Rosimundæ parentis fecerat; eadem mox in mariti nece patris cædem vindicatura, Helmigem regis armigerum, & Peredem virum fortissimum, factâ iidem sui copiâ, in Alboini cædem impulit; post quæ ipsa unâ cum Helmige Ravennam ad Romanos fugiens, Longini Exarchi suafu, ut ipsi nuberet, eidem Helmigi poculum venenatum propinavit, qui ubi venenum sensit, partem ejus ipsam Rosimundam bibere coëgit, sicque divino judicio ambo uno momento perierunt. Paul. Diac. lib. 2. de gest. Longob. c. 13. & 14.

Alboino in regno successit Clephis.

Circa hunc annum obiit S. Probus Episcopus Reatinus.

Annus Christi 572.

Cathedram Episcopalem Turonensem ascendit S. Gregorius.

Moritur Joannes Papa, cum sedisset annis tredecim, minùs diebus quatuordecim, item Charibertus Francorum Rex, qui regnabat Parisiis, cum tenuisset regnum annos octo, ultione id divinâ agente, cum idem Rex possessionem quandam Ecclesiæ S. Martini vi abstulisset: ut pluribus narrat Gregorius Turonensis de mirac. S. Martini lib. 1. c. 29. qui & alibi testatur eundem regem decessisse excommunicatum à S. Germano Episcopo Parisiensi ob incestum conjugium: successit Chariberto in regno Sigebertus ipsius frater, qui regni sedem Rhemis tenuerat.

Hoc ipso anno mense Decembri celebrata reperitur Synodus posterior Braccarensis sub S. Martino Metropolitano, in quâ statuti sunt Canones decem ad Ecclesiasticam disciplinam spectantes. Celebratum quoque fuit Concilium Lucense.

S. Anastasius Sinaita Episcopus Antiochenus accusatus de profuso inutiliter sacro thesauro, ne à Justino Imperatore diriperetur, sed & de aliis criminibus calumniam passus, ab eodem Imperatore in exilium mittitur, inque ejus locum subrogatus Gregorius, & ipse Monachus Sina montis.

Christiani incolentes majorem Armeniam cum gravia paterentur fidei causâ à Cosroë Persarum rege, legatione secretò missâ ad Justinum Imperatorem, pactisque cum eo certis conditionibus, post trucidatos Persarum Duces, se cum suis omnibus Romano subjecerunt Imperio, à quo olim per Philippum Imperatorem abalienati fuere. Cum verò de his Cosroës apud Justinum expostularer, respondit Justinus præfinitum inter Romanos Persarumque pacis tempus effluxisse, nec fas esse, ut Christianos tempore belli ad se confugientes desererent. Evagr. lib. 1. c. 7.

Floret Ulfilaicus Diaconus, S. Aredii discipulus, vitæ rigore insignis, qui columnam erexit, super quam stabat ab aliorum coetu sejunctus & excalceatus, parum panis & oleris

in cibum, modicum aquæ in potum sumebat. Confluentes ad proximum Dianæ simulacrum populos à profano cultu avertit; statua suis precibus dejecta moxque in pulverem comminuta. Episcopis hoc vitæ genus improbantibus, è columnâ descendere acquievit ad capiendum cum sodalibus cibum, & cum eisdem conversandum: eversâ demum jussu cujusdam Episcopi columnâ, reliquum vitæ cum fratribus in Monasterio exegit.

Æda filius Ammirei fit Hiberniæ Rex.

Moritur S. Tetricus Episcopus Lingonensis in Galliâ.

Annus Christi 573.

Benedictus cognomento Bonosus, patriâ Romanus, filius Bonifacii, Sum. creatur Pontifex.

Clephis Longobardorum Rex, cum regnasset annum unum & menses quinque, à servo occiditur.

Hoc quoque anno altercatum est inter Francos & Hispanos de Paschatis die, quem Hispani duodecimo Calendas Aprilis, Franci decimo quarto Calendas Maji celebrarunt.

Helmricus Franciæ Orientalis Dux moritur. S. Basolus fit Monachus in cœnobio Virificensi Ord. D. Benedicti, qui venam fontis salubrem per orationem ex silice produxit.

Floret S. Paulus ex Monacho Benedictino Leonensis Episcopus; jussus quondam ab Abbate cum fociis tribus pueris segetes custodire, quas marinæ volneres scedè depascebant, ante auroram aliquando consurgens, cum detrimentum agri conspexisset, juvenili pudore biduum totum Magistri se se conspectibus subduxit, tertiâ autem die convocatis collegis pueris, volucres aggressus, prodigiosè retentas, nullâ avolante, velut ovium greges, universas ante se se in Monasterium egit, atque ut reas, & pro reatu puniendas S. Eluto stitit. Eremita postea factus, ab Angelo ad Offani Insulam vocatus multosibi infideles ad Christum convertit: maximâ effulsi abstinentiæ virtute, bipedum quadrupedumque; carnes in omni vitâ minimè contingens, pane sicco & frigidâ contentus cum sale modico, quibus solennioribus Festis paucos addere pisciculos consueverat. Rogatu sororis, suis precibus, terminum mari recedenti posuit, & lapillos ministrante illâ, eisdem Paulus hinc inde solo seu arenâ defixit, qui mox in altum excrevere: idem ingenti metu incolas liberans, draconem horribilem stolâ injectâ deducens, in mare præcipitem egit. ex Vincent. Belvac.

Moritur S. Nicetius Episcopus Lugdunensis in Galliâ, insignibus post mortem à Deo miraculis honoratus.

Laurentius hujus nominis secundus fit Episcopus Mediolani in Insubria.

Obiit S. Gallus Episcopus Arvernensis ex Ordine Divi Benedicti, patientiâ, zelo honoris Dei, ac miraculis in vitâ & post mortem gloriosus: inter alia, Arvernensi urbe horrendo conflagrante incendio, furentibus flammis obvius, earum vim illicò ita represit, ut nec scintilla quidem remaneret.

Annus Christi 574.

Orientale Imperium Justinii Imperatoris partim socordiâ, partim præcipitatione maxi-

nam cladem patitur ab incurfionibus Avarum atque Perfarum, à quibus univerfa Syria devaftata eft, civitasque munitiffima Dara in finibus pofita expugnata, atque ipfa Antiochia in magnum difcrimen adducta. Evagr. lib. 5. c. 9. 10. Additum verò ad calamitatem, ut idem Imperator, qui crebrò ægrotare ac vertigine vexari confueverat, novo mœrore acceptarum iftarum cladum in phrenesim incidit, dilucidis tantummodò intervallis ad modicum temporis fpatium aliquandò refipifcens, cum intereà Sophia Augusta precibus à Cofroë Perfarum Rege inducias ad triennium obtinuit.

Samaritæ hæretici in dictâ Syriâ, in facras Domini nostri Jefu Christi, sanctiffimæ Crucis, ac Beatiffimæ Virginis, aliorumque Sanctorum imagines graffantur.

Mortuo S. Euphronio Epifcopo Turonenfi fuccedit S. Gregorius vitæ fâctitate, doctrinâ & generis nobilitate præftans. Mense verò fecundo à die Ordinationis in graviffimum ac desperatum morbum incidit, & cum omnia alia remedia inutilia effent, hauftu pulveris fepulchri S. Martini integram fanitatem in momento recepit, ut ipfe in fcriptis fuis narrat lib. 2. de mirac. S. Martini c. 1.

Annus Christi 575.

Justinus Imperator cum ob phrenesim incapax effet administrationis Reipublicæ, dilucidum confecutus intervallum, ex confilio Sophiæ Augustæ, Tiberium Comitem Excubitorum, genere Thracem, collegam fibi adfcivit sub nomine Cæfaris, virum omnibus animi corporisque dotibus præftantem, bello pacèque clariffimum, religionis Catholicæ ardore pollentem.

Longobardorum Duces in Gallias per Alpes Cottias aditum fibi facientes, Nicæam devaftant, aliasque nonnullas obvias civitates.

Thaffilo sive Theffilo hujus nominis primus, Baviaræ Dux, monasterium S. Georgii in Wildenburg condit, sub regulâ S. Benedicti.

Gregorius Magnus abdicatâ Romanæ urbis Præfecturâ Monachum Benedictinum induit, in S. Andree Monasterio, quod Romæ ad clivum Scauri condiderat.

Circa hunc annum obiit S. Sylvester Abbas Romaensis sub regulâ S. Benedicti in Galliâ, qui Clericum pedibus contractum, solo sanctificati olei liquore unctum sanavit.

Sigebertus Austrasiorum Rex interficitur, cui fuccedit filius ejus ex Brunehilde Childebertus.

B. Arnulphus Abbas Novaliciensis Ord. S. Benedicti, à Longobardis in Gallias irruentibus trucidatur.

Annus Christi 576.

Civili ac fraterno in Gallias recrudescente bello inter Guntheramnum atque Sigebertum & Chilpericum Francorum reges, celebrata est Provincialis Synodus Parisiis, eâ de causâ ab eodem Guntheramno maxime pio procurata, ut sanctiffimi qui tunc in Gallias florebant Epifcopi contentionem abortam sedarent: ve-

rùm ubi res semel armis cœpta est agi, filierunt Ecclesiasticae leges: nam Chilpericus per filium Theodobertum superato Gundebaldo Duce, magnam intulit cladem Turonenfibus, Piæaviensibus, aliarumque civitatum Ecclesiis atque monasteriis, quorum tamen expilatores aliquos graviffimam divinitus vindictam expertos esse narrat Gregor. Turon. de glor. Martyr. lib. 1. c. 105.

Moriuntur S. Laurentius, dictus illuminator, Epifcopus Spoletinus, miraculis clarus, ex ordine D. Benedicti: it. S. Caluppanus Monachus Benedictini fimiliter instituti, qui vitam mirè austeram duxit, variis à demone machinis tentatus, quem tamen solo signo crucis haud aliter, atque muscam depulit. Fontem è scopulo prodigiosè elicit, crucisque signo draconem in fugam abegit. Ex vitâ per Gregor. Turon.

Brunehildis legitimo spreto matrimonio Meroveum Sigeberti olim mariti sui nepotem ducit.

S. Constantinus in Scotiâ ex rege Monachus, ex vulnere pro fide CHRISTI inflicto obiit.

Floret sanctitatis laude Rusticula, Parthenonis Arelatenfis Abbatiffa Benedictina.

Annus Christi 577.

Pridiè Calendas Augusti moritur Benedictus Papa, cum sediffet annos quatuor, mensem unum & dies 28. postquam autem sedes vacâffet menses tres & dies decem, decimâ mensis Novembris creatus est Pelagius, ejus nominis secundus, patriâ Romanus, filius Winigildi.

Ceaulinus Saxonum Rex cum filio suo Cuthvino Bellum Britannis infert.

Circa annum hunc vivendi finem facit S. Ecianus Epifcopus Cluainfodientis in Hiberniâ.

Meroveus Chilperici Francorum Regis filius, cum Brunehildem amitam, post Sigeberti patris sui mortem in matrimonium citrà patris consensum duxiffet, ab isto stimulante Fredegunde tonderi, & in Anifulense S. Carilephi cœnobium recludi jubetur.

Annus Christi 578.

Defuncto Joanne Constantinopolitano Epifcopo, postquam sediffet annos duodecim & menses septem, Tiberius Imperator memor beneficiorum acceptorum S. Eutychem ab exilio revocatum, fedi Constantinopolitanæ restituendum curavit, ubi miro populi favore, & magno Imperatorum Justini adhuc viventis & Tiberii honore tertiâ die Octobris exceptus est; multis magnisque cum in ipso itinere, tum in adventu ac posteà editis ab eo miraculis, ut Eustathius in ejus rebus gestis refert.

Floret S. Philippus Epifcopus Viennensis in Galliâ.

Moritur circa hunc annum Sanctus Quinidius, qui monasticen in sanctissimo illo Lerinensi cœnobio professus, indè ob vitæ merita, ad Vafionensis Cathedralis speculam evectus

evectus fuit, ejus mortem pretiosam in conspectu Domini, crebra deinceps ad tumulum atque invocationem ejus miracula contestata sunt.

Antifidori ab Aunachario seu Aunario ejus urbis Epifcopo celebratur Synodus, cui Abbates septem Winebaudus, Baudovius, Francolus, Cæfarius, Desideratus, Amandus & Tegridus subscripserunt.

Annus Christi 579.

Justinus Imperator ex hac vitâ recedit, postquam expleffet in Imperio annos tredecim ac menses novem, qui moriturus, adstante Eutychie Patriarchâ & universo Senatu, egregiâ Tiberium admonitione, quæ omnibus lachrymas extorsit, hortatus est ad rectam Imperii administrationem. Verùm confestim post ipsius obitum, Sophia Augusta ejus conjux adversus Tiberium conspirat pro Justiniano Duce Justini nepote, quem in Imperium evehere ambiebat; sed re compertâ Tiberius eandem in ordinem redegit, Justinianum autem tantummodò objurgatum, maximo imposterum amore dilexit, eundemque adversus Persas cum exercitu misit, ut tradunt Gregorius Turon. 5. histor. Francic. 30. & Paulus Diaconus lib. 3. de rebus gestis Longobard. c. 6.

Hoc eodem anno contigit, 40. rusticos à Longobardis tentos, Martyrii coronam adipifci, quòd noluerint carnes immolatitias comedere, itemque alios quadraginta captivos eandem gloriam consequi, quòd recusaverint caput capræ diabolo sacrificatum adorare.

Cum pax inita inter Francorum Reges novi belli obice turbaretur, conspirantibus in Sigebertum Chilperico ac Guntheramno ejusdem fratribus; prælio Theodebertus filius Chilperici, victus, occisus est. Victor autem Sigebertus, cætera rex optimus ac verè Christianiffimus, ductus furore belli, quòd sæpè lacesfitus, invitus susceperat, cum Chilpericum Rothomagi obfideret, ejusque mortem (dissuadente frustra S. Germano Epifcopo Parisiensi) meditaretur, ipse hoc eodem anno ætatis suæ quadragesimo, regni verò decimo quarto, dolo impiæ Fredegundis Chilperici uxoris, per sicarios simulantem aliqui ei secretiùs suggerere, gladiis veneno infectis percussus interiit, cui fuccesfit in regno Childebertus filius. Hæc pluribus Gregor. Turon. lib. 4. c. 50.

Obiit hoc eodem adhuc anno præfatus S. Germanus Parisiensis Epifcopus ex Ordine Divi Benedicti. Cui mortalitatis se socium præbuit B. Joannes Abbas Paranensis ejusdem Ordinis, propè Spoletum in Umbriâ, qui de Syriâ oriundus pervenit in Italiam, & Angelo Dei locum mansionis demonstrante, à venatoribus hœmis tempore sub arbore foliis vestitâ repertus, & per hanc famam populo commendatus, monasterium construxit, in quo per 44. annos multorum fervorum Dei pater extitit.

Decesfit quoque in territorio Turonenfi S. Senoch Abbas itidem Benedictinus, admirandâ miraculorum gloriâ refulgens.

S. Avitus Arvernorum Epifcopus, Judæos complures ad Christi fidem convertit.

Salonius Ebrodunensis & Sagittarius Vapincensis Epifcopi, qui pridem in Synodo Lugdunensi ob varia crimina damnati fuerant, sed

Joannis Papæ Tertii interventu sedibus suis postmodum restituti, cum ad ingenium & pristina scelera rediiffent, ac læsæ Majestatis prætereà infimularentur, in Concilio Cabilonensi, jussu Gunthramni regis convocato, Epifcopatu dejecti, atque in suburbanam S. Marcelli basilicam sub custodiâ detrufi sunt, indè posteà fugâ elapsi.

Annus Christi 580.

S. Brandanus Ordinis S. Benedicti Abbas septennem navigationem ad Fortunatas Insulas absolvit & domum revertitur.

Convocatur Synodus Parisiensis in causâ Prætextati Epifcopi Rothomagensis, cui datum erat crimini à Rege, quòd Meroveum rebellem ipsius filium cum Brunehilde patris relicta viduâ matrimonio conjunxiffet, & cum eodem adversus ipsum Regem conjurâffet, ac demum pecunias quasdam regias surripuiffet; quæ licet meræ essent calumniæ ab impia Fredegunde Chilperici uxore in eum excogitatæ, eas tamen ipse Prætextatus diu ab aulicis tentatus, tandemque spe veniæ deceptus, turpiter nimis confessus, post verbera relegatus est in Insulam. Gregor. Turon. lib. 5. histor. Franc. c. 18.

Meroveus Fredegundis artibus, spontaneâ nece defungitur, hanc ipse exposcens à Gaileno familiari, ne in manus inimicorum veniret.

Boji sive Bavari per S. Rupertum Epifcopum ex Ord. D. Benedicti è gentiliffimo ad Christi fidem convertuntur.

Moritur Sanctus Cerenicus Abbas Ordinis Divi Benedicti multorum Monachorum pater; item S. Hospitius reclusus Nicææ in Provincia, spiritu prophetiæ & miraculis clarus. Eodem ferè tempore S. Sequanus Benedictini pariter instituti professus è vita discedit, qui miræ abftinentiæ & Monasticæ perfectionis atque eremiticæ solitudinis sectator, virtutum & miraculorum gratiâ illustrem conversationem duxit. Pari tempore teste Gregorio Turonenfi vitam cum morte commutavit Martinus Epifcopus Galiciensis; mortalitatis depositæ se socios prioribus junxere Agricola Epifcopus Cabilonensis. Duæ sanctæ virgines sorores & Moniales Benedictinæ Liberata & Faustina miraculis claræ Novocomi in Italia.

Clarent apud Cenomanos in Monasterio Gabronico S. Constantius Ord. S. Benedicti miraculorum gloriâ clariffimus: in finibus Arvernorum S. Martius Abbas ex eodem Ordine, inter miracula quæ patravit clarius rariusque illud, quòd furem hortulo suo insidiantem & divino ligatum judicio, in spiritu cognoscens, non tantum ultrò absolvit, sed iis quæ per scelus collegerat donatum & bene onustum remisit.

Floret in super sanctitatis famâ S. Hoyldis ejusdem instituti virgo Monialis in Galliâ: item S. Afaphus ex Monacho Benedictino Epifcopus.

Monasterium Casinense à Longobardis vastatur, Monachis Romam confugientibus, ubi eis Pelagius Papa continentem Lateranensè Basilicæ locum ad construendum monasterium concessit.

Mauritius à socero Tiberio Augustus creatur.

Impia Fredegundis scelera sceleribus augens, Clodovæum Chilperici ex Audoverâ primæ conjugis filium, propterea quòd de futurâ in regnum

gnum successione, Dagoberto & Chlodoberto liberis suis ex dysenteria sublatis, sibi blandiretur, cultro percipiendum curat, ejusque corpus in Matronam fluvium projici imperat; piscator repertum sub cespite humavit, donec à Gunthramno postea Rege Parisios translatum est.

Claret circa hoc tempus S. Menas solitarius, qui Deigratia cordium arcana penetrabat: cujus alvearia cum Longobardus quidam rapere voluisset, mox à maligno spiritu arreptus ad ejus vestigia procubuit, unde magna apud barbaram gentem sancti viri existimatio nata est.

Bandovinia Monialis describit vitam Radegundis Reginae.

Annus Christi 581.

Tiberius Augustus Regem Persarum Cosroem Imperium Romanum invadentem, per strenuissimos Duces Justinianum & Mauritium, variis praeliis penitus profligavit, ipsamque Persidem devastavit; eoque mæroris adegit superbium Regem crebris aliis victoriis elatum, ut miserabiliter mori coegerit, legemque antè obitum ferre, ne Rex Persarum impofterum contra Romanos arma moveret: cui in Regno successit Hormisdas ipsius filius, Evagr. lib. 5. c. 14. 15.

Antiochia Syriæ ingenti terræ motu magna ex parte vastata est, & Daphne tota concidit. Sed & eadem civitas, nec non Constantinopolis graviter exagitata sunt, occasione Anatolii cujusdam plebeji hominis, qui variis artibus varios Magistratus adeptus, Antiochiæ hostiam secretò simulacris immolare deprehensus est; qui unà cum sceleris conscis in quaestionem raptus, cum liber à iudicibus dimitteretur, obstitit populus gravissimo excitato tumultu, adeò ut etiam Gregorium ejusdem civitatis Antiochenæ Episcopum de tanti sceleris participatione accusaverit, ob familiaritatem quam Anatolius cum ipso habuerat: quapropter Tiberius Imperator Anatolium cum suis Constantinopolim accersens, cum adhibitis adversus eos tormentis nihil contra Episcopum expiscari potuisset, in cæteros verò reos non nisi sententiam exilii tulisset, adeò Constantinopolitanus concitatus est populus, ut tum in eundem ipsum Imperatorem, tum etiam in Eutyrium Patriarcham, aliosque iudices, tanquam adversus Christianæ Religionis proditores insurrexerit; actumque est tandem, ut cæteris quidem reis vivis à populo combustis, ipse Anatolius bestiis primùm in Amphitheatro expositus ac dilaniatus, deinde in crucem actus fuerit, cujus inde corpus lupi in terram disturbantes, membratim devoraverunt.

Moritur Fronto Episcopus Mediolanensis, cui succedit Laurentius junior.

Celebratur Calendis Novembris prima Synodus Martisconensis.

Defuncto Joanne Episcopo Alexandrino, cum sedisset annos undecim, in locum ejus successit S. Eulogius.

Obit Domnolus Episcopus Cenomanensis.

S. Maurus deposita Abbatiali dignitate, juxta Oratorium S. Martini remotam à communi Fratrum cœtu vitam agere incipit.

Annus Christi 582.

Leovigildus Visigothorum in Hispaniâ Rex, Hispalim urbem filii ejus Hermenegildi partes tenentem oppugnat, & anno sequente expugnat.

Celebratur prima Synodus Cabilonenfis. Ex Arvernensium Judæorum Synagoga ab Episcopo Avito ultra 500. convertuntur, reliqui urbe pulsi, Masfiliam profecti sunt.

Celebratur Concilium Lugdunenferetium. S. Rupertus ex Ordine Divi Benedicti fit Episcopus Salisburgensis.

Moritur S. Eparchius Abbas Benedictinus Ecolismensis, nobili apud Petrocorios genere natus. Tantis fulsit virtutibus, ut fera animalia solo verbo dicto sibi audientia redderet, plurimos ægrotos prodigiosè curaret, ab obsessis dæmones profligaret; Gratulphum insuper puerum mortuum vitæ restituit, nec minus prodigiosè furem suspensum dissipato patibulo, & ruptis mirè funibus restituit, aliumque eodem affectum supplicio recepit incolumem, Anton. de Yepes.

Magna lues Galliam affligit, multosque è medio tollit. Ex Monachis Uticensibus Ord. D. Benedicti ad 78. confecti sunt. Non defuit suis in tanto discrimine Ebrulphi Abbatis sollicitudo ac providentia, qui monitis & officiis omnibus aderat, omnibus succurrebat. Unus tamen ex eis Ansbertus absque sacro viatico defunctus est, quod ubi vir Dei intellexit, se ipsum negligentia reum confessus, afferri sibi mortuum præcepit, mox suis precibus clarâ voce mortuum vocat; ille statim apertis oculis caputerigit, servatori bene precatur, communionem petit; nec mora, jubetur afferri sacrificium, quo accepto, spiritum denuò exhalavit. Mabillon in Annal. Bened.

Annus Christi 583.

Eutyrius Constantinopolitanus Episcopus hac vitâ migrat, cui sufficitur Joannes quidam Monachus, cognomento jejunator; cui tamen (ut Eustathius tradit) Eutyrius adhuc vivens haud voluit suo elogio suffragari, cum ægrotans ab Imperatore de successore requiretetur, utpote qui nihil boni prævideret de homine, qui ex jugi omnibus noto jejunio popularem captans auram, eadem instans intumesceret; cujusmodi etiam ductus hypocrisis cum ad Episcopatum quæreretur, fugam simulans non nisi coactus eum suscipere videri voluit, ut ei postea S. Gregorius exprobravit, cum per superbiam suam ille Ecclesiam subvertere conatus est, ut videbitur alibi suis locis.

Post lapsum quatuor mensium moritur etiam Tiberius Imperator, proximè vero moriturus, Imperium publicè Mauritio tradidit, quem jam antea Comitem Excubitorum, & Magistrum militiæ creatum, postea etiam victorem à debellatione Persarum aliorumque barbarorum redeuntem, Cæsarem dixerat; atque unà cum Imperio suum quoque nomen ei impertivit, ut diceretur Mauritius Tiberius; ac filiam suam Augustam, à suo pariter cognomine Constantinam dictam (nam & ipse Tiberius Constantinus dici voluerat) in uxorem tradidit. Nicephor. lib. 18. c. 6.

Cele-

Celebratur in Galliâ Synodus Brennaensis.

Gravissima lues Gallias devastans, Chlodobertum & Dagobertum, Chilperici Regis ac Fredegundis filios pariter extinguit. Dicta Fredegundis paulò post in Chlodoveum ejusdem Chilperici ex prioris uxore Audoverâ filium, odium exferens, eundem in suspicionem adductum, quod in eam aliquid moliretur, detrusum in carcerem, ferro feriri curavit, evulgans ipsum obnoxium culpæ sibi necem intulisse, ut refert Gregorius Turonensis lib. 5. c. 39.

Martinus insignis ille Braccarensis Episcopus ex hac vita migrat, postquam triginta circiter annos sedisset, illustre Ordinis Benedictini decus.

Leovigildus Hispaniæ Rex Arianus, filium non solum Hermenegildum ob susceptam Catholicam fidem, sed simul etiam Ecclesiam persequitur: hinc multi Catholici exiliis damnati, facultatibus privati, carceri mancipati, verberibus affecti, ac diversis suppliciis trucidati sunt; refert Isidorus in Chronicis Gothicis multos è Catholicis in Arianam perfidiam terroribus impulsos esse, ac plerisque sine persecutione illectos auro rebusque deceptos, nec solum ex plebe, sed etiam ex Sacerdotalis Ordinis dignitate, sicut Vincentium ex Cæsaraugustano Episcopo apostatam factum.

Chilpericus Francorum Rex cum ferretur præceptus ad insectandam Arianam hæresim, transgressus limitem in Sabellianismum impingit, sed ab eo mox per Gregorium Turonensem Episcopum, & Sanctum Salvium Albigensem, restituitur.

S. Childechindis Chilperici Francorum Regis filia, cum in Monasterio Cenomanensi sub Regulâ S. Benedicti cucullum amplexa, in eo novenniū religiosissimè egisset, jussu impiæ Fredegundis gladio cæsa, niveum Virginitatis candorem, splendoremque Regium spectatiore sui sanguinis purpurâ decoravit. Aimonius.

Floret Eutropius Abbas Servitanus, cujus tanta apud Hispanos æstimatio erat, ut in Synodo tertiâ Toleranâ, in quâ totius Hispaniæ, Galliæ Narbonensis & Galliciæ Episcopi convenerant, numero septuaginta duo, summa Synodalis negotii penes S. Leandrum Hispalensis Ecclesiæ Episcopum, & Beatissimum Eutropium Monasterii Servitani Abbatem fuerit.

Annus Christi 584.

Per Igidium Rhemensem Episcopum, & alios Collegas Legatos compositæ sunt res Francorum, pace inter Reges stabilita eâ conditione, ut post obitum Chilperici Childebertus ei hæres in universo Regno succederet. Gregor. Turon. lib. 6. c. 3. & 31. Pelagius Papa admodum fatigatus Lon. R. P. Brentano Epitome Chronolog.

gobardorum assiduis bellis, post fœdus cum illis initum jurejurando perfracto iterum rediivis, ab Imperatore auxilium petiturus, Honoratum Notarium Constantinopolim mittit. Unde Mauritius Legatos ad Childebertum Francorum Regem postea misit cum pecuniis, sollicitans eum ad bellum adversus dictos Longobardos suscipiendum; cum Childebertus parum liberaliter in his agens, missò tamen demum exercitu ad invadendam Italiam, discordiâ Ducum rem infectam dimisit.

Sanctus Gregorius S. R. E. Diaconus à Pelagio Papâ Constantinopoli Romanam revocatur, substituitur ei Legatus apud Imperatorem Laurentius ejusdem Ecclesiæ Archidiaconus. Ipse verò Gregorius adversus ingruentes schismaticos, jussu Papæ stylum exercens, librum scribit.

Moritur Sanctus Maurus Abbas, quem intra quinque menses centum viginti Monachorum suorum secuti sunt.

Gunthramnus Burgundionum Rex Ecclesiam Sancti Marcelli ædificat, ibique congregatis Monachis Monasterium sub Regulâ S. Benedicti condit.

Annus Christi 585.

Quidam Græci cum inter prandendum convicia in Sanctissimam Virginem Deiparam jecissent, illicò à malis spiritibus correpti pœnas dant, domino verò domus in quâ prandissent ipsa Deipara in somnis virgulâ pedes incidit, teste Cedreno.

Longobardi cum per decennium sine Rege sub Ducibus extitissent, regiminis ejusmodi pertæsi, initis unâ Comitibus Regem ut antea creatum, delectusque ex omnibus Cleophonis ultimi Regis filius, nomine Antharit, in novi verò Regis ejusque ministrorum sustentationem, Duces qui tunc erant omnis substantiæ suæ medietatem regalibus usibus tribuerunt.

Sanctus Palladius Episcopus Santonenfis creatur.

Ex mandato GUNTHERAMNI Regis habetur Synodus in urbe Valentina.

Circa hunc annum ab injustis bonorum Ecclesiæ Fesulanæ invasoribus, Sanctus Alexander Episcopus Fesulanus, in Reno agri Bononiensis flumine præfocatur.

Annus Christi 586.

Moritur Sanctus Evantius Episcopus Viennensis in Galliâ, cui successit Virus; quo anno lues Galliæ varias Provincias depopulata est.

Philippicus Orientis Præfectus, Duxque

P

exerc-

exercitus, cui Mauritius sororem suam Gordiam in matrimonium collocaverat, admirabilem consequitur victoriam adversus Persas ope imaginis sanctissimæ Salvatoris, quam ad Abagarum Edeßæ Regem à Christo missam prodidere veteres.

Pelagius Papa Smaragdum Italiæ Exarchum contra schismaticos excitat, qui quidem impigrè ei obsecutus, Ravennâ Gradum propeans, Severum Aquilejensem Episcopum schismaticorum caput, unâ cum tribus aliis Istriæ Episcopis Ravennam deduxit, ac vi compulsi communicare cum Joanne civitatis Episcopo, trium Capitulorum damnatore: sicque post annum ad Ecclesias suas redire permittit. Sed mox iidem cum jam à reliquis Episcopis Istriæ schismaticis, aut à populo minimè reciperentur, in pristinum schisma relapsi sunt; ut refert Paulus Diaconus lib. 3. c. 12.

Archi-Præsules Theonus Londoniensis & Thadiocus Eboracensis, cum omnes Ecclesias sibi subditas ab Idololatriâ solo tenens destructas vidissent, cum pluribus Clericis, qui in tanto discrimine superfuissent, cum Reliquis Sanctorum in Cambriam diffugerunt.

Bertichramnus Cenomanensem Ecclesiam, mortuo Baldegifilo, post S. Domnoli obitum in eam sedem intruso, regendam suscepit, magnus Benedictini Ordinis fautor & propagator.

Diem obit circa hunc annum S. Redemptus ex præfato ordine, Episcopus Ferentinus, spiritu Prophetico à Numine illustratus: item S. Honorius Episcopus Brixienfis in Italiâ, nec non S. Agrippinus tertius decimus Episcopus Comensis in Insubriâ.

Annus Christi 587.

A Joanne Episcopo Constantinopolitano celebratum est Concilium in causâ Gregorii Antiocheni, qui factione Asterii Orientis Præfeti accusatus ab Antiochenis de multis criminibus, ad Imperatorem & Concilium provocans, Constantinopolim venerat: sed Synodi atque Senatûs sententiâ absolutus, liber ad civitatem suam reversus est. Evagrius lib. 6. c. 7.

Post reditum prædicti Gregorii Antiochiam, cum ipse Asterius ejus persecutor pridie Calendas Octobris Virginem uxorem deceret, & tota propterea civitas Festum celebraret, subitaneo ingenti terræ motu concussa civitate, quam plurima tam privata quam publica, & tam sacra quam profana ædificia prostrata sunt, quorum ruinis sexaginta hominum millia periire, interque eos ipse Asterius; Episcopus autem præter omnium expectationem incolumis evasit, licet domicilium in quo habitabat ruinam passum fuerit.

Celebratur secunda Synodus Lugdunensis, cujus extant sex Canones, quibus antiquas regulas Ecclesiasticas innovantes, hoc de leprosis Patres addiderunt, ut in qua-

cunque civitate, ipsis ab Episcopis sufficientia alimenta darentur, nec permetterentur vagari.

Missâ à Leovigildo Gothorum in Hispaniâ Rege, ad Chilpericum Francorum Regem legatione, filiam ejus in conjugem filio suo Reccaredo petiit, quæ & tandem invitissima in Hispaniam ducta est, ut testatur Gregor. Turon. lib. 6. Histor. Franc. c. 34. & 45.

Hoc eodem tempore cum filius parvulus Chilperici moreretur, Fredegundis Regina existimans à maleficis id factum esse, de iisdem dirisimam exercuit quæstionem: quo item anno Rex ipse Chilpericus fraude ejusdem pessimæ Fredegundis uxoris suæ, adulterantis cum Landerico Majore Domûs, cum à veneratione jam sub obscurâ nocte rediens, ab equo defiliret, gladii ictibus confossus est.

Hoc eodem tempore facta est Synodus Arverni, pro sedandis turbis obortis inter Episcopos Rutenorum & Cadurcensium occasione diœcesis usurpatæ, contigitque Martyrium S. Lupentii Abbatis in urbe Gabalitanâ, qui occisus est ab Innocentio ejusdem Urbis Comite, cujus caput in flumen dejectum, mirabiliter per aquilam è fundo fluminis extractum, in ripâ depositum est, & unâ cum corpore sepultum, ad cujus sepulchrum multa facta sunt sanitarum miracula.

Moritur S. Euchadius ex Ordine Benedictino, Pictorum Apostolus.

Item sanctus Junianus Abbas Mariacensis.

Namatius Aurelianensis Episcopus, qui cum Bertichramno Cenomanensi in minorem Britanniam ad componendas Britonum factiones à Guntheranno Rege directus fuerat, ex pustularum morbo in territorio Andegavensi conficitur.

Ad cælos abit S. Brendanus Abbas Benedictinus, Bucelino teste miraculum hominis, Apostolici meriti vir & Angelicæ puritatis, trium millium Monachorum in Anglia pater, prophetiæ spiritu, & miraculorum gloriâ illustrissimus.

Hic quoque annus magnum terris lumen abstulit cæloque invexit, sanctam Radegundem ex Reginâ Monacham Benedictinam.

Moritur secundâ vice S. Salvius ex Monacho & Abbate Episcopus nunc civitatis Albigenfis.

Annus Christi 588.

Die decimâ tertiâ Aprilis contigit nobile Martyrium Hermenegildi Regis Catholici, qui cum adversus Leovigildi patris Arianæ exercitum pugnaturus, à Græcis quos in auxilium vocaverat, pecuniâ à Leovigildo corruptis proditoriè derelictus, in Ecclesiam aufugisset, accepto patris jurejurando de securitate, illinc exiens, mox contra fidem datam in carcerem conjectus est, cumque omnino

nò recusaret Arianis inhærere, ipsâ nocte paschatis sancti jussu patris securi percussus, gloriosum Martyrium consummavit, quod statim plurima secuta sunt miracula.

Vincentius Ordinis Sancti Benedicti Abbas in Hispaniâ, cernens maximam irrogatam esse injuriam Catholico nomini per Vincentium Cæsaraugustanum Episcopum apostatam, è solitudine profiliens adversus Arianam blasphemiam pugnaturus, cum id strenuè ubique præstaret, tandem post verbera & carcerem ab Arianis antè fores Monasterii crudelissimè peremptus est Legione, undecimâ mensis Septembris.

Celebratur Matisconæ Synodus secunda, cui subscripsere Episcopi sexaginta duo, præter eos qui per Legatos interfuerunt.

Maxima pars civitatis Parisiensis (exceptis Ecclesiis) igne conflagravit, cum ejusmodi incendium aliquot antè diebus mulier quædam ex visione habitâ frustra civibus prædixisset.

Nascitur Theodobertus Childeberti Regis filius.

Romanum exercitum contra Persas militantem, qui Ducibus suis in ordinem reductis, & aliis ad libitum electis, discessionem fecerat, vix tandem Gregorius Antiochenus Episcopus, oratione ad eum genibus flexis cum multis lachrymis habitâ, obsequentem reddidit Philippico Orientis Præfeto. Evagrius libro. 6. capite 5. 10. 11. &c.

Hic annus pestilentissimâ lue infectus fuit, quæ Italiâ, Hispaniam & partem Galliarum vexavit. Cum verò latius serperet indies, & à locis Massiliæ proximis Lugdunum usque propagaretur, Guntherannus Rex, pro eâ, quâ pollebat pietate, rogationes & Vigiliâs indixit, nec nisi panem hordeaceum cum aquâ purâ in victum adhiberi jusfit.

Annus Christi 589.

Tertium Toleti Concilium celebratur; item Synodus Valentina in Galliâ Narbonensi septendecim Episcoporum.

Guntheranno Francorum Regi infeliciter cedit bellum, quod ipse auditâ morte Hermenegildi, neptisque suæ Ingundis paraverat adversus Gothos, qui hætenus in Galliâ Narbonensis eâ parte quæ Septimania dicebatur, sedes semel fixas tenebant. Traditque Biclarenfis, Claudium Lusitanæ Ducem obvium factum Francis, vix cum 300. viris sexaginta millia ferè Francorum in fugam vertisse, & maximam eorum partem gladio trucidasse, quam tandem eadem Guntherannus ob militum perpetrata sacrilegia contigisse, egregiè philosophatus est.

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Prætextatus Episcopus Rothomagensis, diu mutumque odio impiæ Fredegundis Reginæ exiliis afflictatus, nihil remittens sacerdotalis constantiæ in redarguendis perperam factis Principum, potissimum verò ipsius Fredegundis, tandem immisso ab eadem sicario, intra ipsam Ecclesiam Rothomagensis ad altare preces agens, gladio percussus spiritum Deo reddidit.

Romæ Tiberis adè portentosa fuit alluvio, ut super muros urbis influeret & cuncta vastaret, inde secutâ peste, generatâ ex multitudine serpentium, unâ cum ingenti dracone magnitudinem grandis trabis referente, per illius inundationis alveum in mare descendit, qui aquis suffocati in littus ejecti sunt & aërem corruerunt. Paul. Diac. libro tertio de Long. cap. 1.

Hoc eodem Anno Athesis fluvius Veronæ exundavit, & mirandum hoc accidit, ut excrementa ad Sancti Zenonis Martyris atque Pontificis Ecclesiam veniens, licet januæ essent apertæ, aqua in eam minimè intrârit, quæ tamen usque ad tectum pervenit: & quod mirabilius visum est, cum à subitâ inundatione multi intus inclusi reperirentur, iidem per eandem portam apertam, ad bibendum hauriebant aquam, nec tamen ea intrâ Ecclesiam ullo modo diffluebat. Gregorius Turonensis lib. 10. histor. c. 1.

Joannes Abbas usque ad hunc annum suum Chronicon est profecutus.

Moritur Sanctus Martinus Vertavenfis.

In hoc anno desinit Chronicon Joannis Abbatis Biclarenfis Ordinis Divi Benedicti, qui postea Gerundensis Episcopus factus est.

Decedit Alle Rex Deirorum in Angliâ.

Annus Christi 590.

Moritur Pelagius II. Pontifex summus, Medio mense Januario lues inguinalis urbem Romam invasit, immissa (ut signa docuerunt) ex irâ divinâ: siquidem testatur Gregorius Papa 4. dial. 30. visas esse sagittas cælitus delapsas in homines, quos mox pestis improvisa percuteret; ad avertendum ab urbe malum S. Gregorius Papa sub finem mensis Augusti Litanias generales atque Processiones publicas tam Cleri quam populi omnis Ordinis ad Sexûs instituit: quo tempore mirandum illud accidit, ut cum pervenisset procedendo Gregorius ad molem Hadriani Tiberi adjacentem, in signum reconciliati Numinis visus fuerit Angelus super ipsam molem nudatum gladium in vaginam recondere, eoque Symbolo morbum cessasse.

Eodem tempore eadem inguinalis pestis invasit pariter Hispaniam, indeque in Gallias devecta est.

Guntheramnus Franciæ Rex miraculis vivus coruscare incipit, & dum in Ecclesiâ ad altare communicandi gratiâ accessisset, à sicario appetitus divini protectione custoditus est, gladio mirabiliter de manu sicarii decidente: per quem detectis sceleris conficiis, iidem pœnas debitas dederunt, ipse verò sicarius verberatus tantùm, dimissus est in columnis; digno Christianissimi Principis exemplo (qui ut ait Gregorius Turon. lib. 9. c. 3.) nefas putavit, eum qui ab Ecclesiâ eductus fuerat, vitâ privare.

S. Radegundis Regina Pictavis in suo quod erexerat monasterio, ex hac vitâ ad cœlestem ab Angelis suscepta transit; cuius corporis tactu dum ad tumulum ferretur (cæcus illuminatus est, multisque aliis postea fulsit miraculis.

S. Gregorius summus Pontifex electus, ne ordinaretur latibula captat, & quia palam egredi portas civitatis non poterat, dissimulato habitu negotiatoribus quibusdam se immiscens, in cavernis delituit, sed diligenter à Romanis quæsitus, indicio columnæ fulgidæ super ipsum jugiter è cœlo dependentis inventus est, captusque ad sancti Petri Basilicam tractus, & in summum Pontificem consecratus. Joan. Diacon. in vit. S. Gregor.

Antharit Longobardorum Rex, quod hoc anno Paschali tempore prohibuisset Longobardorum Orthodoxorum filios in fide Catholicâ baptizari, divinâ ultione extinguitur. Paul. Diac. de gest. Longob. lib. 3. c. ultimo.

Franci ab Imperatore Mauritio adversus Longobardos Galliam Cisalpinam occupantes sollicitati in Italiam descenderunt, ubi cum non reperissent exercitum Imperatoris ex conducto mittendum, nihil magni momenti efficere potuerunt, quod Longobardi in munita loca se recepissent, ideoque iidem Franci circumquaque palantes, in prædam conversi per trium mensium spatium, demum morbis afflictis atque consumptis, cum magnâ prædâ multisque captivis in Gallias redierunt.

Moritur Leovigildus Visigothorum in Hispaniâ Rex, postquam regnasset (ut Isidorus habet) annos decem & octo ab obitu fratris Liubæ: succedit in Regno filius ejus Reccaredus, qui Catholicam fidem est amplexus.

Obit diem Hormisda Perfarum Rex, à suis occisus ob tyrannidem, quam in subditos exercebat, Cosroë ejus filio à Proceribus Regni Rege constituto.

Ceola Rex Anglo-Saxonum regnare incipit.

Zotto Beneventanorum primus Dux, homo crudelis & impius moritur.

Obit S. Droctoveus Abbas S. Germani de Pratis Ord. D. Benedicti.

Floret S. Tranquillus Abbas S. Benigni, Divione in Burgundiâ.

Ad cœlos abit S. Theodulfus Abbas Horensis ex præfato Ordine, Claret S. Hervæus

Abbas & Eremita in Britannia minori.

Mortuus est sub hunc annum S. Magnus Archiepiscopus Trevirensis ex Ordine D. Benedicti. Item S. Aredius ex eodem Ordine Abbas in pago Lemovicensi, miraculorum gloriâ illustris, fontem enim ex arido solo produxit, inter imbrium densitatem, nullâ ex parte madefactus iter continuavit, ægros sine numero solo crucis signo prodigiosè curavit: ad cujus suprema SS. Martinum, Dionysium, aliosque occurrere energumena prodidit, & ruptis vinculis eodem accurrens, à pessimo infessore liberari meruit. Ex S. Gregor. Turon.

Decedit S. Launomarus Abbas Corbionis Ord. D. Bened. qui mirâ claruit miraculorum gloriâ, quæ inter illatâ jam à fratribus messe, formidandum cœnobii incendium signo crucis extinxit: eademque nocte lucernam tertio à cacodæmone extinctam prodigiosè reaccendit; similiter annosam & ingentem quercum raro prodigio aliorum transtulit.

Sub hunc annum quoque vivere desinit S. Ethbinus Abbas Ord. D. Benedicti, vir insigni vitæ rigore & miraculis conspicuus.

Claret vitæ sanctimoniam & miraculorum gloriâ S. Lætus Ord. S. Bened. Monachus in cœnobio Miciacensi.

Evagrius historicus circa hunc annum scribit.

Annus Christi 591.

Cosroës Perfarum Rex à suis regno privatus, à Mauritio Imperatore restituitur, Duce Narsete, qui incruentâ contra Persas positus est victoriâ. Theophanes miscell. lib. 17. scribit de quibusdam Turcis, qui in exercitu rebellium Perfarum militantes capti, & Constantinopolim ducti, stigmatem in fronte cruce signati inventi sunt, rogati ab Imperatore quid sibi id vellet, responderunt, cum peste ipsorum Provincia laboraret, illud se à Christianis fuisse edoctos remedium pro salute consequendâ. Prædictus Mauritius filium Theodosium Augustum creat.

Cosroës restitutus per Romanos, cruces auro & lapidibus pretiosis exquisitè elaboratas, aliaque egregia donaria piissimis inscriptionibus notata, quæ (ut professus est) Deo Christianorum, sanctoque Martyri Sergio in Oriente celeberrimo, idem regno spoliatus, atque in aliis periculis ærumnisque constitutus voverat, transmisit ad Gregorium Antiochenum Episcopum, ut ab eo in ejusdem Martyris templum honorificè reponerentur.

Naamenes Saracenorum princeps ad fidem Christianam cum suis omnibus convertitur.

S. Gregorius Papa multas Ecclesias vacantes novorum Episcoporum electione curavit implendas.

Agilulphus Theodolindæ maritus Rex Longobardorum proclamatur, qui debellatis occisisque illis quos adversarios passus esset, regnum sibi stabilivit Italiæ. Idemque paulò post per Theodolindam Reginam unâ cum universis Longobardis, qui gentilitatis aut Arianiismi impietatis irretiti erant, conversus est

est ad fidem Catholicam, & in Baptismate nominatus Paulus. Ita Paul. Diac. de gest. Longobard. lib. 3. c. ult.

Moritur Gottfridus Franciæ Orientalis Dux.

Claret S. Machutus five Maclovius ex Ord. Benedictino Episcopus, miraculis gloriosus, quæ inter vas marmoreum vitreum effecit, & juxta aquam in vinum mutavit: decessit 133. annorum senex.

Annus Christi 592.

Contigit horrenda Eclipsis, sole per medium ferè diem obscurato.

Funestus hic annus fuit Italiæ, & valdè ærumnosus S. Gregorio Papæ, tum foris agitato assiduis præliis Longobardorum sub Duce Arnulpho omnia devastantium, tum intus morbis vexato.

Tunica S. Joannis Evangelistæ Romam delata, collocatur sub altare S. Joannis in Basilica Constantiniana, multis postea coruscant miraculis, cum præcipuè siccitatis tempore foras excussa pluviam conferret, inundationis verò tempore serenitatem reduceret, ut testatur Joannes Diaconus, in vit. S. Gregorii.

Mauritius Imperator Juliani Apostatæ legem renovat, quâ prohibitum fuerat, ne quis miles nondum expletâ militâ monachus effici posset; cui S. Gregorius Papa validè contradicit.

Circa hunc annum ad cœlos abit S. Theodulphus Presbyter & Abbas Ord. D. Benedicti. Is illustri admodum ortus genere, Palatinæ gloriæ, humilitatem vitæ monasticæ longè prætulit, & aratri boumque curam habuit. Eximiis ad Stivam miraculis illustratus, cum virgam aridissimam sive stimulum humi fortè defixisset, mane reversus fronduisse vidit; quam viator fortè defecans, facinus illicò luit cœcitate; sed & aratrum deinceps Theodulphi in Ecclesia suspensum contra dentium dolorem insigniter valuit, cum assulæ minimæ inde petita pessimo malo certum remedium afferrent: Abbas factus omnis generis morbos prodigiosè sustulit: equum præstantissimum Austrasiorum Legati extinctum, ad vitam revocavit: porcum in fratrum puteum prolapsum mirabiliter extraxit, cum ipso orante, aqua ab imo puteo centum profunditate pedum emergens atque exundans, porcum incolumem reddidisset, Flodoard. Menard.

Annus Christi 593.

S. Gregorius Papa Andream Episcopum Tarentinum duobus mensibus à celebratione missarum suspendit, eò quod mulierem quandam fustibus subjecisset.

Concilium Generale ab Episcopis Numidiæ ipsius jussu habitum, nullum penitus reddidit atque cassum, quod in eo aliqua contra Canones Ecclesiasticos accepisset fuisse statuta.

Moritur Laurentius junior Mediolanensis Episcopus, eique sufficitur Constantius.

Sapè fatus Gregorius Papa Dialogorum libros conscribit: variè peccantes redarguit Epi-

scopos, punivit, deposuit: puellam servituti obnoxiam, monasticam vitam amplecti cupientem, redimi Ecclesiæ pecuniâ voluit, ut voti compos effici posset: illudque adversus Judæos decrevit, ne eorum ancillæ vel servi ad Ecclesiam confugientes ipsis redderentur; & mancipia Christiana à Nafate Judæo empta reddi libertati mandavit, ipsumque puniri, quod lucri causâ captandi Eliæ Prophetæ nomine erexisset altare, invitans Christianos ad ejus cultum: cumque audisset in angulo quodam Siciliæ adhuc reperiri quosdam idololatrias, loci Episcopum Eutyrium admonuit, pro eorum conversione strenuè laborare.

Chrodielis filia Chariberti Regis, ac Basina filia Chiperici pariter Francorum Regis, quæ sub sancta Radegunde Reginâ in Monasterio Pictaviensi professæ erant virginitatem, post obitum ejus non patientes ab Abbatisa Leubovera regi, cum ipsæ Primatum ambirent, factâ seditione foras egressæ sunt eo prætextu, ut apud Reges adversus Abbatisam exposcularent, verum cum parum apud eos profecissent, per armatos nefandissimos quoque ac perditissimos homines cuncta rapinis cædibusque miscentes, Monasterium quoque S. Radegundis diripuerunt, & Abbatisam vinculis alligatam abduxerunt: insuperque plagis intra Ecclesiam S. Hilarii tum alios quam plurimos affecerunt, tum ipsum Episcopum Pictaviensem Moroveum, nec non Gundegisilum Burdigalensem Metropolitanum, aliosque Episcopos Provinciales, qui in eam civitatem, ut his malis mederentur conveniant; ob quos excessus dicti Episcopi dictas duas moniales discolas, recusantes Abbatisæ reconciliari, excommunicationis sententiæ subjecerunt: respuit tamen postea Basina, & coram Episcopis solo prostrata veniam petiit, eaque obtentâ Pictavos rediens Abbatisæ se subjecit. Chrodielis autem Childeberti Regis precibus in communionem recepta, Pictavos item, sed non in Monasterium regressa est.

Reccaredo Hispaniarum Rege Catholicam fidem amplexo, ejus exemplum secuta est hoc anno tota Gothorum gens in dicto Regno degens: cujus rei causâ, ut cuncta solidè stabilirentur, hoc eodem anno Idus Majas Toleti celebratum est Concilium universale totius Hispaniæ, cui S. Leander Episcopus Hispanensis præfuit.

Celebratur Synodus quoque Narbonæ, cui octo interfuerunt ejusdem Provinciæ Episcopi, unâ cum Nigetio Narbonensi Antistite.

Argimundus Dux exercitus contra Reccaredum conjurat cum pluribus aliis, quorum studiis Dei nutu detectis, capti omnes meritas dedere pœnas.

Adversus Avars & Slavinos, sub Rege Chagano Hunno, Istro trajecto Thraciam instantes, variè pugnatur ab Imperatoris exercitu, & ab eorum incursionibus Europa liberata est, tum virtute & armis Prisci Ducis, tum eloquentia & persuasione Theodori medici, legatione apud eundem Chaganum pro pace fungentis.

Tunica inconsutilis Domini nostri JESU Christi in Zaphat non longè ab Hierosolyima, confessione Simeonis Judæi inventa, transferatur in eandem civitatem à Gregorio, Thoma & Joanne Patriarchis Anthiocheno, Hierosolymitano & Constantinopolitano, & publica venerationi exponitur, ut refert Sigebertus.

Claret in Perside insignis scemina Christiana nomine Golauduch, quæ post multa tolerata à magis tormenta, ingentiaque edita miracula, coronam Martyrii allécuta est. Evagr. lib. 6. cap. 19.

Obiit S. Gunthramnus Rex Burgundionum, succedit Childebertus.

Moritur S. Arthvagus Gothus, Abbas monasterii Sislæ Toletanæ.

Annus Christi 594.

S Gregorius Papa scribit adversus schismaticos trium Capitulorum defensores pro defensione Quintæ Synodi, ad Theodolindam Reginam adhuc iisdem schismaticis faventem, & Constantium Episcopum Mediolanensem, persecutionem ab iis patientem: idemque adversus Donatistas, in Africâ invalescentes, Episcopos negligentes incitat; ac de convertendis Judæis pariter sollicitus, eos non violentiâ, sed spe præmii alluci debere monet, multumque laborat in Barbaricinis populis, qui Sardinia montes incolebant (à Gentilismo ad fidem reducendis: sed & cum Dalmatiæ Episcopi jam anno superiori in Salonitanum Metropolitanum elegerint Maximum quandam virum pravum ac Simoniacum, quem ipse Gregorius rejecisset: iidem nihilominus Imperatoris jussione prætensâ eundem consecrassent: eos omnes Gregorius hoc anno à communionem suspendit.

Circâ hunc annum moritur S. Verus sive Virus Episcopus Viennensis in Gallia. Nascitur S. Amandus Episcopus Trajectensis.

Ob negligentiam sæcularium Clericorum, Papa Ecclesiam S. Pancratii, quæ Romæ viâ Aureliâ adhuc exstat, concedit Benedictinis Monachis.

Floret S. Mainus Ordinis D. Benedicti Monachus, insigni miraculorum gloriâ à Deo honoratus.

Annus Christi 595.

Recuperatis per Romanum Ravennæ Exarchum quibusdam civitatibus, quæ à Longobardis tenebantur, horum Rex Agilulphus furore percitus non solum easdem iterum cepit, sed & ipsum agrum Romanum maximâ depopulatione vastavit, libera tamen ab infestatione mansit ipsa urbs Romana.

Joannes Constantinopolitanus eò arrogantia in S. Gregorium Magnum Pontificem summum insurrexit, ut solitâ temeritate insolentius persecutus sit, quod cœperat adversus Apostolicam Sedem, universalem se Pontificem nominando. Quapropter dictus Gregorius, qui hæcenus aberrantem Joannem summâ toleraverat patientiâ, ac per Apocrifarios suos verbis redarguerat, hoc anno ipsum litteris suis corripuit, ipsumque Sabinianum Diaconum admonuit, ne ullo modo cum illo communicaret, ne ejus videretur favere superbiæ; tum ad Mauritium Imperatorem, Constantinam Augustam, Eulogium Episcopum Alexandrinum & Ana-

stasium Antiochenum aliosque adversus eum litteras dedit.

Celebratur Romæ Concilium in causa Joannis Presbyteri Chalcedonensis, qui hæresis injustè Constantinopoli damnatus fuerat; cujus edicto innocens repertus, absolutus est. Suntque præterea in hoc Concilio statuti sex Canones ad disciplinam Ecclesiasticam pertinentes, quibus subscripserunt Episcopi viginti duo, ac S. R. E. Presbyteri triginta quatuor.

Mauritius Imperator tyrannicè adversus eundem Gregorium agens, Maximum in Ecclesiam Salonitanam intrusum, & à Gregorio censuris ejectum, jamque in contemptum Sedis Apostolicæ exilientem, per suos ministros in Ecclesia illa Episcopum retinuit; quâ de re cum Augustâ Gregorius exostulans, multaque insuper Imperatori insinuanda Sabiniano Apocrifario suo scribens, contestatus est se paratiorem esse mori, quàm B. Petri Ecclesiam suis diebus degenerare: cum verò omnino voluisset, ut idem Maximus Romam causam dicturus accederet; tamen concessit postea, ut Ravennam se conferret, ubi delegatum à sede Apostolica haberet judicem Marianum Episcopum, apud quem cum Maximus juramento præstito super corpus S. Apollinaris se purgasset de Simoniacâ labe ipsi imposita, acceptâ pœnitentiâ, quâ peccasset in Sedem Apostolicam, Salonas permissus est redire, cui & expetenti idem Pontifex Pallium misit.

Excitatur in Gallis per dæmonem Pseudo-Propheta hamo Bituricensis, dum in Sylva ligna cæderet, diaboli nequitiâ muscarum circumfessus examine, indeque amens redditus, post biennium transactis urbibus propinquis, Arelantensem ac Gabalitanam regiones adit, ibique indutus pellibus quasi Religiosus vivens, acceptâ demùm à dæmone vaticinandi atque sanandi potestate, in tantum se extulit, ut Christum se profiteretur, assumptâ secum quâdam muliere quam Mariam vocaret, & partem Deitatis habere diceret; cumque jam multitudo ingens populi eum sequeretur, ipseque Episcopi & alii à quibus adorari despiceretur, minas intentaret: idem per missos ab Aurelio Episcopo Vellavense strenuos, in medio suorum gladiis confossus est: Maria autem suppliciis supposita, omnes ejus præstigias publicavit. Gregor. Turon. lib. 10. histor. 25.

Evagrius Epiphanensis Prætor historiam suam orditur, ubi desinit historia tripartita, usque ad annum 595.

Desideratus Albigenis Episcopus creatur. Ad superos abit Maximianus Syracusanus Antistes Ord. S. Bened. qui S. Gregorii Magni in cœnobio Andreano institutor fuerat ac Abbas. Ravennensem Ecclesiam morte suâ viduatam relinquit Joannes Episcopus; ei succedit Marinianus Abbas Monasterii S. Hermetis propè Panormum.

Annus Christi 596.

Moritur tumidus ille superbiâ Patriarcha Constantinopolitanus, post Episcopatus annos tredecim, cui sufficitur Cyriacus Oeconomus, optimi viri nominis.

S. Gregorius Papa mittit ad conversionem Anglorum S. Augustinum cum sociis, ex Ordine Divi Benedicti.

Obiit

Annus Christi 598.

Branus Niger sive Brandub, Rex Australis Lageniæ, vir astutissimus & bellicosus, Ædum filium Ammirech Hiberniæ Regem prælio victum occidit, magnamque Hiberniæ nobilium simul cædem facit.

Pace cum Agilulpho Rege Longobardorum diutius tractatâ, sæpius per ministros Imperatoris atque Exarchi Ravennæ impeditâ, tandem ut ad tempus fœdus iniretur, Gregorius Papa obtinuit.

Mauritius Imperator ægrotans morbo difficili testamentum condidit, quo Theodosium filiorum natu maximum, jam ante hæc Imperatorem ab ipso declaratum, Constantinopolis Dominum fecit cum administratione Orientis. Tiberio Romam veterem cum Italia & Insulis maris Tyrrheni delegavit; cæterasque Romanæ ditionis provincias inter reliquos filios distribuit, quibus ætate adhuc immaturis Domitianum cognatum suum tutorem designavit.

Theodorus Siceota olim ex Monacho Episcopus Anastasiopolis in Galatia invitissimè factus, Episcopatu nuncium remittit, & insignibus postea miraculis coruscat.

Celebratur in Hispania Oscense Concilium.

Æda II. cognomento Slane, & Colmanus filius Diermitii I. Hiberniæ regnum simul capessunt.

Moriuntur SS. Columba Huenensis in Scotia, & Ebrulfus apud Bellovacos in Gallia, Abbates.

Annus Christi 599.

Cum Pontifex Summus Gregorius subodoratus esset peragi Synodum Constantinopoli insciâ Sede Apostolicâ, veritus ne quid novi ibi decerneretur de nomine Oecumenici in favorem Episcopi Constantinopolitani, scribens ad omnes Episcopos Orientis eos admonuit, ut statuta vetera nullatenus in ea violari permitterent: cum alioqui (ut addit) sine Apostolicæ Sedis auctoritate atque consensu, nullas quæcunque acta forent vires habitura essent: hæc verò ejus monita spernentibus excommunicationem minatur.

Moritur S. Anastasius Sinaita Episcopus Antiochenus, cui in Sede succedit Anastasius alter.

Reccaredus Hispaniæ Rex, missis per Abbates quosdam muneribus S. Petro, religionis suæ fervorem probat, & vicissim mutuis à Papa donis honoratur.

Pax tamdiu optata inter Romanos & Longobardos, inter Mauritium Imperatorem, & Regem Agilulfum tandem sancitur, sed non multum duratura.

Circa hunc annum obiit S. Aidus sive Ædus Episcopus in Hibernia, per omnem vitam miraculorum gloriâ illustrissimus, dignus omnino, qui Thaumaturgi nomine appellaretur. Cladem patriæ & bellum funestum averterens, dum ad Regem Mumoniæ curru vectus contendit, fractâ rotâ, haud aliter usus est, atque si integra fuisset, eâ nihilominus expeditè currente; verum

ad Re-

Obiit diem Childebertus Francorum Rex, relinquens sui Regni hæredes Theodoricum atque Theodebertum filios.

Celebratur secundum Concilium Cæsaraugustanum.

E vivis excedit S. Gregorius Turonicæ Ecclesiæ Antistes, auctor gravis, & pro sui temporis captu eruditus, ex Ord. D. Bened.

Item S. Angellus Abbas Ordin. S. Benedicti Neapoli, quem parentes steriles à Dei Genetrice precibus impetrârunt: claruit insigni miraculorum gloriâ, quæ inter cæcum manibus atrectans prodigiosè illuminavit, percussoremque suum manus usu divinitus destitutum, pœnitentem solis verbis curavit.

Eodem hoc anno in cælum recipitur S. Ebrulphus Abbas Uticensis ex præfato Ordine, inter plura, quæ patravit, miracula, tres mortuos ad vitam revocavit. Per dies quadraginta, quibus ante mortem febris incommoda sustinuit, nullum alium cibum percepit, quàm Domini JESU Christi corporis Sacramentum.

Regnare incipit Saberethus seu Sebertus Saxonum Orientalium Rex.

Mortuo S. Vero Episcopo Viennensi in Gallia, sufficitur S. Desiderius postea Martyr.

Annus Christi 597.

Augustinus cum sociis, cum interpretibus ex Gallia acceptis in Angliam appulit, benignè ab Edilberto Anglorum Rege in civitatem Cantuariam suscipitur: iidem igitur in dictam civitatem ingressi, crucem pro vexillo ferentes argenteam, & imaginem Salvatoris in tabula depictam, Litaniasque canentes, obtentâ à Rege prædicandi licentiâ, ingentibus coruscantes miraculis, & secundum ea, quæ docebant, ipsi per omnia viventes, multos ad fidem conversos baptizârunt, interque primos ipsum Regem, quem deinceps quamplurimi secuti sunt.

Antiochus Anachoreta, magnâ inter Orientales omnes sanctitate vicens, ex hac vita migrat annum natus centesimum: qui sexaginta annorum spatio nec vinum, nec oleum, nec aliud hujusmodi gustaverat. Triginta jam annis panem non comederat, sed oleribus crudis cum sale & aceto vescabatur, aquamque bibebat. Surius 22. April.

Ceolvulfus Rex Anglo-Saxonum regnare incipit.

Moritur Fredegundis Regina, Chilperici Galliæ Regis olim conjux, digna certè imperio scemina, nisi grande ingenium crudelibus & impiis factis dehonestasset.

Claret S. Maglorius ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Dolensis, innumeris miraculis clarus, virgo in ævum permansit, corpus suum jejuniis & cilicio duriter habuit; de morte sibi jam imminente ab Angelo edoctus, dum ab eodem benedici oraret, ab Angelo audiit; quomodo modo ego tibi benedicam, cui benedixit is, à quo Sancti omnes benedicti & sanctificati sunt. Jepses.

ad Regem delatus, cum ab armis non posset avertere dehortando & deprecando, terroribus denique effecit, Consiliario quamprimum ejus mortuo, & duobus equis regis terram absorptis, quibus confternatus Rex & jam poenitens, revocato sancto viro ter pedes prostratus, ut mortuum vitæ redderet, impetravit.

Annus Christi 600.

Peguanum Indiae regnum, per bella, famem, litemque pestilentem omnibus ferè incolis privatur.

Moritur hoc anno S. Fanchea Monialis Benedictina, Conalli Origellia in Ultonia principis, & Brigæ Ducissæ filia, fundatrix Ros-Oirthrensis virginum Cœnobii, de qua legitur, quod pallio super mare strato, unâ cum tribus aliis monialibus in Britanniam transfretârit, & eodem modo in patriam reversa sit, Ex Joan. Colgano.

Sclavi sive Slavini barbari Istriam deprædati, Italiam penetrare cœperunt; atque Chaganus Avarum Rex Venetiam Provinciam invadens, Forum Julii insidiis Romildæ relictae Agilulphi Ducis, qui eodem tunc bello perierat, cepit ac combussit: Romildam verò dignâ impudicitia ipsius poenâ afficiens, palo publicè infigi jussit, quod spe sumendi sibi maritum ipsum Regem, ei civitatem prodidisset. Cujus filiae matri dissimiles, ne ab Avaribus contaminarentur, crudorum pullorum carnes sibi inter mamillas sub fasciâ posuerunt: quibus ex calore putrefactis, ejusmodi foetorem Avars naturalem esse credentes, ab iis abstinuerunt, eadem verò per diversas postea regiones venditæ, tandem coronam castitatis suæ recipientes, una nupsit Alemannorum Regi, alia Bajoariorum Principi. Paul. Diac. lib. 4. c. 12.

Idem Chaganus inferiorem Pannoniam devastans, ipsis urbis Constantinopolitanæ incolis timorem incutit, adeo ut consilium inirent Europam deferendi, & in Asiam atque Chalcedonem migrandi: ast ipse Chaganus meritis sceleris poenas luens, quo S. Martyris Alexandri Ecclesiam incenderat, ejusque factas Reliquias injuriis affecerat, pestis inguinariæ graffatione magnam exercitûs sui partem amisit, unoque die septem filiis suis eadem lue absumptis privatus est. Ita Theophanes, & Nicephorus lib. 18. cap. 28. 29. Porro cum Mauritius Imperator hortante Senatu Legatos ad eundem Chaganum pro pace misisset, ipseque Chaganus captivos obtulisset viritum redimendos uno nummo, postea etiam quatuor filiquis: his conditionibus ab Imperatore recusatis, Chaganus omnibus occisis captivis ad propria rediit.

Leontius Exconsul revocatus Româ Constantinopolim, per Siciliam transiens, Imperatoris jussu rededit in ordinem Libertinum V. C. Expressæ, cæsumque bonis spoliavit: quâ de re Gregorius Papa eum redarguit, quod homoliber flagellis minimè subjici deberet, ipsum autem Libertinum consolatoriis litteris convenit, atque elemosynis fovit.

Circa hunc annum diem obit S. Domitianus Melitenæus in Armenia Episcopus, vir prudentiâ & ingenio præstans.

Sub hunc annum in Hibernia S. Meldanus

ex Abbate creatus Lochairbensis Episcopus, divini verbi prædicandi gratiâ & efficaciam plurimum effulget, sanctitatisque radiis Ordinem Benedictinum illustrat. Similiter B. Batherius sive Baltherius Abbas, dicti Ordinis haud minus propagator.

Ad cœlos transit S. Desideratus Episcopus Arvernensis in Gallia.

Laurentius Episcopus Stabienensis creatur, Mortalitatem deponit S. Berachus sive Berachus Abbas Ord. D. Benedicti & Episcopus in Hibernia, qui à juventute miraculis claruit, quæ inter viginti mortuos resuscitavit: item obiit Flavius Episcopus Cabillonensis.

Celebratur Concilium Barcinonense. Circa hunc annum moritur Venantius Fortunatus Episcopus Pictaviensis.

Ad cœlestem gloriam transit B. Martinus Abbas Vertavenensis Ord. S. Benedicti apud Durivum: cum talis nuntius ad Vertavenenses delatus fuisset, mox illi Durivum concurrunt, ut sibi, quâ fieri liceret, sacrum ejus corpus vendicarent: contra repugnare Durivenses, & res ferè in seditionem abiit; controversiam diremit Durivensium somnus, quo Vertavenenses ad oculum vigiles dextrè usi sunt ad sacrum pignus inde efferendum: nec mora iter cum feretro accelerant: cum Durivenses è somno exiti, sacroque thesauro se privatos videntes, Vertavenenses persequi aggressi sunt, contentiore fugientes cursu, qui ad oram fluvii Separis tantisper substitant: hi ad conspectum turbæ armatæ diffidere animis, ad preces converti, supplicare Deo, ut ne se proprio frustrari patrono pateretur; mox fluvius viam Vertavenensibus fecisse traditur, eamque insequentibus occlusisse. Mabillon. in Annal. Benedict.

Claret in Anglia S. Adamannus Abbas Ord. D. Bened. qui plurimam Britannorum partem ad debitam paschatis celebritatem revocavit.

S. Donnanus cum 52. sociis ac discipulis suis occiditur in Egga Scotiæ Insulâ.

Ad superos abit S. Anastasius Presbyter & Monachus Sinaita in Arabia.

Circa hunc quoque annum decedit S. Kellacus Episcopus in Hibernia, ab hostibus suis crudeliter occisus: de corpore ejus feris exposito quotquot delibârunt, illic virtute divinâ & meritis sancti Præsulis interierunt: illud postea duo cervi vamine mortalium ducente, ad locum Eiscreach detulere, templique campanæ nullo trahente insonuere. Exact. SS. apud Henschen. die 1. Maji.

Item S. Honoratus Episcopus Ambianensis, abstinentiæ addictissimus.

Nec non Constantius Episcopus Mediolanensis in Insubria.

Floret in Hispania S. Eutropius ex Abbate Sirbitano Ord. D. Bened. factus Episcopus Valentia.

Claret S. Similianus ex Abbate Benedictino Monasterii Canracensis, Episcopus Nannetensis, Item in Hibernia S. Congellus ejusdem Ordinis, Abbas, multorum millium Monachorum pater.

Circa hunc annum ad cœlos è terra migrat S. Florentia virgo, soror SS. Leandri & Isidori Episcoporum, Abbatissa 40. cœnobiorum Monialium sub regula S. P. Benedicti.

Claret

Claret B. Hervæus Abbas Celsiacensis Ord. S. Benedicti, in vita non minus quam post mortem miraculis coruscans, quæ inter, cum Clotharium Regem hospitio excepisset, nec vinum sufficeret, modicum grandi miraculo auxit, & tam Regem, quam omnem ejus comitatum prodigiosè refecit. Carol. Saussai.

Claret in Hispania vitæ sanctitate S. Benedicta Monialis Benedictina. Item ex eodem instituto in Insula Palmaria S. Venerius admirandæ Sanctitatis vir, qui ibidem vitam eremiticam duxit. Maxima patravit miracula, ea inter hordeum ipso messis tempore ad se perlatum, cum statim terræ immitteret, illic prodigiosissimè enatum ad maturitatem excrevit.

S. Wenefrida ob repudiatos turpes amores à Canoco Alani Regis filio in ipsa Ecclesia caput amputatur, erupit, simul atque corpus humi collapsum est, fons largissimus atque perspicuus agris deinceps prodigiosè salutaris. S. Beunoi precibus verò sacrilegus juvenis statim mortuus corruit, ejusque corpus mox disprensus, ad inferos, ut creditum, à Diabolo arreptum est. Econtra Wenefrida viri sancti meritis rediviva, sacrum Ordinis Benedictini velamen suscepit. Ex Menolog. Bucel.

Claret sanctitatis famâ ad lacum Potami-um B. Haberilia, discipula S. Galli Abbatis.



MEMORABILIMUM MUNDI CHRISTIANI SÆCULUM VII.

Annus Christi 601.

S Gregorius Papa Synodum celebrat Episcoporum viginti, ac Romanæ Ecclesiæ Presbyterorum quatuordecim, & Diaconorum quatuor, in qua Decretum edidit, quo consuluit Monachorum quieti & indemnitati, ne ab Episcopis ullas imposterum molestias paterentur, sive in bonis, sive in Abbatum electionibus, aut Monachorum invitibus Abbatibus ordinationibus.

Mittit S. Augustino Anglorum Apostolo pallium, pluresque verbi Dei cooperatores, cum multis Ecclesiasticis ornamentis: scribit quoque ad Edilbertum Anglorum Regem gratulatorias litteras de ipsius ex dæmonum cultu, ad veram Christi fidem conversione, nec non ad Aldibergam Reginam ejus conjugem, laudans eam de egregia navata opera in conversione ejusdem gentis.

Idem Augustinus Doroverniæ sive Cantuariæ Ecclesiam dedicat, atque ibidem sibi habitationem statuit, cunctisque successoribus suis Angliæ Primatibus.

Celebratur Concilium Toletanum ab Episcopis sexdecim.

Constat bellum inter duos Francorum Reges Theodobertum atque Theodoricum fratres, nec non Clotharium filium Regis Chilperici, magnaque facta utrimque clade, cessit tandem victoriâ prædictis fratribus, fugiente Clothario, in qua pugna (inquit Aimonius) Angelus Domini astans evaginatum visus est tenuisse gladium: quæ quidem visio, non solum quod tunc fieret, sed etiam quod postea futurum esset, haud dubiis demonstravit signis: siquidem ita Dei effusa supra Reges Francorum, effecit, ut se invicem bello civili consumerent.

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Deus dedit, Pontifex salutatur Mediolanensis in Insubria.

Amos Hierosolymorum Episcopo defuncto, subrogatur Hefychius.

Annus Christi 602.

Absoluto tempore pacis initæ inter Romanos & Longobardos, iisdem rursus utrimque certantibus, Ariulphus, Spoleti Dux Paganus prælio Romanos vicit ope divinitus missâ S. Martyris Sabini Episcopi, Paul. Diacon. lib. 4. cap. 5.

Tergestinus Episcopus à Schismate trium capitulorum ad Ecclesiæ unitatem redit. Qui blanditiis rursus tentatus à Severo Gradeni Episcopo schismaticorum capite, cum minimè acquiesceret, diram ab eo persecutionem est passus.

Jussu exercitu ultra Istrum hiemare, milites id agrè ferentes, seditione factâ, de novo creando Imperatore tumultuosè agere cœperunt, quemque audacem scirent esse Phocam Centurionem, super scutum elevantes, Imperatorem acclamant & Constantinopolim deducunt; quem adventare audiens Mauritius, navem conscendit cum uxore ac liberis, sed tempestate repulsus est ad littus. Cum Phocas jam à Senatu ad Hebdomum exceptus, & à Cyriaco Episcopo Constantinopolitano, post exactam ex more ab eo fidei Catholicæ confessionem, coronatus atque insignibus regis decoratus, eum ad se perducere jubens, mox ante ejus oculos quatuor parvulos filios masculos præcepit necari, nil aliud Mauritio profere, quam illud Davidicum: *Justus es, Domine, & rectum judicium tuum*, Psalm. 118. Imò cum nutrix unum è pueris subtraxisset è nece, & pro illo proprium filium offer-

offerret, id Mauritius fieri prohibens, verum suum filium prodidit, qui visus est è vulneribus lac dare cum sanguine: tandem verò ultimo loco & ipse occisus est anno Imperii vigesimo, ætatis 63, omnium autem abscissa capita delata in campum juxta tribunal, ad fœtorem usque ibi permanserunt; donec Phocas licentiam ea auferendi atque sepulturæ mandandi concessit: sed & post Mauritium cæsus est Petrus ipsius frater, aliique nonnulli Proceres; Philippicus autem ejusdem sororis maritus, sacerdotio initiatus est, ipsaque ejus conjux Gordia ejusmodi quietum vitæ genus arripuit. Baron. in annal.

S. Augustinus Episcopus Cantuariensis Monasterium S. Salvatoris in ipsa urbe, & aliud non longè ab illa construit, quod Ethelbertus Rex magnis donis locupletavit.

Annus Christi 603.

Cum Arnulphus Longobardus Spoleti Dux, urbem Romam oppugnaturus, parasset exercitum mense Junio, & cum proximè instaret dies Natalis Apostolorum, moliretur ejus excidium, de his Gregorius Papa sollicitus, litteras scripsit ad diversos Imperatoris Duces per Italiam constitutos, ut si Arnulphus urbem aggrediretur, ipsi adversus eum à dorso laborarent, & loca ejus deprædarentur, quò ita revocaretur à cœptis, quâ Gregorii vigilantia territorius Arnulphus, à cœptis destitit.

Celebratur Barcinone in Hispania Synodus Episcoporum duodecim: cujus quatuor duntaxat existant Canones, duo adversus Simoniacam pravitatem, tertius adversus laicorum præposterat ordinationes, quartus denique contra Monachos atque moniales, post castitatem promissam connubia agentes.

Moritur S. Leander ex Ordine D. Benedicti Episcopus Hispalensis, qui Visigothorum in Hispania gentem cum Reccaredo eorum Rege & Batta Regina ab Ariana hæresi ad Christi fidem traduxit, merito gentis Hispanæ Apostolus nominandus.

Panormitana quoque Ecclesia Episcopum suum Victorem per mortem amittit, succedit Joannes.

Brunehildis Regina S. Desiderium Episcopum Viennensem, incestuosum ejus matrimonium carpentem, in exilium pellit.

Floret circa hæc tempora S. Landelinus Abbas Ordinis S. Benedicti, is nobilissimo Francorum ortus genere, puer etiamnum à S. Autberto Cameracensium Pontifice feliciter educatus est. Sed cognatorum nobilium, qui tunc occasione turbati Regni, rapinis ac cædibus infesta omnia habebant, persuasione ac blanditiis inductus, cœnobium deseruit, & quò licentiùs grassaretur, mutato Landelini in Maurosi nomen militari libidine, prædis ac cædibus vacare cœpit, donec Autberti Sanctissimi Magistri precibus ac lachrymis, optimum Numen discipulum perditissimum redderet, & terribili visione, abrepti ad inferos commilitonis amicissimi, & Angeli monitione ad saniora revocaret: relictiis proin omnibus pedes illico ad Autbertum contendit, inter Monachos rigidam scelerum poenitentiam egit: trium ce-

leberrimorum ad hanc usque diem cœnobiorum, Laubiensis, Alnensis & Crispiniensis conditor factus, etiam vivus adhuc miraculis inclarescere cœpit. Ex vit. tom. 1. SS.

Annus Christi 604.

Quarto Idus Martii feliciter ex hac vita migrat S. Gregorius Magnus Papa: illustre sanè Ordinis Benedictini sidus.

Agilulphus Longobardorum Rex, augetur filio, quem pia mater Theodolinda Regina nominatum Adelvaldum, in fide Catholica voluit baptizari.

Cum vacasset Sedes Papalis menses quinque & dies decem & octo, ipsis Calendis Septembris eligitur Sabinianus natione Tuscus, patriâ Volaterranus.

S. Augustinus Angliæ Apostolus, cum hoc anno Mellitum civitati Londoniensi, & Justum ambos ex Ordine Divi Benedicti Episcopos præficeret, vitæ finem facit, cui in Episcopali sede Cantuariensi ac Angliæ Primatu succedit Laurentius, instituti pariter Benedictini alumnus.

Cosroës Persarum Rex in ultionem necis Mauriti Imperatoris collectum copiosum exercitum adversus Phocam immisit: eodemque tempore Narses Dux rebellans, Edeffamque obtinens, eidem Phocæ bellum intulit: cumque Phocas Domitium Magistrum militum, propinquum suum adversus Cosroëm, Germanum Prætorem adversus Narsetem misisset, utrobique malè à Romanis pugnatum est, Germano occiso, & Domitio vix incolumi evadente S. Georgii Martyris protectione, & S. Theodori Siceotæ Archimandritæ orationibus.

Moritur Aidanus Scotiæ Rex, cui succedit Kennethus.

Æda III. filius Donaldi Hiberniæ Rex creatur.

Floret S. Gislenus, ex Episcopo monachus factus Benedictinus.

Annus Christi 605.

Moritur Sabinianus Papa. Adalvaldus parvulus filius Agilulphi Longobardorum Regis, Mediolani creatus est à patre Rex, adstantibus Legatis Theoberti Francorum Regis, & pax firmata est perpetua cum Francis.

Severo Patriarcha Aquilejensi defuncto, ordinatur in locum ejus Joannes in ipsa civitate Aquilejâ, consensu ejusdem Agilulphi Regis; ex altera verò parte ab Episcopis, qui erant sub Romanis, ordinatus est in Insula Gradensi Candidianus, ex quo tempore cœperunt esse duo Patriarchæ. Paul. Diac. lib. 4. cap. 10.

Dira fames Romanam vexat ditionem. Phocas Narsetem, qui rebellarat, iteratis de securitate juramentis ad Romanos redire tandem persuadet, mox tamen eundem perjurum vivum comburi præcipit.

Kennethus Scotiæ Rex diem vitæ supremum claudit; succedit Eugenius Aidani filius.

Ad cœlos ex Ordine Benedictino abit S. Petrus Diaconus, S. Gregorii Magni Papæ interlocutor, S. R. E. Cardinalis.

S. Mellitus fidem Christi apud Orientales Saxo-

Saxones, Regis Ethelberti fultus adminiculo feliciter propagat: accessit in laboris consortium Seberthus Rex, cujus munificentia ille Monasterium B. Petri, in Occidentali Londoniæ urbis parte construxit, unde Westmonasterio indita est appellatio.

Annus Christi 606.

Cyriacus Patriarcha Constantinopolitanus moritur, cum sedisset annos decem, & undecimum inchoasset, in cujus locum suffectus est Thomas Diaconus & Sacellarius magnæ Ecclesiæ.

Bonifacius Papa noviter electus, mox ad reprimendam Clericorum ambitionem Pontificatibus inhiantium, Concilium in Ecclesia Vaticana habuit Episcoporum septuaginta duorum, Presbyterorum Romanæ Ecclesiæ triginta quatuor, & reliqui Clerici, adversus eos, qui superstite adhuc Romano Pontifice, aut quovis alio alicujus civitatis Episcopo, de eo, qui esset post ejus obitum eligendus in successorem, tractarent: quod Synodus decreto suo sub anathemate vetuit facere, nisi tertio die depositionis ejus.

Moritur S. Petrus Abbas Cantuariæ in Anglia, Ordinis S. Benedicti. Item in Britannia S. Sillanus five Sylvanus Abbas. Nec non S. Vincentius cognomento Madelgarius ex Comite Hannoniæ illustrissimo Monachus Benedictinus, Apostolico zelo & labore celebris.

Annus Christi 607.

Detecta Constantinæ quondam Augustæ conjugis Mauriti Imperatoris conjuratione adversus Phocam; hic irâ exastuans, non solum ipsam Constantinam ejusque tres filias in eodem loco, ubi Mauritius interemptus fuerat, gladio trucidavit, sed & Germanum, nec non Theodorum Orientis Præfectum, aliosque plurimos Patricios nobilissimos viros occidit.

Cosroës Persarum Rex, totam Syriam deprædatur, nullo sibi obviam facto, qui resisteret.

Phocas manuum pedumque gravissimis ægrotans doloribus, à S. Theodoro Siceotâ curatur.

Dum in Galatia publicæ supplicationes instituebantur, cruces, quæ gestari solebant, per se vehementer concussa fuerunt, quod multorum malorum prælagium fuit, nam Persæ paulò post in Christianos immaniter sævierunt, captâ ab iis Hierosolymâ, cruce sanctissimâ Christi in prædam ductâ. Erupit ab inferis Monothelitarum hæresis, & nefandissimi Mahometis impietas.

Obiit circa hunc annum S. Faustus Monachus Casinensis, S. P. Benedicti discipulus, quem unâ cum S. Mauro in Gallias miserat.

Item S. Catellus Episcopus Stabiliensis Ordinis S. Benedicti, S. Michaëlis Archangeli apparitione dignatus.

Annus Christi 608.

Moritur Ferdinandus I. Baviaræ Dux. Constantinopoli viget lues pestifera & penuria omnis rei, effususque rursus sanguis plurimorum nobilium virorum, quos ob levissimas suspiciones crudelis Phocas occidi jussit; adeò R. P. Brentano Epitome Chronologica.

ut Priscus ipsius gener non valens amplius sustinere ejus tyrannidem, Heraclium Prætorem Africæ adversus ipsum concitavit.

Persæ devicto Romano exercitu, captisque multis Armeniæ, Cappadociæ, Galatiæ & Paphlagoniæ civitatibus, reliqua omnia Chalcedonem usque depopulantur.

Moritur Thomas Constantinopolitanus Episcopus, cum sedisset annos duos & menses septem, in ejus locum sufficitur Sergius.

Hoc eodem anno vitæ finem facit Eulogius Episcopus Alexandrinus, cum sedisset annos 27, vir sanè tum sanctitate, tum doctrinâ insignis. Succedit in ejus locum Theodorus Scribon.

Euchonius Episcopus Maurianensis invenit corpus S. Victoris Martyris in Ecclesia Suburbani Gennabensis, divinâ sibi revelatione indicatum, præfente Theodorico Francorum Rege, in arca argentea jacens, cujus facies eximio divinitus irradiata splendebat fulgore.

Claret sanctitatis laude in Gallia S. Cadeoldus Episcopus ex Ord. D. Benedicti, qui plurimos Christo famulos congregavit.

Martyrio coronatur S. Desiderius Episcopus Viennensis in Gallia.

Annus Christi 609.

Antiochiæ Judæi in Christianos insurgentes, plerosque civium occiderunt & partim incendio tradiderunt, interque alios ipsum Anastasium Patriarcham, cujus secta pudenda in os ejus projecerunt, corpus verò traxerunt in plateam urbis: missus verò adversus eos cum exercitu Bonosus Orientis Præfectus, plurimos occidit, quosdam detruncatis artibus in exilium expulit.

Phocas plurimos è populo, quò ipsum in Circo Prasini irrisissent, variis mortis generibus necari præcepit: Prasini verò coacervati miserunt ignem in Prætorium, incenderunt Curiam, & Scrinia & carceres, ex quibus egressi victi fugere. Unde iratus Phocas, eos militiâ privavit; idemque multos Patricios ac Præfectos, insidiarum adversus ipsum auctores consciôsve interfecit.

Hesy chius Hierosolymitanus Patriarcha, ubi sedisset annos octo, ex hac vita migravit; suffecitque ei Zacharias.

In Occidente Italia gemit sub gladiis Longobardorum, Gallia fervet bellis civilibus, Africa tota in procinctu est, ob bellum quod inferendum parabatur ab Heraclio adversus Phocam tyrannum.

Moritur S. Augustinus Episcopus Cantuariensis, & Apostolus Angliæ; succedit in sede Episcopali S. Laurentius, Monachus ut ille Benedictinus.

S. Columbanus Abbas à Theodorico Burgundiæ Rege, consilio potissimum Brunichildis aviæ, exagitur.

Annus Christi 610.

Heraclius primo hoc sui Imperii anno Casaream Palæstinae expugnat; indeque contra Phocam Constantinopolim properat, ejusque exercitum ad portum Sophiæ devincit, ipsumque Phocam capite truncari jubet.

Sub hoc anno è vivis excedit S. Mochua Abbas Ballensis Ordin. D. Benedicti, qui inter cetera grandia miracula, Muregidarum gentem à comuni tunc omnibus morbo liberavit, simul semelque 2500. à Medicis desperatos, incolumitati restituit.

Perfæ Syriam devastantes, Apameam & Edeffam capiunt, Romanorumque exercitum eis occurrentem penitus profligant.

Celebratur Toleti Concilium.

Circa hunc annum vitâ excedit S. Finianus Abbas Surdensis in Hibernia, miraculis gloriosus, quæ inter moribundum sanavit, pluresque alios ægrotos sanitati restituit: arbor acerbos fructus ferens ab ipso benedicta, dulces deinceps dare non destitit; incendium ingens Monasterium invadens solo crucis signo extinxit, mortuumque ad vitam revocavit.

Ad superos abit S. Thomas Patriarcha Constantinopolitanus.

Floret S. Paterius Episcopus Brixie, vir singularis eruditionis & morum integritatis, S. Gregorii M. discipulus.

Celebratur Romæ Synodus Episcoporum.

Bonosus Orientis Comes, post atrocia scelera Antiochiæ patrata, reversus Constantinopolim, ictus vulnere gladii in mari periit.

Annus Christi 611.

Perfæ ex more irrumpentes in Armeniam & Cappadociam, post ingentem prædam hominum, & omnium rerum vastationem, potiti sunt Cæsareâ Cappadociæ, populūque captivum abduxerunt.

Eudocia Augusta tertio die Maji filium peperit Heraclium juniorum, qui & Constantinus junior dictus est. Cùm verò paulò post eadem decessisset Imperatrix, ejus pompam funeris puella quædam barbara prospectans per fenestram, sputum imprudens in feretrum deiecit, quæ mox comprehensa & cremata, Augustæ infeliciter parentavit. Ut habetur in annalibus ex Theophane.

Cinegellus Rex Anglo-Saxonum regnare incipit.

S. Walaricus in pago Vinemacensi Leuconænsi cœnobium Ordin. S. Benedicti. condit.

Annus Christi 612.

Cessantibus Persis jam victoriis exsatiatis, invadentes Syriam Saraceni ferro igneque cuncta miscent: cùm interea Heraclius Imperator, Epiphaniam filiam suam anni hujus exordio, vergente verò ipso ad finem Heraclium filium suum, Augustos nuncupavit, ac per Patriarcham coronari fecit Constantinopolitanum.

S. Columbanus ex ordine D. Benedicti, probatissimæ sanctitatis Abbas, Regina Brunehildis operâ ex Monasterio suo Luxoviensi ejectus, in exilium pellitur: cùm enim Rex Theodoricus, qui Burgundiæ imperabat, familiarissimus factus Columbano, ab eoque sæpius redargutus de probrosa vita quam in adulteriis transigeret, deliberasset, tandem concubinis derelictis legitimam sibi sumere conjugem; verita-

eadem Brunehildis ejus avia, ne sic ipsa Regni administratione exueretur, quæ transitura esset in uxorem Theodorici, omnem movens lapidem effecit, ut & Rex solitis misceretur adulteriis, & Columbanus expelleretur. Quo tempore idem Sanctus, cùm in exilium duceretur, atque Clotharii filii Chilperici, & Theodoberti fratris Theodorici regna pertransiret, ab eisque honorificentissimè reciperetur, vaticinatus est fore, ut Theodoricus intra triennium regno privaretur, & Monarchiam totius Galliæ Clotharius obtineret, quod & postea evenit.

Desiderius Viennensis Episcopus, & Delphinus Episcopus Lugdunensis, ejusdem impiæ Brunehildis operâ, crudeli morte perempti, Martyrium consecuti sunt.

Theodebertus II. Austrasiæ Rex, prælio à fratre victus, Regnum primum, dein vitam amittit.

Moritur Laurentius Episcopus Stabienfis.

Malcobus Ædæ tertii filius, Hiberniæ regnum cepit.

Claret in Hispania S. Tolobæus Episcopus Bracarenfis, Monachus Benedictinus.

Diem obit Apollinaris Episcopus Bituricensis, cui Austregisilus Abbas S. Nicetii Lugdunensis Monasterii communi omnium suffragio succedit.

Claret Maldeberta Vincentii Hannoniæ Comitissæ filia, postea Abbatis Malbodiensis Ord. D. Bened.

Annus Christi 613.

Moritur Theodoricus Lotharingæ Dux. Perfæ consueta irruptione Imperium de novo afflicta, Damascum ceperunt, & captivum duxerunt populū: quo tempore Heraclius Legatos ad Cosroem ipsorum Regem pro pace mittens, promisit ei tributum annuum solvere, sed despexit Cosroës; eodemque anno idem Heraclius, defunctâ jam antè uxore, incestuosas nuptias contrahens, neptem suam Martinam in matrimonium duxit; sed detestandum hoc facinus gravi vindictâ à Deo punitionem esse docent Zonaras, Cedrenus.

Moritur Edilbertus, primus Anglorum Rex Christianus, cùm regnasset annos 56. cujus filius ac regni successor Eadualdus, qui paganus perduraverat, ei que impietati aliud scelus recens addiderat, ut uxorem patris haberet, occasionem dedit ad priorem vomitum revertendi iis, qui sub imperio sui parentis vel favore, vel timore, fidei & castimonie jura susceperant; unde & divinâ vindictâ meruit crebram mentis vesaniam, & spiritus immundi invasionem pati. Quo etiam tempore cùm pariter Sabertus Rex Orientalium Saxonum, nepos Edilberti Christianus decessisset, ejusque filii paganismum colerent; hinc ortâ adversus Christianos persecutione, coacti fuere Justus Rossensis ac Mellitus Londinensis Episcopi in partes Galliarum ad tempus secedere. Beda 2. histor. Anglican. 5.

Theodericus Theodeberti Austrasiorum Regis frater Metis profluvio ventris moritur, cujus

cujus filiis Sigeberto II. aliisque, & aviâ Brunehilde occisis, Clotharius II. in Burgundiâ & Austrasiâ Regnum arripuit.

Circa hunc annum S. Columbanus Abbas Bobiense in Italiâ cœnobium condit.

Obit S. Theodorus ex Monacho Benedictino Episcopus Anastasiopolitanus, qui ex lascivo concubitu editus, matri viam quasi ad puriorem vitam aperuit, priusquam in lucem ederetur; cùm enim illa puero prægnans stellam mirabili fulgore splendidam è cœlis in uterum suum delabi conspexisset admonita à viris sanctis, magnæ id gratiæ signum esse, à turpi deinceps quæstu abstinuit: claruit Theodorus insignibus miraculis, saxum enim miræ magnitudinis quocunque voluit, facile direxit, currum item vivâ calce onustum ab incendio liberavit. Ex Menolog. Bæcel.

Annus Christi 614.

Bonifacius Papa IV. diem obit, cùm sedisset annos sex menses octo, dies tredecim. Cùmque post obitum sedes vacasset menses quinque & dies duodecim, Deus dedit Romanus creatus est Pontifex die 13. Novembris.

Quo pariter anno, cùm Laurentius Dorovernenfis Metropolitanus, qui adhuc in Anglia remanserat, & ipse illinc secedere deliberasset: nocte quadam à S. Petro correptus & acriter flagellatus, mane factus Regem adiens, remque enarrans plagas ostendit: quibus Rex perterritus, confestim præter spem omnem abdicatâ idololatriâ ac cœnubio illegitimo, Christianam fidem pietatemque amplexus est. Beda Histor. Anglic. lib. 2. c. 6.

Fridiburga Virgo, Gunzonis Ducis filia, ipsiusque Sigeberti Regis sponsa, eodem die quo nuptiæ celebrari deberent, omnibus insciis, depositis regalibus vestimentis, sacrum sumit velamen, cui ex voto se obligarat, cùm à dæmonis vexationibus per S. Gallum nuper liberata esset. Quam piam ejus deliberationem pius Rex licet illam summè deamaret, approbans donis illam ingentibus honoravit, præfecitque Monasterio ancillarum DEI, quod in honorem B. Petri Apostoli constructum erat in civitate Metensi.

Rex Clotharius ad quem jure deferebatur successio regni Theodorici, quod ille nullos reliquisset filios legitimos, collecto exercitu adversus eundem Sigebertum progrediens, ipsum prælio victum captumque peremit: sed & quinque fratres ejus, Theodorici filios nothos, unâ cum ipsa Brunehilde capiens, eosdem separatim interfici jusit. Brunehildem verò, cujus operâ & consilio decem Reges extinctos tradunt, primò per contemptum super camelo circumductam, postea cunctis adversus eam conclamantibus, crinibus ac brachiis caudæ indomiti equi alligatam, miserimo supplicio vitam finire coëgit. Ita Aimon. lib. 4. c. 1. Sic Brunehilde cum spuria Regum prole è medio sublata, Clotharius Monarchiam totius Galliarum, juxta S. Columbanum vaticinium consecutus est.

Sisebutus Hispaniæ Rex Judæos in regno suo vi facit baptizari. Isidor. in Chron.

Cosroës Persarum Rex Syriâ devastatâ Hierosolymam quoque caput, loca sancta dirumpit & comburit, & qui in eadem civitate erant Christiani, Judæis vili pretio venumdati, ab iis post innumera tormenta dirè admodum trucidati sunt. Zacharias verò Patriarcha, unâ cum sanctissimo ligno S. Crucis, aliisque multa præda in Persidem abductus est. Theophan. Miscell. l. 18.

Saraceni in monasterio Lauræ Sabæ quatuor monachos crudeliter membratim concidunt.

Sorbii, sive Svvirbii vel Svvorbii in Thuringiam irrumpunt.

Clotharius Herponem, natione Francum, summoto Eudilâ Burgundiæ Transjurenfis Ducem constituit, quem ut erat juris & æqui amantissimus, ferre non potuere Aletheus Patrius, Leudemundus Sedunensis Episcopus, & Herpinus Comes, qui malis erant præsidio, & licentiâ temporum hucusque abusi fuerant. Eorum itaque consilio interemptus est Herpo, cujus necem Rex vindicaturus, cum Bertrude conjuge Alsatiam petiit, & in villâ regiâ Marilegio, de cæde Herponis quæstionem habuit: in multos facinoris participes gladio animadversum: interim Aletheus Patricius, sive meritam pravo consilio pœnam metuens, sive Burgundiæ Regnum affectans, in necem Regis conspirat cum Leudemundo, sed re detectâ capitis damnatur.

Lupus Episcopus Senonensis innocens in exilium missus, precibus Winebandi Abbatis sedi suæ restituitur.

Parisiis Clotharii Regis sollicitudine sextum convocatur Concilium ad restituendam in Francorum Regno Ecclesiasticam disciplinam, quæ per superiores bellorum procellas aliquantum labefactata fuerat.

Sub hunc annum moritur Aurasius Episcopus Toletanus, succedit S. Helladius ex Abbate Agaliensis monasterii Ordinis sancti Benedicti.

Annus Christi 615.

Nullo resistente Cosroës invadit Ægyptum, excurrensque in Lybiam Carthaginem frustra tentat: quamplurimis verò captivi abductis, onustus prædâ reversus est in Persidem.

Rebellionem movet in Italiâ Joannes cognomento Compfinus Præfectus urbis Neopolitanae, qui cæso Joanne Exarcho tyrannidem arripuit, hinc missus ab Heraclio Imperatore Eleutherius Exarchus, Joannis Exarchi cædem ulciscens, Compfinum bello captum peremit.

Italia terræ motibus & lue elephantiae vexatur.

Circa hunc annum interiores Angli, Ethelfridum Regem Northumbriæ potentissimum, vitâ pariter & Regno exuunt. Ei cùm successisset Edvinus, propinqui Ethelfredi in Scotiam profugerunt, interque eos septem ejus filii & filia unica, quos Eugenius Scotiæ Rex summâ cum humanitate & liberalitate, quoad vixit apud se habuit.

Floret sanctitate vitæ Salvius Episcopus Ambianensis.

Suibneus Mendi filius, Hiberniæ Rex saluatur.

Vitam mortalem cum immortali commutat S. Columbanus magnus Abbas Bobienfis, vir Apostolicus, prophetiæ spiritu & miraculis clarus, quæ inter fontem precibus prodigiosè elicit, captivos sibi supplices, ruptis mirè catenis ac portis divinitus patefactis eduxit, fratres plerisque aliquando lue seu morbo aliquo arreptos, surgere ad labores iustos, solâ iustione incolumes reddidit. Viri hujus sanctissimi mortem S. Gallus absens in Germaniâ cognovit.

Moritur Saberethus sive Seberthus Orientalium Saxonum in Angliâ Rex.

Decedit S. Adelbertus Episcopus Comensis in Italiâ, qui in magnâ temporum improbitate ad hujus Ecclesiæ regimen assumptus, verbi Dei pabulo & sanctimoniam exemplo eandem prudentissimè gubernavit. Sed impiorum invidiâ ac astu petitus, ac Romæ apud summum Pontificem falsorum scelerum insimulatus, singulari Numinis beneficio, & hostium suorum elusit insidias, & suam Pontifici supernorum ostensione signorum innocentiam comprobavit; nam avolantes in viâ perdices, Romam adduxit, & Pontificem cælestes Angelorum modulos audire cupientem, precibus voti compos reddidit.

Moritur Metis B. Glotfendis Abbatissa, virgo illustrissimo Principum stemmate oriunda, cui ad ordinem Benedictinum aspiranti sacrum velamen divinitus delatum est; claruit insignibus à morte miraculis, præstans fuit inter cætera illud quando totus sacri olei rivulus, è tumulo sese ejusdem effundens, gratiarum plenus infirmis fluxit, Arnold. Duac. Menard.

Annus Christi 616.

Moritur Agilulphus Longobardorum Rex, ubi regnasset annos viginti quinque: cui successit major natu filius Adalvaldus sub tutela Reginæ matris Theodolindæ.

Perse Carthaginem capiunt.

Heraclius Imperator Constantinum filium natu majorem Consulem creat, ejusque fratrem itidem Constantinum dictum, Cæsarem facit.

Obiit S. Joannes Eleëmofynarius Patriarcha Alexandrinus in Ægypto, miraculis in vitâ & post mortem gloriosus.

Floret S. Licinius Episcopus Andegavenfis, miraculis pluribus gloriosus.

Ad cælos obitu suo præcognito & prænunciato abijt S. Virgilius Antistes Arelatenfis; tunicâ cilicinâ ad cutem semper usus fuisse dicitur, seque cum eâ sepeliri voluit; singulis noctibus solus Basilicas circuibat, quod dum quâdam vice faceret, cæco sibi occurrenti lumen restituit. Cum funus per urbem veheretur, mortua puella ipsius feretri contactu revixit. Mabillon. in annal. Benedict.

Amalgarius & Aquilina Bezuense Ordinis Benedictini cænobium in Burgundiâ condunt.

Annus Christi 617.

Moritur S. Deusdedit Papa, ubi sedisset annos tres, minus diebus quinque; in ejus

locum subrogatur Bonifacius V. patriâ Neapolitanus.

Eleutherius Exarchus, cum tyrannide sumpta Rex Italiæ dici volebat, venturus Romam à militibus Ravennatibus in viâ occisus est, caputque ejus missum Constantinopolim ad Imperatorem.

Cogitur Maficone Concilium ad sopiendas turbas ab Agrestino Monacho inquieto motas, qui postea ex Dei vindictâ à quopiam securi percussus interiit.

Heraclius Imperator pacem à Cosroë per Legatos denuò petens, eam obtinere nequit.

Mortalitatem exiit S. Catellus Episcopus Stabienfis in Italia, miraculis, & dono prophetiæ clarus.

S. Amatus Monachus Benedictinus ex A-gaunenfi monasterio, ad Austrasios prædicationis causâ dirigitur. Fuit vir miraculis gloriosus.

Annus Christi 618.

Chaganus Rex Avarum sub pacis nomine decipiens Heraclium Imperatorem, suburbia civitatis Constantinopolitanæ deprædatur.

Moritur Genebaldus III. Franciæ orientalis Dux.

Item Gaudentius Episcopus Constantienfis.

S. Romaricus sanguine nobilissimus, & in aula Clotharii Regis potentissimus, ex prædicatione S. Amati conversus, Luxovii fit Monachus sub regula S. Benedicti.

Edilberga Regina, Eduini Regis uxor convertitur.

Benedictinis sanctioris vitæ acceptum adminiculum debent Hildulphus Dux Laubiensis, & Aia Comitissa Hannoniæ, conjuges. Ista in Castrilocensi, ille in Laubiensi cænobio Monachatum suscipientes.

S. Ætherius Episcopus creatur Viennensis in Gallia.

Annus Christi 619.

Celebratur Synodus Hispali in Hispaniâ octo Episcoporum.

Anno regni sui nono moritur Sisebutus Hispaniæ Rex, postquam sibi hoc eodem anno Cantabriam subjecisset; successorem relinquens parvulum filium Reccaredum, qui ab obitu patris post sex menses similiter vitam finiit.

Ad triumphos æternos emigrat S. Laurentius ex Monacho Benedictino Episcopus Cantuariensis, Apostolicis functionibus & zelo celebris. Succedit in Sede Archiepiscopali S. Mellitus.

Annus Christi 620.

Initâ cum Avarum rege Chagano pace, Imperator expeditionem movet contra Persas.

Circa hunc annum moritur S. Fulgentius Episcopus Astigitanus & Carthaginensis, vir insignis eruditionis.

S. Winebaudus Abbas Ord. S. Benedicti, claruit admirandâ prorsus miraculorum virtute, ad quem undique ægri confluentes, sæpe etiam divinitus moniti, sanitatis beneficia rogabant ac impetrabant, adeo quidem, ut quos solâ manu contingeret, illicò cura-

ren-

rentur: fuit mira ejus in dæmones potestas, quos facillimè ex obsessorum corporibus solâ cruce signans, potenter profligabat, captivos plures dum preces funderet, prodigiosè liberavit, diffugientibus multiplici miraculo, qui carceres servabant, militibus, corruente carcere absque inclusorum noxâ, solis captivorum obtritis vinculis, Hug. Menard.

Ad superos abijt S. Waldrada Ordinis D. Benedicti Abbatissa Metis in Galliâ. Item in Britannia B. Simeon ejusdem instituti Monachus.

Hic annus Clothario Regi, nedum Francis omnibus maximè acerbis ac luctuosus fuit, amissâ Bertetrude seu Bertrude Reginâ, optimâ atque pudicissimâ fœminâ.

Floret S. Fiacrius, Eugenii IV. Scotorum Regis filius, Abbas Ordinis Benedictini: fuit corpusculi sui tortor rigidissimus, miraculorum verò gratiâ verè admirandus: insigne inter alia illud, cum à Pontifice Meldensi tantum ipsi nemoris ad se suosque alendos concederetur, quantum ipse manu propriâ fodiendo, fossâ circumdaret; quippe Fiacrio scipionem suum per terram trahente, nemus hinc indè, dictu mirabile, funditus corrui, & dehiscentes grandi miraculo terra, fossam, quacunque incedebat & baculum ducebat, profundam aperuit. Franc. Belforest.

S. Joannes Monachus discipulus S. Gregorii Magni Papæ, post plurimos in disseminandâ Christi fide labores, ad mercedem æternitatis evocatur.

Annus Christi 621.

Heraclius Imperator Constantinopoli navem ascendit, relicto in eadem urbe Constantino filio, unâ cum Sergio Patriarchâ, & Bonoso Patricio viro prudentissimo; eodemque per litteras commendato Regi Avarum Chagano, cum quo pactus erat amicitiam: manu tenuit imaginem Salvatoris, exercitum hortatus est ad fortiter pro Christo pugnandum, commonuitque sectari justitiam & pietatem, atque eidem juravit, semilites omnes loco filiorum habiturum, & unâ cum illis usque ad mortem strenuè certaturum. Itâ Theophanes: exinde iterum exercitu profecutus, post peragratas Armeniæ Pontique regiones, ludificatis hostibus in Persidem irruens, imagine Christi præviâ inter primos ipse pugnans iusto prælio vicit Sarbarum Persarum exercitus Ducem, ejusque exercitum penitus delevit: suo verò hac victoriâ confirmato in Armeniam ad hiberna dimisso, ipse Byzantium rediit. Cedren. Zonaras.

Aderat in hostili exercitu militans Anastasius nobilis Persa, filius insignis magi, ipseque ejusdem artis magicæ peritissimus, qui hoc anno suos relinquens, ad Christianos transit, in fidei rudimentis imbutus Monachus efficitur.

Agrestius Monachus, Theodorici quondam Regis notarius, in schisma prolapsus, ab Eustasio Abbate à suo suorumque contubernio summovetur.

Floret ex Ordine Benedictino sanctitatis famâ Walbertus, Columbinus, Winebaldus,

Annus Christi 622.

Heraclius Imperator in Armeniam ad exercitum properans, rursus per Legatos Cosroï pacem obtulit, eo verò illam respiciente, in ipsam Persidem ingressus, aggressusque Cosroën ipsum, ejus exercitum fundit, plurimos ex Perside captivos abducens, quorum tamen quinquaginta millia, misertus eorum adveniente tempestate geluque, libera dimisit in Alaniâ.

Moritur Eugenius IV. Scotorum Rex, ei subrogatur Ferchardus filius, homo sceleratè callidus.

Dagobertus in Austrasiâ regnare cœpit, patre Clothario II. Franciæ Rege annuente.

Carinthia in idololatriæ tenebras recidit: Sclavi & Windi adhuc gentiles, & barbari, occupatâ Carinthiæ ditione, contempto Bojorum Imperio, novam legunt Ducem ex nobilitate Sclavonica: venere quidem Bavari cum magno exercitu, vindicaturi Christo sibi que debitam fidem, sed fallente fidem fortunâ, prælio victi, amissis 20. millibus, Principatum Sclavis, quibus non incruenta fuit victoria, reliquere.

Claret S. Tetricus ex Abbate Benedictino Archiepiscopus Antisiodorensis, qui postea proprietate à sacrilego quodam interfectus est; interfectus ut fertur, ubi primò domum exiit, expetente ultionem Numine, subito abreptus turbine, nunquam deinceps apparuit. Hug. Menard.

Moritur S. Lactinus Abbas Benedictinus in Hibernia, in vita & post mortem miraculis coruscans, cum adhuc in utero materno erat, lac de mamillis matris suæ expressum, vultuque suffusum, senem cæcum illuminavit, & ad pueri baptismum fons è terra prodigiosè prodiit.

Obiit Fergna Britannicus Episcopus, & Abbas Hiæ, vir insignis pietatis; item S. Walarius Abbas Leuconensis primus, Ord. S. Benedicti conditor Vimacensis cænobii: vir miraculorum gloriâ illustrissimus, siquidem varii generis morbos solâ salivâ sine sputo suo curavit, culpas absentium fratrum in spiritu intueri meruit.

Hoc eodem anno mortalis corporis exuvias deponit S. Sebaudus Archiepiscopus Trevirensis.

Annus Christi 623.

Heraclius Imperator rursus in Persidem irruens, tres Persarum Duces Sarabaclam, Sarbaram atque Sain, cum totidem validissimis exercitibus, variis usos stratagematibus, diversisque commisiidui noctuque præliis, penitus devicit, ingentemque prædam cepit. Sarabaclâ ipso occiso, Sarbarâ verò nudo vix fuga elapso: licet antequam hæc tanta perficerentur, Heraclius à Lazis atque Abtagis, qui in ipsius militabant exercitu, potentiam Persarum formidantibus, in patriam suam regressis destitutus esset, indeque reliqua pars exercitus in varia non semel discrimina incidisset. Theophan. lib. 18.

Sigebertus cognomento parvus, Sivvardi filius, patre ac patruis à Kinegislo Rege occidentali Saxonum, & Quichelino ejus filio interfectis, regnum Orientalium Saxonum in Angliâ suscipit.

Samus Sclavorum Rex creatur.

Obiit dictus S. Rupertus Bavarorum & Noricorum Apostolus, Episcopus Salisburgi, hic Regali Francorum Regum ortus sanguine, factus sub

sub regulâ S. Benedicti Monachus, relicta propagandâ fidei zelo patriâ, Vangionum primò creatus est Episcopus, hæreticorum & impiorum conjuratis appetitus odiis, indigna pro Christi nomine lætissimus pertulit, & virgis etiam per summam injuriam publicè cæsus, urbe ejectus, exulare coactus est. Indè in Bavariam se conferens, terræ Ducem Theodonem salutari- bus aggressus verbis, eum paulò post ita per- movit, ut sacris baptismi undis expiatus re- gionem omnem exemplo suo, & Ruperti prædicatione ad fidem adduxerit. Sanctus Epi- scopus meritorum thesauris ditissimus, cum obitus sui diem prædixisset, ipso resurgens Christi gloriosissimo Festo, post celebrata à se Missarum solemnia, suâ sponte ad sepulchrum à se conditum accedens, & ægrè illud Salvatoris proferens: *In manus tuas commendo spiritum me- um*, inter discipulorum complorantium manus, gloriosissimo & felicissimo mortis genere, sanctam efflavit animam. Angelis solemniter cantu meri- tissimum de cælo terrisque Apostolum ad su- pera illa palatia deducentibus, cujus etiam sa- crum funus candidissimis amicti stolis curare visi sunt: Ex annal. Bojorum. Succedit in Sede Epi- scopali S. Vitalis Monachus itidem Benedictinus.

Indictâ Matisconem Synodo, Gallicani è Burgundiâ Episcopi jussu Clotharii Franciæ Re- gis conveniunt ad finiendam Agrestii Monachi apostatæ cum Luxoviensibus Monachis contro- versiam. Hujus rixæ post Agrestium incensor erat quidam Warnachanus, maximus hæreticus, idemque infensissimus S. Eustasii Abbatis ad- versarius, qui statuto die, quo cum Eustasio al- tercaturus erat, repente interiit.

Post decem ferè annos, quàm Clotharius, victis extinctisque Theodeberto & Theo- derico Austrasiæ & Burgundiæ Regibus, utrumque Regnum Neuftrasiæ adjecerat, tantam Imperii molem commodè sustine- re se non posse intelligens, Dagobertum fili- um, pro ætate strennum ac solertem, Au- strasiæ solio imponere, eundemque Arnulpho Metensi Episcopo, viro sancto, ac Pipino Duci integerrimo commendare constituit. Qui Dago- bertus mox largas suppetias confert in condi- tionem Monasterii Tholeiensis.

Hoc fere anno Lupus Senonum Antistes, ab exilio reversus finem vivendi fecit, & ut ipse jussu, in stillicidio Basilicæ S. Columbe ad pedes B. Martyris sepulturæ traditus est.

Moritur S. Bertichramnus Episcopus Ceno- manensis in Galliâ.

Annus Christi 624.

Imperator Tauro monte superato ad Tigrim flu- vium pervenit, adversusque Sarbaram Per- sarum Ducem exercitum ducens, Euphratem va- davit; indè occupatis Samosatis, rursum Tau- rum tranxit, Adanâque peragrata Sarum am- nem trajecit: cumque Sarbaras ex alterâ parte castra posuisset, pontemque ex funibus & lanâ contextum super flumen extendisset, Romani frustra contradicente Imperatore per pontem incomposito agmine in Persas irruentes, mul-

tos quidem occiderunt, sed insidiis circum- venti in magnum discrimen inciderunt, à quo eos Imperator liberavit, quando & gigantem singulari certamine è ponte deturbavit, & paucis stipatus adversus innu- meros hostes fortissimè pugnans, eosdem supe- ravit fugavitque; undè sibi Sarbaras metuens, retrò abiit: Imperator autem suos ad Seba- team adduxit, ac trajecto Halis flumine ibi hiema- vit. Unde Cosroës furore percitus Ecclesias omnes, quæ in ejus dominio erant, bonis ac donariis expoliavit, utque Heraclio mole- stam rem faceret, Christianos omnes ad soci- etatem Nestorianæ hæresis adegit.

Sub hunc annum Suintilla Reccardi I. filius, primus Monarchiam Hispaniæ consequi- tur, Romanis in totum pulsus. Isidor. Volate- ra.

Moritur S. Mellitus Episcopus Cantua- riensis, ex Ord. D. Benedicti. Similiter Austrigisilus Episcopus Bituricensis, hic successorem nactus est Sulpicium cognomento pium.

Donatus Luxoviensis ex Ordine Benedi- ctino Monachus, in Sedem Episcopalem Ve- fontionensem evehitur, mortuo Protadio.

Vitâ fungitur S. Colmanus Stellanus Abbas de Tyrdaglas in Momonia.

Annus Christi 625.

Moritur inter obviantium Angelorum cœtus S. Maximus, Abbas & Martyr ex Ordine Divi Benedicti.

Cosroës extrema tentans ut bellum trans- ferret è Perside in Romanum solum, fœdus pepigit cum Chagano Avarum rege, sollicitavit- que Bulgaros aliosque populos barbaros ad in- vadendam urbem Constantinopolim, insuper Sain fortissimum Ducem cum immenso exerci- tu adversus ipsum Heraclium Imperatorem di- rexit: qui his cognitis exercitum suum in tres partes dividens, unam Constantinopoli misit ad custodiam urbis, alteram tradidit Theodoro fratri suo adversus Sain: ipse verò cum minima ad Lazos venit, indeque adversus Cosroën pro- cessurus, Turcas Orientales evocat, & 40000. eorum millia à Ziebil eorum Duce accepit, cum prius idem Ziebil disruptis Caspiis portis regnum Persarum à tergo invadens, omnia fero igneque vastasset.

Sais exercitus in ipso contra Theodorum certamine, tum grandine miræ magnitudinis à Deo per intercessionem Beatissimæ virginis immisâ contritus est, tum gladiis Romanorum confossus. Quod indignè ferente Cosroë, Sais mœrore mortuus est, cujus cadaver ad se dela- tum, idem Cosroës pluribus præ rabie confodit vulneribus. Avaçes autem ubi decem dies Constantinopolim obsedissent, virtute pariter Deiparæ Virginis, tum mutuis inter se cer- taminiibus, tum vi tempestatum terrâ mari- que perierunt, paucis domum summo cum de- decore reversis.

Paulinus ex Ordine Divi Benedicti Mo- nachus, à Justo Cantuariensi Archiepiscopo crea-

tur Episcopus Eboracensis, cujus præsertim operâ Angli Boreales, quibus Edvvinus Rex præerat, ad Christi fidem convertuntur, nec parum contribuere nuptiæ dicti Edvini cum Edelburga sorore Eadvaldi Cantix Regis Chri- stiani.

Moritur Bonifacius quintus Papa die 25. Octobris.

Floret Sanctus Eustasius Abbas Luxovi- ensis Ordinis S. Benedicti; miraculorum glo- riâ clarissimus refulit, eaque inter Burgundo- foram, Chagnerici & Landegandis Principum filiam ex oculis perditissimè laborantem, & fe- brium vi ad extrema deductam, prodigiosè re- stituit. Similiter Salabergam Gundoini filiam cæcitate liberavit; Apostolico tandem zelo ac- census, contemplationis sanctum otium reli- quit, Warascos cum ab impio dæmonum cultu, tum à nequissimis Photini & Bononii hæresibus vindicavit.

Deicolus Abbas Lutrensis ad Superos mi- grat, ordinato in locum suum Columbino, quem è sacro fonte susceperat, & in rebus Monasticis instituerat.

Sub hoc ipsum tempus S. Longisilus Presbyter & Monachus, construit Monasterium Buxiacense Ord. S. Benedicti in pago Cenoma- nensi.

Annus Christi 626.

Penda quinquagenarius, apud Mercios Regis nomen sumit.

Honorius natione Campanus, filius Pe- tronii Consularis, vir eruditione Theologiæ præstans, atque etiam Poëticis excultus lit- teris creatur Romanus Pontifex.

Imperator Heraclius hiemis tempore cum Turcis in Persidem ingressus, improvisò Chosroen perterruit; sed mox à Turcis, vim frigoris & crebras Persarum incursiones im- patienter ferentibus, derelictus est, qui ta- men haud despondens animum, quinimò mag- nâ fide suos hortationibus securos redditos de opitulatione divina, Dei que Genitricis Ma- riæ, adversus hostes educens, incensis pluribus civitatibus cum novo præpotenti Persarum Duce Razate pridie Idus Decembris ingens prælium iniit, quo ipse inter primos fortiter pugnans, Razatem ipsum aliosque plures manu propria, non sine vitæ suæ periculo oc- cidit, collectisque spoliis opimis, gloriosam admodum victoriam adeptus est, cæcis multis Persarum millibus, Romanorum verò quin- quaginta tantum militibus desideratis, cum pugnatum fuisset à primo mane usque ad ho- ram nonam. Cum verò mox contra ipsum Chosroen, qui non longè aberat, festinaret, eodem fugam capessente, Imperator palatii ejus campestribus potitus est; ubi Romano- rum inventa signa bellica, in præliis olim à Persis capta, trecenta numero vindicavit; aliisque quàm plurimis diversi generis bonis ad Persarum delicias ibi positis captis; & maximâ ex parte incensis, ibidem cum exer- citu natalem Domini & Epiphaniam celebra- vit; Deo Deiq. Genitrici, quam in auxilium

totius belli asciverat, de tot felicibus suc- cessibus gratias agens.

Anastasius Persa Monachus, cum Cæ- saream Palæstinæ adveniens, quosdam Persas Magos de præstigiis suis redarguisset, ab illis delatus, & à Marzabana tentus, egregium se Christi confessorem inter maxima & multipli- cia tormenta præstitit.

Clotarius Francorum Rex Dagobertum filium suum ex Bertrude Regina susceptum, Regni consortem adscivit.

Adalualdus Longobardorum Rex, cum jam regnasset annos decem, eversâ mente in- faniens, ejicitur Regno, & in locum ejus subrogatur Ariovaldus.

Moritur S. Protadius Episcopus Vefon- tinus.

Claret S. Attala Abbas Bobiensis Ordinis Divi Benedicti admirandis à Deo prodi- giis honoratus; ea inter Bobium fluvium ni- mium exundantem, ac extremum Cenobio exitium minitantem, misso Sinoaldo Mona- cho cum suo scipione, ut aquis imperaret, prodigiosè compefcuit, & imposito ripæ ba- culo aliorum direxit; Framero Monacho sinistrae manus pollicem inter labores agri am- putatum, & jam terrâ sepultum mirè re- stituit, cum jussus ille, ad locum milliari distantem, ubi digitum defoderat, recurrere & illum reportare, quem sui oris saliva il- litum manique truncæ appositum atque ada- ptatum, magnus Abbas adeò feliciter conso- lidavit, ut integerrimâ ille manu cæptum opus sine dolore ullo prosequeretur. Bucel- lin. in Menolog.

Submissus à Quichelmo Occidentali Saxonom Rege nefarius quidam sicarius, vocabulo Eumerus, specie, quasi nuntium Domini sui referret, re verò, ut Edvvinum Regem ense hicipiti toxicato è medio tolleret, pervenit ad Regem, in villa Regali juxta Annem Dorovventionem commorantem, & quasi Edvvinum salutaturus, evaginata sicâ, quam veste occultabat, impetum fecit in Re- gem. Mox Lilla, Minister Regis fidissimus, scuto destitutus, quo Dominum protegeret, medium interposuit corpus suum ad ictum ferientis; sed sicarius tantâ vi ferrum infixit, ut per corpus Lillæ percussus Regem vulnera- ret, qui cum undique gladiis impeteretur, in ipso tumultu etiam alium è satellitibus Re- gis sicâ peremit; eadem nocte Regina filiam peperit, cui nomen Edithæ inditum fuit; cum- que Rex, præfente Sancto Paulino Episcopo, Diis suis pro natâ sibi filiâ gratias ageret, con- tra Episcopum gratias Christo Domino agere cœpit, Regi asserens, se precibus suis apud DEUM obtinuisse, ut Regina incolumis, & absque gravi dolore sobolem pareret; his ver- bis Rex delectatus, pollicitus est, se ejuratis idolis, Christo mancipatum iri, si vitam sibi donaret, victoriamque pugnanti adversus Regem, à quo sicarius ille missus erat, ac utrumque obtinuit.

Bonifacius Papa V. dictum Edvvinum, adjunctis ei ac Regina muneribus ad capeſſendam Religionem Christianam animat, propoſito exemplo Eadbaldi Cantuariorum Regis.

Annus Christi 627.

S. Anastasius Monachus Perſa, poſt iteram ſapè confeſſionem, magnâ animi conſtantiâ diutinis toleratis diris tormentis, Chofrois Regis juſſu aquâ ſubmerſus Martyrium feliciter conſummat, unâ cum aliis 70. Christianis, caputque ejus ſectum ad Regem delatum eſt.

Dictus Chofroes fugiens à facie Heraclii, ſe ſe unâ cum conjugibus, liberis atque theſauris Seleuciam recepit, urbem trans Tigriſ mutiſſimam, ubi in dyſenteria morbum incidens, cum operam daret, ut filium ſuum Medarſem ex Syria dilectâ conjuge natum coronaret, id compertum habens major natu filius Syroes, cum Optimatibus egit de necando parente, uſus etiam ad hoc Romano- rum auxilio, ſicque patrem fugientem inſecutus, captum, ac pedibus colloque catenis ferreis vinctum, miſit in domum tenebrarum ſic dictam, quam recens extructam Chofroes ad reconſendas pecunias munierat, ubi perparum ei panis & aquæ ad victum tribuens, fame propè enecavit, exprobrans ut comederet aurum, ad quod colligendum multos fame necaſſet, ac mundum deſtruxiſſet. Miſitque inſuper Satrapas, omneſque eum odio habentes, qui ipſum injuriis ac contumeliis afficerent, percuterentque atque conſpuerent; deinde Medarſem, aliosque omnes filios coram ipſo interfici juſſit, demumque poſt quinque dies ipſum acubus perimi fecit. Theophan. lib. 18. Cedren. ann. 18. Heraclii.

Syroes occiſo patre potitus regno Perſarum, pacem cum Imperatore Heraclio iniens, è veſtigio captivos omnes Imperatori reddidit, ſimulque ſacraſſimum venerandæ Crucis lignum, illaſum quidem ac intactum.

Meroveus Monachus Monasterii Bobii Ordinis Sancti Benedicti à B. Attala Abbate Dertonam in urbem miſſus, cum longius ab urbe progreſſus, ad quandam villam Iriæ fluvio adjacentem acceſſiſſet, ibi fanum quoddam arboribus conſtitum reperit, quo viſo, zelo accenſus, allatum ignem, congeſtis in modum pyræ lignis, admovit; Id ubi adverterunt ipſius fani cultores, ſtatim Meroveum ſuſtibus caſum & penè contuſum in flumen præcipitant, eumque ſubmergere conantur; verum undâ Monachum non recipiente, iidem manè conſilio inito rursus eum ſuper undas proſternunt, & ſuper eum materiam congerunt, ut depreſſus aquis obrueretur; cumque jam ſe rem perfeſſiſſe crederent, eo relicto indè recedunt. At Meroveus nihil moleſtiæ paſſus, à fluvio ſurgit incolumis, & diruptis nexibus ſoſpes Dertonam, ac demum Bobium regreditur. Contra vero adverſariis ejus accidit, qui omnes diverſis calamitati-

bus affecti ſunt, quorum nonnulli in Bobienſe monaſterium adducti, quibus pœnitentiæ medicina remedium attulit.

Præfatus S. Attala ad cœli gaudia migrat; cum verò jam ſupremos ageret anhelitus, ſe extra cellam educi juſſit, atque è ſtratu ſuo ſurgens, ſuſtentantibus ſe fratribus, crucem ad cellulæ ſuæ ingreſſum à ſe erectam, ut cellulam ingrediens egrediensve tactu ejus frontem muniret, lachrymarum plenus in hæc verba ſalutavit: Salve, alma Crux, quæ mundi pretium portâſti, & noſtris vulneribus attuliſti medicinam; tu, inquam, illita Salvatoris cruore, qui ad redimendum genus humanum, geminamque veteris Adæ maculam abſtergendam ad has miſerias deſcendit, tu mihi ſis vexillum ad patriam cœleſtem; tum inter frequentes ſingultus & lachrymas in cœlos ſuſpiciens, eodem ſibi apertos vidit, quâ de re immenſas Deo omnipotenti gratias agens, poſterâ die vetricem eò animam miſit.

Abjectis everſisque idolis Edvvinus Northumbriæ Rex ſalutari tandem lavacro expiatur, ſuoque exemplo non modò Regiam familiam, ſed etiam Nobiles quosque & infinitam promiſcua plebis multitudinem ad idem faciendum animavit.

Richarius Britannis verbum Dei prædicat.

Annus Christi 628.

Heraclius Imperator recedens Conſtantinopoli (ait Theophanes) ipſo veriſimilitudo, profectus eſt Hieroſolymam, pretioſum ac vivificum Sanctiſſimæ Crucis lignum reportans; quod cum ipſe, ut erat auro & gemmis ornatus, in locum Calvaria, unde fuerat à Perſis ſublatus, ſuis humeris referret, coactus eſt in civitatis porta ſuſſistere, nec penitus ultra progredi valuit, donec à Zacharia Patriarcha admonitus, relicto Imperiali indumento, detractisque calceis, plebejo indutus eſt amictu, quò paupertatem & humilitatem Chriſti magis imitaretur, ſicque reliquum itineris facile confecit.

Idem Imperator Judæos omnes Crucis Chriſti inimicos & Hieroſolymâ expulſit, illisque ad tertium milliarium vetuit ei appropinquare.

Syroes Perſarum Rex diem obit, percuffus à Sarbara Duce ſive Adeſer; qui & ipſe occiſus eſt menſe ſeptimo ſubſtitutusque in locum ejus Barzaſ; quo pariter menſe ſeptimo exincto Regnum filio Chofrois Barhani dicto tradiderunt Perſæ, qui totidem menſibus regnaſſe dicitur, & Succellorem habuiſſe Hormiſdam, hocque à Saracenis pulſo, delatum eſt Regnum ad Arabes.

Dagobertus Clotarii Regis Francorum filius per Legatos amicitiam Imperatoris petit & obtinet, etiam in Weſtria ſive Neuſtria regnare incipit; Chariberto fratri parte Aquitaniæ conceſſa.

Donaldus

Donaldus II. Adæ I. filius, nepos Amureg, Hiberniæ Regnum capeſſit.

S. Honorius creatur Episcopus Cantuarienſis.

Annus Christi 629.

Heraclius Imperator ab Athanaſio Patriarchâ Jacobitarum hæreticorum dementatus, in hæreſin incidit Monothelitarum.

Circa hunc annum obiit Sanctus Amatus Abbas Monasterii Romarici, Ordinis Sancti Benedicti, miræ abſtinentiæ & Anachoreticæ vitæ ſectator, virtutum & miraculorum gratiâ illuſtris.

Arnulfus Episcopus Metenſis abdicatâ Episcopali dignitate ad Cœnobium Habendenſe concedit, & ſub Sancti Benedicti Regula ſolitariam ſanctamque vitam ducit.

Moritur Deusdedit Episcopus Mediolanenſis.

S. Amandus à Dagoberto Rege, quem ob vagos amores increpauerat, in exilium pellitur: conſilio inito, ut in Britanniam Inſulam ad prædicandum Evangelium proficiſceretur, navi ad trajiciendum non inventâ in Vaſconiam concedit.

Mortuo Ruſtico Cadurcenſi Episcopo, Deſiderius germanus ejus frater ſubſtituitur.

Annus Christi 630.

Moritur Mahometes, à quo improba Secta Mahometanorum oborta eſt; è vita pariter migrat Georgius Episcopus Alexandrinus, ubi ſediſſet annos decem, & in ejus locum ſubrogatus Cyrus ex Lazorum Antiſtite, id operante Heraclio Imperatore, qui utebatur eo familiariffimè.

Honorius Papa, deſecto Fortunato hæretico Gradenſi Patriarchâ, ſubrogavit in locum ejus Primogenium Subdiaconum, Regionarium Eccleſiæ Romanæ.

Auſterius creatur Episcopus Mediolanenſis in Inſubria.

Dagobertus Rex ex Ragnetrude filium ſuſcipit, quem in ſacro fonte Sigibertum placuit appellare; qui vix bimulus in Auſtraſia à patre nominatus Rex, multorum Monasteriorum auctor extitit.

Per idem tempus deſuncto Ermentario Virduenſi Episcopo, vel Godone, Paulus Theologiſ Monachus communibus omnium votis expetitur.

Natus eſt S. Aigulphus Bleſis in Gallia, Abbas poſtea Lerinenſis, ornamentum Ordinis Benedictini inſigne & Martyr.

Annus Christi 631.

Arabs bellum movent contra Romanos, eosque ingentibus damnis afficiunt.

Moritur Clotharius Francorum Rex, cum quadraginta quatuor annos regnaſſet, ejusque filius Dagobertus ſolus potitur univerſo Francorum Regno; cujus regimini reliquit Clotharius Præfectum Pipinum Ducem Neuſtriæ.

S. Arnulphus ex Monacho Benedictino Episcopus Metenſis, qui Dagobertum Regem educaverat, relicta aulâ, divinitus admonitus R. P. Brentano Episcopo Chronologica.

eremum petit, eidemque datus eſt Succellor in Episcopatu Gotricus, magna pariter vir ſanctitatis.

Mortalitatem exiit S. Enogatus Episcopus Alethenſis in Britannia minori.

Annus Christi 632.

Arabs Saraceni ſub Eububezer Mahometis ſucceſſore invadentes Gazenſem regionem, eam deprædati ſunt, occiſo Præſide Palæſtinæ qui armatus eis occurrerat; quo tempore (ut Theophanes habet) apparuit in meridie Cometæ gladii formam præ ſe ferens.

Moritur S. Aidanus ſive Mædocus Episcopus Fernenſis in Hibernia, Ord. S. Benedicti profeſſus, qui multas fundavit Eccleſias, & miraculis fulſit; quæ inter per aquas ſiccis pedibus cum ſocio tranſiit, folia in panem converſit, Prophetiæ quoque ſpiritu præditus fuit.

Cadwalla Rex Britonum à S. Oſvvaldo interimitur.

Decedit S. Helladius ex Abbate Agalienſi Ord. S. Benedicti, Archiepiſcopus Toletanus, non poſt multos abhinc menſes in cœlum itidem migravit S. Ruſticula, S. Cæſarii Parthenonis Arelatenſis Abbaſſa ex præfato Ordine, quæ ſubridens animam Deo reddidit; Theodoſius ejus civitatis Episcopus, cum toto Clero funus Virginis ſanctæ curavit; cum ejus corpus ad Baſilicam S. Mariæ deferretur, cæcus quidam, oculis orbatus, lumen ad fere tri contactum recepit.

Annus Christi 633.

Haurarus Arabum Saracenorū Dux, Boſtrenſem civitatem cepit, occurrentemque ſibi cum exercitu Theodorum Heraclii Imperatoris fratrem prælio vicit; quâ re in deſperationem conjeſtus Imperator, præſectis exercitui aliis Ducibus, ipſe relicta Syriâ ubi tunc erat, ſublatoque ab Hieroſolymis Sanctiſſimæ Crucis ligno, Conſtantinopolim ſerecepit. Ita Theophan. & Cedrenus.

Cyrus collectâ Alexandria Synodo, Monothelitarum hæreſi aperit viam, eo ſimulato prætextu, quò hæreticos omnes in Ægypto poſitos Eccleſiæ Catholice jungere poſſet, ſi duarum voluntatum & operationum voces ſilentio ſupprimerentur, ſatis eſſe dicens ſi in Chriſto tantum Dei virilis voluntas & operatio diceretur, ex qua duarum in Chriſto naturarum exacta profeſſio ederetur, quâ etſi non voces, res ipſæ tamen expreſſæ haberentur, verum huic ſubdolo Cyri conatui mox adverſatus eſt Sophronius.

Honorius Papa petitioni annuens Edvvin Northumbrorum in Anglia Regis, miſit pallium tum Paulino Eboracenſi Episcopo, tum etiam Honorio Dorovernenſi; eidem ambobus vices Apoſtolice Sedis tribuit, ita ut dum quis eorum obiret, alter in locum deſuncti alium poſſet ordinare Episcopum, nec eſſet neceſſe eâ de cauſâ Romam petere.

Dictus Edvvinus à rebellante Carduella antiquorum in eadem Provincia commorantium Britannorum Rege, ac Pendâ Merciorum Rege

Rege Pagano, bello impetitus, prælio vincitur & occiditur cum Osfrido filio.

Nonis Decembris habita est celeberrima Synodus Toletana quarta dicta; cui interfuerunt Episcopi Hispalensis; cum ipse Hispaniæ Rex Sisenandus, in Basilicam ingressus esset, ubi Synodus haberetur, primò coram Episcopis humo prostratus cum lachrymis postulavit, ut ipsi pro se Deum orarent, deinde eodem exhortatus est, ut secundum paterna decreta omnia agerentur.

Floret in Hispania S. Renovatus Episcopus Emeritenfis.

Annus Christi 634.

Saraceni Cæsaream Palæstinæ in suam redigunt potestatem. Romanos multis præliis vincunt, Damascum aliasque plurimas Syriæ civitates capiunt, ipsamque nobilissimam Ægyptum, quæ Provincia ab Augusti temporibus sub imperatorum ditone hætenus perseveraverat, sub tributum cogunt.

Osvvaldus Sanctissimus Rex, Edvini nuper extincti ex sorore nepos, venturus ad pugnam contra Carduellam tyrannum, magnâ fide in eodem loco crucem ligneam erexit, fuscisque apud eam precibus, ipse cum parvo exercitu, sed fide Christi munito, eundem Carduellam immensis suis copiis fidentem superavit, occiditque, & vocato ex Scotia (ubi ipse exulans baptismum susceperat) S. Aidano Episcopo, per ejus prædicationem, cui & ipse Rex interpretis munere fungebatur, Berniciorum gentem sibi subditam ad Christi fidem convertit; idem Osvaldus Cynegislum Regem Occidentalium Saxonum, mox socerum suum futurum, è sacro fonte suscipit.

Moritur S. Erineus filius Craskini.

Audoenus condit Monasterium Resbacense, aliàs Jerusalem dictum, sub regula S. Benedicti, eique primum Abbatem præficit Agilum; eodem tempore Audoeni germanus natus major, postquam in aula Clotharii & Dagoberti Galliæ Regum floruerat, Monasterium Virginum Jotrense, in saltu Jotrensi, loco eminenti, non procul à Matrona fluvio construxit atque impensè dotavit, ubi sæculi voluptatibus abdicatis, reliquam vitæ partem piè religiosèque exegisse ab Aimoino dicitur.

Decedit S. Justus Archiepiscopus Cantuariensis ex Ord. D. Benedicti, qui Eadualdum Anglorum Regem ad Christiana Sacra amplectenda perduxit.

Annus Christi 635.

Haumar Arabum & Saracenorum Princeps, universam subegit Syriam, deleta unâ cum exercitu Sergio Romanorum in Palæstina Duce; ipsaque sancta civitas Hierusalem obsessa est.

In Anglia gens Occidentalium Saxonum, qui antiquitus Gevissi vocabantur, unâ cum ipsorum Rege Cynigillo fidem Christi suscipit, prædicantē illis verbum Dei Byrino Episcopo illuc ab Honorio misso. Beda lib. 3. Histor. c. 7.

S. Joannes Gothus ex Monacho Vallis Claræ

Episcopus Gerundensis, cum Ecclesiam sibi commissam inter gravissimas hæresum procellas rexisset, & pro insigni fidei Catholicæ zelo maximas ab Arianis perpeffus esset injurias, de his gloriosè triumphans, & miraculorum gloriâ illustris, victricem animam, illustre Ordinis Benedictini decus, Christo transmittit.

Ex eodem Ordine decedit S. Justus Episcopus Toletanus, humilitatis ac patientiæ laude mirificè commendatus.

Sub hoc tempus Paulus Diaconus Emeritenfis scripsit librum de vita Patrum Emeritenfium.

Claret S. Birinus ex Ord. D. Bened. primum Episcopus Dorcestriensis in Anglia, qui siccis pedibus super mare ambulavit, de quo jam supra mentio facta est.

Annus Christi 636.

Saraceni Tyrum expugnant; & ipsa urbs Sancta Jerusalem anno secundo obsidionis pactis conventis dedita est. Egit Sophronius ut Christianis in universa Palæstina liceret securè, quæ sunt Christianæ religionis sacra peragere. Haumar autem Saracenorum Princeps, mox ubi civitatem ingressus esset, cilicinis ex camelis & sordidis indumentis amictus, templum Salomonis adiens, ejus destructionem luxit, ac postea in usum suæ Sectæ restauravit; Sophronius verò non ferens videre sancta à canibus proculcari, maiore confectus obiit, cui in Sede Patriarchali successit Sergius homo hæreticus, quondam Joppenfis Episcopus.

Celebratur Toleti Concilium quintum, Episcoporum viginti.

Hispaniæ solium conscendit Cinthilianus, laudatissimus Princeps.

Moritur S. Isidorus, Episcopus Hispalensis, ex Ordine Divi Benedicti Monachus, filius Severiani Ducis Carthaginensis, frater S. Leandri; ei succedit Theodiscus natione Græcus, sub ovina pelle lupus rapacissimus, qui liberos quosdam S. Isidori corruptit, cumque Christum filium Dei adoptivum tantum assereret, à Synodo depositus ad Arabes transit, & sectæ Mahometanæ adhæsit.

Ferchardus Scotiæ Rex cum legitimum regnum in tyrannidem mutare vellet, factiones Nobilium inter ipsos alebat, ita nefariè à se perpetrata impunè fore ratus; sed proceres animadversâ ejus malitiâ, clam eo dissidia composuerunt; deinde Conventu indicto eum ad concionem vocant, renuentem, in quantum se continebat, expugnatâ, invitum in jus pertrahunt; multa & gravia crimina ei sunt objecta, horum cum nullum satis purgaret, in vincula conjectus, ne diutiùs ad ludibrium superesset, ipse sibi mortem conscivit. Suffectus ei frater Donaldus.

Chariberto ejusque filio Chilperico defunctis, Dagobertus omne regnum ejus unâ cum Wasconia ab illo subjugatâ in suam ditionem redegit.

S. Cro-

S. Cronanus Abbas Glasmorensis, Ord. S. Benedicti in Hibernia, à Christianæ fidei hostibus Danis, crudeliter enecatur.

Moritur S. Carthagus sive Carthacus, aliis Mochudda dictus, Episcopus & Abbas Lismoriensis in Hibernia, in vita & post mortem miraculis gloriosus; cum eo concepto mater ejus federet in quodam Conventu, globus igneus, de cælo descendens, videntibus cunctis qui aderant, in caput illius illapsus est; natus cum ad baptismum deferebatur ad S. Aidanum, iste bajulatoribus factus est obvius, rogatus ut puerum baptizaret, mox aquæ lucidissimæ fons ebullit, in quo infante baptizato, Carthaci nomen præmonente Angelo eidem imposuit; homo Dei electus postea Sacerdos factus, Monasterium construxit, plurimisque clarere cœpit miraculis, quæ inter aridam arborem florescere, fructus ferre, pomaque ante amara dulcia fecit; faciem cujusdam deformem ad debitam figuram reduxit; tres mortuos vitæ reddidit; Episcopus factus, injustè à sede pulsus, dum in Momoniam migravit, suis precibus fluvium dividi, sibi que ac suis liberum transitum sicco pede fecit.

Diem obit supremum S. Isidorus junior.

Annus Christi 637.

Dagobertus Galliæ Rex, Monasterium S. Petri in Erfordia construit, pro familia Divi Benedicti; S. Eligius Monasterium Solenniense in agro Lemovicino ejusdem Ordinis perficit.

Totius Orientis Metropolis Antiochia à Saracenis capitur.

Moritur Cuichelmus filius senior Cinegelfi Regis Anglorum Saxonum.

Floret S. Lupus Episcopus Lemovicensis, cujus precibus & Missæ Sacrificio Clotharii Regis Francorum filius, desperatam à Medicis sanitatem recuperavit.

Circa hunc annum decedit S. Chagnoaldus, ex Monacho Benedictino Episcopus Laudunensis.

Annus Christi 638.

Vlgothorum Rex Sisenandus moritur, succedit Suintilla frater.

Celebratur Concilium Toletanum sextum, in quo per 52. Episcopos Suintillâ Rege consentiente conclusum, nullum nisi Catholicum in Hispaniæ regno tolerandum.

Honorius Papa ex hac vita migrat, cum sedisset annos duodecim ac menses quinque, minus tribus diebus. Succedit Severinus patriâ Romanus, patreque natus Abieno.

Fatis concedit Ariovaldus Rex Longobardorum Arianus, ubi regnasset annos duodecim; inque locum ejus subrogatus est Rotharis itidem Arianus.

Diem vitæ extremum claudit Luitmerus Franciæ Orientalis Dux. Similiter in Hibernia B. Aidus sive Aëdus ex Rege Lageniæ Monachus Benedictinus, tandem Abbas, & Pontifex Kildariensis.

Moritur S. Sophronius Hierosolymorum Patriarcha.

Floret S. Alatrudis Virgo, Abbatissa Cenobii Malbodiensis, Vincentii Hannoniæ Comitissæ filia, parentibus relicto amplissimo Principatu factis Religiosis, generosissimo & ipsa contemptu mundi, sub Magistra S. Aldegunde claustralem vitam amplexa est; ejus alia inter, puellæ etiamnum, dignum æternâ memoriâ obedientiæ exemplum fuit, cum jussu ab illa, ut fragmenta & reliquias cereorum, paupertatis studio colligeret, & colliquefacta in unam massam cogeret, collegit puella in vas æreum & rogo imposuit, sed cum prædominante flammâ, strues lignorum jam combusta concideret, sed & candens sartago in alteram partem præcipitaret, ignisque ebulliente cerâ fomento auctus magis magisque invalesceret; timens Alatrudis, ne quid damni gravioris exoriretur, armata fide, nudis manibus & brachiis exertis, de medio flammarum nimis quantum exardescientium bullientis ceræ vas sustulit, & absque ulla cutis læsione in pavimento deposuit. Ex Menolog. Bucel. Mabillon, in annal. Benedict.

Annus Christi 639.

Heraclius Imperator semel Deo averfus, animo induratus, tandem publicum promulgavit edictum, ad stabiliendam cui favebat Monothelitarum hæresim; quod *Ethefin*, hoc est expositionem nominavit, quam Severinus Papa unâ cum universo Romano Clero detestatus est & anathemate damnavit; hinc afflictionibus exagitatus à Ministris Imperatoris, vitam reliquit mortalem.

Sergius Episcopus Constantinopolitanus, turbarum omnium in Oriente auctor, post impiam illam Imperatoris *Ethefin* in sua Pseudo-Synodo confirmatam, cum se summâ rerum potitum arbitraretur, vocatus est à summo Judice reddere rationem, ad tremendum illud divinum examen Dei viventis & videntis. In ejus locum ab Imperatore subrogatus est pariter hæreticus Pyrrhus Chryopolitanus Monachus, Sergio impietate non minor.

Saraceni Persarum regnum invadentes, hoc anno illo potiuntur, cum ad fugam conversus Hormisda Rex Persarum, rebus penitus desperatis, regalia quoque dimisit insignia.

Dagobertus Francorum Rex, ad meliorem frugem conversus, dimissis concubinis, puellâque Regentruide sibi in matrimonium collocatâ, ex ea filium suscepit Sigebertum; revocato ad eum baptizandum ab exilio S. Amando Episcopo Trajectensi, cujus pedibus prostratus veniam petiit injuriæ in ipsum irrogatæ, in baptismo autem pueri, mirandum illud accidit, ut cum oratione finita nemo fortè ex circumstanti multitudine respondisset *Amen*, aperuerit Dominus os ejusdem infantis, qui dies tantum 20. natus, audientibus cunctis clarâ voce respondit *Amen*.

Cuthredus nepos Cinegelfi Regis Anglo-Saxonum baptizatur.

R 3

Conal-

Conallus & Kellachus Molcobbæ Hiberniæ Regis filii, simul regnum capeffunt.

Annus Christi 640.

AD cœlestis Regni beatitudinem sub hunc annum assumitur S. Ernanus Ord. Divi Benedicti Abbas in Hibernia, Apostolicis functionibus apud Pictos & Scotos gloriosus.

Item S. Scutinus ejusdem Ordinis Monachus, Regio ortus genere, miraculis gloriosus, quæ inter sæpius sicis pedibus super maris undas ambulavit.

Joannes Romanus Pontifex collectâ Synodo damnat promulgatam ab Heraclio anno superiori Ecthesin, unâ cum ipsa Monothelitarum hæresi, idque ipsum præstiterunt diversis habitis Conventibus Ecclesiæ Africanæ, quæ cum Imperatori innotuissent, seque per ea execrationi omnibus ubique esse videret, hand leviter commotus, novo promulgato edicto omnibus declaravit, *Ecthesin* illam suam non esse, sed Sergii Constantinopolitani Episcopi, qui eam Imperatoris nomine edidisset, quò majorem ei auctoritatem compararet.

Ex humanis sublatus est pessimus ille Cyrus Alexandrinus Episcopus, postquam sedisset annos decem; successit illi Petrus ejusdem farinæ homo, hæresis Monothelitarum propugnator acerrimus. In Sede pariter Antiochena Macedonius successit perditissimo illi Athanasio hæretico.

Dagobertus Francorum Rex mittit Sicharium Legatum ad Slavorum Regem pro repetendis mercibus ablatis mercatoribus Francis, de qua legatione illud insigne narrant, quòd cum idem Slavorum Rex Legato dixisset, expetere se amicitiam Regis Francorum, isque respondisset: *Non esse possibile, ut servi Christi cum canibus fœdera jungerent*; tunc ad eum ille; *quandoquidem vos servi profitemini esse Dei, & nos sumus canes; idèd qua vos nequiter contra ejus geritis voluntatem, ut inutiles famuli, nobis frequenter conceditur morsibus ipsa ulcisci*, statimque à suo conspectu Legatum abiecit.

Moritur Eadvvaldus Anglorum in Cantia Rex, relicto Regni hærede Earconberto.

S. Lietphardus ex Monacho Benedictino Episcopus Cantuariensis, Româ rediens, in Aridæ-Gamantiæ nemore trucidatur, miraculis post mortem illustris.

Circa hunc annum mortuus est S. Ingeninus Episcopus Sabionensis.

Floret sanctitatis laude Convvanus Monachus Benedictinus in Scotia.

S. Amandus Episcopatum Argentoratensem resignat.

Ad cœlos abiit S. Lafranensis sive Molassius, primò Abbas Lethglinensis in Hibernia, postea Episcopus & Legatus Apostolicus, collegit Monachos 1500, qui miraculis coruscans, discipulum in lapide per mare transmisit, Felani Regis Lageniæ pedem cancerosum suæ orationis potentia reddidit sanitati, aquam sibi negatam evanescere fecit.

Circa hunc annum ad cœlos migrat Sanctus Cronanus Abbas Roscreenensis in Hibernia, qui Gentilem pridem sepultum resuscitavit & baptismi undâ abluit, claruit plurimis insuper miraculis aliis; item S. Modoaldus Archiepiscopus Trevirensis.

Erchenoaldus Agano mortuo fit Major domus Clodovæi II. Galliarum Regis.

Decedit Austerius Episcopus Mediolanensis; item S. Arnulfus ex Episcopo Metensi Monachus & Eremita, ac Bertulfus Abbas Bobiensis, ambo ex Ord. D. Benedicti.

Floret Sanctus Leopoldus Monachus Benedictinus, discipulus Sancti Attalæ Abbatis, miraculis clarus, nam currus & equorum defectum aliquando mirè supplevit, & præmissâ oratione, cum solo Merovæo laboris socio ingenti mole arborem sublatam in humeros ad Cœnobium deportavit. Ex Monim. Cœnob. Bobiens.

Floret circa hæc quoque tempora Sanctus Genesius Archiepiscopus Lugdunensis, Ordinis S. Benedicti, in vita & post mortem miraculis illustris.

Claret in Belgio B. Agletrudis Virgo Benedictina, filia S. Bavonis illustrissimi Hasbaniorum Principis, mundi generosissimo contemptu, & egregiâ vitæ sanctitate celebris. Item S. Edilburgis ejusdem instituti, Annæ Anglorum Orientalium Regis filia & Abbatissa, cujus corpus post septimum ab obitu annum incorruptam repertum est.

Italiam illustrat Sanctus Agibodus Monachus Bobiensis: illud alia ejus inter insignia rarius commendatur; cum fatali decumberet lectulo, animum ipsius corpore eductum, gloriam sibi præparatam intueri meruisse, in admirandæ atque inexplicabilis lucis & splendoris radiis designatam, his verbis ipsum quodam ex felicissimis illis superæ aula palatinis compellente: *Noveris, te hodie venturum ad nos, & in hac admirabili luce habitaturum, septiesq; vincente solis lumen, justorum Choris inferendum; reversus ergo valedic Fratrum collegio, atque ita porrò redibis ad nos*. Parantibus proin exequias fratribus, resuscitatus ille, quæ vidisset stupentibus retulit, & sumpto sacratissimo Christi corpore, omnibus osculo præbito, ad felicitatem sibi promissam hilaris excessit. Ex Monim. Bobiens.

Floret S. Eansvida Eadbaldi Cantiarum Regis filia, Monialis Benedictina, rigore vitæ celebris; item in Scotia S. Chroniacus, ex eodem Ordine Monachus.

Sancto sine decedit Chanoaldus Episcopus ex Ordine Divi Benedicti: is Hagnericum Burgundiæ potentissimum Comitum patrem habuit, matrem pari nobilitate Leodegundem.

Ad cœli palatia evocatur S. Sira Virgo Regia, filia Eugenii IV. Scotiarum Regis, Ord. S. Bened. Monialis.

Moritur S. Wasnulphus ex Monacho Benedictino Episcopus, vir Apostolicus.

Martyrium subit S. Monon ex eodem Ordine.

Sub hunc annum in Monasterio Ambliacensi sanctitatis famâ claret Dulcardus Abbas.

Annus

Annus Christi 641.

Heraclius Imperator, ubi imperasset annos triginta unum, hydropisi è vita decedit, aliisque corporis molestiis exagitatus; successit Constantinus, qui vix quatuor in Imperio (ut tradit Theophanes) menses absolvit; creditum fuit, venenum ipsi à Martina Augusta noverca propinatum; quæ cum filio Heraclionæ regnum pararet, acerbo Senatus judicio, exsectâ linguâ, relegata est, comite filio abscissis naribus deturpato; ita Constantini filio, nepoti Heraclii avitum tandem cessit Imperium.

Joannes Papa, ubi sedisset annum unum, menses novem & dies sex, ex hac vita migravit, quarto Idus Octobris, cumque vacasset Sedes ejus mensem unum & dies tredecim, 25. Novembris subrogatus est in locum ejus Theodorus, patriâ Hierosolymitanus.

Fortis creatur Episcopus Mediolanensis.

Annus Christi 642.

Pyrrius Constantinopolitanus Episcopus in suspicionem adductus conspirationis cum Martina Augusta de propinato veneno Constantino Imperatori orthodoxo, sibi timens, spontè recessit; cum sedisset annos duos, menses novem & dies novem; in ejus locum ab hæretico Imperatore Constante subrogatus est Paulus æquè hæreticus Monothelita.

Rex Nordhumborum pientissimus Osvaldus in prælio occiditur, ab eodem Rege Pagano Merciorum, à quo & Prædecessor ejus Edvvinus peremptus fuerat; qui & ejusdem caput, manusque cum brachiis à corpore præcisas, in stipitibus suspendi jussit; quousque post annum veniens cum exercitu successor Regni Osvvinus, ea abstulit, & honorificè condidit.

Pax inter Dagobertum & Judicalem Reges stabilitur.

Conallus & Cellachus Hiberniarum Regnum simul capeffunt.

Conditur Bellilocense in Argonna Monasterium Ordinis Sancti Benedicti per Sanctum Rodingum.

Principius ex Abbate primo Weissenburgensis Monasterii Ordinis Divi Benedicti in Alfatia, creatur Episcopus Nemetensis seu Spirensis.

Annus Christi 643.

Humar Princeps Saracenorum, erigere studens templum Hierosolymitanum, cum ædificium cœptum sæpius corrueret, Judæi causam rogati, asseruerunt id accidere virtute crucis juxta positæ, itaque Saraceni Crucem quæ templo montis olivarum imposita erat, deposuerunt, sicque demum ædificia ipsorum firmata sunt; ea verò res Christiani nominis inimicis occasionem præbuit multas ubique Cruces deturbandi; templum verò illud Humar multis & infinitis propè ditavit possessionibus. Guillelm. Tyrius de bell. sac. lib. 2. c. 2.

Mauritius Chartularius, Romæ in Tyrannum erumpens, missò per Isaacium Exarchum adversus eum Dono Magistro militum, ab omnibus derelictus confugit in Ecclesiam Beatae Mariæ ad Præsepe, sed inde extractus, missusque Ravennam capite truncatus est; paulò verò post idem Isaacius, Patriarchium Lateranense deprædatus, percussus divino ictu interiit.

Kenvalchius filius Cinegelfi Regis Anglo-Saxonum, patri succedit in Regno.

Obit S. Witburga, Wulferi Regis Merciorum filia, & Sanctimonialis Elyensis Ordinis Sancti Benedicti sanctitate & miraculis clara.

Circa hunc quoque annum mortalem vitam deposuit S. Dominus Diaconus Placentiæ in Italia.

Annus Christi 644.

Moritur piissimè Dagobertus Francorum Rex, cujus animam Eremicola ab Angelis in cœlum deferri vidit; Regno Neustriæ & Burgundiæ Clodoveo filio tradito.

In Britannia admodum propagatur Christiana fides per Furseum Hibernum Monachum Benedictinum.

Sigebertus Anglorum Orientalium Rex, relicto Regno cognato suo, Monasticam vitam professus, à Pagano Merciorum Rege Pendâ occiditur. Beda l. 3. c. 4.

Circa hunc annum S. Trudpertus eremita in Brisgoia occiditur, multis à mortemiraculis clarus.

Moritur Fortis Episcopus Mediolanensis in Insurbria; item Sulpitius Pius Bituricensis, & Paulinus Roffensis Episcopi, Ord. D. Bened. Sulpitius senio prægravatus, cum se functionibus Episcopalibus obeundis imparem sentiret, Wlfelentum, claris in ea regione natalibus ortum, atque idoneis instructum dotibus in confortium laboris hoc eodem anno adsciverat.

Hoc anno consignatur Cabilonense Concilium; cui interfuerunt Episcopi undequadragesima, præter Abbates quinque ab Episcopis suis delegatos.

Annus Christi 645.

Maximus Abbas Constantinopolitanus orthodoxus, contra Pyrrhum Episcopum Constantinopolitanum extorem eundemque hæreticum Monothelitam, solennem disputationem instituit, & triumphat; victus ejusdem rationibus Pyrrhus, pœnitens recantat palinodiam; Romamque accedens, oblato fidei Catholicæ libello Theodoro Papæ, recipitur unâ cum titulo Patriarchatus in Ecclesiam Catholicam.

Humar Saracenorum Princeps, per fraudem occiditur à quodam Persa, cui substitutus fuit Hoamen, ejus cognatus, ita Theophanes.

Moritur S. Aicharius Episcopus Noviomensis, succedit S. Eligius ex Ord. D. Benedicti.

Obiit S. Richarius Abbas Centulensis Ord. S. Benedicti, qui corpus suum durissime habuit, post longa jejunia pane hordeaceo cinere

cinere mixto, & pauillo aquæ, lachrymis bene dilutâ contentus, vitam continuè ferè cum Martyrio duxit; eum tanti Dagobertus Rex fecit, ut ad ipsum invisens blandiri nescium, sed acrius se corripientem patientissimè attenderet, & humillimè eum veneratus, precùm ejus suffragia emendicaret; vir sanctus de Ponthivia non solum provinciâ patriâ suâ benè meritus, in ea fidei Christianæ incrementa plurimum promovit, verùm de ultramarinis insuper Britannia populis mereri æternùm studuit, apud quos insigni Apostolici laboris fructu strenuè desudavit. Plurimis in vita & post mortem miraculis gloriosus.

Mortalis vitæ finem facit Maclarius, Abbas Benchorensis in Ultonia, vitæ sanctioris famâ clarissimus.

S. Joannes creatur Episcopus Mediolanensis in Insubria.

Annus Christi 646.

Moritur S. Joannes Agnus Episcopus Tungringensium & Trajectensium; item S. Vitalis Episcopus Salisburgensis.

Quatuor Primates Africani, in singulis sibi subjectis Provinciis (nempe Byzacenâ, Numidiâ, Mauritaniâ & Proconsulari) Synodos convocant ad confirmanda Catholica dogmata; quæ vidissent anno superiori tam validè à Maximo Abbate Constantinopolitano propugnata.

Celebratur Toleti in Hispania, Concilium septimum, cui præfuit Orontius Emeritensis Episcopus, subscripseruntque sive per se sive per Vicarios alii Episcopi triginta octo.

Arnulphus Comes, ab Ermenfrido genero Egani, Præfecti Palatii Francorum Regis Clotarii II. interficitur.

Obiit Pipinus Rex, item Hubertus Dux Bavaria.

Kenvalchius Rex Anglo-Saxonum baptizatur.

S. Anselmus ex Ord. D. Benedicti, fit Episcopus Salisburgensis.

Sanctus Arbogastus Monachus Benedictinus, secundus Argentoratensium Episcopus creatur.

Ad cælos abit S. Braulio sive Braulius, Episcopus Cæsar-Augustæ in Hispania, item Sanctus Gallus Abbas Katernaci Scotorum Regis filius, sub Regula Divi Benedicti, Sancti Columbani Abbatis discipulus, vitâ, prædicatione & miraculis patris vir verè Apostolicus.

Moritur Eugenius ex Monacho Benedictino Episcopus Toletanus.

Annus Christi 647.

Saraceni Africam, bello civili ob rebellionem Gregorii Præsidis agitatam invaserunt; Gregorium victum ex ea pepulerunt, eandemque subactam tributariam sibi redderunt.

In pago Viromandensi invenitur corpus S. Quintini Martyris ab Eligio Episcopo, & solenniter transfertur.

Moritur Nanthildis Regina, Dagoberti Francorum Regis vidua, item Sanctus Acharius ex Monacho Benedictino Episcopus Noviomensis, miraculorum gloriâ illustris.

Claret Ven. Heresvvida, ex Regina Monialis Benedictina.

Annus Christi 648.

Saracenorum Princeps Insulam Cyprum invasit, captamque Constantiam civitatem demolitus est.

Paulus Episcopus Constantinopolitanus hæreticus, in odium Sedis Apostolicæ, Constantinopoli primò Altare & Oratorium, quod erat in ædibus, in quibus Apocrypharii Romanæ Sedis habitare consueverunt, diripuit; deinde adversus eosdem Apocrypharios Constantinopoli tunc existentes, nec non cæteros orthodoxos ipsis inhærentes persecutionem movens, quosdam carceri tradidit, alios in exilium misit, rursùmque alios verberibus affecit.

Pyrrhus anno Christi 648. de hæresi pœnitens, à Papa ad communionem Ecclesiæ Catholicæ readmissus; quia hoc anno in hæresin Monothelitarum relabatur; dirâ à Theodoro Pontifice Summo excommunicatione percellitur.

Annus Christi 649.

Theodorus Papa, ubi sedisset annos septem, menses quinque, dies viginti, pridè Idus Maji ex hac vita migrat, in ejus locum subrogatus est die primâ Julii Martinus patriâ Tudertinus, qui hoc eodem anno Synodum Lateranensem celebrari curavit, cui interfuere Episcopi 105, idem Martinus Imperatori, Paulo Episcopo Constantinopolitano hæretico & excommunicato, favorem impendenti generosè resistit, hinc per Spatharium Exarchi ejus vitæ in templo etiam insidiæ parantur: sed excæcato divinitus Spathario, periculo eripitur Pontifex, qui Joannem Philadelphiam Episcopum, in Oriente Sedis Apostolicæ vicarium constituit, ut Hierosolymitanæ, Antiochenæ, earumque partium Ecclesiis Pastoribus destitutis, vel ab hæreticis miserè labefactatis succurreret.

Chindasvindus Hispania Rex cedit Regnum filio Recesvindo, qui expulso in exilium perfido Theodisco Hispalensi Episcopo, obtinuit à Romano Pontifice, ut Primatus Hispaniæ ab eadem Ecclesia Hispalensi in Toletanam transferretur.

Floret Sanctus Paulus Episcopus Verdunensis ex Ordine Divi Benedicti, vitæ sanctitate, sanguine & miraculis illustris; eum adhuc Monachus in claustrò, in pistini cura atque officio occupatus, metuere aliquando, ne fratribus horâ constitutâ panis deesset, ejecto raptim igne, clibanum æstu ferventissimum ingressus, eum cucullo pro scopis expurgavit, atque extersit, & minimè adustus sive ipse sive vestimentum, panes aptè composuit ac benè curavit.

Moritur

Moritur S. Bertulphus Abbas Bobiensis Ord. D. Bened. Arianismi oppugnator fortissimus: cum febris gravissimâ decumberet, ab Apostolorum Principe Petroamicè visitatus, & prodigiosè curatus est: claruit variis à Deo illustratus miraculis. Trithem. Carol. Sigon.

S. Gislenus Cellense, Vincentius Altimontense Monasterium, utrumque sub regula S. Benedicti condunt.

Diem obit S. Goar Eremita apud Treverenses.

Annus Christi 650.

Theodorus Calliopus, Exarchus à Constantio missus Constantinopolim, S. Martinum Papam, clanculum (præ metu Romanorum) navi imponit, eundemque à militibus crudelissimè habitum, in Orientem asportari jubet. Maximus quoque Abbas Constantinopolitanus, Imperatori hæretico contrarius, simili pœnâ damnatur.

Moritur Donaldus IV. Scotia Rex, cultus divini promotor strenuus, præclarâ virtutum suarum memoriâ post se relicta. Succedit ei Ferchardus, ex Ferchardo ejus fratre natus, vir in omni scelere genere iniquatissimus, vini æquè ac pecuniæ inexplebilis; immani in homines crudelitate, & in Deum impietate.

Claret in Galliis sanctitatis famâ B. Quilinda Monialis Benedictina, Prophetico Spiritu illustris: in ejus obitu cœlestis Angelorum Musica audita est. Bucellin. in Menolog.

S. Remaclus ex Ordine Sancti Benedicti Episcopatum Trajectensem suscipit, quem S. Amandus ejusdem Ordinis professus deposuit.

Circa hunc annum obiit in Britannia S. Cuanna sive Cuannecheus Abbas Ordinis Divi Benedicti: is regio ortus genere fuit, & ingentibus à Numine miraculis honoratus, è quibus mirabile prorsus illud, cum in hostili quandoque relictus loco fuisset, per duos Angelos dormiens in patriam relatus est; cum oculos à matre ob venustatem laudatos propriis sibi manibus eruisset, & inde graviter de vita periclitaretur, eosdem grandi prodigio recepit; lapide aliquando usus pro nave lacum quendam mirè enavigavit. Joann. Colgan.

Vitæ quoque finem facit S. Paulus Episcopus Verdunensis, cui succedit Gisloaldus; ex dicti Sancti tumulo salutaris quidam liquor, olei instar manavit, quo complures ægri sanati sunt.

Claret vitæ sanctitate, miraculis & doctrinâ Sanctus Muranus, Abbas Fathenensis in Hibernia; item Sanctus Mochoemocus seu Pulcherius Abbas Liathmorensis.

Floret S. Mochellocus sive Kellenus Kellociæ in Hibernia; similiter Sanctus Godo Episcopus Metensis; item Sanctus Stellanus Abbas de Iniskealtra in Connacia.

Pari sanctitatis splendore Gallicum & Laudunense præsertim territorium illustrat Sanctus Algisus Presbyter Ordinis Divi Benedicti, regio ortus genere, populorum inter Isaram

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

& Helpram Apostolus; ex arida fontem prodigiosè elicuit, cujus aquæ diversissimis postea morborum generibus medelam attulerunt. Joann. Molan.

Claret Sanctus Adulphus Episcopus ex Ordine Divi Benedicti, nec non S. Bocolphus frater ejus germanus, Abbas primus Cœnobii Higganhoënsis.

Floret item S. Felicissimus, Confessor Nuceria miraculis in vita & post mortem clarus; à patre boves curare jussus, cum ad manus non esset quod pauperibus largiretur, petenti eleemosynam vaccam dono dedit & abducere jussit. Veritus autem patris iram in fugam se contulit, defixoque propè montem Politianum baculo, is statim floruit; demortui sacras reliquias cum quidam temerè tangere præsumeret, stupefacto quamprimum brachio pœnas dedit, donec pœnitens facti & supplex Divo, veniam & sanitatem impetraret.

Floret Verona in Italia S. Teuteria Virgo Anglæ, sub regula Sancti Benedicti, Regiâ stirpe nata, quæ obiit adstantibus Angelis inter suprema verba: *In manus tuas Domine commendo spiritum meum.*

Moritur Sanctus Agilus Abbas Resbaccensis Ordinis Divi Benedicti, cum vitam ad centesimum usque annum produxisset, multis miraculis gloriosus; item Sanctus Bavo Monachus Benedictinus, illustrissimo ortus genere, Eilolphum Hannoniæ Comitem patrem habuit, fuit stupendum humilitatis & pœnitentiæ exemplar, morienti Angeli ipseque Angelorum Rex Christus in occursum venere.

Sloret S. Florbertus secundus Abbas Monasterii Blandiniensis Ordinis S. Benedicti, Gandensium Apostolus.

Annus Christi 651.

Vitæ finem facit S. Aidanus, ex Monacho Benedictino Episcopus Lindisfarnensis, vir verè Apostolicus, & Prophetiæ Spiritu clarus.

Osvinus Angliæ Rex proditoriè occiditur, succedit in regno Ethelvaldus.

S. Martinus Papa, cum in Naxo Insula in ærumnis jam annum egisset, ad graviora subeunda pro fide Christi à perfidissimis hæreticis supplicia, mense Novembri Constantinopolim ductus est; ibique licet ægritudine laboraret, nihilominus tam in carcere quam coram Magistratibus multis calumniis impetitus, dirissima passus est, cum & Pontificiis insignibus exutus, ac seminudus constitutus, ferreis catenis collo totoque corpore vinctus, publicè per urbem Constantinopolitanam à carnificibus tractus est; sed & catenarum pressuris laceratus, frigore & inediâ in horrido carcere consumptus, omni denique ex parte afflictionibus lancinatus, gladio quoque vitam finisset (quod maxime optabat) nisi Paulus Constantinopolitanus Episcopus, horum omnium malorum architectus, eodem tempore in peccatis suis moriens, conscientia tamen stimulis coactus peccatum in Martinum agnoscere, ejus necem

S

Impera-

Imperatori dissuasisset; quapropter exulare tantummodo Chersonam in Ponto Euxino iussus est.

Claret S. Domitianus Monachus Benedictinus & Eremita.

Fervente in Hispania Arabum persecutione, S. Theodemirus Monachus Ordinis S. Benedicti, cum fœdissimas Mahometis Pseudo-Prophetæ vanitates & leges protereret, capitis damnatus, Martyrii trophæum obtinet.

S. Cuthbertus fit Monachus in Mailrosensi Ordinis Benedictini Cœnobio.

Gallia gravissimâ fame laborat.

Marculphus Monachus Gallus, Ordinis S. Benedicti professor, libros duos formularum edit.

Annus Christi 652.

Veritus Clerus Romanus, ne ex Oriente hæreticus Pontifex intruderetur, Eugenium eligunt, patriâ Romanum, filium Ruffiniani, qui vicariâ tantum potestate uteretur.

S. Emmerannus Abbas, ut Otam Theodoni Bavariæ Ducis filiam Sigibaldo commixtam & ex stupro concipientem, à vitæ discrimine liberaret (Christi exemplo, qui aliena innocens super se peccata suscepit libens volens) sibi passus illud stupri crimen adscribi; licet postquam nocentem à morte liberasset, suam innocentiam defenderet, & pro causæ cognitione ad Romanum Pontificem, unâ cum accusatoribus remitti postulet; nihilominus à Lambertio Theodoni filio cædi iussus, post singulorum membrorum detractionem, & oculorum ac linguæ evulsionem, truncus relictus, glorioso agone coronatur.

Moritur S. Adalbaldu Dux, maritus S. Rictrudis: item Athanasius Episcopus Spirensis.

Claret S. Wicterpus Episcopus Augustanus.

Moritur S. Herluca Virgo; item S. Yduberga Godini Aquitaniæ Comitissæ filia, uxor Pipini cognomento Laudensis, Hasbania & Brabantia potentissimi Ducis, mater S. Gertrudis Abbatis Nivellensis, quæ illud Cœnobium condidit, & marito defuncto, monialis facta se sanctæ filia discipulam tradidit, mirandam paulò postea animi submissione sanctitatis sublimitatem assecuta.

Annus Christi 653.

Petrus Sedi Episcopali Constantinopolitanæ præficitur, hæreticus & Monothelita.

Celebratur Synodus Toletana octava, cui interfuerunt Episcopi quinquaginta duo.

Floret in Hispania S. Ildephonsus, Abbas Agaliensis Ord. S. Benedicti.

Mediterranei Angli, unâ cum eorum Principe per Monachos Benedictinos ad Christi fidem convertuntur.

Ositha Regis Orientalium Saxonum conjux Virgo, ab irruentibus piratis Danis, intra Monasterii septa, quibus se dicarat, Martyrium consequitur, insigne Benedictini Ordinis decus.

Moritur S. Judocus filius Regis Britannum, qui spreto regno & mundo, peregrinus vitam postea Eremiticam duxerat, sub Regula S. Benedicti.

Mahuvias Saracenorum Princeps Rhodum veniens, Colostum sive æneum illud Solis simulacrum in portu constitutum, interque septem mundi miracula numeratum, disiectum confregit, Judæoque cuidam Emefeno vendidit, qui 900. camelos ex ejus ære oneravit; quo eodem tempore, Armenia ab iisdem Saracenis longè latèque devastata est.

Constantinus, ficto nomine Silvanus, homo Manichæus, qui Sectam hanc in Armenia rursus excitare satagebat, Imperatoris iussu, ab uno ex charissimis discipulis, qui Justus vocabatur, lapidis ictu occiditur.

Moritur S. Furfeus ex Ord. D. Benedicti; hic Philtani sive Fintani Hibernia Regis filius, etiam antequam nasceretur, grandi, qualis futurus esset, miraculo proditus, in ipso utero matris locutus, hujus innocentiam servavit, & jam ad mortem damnatam mirè defendit & liberavit; fuit cœlestibus visionibus & miraculorum gloriâ clarissimus; mortuus aliquot resuscitavit, duosque juvenes, cum navigium deesset, per mare haud aliter atque terrestrem semitam trans mare misit. Bolland. Colgan.

Decedit S. Honorius Episcopus Cantuariensis ex Ord. D. Bened. Monachus.

In Lusitania claret Irenes Virgo Nobilis, ob conservatum castitatis & virginitatis florem postea occisa, cujus corpus in profluentem abjectum, ab Angelis ipsis sepulchro dignè apparato reconditum est.

Moritur S. Romanus Abbas Ord. D. Bened. è Pharamundi Francorum Regis posteritate ortum trahens; claruit insignibus in vita miraculis, statim autem atque obiit, densissimâ nube mons universus obductus fuit, quæ non prius dissipata est, quam Monachi funebres cantus inciperent, ad sacrum funus efferendum; apparuit in medio nubis mirè coruscus, globus igneus, qui universis contuentibus rectâ in cœlum ferebatur.

Annus Christi 654.

S. Martinus Papa ærumnis confectus Chersonæ in Ponto ex hac vita migrat.

Constans Imperator à Saracenis navali prælio superatus est apud Phœnicem Lycia, ipseque in maximum vitæ discrimen adductus, vix mutatâ veste fugiens salvus evasit, & derelictis omnibus Constantinopolim se recepit.

Rotharis Rex Longobardorum Arianus, ubi regnasset annos sexdecim & menses quatuor, moriens Regnum reliquit filio Rodovaldo.

Follianus Fossensis Episcopus, qui à S. Martino Papa prædicandi gentibus Evangelium auctoritatem acceperat, unâ cum tribus discipulis Martyrii coronam suscepit.

Annas Rex piissimus Orientalium Anglorum, à Penda interficitur.

Fundatur Fontanella à S. Wandregisilo, insigne Ordinis Benedictini in Gallia Monasterium.

Mori-

Moritur S. Felix Episcopus & Apostolus Anglorum Orientalium, item S. Wicterpus Episcopus Augustanus.

Botulfus apud Anglo-Saxones Monasterium ædificare cœpit, in loco, qui dicitur Ikanko, in recentiori Lincolnia Comitatu, ad Wirhamam fluvium.

Circâ hunc annum obiit Desiderius, Cadurcorum Præses sanctissimus.

Annus Christi 655.

Ex extremum vitæ diem claudit Penda Rex Merciorum, devictus ab Osvui; succedit in regno Peada filius.

Moritur Eugenius Papa; in ejus locum subrogatus est Vitalianus filius Anastasii, patriâ Signinus Provincia Campaniæ.

Mercii & Orientales Saxones in Anglia Christianam Religionem amplectuntur operâ Osvui Regis Nordhumborum Christiani, & prædicatione Cædi Episcopi Apostolici planè viri, sub instituto S. Benedicti.

S. Remaclus Stabulense & Malmundariense Cœnobium condit.

S. Deusdedit ex Ordine D. Benedicti creatur Episcopus Cantuariensis.

Moritur S. Joannes Episcopus Mediolanensis, item S. Gertrudis Ord. S. Bened. Abbatissa prima & fundatrix Monasterii Hamaticensis.

Decedit piissimus Austrasiorum Rex Sigebertus Kalendis Februarii, ineunte octavo decimo Regni sui anno à morte patris Dagoberti, ætatis suæ 25. sepultus est Metis in Basilica S. Martini, quam ipse cum Monasterio extra muros Regiâ magnificentia extruxisse traditur; cum in morbum incidisset, Grimoaldi Majoris Domus fidei unicum ex Eimhilde seu Imnehilde Regina filium Dagobertum commendavit, orans, ut parvulum Austrasie Regem constituendum curaret, essetque ei tutoris ac parentis loco; verum ille potentia & ambitione occæcatus, beneficiorum à Sigeberto acceptorum ac fidei immemor, proprium filium suum Childebertym Austriæ throno admoveere constituit, ac Dagobertum pupillum fidei suæ à patre commissum tonderi; atque per Didonem Pictavorum Episcopum in Scotiam seu Hiberniam deportari iussit; at non diu malè occupato Regno potitus est Childebertym, Austrasie alienum sibi imponi indignè ferentibus, & Grimoaldus ejus pater vincens ad Chlodoveum abductus, & custodiae mancipatus, in vinculis periit, Austriæ Regno interim ad Chlodoveum delato.

Filibertus Abbas Resbacensis Gemmeticense extruit Monasterium sub Regula S. Benedicti, opibus & Religione percelebre. Fundum, prædia largiter conferentibus Chlodoveo Francorum Rege, ejusque conjuge Balthilde.

Vitæ quoque circa hunc annum subtrahitur S. Burgundofora seu Fara, Eboriacensis seu Brigenfis Cœnobii Ordinis Sancti Benedicti conditrix & prima Abbatissa.

Celebratur Concilium Toletanum novum, absolutum die quarto Calendarum Decembrii. Primo Canone sancitum est, ut de rebus Ecclesiæ collatis nihil auferant Episcopi aut Ministri, & si id attentaverint, propinqui fundatoris eos compescant; aut Episcopi. R. P. Brentano Epitome Chronologica.

scopo vel Metropolitanò, aut Judici, aut, si neglexerint, Regi, factum corrigendum denuntient. Secundò, ut fundatores Ecclesiarum vel Monasteriorum, quamdiu vixerint, earum curam & sollicitudinem gerant, atque Rectores in locis idoneos Episcopis ordinandos offerant &c.

Annus Christi 656.

Moritur S. Ultanus Ardbrecanensis in Media, Hibernia Provinciâ Episcopus. Imperator frustra per Legatos Maximum Abbatem ad Monothelitarum Sectam trahere conatur; imò ipse Legatos trahit ad Catholicorum partem; ob fidei ergo constantiam à dicto Imperatore in exilium denuò amandatur.

Moritur Petrus Patriarcha Constantinopolitanus, in ejus locum substituitur Thomas.

Celebratur Toleti Concilium decimum, cui interfuerunt Episcopi viginti, vicarii verò absentium quinque, præfuitque Eugenius Toletanus Metropolitanus; in eo perpetuæ penitentia addictus fuit Potamius Episcopus Bracarensis, qui se carnali flagitio pollutum palam confessus fuerat.

S. Fructuosus Ecclesiæ Dumienfis antea Episcopus, ex Regio Gothorum Sanguine ortus, Ducis filius, multorumque Monasteriorum conditor & pater, loco Potamii resignantis, Episcopus Bracarensis designatur.

Obiit in Hibernia S. Dimanus Connerensis Episcopus Ord. S. Bened. ipsum juniorem etiamnum cum S. Cronanus exoraret, ut sibi librum Evangeliorum scriberet, & hic se excusans, unum solummodò diem ad ejusmodi laborem offerret: *Scribe, ait Cronanus, sine cessatione, usque dum sol tibi occubuerit;* res mira! gratia S. Cronani, divinaque virtute ac potentia radius Solis 40. diebus totidemque noctibus indefinenter in loco scriptoris extitit, & nec Scriptor lassus fuit tanto tempore, nec tam continuo labore tedium habuit, nec desiderio cibi vel potus sive somni gravatus fuit. Aengussius, Beda, Colganus.

Vitam mortalem cum immortalis commutat S. Suibneus Abbas Hiensis, Ord. D. Benedicti; miraculis gloriosus.

Obiit S. Salaberga Abbatissa itidem Ordinis Divi Benedicti, miraculis & revelationibus illustris.

S. Livinus ex Monacho Benedictino Archiepiscopus post innumeros à se ad Christi fidem perductos, à duræ cervicis barbaris nonnullis comprehensus linguâ privatur, quam tamen insigni miraculo recepit, tandem crebrentibus impiorum odiis apud Hescham Flandriæ vicum multis vulneribus contrucidatur.

Annus Christi 657.

Wulferus Merciorum in Anglia regnum post Peadam fratrem suscipit.

S. Maximus Abbas, assertor Catholice fidei fortissimus cum duobus Anastasii ex exilio Constantinopolim revocatur ad dicendam causam de calumniis, quibus à suppositis testibus accusabatur, quasi Imperium hostibus prodidissent, & in Imperatorem dira oblocuti essent, sed innocentia confisi, cum à fidei con-

stantiâ dimoveri non poterant, Præfecto urbis puniendi traditi, Maximus quidem 75. annos natus, ipsiusque discipulus Anastasius, qui ei annis 37. adhæserat, primò distentis nervis adeò crudeliter cæsi sunt, ut nullum membrum à plagis sanum relictum fuerit, sicque in carcerem coniecti, postero die rursùm educti, ambo linguâ præcisi sunt; cum verò ingenti miraculo nec sic desisterent æquè articulatè ac antea loqui, iisdem crudelissimè rellibus tormentisque laceratis, dextræ manûs amputatæ sunt; ac demùm ludibriis atque disteriis per medium forum circumducti, nudi omnibusque rebus destituti, in exilium rursùm emissi sunt, unà cum altero Anastasio æquè ipsius Maximi discipulo flagellis itidem cæso.

S. Eugenius Toletanus Episcopus Ordinis Divi Benedicti moritur Idibus Novembris, cui succedit Ildephonus Abbas ex eodem Ordine.

Decedit S. Antonius Episcopus Mediolanensis, in Insabria, cui succedit S. Mauricillus.

Annus Christi 658.

Dermitius II. & Blathmac filii Ædæ II. regnum Hiberniæ capessunt.

Moritur Thomas Episcopus Constantinopolitanus, in ejus locum subrogatur Joannes.

Pax sancitur inter Romanos & Saracenos, cum Mahuviasistorum Princeps suorum seditione compulsus, ad Imperatorem misit, pacis nomine in singulos dies ab Arabibus mille nummos depensum iri promittens, & equum & servum.

S. Theodardus ex Abbate Stabulensi Ord. D. Benedicti Episc. Leodiensis, Martyrii coronam adipiscitur, cum Childericum Regem adiens, ut bona Ecclesiæ à quibusdam ablata, restituenda curaret, ab iisdem in itinere gladiis confossus, & membratim discerptus est; ei successit in Sede Episcopali S. Lambertus ex eodem S. P. Benedicti Ordine.

Streneshale Sanctimonialium Virginum Ord. Benedictini Cœnobium in Anglia; ab S. Hilda sumptu præcipuè Osvvii Regis fundatur.

Diem obit S. Arbogastus Episc. Argentoratensis miraculis gloriosus; quæ inter aliquot mortuos ad vitam revocavit, item S. Geremarus Abbas Flaviacensis Ord. S. Bened. miraculorum pariter gratiâ illustris.

His diebus Erembertus Wandregisili discipulus, ex Monacho Benedictino Fontanelleni, creatur Episcopus Tolosanus.

Annus Christi 659.

Constans Imperator fratrem suum Theodosium, ob quandam offensam Diaconum consecrari fecit, eumdemque paulò post nece auferens fratricidium sacrilegio magis infamavit; sed haud impunè, exegit enim sanguis effusus innocens à Deo vindictam, ut iste omnibus vitæ suæ diebus instar Cain, conscientia stimulis agitated, profugus & vagus viveret super terram; cum enim idem Theodosius, qui in Sacrosanctis mysteriis poculo Christi Sanguinis Constantem impertierat, eidem crebrò per quietem apparet habitu Diaconi poculum sanguine plenum porrigenas ac dicens: *Bibe Frater*; ejus visionis

frequentiâ victus infelix Imperator, statuit in Siciliam secedere, itaque relictis Constantinopoli uxore cum tribus filiis, navem conscendens, cum solvisset conversus retrò, urbem ipsam conspuit; in Sicilia verò Syracusas sibi delegit, ubi vitam ageret; quò & statuit Imperii Romani Sedem transferre; sed cum misisset, qui uxorem & liberos adducerent, Constantinopolitani eos dimittere noluerunt.

Mahuvias Princeps Saracenorum, amulo suo Hali nece sublato, solus absque timore imperans, adversus Persas primùm, indè adversus Romanos se denuò erexit.

Rodoaldus Longobardorum Rex, ubi regnasset annos quinque & dies septem, occisus est à Longobardo homine, cujus uxorem adulterio polluerat; ei successit Aripertus filius Gundibaldi, qui fuerat Germanus Theodolindæ Reginae.

Circa hunc annum mortuus est S. Aubertus Episcopus, ex Ord. D. Benedicti, ad cœlos evolat S. Finanus ex Ordine præfato, qui ex Monacho creatus Lindisfarnensium Episcopus, Apostolicis fervore & meritis Anglos mediterraneos ad fidem convertit; item S. Eligius ex Monacho Benedictino Episcopus Noviomagensis; ei succedit in Sede Episcopali Mummolinus Abbas veteris Monasterii Sithiensis ex eodem Ordine.

Aunemundus Lugdunensis Episcopus propè Cabilonem occiditur.

Per hos dies furtum in agro Noviomagensi factum est; auctor hujus sceleris insimulatur adolescens quidam, qui culpam in patrem suum sibi invisum rejecit, ambo ad iudicium sistuntur, qui mos illorum temporum erat, coram Episcopo & Comite, cum altercatio diu procederet, nec furti auctorem discernere Judices possent, Sacramento ad præfati S. Eligii tumultum rem finiri decernunt, Sacramento prolato, filius mox à dæmone arreptus, in terram dejectus, seseque discerpens volubatur; sed postea orante cum aliis patre, meritis Sancti Confessoris restitutus sanitati est.

Annus Christi 660.

Claret vitæ sanctitate & miraculis S. Blitmundus, Abbas Monasterii Wimacensis (hodie S. Walerici dicitur) in Picardia, sub Regula S. Benedicti.

Sævit dira fames in Gallia.

Clodoveus II. Francorum Rex irreverenter tractans S. Dionysii reliquias, Dei vindictâ amens efficitur.

Clotharius III. Neustriæ gubernacula suscipit.

Circa hunc annum Emmo sive Haymo Archiepiscopus Senonensis creatur.

Moritur S. Malardus Episcopus Carnotensis, item S. Laidgeanus Monachus & discipulus S. Luani ex Ord. D. Benedicti miraculis gloriosus. Ex Joan. Colgano.

Claret vitæ sanctimoniâ S. Lupus Episcopus ex Monacho Benedictino Abbas, postea Episcopus Cabilone in Aëdis.

S. Remaclus Episcopatum Trajectensem deponit, cui succedit Theodardus.

Angliæ

Angliæ Regi Egfrido, Osvvii Regis filio, annos XV. nato, nupta est S. Ethildrida filia Annæ Orientalium Anglorum Regis.

S. Paulus, cum Sanctarum imaginum cultum defenderet, sub Constantino Copronymo, igne comburitur.

Floret S. Zosimus Episcopus Syracusanus in Sicilia; item Nemanus Das-Inifensis Episcopus in Australi Lagenia.

Decedit Tomianus Episcopus Armachanus, succedit S. Sigeneus.

Claret in Monasterio Marcianensi B. Chrodobaldus Ord. D. Benedicti; S. Severa Abbatissa Monasterii S. Symphoriani similiter sub regula Sancti Benedicti, regio Regum Francorum genere nata; item S. Ermenburga ex Regina Merciorum Monialis & Abbatissa Benedictina.

Celebris habetur B. Deifer Monachus Benedictinus, revelationibus divinis illustris, qui inter alia sanctitatis signa fontem prodigiosum ex arida elicuisse memoratur, insignibus deinceps miraculis famosum, cujus aquis refecti seu loci variis languoribus liberati sunt.

S. Eligii corpus annitentibus Mummolino Episcopo Noviomagensi, & Bathilde Franciæ Regina ad locum honorificentiorum transfertur; mox ubi sanctum corpus revelatum est, gratissimus odor fragravit, corpusque ita integrum repertum, ut vivere adhuc in tumulo putaretur, auxere festivam diei jubilationem consecuta miracula.

Condi cœptum est S. Gregorii Monasterium, vulgò Gregorien-Thal inter Altiatæ montium juga.

Initio hujus anni S. Clarus Abbas Viennensis in cœlum abiit, vir Prophetico spiritu clarus; imminente mortis horâ à fratribus in Ecclesiam delatus cilicioque impositus Pfalterium cum fratribus recitare cœpit, cum ad finem pervenissent, dicto: *Omnis Spiritus laudet Dominum*, cum superna luce odor ineffabilis locum implevit, & ipse sanctè exspiravit.

S. Ildephonus Abbas Agaliensis suffectus in locum Eugenii junioris Toletani Episcopi, jnito Pontificatu perpetuam Deiparæ Virginitatem edito libro asseruit adversus pestilentissimos homines Pelagium & Helladium, qui veteres Helvidianæ insanæ scintillas in Hispania excitare cœperunt. Mox erroris semina dissipata, compressique nefarii illorum impostorum conatus, operæ ab Ildephono navatæ merces casula fuit è cœlo allata.

Annus Christi 661.

Moritur S. Amandus Trajectensis Episcopus, Flandrorum Apostolus, item S. Audomarus ex Monacho Episcopus, Apostolus Tarvanensium, ambo insignia Ordinis Benedictini decora, nec non S. Tozzo Episcopus Augustanus.

Leodebodus Abbas S. Aniani, Ord. S. Bened. & fundator Monasterii Floriacensis, laudabilis vitæ cursum sancto sine consummat.

Floret S. Bertulphus Abbas Renteiæ Ordinis Divi Benedicti, vir prodigiosæ in pauperes munificentia, quem aquila miræ cujusdam magnitudinis alis expansis sub dio le-

gentem ab imbris protexit. Bucelin, in Menolog. Bened.

Obiit Cuthredus Rex Anglo-Saxonum; item S. Palladius Episcopus Antifiodorensis.

Circa hunc annum vivis excessit S. Bobolenus Abbas Bobienfis Ord. D. Benedicti, peregrinorum, pauperum, hospitem & inprimis infirmorum curam diligentissimam habuit, sibi soli rigidus, cæteris omnibus pro melle fuit; ipsum de nocte cœleste lumen, ut columna ignis Israël præcessit. Claruit insigni miraculorum gloriâ, præciososque fratris alicujus artus solâ salivâ curavit, vase versum, ne liquor diffunderet, servavit.

Vitam exiit mortalem S. Teudlechildis, prima Abbatissa Jotrensis Ord. S. Benedicti.

Annus Christi 662.

Colligitur apud villam Clypiacum, territorii Parisiensis, Synodus omnium promodum Francorum Gentis Episcoporum & sæcularium Principum.

Clodoveus II. Rex Franciæ, omnium statuum consensu, S. Dionysii Monasterium ab omnium dominio liberum constituit; ita ut nulli (ut ajebat) præterquam DEO & Sanctis, in quorum honorem ædificatum fuerat, ipsisque Francorum Regibus, subjacere deberet.

Floret in Galliis S. Genesius Episcopus Claromontanus in Arvernia, vir misericordiæ operibus apprimè addictus, multis gloriosus miraculis.

Trudo Nobilis Hasbanienfis Cœnobium Sarchinense in Diocesi Tungrensi ad Cisindriam flumen ædificat.

Filibertus item Abbas Gemeticensis Pauliacense Virginum Benedictinarum Monasterium instituit in Caletis, decem millibus passuum à Gemetico, ac fermè totidem ab urbe Rotomago, eique Austrebertam Virginem præfecit.

Annus Christi 663.

Constans Imperator Romam veniens ad limina Apostolorum visitanda, honorificè suscipitur à Vitaliano Papa, qui ei cum Clero occurrit milliario sexto ab urbe; pacificè enim adveniens, personam præ se tulit hominis orthodoxi, ideoque præcipuas Ecclesias devotè visitans, dona etiam eis obtulit, omnia tamen ærea civitatis ornamenta, tegulasque ipsas æreas Ecclesiæ S. Mariæ ad Martyres, aliaque ad ornatum urbis posita auferens Constantinopolim direxit.

Idem bello petens Longobardos, vincitur à Grimoaldo eorum Rege.

Moritur Rotharius ex Regio Francorum genere oriundus, Episcopus Argentoratensis.

Franci inter se se dimicant, & agros Burgundiæ depopulantur, quo in tumultu Besuense Monasterium omninò diripitur, cunctisque rebus spoliatur.

S. Wandregisilus Abbas miraculis claret.

Annus Christi 664.

Moritur S. Aleranus sive Aileranus, aliis Eleranus, Scotorum suo ævo doctissimus.

Sigherus Saxonum Orientalium Regnum capessit; sed cum provincia mortalitatis clade preme-

premeretur, cum sua parte populi, relictis Christianæ fidei Sacramentis ad apostasiam redit; revocatur tamen paulò post à Jaramanno Episcopo Lichfeldensi.

Diem obit Joannes Constantinopolitanus Episcopus, cum sedisset annos quinque & menses novem, atque in locum ejus subrogatus est Constantinus Diaconus ejusdem Ecclesiæ, vir Catholicus.

Vitâ excedit Clodoveus Francorum Rex ubi regnasset annos octodecim; item 17. Martii S. Gertrudis filia Pipini Ducis.

Mortalitatem exiit S. Ceddus, Episcopus ex Monacho Benedictino Londinensis in Anglia; fuit is sanctissimi Archiepiscopi Eboracensis Ceaddæ, nec non SS. Cymbilli & Cealini frater germanus. Enituit insigni zelo animarum, Apostolice Northumbriæ titulum est promeritus, ejus alia inter memorabilia imprimis regularis jejunii observantia fuit, quod ne violaret, evocatus ad Regem, ire recusavit, similiter cum orationi intentus, ab eodem accerferetur. Beda, Joann. Colgan. Hugo Menard.

Ad cælos abit S. Boifilus Ord. S. Bened. Præpositus Monasterii Melrosensis in Scotia, Prophetiæ Spiritu clarus.

Dira mortalitas per Britannias Insulas grassatur, præcedente Solis eclipse.

Obit S. Gertrudis Abbatissa Nivellensis Ord. S. Bened. in Brabantia, fuit insignibus à Deo miraculis honorata; quæ inter, dum ad altare S. Sixti, in Cænobio suo in preces incumberet, descendente supra se spheram igneam conspexit, adeò quidem fulgidam, ut per dimidiam ferè horam, tota inde Basilica mirè resplenderet, quod ipsum miraculum alià item vice sorores intueri meruerunt; suos, dum viveret, & longissimè abesset, in maris periculo invocata, prodigiosè juvit & eripuit; ex demortuæ virgineo corpusculo admiranda cælestis odoris fragrantia erupit.

Egbertus Cantix Regnum suscipit.

Moritur S. Remaclus ex Ord. D. Benedicti, postquam relicto Trajectensi Episcopatu privatus in Monasterio Stabulensi egisset.

Annus Christi 665.

Moritur S. Eligius ex Ord. D. Benedicti, Episcopus Noviomensis, ejus corpus cum Regina Bathildis Clodovei relicta, in Monasterium Calam ab ipsa erectam transferre cuperet, alii verò Parisios deducere conarentur; neutri ipsum ullo prorsus modo movere loco potuerunt, sed Noviomini relinqui debuit; interim dicta Regina hoc anno aulâ relicta se in Calense Monasterium recipit.

Diem quoque obit Deusdedit Episcopus Dorovernensis in Anglia, cui successit Wighardus, quem cum Olvvi Rex ad Vitalianum Papam cum vasis aureis argenteisque in Basilicam Divi Petri Apostoli deferendis Legatum mitteret, is in urbem perveniens, priusquam consecraretur, morte præreptus est.

Hoc pariter anno ex hac vita decessit Wandregifilus Abbas Benedictinus, qui ex consobriano genitus Pipini Ducis Austrasiorum, Comes Palatinus apud Dagobertum Re-

gem obligatus conjugio, cum uxore Virgine & ipse Virgo religionis ergò Virginitatem servare pari consensu decreverat; mortem ejus Musica Angelorum decoravit.

S. Amandus Episcopus Trajectensis Ord. S. Bened. totâ Galliâ peragrata, Vascones de fide Christi instruit.

Floret in eodem Ordine S. Richmirus Abbas, frequentibus clarus miraculis, quæ inter illud celebre, quòd ad urbem Cenomanensem veniens, cum carceres præteriret, stipemque captivi rogarent, signo crucis feras & compedes ruperit, & libertati vincos reddiderit.

Obit S. Leuconius Episcopus Trecentis in Gallia; item S. Waldebertus Abbas Luxoviensis Ordinis Divi Benedicti, hic illustrissimi generis illustrissima propago, Hagnericum Burgundiæ Comitem patrem habuit, Leodegundam pari Nobilitate fœminam matrem, fuit & germanis fratribus felix, SS. Pharaone & Chagnoaldo Episcopis, nec non Burgundoforâ Abbatissâ, sorore; Waldebertus uxore primùm ductâ, spectatus & ipse inter Proceres Regni, pietatem tamen parentum, præ omni hereditate, imitando complexus, S. Bertino Abbate familiaris usus est, ipsum adeò solitus revereri, ut absque ejus recedere benedictione religioni sibi duceret; quâ sine subito evocatus, cum fortè recederet, mox equo excussus, membris graviter collisus, Divi Bertini ejusdem ope prodigiosè curatus est, dotavit proinde liberalissimè tanti Medici Cænobium, neque multò post cucillum amplexus, Magisterio sese ejusdem plenè subdidit; Episcopus postea factus Meldensis, æternum eidem admirandâ vitæ sanctitate & miraculorum gloriâ nomen & famam peperit. Buccellin. in Menolog.

Claret Præfectus Arvernensis Episcopus eximia sanctitatis vir.

Annus Christi 666.

Constantinus Patriarcha Constantinopolitanus, ubi sedisset annum unum menses duos & dies septem, mortuus est, cui subrogatur Theodorus hæreticus omnium impudentissimus, versipellis, Monothelitarum sectæ propugnator audacissimus.

Celebratur Concilium Emeritense, duodecim Comprovincialium Episcoporum Lusitanix.

S. Mummolenus fit Episcopus Noviomensis & Tornacensis.

S. Fructuosus ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Bracarensis febre correptus, prænunciatum sibi olim obitum imminere sentiens, ad templum se portari jussit, ubi coram altari exultans, expansis ad orandum manibus sanctum & immaculatum Spiritum Deo reddidit.

S. Germanus Abbas Grandivallensis Ord. D. Bened. unâ cum Randoaldo Monasterii Præposito, lanceis confossus Martyrium subit.

Annus Christi 667.

Saporius Armeniæ Præfectus rebellans adversus Imperatorem, à Rege Saracenorû auxilium petit; sed paulò post Hadrianopolim adveniens, dum

dum in ipso portæ transitu, equum quo ferebatur flagello percutit, saltans equus caput ipsius in partem superiorem portæ allidit, vitæque privat.

Occidit clarissimum Ordinis Benedictini sidus, Ildephonsus Toleranus Episcopus, Scriptis, miraculis, vitæ sanctitate illustrissimus, qui ob singularem vitæ integritatem, susceptamque defensionem adversus hæreticos Dei Genitricis Virginitatem impugnantes, ab eadem candidissimâ veste donatus est. Inter ejus Scripta extant:

Liber Protopopæix imbecillitatis propriæ. Liber de Virginitate B. Mariæ.

De perpetua Virginitate & parturitione ejusdem.

Sermones 12. de eadem.

De proprietatibus trium Personarum Patris, Filii, Spiritus Sancti.

Annotationes in Sacramenta.

De cognitione baptismi.

Via Eremiti Spiritualis.

Illustrium aliquot Scriptorum catalogus. Epistolarum liber.

Missarum liber.

Hymnorum & epigrammatum liber.

Supplementum ad Chronicon Isidori.

Annus Christi 668.

Constantinus Imperator Syracusis in balneo occiditur; rebelles verò Metium quendam sive Mezentium Armenum Imperatorem creant; quo audito Constantinus Pogonatus Constantis filius in Siciliam venit, tyrannumque occidit, unâ cum iis qui adversus patrem conjuraverant; benè dispositis deinde rebus Occidentalis Imperii, regressus Constantinopolim, fratribusque Tiberio & Heraclio in Collegas adlectis, unâ cum eis imperavit.

Theodorus Tarsensis ex Ord. D. Bened. opere & sermone potens, Romæ in Episcopum Dorovernensem consecratus, unâ cum Hadriano Abbate Afro in Angliam mittitur.

Moritur Clotharius major natus Francorum Rex: successerunt in Regnum fratres Theodoricus & Childericus; sed illo redacto in ordinem Childericus illud tenuit annos tres.

Ferchardus II. Scotiæ Rex, cum inter venandum à lupo vulneratus, in febrim incidisset, nec à solita intemperantia abstinere, morbo tandem pediculari corpus exedente, exclamasse fertur, meritò sibi hæc evenire, qui benè monentem Colmannum non audisset; ac tum demum agnito errore, Colmanno consolante, ac spem veniæ ostendente (si modò resipisceret) in publicum se, vili veste indutum, in lectica proferri jussit, ac palam sua scelera fassus, obiit: huic Malduinus è Donaldò genitus, est in regno successus.

Cum Hector Massiliensis Comes Arvernorum Ecclesiæ sacrilegam vim intulisset, & admonitus non resipisceret, sed scelus sceleri addendo graviora indies sacratis Deo locis ac ministris dedecora atque dispendia irrogaret, S. Præfectus Arvernorum Antistes rem ad Regem Chilpericum, cui admodum acceptus erat, detulit, inquisitione factâ, reus impietatis pessimus ille tyrannus, ac dignus ex-

tremâ animadversione, solenni judicio peractus est; is igitur re per amicos aulicos perceptâ, sanctissimo Episcopo è regio Comitatu redeunti insidias struit, interceptumque in viâ termino, cum Amarino Abbate Benedictino Claroangiensi, & Elidio Monacho, per satellites pugionibus ac gladiis in vico Volci interemit. Sauffaius.

Moritur S. Gumineus Abbas Ordinis Sancti Benedicti in Hibernia, qui ex primaria ortus nobilitate, eruditionis insuper laude fuit celebris.

Diem supremum cum sanctitatis fama obit Sigfridus, Abbas Monasterii Wiresis in Anglia Ordinis S. Benedicti; item S. Magnobodus ex Abbate Colonetensi Episcopus Andegavensis, qui precibus suis captivorum compedes & carcerum feras prodigiosè dirupit; ad ripam fluminis delatus, navem ex adverso littore, absque remige, ultrò obviam pro voto ad obsequium habuit, quam cum suis ingressus, simili miraculo, eò quòd voluit, delatus est.

Claret S. Genesius ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Lugdunensis, verè pater pauperum, insigni miraculorum gloriâ à Numine honoratus.

Annus Christi 669.

Moritur Vitalianus Papa, cum sedisset annos tredecim, menses quinque, minus diebus quatuor, cujus probitas ita refulsit, ut inter sanctos Pontifices adscriptus fuerit Ecclesiasticis tabulis; subrogatus est ei die nonâ mensis Aprilis, Adeodatus Monachus Benedictinus, patriâ Romanus, patre Joviniano, gratissimus omnibus, & in omnes munificentissimus.

Theodorus Episcopus Cantuariam Romæ perveniens, mox Insulam totam perlustrans, quaquaversum Anglorum gentes commorabantur, rectum vivendi ordinem, canonicum celebrandi Paschatis ritum, comitante & cooperante in omnibus Hadriano Abbate instituit; Ceaddam Eboraco in Sedem Liccidfeldensem transtulit, restituit in Sedem Eboracensem Wilfrido.

Rex Occidentium Saxonum Cenvalchius, cum multa damna gravissimasque clades pertulisset, idque vitio suo, propterea quòd Provincia Episcopi destituta esset præsidio, imputaret; Agilbertum Gallum, quondam ejus gentis Antistitem, sed in patriam à se remissum, revocare constituit, misitque Legatos, qui suo nomine deprecarentur injuriam, & eum ad sedem suam denuò recipendam invitarent: sed Agilbertus, qui jam Parisiorum Ecclesiam regendam susceperat, Regis precibus non acquievit, causatus se propriæ Civitatis ac Parochiæ Episcopatu adstrictum retineri; ne tamen piis votis omninò deesse videretur, Leutherium nepotem, fratris an sororis filium ad Regem misit, ordinandum si Princeps vellet, Episcopum, quo munere eum dignum judicabat; acceptus honorificè à Rege populoque Leutherius, paulò post à Theodoro Cantuariensi Episcopo ordinatus est.

Ad hæc tempora revocari possunt obitus S. Judoci ac SS. Serenici & Serenedi Confessorum.

Saraceni in Siciliam appulsi, Syracusas inprimis devastant, caesis aut spoliatas incolis, magnam inde praedam Alexandriam referunt; eandem etiam cladem Messanae civitati intulisse dicuntur, ac suburbanum S. Placidi Monasterium penitus devastasse, Monachis plerisque Martyrio affectis.

Annus Christi 670.

Moritur Osuvius Northumbriae Rex; item Aripertus Franciae Orientalis Dux, & Clotharius tertius hujus nominis Galliae Rex.

S. Maxellendis Virgo Deo dicata, quod Arduino cuidam nubere recusasset, ab eodem occisa Martyrium consecuta est.

Regnare incipit Egfridus Northumbriae Rex.

Claret S. Fechinus Abbas Ord. D. Benedicti; ipsa hora in qua natus est, villa exarsisse visa est innoxio tamen igne, & quo splendor infantis & electio praesignati sunt. Monachus factus, ab Abbate missus pro quaerenda aqua, fontem ex arente solo mirè elicit; fuit mirà innocentia & simplicitate praeditus; & taurum aliquando pro vacca mulsurus, questus Numini, quod lac ille mulieribus, nec sibi daret, mox mirè meruit, ut lacteurgeret & largè redderet. Abbas factus 300. Monachos in omni virtute eximie instituit; hospitem curam cordi plurimum habuit, & cum deessent necessaria, iisdem caelitus impetravit; instrumenta fratrum mari merfa, prodigiose è fundo retraxit. Reginam Laginiae defunctam, itemque alium mortuum ad vitam revocavit. Solem quandoque Josuae instar consistere grandi miraculo impetravit, cum non speraret ante occasum ejus, cum fratribus ad Cœnobium reverti.

Ordinem Benedictinum sanctitatis splendore illustrat S. Benedictus Abbas in Anglia.

Moritur S. Bathildis ex Franciae Regina, Monialis Ord. S. Benedicti, caelorum Reginae devotissima, cum paulò ante mortem ante hujus Tutelarum suae aram devotissimas funderet preces, visa ipsi ex eodem loco, sublimi vertice scala in caelum usque se se exporrigere, ex eaque SS. Angeli sibi occurrere, qui se summo plausu ad sublimia illa felicissimae aeternitatis praemia deducerent; occurrit morituræ S. Genesius Lugdunensium quondam Archiepiscopus, Angelorum agminibus stipatus, cubiculo admirandae lucis radiis prodigiose illustrato, Belforeft. Jeyes.

Claret vitæ sanctitate S. Adamannus Presbyter Benedictinus Coldinghami in Scotia, miraculis illustris.

Circa hunc annum obiit S. Mauricilius Archiepiscopus Mediolanensis, cujus Sedem excipit S. Ampelius.

Ordinem Benedictinum illustrat sanctitatis famâ B. Osuvius, ex Principe domus Regiae in Anglia Monachus, tanti effectus meriti, ut inter alia mira, suavissimos Angelorum concentus audire meruerit. Hug. Menard.

Claret in Anglia sanctitatis famâ Higbalus celeberrimi Beardenensis Cœnobii Abbas Ord. S. Benedicti.

Ejusdem instituti Monachi Cœnobii Desertinensis ad fontes Rheni ab Hungaris caeduntur,

ulciscente quamprimùm eadem amicorum suorum Numine, cum iidem Barbari à collecto Rhætorum exercitu, eodem ab ipso casi loco poenas darent.

Claret S. Nivardus ex Monacho Luxoviensi Ord. D. Benedicti Episcopus Rhemenfis, miraculis gloriosus.

Insignis est hoc anno conditio Monasterii Brogariensis in pago Stampensi ad fluviolum Urbiam, per illustrem foeminam Deo devotam, nomine Crothildem, quæ neptem suam Mummo-lam ibidem Abbatissam instituit.

Ad hunc annum revocatur etiam mors Adelphi, Abbatis Habendensis.

Efferata gens Hunnorum quos Grimoaldus Rex Longobardorum adversus Lupum Ducem Foro-Juliensem auxilio evocaverat, Foro-Julio ab eodem pulsa, hinc inde errabunda, in Rhætias invasit, atque in totam circumquaque regionem, atque adeò in Desertinense Monasterium ejusque Monachos dirè grassata est, nam quotquot in Monasterio reliqui erant, gladio peremerunt, & ablatis rebus omnibus locum in desertum redegerunt.

Annus Christi 671.

Childericus Francorum Rex anno regni sui secundo, cum Nobilium suorum animos in se concitasset ob nimiam in eos saevitiam exhibitam, ab uno illorum nomine Babilone, quem servili supplicio ad stipitem tentum verberare fecisset, occisus est, & in locum ejus successit germanus ipsius Theodoricus; quo audito Ebroinus qui illi antea studisset, & ejus causâ in Monasterium detrusus esset, ex Monacho refectus miles, adversus eos, quos passus est adversarios gladium strinxit, Nobilesque complures obruncavit, restitutus à Rege summo Magistratui Majoris domus Regiae.

Trepidatum toto orbe ob varia portenta. Saraceni Lyciam atque Ciliciam invadunt.

Moritur S. Ithamarus Ord. D. Bened. Roffensis in Anglia Episcopus, Apostolico zelo, & miraculis post mortem gloriosus.

Ailredus fratri Wulfero in Regno Merciorum succedit.

Annus Christi 672.

Theodorus Episcopus Dorovernensis sive Cantuariensis in Anglia, Synodum cogit Episcoporum: lues magna dictum regnum depascitur.

Sebbi Orientalium Saxonum Rex, post innocentissimam triginta annorum regni administrationem, morbo correptus, ex consensu uxoris Religiosum instituti Benedictini habitum suscipit, & mox moritur.

Saraceni ingenti numero trajicientes in Thraciam, & Constantinopoli appropinquantes, assiduis eam praeliis à mense Aprili usque ad Septembrem expugnare tentarunt; transactaque Cyzici hyeme, sequenti anno id ipsum conati sunt; idemque per quatuor annos continuos iterarunt: sed divinâ, Dei que Genitricis ope, magnâ acceptâ clade confusi recesserunt.

Diem vitæ extremum claudit Receswinthus Hispaniarum Rex Calendis Septembris, desiderium sui relinquens, utpotè Regis optimi, Eccle-

Ecclesiaeque valde proficui; cui succedit Bambab, ex regio Gothorum sanguine ortus, praedecessori haud pietate impar, qui cum in Regem ungeretur, è vertice, ubi oleum sanctum perfusum fuerat, evaporatio quaedam fumo similis in modum columnæ sese erexit; & ex ipso capite apis visa est profilire & ad caelos evolare, quæ signa fuere securitæ sub ipsius regimine felicitatis.

S. Andoenus Rothomagensis in Gallia Episcopus, senio licet confectus, ad limina Apostolorum peregrinatus est magno stipatus comitatu, ingentia ab iis, qui cum eo pergere non poterunt, ferens secum munera Ecclesiae urbis, pauperibusque distribuenda; & cum aliquando ad S. Petri confessionem hunc versum inceperat, Exultabunt Sancti in Gloria, divinitus responsum est, Lavabuntur in cubilibus suis.

Sorbii, Vandalicae gentis populi in Thuringiam denuò irruptionem faciunt.

Kenvalchius Rex Anglo-Saxonum moritur, quo mortuo susceperunt Sub Reguli regnum, & divisum inter se tenuerunt annis circiter decem.

Etheldrida Angliae Regina, deposito Sceptro, habitum Benedictinum induit.

Moritur S. Ceadda ex Monacho Benedictino Episcopus Merciorum & Lindisfarnorum in Angliâ, fuit continentiae, humilitatis, orationis, voluntariae paupertatis, aliarumque virtutum laude cumulatifsimus. Septimo ante obitum die caelestium geniorum multitudo gratulabunda, festivissimo concentu caelo effusa, ad cellam usque, audiente stupendam Musicam Ovino Monacho, descendit, & Sanctum Pontificem lætissimo mortis nuncio recreavit, cumque ipso per dimidium ferè horæ spatium commorata, eodem audiente, repetitis canticis caelum repetiit. Ex histor. Eccles. Anglic.

S. Benedictus Biscepius Ord. D. Benedicti Wirense in Angliâ Monasterium condit, ad ostium Wiri fluminis, & Girvvense propè Tinam fluvium.

Floret S. Hildevertus Episcopus Meldensis in Gallia, ex Ordine praefato.

Decedit S. Ampelius Episcopus Mediolanensis; cui sufficitur S. Manfuetus.

Diem item extremum obit S. Frodobertus Tricassinæ Cellæ Abbas.

Annus Christi 673.

Grimoaldus Longobardorum Rex diem obiit, postquam regnasset annos novem, cui succedens filius ejus novennis Garibaldus, à Bertarido Ariperti Regis filio, cui debebatur regnum, è Gallia reduce, solio exturbatur; dictus Bertharidus Ticini, in loco, unde olim fugerat, Monasterium construit Virginum in honorem S. Virginis & Martyris Agathæ. Regina verò uxor ejus Rodelinda extra muros ejusdem civitatis, in loco ad Perticas dicto magnificam erexit Ecclesiam S. DEI Genitricis.

Aldericus Galliae Narbonensis Praefectus, & Paulus Dux contra Bambam Hispaniae Regem seditionem movent.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Circa hunc annum è terris ad caelos migrat S. Aldegundis Virgo Monialis Ordinis S. Benedicti, ex regali genere orta; Angelicorum Spirituum alloquio frequentius recreata, ita ut graviore eam subjacere tristitiae non paterentur, quin Angelicae mentis Virgini adessent, & quacunquè turbare eam possent expungerent; etiam Petrus Apostolorum Princeps eam inviserè dignatus est, imò ipsum Christum intueri meruit, templum subitæ clausæ aliquando fores prodigiosè patuere. Sancti Amandi Trajectensis Episcopi mortem in Spiritu intuita, monita est, ad eandem gloriae caelestis coronam se prepararet; sub mortem denique caelesti luminis splendore honorata, obdormiit. Bucher. Molan. Hugo Menardus.

S. Ethelreda Regina Monasterium Eliense cepit aedificare.

In Insulâ Britannia celebratur Synodus Heorutfordensis, praesidente Theodoro Cantuariensi Pontifice.

Natus est Venerabilis Beda.

Annus Christi 674.

Bamba Hispaniae Rex adversus Ildericum & Paulum rebelles, Vasconum Francorumque roboratos auxilio, cum exercitu progrediens (quem in ipso procinctu ita lustravit, ut adulteros puniret) divino adjutus auxilio, illos sex mensium spatio feliciter debellavit; ac Paulus in triumphum deductus, Toletum ingressus est (una cum fociis perduellibus, iisdem poenis affectis) catenis vinctus, capite decalvato, rasâ barbâ, quod erat apud Gothos perinfame supplicium, nudatis pedibus, indutus sordidis vestibus, camelo impositus, coronâ ex corio factâ redimitus; post hujusmodi ludibria, iidem omnes pariter sancitum legibus in tyrannos supplicium novissimum subiere.

B. Savolus ex Ord. D. Benedicti fit Episcopus Salisburgensis.

Circa hæc tempora S. Praejectus Arverno-rum Antistes interficitur, cum eo etiam interiret Amarinus Abbas, hunc cum irruentes in Praejecti domum sicarii primùm offendissent, pro Praejecto trucidarunt, frustra conantem eorum furorem verbis mitigare, revertentibus sicariis, qui Praejectum interisse credebant, Sanctus Antistes occurrisse traditur, dicens, se esse, quem quaerent, quo audito Radbertus pugionem in ejus pectus immergit, statimque gladio caput ejus percussit, ita ut cerebrum in terram sit reperlum.

Ebroinus ex Monacho apostata, tyrannidem suam tam in saeculares, quam Episcopos, Abbates aliosque Clericos exercet. S. Leodegarius oculis privatur; S. Landebertus Episcopatū deiecitur, intruso in ejus locum Faramundus.

Annus Christi 675.

Moritur Wulferus, Merciorum Rex, cui succedit Ethelredus Pendæ filius.

S. Erconvaldus ex Monacho Benedictino Londonensis Episcopus creatur.

Celebratur Concilium Toletanum undecimum, cui interfuere Episcopi septendecim, & per vicarios alii duo, nec non Abbates sex.

Similiter Concilium Bracarense tertium Episcoporum octo.

Bamba Hispaniæ Rex Saracenos ingenti comparatâ classe navium ducentarum septuaginta, Hispaniam invadentes vincit maritimo bello, quo & dicta hostilis classis incensa funditus deperit.

Obiit Emmo Archi-Episcopus Senonensis, cui succedit S. Amatus. Item S. Autbertus Episcopus Cameracensis.

Claret in Angliâ S. Milgitha Virgo Monialis Benedictina, regio orta genere.

Diem obit Egbertus Cantiae Rex. Sub hunc quoque annum decedit S. Florentius, Monachus Benedictinus miraculorum gloriâ illustris; in Hasle silvâ cellulam sibi figens effecit, ut feræ ex universâ eremo ad se concurrerent, nutibus servi DEI parituræ, quo factum, ut cum Dagoberti Regis venatores venationi intenderent, neque ullam uspiam feram reperirent, longâ demum indagazione ad comitia illa, ut sic loqui liceat, animalium, & ad Sancti Monachi cellulam penetrarent; obstupere miraculo, sed suspicione magiæ, an contemptu cuculli, ausi Sanctum Virum sacrilegè expoliare & vestem auferre; sed equis eorum divinâ virtute ligatis, cum progredi nullâ ratione possent, reversi & supplices omnia reddidere.

Ad Regis Dagoberti aulam vocatus, vix Regium limen tantus hospes attigit, cum celebri spectatissimoque miraculo filia dicti Regis, ex utero matris luminibus orba & muta, facultate loquendi videndique illic donata est. Franc. Guillimannus.

Annus Christi 676.

Moritur Adeodatus Papa, cum sedisset annos septem, menses duos, dies septendecim: cui in summo Pontificatu succedit Donus sive Domnus vel Dominus, patriâ Romanus ex patre Mauritio.

Saraceni ab hostibus in terrâ propriâ bello petiti, pacem coguntur redimere ab Imperatore.

Ethelredus seu Edilredus Merciorum Rex, incursionibus vexat Provinciam Cantiae.

Circâ hunc annum animam cælesti sponso reddit S. Mildvvida filia Mervaldi Regis Merciae in Angliâ, quæ spretis mundanis voluptatibus religiosum S. Benedicti institutum complexa, eximiâ vitæ sanctitate, caritate erga DEUM, piæque conversationis exemplo enituit.

Apud Estejam Cantiae in Angliâ, S. Ermenburgis Regina & Abbatissa claret, Mervaldi præfati olim conjux.

Wamba Rex Visigothorum Toletanam civitatem muris ambit.

S. Vindicianus Episcopus Cameracensis creatur. S. Theodardus Episcopus Trajectensis apud Nemetes interemptus, Martyrii lauream obtinet.

Mortuo Eskuino Rege Saxonum Occidentalium in Angliâ, succedit Kentvinus filius Cinegilfi.

Floret S. Modesta Abbatissa Ord. D. Bened.

Treveris, obsequio, Cælitum Imperatricis plurimum addicta.

Ebroinus Tyrannus denuò persequitur S. Leodegarium, & ut eum ad desperationem impelleret, laceratis plantis, abscisâ linguâ labiisque mutilatis in carcerem mittit, qui autem sine linguâ disertè loquitur.

S. Heddius seu Hedda Monachus Benedictinus, creatur Episcopus Dorcestrensis in Anglia.

Annus Christi 677.

Floret S. Andragasina Sanctimonialis Benedictina, hæc illustri admodum nata genere, cum à nobilissimo juvene ad thorum expetere, solius Regis Regum amore flagrans, ad preces & vota confugit, & ut eximia sua pulchritudo in deformitatem verteretur, à Numine impetravit; mirum dictu! leprosa illic apparuit, & ulceribus scædissime scaturit; quamobrem à Sponso dimissa, à S. Audoenno DEO consecrari expetiit, sacroque amicta velo, vultus illic, ac totius corporis elegantiam, ac formositatem recepit.

Aprutium illustrat S. Pamphilus Episcopus Sulmonensis & Corfiniensis plurimis in vitâ & post mortem miraculis gloriosus; quæ inter socios in itinere nimia siti vexatos lacte cervæ ad se de monte vocatæ mirè refecit; mortuus, splendidissimâ nube investus, magno beatorum spirituum comitatu cælum conscendere palam ab omnibus visus est. Henschen. in Act. SS. ab diem 28. April.

In Galliâ Ebroinus furere pergit, nec amicis parcens, nedum inimicis, ad hos evertendos & vexandos usus est inprimis Waimere Campaniæ Duce & Adalrico itidem Duce.

Annus Christi 678.

Donus Papa, cum sedisset annum unum, menses quinque ex hac vitâ migrat; cui successit Agatho, natione Siculus, Monachus Benedictinus. Apparet Cometa per menses tres, quem paulò post ingens siccitas subsecuta est, quæ perduravit triennio, ita ut nunquam imbribus terra maduerit; post siccitatem verò secuta est maxima pestis. Beda lib. 4. c. 12.

Ecclesiæ unionem urget Imperator.

Bulgari in Romani Imperii Provincias irrumpunt.

Diem obit Mahuvias Princeps Saracenorum, relinquens Regni successorem Gizid filium suum.

Dragebodo Abbas Weissenburgensis Ord. S. Bened. Spirensis Episcopus eligitur.

Callinicus Architectus ab Heliopoli Syriæ ad Romanos profugus, ignem in aquis ardentem invenit, quo usi Romani Saracenorum naves exusserunt. Zonar. tom. 3.

In Comitatu Essexiæ, Monasterio Berckingtoni in Angliâ insigni, sanctitatis famâ claret S. Theoritgida Virgo Monialis Ord. D. Bened.

Ossius sive Ozzius Tiffensis Comes, Ossianense Ord. D. Benedicti Cœnobium in Carinthiâ condit.

Moritur Principius Episcopus Spirensis. Lindis.

Lindisfarnorum seu Lindissi Provinciæ primus datur in Angliâ Episcopus Eadhedus.

S. Wilfridus Episcopus Eboracensis Benedictinus, injustè sede suâ pellitur, delatus in Frisiam, illam ad Christi fidem convertit.

S. Leodegarius post dira ab Ebroino illata tormenta, ejusdem jussu capite truncatus, palmâ Martyrii decoratur.

Annus Christi 679.

Chilpericus II. Galliæ Rex occiditur. Chlodoveus creditus Clotharii filius Rex ab Austrasiis assumitur; in Franciæ solio autem succedit Theodoricus I. Childerici frater.

S. Agatho Papa varia toto orbe Concilia celebrari curat: S. Wilfridus jussu ejusdem Papæ suæ sedi restituitur.

S. Theodorus Archi-Episcopus Cantuariensis pacem componit inter Egfridum Northumbrorum, & Edilredum Merciorum Reges, gravi bello mutuo configentes; quo tempore juvenis quidam in prælio captus, nunquam vinculis confringi potuit, quin continuo dissolverentur, quod Germanum haberet Presbyterum, qui eumdem defunctum existimans, sæpius missas pro ejus animâ celebrare consuevit, ut Beda refert. in dicto prælio occubuit Elfuinus frater Regis Egfridi.

Obiit S. Cyra Virgo & Abbatissa Ord. D. Benedicti in Hiberniâ, patre Dubreo è Conatili Regis sanguine oriunda, quæ precibus suis, ignem in Provinciâ Mumoniæ è terrâ prodeuntem, pessimumque secum fœtorem trahentem illic extinxit magno incolarum bono & solatio.

S. Ethelreda Merciorum Regina, postquam defuncto marito Benedictinæ Religionis habitum apud Elienses assumisset, prophetiæ dono clara obit; corpus ejus decimo sexto post obitum anno repertum est incorruptissimum.

S. Reolus Episcopus Remensis consecratur.

Floret S. Erembertus Episcopus Tolosæ ex Ord. D. Benedicti, Monachus Fontanellæ; oborto incendio, ignis flagrantissimus, solum illius baculum reveritus, refugiensque, eo quo fixus erat loco, terminum sibi positum agnoscens quasi, in seipsum retrocedens, prodigiosè confopitus, illic conquevit.

Decedit S. Deodatus ex Monacho Benedictino Episcopus Nivernensis, plurimum cœnobiorum fundator, miraculis in vitâ & post mortem gloriosus, & rariore quidem illo, quod sive siccitatis, sive imbrum, sive etiâ pestilentiæ plagis à DEO immisissis, efficacissimum remedium & prodigiosissimum esset sola ejusdem tunica, in processione, ut vocamus, publicè delata. Trithem.

S. Amandus Episcopus in Elnonensi ad Scarpum Monasterio decedit, quod postremis vitæ suæ annis ipse rex.

Annus Christi 680.

Claret S. Fintanus Abbas Ord. S. Benedicti in Britannia, vitæ sanctitate, & miraculis stupendis. Item S. Beregisus Abbas.

S. Agatho Romæ cogit Concilium Episcoporum 125, & de Generali VI. convocando agit. R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Post Lunæ Solisque Eclipsin, pestis ingens, per tres continuos menses valet Romam, & alias nonnullas Italiæ civitates.

Wamba Hispaniæ Rex, nunc Monachus Benedictinus, revocatus ad Regnum renuit, miraque effulget sanctitate, thronum ejus obrinet, Ervigius.

Sorbii, Vandalicæ gentis populus, rursus in Thuringiam irruptionem facit, quos Poppo à Ludovico Francorum Rege regionis istius Præfectus positus, generosâ manu expellit; moritur Aripertus Franciæ Orientalis Dux.

B. Ezzius ex Ordine D. Benedicti, fit Episcopus Salisburgensis.

Moritur S. Cedmonus Monachus Ord. S. Benedicti. Item Anshaldus Episcopus Argentoratensis.

Circâ hunc annum obiit S. Eusebia Abbatissa Hammaticensis, Marchionis in Gallo-Flantria, in cujus obitu, quem diu antè præcivit, ædes, in quibus decumberet, cælesti luce irradiatæ sunt; claruit quoque post mortem insigni miraculorum gloriâ.

Moritur circâ hunc annum S. Humbertus, ex Laudunensi Monacho Benedictino Episcopus virtutibus & miraculis gloriosus. Romam aliquando dum pergeret, & ursus ferocissimus, equum ejus, qui sarcinas ferebat, lacerasset, urso deinceps sarcinas imposuit & ferro coegit; qui etiam ad mensam Sancto Pontifici assistens, è manu ejus, quas porrigebat, panis reliquias modestè accepit; ad eum cum S. Aldegundis inviseret, siti pondè exhaustæ, arenoso & siccissimo solo fontem elicit.

Herefordensis & Wigorniensis in Angliâ Episcopalis sedes erigitur.

Ordinem Benedictinum illustrat S. Milburgis Virgo, quæ Mervaldum Merciorum Orientalium Regem patrem habuit, avum autem Pendam; regii splendoris contemptu eminentissima Monialis; cujus sacrum corpus post multos à morte annos, repertum est incorruptum, & cælesti odore fragrantissimum. Ex Menolog. Bucel.

Circâ hunc annum diem obit S. Agericus Abbas Turonensis S. Martini in Galliâ, Ord. D. Benedicti; item S. Ultanus Philtani Hiberniæ Regis filius, ejusdem instituti Monachus, nec non S. Hildevertas Episcopus Meldensis in Galliâ Benedictinus similiter Monachus, qui quendam sine baptismo mortuum ad vitam revocavit, revulsit non minus miraculorum gloriâ etiam post mortem.

E terris ad cælos migrat S. Anastasius Episcopus Papiensis in Italiâ.

Floret sanctitatis & doctrinæ laude S. Leutfridus Ordinis Benedictini Abbas, claruit insuper insigni miraculorum gloriâ, illatas ei injurias DEUS illic gravissimè in eas inferentibus puniit; terribile Monasterii incendium Vir Sanctus mirâ virtute compefcuit & extinxit; in ædibus quibusdam nimia & molestissima muscarum copiâ vexatus, ministri, flabello eas abigere satagentis, laborem miseratus, muscas prodigiosè illic avertit & exesse jussit, quæ virum DEI reveritæ omnes omnino quamprimum excesserunt, ita quidem, ut nulla ulterius musca in domo illâ appareret. Trithem. Chron. Lirin.

Claret in Angliâ sanctitatis & miraculorum famâ S. Mildrada Abbatisa Monasterii Tantenensis Ord. D. Benedicti, fuit Mervaldi Occidentalium Merciorum Regis filia. Floret S. Chilenus Atrebatensium ex Ord. D. Bened. Apostolus meritis in vitâ & post mortem miraculis gloriosus; quæ intèr dùm viveret, vas nobile vitreum fractum integerrimum restituit, & Eulphi Comitum domum, ob potum sibi negatum, omnium rerum penuriâ à DEO flagellatam, pœnitente Comite, ubertate & affluentiam mirâ donari, precibus à DEO impetravit.

Moritur S. Hilda Abbatisa Benedictina, neptis Eduini Regis, quam longè positâ, binæ Hacanensis ab ipsâ conditi cœnobii Moniales, inter admirandæ lucis splendorem & Angelorum obsequia in cœlum evolantem intueri meruerunt. Ex Ven. Beda histor. Eccles. Angl.

In Galliâ sub idem tempus mortalem vitam cum immortalis commutat S. Rodingus Abbas Bellilocensis Ord. D. Bened.

Annus Christi 681.

Celebratur sexta Synodus Oeconomica, in qua Macarius Antiochenus Episcopus, Monothelitarum Sectæ pertinaciter inhærens, à Sede deponitur cum discipulo Stephano Abbate; quo tempore accidisse, Anastasius ait, ut quamplurimæ araneorum telæ nigerrimæ in medio populi ceciderint, in signum sordium hæreseos expulsum. Pari anathematis & depositionis sententiâ feriuntur Polychronius Presbyter & Monachus Monothelita, & Constantinus Sacerdos Apameensis, eidem Sectæ faventes; quorum prior planè insanus, asseruerat se divinitus admonitum de constituendâ unicâ voluntate in Christo, eoque nomine pollicitus est se mortuum suscitaturum, apponendo supra ejus corpus chartulam fidei suæ confessionem continentem: cum ejusmodi miraculi pollicitatione magnam populi multitudinem post se traxisset, coacta est Synodus, ne fidei Sacramentum levissimi hominis petulantiam in discrimen adduceretur, eam indignam licet conditionem subire. Itaque concessit periculum publicè fieri, presentibus etiam ipsis Patribus, nec non Imperatore atque universo populo; sed cum per plures horas mortuo insurrasset, nec suscitare valisset, adversus eum tanquam novum Simonem, inelamatum est anathema à populo.

Celebratur hoc eodem anno Synodus Toletana, ordine duodecima.

Gravi fame ac peste laborat Anglia.

S. Wilfridus Saxones Australes convertit ad Christi fidem, ac Angliæ regnum precibus suis à dicto utroque malo liberat.

S. Lambertus Episcopus Trajectensis Sede suâ pellitur, & intruditur Pharamundus.

Moritur S. Justus Episcopus Argentoratensis, vir doctus, scripsit in Cantica Canticorum. Item S. Manuetus Episcopus Mediolanensis, cui succedit S. Benedictus.

Claudius Episcopus Vefontionensis secessit in Monasterium Condatescense, ibique depositus Episcopalis Infulis Monachum induit.

Instauratur à Thoma Abbate Farfense Monasterium in Sabinis Ord. S. Benedicti, quod à Longobardis eversum, ad id usque tempus ruinis conscriptum jacuerat.

Annus Christi 682.

Moritur S. Agatho Papa: item Georgius Patriarcha Constantinopolitanus, inque locum ejus restituitur Theodorus Syncellus.

S. Benedictus Biscopius Abbas, Girvicense Monasterium Ord. S. Benedicti in Angliâ extruit.

Circâ hunc annum moritur S. Molacus Abbas in Britannia Ord. S. Benedicti, Illustribus natus parentibus, quibus divinitus promissus est, Eo nato cum aqua deesset, quâ baptizaretur, calitè reperta est. Cataldi Regis Momonia conjugem puerperio mortuam ad vitam revocavit. Idem peste extinctos septem idololatrias miseratus, fufis precibus vitæ restituit, & in fide instruit. Ex Menolog. Bucellin.

Annus Christi 683.

Leo secundus, natione Siculus, Pauli filius, vir pietate & eruditione præstantissimus, in locum defuncti Agathonis Pontifex summus creatur, professione Monachus Benedictinus.

Habetur Synodus Toletana, decima tertia, convenientibus ex omnibus Hispaniæ Provinciis Episcopis quadraginta octo, Vicariis verò absentium viginti septem, Abbatibus aut aliis in dignitate Ecclesiasticâ constitutis octo, Comitibus ac Proceribus viginti sex unâ cum ipso Rege Ervigio.

Moritur S. Waningus Confessor, fundator Monasterii Fiscani.

Joannes Toparcha Hasnoniensis, Eulaliæ sororis piissimæ opibus adjutus, fundat Hasnoniense Benedictinorum cœnobium.

Harduinus quidam apud Cameracenses nobili ortus genere S. Maxellendem Virginem etiam generosis piisque prognatam parentibus perditè cum deperiret, & in conjugium frustrâ ambiret (ea enim JESU Christo corpus animamque dicaverat, parata potiùs mortem optere, quàm fidem tanto sponso datam violare) furore præceps puellam propriâ manu interfecit. Verùm simul atque cruorem ex casto corpore emanare vidit, oculis captus est.

Wischerhada arx regia in fine Novæ-Pragæ extruitur, tredecim postea templis ornata; ac primariæ Ecclesiæ Præpositus à Jurisdictione Episcoporum exemptus fuit.

Moritur S. Audoenus ex Monacho Benedictino Episcopus Rothomagensis, Apostolicis meritis & præstantissimis post mortem miraculis clarus. Ei succedit in Sede Episcopali S. Anbertus ejusdem instituti professor.

Annus Christi 684.

Transit ad superos Sanctus Leo Papa, ubi sedisset menses decem & dies quatuordecim cui succedit Benedictus II. & ipse ab infantia vitæ Monasticæ sub regulâ S. Benedicti consecratus, patriâ Romanus, filius Joannis, pietate, doctrina,

doctrinâ, virtutibusque clarissimus, cui Constantinus Imperator concessit, ut qui deinceps eligeretur in Romanum Pontificem, mox nullâ Imperatoris expectatâ confirmatione ordinaretur.

Celebratur Synodus Toletana decima quarta, cui interfuerunt Episcopi septemdecim, atque alii per vicarios decem, sexque Abbates.

Moritur Theodorus Episcopus Constantinopolitanus, cui subrogatur Paulus.

Egfridus Northumbrorum in Angliâ Rex, misso in Hiberniam exercitu vastavit miserè gentem innoxiam, ita ut nec Ecclesiis parceret aut Monasteriis. Sed mox vindice DEO pœnas sui reatus luit, dùm anno sequenti ipsemet exercitum ad vastandos pariter sinè causâ Pictos ducens, ab iis cum maximâ parte militum trucidatus est.

Sub hunc annum decessit in Scotiâ S. Connanus Episcopus Manniæ ex Ord. D. Benedicti, fuit cultor Deiparæ maximus, cujus intuitu castitatem mentis & corporis solertissimi custodivit.

Fatis item concedit S. Amandus Episcopus Trajectensis ex Ordine ejusdem S. Benedicti vir sanè Apostolicus, fuit Sereni Aquitanæ Ducis filius; qui decimo sexto ab obitu anno adeò incorruptus inventus est, ut unguis etiam & barba crescerent, dentibusque duobus ex ore ejus religionis ergò evulsis, sanguis recens efflueret. Ex Chapeavillo, Bucherio.

Abimelech fit Arabum Dux.

Moritur S. Philibertus Abbas Ord. S. Benedicti, vir abstinentiæ summè deditus, dæmonem de nocte se terrere volentem solo crucis signo fugavit. Claruit insuper spiritu prophetico ac miraculis: panis penuriâ laborantibus copiam impetravit, aliasque vinum benedicens, prodigiôsè auxit. Jopes.

Decedit S. Ebba Abbatisa & Virgo Ord. Bened. in Anglia; fuit Osvaldi & Osvyv Regum soror, Ethelfridi Regis filia.

Ad immortalem quoque sponsum transfertur S. Aldegundis Virgo & Abbatisa Malbodiensis.

Annus Christi 685.

Constantinus Imperator diem obit, ubi regnasset annos septemdecim, relicto Justiniano filio Imperii hærede, qui misso cum exercitu Leontio, Romano Imperio acquirit Armeniam, Iberiam, Albaniam, Hircaniam atque Mediam, cum Saraceni seipfos mutuo peterent. Inventos autem in Armeniâ Manichæos Imperator igne comburi jussit.

Benedictus Papa ubi sedisset menses octo & dies septemdecim diem obit septimâ Maji: cum autem sedes vacasset menses duos & dies quindecim, subrogatus est in locum ejus 22. Julii Joannes V. natione Syrus ex Provinciâ Antiocheni, Cyriaci filius, vir optimis moribus ac literis præditus.

Ebroinus major Domus Regiæ in Franciâ, contra Episcopos, quos tempore Chulderici Regis sibi contrarios fuisse suspicabatur, sævit; itaque multos eorum Episcopatu privat, alios exilio mulctat, quosdam etiam pœnis subjicit.

Vesuvius fluvium igneum liquefacti ac bituminis emittit, qui cursum in mare sumens, Portum Neapolitanum exsiccat.

Egfridus Northumbriæ Rex à Pictis in bello occiditur. Succedit in Regno Alfridus frater, S. Cathbertus consecratur in Episcopum.

Obiit B. Joannes Abbas Monasterii Blandiniensis Ord. D. Benedicti, qui zelo Apostolico & labore apud Gandaveses defudavit.

Moritur Kentvinus Saxonum Occidentalium in Angliâ Rex.

S. Berecharius sive Bercharius Ord. D. Bened. Altivillariensis cœnobii Abbas, cum egregiâ vitæ sanctitate suis præluxisset, à Dagovino Monacho, quem pro meritis objurgaverat, de nocte in lectulo suo crudelissimè confoditur: Ferrum, quod parricida mergere conatus est, super aquas natavit, & impius in amentiam actus, cruentis adhuc manibus signum ipse pulsavit, quo territi fratres, cum ad Abbatem convolarent seminecemque offenderent, rati quod res erat, Dagovinum comprehensum Sancto obtulerunt, & quid de illo fieri vellet, rogârunt. Erupit in summa hæc, & digna Martyre Christi verba moriturus: DEUM tibi, frater, placatum reddes; nam me quod attinet, omni te liberum impietate, dimitto. Scaturivit multò post à Viri Sancti tumulo pretiosissimum oleum cunctis quocunque morbi genere laborantibus prodigiôsè salutare. Ex Menol. Bucell.

Condedus Monachus haud longè à Fontanellæ Monasterio in Belcinnacâ Sequanæ Insulâ, cum per annos aliquot contemplativam vitam duxisset, ad claram DEI visionem raptus est XII. Kalendas Novembris, multis post mortem à DEO miraculis honoratus.

Berta nobilis femina, Blanziacense Virginum Benedictinarum cœnobium in pago Tervanensi condit.

Annus Christi 686.

Joannes Papa ubi sedisset annum unum & dies undecim, moritur. Successor eligitur Connon, consentientibus in eum omnium votis, cum antea schismate divisi essent, in electione Theodori & Petri Romanæ Ecclesiæ Presbyterorum.

S. Chilianus Monachus Benedictinus, Franciam ad Christum convertit.

Floret in Belgio apud Merbecam S. Berlendis Virgo Monialis Ord. S. Benedicti, ejus pater Odelardus Comes fuit. Hæc audire meruit voces Angelorum animam patris sui in cœlum deferentium; insuper meruit mutationem piscis in carnem, & aquæ in vinum.

Moritur S. Maximus Episcopus Argentoratensis. Item Tragbodus Episcopus Spirensis.

Fatis concedit S. Boso sive Bosa ex professo Monasterii Streateshal Ord. D. Benedicti, Archiepiscopus Eboracensis: præfuit sanctissimè gregi suo annis novem.

Obiit Adelvoldus ultimus Rex Suffexiæ in Angliâ. Item S. Segineus Episcopus Armanus.

Alfridus patri Osvyvio defuncto in Northumbriæ Regno succedit.

Moritur S. Faro illustissimis & regis ortus natalibus, ex Monacho Benedictino Episcopus Meldensis, cujus merita DEUS gravissimis miraculis confirmavit; ex quibus dum die paschatis confirmationis Sacramentum pueris impertiretur, quendam à nativitate cæcum inungens mirè illuminavit. Illud penè inauditum, plures simul semelque, qui sædo naufragio meri perierant, mortuos resuscitasse, navi etiam ipsa è profundo pelagi magno miraculo mirè emergente, & ad optatum littus pertingente, Vincent. Belvac. Trithem.

Hoc quoque anno consignandus videtur obitus S. Landelini Abbatis Crispiniensis, & S. Waltetrudis Abbatissæ Castrilocensis.

Abdala I. Arabum Califus in ordine sextus, à Marvani æmuli sui exercitu ad Euphratem cæsus in Græciam profugus, ibidem Regni sui anno primo occiditur, Mannol. descript. Afric. l. 2. c. 8.

Annus Christi 687.

Circa hunc annum diem vitæ extremum claudit S. Bertilia virgo reclusa, sub Regulâ S. Benedicti, miraculis post mortem gloriosa.

Diem obit Conon Papa, cum sedisset menses undecim & dies viginti tres, quo tempore dirum conflatum est schisma inter Theodorum Archi-Presbyterum & Paschalem Archi-Diaconum, populo pro illis in duas factiones diviso; donec maxima pars Cleri cum Optimatibus ac Judicibus convenientes, uno consensu 26. mensis Decembris Pontificem crearent Sergium Presbyterum, natione Syrum, patriâ Antiochenum ex patre Tiberio, virum insignis probitatis & doctrinæ.

Diem vitæ extremum obit Cuthbertus Episcopus Lindisfarnensis, cujus Sanctitas uti in vitâ sic & in morte miraculis fuit illustrata, splendidissimum sanè ævo suo Ordinis Benedictini sidus.

Pipinus Herkallius apud Austrasiæ Regem, Major-Domus assumitur.

Poppo Ozii Tiffensis Comititis, viri Ethnici filius Romæ sacrum baptismum cum religione suscipit, factus postea Patriarcha Aquilejensis, utrumque postea parentem ad sacra Christiana traduxit.

Fatis concedit S. Siviardus Ord. S. Bened. Abbas Anisolenis in Galliâ, visus post mortem inter Apostolorum Principes Petrum & Paulum, miro candore & fulgore exsplendescere.

Moritur item S. Aichardus Abbas Gemmeticensis Ord. D. Bened. miraculis à pueritiâ celeberrimus.

Otvvinus quidam in Helvetiâ præfectus, conducto exercitu pagum Turgoviensem, cum Constantiensi territorio, & maximâ parte pagi Arbonensis devastat ac succendit, incolis quotquot inveniri poterant occisis, mulieribus cum parvulis in captivitate abductis ingressus S. Galli Oratorium Erchonaldus Præfecti dicti Vicarius, cum locum ubi omnia reposita erant, à quodam mendico rescisset, inde omnia aufert, mox tamulum S. Galli referari mandat, at ubi cœperunt fodere, mox tremore & horrore immani fossores correpti, fugam arripuerunt, & sese mutuo gladijs conciderunt, Erchonaldus ipse capite ad Ostii superliminare illiso corruit, & alienatâ mente, vix ad propria remeavit.

Annus Christi 688.

Celebratur Toleti Concilium decimum quintum, cui interfuerunt Episcopi 61. per Vicarios quinque, Abbates undecim.

Ceadvalla Rex Occidentalium Saxonum, Romæ à Sergio Papâ baptizatur.

Eodem hoc anno mortuo Theodorico Francorum Rege, successit ejus filius Clodoveus, hujus nominis tertius.

Malduinus Scotiæ Rex, ob suspicionem de pellice, ab uxore strangulatur, quæ quarto post necem die viva cremata est. Regnum suscipit Eugenius V. Dongardi Regis filius.

Ebroinus Tyrannus ab Hermenfrido interimitur; Pharamundus in Episcopalem cathedram Trajectensem intrusus deponitur, & revocatur legitimus Episcopus S. Lambertus.

Ad Superos abijt S. Lantpertus ex Abbate Fontanellæ Ord. D. Benedicti Archi-Episcopus Lugdunensis.

Item S. Rictrudis Vidua & Abbatissa Ord. D. Benedicti, hæc in Vasconiâ nobilissimo orta genere Adalbaldo regii generis viro copulata, ex eo Maurontum filium, Clotsendem, Eusebiam & Adalsendem filias suscepit, quatuor omnes inter Sanctos referri eximiâ vitæ perfectione meritis; mortuo marito Dagoberti Regis nuptias spernens, Marcianensi sese in cœnobio inclusit, ubi Sacris Virginibus Abbatissa præfecta, reliquos vitæ annos in assiduis orationibus, jejuniis ac vigiliis exegit, plurimis post mortem miraculis à DEO honorata.

S. Vulmarus Vileriensis Parthenonem sub regulâ S. Benedicti condit.

Vix hunc annum excessit Anstrudis Abbatissa Laudunensis; Ord. S. Bened. instante obitu, sorores omnes convocari jussit, cunctis indulgentiâ datâ, sibi ut pariter indulgerent, obnixè petit, biduo antequam è vitâ migraret, immensa claritas ejus cellam circumfulsit, & quasi stella radians in os ipsius subire visa est, anima etiam ejusdem instar columbæ ad superos evolavit.

Hoc eodem anno Ervigio, Visigothorum in Hispaniâ Regi, successit Egica seu Egicanes ejus gener, qui statim à regni sui exordio Toleti Concilium Episcoporum, ordine quintum decimum, celebrari curavit.

Annus Christi 689.

Cedvallâ Romam profecto & mortuo, B. Ina Rex ad Occidentalium in Angliâ Saxonum Principatum vocatur.

Ecclesiam sanguine suo exornant S. Chilianus Franconiæ Apostolus, Colonatus Presbyter & Totnanus Diaconus, quorum corpora impia Geila Gosberti Ducis concubina occultari jussit, & in loco, ubi sepulta erant, stabulum equorum fieri; tandem uno ex percussoribus, ipsâque Geilâ à dzemonibus correptis ac miserè extinctis, facinus detectum est; Chilianum Monachum & Abbatem fuisse scribit vitæ ejus interpolator; Hiljensem addit Trithemius.

Egfridus Northumbriæ Rex, dissuadentibus amicis, conjunctis Pictorum copiis, Scotiam ingressus, Gallovidiam populatur. Verùm cessantibus in pugna Pictis, ab Eugenio Scotiæ Rege superatus, amisso penè toto exercitu, ipse saucijs cum paucis evasit.

Ossa.

Ossaense in Carinthiâ Cœnobium ab Ozio Comite Tiffensi conditur.

Moritur S. Valentinus Episcopus Argentoratensis.

S. Virgilius Episcopus Antissiodorensis, jussu Waratonis, Majoris-Domus, in Cotiâ silvâ occiditur, cum sacrum ejus corpus ad propriam veheretur urbem, & per urbem Senonicam transiret, in quadam domo rei catenis vincti tenebantur, quorum vincula mox dirupta sunt; iique liberi evaserunt.

Moritur S. Vulmarus Abbas Ord. S. Bened. in Galliâ pago Boloniensi, vir admirandæ humilitatis, virginæ puritatis, cultorque Deiparæ præcipuus.

Eusebia Abbatissa Hamaticensis Ord. S. Bened. in Belgio ad immortalem vitam migrat.

Pipinus Præfecturam palatii in Neustriâ, ut prius in Austriâ adeptus, inflatus rebus secundis, animum etiam libidine contaminat, & Plectrude legitimâ conjugem neglectâ, Alpaidem superduxit. Plectrudis contra, adversâ fortunâ optimè utens, Coloniam secedit, & in palatio ejus urbis insigne Monasterium Virginum in honorem sanctissimæ DEI Genitricis extruit.

Annus Christi 690.

Sergius Papa Germaniam demeretur, eoque S. Wilibrordum, cum undecim aliis Monachis ex Ordine D. Benedicti ad gentium conversionem mittit.

Ad vitam immortalem abiit S. Benedictus Biscepius Abbas Ord. S. Bened. in Angliâ.

Moritur S. Theodorus Dorovernensis in Angliâ Archi-Episcopus, sanctitate clarus, doctrinâ eximius, postquam sedisset annos viginti duos, menses tres, dies viginti, mortuus est anno ætatis octogesimo octavo, cui successit Berctualdus vir doctissimus.

Eodem anno obiit S. Julianus Episcopus Toletanus, Ord. S. Bened. ubi sedisset annos decem mensem unum, dies septem; in cujus locum subrogatus est Sifbertus.

Pax cum Saracenis pacta, levi causâ, & magno totius Orientis damno ab Imperatore solvitur.

Egfridus Northumbriæ Rex in Pictos exercitum ducit: ab eis fugam simulantibus, in insidias tractus, cum suis omnibus concisus est; hanc tantam occasionem Picti arripientes, latissimos agrôs, superioribus bellis ademptos, recuperant, & Britones, qui ab Anglorum imperio suos vindicabant, unâ cum Scotis Northumbriam ingressi, magnâ eam clade affecerunt; successit Egfrido frater Alfridus.

Moritur S. Hadelinus Monachus Benedictinus & Eremita, discipulus S. Remacli Episcopi, cum itinere aliquandò fatigati uterque conquiscerent, vidit Remaclus, Hadelinum Angelico obumbramine, contra solis calores præmuniri; claruit is insigni miraculorum gloriâ, quæ inter mulierem mutæ signo crucis impresso linguæ usum restituit, eodem signo fores ædium mulieris cujusdam contractas, integras reddidit. Notgerus.

Fatis concedit circa hunc annum S. Decotolus Episcopus Capuanus. Item S. Hermelan-

us Abbas Ordinis Benedictini, is nobilissimis apud Noviomageneses parentibus natus, aulam Clotharii Regis Francorum secutus, ipsi à cyathis fuit, ab eodem præcipuè dilectus atque æstimatus; aulæ deinceps rege invito valedicens, Monachus in Fontanellæ cœnobio effectus est: resulit insigni miraculorum gloriâ, quæ inter vinum prodigosè auxit, & insigni beneficio infestum erucarum agmen oratione repressit; idem propheticò spiritu illustratus multa occulta rese-ravit, futura plurima prænuñciavit, obitusque sui diem præcognovit. Ex Menolog. Bucel.

Decedit S. Authbertus ex Monacho Benedictino Cameracensium & Atrebatensium Pontifex, fuit insigni animi puritate præditus, ut corporeis etiam oculis Angelos clarè intueretur, Aubert. Miræus.

S. Willebrordus Ord. S. Bened. cum Sociis duodecim in Frisiam transmittit, ut gentem illam, paganicæ superstitioni deditam ad Christi fidem adduceret.

Floret in Scotiâ doctrinæ & pietatis laude Adamannus, ab alijs Cedele & Adomnas dictus, Abbas præfati Ordinis. Scripsit vitam S. Columbani, tractatum de vero tempore celebrandi paschatis, edidit etiam descriptionem locorum terræ sanctæ.

Annus Christi 691.

Calendis Novembris celebratur in Hispaniâ Concilium Cæsaraugustanum, ordine tertium.

Moritur Bertharidus Rex Longobardorum laudatissimus, pietate, justitiâ ac misericordiâ præstans, cum regnasset solus annos septem, decem autem cum filio Cuniperto; hic verò jam solus regnans adversarium patitur Alachim Ducem Tridentinum subditum suum, qui contra Bertharidum jam insurrexisset, hominem sævum, ac præcipuè Episcopis & ministris Ecclesiæ perinsum; adversus quem accingens se gladio Zeno Diaconus Ecclesiæ Ticinensis, licet contra Tyrannum ac Religionis perduellem, DEO tamèn permittente idem pugnans miserè interfectus est; ipse verò Alachis in prælio adversus Cunipertum occubuit.

Diem obit Paulus Constantinopolitanus Episcopus, cum sedisset annis septem; in locum ejus successit Callinicus.

Sub hunc annum Theodoricus Francorum Rex, regni sui anno septimodecimo, morbo confectus decedit, sepultus est in basilicâ Monasterii S. Vedasti Atrebatas.

Annus Christi 692.

Celebratur Pseudo-Concilium Constantinopolitanum, quod approbare recusans Sergius Papa, per Zachariam Constantinii Imperatoris Protospatarium capi jubetur & Constantinopolim perducere, sed ab Italicâ militia à periculo liberatur.

Constantinus Imperator Sclavinis ad Saracenos deficientibus vincitur.

Moritur Clodoveus tertius Francorum Rex, succedit in ejus locum Childebertus frater.

Diem

Diem quoque obit Eugenius V. Scotiæ Rex, succedit Eugenius VI. Ferchardi filius.

Ad cælos abit S. Solar Episcopus Argentoratensis.

S. Bertwaldus Abbas Monasterii Raciulfi in Angliâ, Episcopus creatur Cantuariensis, mortuo Theodoro.

Hoc circiter tempore Leutfredus S. Crucis Monasterium Ord. S. Bened. condere cœpit in pago Madriciacensi ad Auturam fluvium, in Episcopatu Ebroicensi.

Floret Agriculus Avenionensis Antistes, Monachus Lerinensis.

Citruinus Abbas Monasterii Castrensis in Septimanâ ad sedem Albigensem promovetur.

Annus Christi 693.

Celebratur Synodus Toletana decima sexta, cui præfentes fuere Episcopi quinquaginta novem, & per vicarios tres, præter Abbates quinque, cujus sententiâ Sisbertus ejusdem civitatis Episcopus, oblitus, quò fungebatur, muneris Sacerdotalis, nec non juramenti fidelitatis Regi præstiti, adversus vitam pii ac justi Regis Egicanis conjurationem machinatus, ab Episcopatu est depositus, bonæ ejus fisco addicta, ipseque excommunicatus perpetuo exilio damnatus. Regis nominatione successit in Episcopatu Felix, Hispanensis antea Episcopus.

Numerum duodenarium Germaniæ Apostolorum primi martyrio illustant duo fratres Evvaldi, Monachi Benedictini à Saxonibus cæsi.

Circà hunc annum moritur B. Andreas Abbas Monasterii Elnonensis Ord. S. Benedicti, fuit discipulus S. Amandi.

Diem obit Theodoricus Austriæ Rex; item Aldulfus Rex Anglorum Orientalium; nec non S. Erconvaldus ex Monacho Monasterii Certeseyensis Ord. D. Benedicti Episcopus Londoniensis. Inter celebriora ejus gesta perinsigne illud summopere celebratur; cum enim, etsi æger pedibus, & lecto affixus, à visitandâ tamen Diocesi, præcipuâ Episcoporum curâ, minimè abstineret, lecticâ circumvectus, die quâdam, ad oram annis rapidissimi venisset, hæsitantibus sociis, quòd infirmus nec equo, nec pedibus transire flumen posset (dictu mirabile) aqua repente disparuit; flumine quàm primùm, postquam cum suis transisset Episcopus, naturam & cursum suum in oculis omnium repetente. Rarum & illud; quia teste D. Bedâ feretrum ejus caballarium, quo infirmus vehi solebat, servatum à discipulis ejus, multos febricitantes, vel alio quolibet incommodo fessos, sanare non desistit.

Cunibertus Italiæ Rex, cum Alachim Ducem Tridentinum regno Italiæ incubantem videret, victumque peremisset, in campo Coronatæ ad fluvium Adduam propè Ferrariam, ubi prospere pugnaverat, Monasterium S. Georgii Martyri in facti memoriam ædificat, corpus verò Zenonis Diaconi, qui pro ipso neci se objecerat, antè fores Basilicæ S. Joannis, ab se eisdem erectæ, magnificè sepeliri curat.

Annus Christi 694.

Justinianus II. Imperator ob favitiam ergà subditos, præcis naribus Imperio privatus, Chersonam in exilium relegatur, econtra Leontius Orientis olim Præfectus, è carcere liber, Imperator salutatur.

Judæi in Hispaniâ conspirantes adversus Regem, & in Societatem Judæos illos, qui habitabant in Africâ adhibentes, consensu Concilii rursus Toleti habiti in servitutem rediguntur, ac bona eorum fisco addicuntur.

Claret in Angliâ S. Edilvvaldus Monachus instituti Benedictini, qui in celebri Monasterio Riponensi sæculum ejurans, dulci contemplationis otio delectatus, vitam tandem Anachoreticam amplexus est, miraculorum gloriâ à Numine commendatus.

Campaniam Brabantinam Christo lucratur S. Lambertus Benedictinus.

Celebre fuit hoc anno Concilium habitum Becanceldæ in Britannîâ majori, sub Withredo Cantia Rege, præfidente Bertvaldo Cantuariæ Archi-Episcopo, quo in Concilio Withredus Rex sub gravi comminatione interdixit, ne laici in bona DEO semel concessa manus unquam injiciant.

Scopilioni Episcopo Antisiodorensi mortuo subrogatur communi omnium suffragio Tetricus seu Treticus Abbas Monasterii S. Germani, Ord. S. Benedicti in eadem urbe facti.

Oritur Agyniorum hæresis, qui putantes matrimonium à Christo non esse institutum, nubere recusabant, hinc à Græco verbo *γυνή* & *ἀ* privativo nomen sortiti sunt.

Annus Christi 695.

S. Wigbertus Monachus Benedictinus, Frisiæ Apostolus, jussu Radbodi Regis Martyrium subit.

Ex hac vitâ migrat S. Audomarus ejusdem instituti Monachus, Morinorum Episcopus, Apostolus Tarvanensium.

Vacuum præsidio Calabriam occupat Romualdus Dux Beneventi.

Diem obit S. Ansbertus ex Abbate Fontanellæ Ord. S. Benedicti Archi-Episcopus Rotomagensis, fuit is primo Magnus Gallici Regni Cancellarius, dein humilis Monachus Fontanellensis Cœnobii; ejus Sanctissimum Corpus septemdecim post obitum diebus repertum est incorruptum, mirâ insuper cælestis odoris fragrantia, & insigni miraculorum gloriâ honoratum, quod cum ad Cœnobium Fontanellæ transferretur, visum est tertio oculos aperuisse, in cuius nudo pectore prodigiola rosei coloris crux apparuit.

Claret Bertulfus genere Alamannus, Abbas Renticensis Ord. S. Bened. Bertulfi æqualis fuit Winnocus, in Armoricanâ Britannîâ ortus dicitur ex regali prosapia, Sanctorum Judicælis ac Judoci consanguineus, Monachus quoque postea Benedictinus.

S. Basilio

S. Basilio abdicatâ Archi-Episcopali dignitate Treviri, & in Monasterium se denuò recipiente, succedit S. Luthvvinus Monachus Ordinis Bened. ex Monasterio Mediolacensi.

Annus Christi 696.

S. Wilibrordus ex Ord. Divi Benedicti Archi-Episcopus Frisonum ordinatur.

Saraceni sive Arabes Africam capiunt, undè mox à Joanne Patricio illuc à Leontio misso expulsi, iidem paulò post cum majori classe redeuntes, Joannem inde pepulerunt, quâ re erubescens Romani milites, atque timentes redire Constantinopolim, motâ seditione Absimarum Imperatorem crearunt, eumque Tiberium nominarunt; qui Constantinopolim accedens, Leontium captum, naribus præcis in Dalmatiâ quoddam Monasterium relegavit.

Circà hunc annum moritur S. Cadeoldus sive Edaldus ex Monacho Ord. S. Benedicti 34. Episcopus Viennensis in Galliâ.

Floret apud Bituriges S. Eustadiola Abbatissa Ord. D. Benedicti.

Obit S. Claudius ex Archi-Episcopo Bisuntino Monachus & Abbas Benedictinus; fuit illustrissimo Salinensium Principum Palatinorum genere ortus; Bisuntinâ Ecclesiâ Pastore suo orbatâ voce de cælo lapsâ, ipse Archi-Episcopus renunciatus est; post septenniò administratum Archi-Episcopale munus, admonente Angelo in Ivrensi cœnobio Monachatum professus est tanto perfectionis studio, ut Abbas eligi mereretur, cui officio annis quinquaginta præfuit, decessitque meritis plenus ferè centenarius; cujus corpus innumeris prodigiis illustratum, adhuc cernitur incorruptum, Jacob. Chifflet.

Annus Christi 697.

Frisia, Hollandia, aliæque Germaniæ Provincie summâ industriâ excoluntur, & ad fructum uberrimum restituuntur, prædicatione & miraculis SS. Wilibrordi, & Sviberti primi Werdenensis Episcopi, eorumque sociorum Monachorum.

Heraclianus primus Dux Venetorum constituitur.

Theodo Baviaræ Dux cœnobium nobile supra sepulchrum S. Emmerami extruit, cui primus Abbas Apollonius præfuit.

Gammo & Adalgudis, Monasterium Virginum Ord. S. Benedicti, apud Lemausum in pago Stampensi sub titulo S. Joannis & S. Crucis construere incipiunt.

Annus Christi 698.

S. Lambertus Benedictinus Monachus, Apostolus Taxandriæ, ex pellicis Pipini hortatu, intrâ Ecclesiam SS. Cosmæ & Damiani à Dodo pellicis fratre interimitur.

Celebratur Synodus Aquilejensis.

Saraceni Africam invadentes, mirè se diffundunt.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Moritur S. Eadbertus ex Monacho Benedictino Episcopus Lindisfarnensis, eruditione ac miraculis post mortem celebris; succedit in eam Sedem Eadfridus.

Decedit B. Begga vidua & Monialis Benedictina, soror S. Gertrudis Pipini Brabantiz Ducis filia; item S. Trudo Presbyter ex eodem Ordine.

S. Willibrordus ex Ord. D. Bened. Apostolicis laboribus in Frisiâ & Daniâ defudat.

S. Cuthberti Episcopi corpus post annos ab obitu undecim, unâ cum vestibus omnino incorruptum levatur.

Annus Christi 699.

S. Hubertus filius Bertrandi Aquitaniz Ducis, à Sergio Papâ Leodiensis Episcopus consecratur.

Vocatus Romam S. Anthelmus Schireburgensis Episcopus in Angliâ, turpi infamiâ Sergium Papam per os infantis prodigiôsè liberat.

Florent Sanctitate vitæ SS. Maurontus & Desiderius ex Ord. D. Benedicti, ille in Galliâ nobili genere natus, Monachus factus in Monasterio S. Petri Longoretensi, obtentâ postea ab Abbate facultate Sacra visitans loca propè Pistorium in Hetruriâ exiguam sibi cellulam construens, vitam solitariam egit, cum verò aqua deesset, suis precibus fontem venæ indeficientis illic impetravit, ei se cum quatuor sociis discipulum tradidit Desiderius. Ex Sylvan. Razzio.

Moritur circà hunc annum S. Bertinus Abbas Ord. D. Bened. claruit insigni miraculorum gloriâ tam in vitâ quàm mortuus.

S. Bonitus Episcopus Arvernensis Episcopatum abdicat, & Nodobertum sibi dari Successorem impetrat, ipse autem secedit in Magniloense cœnobium.

Annus Christi 700.

Floret circà hunc annum in Laurâ S. Sabæ Antiochus Monachus, Scriptor Homiliarum.

S. Wulfrannus, ex Monacho Benedictino Fontanellæ Episcopus Senonensis, Frisios convertit.

Imperator Tiberius ducenta Arabum milia cædit.

Moritur S. Tillo Paulus, Monachus Benedictinus in Galliâ.

Obit pariter circà hunc annum ibidem S. Ricmirus Abbas Ord. S. Benedicti; in cujus funere cæco visus est redintegratus, & claudus usus tibiæ restitutus.

Claret in Monasterio Benedictino Remensi S. Joannes Presbyter, Reomensis cœnobii conditor, qui ejus initia insigni miraculo nobilitavit, cum puteum eò loci vetustissimum, sed basilisco infatigabilem ac lethalem ipse mundavit, & serpentem prodigiôsè interfecit, eâ deinceps meritis Sancti Viri aquæ salubritate, ut plurimi eâ haustâ febrim pellerent; plurimos infirmos missis elogiis

elogiis è mortis faucibus liberavit; ejus nec presentiam cacodæmones ferre potuerunt; vixit centum viginti annos. Arnold. Duac. Beda.

Floret pariter sanctitatis famâ Sexulphus ex Monacho Benedictino Episcopus Lichfeldiæ in Angliâ.


Vitam cum morte circa hunc annum commutat S. Trumvvinus Ord. D. Benedicti Pictorum Australium Episcopus Streneashalæ in Angliâ.

Similiter S. Ermenilda, hæc regio orta genere, patrem habuit Erconbertum, matrem Sexburgam Cantix Reges, à quibus Wulthero sive Wilferio Merciorum Regi copulata, post mortem mariti, Ordinem Divi Patris Benedicti in Eligenfi cœnobio professâ est, tantâ ibidem luxu vitæ sanctitate, ut post mortem Sanctorum albo adscribi meruerit.

Moritur Wulfo Episcopus Argentoratensis; circa hunc quoque annum decedit S. Geraldus Ord. D. Benedicti Abbas & Episcopus Mageonensis in Hiberniâ.

Martyrii palmam obtinet S. Germanus Abbas cum Randoaldo Monacho, uterque Ordinis Benedictini; cum enim Catholicus Dux Germanorum cum suis licentiosius grassaretur, zelo pietatis accensus Germanus in Valle Monasterii Abbas, factus iisdem obvius, magnâ constantiâ scelera eorum reprehendit, hinc pessimè habitus ac decollatus est, cum clarâ prius è cœlo voce his ipsis ad præmia æterna verbis vocaretur: *Veni serve bone & fidelis, tibi aperti sunt cœli, exultant super adventu tuo Angeli.* Chron. Basil. Menolog. Bucellin.

Circa hunc annum ad Superos abijt S. Godoberta Virgo Sanctimonialis Ord. D. Benedicti, in vitâ & post mortem miraculis gloriosa; ea inter, rarius illud cum anniversariâ Sacri ejus transitûs die, omnes cerei & lampades, à nemine, qui appareret, accensæ spontè exarserunt, totosque septem consequenter dies, oleo & ce-



râ indeficientibus, universo spectante populo, mirabiliter colluxere, ex Menolog. Bucellini.

Mortalem vitam cum immortalis ac cœlesti commutat S. Landricus ex Metensi Episcopo voluntariè Abbas, Ord. S. Benedicti, Sonegiensis cœnobii conditor, quod post mortem suam contra Sacrilegos invasores mirabiliter defendit.

S. Everamus sive Evermarus in agro Tungrensi innocens occiditur cum sociis septem, multis à morte miraculis coruscans. Ex Act. SS. apud Henschen. die 1. Maji.

Claret S. Wiro ex Monacho Benedictino Episcopus, Apostolico zelo & insignibus à morte miraculis gloriosus.

Moritur S. Ingelmundus Abbas, & Apostolus Kenemarii.

Wigbertus Ordinis Benedictini Monachus, cum jussu ejus in Fokleslandiâ Frisiæ Insulâ, delubra Jovis & Fokis destruerentur, à Radbodo Frisiorum Rege, diris tormentis excarnificatus Martyrio glorioso conficitur.

Moritur S. Agricola ex Monacho Benedictino Episcopus Avenionensis, admirandi post mortem à Numine prodigiis honoratus.

Claret S. Noitburgis Monialis Benedictinae Colonix, ejus mors à benevolentissimo Numine honorata est insigni miraculo, cum duo luminaria ad Sacrum ejus caput pedesque prodigiosè exardere visa sunt.

S. Severinus Monachus Ord. D. Benedicti floret.

Ad Regna cœlestia evocatur S. Inadaneus, Monachus Bertinensis Monasterii sub regulâ S. Bened. fuit hic Sancti Judicæ Armoricæ Regis, & Britelæ Reginx filius minimè degener, & quindecim fratrum, quatuor sororum mirâ & inauditâ felicitate totidem Sanctorum frater verè Germanus.

S. Bertinus Abbas Sithiensis, jam centenarius dignitate Abbatiali se abdicat, successorem nactus Rigobertum.

MEMORABILIMUM MUNDI CHRISTIANI SÆCULUM VIII.

Annus Christi 701.



Sergius Papa, cum sedisset annos tredecim, menses octo, & dies quatuordecim mortuus est quinto Idus Septembris; succedit Joannes VI. natione Græcus.

Theophylactus ab Imperatore Exarchus mittitur in Italiam.

Witizza, Egicanis optimi Regis & patris pessimus filius, Hispanis imperat, per quem Religio depopulata, invecra regno scelera, unâ cum DEI vindictâ, & florentissimi regni per Saracenos mox expugnandi excidio.

Celebratur Concilium Toletanum decimum octavum.

Moritur S. Maurontus Abbas Ord. Benedicti, è veterum Gallix Regum sanguine oriundus peregreiis post mortem miraculis illustris.

Annus Christi 702.

Tiberius Imperator adversarium patitur Justinianum Rhinotmitum, quem exulem vidimus apud Chersonam; qui Cajani Lazorum Regis sorore in matrimonium sumptâ, ejusdem Regis ope pro reditu ad Imperium arma parare cepit; cui & favebat Trebellius Bulgarorum Rex.

Moritur Eugenius VI. Scotix Rex; eo regnante, septem dies per totam Britanniam sanguine pluisse tradunt, converso etiam lacte, cafeo & butyro in sanguinem. Buchanan. Post Eugenium Regnum adeptus est Amberkelethus Findani filius, Eugenii V. nepos.

In Gallix Monasterio Calensi supremos dies absolvit S. Bertila, primâ ejus loci sub regulâ S. Bened. Abbatissa, post regiminis annos sex & quadraginta, virgo tantæ perfectionis tantique animi, ut cervicem faciliè Martyrio supposuisset, si adfuisset dextera percussoris.

S. Wilfridus ex Ord. D. Bened. Episcopus Eboracensis, ab Episcopis sibi offensis ultrâ modum vexatur.

Annus Christi 703.

Justinianus Rhinotmitus in Imperium restitutus est per Trebellium Bulgarorum Regem, R. P. Brentano Epitome Chronologica.

clanculo per aquæductum ingressus Constantinopolim, qui cum Tiberium Absimarum Imperatorem, & ejus fratrem Heraclium, aliosque Primores civitatis fugâ sibi consulentes in potestatem accepisset, mox Primores illos atque Patricios in muro civitatis supplicio affecit. Absimarum autem, atque Leontium, qui primus occuparat Imperium, victos per urbem in pompâ duxit, ludisque Circensibus eos representans, usque ad solutionem primi brayii eorum cervices pedibus calcavit, universo populo illud Davidicum acclamante: *Super aspidem & basiliscum ambulasti, & conculcasti leonem & draconem.* Inde eos in Cynegium missos, capite truncari jussit, innumerabilem quoque multitudinem tam civium quàm militum extinxit, pluresque saccis inclusos in mare projecit, atque alios cum ad prandium vel cœnam accubarent, mox ut surgerent, cervicem incisione perdi jussit; sed & Callanicum Constantinopolitanum Patriarcham oculis orbavit, Romamque relegavit, suffecto in ejus locum Cyro quodam Amastridis Insulæ Monacho, qui ei recuperationem Imperii prædixerat; omnibusque rebus penitus stabilitis, Trebellium Bulgarorum Regem muneribus dignè donatum ad propria dimisit; filium verò suum Tiberium Theodoramque conjugem Imperiali coronâ pariter insignivit.

Cunipertus Longobardorum Rex laude dignus, ubi duodecim annos regnasset, post patris obitum, moritur; relicto regni hærede Luithberto filio parvulo, cui tutorem Asprandum virum illustrem constituit.

Vitam exiit S. Benedictus Biscopius, Wiresensis in Angliâ Abbas, Bedæ Magister, Monachismi per Angliam propagator mitificus.

Saraceni Armeniam subigunt. B. Flobargisus ex Ord. D. Benedicti fit Episcopus Salisburgensis.

Moritur B. Sexburga, Annæ Anglorum Orientalium Regis filia Earcomberti Cantix Regis uxor, postea monialis Ord. D. Benedicti & Abbatissa Elingensis, sanctitate & rigore vitæ conspicua.

S. Wilfridus Episcopus Eboracensis injustè sede suâ pulsus jam septuagenarius Romam iter instituit, & ad Papam appellat; à quo innocens declaratur.

Annus Christi 704.

Numinis ope, ad preces S. Boniti Regno Longobardico, & insigni victoriâ potitur Aripertus Rex; & ob id Alpes Cottias Ecclesiæ donat.

Edilredus Rex Merciorum, cum regnasset annos triginta unum, S. Benedicti institutum amplectitur, ac Coenredo regnum relinquit.

Garnardus Pictorum Rex, magno exercitu confiato, Scotos invadit; Amberkelethus tandem arma vicissim sumens, noctu, dum ad necessaria naturæ cum duobus famulis egreditur, sagittâ (incertum, à quo missâ) occiditur, ne exercitus solveretur, aut sine imperio esset, militari suffragio in Castris eligitur Eugenius VII. prioris Regis frater.

Moritur S. Austreberta Virgo Abbatissa Ord. D. Benedicti; fuit Regio genere oriunda, & matri ab Angelo promissa; adultior facta, cum cerneret sibi dignas suo genere nuptias à parentibus parari, ipsa puerulo fratre secum abducto, clam inuit fugam, & stupendo sanè miraculo, superato siccis pedibus rapidissimo flumine, qui tunc nimium inundans pontem ipsum miserat, in ulteriorem ripam nihil hæsitans evasit; Monialis facta, cum coquendis panibus operam daret, & scopis fortè exustis, longiore morâ panibus metueret, crucis signo munita, per medios ardentissimæ fornacis calores ingressa, clibanum absque læsione ullâ perpurgavit. Sancto tandem sine consummata, moriens Sanctos sibi ex cælis obvios vidit, & innumeris à morte prodigiis coruscavit.

Cuthburga Inæ Regis soror, Alfridi Northanimbrorum Regis conjux, intacta ab eo. Winburnæ Virginum Monasterium sub S. Benedicti regulâ condit.

Annus Christi 705.

Vivere desinit Joannes Papa VI. succedit VII. æquè natione Græcus, ex patre Platone genitus, qui mox Sublacense Monasterium restaurat.

S. Suibertus Ord. D. Benedicti, Monachus Bearmensis, Brunsvicensis convertit.

Moritur Alchfridus Merciorum Rex in Angliâ; succedit Osredus.

Vitâ fungitur, Indrectus Dunchadi filius Connaciæ Rex. Item S. Hedda Anglo-Saxonum Occidentalium Pontifex ex Ord. D. Bened. miraculorum gloriâ post mortem illustrissimus.

Daniel Wintoniensis Ecclesiæ Episcopus præficitur.

Claret in Angliâ S. Chinneburga Abbatissa Ord. D. Bened. olim Regina Northumbriæ, Merciorum Regis Pendæ filia, & Alfridi Northumbriæ Regis uxor.

Bertvvaldus Cantuariensis Antistes, pacem cum Wilfrido Episcopo reformaturus, Synodum convocat, in quâ perpetua cum eo concordia præsentem Osredo Rege, sanciretur, ac Wilfridus in sedem suam Eboracensem restitueretur.

Annus Christi 706.

Justinianus Augustus, qui armis Bulgaricis fuerat in Imperium restitutus, adversus

eos duxit exercitum, sed mox dignastulit pœnas, utpotè qui posteriores in bello ferens, fugâ elapsus, vix cum paucis Constantinopolim redire valuit.

Moritur Gosbertus hujus nominis primus, Orientalis Franciæ Dux. Item Magnus Episcopus Argentoratensis.

Circa Forum Julii Istri seu Slavi incursiones faciunt, sed à Pennone Duce vincuntur.

Diem obit Abimelech Arabum Dux, cui succedit filius Valid.

Claret insignis Neomagensium, Westerdensium & Elstensium Apostolus Werenfridus, professus Ord. S. Benedicti, S. Willebrordi in Apostolicis laboribus socius, qui mortem suam prædicans, inter miram cœlestis odoris fragrantiam exspiravit.

Andaginense Ordinis Benedictini cœnobium fundatur à S. Beregito Abbate.

Annus Christi 707.

S. Florbertus S. Huberto patri suo in Episcopatu Leodiensi succedit.

Moritur Joannes Papa decimo quinto Calendas Novembris.

Item S. Adrianus Abbas Ord. S. Benedicti, vir eruditissimus, & Ecclesiasticis disciplinis instructissimus, & humilitatis virtute celeberrimus, vi cujus Primatum Angliæ à Rege Osuvi sibi oblatum constantissimè recusavit; & quemadmodum in vitâ ergâ omnes fuit mitis ac misericors, sic nec post mortem talis esse desit, patrocinium suum se invocantibus promptissimè exhibens; Venerab. Beda. Joannes Cappgravius & alii apud Buccellin. in Menolog.

Dagobertus Rex Christianissimus, Erfordiz S. Petri Monasterium Ord. S. Benedicti construit.

Obiit S. Abbo Episcopus Metensis, cum dicecesim annos decem, cum mense uno, diebus sex ac viginti strenuè gubernasset.

Item S. Hildulphus, ex Archi-Episcopo Trevirensi Monachus factus Benedictinus, jugi corporis mortificatione & miraculorum gloriâ celebris, quæ inter Hesticonis Ducis filiam ex utero materno cæcam oculorum lumine prodigiosè donavit. S. Antistitem vicesimo die ad cælum secuti sunt duo ejus discipuli, & fratres uterini Joannes ac Benignus, miraculorum gloriâ à morte illustres.

Annus Christi 708.

Silinnius natione Syrus Papali tiarâ ornatur, eaque hoc anno per mortem privatur, succedit Constantinus, oriundus pariter ex Syriâ.

Felix Ravennatum Archi Episcopus creatur, qui Romam ex more se conferens, ut consecrationem acciperet ab ipso summo Pontifice, professionem fidei edidit & obedientiæ sponsonem; sed rediens Ravennam, civium instigatione iterum se schismate ab Apostolicâ Sede divisit; cujus rei causâ in ipsam concitatus Imperator, Ravennam Theodorum Patricium cum exercitu misit, qui captâ civitate, rebelles bonis spoliavit, ac victos Constantinopolim misit, ubi

Annus Christi 710.

Constantinus Papa Constantinopolim veniens, summo honore excipitur, occurrentibus ei Tiberio Casare Justiniani Augusti filio, ac Cyro Patriarchâ, universo Senatu populoque; ipse verò Justinianus Imperator Nicææ in Bithyniâ tunc existens, occurrit ei Nicomediam, quò cum Pontifex advenisset, Imperator coronam in capite gestans sese prostravit ad pedes ejus, eosque osculatus est, deinde in amplexum mutuum corruerunt; proximâ autem die Dominicâ communicavit à manu ejusdem Pontificis missas solennitè celebrantis; post quæ confirmatis Ecclesiæ Romanæ privilegiis, ab invicem discesserunt, ita Anastasius.

Rebellionem movent Chersonesi & Rosphori populi, de quibus crudelissimam vindictam exercet Imperator, nec infantibus parcens; interfectis per diversa supplicia septuaginta tribus hominum millibus.

Witiza nefarius Hispaniarum Rex moritur, cui succedit Rodericus, filius Theofredi Ducis Cordubensis, quem olim Witiza oculis privarat.

Vitam mortalem deponit Venerabilis Hattata Abbas Blandiniensis Ord. S. Benedicti; item S. Adrianus Abbas, Theodori Cantuariensis olim Episcopi in prædicatione verbi DEI cooperatores.

Ina Rex Occidentalium Saxonum in Angliâ, bellum gerit cum Britonibus seu Wallis.

Claret S. Vitburga sive Witteburga, Annæ Orientalium Anglorum Regis filia, Monialis facta sub regulâ D. Benedicti magno rigore tenerimum corpusculum maceravit; cui cerva domestica & manui virginis assueta lactis quotidie usum præbuit, quam cum quidam jaculo appetiisset & exanimasset, regio quamprimùm morbo captus, miserimè extrahit; corpus verò Sacræ Virginis post 354 ab obitu annos incorruptissimum repertum est. Guillelm. Malmesbur.

Claret S. Modesta Virgo & Abbatissa Monasterii Horrei Treveris Ord. S. Bened. insignibus à Numine miraculis Illustrata. Franc. Ivannez.

Willeharius Alamannorum & Suevorum Dux, defectionem à decessore inchoatam perfectus, Pippinum contra se commovit, qui ejus terram igne ferroque vastavit.

Annus Christi 711.

S. Suibertus fundat Werdense cœnobium, ex quo refractarios Saxones prædicatione verbi DEI, signis & virtutibus subjugavit.

Philippicus Bardanes, quorundam rebellionis Justiniani Ducum ope fretus, Imperatorem se proclamari paritur, & Constantinopolim properans præmisit Maurum Patricium, qui inventum ad Blachernas in templo DEI genitricis Tiberium, Imperatoris Justiniani filium, alterâ manu columnam altaris tenentem, alterâ lignum S. Crucis, & in collo sacras Reliquias gestantem, eundem inde abstractum, frustra deprecante ipsius aviâ Anastasiâ, ad pedes Mauri unâ cum puero provolutâ, extrâ limen Ecclesiæ gladio jugulavit.

ubi morte puniti sunt; ipseque Felix Archi-Episcopus oculis privatus in Pontum relegatus; qui tamèn post biennium pœnitens, licèt cæcus, Sedi Episcopali restitutus, sanctitate postea & miraculis claruit.

Moritur Drogo Pipini Herstallii, Ducis filius.

Eoveshamense Ordinis Benedictini in Angliâ Cœnobium, à Rege Merciorum Kenredo, & S. Egvvino Episcopo Wigorniensis construitur.

S. Landebertus ex Ordine Benedictino, Episcopus Trajectensis Martyrio coronatur, ejus necis auctor fuit Dodo Pipini Principis domesticus, causam probatores Historici referunt, quod dicti Pipini pellicatum cum Alpaide redarguerit.

Annus hic S. Michaëlis in monte Tumba apparitione insignis fuit, quæ nobili Monasterio Benedictini Orbis occasionem & originem dedit.

Annus Christi 709.

Constantinus, Papa eligitur, quem Justinianus Imperator pœnitentiam agens Constantinopolim accersit: Constantino autem absente, Joannes Exarchus, cognomento Rizocopus veniens Romam, jugulavit Paulum Diaconum & Vice-Dominum, aliosque Clericos, inde Ravennam pergens, juxta DEI judicio turpissimâ morte occumbit.

Moritur Childebertus secundus Francorum Rex, ubi regnasset annis septemdecim, in quæ locum ejus successit Dagobertus secundus.

Diem obit S. Adrianus Abbas Ordine S. Benedicti in Angliâ. Item S. Aldhelmus Occidentalium Saxonum in Angliâ Episcopus; nec non S. Wilfridus Episcopus Eboracensis ejusdem Ordinis; item S. Bertinus Abbas Sithiensis.

Ad cælos abit S. Bonitus ex Ordine D. Benedicti, Arvernensis Episcopus; cum sacrum ejus corpus ad tumulum efferebatur, substratus sub feretrum paralyticus convaluit.

Tetricus Antisiodorensis Episcopus à nefario quodam homine, Ragenfredo scilicet Archi-Diacono, gladio transverberatus interiit, dum super scamnum sopore oppressus quiesceret; Ragenfredus statim post dirum facinus domo egressus, nusquam deinceps comparuit post Sancti Viri necem tres annos vacavit sedes, Focondus demùm electus, nullâ re gestâ insignis.

Wilfrido in Sede Eboracensi successit Joannes Monachus Benedictinus ex Monasterio Strenneshalensi.

Illustre est hoc anno exemplum duorum Insulæ Britannicæ Regum, Coenredi Regis Merciorum, & Offæ, filii Sigheri Orientalium Saxonum Regis, qui ambo relictis sæculi honoribus Romam profecti, purpuram monastico habitu sub S. Benedicti regulâ commutarunt; Merciorum regnum suscipit Ceolredus.

Decedit Godefridus, seu Gotofridus Dux Alamannorum & Suevorum, cui succedit Willeharius.

Elias verò Dux, qui socius quondam Philippico exilii fuerat, cujusque filium Justinianus in sinu matris peremerat, ipsamque ejus conjugem coquo natione Indo ignominie causâ in matrimonium collocaverat; primò promissâ omnibus impunitate exercitum ad se trahens, mox furibundè Justinianum aggressus, caput ejus amputavit, quod ad Philippicum misit.

Claret S. Oda vidua Boggis Aquitanorum Ducis uxor, quæ mortuo marito paupertatem amplexa, sua omnia in Monachorum & pauperum gregem erogavit.

Annus Christi 712.

Philippicus stabilito sibi Imperio morte omnium, qui Justiniano favissent, publicè se Monothelitam hæreticum ostendit; Cyrum Patriarcham deponit, & Joannem Pseudomonachum Ecclesie Constantinopolitanæ obtrudit.

Regnat post Aripertum Longobardorum Regem hoc anno defunctum Asprandus; & hoc post tres menses extincto Luitprandus filius.

Circà hunc annum mortua est S. Gudila, ad cujus tumulum apud Ham Brabantie oppidum tempore hiberno populus, sine manibus putantium mox excrevit, & virens ut nemus fronduit.

Ad cælos abiit S. Egvvinus Wigorniensis in Angliâ Episcopus, ex Ordine D. Benedicti, cultor Deiparæ insignis, non minùs in vitâ quàm post mortem miraculis à DEO honoratus, ad cujus tumulum falsò jurantes horrendè sunt puniti, Ex Math. Westmonaster.

Diem obit S. Vindicianus Episcopus Cameracensis & Atrebatensis, plurimum Monasteriorum fundator, ab obitu miraculis gloriosus.

Saraceni Hispalim occupant.

Decedit S. Hucbertus Monachus Benedictinus Monasterii Britanniacensis in Suessionensi Gallie diocesi, qui miraculis patris gloriosus, Christum ipsum in paupere quodam pacere meruit.

Claret miraculis S. Paternus Monachus Ord. S. Benedicti in Galliâ.

Annus Christi 713.

Gothorum Regem in Hispaniâ ultimum Rodericum Mauri cum universo exercitu delect, seque per totum postea regnum diffundunt.

Philippicus Imperator cum annum unum & sex menses in Imperio habuisset, ipsâ vigiliâ Pentecostes, post magnum convivium nobilioribus civibus exhibitum, meridie requiescens, à Patriciis quibusdam tentus & excæcatus est, ac postea in exilium ejectus, salutatur verò Imperator Arthemius.

Luitprandus Italiæ Regni gubernacula suscipit.

Moritur S. Suibertus Episcopus Werdenensis ex Ordine D. Benedicti, magnus Teisterbandie, Westphaliæ, Hollandiæ, Bataviæ, Frisiæ, Boructuariorum & Saxonum Apostolus; miraculorum

gloria à DEO honoratus. Item S. Ursmarus ex eodem Ordine, Episcopus & Abbas Laubiensis in Belgio, fuit miraculorum gloriâ longè illusterrimus, multos à dentium dolore prodigiosè liberavit; sed & mira ejus in dæmones potestas commendatur, ei in Episcopatu successit S. Erminas ejusdem Ordinis professus.

Liutvvinus Trevirorum Pontifex circiter hunc annum itidem humanis excessit.

Annus Christi 714.

Constantinus Papa, ubi sedisset annos sex, mensem unum & diem, ex hac vitâ decessit; & summâ totius Cleri ac populi concordia in ejus locum subrogatus est Gregorius hujus nominis secundus, patriâ Romanus ex patre Marcello, antea Diaconus, & S. R. E. Bibliothecarius, doctrinâ & sanctitate insignis.

Moritur Pipinus Herstallus, Major Domus Franciæ; relicto sibi successore filio ex pellice Alpaide, Carolo cognomento Martello, licet duos haberet filios legitimos ex Plectrude conjugè susceptos, Drogonem & Grimoaldum; hic à nequissimo Frisone, Rantgaro nomine, hoc eodem anno interficitur.

Circà hunc annum moritur S. Cyrus Patriarcha Constantinopolitanus.

Item Aldus Episcopus Argenteratensis.

Decedit S. Guthlacus ex Monacho Benedictino Anachorita, hic regio Britannicæ Regum sanguine ortus fuit; ipsâ ortus sui horâ cælesti fulgore prodigiosa manus, concurrente ad tantum prodigium ingenti hominum multitudine, conspecta ad fores ædium matris parturientis crucem efformare; in eremo vitam solitariam agens innumeris modis à dæmone tentatus, immaniterque verberatus est; terrori autem deinceps adeò stygiis spiritibus fuit, ut solo crucis signo in fugam eos verteret, & ludibrio habens eos, quasi stipulas exsufflaret. Claruit vir sanctus prophetiæ spiritu, ita quidem, ut procul distitorum dicta factaque non secus, atque si præsens esset, cognosceret & referret; miraculorum quoque frequentia & magnitudine celeberrimus fuit. Angelorum consortio jam in terris usus, manè & vespere quotidie Angeli solatio & aspectu recreatus, arcana multa & cælestia eo docente cognovit; in præcedente mortem suam nocte, ædicula ejus cælesti luminis fulgore resplenduit, & Angelicis cantibus æra resonuerunt, admirandâque cælestis odoris fragrantia Insula tota repleta est. Ex Felice & Guilh. Monach. Croylandensibus.

Apud Urbem Luccam in Italiâ hoc anno conditum est Monasterium S. Petri Ord. S. Bened. in vico, qui vocatur Caviata, favente Talerperiano Episcopo, cum gratiâ Walperti Ducis; Monasterii conditor fuit Fortunatus, civis Lucensis, cum filio suo Bonualdo Presbytero.

Annus Christi 715.

Joannes Constantinopolitanus Patriarcha hæreticus in ordinem redigitur, & in locum

ejus subrogatur S. Germanus, virtutibus, eruditione generisque nobilitate insignis.

Dissensione militum Romanorum apud Rhodam ortâ, Theodosius tributorum publicorum exceptor, invitus licet & latebras querens, Imperatoris nomen assumere cogitur; qui Constantinopolim post sex mensum obsidionem prodicione admissus, Arthemium seu Anastasium Imperatorem monasterio inclusit; fuit verò Theodosius Catholicæ fidei propugnator, oraque hæreticorum insigniter compressit.

Moritur Dagobertus Rex Gallie, ubi imperasset annos quinque; in cujus locum Franci elevarunt ad Regium solium Daniele clericum, quem Chilpericum secundum nominarunt.

Restaurat urbem Romanam Gregorius Papa, & jura Ecclesie armis vindicat.

Ina Rex Saxonum Occidentalium in Angliâ, cruentum prælium init cum Rege Merciorum Ceolredo, adeò horribiliter pugnatum est utrimque, ut nesciretur, cui clades detestabilior contigisset.

Ad cælos migrat S. Thomas Abbas Farfensis Ord. S. Bened.

Apostolatus S. Bonifacii in Frisiâ initium sumit.

Fervet bellum inter Radbodum Ducem Frisorum & Carolum Principem, Pipini ex Alpaide filium; qui è custodia Colonienfi, ubi jussu Plectrudis detentus fuerat, elapsus, Præfecturam Palatii contra Ragenfredum sibi asserere tentabat. Ragenfredus à Neustrasiis, fugato Theudoaldo Grimoaldi filio, Major-Domus electus, fœdus cum Radbodo contra Carolum inierat, ut dignitatem sibi oblatam tutaretur. Ragenfredi autem molimina Dagoberti Regis immatura mors non parùm retardavit.

Picti populi, qui septentrionales Britannicæ plagas incolebant, abjectis Scotiis ritibus, Romanos suscipiunt, agente Naitono ipsorum Rege, qui frequenti Ecclesiasticorum Scriptorum meditatione veteres errores agnovit, & se suosque ad Catholicum celebrandi Paschatis morem reduxit.

Papæ Monasterium S. Mariæ & Aureliani, à Senatore viro potente pro Monialibus Benedictinis fundatur.

Annus Christi 716.

Moritur Abernethi Eugenius VII. Scotiæ Rex.

Eodem anno ad cælos evocatur ex eodem Scotiæ Regno, S. Mazota, S. Donevaldi filia, perpetuæ virginitatis laude, cum sex sororibus suis celebris.

Petronax civis Brixianus divino amore compunctus Romam veniens, hortatu Gregorii Papæ Cassinum adit, Monasterium S. Benedicti à Longobardis antè vastatum restituit.

S. Corbinianus Monachus Benedictinus, primus Frisingensium Pontifex creatur.

Legionensis & Toletana civitas in Hispaniâ capitur à Saracenis, illa vi, hæc prodicione Judæorum, misereque exciduntur, residui verò Gothi in ardua montium Pyrenæorum, Asturiorum, & Galleciæ se receperunt; Saraceni autem universæ jam Hispaniæ imperitantes, Cordubam sibi Regni sedem elegerunt.

Obiit S. Elstedda; item Valid Arabum Dux, cui succedit Saliman.

Naturæ debitum solvit B. Ethelredus ex Merciorum Rege Monachus Benedictinus & Abbas; fuit is Penda potentissimi & bellicosissimi Regis filius, frater Vulpheri Regis, cui & in Regnum successit, annisque uno & triginta summâ in pace felicissimus imperavit.

Osredus Rex Merciorum in bello interimitur.

Moritur S. Ceolfridus Abbas Ord. S. Benedicti in Angliâ.

Extincto Ceolredo Merciorum Rege, Ethelbaldus Regnum cepit secundum S. Guthlaci oraculum, satisque sui memor, mox construendo Croylandensi Monasterio animum manusque admovit.

Benignus Abbas Fontanellensis jussu Ragenfredi Majoris-Domus, regimine Monasterii privatur, propterea quod Caroli ejus æmuli partibus faveret, & Wando Monachus in ejus locum sufficitur in annos tres.

Annus Christi 717.

Carolus Martellus jus paternum repetens, Chilpericum Regem vincit Vinciaci in agro Cameracensi.

Theodosius Augustus, quietis potius, quàm regiminis cupidus, consilio cum Germano Patriarchâ & Senatu habito, Imperium cessit Leoni Isauto; ipse verò cum filio Clericus factus Ephesi postmodum sanctè defunctus est.

Musulmas Princeps Saracenorum Pergamuræ capit; deceptique cives ab impostore mago horrendum diabolo sacrificium immolarunt; dum videlicet incisâ muliere jam pariturâ, extractum parvulum in cacabo coquentes, in ejusmodi detestabili sacrificio, omnes qui bellare volebant, dexteræ manûs suæ manicam intinxerunt; hinc justè à DEO urbis direptione per barbaros sunt puniti.

Saraceni Constantinopolim, arctissimâ obsidione biennali cingunt, intrâ quod tempus trecenta hominum millia peste ac fame interierunt; ope demùm DEI genitricis barbari eandem solvere sunt coacti; illorum classe prodigiosè submersâ.

Romam ingens Tiberis exundatio affligit.

Theodo V. Baviaræ Ducatum mortuo Theodeberto suscipit.

S. Hadulphus ex Abbate Vedastino Ordinis S. Benedicti, creatur Episcopus Atrebatensis.

Moritur S. Winnocus Abbas Ordinis Benedictini.

Joannes Archi-Episcopus Eboracensis, cum triginta tribus amplius annis Ecclesiam suam administrasset, ordinato in sui locum Wilfrido,

in Beverlacense Benedictinorum cœnobium se confert.

Annus Christi 718.

Humar Princeps Saracenorum, hoc anno expulso Masalmâ suscipiens habenas, ex cladibus hoc & superiori anno acceptis, expertus DEI indignationem; ut populum sibi subditum expiaret, omnibus vini potum inhiibuit; & quos putabat DEI hostes, in Christianos promulgavit edictum, quo recederent ab ipsorum religione, præmio immunitatis tributorum facientibus, pœnâ verò mortis detrectantibus appositâ.

A Sergio Protospatrio novus Imperator Artemius electus est in Sicilia; sed misso à Leone Augusto Paulo Chartulario, Artemius igne incensus extinctus est, sumpto supplicio de rebellibus.

Aktures omnes, rebus ferè desperatis in unum collecti Pelagium supèr se Principem constituunt, qui 80000. millium Saracenorum exercitum ope Deiparæ vincit, 20000. illorum millia cum Duce occidit, Oppam cepit, reliquos fugavit, qui ferè omnes in præruptis montium, & aquarum inundationibus oppressi sunt; tantâ clade Rex Saracenorum pudore suffusus, simulque furore succensus, in eos quos secum habebat Hispanos rabiem convertens Julianum Comitem Tingitanum Regni proditorem, & filios duos Witizæ capite plecti iussit.

Geroaldus Vangionum Episcopus in bello contra Saxones occiditur.

Moritur Ingelvis frater Inæ Regis Anglo-Saxonum.

Clarent in Petroburgensi Angliæ Monasterio Sanctæ duæ sorores Kineburga & Kines: vinda filia Pendæ Merciorum Regis, ambæ moniales sub regulâ S. Benedicti.

Floret S. Moderamus Episcopus Rhodensis ex Ord. S. Benedicti.

Circâ hunc annum vitâ excessit S. Bobolinus Episcopus Viennensis in Galliâ; huic successit Ostrebertus sive Austrebertus.

Annus Christi 719.

S. Bonifacius Monachus Benedictinus, natione Anglus, nunc Apostolico munere à Papâ insignitus, Apostolicos labores aggreditur solenniùs.

Moritur Radbodus Frisizæ Rex, ad æterna inferni incendia nunc detrudendus, qui salutare baptismi lavacrum respuerat; baptizandus enim à S. Wulfranno, quæsiit: ubi esset major numerus Principum atque Nobilium gentis Frisonum, in illâ cœlesti regione, quam is prædicaret, an in eâ, quam tartaream vocaret? cum de hac asseruisset Wulfrannus; resiliens Radbodus dixit, non se carere posse consortio prædecessorum suorum, nec velle cum parvo pauperum numero residere in illo cœlesti regno; sic post breve tempus in gentilismo moriens, æternum periit.

Nascitur Leoni filius Constantinus; hic ddm Octavo Calendas Januarias baptizaretur à S. Germano Patriarchâ, & cæcusque in sacrum

lavacrum egeret, ille propheticè dixit: *Constat Christianis & Ecclesiâ maximi mali per eum efficiendi hoc signum esse futurum.*

Leo Augustus decollari præcipit Archiepiscopum Thessalonicensem, quod unâ cum Artemio adversus ipsum Imperatorem rebellasset.

Circâ hunc annum vitâ excedit S. Pega Virgo in Angliâ.

Gothorum reliquiæ, in Asturibus & Cantabris receptum habentes, Pelagium filium Fanlani Ducis ex semine regio Principem eligunt.

Moritur Suliman Arabum Dux, cui successit Umar.

Floret Isidorus mercator Episcopus Setubensis, vir doctus.

Auditâ Radbodi Ducis morte S. Bonifacius in Frisiam se confert, ut gentem illam prædicationis Evangelicæ avidam, verbi DEI pabulo, quod olim tentaverat, tandem reficeret, ejus desiderium ac votum spontaneus secutus est effectus, favente inprimis Carolo Principe, cujus Imperium in Frisios ex dicti Ducis interieû confirmatum est.

Carolus Martellus Chilpericum Regem & Ragenfredum Majorem Domûs necdum plene debellatos videns, eos persequi porrò institit, objectoque novo Rege Clothario, quem Theodorici tertii filium, fratrem Chlodovoi tertii ac Childeberti itidem tertii tradunt, de summâ rerum cum adversariis conflegendum curavit; eo animo, collectis ex universâ Austrasiâ ingentibus copiis, Remos accedit, urbisque portas sibi reserari petiit; negavit Rigobertus Episcopus, qui tùm suprà portam Basilicarem versabatur; neganti Carolus minas intentat, ac Sueffionas exercitum promovet; occurrit ex adverso Chilpericus cum Ragenfredo, conjunctis Eudonis Aquitaniz Ducis viribus, quas hic ex totâ Aquitania contraxerat. Victis Neustrasiis & Aquitanis, & in fugam conversis, Chilpericus cum Eudone in Aquitaniam magnis itineribus, Ragenfredus in urbem Andegavorum se recipit.

Sub idem tempus Hadulfus Abbas Nobiliacensis apud Atrebas Ord. S. Bened. id est, Monasterii S. Vedasti, mortuo Hunoldo Episcopo, promotus est ad Sedem Atrebatensem.

Annus Christi 720.

Leo Imperator filium suum Constantinum Copronymum creat Imperatorem.

Pelagius Hispanizæ Rex 124000. Saracenorum in pugna interficit.

Moritur Haumarus Princeps Saracenorum, unde Ecclesiæ pax est reddita: Gizid in Perside affectat dominatum, sed alter Gizid legitime in Regem electus, per Masalmam tyranno interfecto, Persidem recuperat.

Ragenfredo Majore Domûs Chilperici Francorum Regis hoc anno mortuo, Carolus Martellus, res Francorum pro arbitrio moderans, Theodoricum in Regni Sede constituit, mortuo jam anno superiore Lothario Rege, cujus Carolus Major Domûs erat; sed adversarium magnopere sensit Eudonem Aquitaniz Ducem; quem tandem devicit.

Floret

Floret S. Egvvinus Episcopus Wigorniensis in Anglia, Monachus Ord. S. Benedicti, hic, dum pravos populi mores ferventibus concionibus castigasset, de fictis criminibus non apud Regem duntaxat, sed & ipsum Rom. Pontificem accusatus est; sed vir Dei fide munitus, pro peccatis populi sui pedes suos vinculis ferreis astrinxit, quæ clave poterant ligari & reserari, quam tamen ipse in fluvium Abdonæ sive Aven projecit, & versùs Romam ire cœpit, quò cum appulisset, in Ecclesiâ S. Petri Apostolorum Principis ad orationem prosternitur; interim famuli ejus pro cibis emendis ad fluvium pergunt, & empto quodam pisce magno; & exenterato, compedum clavicula in visceribus invenitur; ferrumque quod Angliæ fluvius absorberat, Romana Tiberis reddidit, quod miraculum Egvvinum ipsi Christi vicario venerandum ostendit: alia inter miracula vir Dei fontem precibus elicit, morbos alienos ipse æger sanavit, sæpeque Deiparæ apparitione dignatus est.

S. Gaudinus Episcopus Sueffionensis à lationibus in puteum dejectus, Martyrio coronatur.

Ethelbaldus, aliis Athelvaldus, Rex Anglorum Orientalium regnare incipit.

S. Erkembodo Abbas Sithivensis Ord. D. Bened. creatur Episcopus Tervanensis.

Claret S. Eudemundus Abbas Ord. D. Bened. fuit Bajocis stirpe sublimi natus, in aula Chilperici Regis primam ætatem egit, multisque auctus honoribus, nobilissimâ ductâ conjugem, cum ipsa cœlestem quasi in terra vitam instituit, uterque demùm pari consensu Monasticæ complexi magnis virtutibus claruere. Eudemundus condito Fontanensi suæ ditionis Cœnobio, non multo post ejusdem Abbatem egit, & miraculorum gloriâ à Deo honorari meruit.

Obiit mireculis illustris S. Cuthburgis ex Ofredi Northumbriæ Regis conjugem, Monialis Ord. D. Benedicti.

Claret S. Theophilus Monachus, qui cum Leonem Isauricum adversus sacras Imagines edita promulgantem coram arguisset, jussus fuit savissimè cædi, & diu in carcere detineri, demùm in exilium pulsus, multis ærumnis ac laboribus confectus migravit ad Dominum.

Floret S. Leothadius ex Monacho & Abbatate Moyfiacensis Cœnobii Ord. D. Bened. Archiepiscopus Ausciorum.

Moritur S. Hermelandus Antrensis Ord. S. Bened. Abbas.

Circiter idem tempus etiam mortem subiit S. Meneleus Abbas Menatensis ejusdem Ord.

Eucherius ex Monacho Benedictino Gemeticensi creatur Episcopus Aurelianensis.

Annus Christi 721.

A Gregorio Papa congregatur Synodus Episcoporum viginti duorum.

In Oriente Syrus quidam impostor simulans se Christum, seducit Hebræos, putantes eum verè esse Messiam.

Moritur Gosbertus II. Franciæ Orientalis Dux: item Eugenius VII. Rex Scotiæ; ex ejus recommendatione Mordacus Amberkelethi filius regnum suscepit.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Obiit Garinus Episcopus Argentoratensis: circa hunc quoque annum fatis concessit S. Hildelitha Virgo, Abbatisa Birkengensis in Anglia, Ordinis S. Benedicti alumna; item S. Cuannanus Abbas Magbilienfis.

Naturæ debitum solvit Umar Arabum Dux; cui successit Isid.

Ad regna cœlestia transit S. Joannes ex Monacho Streneshalcensi Ord. D. Bened. Archiepiscopus Eboracensis, insigni miraculorum gloriâ à Deo donatus; inter alia mutum solo signo crucis impresso eloquentem reddidit.

Quintilianus Abbas S. Germani Ord. S. Bened. creatur Episcopus Antifiodorensis.

Eudo Dux Aquitanorum fudit cæditque Zamanem Saracenorum Ducem, illumque ex pago Tolosano sibi subiecto expellit.

Annus Christi 722.

S. Bonifacius Cattos convertit. Leo Imperator cœgit Judæos & Montanos baptizari: illi diluerunt baptismum, seque Catholicos simulantes contaminarunt fidem: hi verò in domibus suis seipfos incendunt.

Moritur S. Richardus Britanniz Rex; item Benignus Diaconus Abbas Fontanellensis & Flavienfis, vir insigni pietate præditus.

Hebræus quidam præfigitor, Serantamicus vel Saramapechys dictus, Gerido Arabum tyranno diuturnas cum triginta annorum principatu voluptates vaticinatur, si per unum versum regnum omnes à Christianorum templis Divorum Imagines tollerent, quod quidem ille cum impio jussu fieri mandasset, sequenti anno præmaturâ morte è vivis sublatus, sacrilegi impostoris vaticinium fuisse vanum ostendit.

Annus Christi 723.

S. Bonifacius à Gregorio Papa Episcopus ordinatus admirandis meritis magis magisque Europæ innotescit, cum sociis Monachis.

Moritur Geridus Arabum Tyrannus iconoclasta.

Carolus Martellus ad mortem ægrotus, per S. Maximinum Episcopum Trevirensis in somnis sibi apparentem, ad tumulum ejusdem illic prodigiosè sanatur.

Duo Ducis Campanizæ Dragonis filii in carcerem conjiciuntur, ex quibus Arnouldus, qui solus nominatur, in custodia mortuus est.

Ravengero Episcopo Tervannensi sufficitur Erkembodus Abbas Sithivensis Monasterii, cujus curam ac regimen etiam Episcopus retinuit.

Annus Christi 724.

Augia Dives, & plura alia Cœnobia conduntur.

Carolus Martellus Bojos, Saxones, Aquitanos aliosque bello domat.

S. Corbinianus Frisingensis Episcopus, cum perfunctus esset annis octo Episcopatus laboribus, amore quietis Romam venit ad Gregorium Pontificem, ut missionem ab eo onere

X

ptec-

peteret; sed cum non obtinisset, in Bojoriam rediens, Grimoaldum Ducem, filium Theodonis acriter reprehendit, quod viduam fratris sui Theodoaldi sibi copulasset; quæ sancto viro insidias struere conatur; sed postea penitentiam unam cum Grimoaldo ducta, ambo ad pedes ejus prostrati, separationem ab invicem promittentes absolutionem obtinuerunt; at cum rursus ad vomitum redissent, ulciscente Numine primò filius Grimoaldi extinctus est, deinde ipse Grimoaldus ab insidiatoribus interfectus: sed & qui venenum sancto Episcopo, pellicis jussu propinare voluerat, lancea percussus interiit, ac denique ipsa pellex omni honore ac bonis privata, unicum asellum ad subvectionem possidens in Italia vitam finivit; ipsorumque liberi cum multa tribulatione & Principatu & vita privati sunt.

Judæi Laodicensis Izitho Arabum Principi persuadent, ut Imagines aboleat.

Annus Christi 725.

COrpus S. Augustini ex Sardinia, (quod ex Africa tempore Wandalicæ persecutionis deportatum fuerat) operâ Luithprandi Regis Longobardorum, Ticinum transfertur, redemptum magno pretio à Saracenis, qui eam Insulam occupaverant.

Eudo Aquitanæ Dux in odium Caroli Martelli, Saracenos ex Hispania in Gallias evocat; qui Burdigalam prætergressi, cunctis ubique locis vastatis, & Ecclesiis igne crematis, crudelitatis suæ vestigia ubique reliquerunt; à quibus insigni Martyrio coronatur S. Theofredus Abbas Calneliacensis Ord. S. Bened.

S. Bonifacius ad colligendam ampliorem in Christi horreum messem, ex patrio Angliæ solo, atque etiam aliunde, viros plures religiosos & eruditos, sed & probatas sanctitatis sceminas in Germaniam vocat, per quas gentiles mulieres mutuam consuetudine ad fidem Christi facilius allicerentur.

Inas Saxonum Occidentalium in Anglia Rex, exercitum in Sudsexiam ducit contra Saxones Meridionales, eorumque Regem Ealdrith prælio fundit & occidit.

Moritur Isid Arabum Dux, cui succedit Isam; item S. Benedictus Episcopus Mediolanensis, cum annis 44. Ecclesiam rexisset, ei succedit Theodorus.

Sub hoc tempus apud Marinos, Berta Blangiensis Abbatissa, cum esset annorum 69. ad caelestem Sponsum migrat, claruit post mortem insigni miraculorum gloria; caelo, terræ, Ordini Benedictino decus percelebre.

Annus Christi 726.

Carolus Martellus, nunc ab Eudone sibi aliàs adversario evocatus in auxilium, Saracenos proffigat, caesis 370. millibus.

Leo Imperator factus hæresiarca, publicum in Senatu promulgat edictum, ut sacræ ubique deleterentur Imagines: quod causa fuit ut multi ab ipso deficerent, Itali præsertim; æstivo tempore inter Theram & Therasiam Cyclades Insulas primò vapor ut ex camino ignis visus est ebullire ex profundo maris per aliquot dies, qui paulatim incrassatus & dilatatus totus igneus

apparuit: postea verò petrinus pumices grandes, & cumulos quosdam transmisit per universam minorem Asiam, & Lesbum & Abydum, & maritima Macedoniæ, adeò ut etiam tota superficies maris iisdem contereretur: in medio autem tanti ignis nova repente Insula ex terræ congerie facta; interim hoc portento nil territus Leo, plures, qui impio suo edicto se opponebant, membrorum detruncationibus, & flagris & exiliis, & rerum jacturis, maximè eos qui Nobilitate & verbo clari essent, affecit: ipsosque Bibliothecarios Constantinopoli summæ autoritatis viros, sibi contrarios, admoto igne, unam cum Bibliotheca, tricena & tria voluminum millia continente incendit.

Germano Constantinopolitano Patriarchâ, impiis interim Imperatoris conatibus generosè renitente, Gregorius Papa Romæ Synodum convocat, & in ea pium sacrarum Imaginum cultum sancto Decreto firmiter roborat; eodemque Decreto anathema Imperatori, omnibusque Iconoclastarum hæresis sectatoribus dictum fuit.

Huu Rex Britannæ, Ceadvallæ in regno Successor, atque in Religione imitator, relicto & ipse regno, ad limina Apostolorum Romam veniens, Monasticam sibi vitam amplectitur.

Ad caelos abit S. Willeicus Abbas, magni Saxonum Apostoli Suiberti discipulus, & Apostolici laboris socius, vir in divinis Scripturis eruditissimus, & prædicator ferventissimus, illustre Ordinis Benedictini decus.

S. Pirminius Augiâ pulsus ab infesto sibi Theodebaldo Duce, Alsatiam petens, Murbacense Cœnobium condit.

S. Theodosia Virgo Monialis Constantinopoli, cum pluribus aliis Virginibus ob defensionem sacrarum imaginum Martyrio coronatur.

Annus Christi 727.

Navalis exercitus, adversus Leonem Augustum ob promulgatam hæresim insurgens, & Constantinopolim accedens, superatur, naves concremantur, ipsique Duces capite puniuntur; sicque Iconoclastarum impietas magis indies crevit.

S. Joannes Damascenus ex Ord. D. Bened. vir eruditione clarissimus, impiis Imperatoris ausibus magno animo, verbis & scriptis se opponit.

Moritur Landbertus Episc. Argentorariensis; item S. Hubertus Episc. Leodiensis, cui in Episcopali sede succedit S. Florebertus.

Annus Christi 728.

S Joanni Damasceno technis Leonis Imperatoris, impii Iconoclastæ, amputata manus, tot scriptis sanctis, pro cultu præsertim Sanctorum eorumque imaginum illustris, à Deipara prodigiosè restituitur, lineam tantummodò quadam relicta, quæ locus excisionis demonstraretur.

Ex hac vita transit S. Hubertus Leodiensis Episcopus, cujus prædicatione omnis Arduenna ab idolorum cultu fuit liberata, & in Taxandria atque Brachbanto fides mirificè propagata.

Decedit in Monasterio B. M. V. Farfensi B. Faroaldus ex Duce Monachus Benedictinus; adhuc Princeps, cum grandi aliquando comitatu ac pompâ Romam iter intenderet, mul-

multosque in id ipsum sumptus faceret, eidem apparere dignata caelorum Regina Deipara, his affata verbis: *Et quo pergis*, inquit, *Faroalde? impende potius sumptus itineris Monachis meis Farfa*: mutavit quamprimum propositum itineris Princeps optimus, Monasterio deinceps illi benefacere non destitit, donec purpuram abjiciens, seipsum denique ibidem in cucullo Deo dicavit. Ex Chron. Farfensi.

Decedit S. Hadulphus ex Abbate Vedastino in Belgio, Ord. S. Bened. Episcopus Atrebatensis ac Cameracensis.

S. Willibaldus Regis filius, ex peregrinatione Hierosolymitana redux, in Monasterio Casinensi S. P. Benedicti regulam amplectitur.

Annus Christi 729.

Moritur Taso Abbas Monasterii S. Vincentii in regno Neapolitano, Ord. D. Bened. ob eximiam vitæ sanctitatem insigne ornamentum.

Imperator isofædere per Eutyrium Italiae Exarchum cum Luithprando Longobardorum Rege, tentat Romam sibi subjicere, Gregoriumque Pontificem occidere, sed appropinquante jam urbi Luithprando cum Exarcho & exercitu, factus ei obviam Pontifex, Regem pro reverentia pedibus suis prostratum à scelere revocat, & Exarchum quoque sibi conciliat.

Frisios debellat Martellus, & ad fidem Christi cogit.

Saraceni denuò invadunt Galliam Narbonensem, eam occupant, sacra omnia profanaque caedibus, direptionibus, incendiis complent; quam irruptionem præcesserunt duo Cometæ circa Solem, quorum unus diei, alter noctis præcurrabat ortum.

Ad Superos abit S. Egbertus Benedictinus Presbyter, vir verè Apostolicus.

Annus Christi 730.

Leo Imperator persecutionem adversus sacrarum imaginum propugnatores renovans, S. Germanum Constantinopolitanum Patriarcham, Orthodoxorum antesignanum, quod nec minis nec blanditiis in partes suas trahere potuisset, violenter alapis caesum, & ignominiosè depositum in exilium relegat. Damasc. Orat. 1. de Imag.

Moritur Radboltus Episcopus Argentorariensis; item S. Hugo Ord. D. Bened. Archiepisc. Rothomagensis, miraculis à morte gloriosus; fuit consobrinus Pipini Galliarum Regis.

Ad Superos quoque circa hunc annum abit S. Moderannus Episcopus Rhedonensis, ex Ordine D. Benedicti Monachus, miraculorum gloriam illustris.

Decedit Julia, Abbatissa tertia Monasterii Horrei Ord. D. Bened. sanctitatis famâ & miraculorum gloriam illustris; item S. Corbinianus ex eodem Ordine Episcopus Frisingensis.

Annus Christi 731.

Moritur S. Gregorius II. Papa, natione Romanus, anno regiminis 17. succedit S. Gregorius III. natione Syrus, professione Monachus.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Diem obit S. Brithvvaldus ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Cantuariensis, Succedit Tadvinus Monachus Brittainensis ex eodem Ordine.

Venerabilis Beda suæ historiæ Ecclesiasticæ gentis Anglorum, finem imponit.

Saraceni in Gallia Narbonensi à Carolo Martello vincuntur, & expelluntur.

Claret Lutetiæ Parisiorum S. Aurea Virgo & Abbatissa Ord. D. Bened. 300. Monialium mater, rigore vitæ & miraculis celebris, quæ inter Dedam Monasterii Cellerariam se absente mortuam, post tertiam ab obitu diem compellans, ad vitam revocavit, quæ de clavibus & curæ suæ commissis rebus rationem sanctissimæ Abbatissæ reddens, cum plenè eidem satisfecisset, petita denuò ejusdem licentiâ & benedictione, rursus in Domino requievit. Anton. de Yepes.

Annus Christi 732.

Filia Chajani Regis Chazarorum, filio Imperatoris Christiana facta nubuit. Imperator verò in impietate perseverans, classem adversus Italos Romanosque parat, quæ autem in Adriatico mari naufragio perit.

Gregorius Papa III. Romæ Concilium Episcoporum 93. cogit, quo cultus sacrarum Imaginum rursus commendatur.

Saraceni ex Hispania in Gallias effusi, in primis utramque Aquitaniam, Provinciam & Burgundiam sæpè repetitis cladibus atterunt; in ista clade Ord. Bened. Cœnobita pleraque sunt incensa ac pessumdata, Monachi passim caesi, sacra loca in solitudinem redacta: in solo Lirineni Cœnobio 500. Monachi cum S. Porcario caesi sunt.

Ad hunc annum etiam revocant nobile factum sanctimonialium quadraginta Cœnobii S. Cyrici Ord. S. Bened. propè Massiliam, quæ hortante S. Eusebiâ Abbatissâ, ne suæ pudicitiae vis à Saracenis inferretur, nasum sibi præcidisse traduntur.

S. Bonifacius Germanorum Apostolus, verbo Dei prædicando, Ecclesiis Monasteriisque exstruendis strenuam navat operam.

Wilfridus junior Eboracensis Antistes, Joannis decessoris sui exemplo dignitatem abdicat, & Benedictino cœtui religioso se adjungit, vitæ contemplativæ se totum daturus; ei succedit Egbertus, Eadberti Northanimbriorum Regis frater.

Obiit item Albinus Abbas Cantuariensis Monasterii suburbani octavus, vir sanè de Ecclesia vel hoc uno benè meritus, quod Venerabili Bedæ, non modò adjutor, sed auctor fuerit, scribendæ Ecclesiasticæ Anglorum Historiæ.

Annus Christi 733.

Missi Legati ad Leonem Imperatorem, cum precibus ut ab impietate desisteret: ipsi in itinere spoliati, & post carcerem octo mensium cum ignominia remittuntur: pluresque in Oriente orthodoxi Episcopi, pessimi hominis errores detestantes in exilium expelluntur.

Carolus Martellus Saracenos ingenti numero ex Hispania emergentes, opem laturos suis, in civitate Narbonensi cum ipsorum Rege obsessis,

obsessis, ad internecionem usque delevit. Illustris victoriae gloriam paulo post obscurans exilio, in quod Eucherium Episcopum Aurelianensem injuste egit.

Bavariam Ermvolfi haeresi liberat S. Bonifacius Germaniae Apostolus.

Ogerius Gollantes cognomento Cathelon, in Cataloniam cum exercitu movit, ibique posteritati sedes posuit.

Horrenda contigit Solis Eclipsis.

Annus Christi 734.

Leo Imperator Iconoclasta, in cultores sacrarum Imaginum persecutionem profecit, plurimos in exilium relegans, quosdam vero extremo afficiens supplicio; quos inter fuit Hyppatius Lydorum Episcopus, Andreas Presbyter, & Gregorius Limniota Monachus prope centenarius, quos detrusos in carcerem excarnificari praecipit, deinde capitis cutem extrahi, ac desuper pictas tabellas congestas accendi, barbamque pice liquente conspergi atque incendi; qui eo statu per Constantinopolitanam urbem distracti, demum jugulati sunt; eorumque corpora canibus exposita.

Heddo sive Etho Argentoratensium Episcopus creatur.

Carolus Martellus Frisiam vastat.

Moritur Tatvvinus Archiepiscopus Cantuariensis, ex Ordine Divi Benedicti Monachus.

Annus Christi 735.

Multos Christo adjungit S. Theodulphus Abbas, postea Laubiensis Episcopus; durat insani Imperatoris Leonis saevities in sacrarum imaginum cultores.

Moritur Mangbrechtus Episcopus Argentoratensis.

Illustratur glorioso titulo confessionis S. Eudæmon Episcopus Lampacenus, qui post multa certamina à praefato Leone Imperatore in exilium missus, ibidem moriens coronam vitae accepit.

Ad superos abit Venerabilis Beda, Nobile Ordinis Benedictini ornamentum, sanctitate non minus quam doctrinam effulgens; erat enim Graecae ac Latinae linguae peritissimus, Poeta, Rhetor, Historicus, Astronomus, Arithmeticus, Chronographus, Cosmographus, Philosophus, Theologus. Decessit vir sanctissimus, cum jam dies Ascendenti ad caelos Christo sacer adesset, in illa oratione: *O Rex gloria Domine virtutum* &c. tantam inter caelestis odoris fragrantiam, ut qui aederant, paradisi delicias praegustasse viderentur. Math. Westmonaster.

Ad caelestem Sponsam migrat S. Fridesvinda monialis Ord. D. Bened. Didani Ducis filia; ejus amore captus Algarus Princeps, dum ut raperet insequitur, Numine Sponsam suam protegente, illico oculis captus, sed Virginis precibus rursus illuminatus fuit.

Annus Christi 736.

Saraceni Asiam infestant. Moritur Mordacus Scotiae Rex pacis amantissimus, & Monasteriis juvandis intentus.

Item Audonius Episcopus Constantiensis; nec non S. Theodulphus Episcopus & Abbas Laubiensis Ord. D. Bened. ab insigni non solum eruditione, sed vitae in primis sanctitate celebratus.

Hersfeldense, seu Herveldense Ordinis Benedictini percelebre in Hassia Cœnobium conditur.

Florent in Gallia Belgica duae piissimae sorores Ord. D. Benedicti, sanctitate & generis Nobilitate illustres.

Lucerius Abbas Farfensis Ord. S. Bened. in Italia Monasterium S. Salvatoris octo à Farfa passuum millibus exstruit.

Annus Christi 737.

Ceuulphus Nordanhumborum Rex, apud Lindisfarnenses vitae Benedictinae institutum amplectitur; relinquens regnum Eadberto.

Moritur Alduinus Merciorum Episcopus, & pro eo Hvvicca & Tocca Mercii & Midelangli sunt consecrati Antistites.

Diem obit S. Erminus ex Monacho Abbas Laubiensis ac loci ejusdem Episcopus tertius, vir singularis sapientiae ac doctrinae, plurimis miraculis & Spiritu Prophetiae clarus.

Saraceni à Carolo Martello sub Rege Hiskan, in praelio vincuntur.

Thomas ex Monacho Benedictino creatur Episcopus Placentinus in Italia.

Annus Christi 738.

S. Bonifacius Romam adveniens, à Gregorio Papa, & civibus Romanis honorifice excipitur.

Carolus Martellus Saracenos ex Provincia Galliae regione penitus ejicit.

Alphonus Pelagii gener, regni Hispanici suscipit habenas, plurimas civitates à Saraceno manibus vindicat.

Circa hunc annum obiit S. Petrus Episcopus Papiensis in Italia, Regali Longobardorum genere natus, illibatae castimoniae observantissimus; item S. Genesius Comes Arverniae miraculis clarus.

Cum Eucherius Episcopus Aurelianensis in Hasbanienfi S. Trudonis Monasterio exul, sex circiter annos egisset, ex hujus tandem Saeculi exilio liber in caelum evolat.

Annus Christi 739.

Luithprandus Longobardorum Rex Romam infesto exercitu obsidet, quod Gregorius Papa & Stephanus Dux noluisse reddere Thrafamundum Ducem Spoletanum, qui ad eos eodem Rege persequente confugerat; solvit tamen paulo post obsidionem, & captis aliquot civitatibus Ducatus Romani in sua se recepit. Thrafamundus autem cum Romanorum exercitu Spoletum recuperavit.

Moritur Nothelmus Archiepiscopus Cantuariensis; item Theodorus Episcopus Mediolanensis in Insubria, cum sedisset annos quatuordecim; item S. Willibrordus ex Monacho Benedictino Episcopus Trajectensis, qui in Frisia & Dania Evangelium praedicavit.

imò Borealibus omnibus Provinciis lumen fidei intulit: in villa Walachia, cum comminuto antiquissimo quodam idolo, custos ejusdem: caput viri sancti frustra quidem gladio feriret, arreptus illico à demone & interemptus parati parricidii poenas luit.

Moritur S. Taso S. Vincentii in Samnio Ord. D. Benedicti Abbas, qui totas hebdomadas jejunasse fertur; nunquam lecto recubuit, lorica subtus cucullum ferrea, carnem compegit.

Annus Christi 740.

Luithprandus Gothorum Rex Romam rursus obsidere molitur, quamobrem Gregorius Papa auxilium à Carolo Martello Francorum Duce per Legatos petit, eundemque Christianissimi titulo primus ornat, Regibus dein perpetuo.

S. Bonifacius Germaniae Apostolus, primam Episcoporum ibidem Synodum colligit.

Occidentalium Saxonum in Britannia Rex Ina, relicto regno Monachus efficitur Benedictinus; par vitae sanctioris institutum complexa quoque est uxor ejus Edilburga miraculis postea gloriosa.

Ob Leonis Imperatoris perfidiam & in orthodoxos exercitam saevitiam, iratum Numen, terrae motu totus ferè contremisit Oriens, atque civitates plures solo æquantur. Constantinopoli corruerunt Ecclesiae & Monasteria plura, populusque multus extinctus est, ac quae erant in eadem urbe statuae Imperatorum Constantini & Theodosii, aliorumque, collapsae ac contritae sunt, quasi ipsae stare non possent, ubi sacrae imagines prostratae essent; denique & mare in quibusdam locis fugit terminos suos, perdurante terrae motu mensibus duodecim.

Moritur S. Corbinianus Episcopus Frisingensis ex Ord. D. Benedicti, cui in dignitate Episcopali successit Erimburtus ejus frater.

Fatis concedit S. Ethelvvoldus Episcopus Lindisfarnensis in Anglia; item S. Acca Hagulstadenfis Episcopus miraculis post mortem illustris, fuere ambo instituti Benedictini.

In Anglia S. Fremundus Eremita Regio ortus sanguine, à quodam apostata & virtuti ejus invidente trucidatur.

S. Natalis creatur Episcopus Mediolanensis.

Ad caelos migrat S. Bainus ex Monacho Fontanellae Ordinis Sancti Benedicti Morinensis Episcopus.

Claret S. Abel ex Monacho Laubiensi Ordinis Sancti Benedicti Archiepiscopus, functionibus Apostolicis, plurimorumque constructione Monasteriorum celebris.

Moritur S. Adelbertus Edilvvaldi Deirorum Regis filius, Monachus Benedictinus Cœnobii Epternensis, Hollandiae & Kenemariae Apostolus, Spiritu Prophetiae clarus, clarisque innumeris ac stupendis miraculis.

Decedit S. Flobargisus Episcopus Salisburgensis ex Ord. D. Bened. item S. Sabinianus tertius Abbas Cameliacensis ex eodem Ordine;

nec non S. Morinus Bojorum Apostolus ejusdem instituti professus.

Wilicarius Episcopus Viennensis in Gallia, Ecclesiam suam à laicis directam indignatus, relicto Episcopatu in Monasterium Agaupense Ord. S. Bened. secedit, ubi ad mortem usque Monasticam vitam duxit.

Hic annus supremus fuit Nothelmo ex Ord. D. Bened. Pontifici Cantuariensi; succedit in Sede Cuthbertus Episcopus Herefordensis.

Aichstadium sive Dryopolis urbs, initium sumit.

Annus Christi 741.

Moritur impiissimus Leo Imperator, Imperii habenas nunc suscipiente Constantino Copronymo, homine fero & abominando, qui hoc eodem anno edictum promulgavit contra venerandas imagines: sed mox adfuit Dei vindicta, cum enim ipse adversus Arabes profectus, contra Artabasum Curopalatum, sororis suae maritum, quem suspectum habebat, ejusque filios, necem moliebatur; malitiam intelligens Artabasus, insecutus eum, aufugere coegit, ipseque pergens Constantinopolim, operam Theodori Patricii urbis Praefecti, affirmantis Constantinum jam esse mortuum, Imperator acclamatus est; ac filios Constantini captos, caesos & tonsos carceri mancipavit; cujus se quoque partibus junxit Anastasius Patriarcha, licet haereticus.

Evelid Rex Arabum, in Oriente interficit omnes captivos Christianos.

Diem obit Gregorius Papa tertius; cum sedes ejus vacasset dies octo, electus est in locum ejus Zacharias natione Graecus ex patre Polychronico, vir mitissimus, pius & misericors, etiam in eos, qui antea sui fuissent persecutores; qui Luithprandum ad pacem cum Romana Ecclesia ineundam commovit: sed & junctis cum eodem Rege Romanis copiis, Thrafamundum Ducem Spoletanum, tum Regi, tum ipsis etiam Romanis nunc perfidum, coegit se se eidem Regi dedere.

Vitam quoque deponit Carolus Martellus, cui succedunt duo ejus filii Carolomanus atque Pipinus: ille quidem major natus in administratione Austrasiae atque Thuringiae, hic in officio Majoris domus Regum Francorum.

Hethanus ultimus Franciae Orientalis Dux extinguitur, Ducatus regimine devoluto nunc ad Theodoricum Regem Galliae.

Moritur S. Wulfrannus Episcopus Senonensis, professus regulam S. Benedicti; nec non S. Natalis Episcopus Mediolanensis, cui succedit Arifredus.

S. Willibaldus ex Ordine D. Bened. consecratur Episcopus Eichstadianus, assistentibus Burchardo Wirtzburgensi & Wizione Episcopis.

Annus Christi 742.

Artabasus Constantinopoli imperans, Nicephoro filio in Imperii consortium allecto, adversus Constantinum in Armenia

morantem progressus, magnâ acceptâ clade in urbem rediit: sed & ab eodem missus Niceta filius major, æquè malè adversus Constantinum pugnavit: quo pariter anno, pluvie defectus & terræ motus facti sunt adeò vehementes, ut alicubi montes unirentur, & castella à terra absorberentur.

Moritur Evelid Arabum Princeps, cui succedit Hali; qui concedit Ecclesiæ Antiochenæ, post 40. annos viduitatis sponsum sibi Patriarcham accipere Stephanum Monachum.

Petrus, Damascenus Episcopus, quòd zelo fidei æstuans, Arabum ac Manichæorum cognationem palàm arguisset, linguâ manibus pedibusque amputatis, cruci affixus, Martyrium consummavit.

Alius ejusdem nominis, Mavimena eandem ob causam gladio Martyr efficitur.

S. Bonifacius in Germania, Zacharias Papa Romæ Synodum celebrat.

Moritur Ubelinus Episcopus Argentoratensis; item S. Erckembodo ex Abbate Sithivenfi Ordinis Divi Benedicti, Episcopus Tervanensis.

Carolomannus & Pipinus Majores Domûs in Francia, exercitum ducunt adversus Hunoldum, Eudonis Ducis filium; sed mox pax initur.

Decedit Arifredus Episcopus Mediolanensis, cui succedit Stabilis.

Carolus Magnus Imperator nascitur.

Habitus est in regno Merciorum conventus Cloveshovienfis sub Cuthberto Archiepiscopo Cantuariensis.

Annus Christi 743.

Zacharias Papa Romæ Synodum celebrat, in qua inter cætera gesta damnati sunt duo impostores hæretici, Aldebertus Gallus, & Clemens Scotus.

Item Zacharias Papa Luithprandum Gothorum Regem Exarchatum Ravennæ sibi subijcere tentantem, in persona ipsi loquens à cœptis revocat.

Constantinus Copronymus valido exercitu comparato Constantinopolim obsidet, Artabadi copias manus secum conferentes vincit, ipsamque civitatem, penuriâ maximâ laborantem occupat, captosque Artabas dum ac duos ejus filios oculis privat, ac quamplurimos illorum fautores perimit, vel aliis tormentis affligit, ac denique urbem Constantinopolitanam direptioni militum exponit; cumque post hæc ludos equestres in Hippodromo celebraret, Artabas dum unâ cum filiis & amicis ligatum introduxit, ac simul cum iis Anastasium Pseudo-Patriarcham publicè cæsum, & asini dorso verso vultu impositum circumduxit, quem tamen postea Patriarchali Sedi restituit.

Naturæ debitum solvit Isam Arabum Dux.

Calendis Martiis celebratur Synodus Lipinis in Belgio, cui præsidet S. Bonifacius, Germaniæ Apostolus.

Ante finem hujus anni Carolomannus & Pipinus Childericum Regem à Francis con-

salutandum curarunt, sive ut ambo majori cum invidia regnarent, sive hæc fuerit modestia Carolomanni, ut Pippinum fratrem, regnandi magis cupidum, ad constituendum supra se Regem induxerit.

Hoc ferè tempore in Bavariam venit S. Alto Monachus Benedictinus, nobilissimâ Scottorum gente progenitus.

Burense seu Benedictoburanum superioris Bavariæ Monasterium sub regula S. Benedicti, ad Alpes Tirolenses à tribus Germanis, Lantfrido, Waldramno & Gundramno conditur, quos ex Pipini aula Dei amor ad Christi militiam adduxit.

Annus Christi 744.

Moritur Stephanus Patriarcha Antiochenus, succedit ei Theophylactus vir magnæ virtutis.

Obiit Luithprandus Longobardorum Rex, cui succedit in regno Hildebrandus nepos, & huic post menses septem ob asperitatem à Gothis in ordinem redactò, Rachisus Dux Forojulienfis.

Diem obit supremum Daniel Episcopus Wintonienfis; item Stabilis Mediolanensis.

S. Bonifacius celeberrimum Fuldense Monasterium sub regula S. Benedicti condit.

Suessione Synodus habetur Episcoporum viginti trium, cui præsidet dictus Bonifacius, in qua resignato Episcopatu, Ebbo, Antistes Senonensis, vitam solitariam eligit.

Deposito Milone, qui solâ tonsurâ erat Clericus, moribus sæcularis, substituitur in Archiepiscopali Sede Rhemenfis Abel, Monachus Benedictinus Laubienfis.

Carolomannus & Pipinus communes ulturi injurias, Hunoldo Aquitanorum Duci, qui ipsis Bajoarico bello occupatis Neustriam lacefferat, transito Ligeri vicem regerere properant, eumque ad deditorem ac pacem compellunt.

Annus Christi 745.

S. Bonifacius primus Archiepiscopus Moguntinus creatur: Athelbaldum Merciorum Regem in Anglia, malè viventem, per epistolas à vitiis paternè revocat.

Moritur Flobargisus Abbas S. Petri Salisburgi Ordinis Sancti Benedicti, & simul hujus urbis Episcopus, alii tamen anno 740. obiisse putant; cui successit B. Joannes, septimus Episcopus ex eodem Ordine.

Sub hunc annum fati concedit S. Basinus, S. Clodulphi Austriæ Ducis filius, ex Monacho S. Maximini Benedictino, Episcopus Treverensis, miraculorum gloriâ illustrissimus.

Lætus creatur Episcopus Mediolanensis.

Obiit S. Harlindis Abbatissa Monasterii Eickenfis ad Mosam Ord. S. Bened.

Florbertus ex Abbate Stabulensi Episcopus Leodienfis moritur.

Annus Christi 746.

Beraunum Bohemiæ oppidum conditur; item Monasterium Tegemseenfe, Ord. S. Bened. in Bavaria.

A die

A die quarta Augusti usque ad Octobris Calendas, in Oriente factæ sunt tenebræ caliginosæ, quas secuti sunt terræ motus prodigiosi in Palæstina ac tota Syria; tandem pestis ingens, quæ Constantinopolim incolis ferè totam privavit, duravitque per tres annos; iis verò, qui moriebantur, primò in vestimentis cruciculæ invisibiliter imprimebantur, moxque lue tacti vitam finiebant; cum & insuper quamplurimi multis spectris & phantasmatis miserabiliter vexarentur.

Rachisus Longobardorum Rex, Conventum cogit omnium Principum suæ gentis, ut publicis initis comitiis unâ simul agerent de legibus Longobardorum, vel emendandis, vel addendis; eas ex sententia omnium benè dispositas promulgavit.

Moritur Ernefridus ex Monacho Benedictino Augiæ Divitis, Episcopus Constantiensis; item Gundoldus sive Sunderholdus Episcopus Argentoratensis.

Præfato Ernefrido succedit in Episcopatu Sidonius Monachus itidem Benedictinus.

Annus Christi 747.

Carolomannus Caroli Martelli filius primogenitus, relicto Principatu fratri suo Pipino, habitum Monasticum S. Benedicti suscipit.

Obiit S. Killenus Abbas Hiensis Ordinis S. Benedicti.

Gripho elapsus, diversos sibi concilians bellum parat.

Moritur circa hunc annum S. Baltherus Presbyter & Eremita, qui Apostolico labore prius apud Pictos desudavit; post ejus mortem cum trium parochiarum incolæ, nimirum Aldhamæ, Tinnigamæ & Preston pro ejus efferendo funere decertarent, omnibus ut tam sancto pignore honestarentur, contententibus, spectaretque res propè ad injuriam; placuit omnium consensu, per sequentem noctem piis precationibus sacras agere vigiliis; exactâ nocte tres capuli tribus cum corporibus, vestimentis sacris decenter ornati, nullo inter se magnitudine aut colore aliove quovis discrimine, à Sacerdotibus inventi, jubente Episcopo piis ac lætis populi acclamationibus ad tria vicina templa sunt delati.

Moritur S. Wigbertus Abbas Frizlarieus, Spiritu Prophetico, & miraculis post mortem clarus.

Annus Christi 748.

S. Burchardus Romam se confert ad Zachariam Papam, cum litteris S. Bonifacii Germaniæ Apostoli.

Idem Zacharias Monasterium Cassinense, ab omni Episcoporum ditione liberum esse vult, præterquam Romanæ Pontificis.

Moritur Gando Archiepiscopus Argentoratensis. Succedit Otto.

Claret in Anglia S. Tetta Virgo & Abbatissa Weinbrunnensis, Regio orta genere: è miraculis ejus illud rarius memoratur; cum Virginum quædam, cui templi cura fuit de-

mandata, ad vigiliis confurgens, claves sibi ablatas plurimum lamentaretur, nihilque inquirendo proficeret, ac proinde ad S. Abbatissam accidens pedes, culpam ex more fatetur, ista diaboli scelere factum illico intelligens, convocatis sororibus, in preces sedulò incubuit; cum ecce confurgentibus illis ab oratione, reperta quamprimùm ante fores oratorii vulpecula mortua cum clavibus in ore, cujus meritò in forma auctor confusionis detectus apparuit. Ex Menol. Buccellin.

Annus Christi 749.

Moritur sub hoc anno S. Rigobertus Archiepiscopus Rhemenfis, ex Ordine S. Benedicti in exilio, sede suâ à Carolo Martello injustè pulsus, claretque post mortem insignibus prodigiis.

Terræ motu ingenti, multæ in Syria civitates subversæ sunt, ac nonnullæ à montanis ad campestria cum muris & habitatoribus suis integræ & incolumes translata; sed & Mesopotamiæ terra in alterâ extremitatè distrupta fuit ad milliaria duo.

Anastasium Abbatem Monasterii S. Euthymii extinctam hæresim perditissimi Gnaphæi resuscitare volentem, doctissimè confutat S. Joannes Damascenus, sui que nominis celebritate dictam hæresim, antequam vulgaretur, extinguit.

Pipinus Major domûs regni Francorum, Saxones & Westphalos adhuc gentiles debellat: in reditu verò, Westphali impatientes dominii Christianorum, congregatâ novâ militum manu ipsius exercitum ex improvviso prope Verdum invadunt, quos tamen voto S. Sutherto factò prodigiosè vincit, lumine super Christianorum exercitu splendente, quod tantum paganis ex eo ferè excæcatis timorem incussit, ut statim armis depositis se se iterum Pipino subjecerint.

S. Anselmus Dux Forojulienfis, postea Monachus & Abbas Benedictinus, Monasterium celeberrimum Nonantulæ condit.

Vivere desinit Athelvaldus sive Alfvaldus Anglorum Orientalium Rex.

Chrodegangus Mettensis Antistes, Gorziensis Monasterii sub regula S. Benedicti fundamenta ponit.

Annus Christi 750.

Rachisus Longobardorum Rex, cum uxore & filia Monasticam vitam sub Regula S. Benedicti proficitur; cui hoc anno in Longobardorum regno succedit Arifulphus ejus frater, consensu Principum Longobardorum. Tasia Rachisii uxor, & Ratrudis ejus filia parem Religionis statum sumpserunt.

Claret S. Relinda Monasterii Eickenfis secunda Abbatissa Ord. S. Bened. miraculorum gloriâ à Deo commendata. Molan. Arnold. Duac. Item S. Lioba Abbatissa ejusdem Ordinis miraculis coruscans.

Anselmus Dux Forojulienfis Fonani Monasterium sub regula S. Benedicti condit.

Ad Superos abit S. Ebbo Archiepiscopus Senonensis, Monachus Benedictinus, de quo legitur,

legitur, quod cum Visigothi Senones obsiderent, urbis excidium, clade in capita hostium retortâ averterit. Cœli cum ipso gloriæ affociatur S. Helia Abbatissa.

Annus Christi 751.

S. Burchardus, Nobilis Anglus, ex Ordine D. Benedicti Monachus, primus Herbipolensium Episcopus à S. Bonifacio Archiepiscopo Moguntino præsentatus, à Zacharia Pontifice consecratus, novellæ Ecclesiæ suæ præesse incipit.

Zacharias Papa Francorum regno bene consulturus, quod sub Regibus Merovingiis inertibus, & novissimè sub Hilderico stupido periclitaretur; illud Apostolicâ autoritate in Pipinum Caroli Martelli filium transfert.

Theodorus creatur Episcopus Antiochenus, Martinus Episcopus Bracarensis ex C. D. Bened. edit Collectionem Synodorum Græcarum, eas in Latinum transferens, & plura addens ex Conciliis Latinis, præcipuè ex Provincialibus Toletanis.

Wunebaldus Heidenheimense Ordinis Benedictini Cœnobium ædificare cœpit.

Annus Christi 752.

Moritur Zacharias Papa, ubi sedisset annos decem, menses tres, & dies decem. Succedit Stephanus II. qui tertio creationis die cum à somno surgeret, & sedens causas familiares disponderet, subito alienatus obmutuit, & sequenti die defunctus est. Post ipsum electus est ex Diacono Pontifex, alius item Stephanus ejus nominis tertius, filius Constantini, patriâ Romanus, pauperum verè pater & Xenodochiorum restaurator. Præfatus Stephanus III. Monachus erat ex Ord. D. Bened. & Archiepiscopo Casinensi.

Pipinus in Regem Francorum unctus est Sueffione à S. Bonifacio, Archiepiscopo Moguntino, jubente Summo Pontifice: Hildericus verò Rex ultimus Merovingiorum, in Monasterio inclusus.

Papa Stephanus cum Aristulpho Rege Romanam atque Imperialem ditionem devastante, per Legatos 40. annorum pacem iniit, sed Rex post quatuor vix menses eandem rursus violat; Ejus autem frater Anselmus in honorem Apostolorum, Nonantulam nobile Monasterium in agro Mutinensi condit.

Diem obit circa hunc annum S. Garibaldus Episcopus Ratisbonensis, discipulus S. Bonifacii Germaniæ Apostoli, & Monachus Ord. S. Benedicti.

Metensens Cathedram Episcopalem obtinet S. Godegrandus.

Hilbertus, octavus Abbas Gandensis Monasterii S. Bavonis, ex Ord. D. Bened. ob defensionem cultûs sacrarum imaginum, ab Iconoclastis occiditur.

Anselmus, Dux Forojulensis, Mutinensibus in campis, Nonantulæ Monasterium condit, inde Romam profectus, cucullâ Benedictinâ ab ipso Pontifice Summo Stephano induitur.

Audegarius primus Campidonensis Cœnobii fundator & Abbas, locum illum incolere cœpit.

Annus Christi 753.

Aistulpho Romanam ditionem rursus invadente, ipsamque Romam cum cæteris obsidente, Stephanus Papa in Franciam concedens, à Pipino Rege honorificè excipitur, ad eum ut ei cum uxore & liberis obviam non solum irerit, sed & pedibus ejus se se prostraverit, ac vice stratoris juxta ejus equum ambulans, aliquantum itineris deduxerit: Idem Pipinus ab ipso Summo Pontifice, unâ cum filiis Carolo & Carolomanno Rex inungitur.

Diem obit Anastasius, qui sceleratè Ecclesiæ Constantinopolitanæ præfuit; item S. Petronax Abbas Casinensis, zelo religiosæ disciplinae celebris, & Deiparæ cultor ferventissimus.

Trevirensis Sedes, uti & Rhemensis indigno incubatore liberata est, Milonè scilicet Pseudo Episcopo, solâ tonsurâ Clerico, qui post annos 40. suæ invasionis, inter venandum, apri ferino dente percussus interiit; succedit in Episcopatu Trevirensi Weomadus ex Abbate Monasterii S. Maximini: Rhemensis Cathedralis Episcopalem conscendit Tilpinus Benedictinus item Monachus ex Monasterio Dionysiano.

Eodem tempore ad Episcopatum Viridunensem promovetur Madalveus, Abbas S. Vintoni, instituti Benedictini.

Hoc anno in Bavaria octo Monasteria, quinque virorum, tria puellarum constructa feruntur à tribus nobilissimis & præpotentibus fratribus, Landefrido, Waldramno & Elilando, omnia sub regula S. Bened. nimirum Buranum, Schleedorfense, Wesbrunense, Siverstadenle, Sandavense, Pollingense, Staffelseuse, & Cokilseuse.

Annus Christi 754.

Cum Pipinus Franciæ Rex hortatu Stephani Papæ Legatos sæpius ad Aistulphum misisset, ut omnia pacificè transigerentur, nec aliquid ab illo barbaro impetrare valuisset; tandem cum exercitu Alpes transgrediens in ipsis montium faucibus eundem Aistulphum prælio vicit, fugatumque insequens, Papiæ obsedit: cum Pontifex novam timens Christiani sanguinis effusionem, eum coëgit, ut accepto ab Aistulpho jramento, obsidibusque pro restituenda Ravenna, aliisque civitatibus, ipse in Gallias regrederetur.

Constantinopoli Pseudo-Synodus celebratur à Constantino Copronymo Imperatore Iconoclastâ, trecentorum triginta octo Episcoporum Orientalium suæ sectæ, in qua primò Imperator propriâ auctoritate, Constantium Monachum, Sylei antea Episcopus, virum impium, Patriarcham Constantinopolitanum constituit: postea verò omnium consensu decretum est, ut sacras imagines quilibet idola nuncuparet, earumque cultores idololatrias; cætera puncta hæretica reticeo.

Moritur Joannes Episc. Salisburgensis, ei succedit S. Virgilius ex Ord. D. Bened.

Obiit Failbeus Abbas Hienfis Ord. S. Benedicti, famâ sanctitatis celebris.

Claret sanctitatis famâ Alanus Abbas Fatenfis Ord. S. Benedicti.

Vivere desit S. Carolomannus ex Rege Monachus Benedictinus in monte Casino, mirâ humi-

humilitate præditus & patientiâ; à culinæ ministerio amotus, jussus deinceps gregem curare, manè ad pasqua educere, vesperè reducere ad caulas, hac oblatâ occasione optimè usus est, & alto illo silentio, & rerum pacatissimâ quiete meditationi faventibus, oculos erigebat in cœlum, & Psalmorum modulationi rerum divinarum commentationem interserens, animum supernis deliciis faginabat. Eidem è pascuis ovile repetenti, fortè animadversum est, claudicantem oviculam ægrè adrepere ad gregem, cujus imbecillitati compatiens, statuit pecude in humeros sublatâ, quod reliquum erat itineris conficere: ab hac verò pecude intereundum lotio ubertim perfusus, eam fœditatem ac sordes nec minimè averfatus est. Eum postea Petronax Abbas ad vineæ culturam gradum facere jussit. Nimirum hic honos est habitus, hæc requies concessa potentissimo olim Regi, diuturnis laboribus, & infimi muneris curâ perfuncto. Demùm Abbatis sui jussione obitâ in Franciam legatione, ut Romani Pontificis animum (qui tum fortè in Gallia morabatur) Pipini fratris operâ, Longobardorum Regi conciliaret, cœlo maturus, lethali morbo correptus, intra paucos dies excessit è vita. Ex Menolog. Bucel.

Childericus exauctoratus Rex Franciæ in Monasterio Sithivensi finem vivendi facit.

Abubaba post mortem Marvansy, ab Arabibus in Syria ad solium vocatur.

Annus Christi 755.

Quod pacis non staret Aistulphus Rex Longobardorum, priori anno stipulatis, sed Romanam denuò ditionem armis infestaret; Pipinus iteratò in Italiam cum exercitu veniens, Regem ad Alpium angustias fugatum, Papiæ obsedit, nec veniam unquam rupti fœderis ei roganti tribuere voluit, quousque Ravennam cum universo Exarchatu, aliasque omnes civitates in priori fœdere contentas, Romano Pontifici tradidisset.

Paulicianorum & Manichæorum hæresis in Thracia propagatur.

S. Bonifacius Germaniæ Apostolus in Frisia nobili Martyrio coronatur: habuit in passione socios Eobanum, Adalherum, Wintrungum, Walterum, Hamundum, Scarbaldum, Bosam, Waccarum, Gundecharum, Elleherum, Hathevulfum, Hildebrandum Monachos lætissimos: ex laicis autem quadraginta.

Claret B. Joannes Episcopus Salisburgensis ex Ordine Benedictino.

Moritur Honobertus Archiepiscopus Senonensis.

Annus Christi 756.

Impius ac fœdifragus Aistulphus Rex Longobardorum in venatione miserè perit. Cui favente Papâ in regno succedit Desiderius Dux Tusciæ, qui mox Ecclesiæ Romanæ civitatem Faventiam, universumque Ferrariæ Ducatum restituit.

Terræ motus magnus factus est in Palæstina & Syria.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Theodorus Antiochenus Patriarcha ab Hali Saracenorum Principe in exilium pellitur, quasi crebrò Imperatori res eorum per litteras indicaret; sub eodem Hali plures Monachi, alique Christiani Martyrio coronantur.

Sanctus Hatto alius Jatto vel Hotto nominatus, Episcopatum urbis Nemetum adipiscitur.

Ad cœli gaudia circa hunc annum evocantur Papiæ SS. Eufrasia & Febronîa, Moniales Ordinis Benedictini, & Aistulphi potentissimi Longobardorum Regis filia.

Lullus creatur Archiepiscopus Moguntinus.

Moritur Otto Episcopus Argentoratensis; nec non Wicterpus Episcopus & Abbas S. Martini aqud Turonos, huic successit in dignitate Episcopali Andegarius.

Hoc eodem anno die functus est Wando Fontanellæ quondam Abbas; qui lumine oculorum orbatus; pastorem curam in Austrulsum transtulerat. Ab eo tempore, bonis operibus insistens, in Ecclesia B. Petri residens, agonem suum Christo inediâ, vigiliis & orationibus assiduè commendabat; miræ fuit inter immanes corporis dolores & ægritudines exemplar patientiæ; qui eum sepulturæ mandaverat Bertheaudus Monachus referre solitus erat, dum ejus corpus ipse in tumulo solito more supinum componeret, subito conversum fuisse, seque ipsum dexterum in latus, vivorum more in lecto agentium collocasse, viventisque speciem exhibuisse. Mabillon. in Annal. Bened. ad annum præsentem.

Ad cœli gloriam quoque abiit B. Baltherius Monachus Benedictinus & Anachoreta in Scotia, qui inter cætera patrata mira sicis super undas plantis ambulasse refertur.

Annus Christi 757.

Stephanus Papa post immensos labores pro Ecclesia Romana perfunctus, ex hac vita migrat, cum sedisset annos quinque & dies viginti octo, cujus Successor fuit Paulus ejus germanus frater egregiis moribus præditus, & maxime pauperum, oppressorum ac afflictorum commoditatibus intentus: qui tamen Constantino Copronymo saniora consilia frustra suggerit.

Alfonfus Rex Gallaciæ cognomento Catholicus, ubi regnasset annos decem & novem, gloriosus Saracenorum triumphis; ascendit in cœlum; in cujus obitu auditas fuisse in ære voces laudantium Dominum, Tudensis ait; ei successit Froila filius; qui Maurorum Ducem Gallaciæ invadentem insigni victoriâ devicit, cæsis Saracenorum quinquaginta quatuor millibus: ac rebellantes Gallacos, Navatrosque perdomuit.

Clarent Vertus & Petrus Episcopi, ille Hispalensis, Toletanus iste.

Ecclesia Orientalis continuâ tyrannide ipsius Imperatoris; tum dirâ Saracenorum Principis Habdallæ persecutione miserè vexatur.

Organa musica primùm hoc anno in Galliam inventa sunt ex dono Constantini Imperatoris, ad Pipinum Regem missa.

Annus Christi 758.

Egbertus Rex Nordanhumborum, abdicato sæculi factu, apud Lindisfarnenses cucullum Benedictinum amplectitur. Succedit ei hoc anno eodem in regno Osulfus filius.

Paulus Papa in paternis ædibus Ecclesiam & Monasterium extruit, sub titulo SS. Stephani Papæ & Martyris, atque Sylvestri Pontificis, in quam transtulit complura SS. Martyrum corpora.

Desiderius quoque Longobardorum Rex Monasterium Monialium erigit in Ansilbergæ filia Virginis gratiam, quæ ibidem vitam Monasticam professæ est.

In Oriente Persas quosdam Magos ita demones deceperunt, ut ad cælos volatum iisdem suaserint; qui cum nudi ex eminentibus locis ad volatum se se præcipientes darent, periëre. Habdallas Rex Saracenorum, in eorum primores advertens, sectam extinxit.

Abderam sive Abderamam aut Abderhamim Saracenus, in Hispania regnare incipit.

Vivis subtrahuntur duo insignia Ord. Benedictini sidera, S. Piminius, & Cuthbertus, Episcopus Cantuariensis.

Annus Christi 759.

Osulphus Nordanhumborum Rex, regni anno primo nequiter à sua familia occiditur nono Kalendas Augusti.

S. Othmarus Abbas, ex falsâ delatione Warini & Ruadhardi Germaniæ Rectorum, quos ipse de Ecclesiarum expilationibus apud Pipinum Regem accusarat, ignominiosè ex Monasterio expellitur; accusatores mox Dei vindictâ insequente. Vir verò sanctus carceris & inedia ærumnis confectus hoc eodem anno ad cæli gaudia abit.

Domna Nunnia Bella, Monasterium S. Michaëlis Petrosi in Hispania ad Tironii rivulum propè Veloradum fundat, huic loco se suaque tradens cum sororibus suis: in eodem Gallæciæ regno ad Sarriam fluvium in Diocesi Lucensi fundatur Monasterium Samonense S. Juliani, utrumque sub regula S. Benedicti.

Moritur Lætus Episcopus Mediolanensis, Successorem nactus Thomam.

Annus Christi 760.

Pisekum Bohemiæ urbs conditur. Pipinus Francorum Rex bellum movet adversus Waipharium Aquitaniæ Ducem, res Ecclesiarum invadentem, eum ipsarum restitutionem facere, exhibito juramento, obsidibusque datis promittere cogit.

Moritur circa hunc annum S. Erhardus ex Monacho Benedictino Episcopus Ratisponensis, Apostolicis laboribus clarus. Ethiconis Alsatiæ atque Alemanniæ Ducis filiam, oculis orbam ex utero matris, in fide instructam baptizavit, & virtute Crucis Dominicæ videndi facultatem eidem obtinuit, atque Otiliam appellavit, Joan. Colgan. Andr. Banberg.

Cælo inferitur S. Alto, altissimo Scotiæ & Hiberniæ Regum stemmate oriundus; amore Christi mundanæ gloriæ altitudinem deserens, & in Germaniam idololatriæ tenebris involutam

concedens, magno Germanorum Apostolo Bonifacio ejusque socio Virgilio strenuè in convertendis gentilibus collaboravit: condidit ope Pipini Ducis, Galliarum postea Regis, Monasterium in Bavaria nomine suo nobilitatum, refulsitque insigni miraculorum gloria: rariùs illud, cum in annofo nemore, ubi Cœnobium struebatur, excindendo atque subruendo, Fratres plurimum desudarent, & ob densitatem, crassitiem & molem arborum, secures & ascia parùm proficerent, Alto denique discipulorum tam arduos labores miseratus, cultellum quo utebatur, adhibuit, & levi ductu quercus grandævæ, ceu rasurâ quædam circumscribens, ut pro libitu quocunque vellent, prodigosè succisas atque avulsas, facillimè impellerent, effecit. Ex Bucellin. Menolog.

Claret S. Ethelfreda Ordinis D. Benedicti Monialis, in Witbieni Angliæ Monasterio, Osvvii Northumbriæ Regis filia.

Diem obit Victor Episcopus Curiensis, nec non Sidonius ex Abbate Augiæ Diviti Ord. Divi Benedicti, Episcopus Cantuariensis.

S. Haymarus, qui in Tullensi Ecclesia S. Mansueto Scoto Successor fuit, lanceis perfossus, Martyr occumbit.

S. Gengulphus, eximiâ vir pietate, uxoris suæ machinatione ab hujus adultero perfidè occiditur, & statim post mortem insignibus fulget miraculis.

Floret Kero Monachus Benedictinus, qui glossas Alemannicas cum simili expositione in orationem Dominicam & Symbolum edidit, nec non in regulam S. Benedicti; item Bobinus, ex Abbate Cellensi Trecentis Episcopus.

Ariboaliis Hæres & Cyrinus dictus, ex Abbate Schleedorfensi Ord. S. Benedicti creatur Episcopus Frisingensis.

In Angliâ è vivis excedit Aldhunus, suburbanus S. Petri Monasterii Cantuariensis Abbas decimus, cui succedit Venerabilis Jambertus, ejusdem postea urbis Archiepiscopus.

Abdala II. Arabum Califus in ordine decimus septimus, filius Mahometis, fratri Abubabæ in regno succedit, fuit sævus persecutor Christianorum, quos duplici tributo, spoliatione bonorum & Ecclesiarum vexavit, Thraciam & Cappadociam invadendo, ingenti Leonem IV. Imperatorem damno affecit. Marmol. descript. Afric. l. 2. c. 19.

Annus Christi 761.

Recrudescit in Oriente acerbissima persecutio Constantini Copronymi adversus orthodoxos, quâ inter alios gloriosum Martyrium subit Andreas Calabytes Monachus sanctissimus; qui post crebras verberationes, tandem amputato altero pede, reddidit spiritum.

Novis cladibus agitur Hispania per Saracenos.

Diem obit Ecgbertus Archiepiscopus Eboracensis, Regis Angliæ germanus, vir scientiæ & sanctitatis clarus.

Chilpingus Arvernensis, & Amingus Pictaviensis Comites congressi cum Pipino exercitu, cæduntur.

Circa

Circa hunc annum moritur Etfinus Rex Scotiæ, ei successus est Eugenius VIII. Mordaci filius, qui nihil priùs egit, quàm Donaldum tyrannum aliquot cruentis fractum præliis, cepit, ac supplicium, ceu lætum spectaculum, repræsentavit. Murdacum Gallovidiæ Præfectum socium Donaldi sceleris convictum, mori coëgit: reliquos Præfectos reos pecuniâ multavit, populo spoliato de bonis eorum satisfecit.

Moritur Witgerus sive Weckerus Episcopus Argentoratensis.

Circa hunc annum fatis concedit S. Patto secundus Werdenensis Episcopus, ex Ordine D. Benedicti, Sancti Svviberti in Episcopatu Successor, Apostolicis meritis & laboribus conspicuus; item S. Wunibaldus Abbas Heydenheimensis Ord. D. Bened. S. Richardi Angliæ Regis filius, SS. Wilibaldi Episcopi & Walpurgis Abbatissæ frater.

Apud Asturias in Hispania conditæ cepit hoc anno celebre Ordinis Benedictini Cœnobium Ovetense, quod insigni ejus nominis civitati originem dedit.

Annus Christi 762.

Thermæ Teplicenzes in Bohemia, suum volutabro deteguntur.

Constantinus Copronymus Imperator Iconoclasta, Stephanum Monachum gratiâ miraculorum illustrem in Auxentiano Bithyniæ monte degentem, cum eundem in suas partes trahere omnimodis frustra tentasset, nunc atrociter persequitur.

Jambertus ex Abbate Ordinis D. Bened. consecratur Archiepiscopus Cantuariensis, mortuo S. Bregvino ejusdem instituti, miraculis claro.

E vivis excedit Baldebertus Episcopus & Abbas Morbacensis Ord. S. Bened.

Annus Christi 763.

Imperator ad bellum Bulgaricum profectus, devictis hostibus, Constantinopolim triumphans rediit.

Idem Stephanum Monachum sanctissimum, per calumnias, illata ludibria atque tormenta, exagitare pergit, ipsumque Auxentianum Monasterium unâ cum templo incendi, Monachosque dispergi jubet.

Turcæ in Armeniam irruunt.

A Calendis Octobris usque ad mensem Februarium factum est tantum gelu, ut Pelagus Ponti ad centum milliaria præ glaciæ rigore ad triginta profunditatis cubitos in lapidis durtiem fuerit versum: cumque hujusmodi gelu nive fuisset coopertum, super alios viginti cubitos crevisse, tandem verò in multas divisum montium instar confisiones, in urbem ipsam, & usque ad Propontidem & Insulas delatas esse, ingentemque post hæc secutam esse siccitatem, ita ut fontes arefcerent, signaque de cælo visa, quibus ultimam imminere diem sibi homines persuaderent, refert Theophanes; interim Constantinus Copronymus nil melior factus, Constantino Patriarchæ Constantinopolitano Nestorianismum suggerere studet, sed ab eo repulsus, quievit à proposito hæresis divulgandæ.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Cosmas Episcopus Epiphaniæ Syriæ, quod accusatus de subtractis vasibus sacris, ab orthodoxa fide ad perfidiam Iconomachorum transisset, à Patriarchis Antiocheno, Hierosolymitano & Alexandrino, cum Episcopis sibi subjectis, communi sententiâ anathematizatur.

Pipinus Galliæ Rex illustre Ord. Bened. Prumiense Cœnobium condit.

Floret hoc tempore in Neustria Opportuna Abbatissa Ord. D. Bened. miro vitæ rigore celebris.

Annus Christi 764.

Plures Sanctorum reliquiæ Româ, per Crodogandum Metensem Episcopum in Gallias avehuntur.

Sabinus Bulgarorum Rex, quod cum Romanis fœdus iniisset, à suis ejicitur, & ad Imperatorem se recipit.

Eugenius VIII. Scotiæ Rex, cum in omnia flagitia præceps abiisset, & nec amicorum, nec Sacerdotum admonitionibus quicquam moveretur, in cœtu procerum, omnibus in ejus exitium consentientibus, confossus periit: socii scelerum in crucem acti, & ipsi gratum populo spectaculum præbuerunt. Eugenio necesse sublato successit Fergulius tertius, Etfini filius.

S. Virgilius ex Ordine D. Benedicti, fit Episcopus Salisburgensis.

Defunctus est Tocca Episcopus Merciorum in Angliâ, & pro eo ordinatus est Eadbertus.

Lesciensis seu Lætiens in Hannonia Abbatia Ord. D. Benedicti originem haurit fundatore Wiberto Comite: item Dononienſe in Belgio Virginum ejusdem Ordinis Cœnobium, auctore Aldeberto Austrovandiæ Comite, cujus filia Ragenfredis prima loci Abbatissa fuisse dicitur. Circa idem tempus Elvvangense Monachorum ejusdem instituti Asceterium conditum, ut fertur ab Herulfo Lingonenſi Episcopo.

Sol eclipsatur, eodem hoc anno tanta siccitas est secuta, ut etiam fontes exsiccarentur.

Annus Christi 765.

Ethelvaldus regno Northumbriæ exiit. Waipharius perfidus Aquitaniæ Dux, à Pipino Francorum Rege in prælio occiditur, & Rex totâ potitur Aquitania.

Imperator Constantinus majori indies exæstans odio in cultores Sacrarum Imaginum, cum intellexisset ingentia miracula, quæ à Stephano Auxentiano Monacho ederentur virtute sacrarum Imaginum Christi Domini, ac Deiparæ Virginis; invidiâ motus, illum ex exilii loco Constantinopolim reduci jussit, ubi post longam cum ipso de sacrarum imaginum adoratione disputationem, eundem in publicum carcerem Prætorianum detruxit, quo pariter conclusi tenebantur alii 342. Monachi, ex variis locis collecti, omnes aliquo membro ob sacrarum imaginum cultum mutilati, aut aliâ insigni infamiâ notati.

Y 2

Idem

Idem Imperator Ecclesiam S. Mauræ extra urbem Constantinopolitanam sitam solo æquari jubet, quam in carnificinam convertit, ubi & ipse fœdera cum dæmonibus occultè sancivit; alia item Ecclesia S. Pelagii Martyris ab eodem everfa, in sepulturam reorum Ethnicorum conversa est.

Beryti in Syria imago Christi, à Judæis illusa & crucifixa, cum etiam lanceâ in latere percuteretur, continuo ex ea tanta manavit abundantia sanguinis simul & aquæ, ut Orientales & Occidentales Ecclesiæ ex eo ubertim acceperint, quo morbi quicumque sanarentur, unde & secuta est conversio Judæorum Berytensium.

Circa hunc annum carnis exuvias exiit S. Walafrius, primus Abbas & fundator Monasterii Palatioli Ord. S. Bened. in Hetruriâ; item Wandenfridus Episcopus Argentoratensis; nec non S. Thollo Episcopus Augustanus.

Annus Christi 766.

Constantinus Imperator, quam paraverat adversus Bulgaros duorum millium & sexcentarum navium classem, vi tempestatis amisit; quâ immensâ clade nihil melior factus, decimo sexto Cal. Septembris Monasticum Ordinem infamans, coëgit Monachos Constantinopoli repertos singulas mulieres manu tenentes, per medium Hippodromum transire, atque injuriis à populo ad hoc convocato onerari; in ludis quoque Circensibus plurimos viros illustres falsorum criminum accusatos, reverà autem quod orthodoxam sequerentur religionem, publicis pariter populi ludibriis expositos, partim oculis privatos in exilium deportari, & crudeliter cædi jussit; & tertio Calendas Septembris ipsum Constantium Pseudo-Patriarcham calumniis similiter pressum, in exilium relegavit, ex ea potissimum (ut videtur) causâ, quod noluisse ipsi in promulgando acquiescere Nestorianismo; & in ejus locum subrogavit æquè impium Nicetam Eunuchum; præterea omnibus sub Imperio suo positis, tam Ecclesiasticis quàm laicis, interdixit Beatissimæ Virginis & aliorum Sanctorum intercessionem; atque Duces exercituum & Rectores Provinciarum constituit suæ hæresi addictissimos, simulque in Orthodoxos crudelissimos; denique sacras Reliquias undique ablatas in secretioribus locis abscondit, ne orthodoxorum cultui paterent: atque etiam nobilissimum S. Euphemie templum in armentarium ac sterquilinum redigens, ipsum ejusdem Sanctissimæ Martyris corpus (invidiâ perennis miraculi, quo ex eodem corpore jugiter profueret odoriferum ac mirificum unguentum, quo omnium fidelium quilibet morbi sanari consueverant) unâ cum loculo in mare projecit; quod à quibusdam navigantibus sublatum, in Insulam Lemnum delatum est, unde post viginti duos annos à morte impii Copronymi, Constantinopolim magnâ gloriâ reportatum est; uti testatur Theophanes.

Celebratur in Gallia, propè Parisios in villa Gentiliaco Synodus.

Moritur S. Godegrandus Episcopus Me-

tensis; item B. Egbertus, Egberti cognominis Anglorum Regis frater, ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Eboracensis, Successorem nactus Albertum seu Albertum, genere sibi propinquum, nec sanctitate impari & doctrinâ.

Annus Christi 767.

Paulus Papa ubi sedisset annos decem & mensum unum, moritur; in cujus locum Constantinus homo laicus intruditur per Totonem Ducem Nepefinæ civitatis, ac à Georgio Prænestino Episcopo ad Ordines promovetur, Pontifex consecratur, & à convocato vicinorum Episcoporum Conciliabulo ejus electio approbatur; verum idem Georgius post non multos dies violentâ ægritudine oppressus, immobilis factus, manu exarescente, miserè languentem vitam finivit.

Stephanus Monachus Auxentianus, post longos carceris squalores perpeffos, aliasque ærumnas plurimas, jussu pessimi Imperatoris morti addicitur: hinc fustibus, calcibus, faxis, omnibusque ejusmodi suppliciorum & contumeliarum generibus impetitus, ac per vias raptatus, gloriosissimum Martyrium consummavit; cujus etiam cadaver ut in ipso Copronymo satisfieret, iisdem post mortem injuriis affectum est; sed non impuè, is qui lethale vulnus Martyri intulit, simul ac ferrii, ipse quoque in terram diabolicâ plagâ percussus ruit: eodemque die cum sudum esset, oborta subito ignea nubes, universum ærem horrendâ caligine obscuravit; & cum vehementi turbine tam ingens vis prægrandis grandinis circa palatium duntaxat regium cecidit, ut multi in discrimen vitæ venerint.

Paulo verò antequàm ista gerentur, Constantinus Patriarcha ante biennium exauctoratus & in exilium missus, ab Imperatore jussus reduci Constantinopolim, & in ludis Circensibus populo expositus, raso capite, ac veste brevi & sine manicis, sedens super asinum, & caudam ejus tenens, quem ducebat ejus nepos naso reciso, post multa ludibria, capite truncatus est, corpusque ejus fune in locum damnatorum tractum: nondum tamen hic substitit insani Imperatoris in orthodoxos furor, nam alia ab eodem in hos perpetrata fuere cædes, Monasteria tam virorum quàm mulierum everfa, aut in usum militum suorum sunt conversa.

David Abbas Weissenburgensis Ord. S. Bened. Nemetibus Episcopus datur, vir integer animi.

Fergusius tertius Scotiae Rex veneno ab uxore dato perit; alii scribunt, cum uxor sæpè exprobrasset ei matrimonii contemptum, & pellicum greges, neque quidquam profecisset, tandem noctu dormientem ab ea strangulatum; quæstione de morte ejus habita, cum amicorum plurimi insinularentur, nec quisquam, ne in gravissimis quidem tormentis quicquam fateretur, mulier, alioqui ferocis, tot innoxiorum capitum miserta, in medium processit, ac è superiore loco cædem à se factam confessa, ne ad ludibrium superesset, pectus

cultro transfodit. Scotiae thronum scandit Solvathius Eugenii octavi filius.

Moritur Latto Episcopus Spirensis.

Obiit S. Frithebertus ex Monacho Ordinis S. Benedicti Episcopus Hagulstadenfis.

Annus Christi 768.

Christophorus Primicerius, ac Sergius ejus filius, zelo fidei collectâ militum manu in urbem Romanam ingressi, Totonem Constantinii Pseudo-Papæ fratrem occiderunt, ipsum verò Constantinum expulerunt: cum autem in locum ejus nonnulli contra jus fasque subrogassent Philippum quemdam Presbyterum ac Monachum; isto quoque ejusdem Christophori operâ mox in Monasterium remisso, tandem communi totius Cleri, Optimatum, ac populi consensu, legitimus creatus est Pontifex Stephanus, hujus nominis quartus, natione Siculus, ex patre Olivo, Presbyter titulo S. Cæcilie, vir strenuus & divinis Scripturis eruditus: Constantinus autem à Concilio Episcoporum & Presbyterorum ritè depositus, & in Monasterium inclusus, inde paulò post à militibus, infcio quidem Stephano, sed jussu Dei judicio, violenter extractus est, ac crudeliter excæcatus; eadem pariter poenâ, nec non linguæ abscissione, aliis quibusdam affectis qui ipsi adhæsisent.

Moritur Pipinus Franciæ Rex sanctissimè in Monasterio S. Dionysii, cui filii duo Carolus & Carolomannus succedunt.

Diem obit Egbertus sive Eadbertus ex Rege Northumbriæ Monachus Benedictinus.

Annus Christi 769.

Celebratur Romæ Concilium, à quo Iconomachi excommunicantur.

Defuncto Sergio Ravennate Episcopo, Longobardorum potentiâ, Michaël ejusdem Ecclesiæ Scrinarius, nullo Sacerdotali fungens honore intruditur, qui tamen post annum expulsus, & vincus Romam missus est.

Carolus & Carolomannus fratres Francorum Reges, Hunaldum Aquitanie Ducem superatum prælio, capiunt.

Thassilo Dux Bavarie mediâ hyeme Slavos rebelles cum tribus exercitibus aggreditur, multos illorum cædit, nobiliores captos in vincula actos cum liberis & uxoribus poenas commeritas daturus abducit, Christianis captivis pluribus libertatem, Waldungum Ducem regimini, Carinthie pacem reddit.

Idem Carolus Brantofmi Monasterium sub regula S. Bened. condit.

Annus Christi 770.

Desiderius Longobardorum Rex, ex consilio Pauli Astartæ cubicularii Stephani Papæ, ad urbem cum exercitu fraudulenter properans, eundem Pontificem in colloquium foras evocatum, intra Ecclesiam S. Petri includit: & Christophorum ac Sergium tentos, contra fidem datam excæcavit; quo ex dolore Christophorus intra triduum mortuus est.

Carolus cognomento Magnus Francorum Rex, Bertam filiam prædicti Desiderii uxorem ducit.

Habetur Concilium Wormatiæ.

Froilâ Hispaniæ Rege ab Aurelio patruo suo (sive ut alii tradunt, fratre) interfecto, idem Aurelius regnum invadit.

Præfectus Imperatorius Ephesi, omnes Monachos ac Virgines Deo dicatas in campum educens, edixit, ut illic inter se matrimonio jungerentur: renuentes autem (quorum maximus fuit numerus) privatos luminibus in exilium relegavit. Ita Theophanes.

Ufuardus jussu Caroli Magni Martyrologium scribit.

Circa hunc annum obiit S. Amulvinus Abbas Laubiensis Ord. S. Benedicti.

S. Agilulphus Archiepiscopus Colonienfis, ex Ordine Divi Benedicti ob justitiæ defensionem ab impiis interceptus, crudelissimè trucidatur. Fuit locus in quo tantus Pontifex occubuit illustribus prodigiis à Deo commendatus, gratissimo & perpetuo virore præter & tempus & naturam loci multo tempore excultus, nec non prodigioso lumine noctibus illustratus. Chron. Colon.

Annus Christi 771.

Recrudescit in Oriente Imperatoris Constantini persecutio adversus Monachos & Moniales; quorum vasa sacra, libros, pecora, omnia demùm bona vendidit, cunctaque scripta quibus vitæ Monachorum continerentur combussit; sed & venerandas reliquias vel igni tradidit vel abscondit; ipsos denique Monachos partim interfecit, partim excæcatos, aut facie crematos, in exilium expulit.

Quod Carolus Magnus repudiasset conjugem Bertam, Desiderii Regis Longobardorum filiam, factum hoc Adalhardus consobrinus damnans, se Imperatoris palatio abdicavit, & factus Monachus sub regula S. Benedicti, mirâ claruit vitæ sanctitate.

Moritur in villa Salmuntiaci Carolomannus Caroli Magni frater, qui in ejus regni partem succedit.

Diem obiit Asciar primus Aragoniæ Comes; item S. Remigius, Archiepiscopus Rotomagensis.

Nova variorum Nobilium contra Waldungum Carinthie Ducem conjuratio in bellum & rebellionem erupit, architecto conjurationis Aurelio: sed Waldungus repente coacto 18000. exercitu, seditiosos nil tale cogitantes aggreditur, cæsis 600. 400. captis cum dicto Aurelio; nondum tamen tota rebellium manus oppressa erat, Drocho sicarios mittente, qui Principem interficerent; hi in aulam admissi, errore felici assidentem ministrum strâvère, comprehensi, promissâ, si authorem meditati sceleris panderent, & Christianam amplecti vellent fidem, impunitate, Drochum prodidère: statim igitur in nefarium hominem expedita arma; conflictu facto vincitur, & cum pluribus defectionis capitibus vivus capitur, adductus Villacum, manus, pedes,

pedes, nasi, aures truncatae, tandem inutiles trunci palude merſi ſunt.

Annus Chriſti 772.

Moritur Stephanus IV. Pont. Sum. natione Siculus, ſuccedit Adrianus Romanus, Turbas novas Romae molitur Paulus Aſiaticus, & Sergius ejus olim operâ excæcatus, nunc plurimis confoditur vulneribus.

Nequior quotidie Deſiderius Longobardorum Rex, Exarchatum & Umbriam invadit, ac Romae minatur.

Carolus Magnus Saxones rebellantes iterum ſubjugavit, atque idolorum templa deſtruxit: cui rei dum aliquando incumberet, magnâ ſiti laborans ejus exercitus, aquâ divinitus ebulliente reſectus eſt.

Secunda Wormaticæ celebratur Synodus. Alia in Bavaria.

Habdalla Saracenorum Princeps, contra Chriſtianos in Syria ſibi ſubditos facit edictum, ut ipſi & Judaei omnes inſcriberentur manibus, quò à cæteris dignoſci poſſent: cujus rei gratiâ factum eſt, ut plurimi Chriſtiani, quòd ignominiam ejusmodi ſuſtinere nollent, relictiſ bonis ſuis in Romanorum ſe ditionem transferrent.

Waldungus Carinthiae Dux moritur improlis, Ducatus ad Thaffilonem Bavariae Ducem reverſus, filium ejus Theodonem Principem accipit.

Moritur S. Amalberga Virgo Monialis Ord. S. Benedicti, quæ nobiliſſimo orta genere, ſpretis nuptiis Caroli Martelli potentiſſimi Brabantiae Ducis, virginitatis ſuae theſaurum Chriſto dedicavit.

Sturmus Abbas Fuldenſis erudit in fide Saxones, Willehadus Monachus Benedictinus natione Anglus Friſios.

Habita eſt Synodus Dingoltingenſis, cui interfuerunt ſex Epifcopi, Abbates tredecim.

Annus Chriſti 773.

Moritur S. Rigobertus ex Monacho S. Bened. Archiepiſcopus Rhemenſis in Gallia, plurimis à morte miraculis inſignis.

Vocatus à Papa contra Deſiderium Longobardorum Regem Carolus Magnus, eundem bis vicit, victumque Papae obſedit; ſed & durante obſidione Veronam expugnavit, multasque alias Longobardorum civitates in poteſtatem ſuam redegit.

Paulus Diaconus integram hitoriam Longobardorum uſque ad hunc annum ſcripſit.

Moritur Otto ex Abbate Augiae Divitis Ord. D. Benedicti, Epifcopus Argentoratensis.

Item Ferugillus Epifc. de Cluaindolcain in finibus Lageniae, ſanctitatis famâ celebris.

Annus Chriſti 774.

Alcredus Northumbriae Rex, Regiae familiae ac principum deſtitutus ſocietate, exilioregni majeſtatem mutat.

Carolus Magnus Romae adveniens à Summo Pontifice, Magiſtratu urbis, ac populo magnificentiſſimè excipitur: ipſe verò liberaliſſimus plurimas Provincias Pontifici donat, & redux ad caſtra, Ticinum ipſo cum Rege Deſiderio in deditioem accipit, quem unâ cum ejusdem conjuge ſecum in Franciam duxit. Aldagiſus autem filius Regius fugâ elapſus Conſtantinopolim petiit, ubi ab Imperatore benignè eſt exceptus.

Floret Paulus Diaconus, Deſiderio Lon-

gobardorum Regi olim à ſecretis, nunc Monachus Caſinenſis, vir ſanè inter primos ſuæ ævi doctos recenſendus.

Idnabala Saracenus Caſarauguſtae Regulus domeſticâ ſeditione pulſus ab aliis regulis, à Carolo Magno reſtituitur, & finitimi Reges vectigales ſunt. Vaſæus.

Silo Ovetanum regnum capeſſit.

Annus Chriſti 775.

Conſtantine Copronymus Imperator, in expeditione adverſus Bulgaros conſtitutus, in cruribus plagâ percuſſus: mox febre validiſſimâ correptus, mortem obit vociferans: *Se adhuc viventem inextinguibili traditum igni propter Mariam, jubensq; eam exinde honorari tanquam Sanctam Virginem, ac verè Deiparam:* patri impio in Imperio ſucceſſit Leo primogenitus, hujus nominis quartus. Anthuſa verò filia à parentis moribus longè diſſimilis, nuptias ſpernens, totam ſe Dei ſervitio, ſuſcepto Monachiſtico habitu tradidit.

Moritur Habdalla Arabum Rex, cui ſucceſſit Madi filius, & ipſe ſæviſſimus Chriſtianorum perſecutor.

Offa Rex Merciorum ſive Orientalium Saxonum in Britannia, Romam veniens Regnum ſuum vectigale facit Romanæ Eccleſiae; ut ſingulae domus nummum argenteum quotannis penderent Eccleſiae S. Petri.

Martyrio coronatur apud Mechliniam in Belgio Sanctus Rumoldus Mechlinienſium Apoſtolus, ex Monacho Benedictino Archiepiſcopus Dublinenſis, quem honorem deferens anachoreta factus, inter cætera miracula Odonis Comitum filium aquis ſubmerſum ad vitam revocavit.

Diem quoque obit Aurelius Gallaciae Rex, ſucceſſus in ejus locum Silus ſive Silo, ipſius ſororis filius.

Sigevvinus, vel ut alii Wigevvinus, Nemetum Antifites, ſucceſſit Davidi mortuo.

Cyxilla, Archiepiſcopus Toletanus creatur. Roigardus ſive Ruodgaudus gente Longobardus, Forojuſienſibus Dux datus à Carolo Imperatore, res novas moliri cœpit, dum Carolus bello Saxonico diſtinetur.

Annus Chriſti 776.

Hoc anno Rotgardum Italicae regno inhiantem vincit & occidit Carolus: de Saxonibus rebellibus triumphat.

Leo Imperator creat Imperatorem filium ſuum Conſtantinum adhuc puerulum, quem Nicetas Patriarcha coronavit: omnes autem tam Senatus populusque quam milites ſolemnè ſe jramento obſtrinxerunt, alios Imperatores non admittendi, præter ipſos Leonem & Conſtantinum, ac ſemen eorum; paulò verò poſt Nicephorus Caſar frater Leonis, poſtulatus reus majeſtatis, ignominiae cauſâ tonſus Cherſonam in exilium deportatus eſt.

Saxonibus paganis Sigisburgum obſidentibus, quâdam die cunctis videntibus, apparentia duo ſeuta colore rubeo flammanſia & agitantia ſuper Eccleſiam illius loci, tantum Saxonibus terrorem inculſerunt, ut fugam arripientes ſe ſe invicem confoderint.

Decedit S. Gregorius ex Monacho Benedictino Epifcopus Trajectentis, miraculorum gloria longè illuſtriſſimus, merito inter præcipuos Germaniae

Germaniae, Friſtorum inprimis ac Thuringorum Apoſtolos numerandus.

Item S. Weomadus ex eodem Ordine Archiepiſcopus Treverenſis, cum populo ſibi credito 23. annis eximio vitae exemplo utiliſſimè præſuiſſet. Succeſſit Richbodus ex Abbate.

Incidit in idem tempus obitus Madalvei Epifcopi Virdunenſis: item Theodulfi Epifcopi & Abbatis Laubienſis.

Annus Chriſti 777.

Telericus Bulgarorum Rex, Chriſtianae religionis amore regnum deferens, Conſtantinopoli baptiſmum ſuſcipit, quem Imperator Patricium creans, ei inſuper conſobrinam uxoris ſuae in matrimonium collocavit.

Carolus Magnus ad ſtabiliendam novellam Eccleſiam Saxonum, Synodum habet Paderbornae: illorum plurimi baptiſmi ſacro lavacro tinguntur.

In Inſula Britannia obit Echa Anachoreta & Monachus Benedictinus, Spiritu Prophetiae illuſtris.

Conduntur tria Ordinis Benedictini Cœnobium, nimirum S. Ferrutii in Diœceſi Moguntina à Lullo Antifite: Blidenſtatenſe, & Thierhauptenſe, cujus fundator fuit Taſſilo Bavariae Dux.

Annus Chriſti 778.

Carolus Magnus exercitum adverſus Saracenos movens, plurimas victorias conſequitur: verum ceſſit exercitui infelix exitus, dum à Vaſconibus in ſaltibus Pyrenaeis, uſis locorum opportunitate, extrema exercitus caſa ſunt: inter primores deſiderati ſunt Eggobardus Regiae menſae præpoſitus, & Rolandus Præfectus Britanniæ littoris.

Bulgarum Regem Telericum à ſuis fugatum excipit.

Witekindus, Saxonum Princeps, abſente Carolo rebellans, mediâ hyeme ab iſtius copiis ſuperatur, peremptâ plurimâ exercitus ſui parte.

Claret Apoſtolicis in Friſia laboribus S. Ludgerus, ex Ordine Divi Benedicti.

Hildegardis Caroli Imperatoris conjux gemellos ei parit infantes; ſed altero decedente, alter tantum ſuperſtes remanſit Ludovicus.

Moritur B. Gumbertus Archiepiſcopus Senonenſis, inſigni miraculorum gloria à Numine illuſtratus, inſigne ſanè Ordinis Benedictini decus; circa hunc quoque annum decedit S. Theodorus Papienſis in Italia Epifcopus, miraculis clarus, quem SS. Syrus & Juventius, quos dum vixit Patronos ſemper coluit, ſuae reſolutionis tempus inſtare monuerunt.

Moritur S. Plechelmus ex Monacho Benedictino Maildubienſi Epifcopus Caſae Dei.

Claret S. Lebuinus Monachus ex eodem inſtituto glorioliſſimus Iſelae & adjacentium Provinciarum Apoſtolus.

Cremifanienſe inſigne Ordinis Benedictini Cœnobium in Auſtria, conditore Taſſilone Duce, capit initia: item Aſchaugiense ejusdem Ordinis Virginum Monasterium in Alſatia, auctore Remedio Argentoratensis Epifcopo.

Annus Chriſti 779.

Ethelredus filius Ethelvaldi, Northumbriae Rex, in exilium fugatur.

Carolus Imperator poſt conſictum, fugientibus hoſtibus Saxoniam atque Weſtphaliam ſubjugat.

Vicamilus Nimbargum inſigne in Bohemia oppidum condit.

S. Simpertus ex Abbate Murbaceni Ord. D. Benedicti creatur Epifcopus Auguſtanus.

Circa hunc annum obiit S. Joannes Damascenus Ord. D. Benedicti, ſanctitate & doctrinâ celebris, qui pro cultu ſanctarum imaginum verbo & ſcriptis contra Leonem Iſauricum ſtrenuè decertavit; cujus juſſu, cum ei dextera manus amputata fuiſſet, imagini B. Mariae Virginis, quam defenderat, ſeipſum commendans, protinùs dexteram integram, ſanamque recepit.

Decedit Sturmus Abbas Fuldenſis ſanctitate vitae celebris.

Annus Chriſti 780.

Madi Saracenorum Princeps ſævum in Chriſtianos edictum edit.

Mortuo Nicetae Conſtantinopolitano haeretico Patriarchâ, invitus ſubrogatur in locum ejus Paulus genere Cyprius.

Leo Imperator, ſævire apertè incipit in ſacrarum imaginum cultores, ipſâ etiam Auguſtâ Irene à thoro repulſâ, eò quòd imagines quasdam ſub pulvinari ejus reperiſſet; verum Nemesis divina paucos poſt meſes tyrannum è vivis ſuſtulit. Irene piſſimâ ſœminâ cum filio ſuo Conſtantino decem annorum puero Imperii habenas ſuſcipiente; quæ Nicephorum Caſarem regnum affectantem cum omnibus conſciis in exilium relegavit: Arabes rebellantes per ſuos Duces coërcuit.

E vivis excedit Henricus I. Comes Hennebergicus.

Sub hunc annum claret S. Pega Virgo, Britanniae Regum orta ſanguine; cum ad viſenda Apoſtolorum limina Romanam urbem ingrederetur, omnium ſignorum claſſicum repente perſonans, per ſpatium unius horae ejus meritum univerſis civibus indicavit, Orderic. Vital. Hugo Menard.

Carolus Magnus Epifcopatum Oſnabrugensem condit, primumque denominat Epifcopum S. Wihonem.

Claret in Monasterio Horrei apud Treviros S. Baſiliſſa Ordinis Sancti Benedicti Abbatilla, etiam dum viveret miraculis glorioſa.

Moritur Sanctus Anno Epifcopus Veronenſis. Aſnates primus Aragoniae Comes creatur.

E vivis excedit Hariolfus ex Epifcopo Lingonenſi Abbas Eleſvängenſis.

Gerardus Comes propè Tarviſium S. Fuſcae Monasterium ſub regula S. Benedicti condit.

Annus Chriſti 781.

Carolus Imperator cum ſua Auguſta filiiſque Romam veniens, ibi Sanctum Paſcha celebravit.

Irenes Augusta Græcorum, Constantino filio Caroli Magni filiam expetit conjugem. Agit idem Carolus cum exercitu suo contra rebellantem Helpidium Sicilia Præfectum.

Madi Saracenorum Princeps per filium suum juniorem Orientis Imperium hostiliter invadit, cui Irene Augusta, ut pacem redimeret, præter plurima munera, censum annum pendere promisit. Helpidius autem Tyrannus sumpto secum thesauro fugit in Africam.

Moritur Joannes ex Monacho Benedictino Augiæ Divitis, Episcopus Constantiensis, cui succedit Egino.

Ludovicus Pius & Pipinus frater, Reges Aquitanæ & Italiæ creantur.

Moritur S. Willebaldus primus Eistettensis Episcopus, Monachus Ord. S. Benedicti, item Joannes Episcopus Cantuariensis.

Fatis concedit Abdala II. Arabum Califus.

Annus Christi 782.

AB Augustis per Stauratium Ducem confectum est bellum in Græcia adversus Sclavos barbaros, qui eam provinciam cum Peloponeso occupaverant, iidemque redditi sunt tributarii.

Joannicus miles, ob egregia facta spectatus, qui Iconoclasta cum esset, apud montem Olympum magno Dei beneficio divinitus per quemdam anachoretam admonitus, hæresim abdicat, ac mirificam postea claret sanctitate.

Carolus Magnus Synodum habet Principum Colonia; item ad fontes Lippiz vulgò Lippspring, Legatos excipit diversarum gentium: cumque interea Widichindo urgente Saxones rebellassent, rursùm ab ipso sunt victi.

Sanguis de cælo ad terram depluit.

Pipinus & Ludovicus duo filii Caroli Magni, Romæ à Papa in Reges uncti sunt, Pipinus in Italiam, Ludovicus in Aquitaniam.

Folcardus Presbyter cum Emmingo Comite, Benjaminus, Atrebanus, & Gervulus cum sociis à dicto Witichindo, ex fidei Christianæ odio trucidantur.

Gilbertus Episcopus Noviomensis & Abbas Elnonensis Ord. S. Bened. moritur.

Annus Christi 783.

Sillo Rex Gallaciæ ex hac vita migrat, solusque jam regnat Alfonsus, Froilæ olim Regis filius, cui tamen ingens negotium facit Maurogatus ipsius patruus, Maurorum fretus auxilio.

Adofinda Regina Silonis vidua, remittens nuncium sæculo, Monasticam vitam profectetur.

Moritur Hildegardis Caroli Magni uxor, post quam ducit conjugem Fastradam de Orientalium Francorum gente.

Obiit S. Werburga Wulferi Merciorum Regis filia, Abbatis Ord. D. Benedicti.

Similiter Hildulphus Episcopus Argentoratensis. Item Thomas Episcopus Mediolanensis, nec non Bertrada olim Pipini Regis conjux.

Ludgerus Ordin. Benedicti Monachus ad prædicandum Frisiis Orientalibus Evangelium destinatur.

Decedit Aribo Episcopus Frisingensis cui subrogatur Atto Abbas Benedictinus.

Annus Christi 784.

PAulus Patriarcha Constantinopolitanus abdicans se hæc dignitate, in Monasterium secedit, publicè coram Imperatore & Senatu ad eum accedentibus, communionem hæreticorum detestatus, & fidem Catholicam professus: in cujus locum eligitur Tarasius.

Moritur Moyses Saracenorum Rex, in cujus locum substituitur minor ipsius frater Aaron nomine, vir bellicosissimus, sed Christianis infensus.

Carinthiam convertit S. Virgilius, & paulò post moritur; ei in Episcopatu Salisburgensi successit Balthricus Abbas S. Petri ibidem, ex Ordine Benedictino.

Hæresim Elipandi profligant SS. Ætherius, & Beatus Monachi.

Daci in Anglia à Bitrico Rege Saxonum Occidentalium repelluntur.

Fatis concessit Cyxilla Archiepiscopus Toletanus, succedit ei Elipandus, qui postea hæresi infectus, in Concilio Francofordiensi damnatus est.

Diem obit Thello Episcopus Curienfis, cui succedit Constantius.

Petrus creatur Episcopus Mediolanensis. Apud Pictones hoc anno conditur nobile Monasterium Ordinis Benedictini, Carrosum nomine. Ejus auctores fuere Rotgerius Comes & Eufrasia ejus conjux.

Annus Christi 785.

PApa dehortatur Constantinum Imperatorem Græcorum, ab injuriis & confractione sacrarum imaginum, quam istius antecessores Imperatores pessimè introduxerant.

Widekindus Saxonæ Dux nunc tandem baptizatur.

Celebratur Synodus Paderbornæ.

Moritur Henricus II. Comes Hennebergicus.

Moritur Balthricus Episcopus Salisburgensis; alii vocant Berthricum: cui succedit S. Arno ex Ordine D. Benedicti.

Vitâ fungitur Sedulius Dublinensis in Hibernia Episcopus; item S. Eastervvinus Abbas Wirenfis Ordinis Sancti Benedicti in Anglia.

Annus Christi 786.

Synodum Constantinopolim convocatam, Similiter Prætoriani Iconoclastarum hæresi addicti turbant & differri faciunt: paulò post verò Augusta vidua cum filio Constantino singentes exercitum mittere adver-

adversus Arabes, cum dicti Prætoriani urbe egressi longius progressi essent, eos omnes arma deponere compulerunt, & unumquemque ad propria dimiserunt, constitutis aliis Ducibus & militibus.

Carolus Magnus Armoricos rebelles domat, item Francos Orientales & Thuringos; Romam denuò inter instituit.

Arno Abbas S. Petri Ord. D. Benedicti, primus Archiepiscopus Salisburgensis creatur.

Annus Christi 787.

Niceæ Concilio 350. Episcoporum Iconoclastæ damnantur; inter illos erant Sanctus Plato & Theophanes, qui sacco indutus & asino insidens, ad Concilium vocatus accessit.

Aragisus Dux Beneventanus Tyrannidem arripiens, adveniente Magno Carolo dat manus: hic Romæ Pascha celebrat, postea Casinum pergens, S. Benedicti corpus invisit, magna Monasterio munera largitur.

Carolus Magnus Hamburgum Saxonæ inferioris emporium celeberrimum, muris cingit munitumque reddit.

Moritur Solvathius Scotiæ Rex, cum annis 20. summâ cum laude Regno præfuisset. Ei successit Achajus, filius Etfini.

Theodo Carinthiæ Dux, post motum infeliciter Carolo Magno à patre Thassilone bellum obses datur; idem Thassilo Imperatoris minas timens, supplex veniam rogat & imperat.

Moritur Lullus Archiepiscopus Moguntinus, cui succedit Richolphus.

Diem supremum obit S. Siagrius ex Monacho Lirinensi Episcopus Nicienfis; fuit is illustrissimis ortus natalibus; Magni Caroli nepos, & Comes Briensis, claruit & in ipsa adolescentiâ & vitâ omni rarâ miraculorum gloria, demonibus inprimis metuendus; rarius illud, cum puerum equo lapsum & mortuum ad vitam revocavit.

Offa, interfecto Merciorum Rege Ethelberto, Regnum ejus obtinet.

Sub hoc tempus Bertha, Caroli Magni filia, Angilberto viro illustri copulatur.

Annus Christi 788.

Elfvvaldus Northumbriæ Rex, conjuratione factâ, à Sigano Patricio occiditur IX. Calend. Octobris.

Missus Græcorum in Italiam exercitus à Carolo Magno Imperatore deletur: sape victus ab eodem Carolo Bojorum Rex Thassilo, ope Hunnorum bellum restaurans, superatus in cœnobium detruditur.

Grimoaldus Princeps Beneventanus Arichiso patri succedit.

Circa hunc annum ad cœlos migrat S. Alexander Episcopus Veronenfis in Italia.

Habita est in Britannia Insula Synodus Calchuti in Regno Merciorum sub Offa Rege, præfidentibus Hadriani Papæ Legatis, Gregorio Otiensi & Theophylacto Tudertino Episcopis.

Annus Christi 789.

Orientale Imperium domesticâ diffensione matris & filii Imperatorum admodum exar-

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

gitatum est: siquidem Constantinus cum jam viginti annorum esset factus, ægrè ferens omnem auctoritatem penès matrem esse, seque præter nudum Imperatoris nomen aliud nihil habere: consilio cum paucis familiaribus inito, decrevit matrem in Siciliam relegare; sed præveniens ipsa, comprehensos omnes filii conscios, præ ignominia tonsos in exilium expulit: filium verò verbis ac verberibus castigatum, diu inclusum tenuit, militesque sacramento suo adigit. Ita Theophanes.

Theophilus Præfectus Imperatoriæ classis, apud Cyprum à Saracenis in prælio captus, atque perductus ad ipsorum Ducem, cum nec donis nec minis flecti posset, ut Christum negaret, Martyrii coronam gladio percussus obtinet.

Moritur Jambertus Archiepiscopus Cantuariensis electus ex Monacho Benedictino, cui in Archiepiscopali dignitate succedit Athelardus Abbas Malmesburienfis ejusdem instituti.

Claret in Hispania venerabilis Veremundus ex Rege Monachus Benedictinus.

Decedit S. Willehadus primus Bremensis Episcopus ex Ord. D. Bened. hic primus omnium Doctorum, maritimas, & Boreales veteris Saxonæ partes, & Transalbianos populos per lavacrum regenerationis ad fidei Christianæ puritatem perduxerat.

Celebratur Concilium Aquisgrani.

Annus Christi 790.

OSredus Northumbriæ Rex, dolo suorum Principum circumventus, & captus, ac regno privatus, attondetur in Eboraca civitate, andem exilium petere cogitur.

Megingaudus Comes de Rotenburg, ex sacris Benedictini Monasterii Frideslarientis lateribus, ubi generis illustrissimi splendorem Christi amore abscondere, non virtutem poterat, à S. Burchardo in Franconiam revocatus, Neostadiensi primùm cœnobio Abbas, tum Ecclesiæ Herbipolensi Episcopus præponitur, illo Episcopatum deponente, & ad sanctam solitudinem Homburgi se recipiente. Magna in Megingaudo enituit sacrarum litterarum peritia, quare à Carolo Magno Ratisbonam missus, ut sparsam à Felice Urgelitano hæresim comprimeret, impii erroris Magistrum ad penitentiam reduxit.

Milites Constantinum solum nominantes Imperatorem, Irenem Imperii habenas filio relinquere cogunt: qui graviter in Præfectos à matre constitutos ulciscitur.

Moritur Maurogatus Regni Gallaciæ usurpator, in cujus locum succedit Veremundus, qui Alphonsum cognomento castum, à Maurogato è Regno ejectum, restituit, eumque sibi Collegam assumit.

Flaccus Albinus Gallus, vet. & novi Testamenti textum Caroli M. jussu corrigit. Sigebert.

Sub hunc annum è terris ad cœlum commigrant SS. Haymo & Veremundus: hoc nobile par fratrum, patre illustri Turbigii Comite è familia celebri Coriorum ortum, cum inter venandum à duobus apris in summum vitæ discrimen adducti, haud procul à templo quodam Sancti Victoris Martyris

in lauros evaderent, apri verò arbores suffoderent, ad vota conversi sub nomine Divi ejusdem monasterium condere promiserunt, apri quamprimùm inde se proripientibus: proin voti rei, illustre ibidem virginum sub Regula S. Benedicti cœnobium construxerunt, quin & se quoque ipso Numini sacantes, servitio illius Ecclesiæ addixerunt, divitiisque suis partim in pauperes, partim monasterio illi attributis, convertorum fratrum æmulati institutum, ibidem mirâ humilitate, sed & vitæ rigore sese quotidie Domino hostias immolârunt, jejunio inprimis & orationis studio addicti, præter quotidianam victus parsimoniam tribus in hebdomade diebus pane tantummodò & aquâ contenti, humi cubantes, & cilicio induti erant. Ex Philip. Ferrar.

Carolus Magnus Imperator operâ & vigilantia Volferii Archiepiscopi Ecclesiam Archiepiscopalem Viennensem, quæ bellorum incommodis & ærumnis longo tempore prostrata jacuerat, quasi de novo fundat & restaurat.

Moritur S. Hefychius Thaumaturgus, qui eremiticam vitam egit: accidit aliquando, ut in illum locum, ubi vir Dei habitabat, irruentes aves escam sibi ex fati illic herbis quærerent: sed statim præsens ultio adfuit; ut primùm enim eas degustavere, ac si venenum sumpsissent, extinctæ sunt: Hefychius ad alias aves eidem sese objicientes discrimini, certum nocentium præcognoscens exitium, oculos in cælum sustollens, abite, inquit, monachorum deinceps labores reveritæ: ac illæ Patris voce quodammodò delinitæ pennisque sublata in aërem, à loco recesserunt: dignus fuit anachoreta sanctus Angeli honorari alloquio, & inter lucem cœlitus allapsam exspirare. Ex Græco Synaxario P. Francisci Chiffletii Soc. Jesu.

S. Libertus Monachus Benedictinus, Adonis Mechliniæ Comitissæ filius ante aram S. Trudonis orans, à barbaris Brabantiam devastantibus immaniter trucidatur.

Decedit B. Althæus sive Aletheus ex Abbate Monasterii Agaunensis Ord. D. Bened. Episcopus Sedunensis, de quo refertur, quod cum Agauni Carolum Magnum excepisset, tunc cœlestis musica audita sit.

Moritur S. Hiltrudis sanctimonialis Benedictina in Hannonia, nobilissimo orta genere. Item Andegarius Episcopus, & Solus sive Sola eremita ex eodem Ordine.

Claret in Hispania S. Ætherius ex Monacho Benedictino Episcopus Oxomensis, qui hæreticos sui temporis constantissimè aggressus, quos inter Elipandi maximè errores felicissimè profligavit. Reliquit insignia profundissimi ingenii & ferventissimi zeli monumenta.

Annus Christi 791.

Moritur S. Burchardus ex Monacho Benedictino Episcopus Herbipolensis. Item Indrectus Coniaciæ Rex, filius Muredii.

Celebratur Ratisponæ Concilium, in quo Felix Episcopus Urgelitanus de suo errore convictus, Romam mittitur, & coram Hadriano I. Pontifice Summo eundem publicè ejurat. Celebratur item in Italia Concilium Forojulense.

Gelf & Olfvigne Elfvaldi Northumbriæ

Regis filii, ab Eboracâ civitate abstracti, miserabiliter perimuntur.

Constantinus Imperator Orientis à Bulgaris in prælio victus, rogatu procerum, matrem denuò Augustam dicit.

Magna Romæ contigit Tiberis exundatio, adeò ut in via lata amplius quàm duorum virorum longitudinem excreverit.

Carolus Magnus Academiam olim Athenis Romam attractam, Lutetiam transfert, idque operâ 4. Monachorum Ord. D. Benedicti Bedæ discipulorum, Rabani, Albini, Claudii, Joannis Scoti, ac tantâ illam proventuum ac possessionum amplitudine locupletavit, quantum vix omnes Galliæ ac Germaniæ, quæ inde postea nata sunt, Academiæ possent æquare. Curio lib. 2. Chronolog.

Alphonfus II. cognomento castus, Galliciæ atque Asturiæ Rex, regnum suscipit.

Obiit Veremundus Legionis Rex.

Hitherius Caroli Magni Cancellarius Cormaricenum Monasterium sub regula S. Benedicti inchoat, Angilbertus ejusdem Imperatoris gener, spretis sæculi pompis, Bertâ uxore consentiente, secedit in monasterium Centulense præfati Ordinis.

Obierunt hoc anno Angilramnus Episcopus Metensis, & Simpertus Ratisponensis.

Annus Christi 792.

O Sredus antea Northumbriæ Rex, jubente Ethelredo occiditur.

Nicephorus Constantini Imperatoris patruus, cum ipsum decrevisset milites Imperatorem constituere, à Constantino oculis privatur, quatuor verò ejusdem fratribus linguæ præscinduntur.

Primus Flandriæ Comes designatur à Carolo Magno Lidericus Harledecensis.

Claret B. Otto sive Utto Abbas Cœnobii Metensis, Ord. S. Bened. insigni post mortem miraculorum gloriâ illustratus, æternâ inprimis beneficiorum divinorum continuatione, in fonte maximè, qui Uthonis appellatur, in quem Neapolitanâ lue infecti, si immergantur, optatam recuperant sanitatem. Bucel. in Menolog.

Claret S. Amandus Abbas Lirinensis Ord. S. Bened. 3700. Monachorum pater, à pudicitia, & insigni vitæ innocentia præcipuè cœmendatus.

In reditu ex Hunnica expeditione, dum Carolus Imperator Ratisponæ moraretur, accepit filium suum Pipinum ex Himiltrude concubina, cognomento gibbosum, adversus patrem multis Francis sibi adjunctis, rebellionem moliri, quare in Procerum conventum Ratisponæ adductus, cum universis ejusdem criminis consciis, capitis damnatur. Rebellandi causa Pipino tum ex odio novercæ, tum ex eo, quod Carolo juniore Neustriâ, regno Italiæ Pipino alteri fratri, Ludovico Aquitaniâ concessis, in partitionem honoris ac Regni nondum venisset. Et Franci quidem ejus asseclæ, morte plerique, alii exilio ac cæcitate multati sunt; at Pipinus jussu patris in Prumiense Monasterium detrusus in Monachum tonsus est.

Habitus est hoc anno Ratisponæ conventus adversus hæresim Felicis Urgellitani Episcopi, qui in eo concilio damnatus, & ad Hadrianum Papam

Papam perductus, errorem suum factâ confessione ejuravit.

Annus Christi 793.

Bernvvelphus, resignante Megingaudo Episcopatum, Herbipolensis Episcopus creatur.

Alphonfus Castus Galliciæ Rex, indigno animo ferens proferri tributum nomine pudicitiam nobilium virginum Hispanicarum: vindex exurgens, licet longè imparibus viribus adversus Mauros pugnans, ad septuaginta eorum millia occidit, unâ cum Duce Mugait. Idem barbaris Ulissiponem eripit: hinc gratias acturus DEO, pro tantis obtentis victoriis, in honorem Salvatoris nobilem erexit Ecclesiam Oveti, ubi fixerat regiam Sedem.

Obiit Francofordiæ ad Mœnum Frastrada Regina, Caroli Magni conjux, apud S. Albanum sepulta.

S. Blaithmacus Monachus Hyensis Ord. D. Benedicti Martyrii palmâ decoratur.

S. Ethelbertus Rex Orientalium Anglorum, ex insidiis uxoris Offæ Merciorum Regis à vita tollitur. Ipse quoque Offa IV. Calend. Augusti à vivis sublatus est, cui in regno successus Egbertus filius, morbo correptus finem vitæ facit, succedente Kenulfo.

In Insula Croylandiæ, cœnobio Divi Guthlaci, floret sanctitatis famâ, sub S. Bened. regulâ S. Alfrida Regina, Offæ Merciorum Regis filia.

Detectâ conjuratione in se factâ, Carolus Imperator dum adhuc Ratisponæ versaretur, Episcopus, Abbates & Comites, aliosque, quotquot ipsi fideles fuerant, donis multiplicibus honoravit.

Gravi fame in Gallia & Italia, maximè in Provincia & Septimania laboratum, ita ut multi præ fame interirent.

Dani Pagani effusi in Britanniam, cuncta vastant, rapiunt aut incendunt: hoc barbarorum turbine correptus videtur & Martyrio coronatus prædictus S. Blaithmacus.

Annus Christi 794.

Moritur Megingaudus Episcopus Herbipolensis in Neostadiensi Franconiæ Monasterio.

Celebratur Francofurti ad Mœnum Concilium, cui interfuere Episcopi trecenti, à quo Elipandus & Felix Urgelitanus ob hæresin suam rursus damnantur.

Officium Ecclesiasticum componit Paulus Diaconus Monachus Cassinensis.

Hildebaldus creatur Archiepiscopus Colon. Decedit S. Albericus, regio apud Frisios sanguine prognatus, ex Monacho Benedictino Episcopus Trajecti.

Annus Christi 795.

Dani irruptione in Hiberniam factâ, maximam ejusdem partem depopulantur.

Constantinus Imperator Orientis, abdica-tâ & Monasterio inclusâ Mariâ legitimâ conjugem, eo falso prætextu, quasi vitæ ipsius insidiata esset, Theodotem cubiculariam ducens, Augustam coronat: unde magna discordiæ & scandali inter Orthodoxos ansa data est: magni Abbates Plato & Theodorus Studita factum improbant, alter carcere, verberibus alter & exilio multantur.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Hadrianus Pontifex ex hac vita migrat, cum sedisset annos viginti tres, menses decem, dies septemdecim: succedit mox Leo tertius, Monachus Benedictinus, vir doctus, & sanctis imbutus moribus.

Afnates primus Aragoniæ Comes moritur, cui Galindus filius succedit.

Cum Carolus Imperator Pascha Aquisgrani celebrasset, adversus Saxones denuò processit. Patriarcha Forojulii Synodum congregat.

Annus Christi 796.

Ethelredus Northumbriæ Rex occiditur XIV. Kalend. Maji. Osbaldus verò patricius, à quibusdam ipsius gentis Principibus, in Regem proclamatur, sed post dies 27. omni regiæ familiæ ac principum societate destitutus, fugatur: succedit in Regno Eardulphus.

Leo III. Pontifex Maximus Carolum Magnum Imperatorem legatione honorat; honoratur & ipse à Christianissimo Principe donis & spoliis, Hunnis in prælio ereptis.

Constantinus Imperator Bulgaros profligat, contra quem exul Irenes mater, multa sed piè molitur.

S. Suibertus Ord. S. Bened. apud Orientales Saxones strenuam navat operam in animarum ad fidem conversione.

Post victoriam à Pipino Rege Italiæ contra Hunnos obtentam, iis Christi Evangelium per Arnonem Archiepiscopum Salisburgensem prædicari curat.

Annus Christi 797.

Nihil proficit apud præcipitem filium Constantinum Irenes mater Augusta, hinc ista à Proceribus reducta, ille oculis orbatus, paulò post moritur.

Injustè ad exilium damnati à dicto Imperatore plurimi, læti ad patriam revertuntur.

Obrenebratus fuit hoc anno sol per dies decem & septem, ita ut errarent naves maris.

Barcinona Hispaniæ civitas, quæ defecerat, per Zatum Saracenorum Præfectum Carolo Magno redditur: ad quem pariter Habdalla Saracenorum Princeps in Africa, à fratre pulsus confugit.

In Laurâ S. Sabæ 20. Monachi ab impiis trucidantur.

Alcuinus Benedictinus scribit contra Elipandum hæreticum.

Felicis Urgelitani pestis hæretica Septimaniæ imminens, ne longius serperet, strenuissimè à Benedicto Anianæ Abbate repellitur.

Decedit Eanbaldus Episcopus Eboracensis, cui succedit Eanbaldus alter.

Annus Christi 798.

Conspiratione factâ ab intersectoribus Ethelredi Northumbriæ Regis, Wada Dux bellum init contra Eardulfum Regem, sed in fugam cum exercitu vertitur, victore Rege.

Saraceni suburbia Constantinopolitana prædantur.

Theodorus Archimandr. securitatis causâ cum

monachis suis Constantinopolim se recipit, atq; amplissimum Studii monasterium, jam diu à monachis parùm frequentatum, habitare cœpit, undè & Studitæ nomen consecutus est.

Alphonsus castus Gallaciæ Rex Imperatorem Carolum, donis & legatione honorat: ejusdem quoque per Legatos amicitiam petit Irenes Augusta Orientis.

Annus Christi 799.

MOritur S. Wolfgangus, ex Monacho Benedictino, Episcopus Ratisponensis.

Tremet ad tantum facinus Roma, cum Hadriani Papæ nepotes, S. Leoni Papæ oculos & linguam eruerent; is prodigiosè curatus fugit ad Carolum in Germaniam, à quo hoc eodem anni Sedi suæ restituitur.

B. Geroldus Hildegardis Reginae frater occumbit, cum aciem Caroli Magni Imperatoris contra Hunnos ordinabat.

Syraculis Sanctitatis famâ celebrer resplendet S. Robertus Ordinis D. Benedicti.

Celebratur Aquisgrani Concilium, in quo Alcuinus contra Felicem Urgelitanum disputat.

Annus Christi 800.

MOritur Bernvvelphus Episcopus Herbipolensis: quo defuncto Lutericus à Carolo Magno Imperatore Episcopus nominatus à Leone III. Pontifice consecratur.

Idem Imperator generalem habet Conventum Moguntiae, inde Italiam versus iter arripit, ut Romanam Ecclesiam impiorum factionibus perturbatam in securitatem pristinam restitueret: Romæ à Leone Papa honorificentissimè excipitur: qui Leoni ante annum manus sacrilegas injecerant, pœnâ capitis mitigatâ, exilio puniuntur.

Carolo Imperialis Corona, ab ipso Leone in Natali Christi imponitur.

Magna in Gallia inter pecora lues grassatur. Moritur Poppo I. Comes Hennebergicus.

Claret viræ sanctimoniâ S. Emerius Abbas Benedictinus Monasterii Balneoli in Catalonia, quem Angelus spectabili formâ matri sterili filium promisit: excelluit insigni miraculorum gloriâ, quæ inter plurimos fame extinctos vitæ restituit, aliis panes seu comæatum precibus à Numine impetravit. Joan. Tamay. Domenec.

Obiit S. Bobinus Episcopus Trecentis in Gallia.

Circa hunc annum S. Arsenius Corcyrae Insulae Archiepiscopatum suscepit.

S. Almundus Martyr efficitur in Anglia.

Circa hunc annum fati concedit S. Severus Episcopus Catanæ in Sicilia: item S. Apianus Benedictinus monachus S. Petri in Cælo, Papiæ.

Ganinus à Danis martyrio afficitur, postea miraculis clarus.

Floret S. Clemens Abbas Monasterii S. Luciae propè Syracusas, Ord. S. Benedicti. Item S. Attalus Abbas Tauromenii in Sicilia ex eodem Ordine.

In Monasterio Fiscanensi multæ SS. virgines moniales, pulcherrimum gratissimæ virginitatis florem, pretiosissimâ sanguinis sui purpurâ tingent, immaniter à Danis barbaris trucidatæ.

Ad cælos evolat S. Itisberga Virgo, filia Pipini Regis miraculis clara, facta monialis sub instituto S. Patriarchæ Benedicti.

Floret S. Deocharus Abbas Monasterii Herrenridensis in Germania Ordinis D. Benedicti, rarâ miraculorum virtute à Deo honoratus, nam ab eo cæcis visus, claudisque gressus restitutus est; fugati omnis generis morbi, etiam epilepsia, & fœdi strumæ tumores depulsi; in præceptis delapsi quidam, absque noxa, invocato Deochari subsidio prodigiosè servati sunt, quin & ad mortis limina jam admotis vita redita.

Claret circa idem hoc tempus S. Maurus Abbas Monasterii S. Victoris Massiliæ, ejusdem instituti Benedictini.

Floret Sanctitatis famâ Bernardus Ordin. prædicti alumnus, Cœnobii Messanensis Abbas.


Sub hunc annum decedit S. Marcellinus Monachus, S. Salvatoris Trajecti Ord. S. P. Benedicti, Apostolicis laboribus ac prodigiis gloriosus.

Claret S. Valerius ex monacho Benedictino Lirinensi, Episcopus Niceæ in Provincia.

Claret B. Adelindis Buchoniæ in Suevia Abbatis Ordinis D. Benedicti. fuit Hildebrandi Principis, Caroli Magni soceri, filia, soror S. Hildegardis Augustæ, mundi contemptu & liberalitate in pauperes maximâ celebris.

Claret B. Ida, quæ perillustri nata genere, Egberto Duci, Caroli Magni Imperatoris amicissimo copulata, à morte mariti montalis Benedictina effecta, virtutibus miris & prodigiis post mortem coruscavit.

Floret B. Benedictus sub regula S. Benedicti solitarius, miraculorum gloriâ illustrissimus,



MEMORABILIMUM MUNDI CHRISTIANI SÆCULUM IX.

Annus Christi 801.

TERRÆ motus Italiam graviter cutit, & aliquas urbes evertit.

Solenne illud triduum Rogationum ante Ascensionem Domini, instituit S. Leo Papa.

S. Salvius Engolismensis Episcopus, qui prædicationis Evangelicæ causâ, cum Superioro Valentianis progressus erat, ibi martyrium cum eodem socio consequitur.

Aaron Rachid Califus decimus nonus Mahometis in Regno successor, Thraciam invadit.

Episcopatus Mimigardensis à Monasterio B. Mariæ Virginis per Carolum Magnum constructo, cui postea urbs accrevit Monasteriensis dicta, sumit initia.

Annus Christi 802.

Moritur Gerochus, nobili stemmate illustris, ex Monacho Benedictino Episcopus Aichstadii.

Irenes Augusta Orientis, cum Carolo Magno de nuptiis agens, à Nicephoro exauctoratur, & hic concilians sibi Carolum, Occidentis Augusti titulum ei cedit. Idem Carolus conventum omnium Ordinum Aquisgranum indicit.

Celebratur Synodus Altinensis.

Joannes Dux Venetorum horrendum scelus perpetrat, cum in Gradensem furens Patriarcham nomine pariter Joannem, oppido vi capto, eundem turri præcipitem dat: ex causâ, quod idem Patriarcha Christophorum quendam hominem Græcum rogatu Tribunalis Venetiarum excommunicasset, quem Joannes Dux in gratiam Nicephori Imperatoris Episcopum constituisset Ubivolensem. Contra Ducem Altini Concilium congregat Paulinus Patriarcha Aquilegensis.

Ratgarius nobilibus parentibus natus, creatur Abbas Fuldenfis.

S. Donatus Romam peregrinatione susceptâ, cum Fæsulæ deveniret, mortuo ejus loci Episcopo, non sine grandi prodigio peregrinus electus est, cum ad ingressum ejus campanæ subito omnes consonarent.

Conditur Ambroniense in Gallia Monasterium sub regula S. Benedicti: item Crudatense in pago Vivariensi, aliaque plura.

Moritur Sigvvinus Episcopus Spirensis, cui in Sede Pontificali succedit Ato vel Atho.

Tria potentissima per Germaniam Cœnobia, Fuldense, Augiense & Sangallense, summo planctu & bono Germaniæ scholas publicas aperiunt.

Annus Christi 803.

MOritur S. Paulinus II. Patriarcha Aquilegensis: supremum item diem in exilio obit Irene Augusta, ærumnis confecta Nicephori Tyranni sævitiâ; quâ etiam plurimi alii viri illustrissimi perempti sunt.

Bardanes, cognomento Turcus Præfectus orientis, invitatus ab exercitu Imperator acclamatur, qui mox eo nomine deposito Monasticum habitum suscepit: quem nihilominus paulò post contra fidem datam Nicephorus luminibus privavit; qui verò ipsi adhæserunt omnes principes punivit, exercitumque ipsum exauctoravit: præterea Stauratium filium suum, Augustum coronari per Tarasium Patriarcham fecit, mox autem contra Arabes pugnans, posteriores tulit, vixque à discrimine vitæ per suos ereprus est.

Obit Lutericus Episcopus Herbipolensis, cum sedisset annis tribus, mensibus quinque; cui succedit Aygelyvardus. sive Egilvvardus.

Decedit S. Remedius ex Abbate Vallis Gregorii Ord. S. Benedicti, Episcopus Argentoratensis: cui succedit in Episcopali dignitate Rachio Abbas præfati monasterii.

Habitu Cloveshoviense Concilium tertium à duodecim Episcopis, quibus præfedit Athelardus seu Ethelardus Archiepiscopus Britanniae Primas; in hac Synodo asserta est prærogativa Metropolitanæ Ecclesiæ Dorobernensis super omnes ejus Provinciæ Ecclesias.

Annus Christi 804.

Portio sanguinis Christi Mantuæ invenitur.

Leo Papa ex Gallia, ubi Carolum convenerat, in Germaniam advenit, ubi plures Ecclesias & altaria consecravit: inter alias dedicavit etiam Ecclesiam S. Mariæ Aquisgrani.

Suithertum in Sanctorum numerum refert idem Pontifex.

Obiit in Italia propè Spoletum S. Abundantia virgo, discipula S. Majoli Abbatis: hæc à nobilibus orta parentibus, vix edita in lucem supernæ electionis varia argumenta meruit, dum enim baptizaretur, illico lampades cœlitus accensæ exarsere, & campanæ seipsis compulsæ sunt, quod idem in horâ obitus ejus contigit: campis quâ funus ferebatur illico germinantibus



& arboribus Januario mense frondes & fructus producentibus, exaudita Angelorum Musica *Veni sponsa Christi* congeminantium; vivens ipsa mortuum vitæ reddidit, à morte autem variis quamprimum agris prodigiosa ope adfuit, Philip. Ferrar.

Moritur S. Hatimarus Episcopus Paderbornensis, S. Burchardi Episcopi Herbipolensis discipulus, ex Ord. D. Benedicti.

Diem vitæ supremum claudunt S. Anselmus ex Duce Forojulienfi Monachus & Abbas Nonantulæ, & B. Alcuinus Abbas in Galliâ, qui vitæ sanctitate Ordinem Benedictinum insigniter illustrârunt. Alcuinus orbem universum doctrinâ suâ implevit & excoluit: Magnum Carolum Imperatorem, alios inter lectissimæ eruditionis & virtutis Principes, litteris & optimis quibusque disciplinis imbuit, ac imperio Regnoque formavit; scholarum per Angliam, Galliam, Italiam celebrium auctor & institutor extitit, quas inter spectatissimæ & principis illius Parisiensis Universitatis fundamenta jecit: Eboraci, Cantabrigiæ, Ticini, Romæ, Turonis, Suesionæ, Parisiis publicè docuit; litterarum amorem barbaris etiam gentibus invexit: litteratis viris gratiam & auctoritatem conciliavit: hæresim gravissimam, de Adoptivo & Nuncupativo Dei filio, doctissimis scriptis profligavit. Divinum Officium Antiphonis, Hymnis, Lectionibus, Homiliis auxit & exornavit. Præfationes multas & Missas votivas, quibus etiamnum utitur Ecclesia Romana & Universalis, composuit: fuit autem sanctissimus æque ac doctissimus, prodigiis à Deo miris honoratus; quæ inter mundi hujus machinam universam, sub exiguo collectam circulo, non aliter, atque sub uno solis radio S. P. Benedictus, conspicere meruit. Mortuus est felicissimè inter suprema hæc verba: *O Clavis David, & sceptrum Domus Israel &c.* effuso è cœlis in occursum beatissimi animi, Sanctorum Levitarum Ordine. Rhaban. Jeps.

Cùm Saxones anno hoc defectionem iterum molirentur, procedentem contra ipsos Carolum Imperatorem non sustinuit gens, ad rebellandum quam ad bellandum ferocior, sed mox supplex ad deditorem venit. Post tot fraudes Carolo visum est, non alio pacto melius in officio gentem versatilem contineri posse, quam si, novis in illas partes coloniis deductis, Saxones extra patrium solum abducerentur. Seditionis itaque auctoribus cæsis, per totum regnum ad 14000. dissipati fuere. Sic tandem hoc anno finis Saxonico bello, quod triginta trium annorum spatio tenuit, impositus est.

Gellonenfè Ord. Benedictini cœnobium in Galliâ condit Wilhelmus Comes.

Moritur Richbodo ex Abbate Mediolacensi Ord. S. Bened. Archiepiscopus Trevirensis, cui in Archiepiscopali Sede succedit Waso seu Wiso, ejusdem instituti & Monasterii.

Vitæ quoque mortali valedicit Petrus Oldradus Archiepiscopus Mediolanensis in Insulbrâ. Item Alcuinus Monachus Benedictinus, Bedæ discipulus, Orator, Philosophus, Poëta, Mathematicus & Theologus insignis. Ab Offa Merciorum Rege ad Carolum M. Imperatorem

missus, ei suavor fuit ut universitates Parisiensem & Ticinensem fundaret.

Annus Christi 805.

Aron Princeps Saracenorum adversus Nicephorum Imperatorem ducit exercitum trecentorum millium armatorum; cui non valens resistere Nicephorus, pactus est illi dare tributum annum tricentorum millium numismatum, & tria millia numismata in tributum capitis Imperatoris, & tria filii ejus. Ita Theophanes. Hunnis adest contra Slavos Carolus Imperator, & horum Duce occiso, illis sedes stabilit.

Annus Christi 806.

Moritur Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus, cum sedisset annos viginti duos, post mortem miraculis illustris; cui successus est Nicephorus.

Imperator Nicephorus Venetos à Carolo avertit, & Concilium Constantinopoli cogit paucorum Episcoporum: Carolus verò in villâ Theodonis Conventum habens, tribus filiis sua partitur regna, si contingeret eos post obitum ipsius esse superstitis: Ludovico concessit Aquitaniam totam à civitate Turonensi exclusivè usque ad Hispaniam, & Gallias Lugdunensem & Narbonensem. Pipino Italiam, Bajoariam, & Alemaniam partem: Carolo verò majori natu reliquarum Galliarum atque Germaniæ partem.

Offa S. Cypriani Carthagine Lugdunum Galliæ translata sunt, cum Reliquiis Scillitanorum Martyrum.

Schennense Parthenium in Rætiâ, Ord. S. Benedicti, conditur ab Humfrido Comite.

Gunichiso Duci, succedit hoc anno Romanus in Ducatum Spoletanum.

Claret insigni sanctitatis famâ S. Deocharus Abbas Hasenrietanus, Sacellanus quondam Caroli M. Imperatoris, qui ejusdem Augusti ope templum cum cellâ construit, Herrenriedam hodie vocant.

Annus Christi 807.

In Bohemiâ tam vile erat frumenti pretium, ut quis pro duobus nummis, tantam illius copiam cœmere potuerit, quantam ferre.

Ægrè evadit suæ clasfis naufragium Aaron Saracenorum Princeps, cum in S. Nicolaum Myrræ Episcopum peccasset.

Mauros Corsicam vastantes pellit Burcardus Comes Stabuli.

Nicephorus Imperator, stupris, crudelitate in Proceres, ac viros Ecclesiasticos exercitâ, Majestatis dignitatem commaculat.

Ludovicus Caroli filius erectis quamplurimis monasteriis, collapsam in Aquitaniâ Christianam disciplinam restaurat, in Barcinonensi etiam civitate Parthenium Benedictinum in honorem S. Petri condit.

B. Valerius, Joanni hujus nominis septimo Archiepiscopo Ravennati defuncto succedit.

Floret in Liviniâ S. Kevinus Ordinis Benedictini Abbas.

Annus

Annus Christi 808.

Crunnus Bulgarorum Dux Sardiniam dolo cepit, pluribus militum ac civium interfecit millibus: adversus quem procedens Imperator, re infectâ Constantinopolim rediit, eamque urbem cædibus ac exiliis replevit, quod pati nollet populus recens impositum vectigal.

Mortuo Rege Saracenorum Aaron, ejus filii Mauhmat & Habdallam de Regno certantes, non inter se se solum cuncta cæde miscerent, sed Christianos Syriæ cædibus, incendiis, rapinis persequuntur, ut multæ Ecclesiæ desertæ factæ fuerint, & plurima monasteria desolata relicta.

Restituitur per Legatos Caroli Imperatoris Ardulphus Northumbriæ Rex, à suis regno pulsus.

Annus Christi 809.

Nicephorus Imperator Constantinopoli conciliabulum congregat perfidiæ suæ adhaerentium Episcoporum, à quo cum dissentirent SS. Plato ac Theodorus, hujusque frater Joseph Archiepiscopus Thessalonicensis, aliique, in exilium pelluntur.

Aquisgrani Concilium super processione Spiritus sancti celebratur.

Pipinus Venetos & auxiliares, Ludovicus Mauros in Hispaniâ premit.

Decedit Achajus Scotiæ Rex, cui sufficitur Congallus patruelis.

Walcandus Episcopus Leodiensis creatur.

Diem obit S. Simpertus ex Abbate Murbacensi Ord. D. Benedicti Episcopus Augustanus. Claruit eximiâ miraculorum gloriâ, quæ inter rarius illud, cum mater cujus infantem lupus rapuerat, dolore penè exanimata, Simperti opem imploraret, lupum illæsum puerum retulisse. Carol. Stengel. tom. 2. SS.

Vitam mortalem exiit S. Ludgerus ex Monacho Benedictino Episcopus Monasteriensis, Frisiæ Apostolus; claruit stupendis miraculis, eaque inter mortuorum resuscitatione.

Ex hac mortali vitâ etiam migrat Venerabilis Hermengardis, Desiderii ultimi Longobardorum Regis filia, Caroli Magni Galliarum Regis postea Imperatoris conjunx prima, ab ipso quod infæcunda vitio corporis & clinica esset, post annum à nuptiis, repudiata, hinc illa se in monasterio S. Julii Brixinensi Deo in cucullo sub regulâ S. P. Benedicti devovens, perfectionis religiosæ mirâ æmulatione excelluit.

Annus Christi 810.

Circa hunc annum moritur S. Stabilis Arvernenfis Episcopus.

Diem quoque vitæ extremum claudit Egilvyardus Episcopus Herbipolensis, cum prævisset annis sex & menses aliquot. Ei in Sede Episcopali hoc eodem anno 14. Maji Wolffgerus, Ludovico Caroli M. Imperatoris filio potissimum adnitente succedit.

Pipinus Caroli Magni filius, Rex Italiæ moritur.

Nicephorus Imperator semper ruens in pejus, Monachos persequitur, & sacra ridet.

Moritur Rothrudis, primogenita filiarum Caroli Magni Imperatoris.

Tranfalbiani Saxones, Caroli Magni Imperatoris Legatos barbaro furore occidunt: hic pacem inicit cum Daniæ rege Hemmingo, ejus prædecesore Gotrico defuncto.

Diem obit Atho sive Otho Episcopus Spirensis.

Barnardus Abbas Ambroniensis Ordinis Benedictini, creatur Episcopus Viennensis in Galliâ, prodigiosè à puero proclamatus, quam tamen dignitatem invitatus admodum suscepit.

Triumphatæ Gentilitatis trophæum Deiparæ sacratum ab Offio Comite recens ad Christum converso, qui sub hoc ipsum tempus, ejurato dæmonum cultu, Osiacense in Carinthiâ cœnobium condit.

Annus Christi 811.

Crunnus Bulgarorum Rex, Nicephorum Imperatorem viis interclusis adortus, captum interficit unâ cum plurimis patriciis ac ducibus, interfectoque fermè exercitu: ejus verò caput diebus multis in ostentationem suspensum, postea nudatum argento forinsecus induit, ut eo tanquam poculo Bulgarorum Principes uterentur; captos verò, qui Christum negare volebant, idem Crunnus jubet interfici.

Stauratius Nicephori filius, multis in prælio acceptis vulneribus Constantinopolim ægrè relatus, cum & ipse novas ibidem moliretur cædes, omnium Principum, Senatûs, nec non Patriarchæ consensu, Michaël Curopalates, Nicephori gener, coronatur Imperator; quod audiens Stauratius comam totondit, & monasticum induit habitum, uxorque ejus Theophania idem vitæ institutum arripuit.

Moritur Carolus filius major natu Imperatoris Caroli: idem Imperator cum sæpè gravi valetudine tentari cœpisset, testamentum suum condit, eique Episcopos novem, Abbates quatuor subscribere voluit; spirabat dictum testamentum maximi Principis pietatem in Ecclesias & egenos.

Hetto ex Abbate Augiensi Episc. Basileensis, à præfato Carolo Imperatore Legatus Constantinopolim mittitur, ad pacem cum Græcorum Imperatore faciendam, socios legationis habuit Hugonem Comitem Turonicum & Hajonem Forojuliensem.

Lacus magnus & profundus dictus Arntsee in Marcâ veteri Brandeburgicâ ex terræ motu enascitur.

Amalarius Fortunatus ex Ordine D. Benedicti creatur Episcopus Trevirensis, vir, cui ob ingenii sublimitatem & negotiorum Imperii gerundorum dexteritatem vix illo ævo parem inveniret.

Annus Christi 812.

Moritur Wifredus II. Comes Barcinonensis. Michaël Imperator reddidit Ecclesiæ pacem, Manichæos varias regiones Orientis suâ hæresi magnoperè infestantes, lege adversus eos sanctitâ, gladio necari jusit, ipsamque urbem Con-

Constantinopolitanam, non Manichæorum tantum, sed & iconoclastarum & aliorum hæreticorum colluvie sædatam, morum etiam pervertitate laborantem, expurgare & sanare conatus est.

Ingens apparet Cometa.

Moritur Ratho ex Abbate Monasteriensi in Valle S. Gregorii Episcopus Argentoratensis. Item B. Valerius Archiepiscopus Ravennæ.

Ad superos abit B. Guillelmus, ex Duce Monachus Monasterii Gellonenfis sub regulâ S. Benedicti. Fuit totas noctes divinorum contemplatione & orationis studio occupatissimus, centies die, centies nocte flectens genua, pro suis non solum, sed universorum delictis, Deum instantissimis deprecari precibus solitus. Coquina & pistri, tantus olim Dux, deputatus officio, clibanum ardentem scapulari perpurgans, in nullo læsus est; prodidit Numen ejus sanctitatem miraculo, cum enim efflaret animam, campanæ circumquaque omnes, pulsante nemine consonuere.

Carolus Augustus, nuncio accepto Saracenos conjunctis ex Hispaniâ & Africâ copiis ad litora Italiæ depopulanda concurrere, conventu Aquisgrani habito, Bernardum Pipini filium cum exercitu prope in Italiam ire jussit, Walâ patruele expeditionis socio dato Saraceni verò tanto apparatu deterriti, Italiâ omisâ, alii se in Corsicam alii in Sardiniam intulerunt.

Alcuinus litterarum studia summo universi bono propagans, author est Carolo Magno, ut per singula Monasteria & Episcopia scholæ publicæ instituerentur.

Annus Christi 813.

Michaël Imperator malè adversus Bulgaros haud procul ab Hadrianopoli pugnans, Constantinopolim fugit, contra quem Leo Armenus Imperator proclamatur, ipse autem Michaël factus est Monachus.

Dicti Bulgari postea Adrianopolim expugnantes, Manuelem ejusdem Episcopum, amputatis manibus gladio dissecuerunt per medium.

Nactus Leo Imperium, haud sivit Michaëlem degere Constantinopoli, licet privatim inter Monachos profitentem, sed ipsum unâ cum conjuge & liberis relegavit in Insulam Protam, adjiciens ad crudelitatem, ut filios ejus Theophylactum natu majorem & Ignatium castrare jussit.

Carolus Imperator mortis suæ tempus instare advertens, habito generali Conventu Aquisgrani, omnium consensu atque consilio, Ludovicum filium suum coronat Imperatorem.

Celebratur Concilium Moguntia, cui præfuit Hildeboldus Archiepiscopus Colonienfis: item Synodus Noviomenfis.

Wolfarius Archiepiscopus Rhemenfis celebrat Concilium Rhemense. Remigius eligitur in Episcopum Curiensem.

Moritur Eginus Episcopus Constantiensis. Item S. Plato inclusus monasterii Studii in urbe Constantinopolitana obit, vir miræ in advertis patientiæ.

Floret S. Joannes Confessor Hegumenus

Monasterii Catharorum, qui ob defensionem cultus sacrarum imaginum plurimas molestias sustinuit.

Bernardus Comes unâ cum uxore suâ Totâ ac filiis suis construit Monasterium B. Mariæ de Ovarrà in Ripacurtiâ, in Aragoniâ, sub regulâ S. Benedicti.

Annus Christi 814.

Moritur Aquisgrani Carolus Magnus Imperator anno ætatis 72. Imperii decimo quarto: Ludovicus ex Aquitaniâ Aquisgranum veniens, jam antea Imperator creatus, suscipit etiam amplissimi Galliarum Regni administrationem.

Leo Imperator Orientis, cum jam omnium sibi conciliasset animos, Imperiumque tyrannicè susceptum stabilisset, latentem animo hæresim prodens, Iconoclastam publicè se profitetur, sacrarumque imaginum cultum, Nicephoro aliisque Episcopis abrogare imperat, quod illi facere detrectant; hinc in illos aliosque orthodoxos nova oritur persecutio, Nicephoro Patriarchâ in exilium ejecto, & Theodoto Melisseno, homine luxuriæ ac voluptatibus dedito, ad Patriarchatus Officium evecto; exilii quoque pœna plures alios orthodoxos Episcopos ac laicos punivit.

Pons Rheni apud Moguntiam 500. passuum longitudinis, quem Carolus Magnus per decem annos ingenti labore & opere mirabili construxerat è ligno, ut quasi perenniter durare posse videretur, mense Majo tribus horis incendio fortuito plenè conflatur.

Moritur Congallus Scotiæ Rex, cum summâ domi & foris concordia regnasset. Excepit hunc Dongallus Solvathii filius.

Wolfarius Archiepiscopus Rhemenfis celebrat Concilium Noviomense.

Diem obit Richolfus Archiepiscopus Moguntinus. Item Indractus Episcopus de Kil. mich. duach: similiter Freido Episcopus Spirensis.

S. Nicephorus Hegumenus Monasterii Medicii, ob defensionem cultus sacrarum imaginum in carcerem detrusus, sancto ibidem sine decedit.

Moritur Odelbertus Episcopus Mediolanensis, cui succedit Anselmus.

Leidradus sponte resignato Archiepiscopatu Lugdunensi, in Sueffionensi S. Medardi cœnobio Monachus sub S. P. Benedicti regula proficitur.

Hetti Abbas Mediolacensis, Ord. D. Bened. sufficitur in locum Amalarii Metropolitæ Trevirensis, qui diem ultimum absolvit cum legatione Constantinopolitana.

Annus Christi 815.

Ascleratis novæ in Leonem Papam turbæ concitantur, quas Ludovicus Imperator, misso Bernardo Rege Italiæ sedat.

Leo Armenus Imperator cœptam in Orthodoxos persecutionem auget.

Cum Hispaniâ diro Saracenorum jugo premerentur, complures populi in Gallias commigrarunt.

Sar-

Sancto sine decedit S. Geminus Ordin. D. Bened. miraculis clarus.

S. Adelhardus Abbas Corbejæ, innocens à Ludovico Augusto in exilium mittitur.

Ludovicus Imperator Murhartense in Suevia Monasterium, Megingaudus Franconiæ Orientalis Dux, Schvvarzacense in dicta regione, sub regula S. Benedicti condunt.

Celeberrimum illud Hispaniæ Monasterium S. Mariæ Regalis de Yrache conditur, cujus grandes prerogativæ ab Antonio nostro de Yepes prolixè describuntur.

Annus Christi 816.

Sævit adhuc carceribus, plagis, exilio in Orthodoxos Leo Armenus; contra quem scriptis & exemplo egregiè dimicat Theodorus Studita Abbas.

Moritur Leo Papa, cum sedisset annos 20. menses 5. & dies 17. ei in Pontificatu succedit Stephanus hujus nominis quintus, patriâ Romanus, ex patre Marino, nobilissimo genere ortus: qui in Gallias contendens, Rhemis à Ludovico Imperatore honorificentissimè excipitur.

Circa hunc annum Martyrio coronatur S. Tanco, ex Monacho Benedictino Episcopus Verdensis in Saxonia inferiore: Moritur S. Georgius Episcopus Mitylenæ in Insula Lesbo, miraculorum gloriâ illustris.

Item S. Meinulphus Monachus Bened. miraculorum signis celeberrimus. Collocatus autem in feretro (stupenda res) rursus sese erigens: Vos gratias agatis Deo, inquit, quorum salutis causâ id fit, & ego, ut fieret, apud Dei genitricem & Virginem perpetuam impetravi: Vos autem ite ad Episcopum, & quot sudoribus mihi confiterit Cœnobii hujus Nienboeckensis structura, ei indicantes, petite ab illo, ut quacunque hujus loci fuerit electa Abbatissa, etiamsi ancilla sit, non id interdicit: simulque dicite ei, me corpore exutum didicisse, quid de illis fieri oporteat, qui pastores Ecclesiarum esse videntur. Quibus dictis placidissimè denudò in Domino obdormiit. Menol. Bucel.

Moritur Wolfarius Rhemorum Antistes, succedit Ebo: defunctus eodem anno Bego seu Biego Parisiorum Comes, qui Alpaidem Ludovici Augusti filiam conjugem habebat. Item Franco Episcopus Cenomanensis.

Cum in Samothraciâ post multos in carceribus exantlatos labores ad cœlum migrasset S. Theophanes, multis illum miraculis illustravit Dominus; inter quæ, dum lues inter pecora illius Insulæ defeviret, adè ut mortua derepentè conciderent, aquam illius arcæ admoventes (neque enim corpus audebant attingere) pecora peste laborantia aspergebant, & periculo liberabantur. Baron. ad hunc annum.

Haytho ex Monacho Augiensi Benedictino Basileensis Episcopus, Deiparæ insigne sui amoris condens monumentum, Cathedralem Basilicam magnâ mole ac sumptu eductam & abolutam, ejusdem honori ac nomini consecrat.

Annus Christi 817.

Moritur S. Stephanus Papa, hujus nominis V. natione Romanus.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Succedit Paschalis I. Romanus, ex Ordine Divi Benedicti Monachus, vir sanctus, doctus & eloquens, magnanimus & misericors, miraculorum etiam gloriâ illustris.

Habetur Conventus Episcoporum & Abbatum Aquisgrani: Lotharius primogenitus Imperii Collega à patre Ludovico dicitur: Pipino Aquitania datur, Ludovico Bajoaria.

Bernardus filius Pipini, fratris ipsius Imperatoris Ludovici, Italiæ Rex, malorum consilio contra eundem Imperatorem rebellat.

Ratgarius Abbas Fuldensis deponitur.

Claret B. Walthericus Ordin. D. Bened. Abbas Murhartensis cœnobii, illustribus à morte prodigiis honoratus.

Sub hoc ferè tempus Ludovicus Pius Imperator condit Monasterium B. M. V. Wormatiæ sub S. Benedicti Regulâ.

Annus Christi 818.

Exules pro fide Orientales Paschalis Papa fovet.

Scoti prodigiôsè triumphant per ostensam crucem S. Andrea.

Grimoaldus Princeps Beneventanus interficitur à Radechi, succedit Sico. Radechis mox facti pœnitens, collo catenâ implicito ad Casinense monasterium se conferens, monachus efficitur virtuosus.

Alstanus creatur Episcopus Schireburnensis, Anselmus Episcopus Mediolanensis deponitur, ejusque loco eligitur Bonus.

Ludovicus Imperator Aquisgrani judicium de Bernardo Italiæ Rege, qui sibi apud Cabilonem se dediderat, deque sociis ejus conjurationis exercuit. Cum judices Bernardum, cæterosque capitalis sententiæ damnassent, Imperatori sat fuit eum luminibus orbasse, Episcopos in diversa relegasse exilia; paucos post dies Bernardus decessit, sepultus Mediolani.

Quod Bernardus in Italia, id in Armorica tentavit Dux Murmannus, aliis Marmonius; profectus contra eum Ludovicus interfecit, totamque Armoricam suæ ditioni asseruit; post hanc expeditionem Ludovicus in urbem Andegavorum revertit, ubi Hermingardem Augustam reliquerat ægotantem, quæ biduo post morbo decessit.

E vivis discedit Magnus Pontifex Senonensis, cui Hieremias Monachus Benedictinus Centulensis successit.

Moritur in Perside Aaron Rachid decimus nonus Califus, seu successor Mahometis, Mahometem filium Regni successorem relinquens.

Bernardus Monachus Benedictinus Monasterii Ambroniaci, creatur Archiepiscopus Vienne in Gallia.

Annus Christi 819.

Ludovicus Imperator uxorem ducit Judith, filiam Huelfi Comitis.

Theodorus Studita, tertio incarcerationis suæ anno, quod Leonis Armeni in pietatem litteris apud alios increparet, verberibus ad mortem ferè afficitur.

Plures Conventus celebrat præd. Ludovicus Imperator, & rei Christianæ plurimum consultit.

Aa

Mori-

Moritur Aganus Episcopus Aichstadiensis, vir Apostolici zeli.

Sub hoc tempus corpus S. Zachariæ Prophetæ, magni Joannis Baptistæ parentis, à Leone Imperatore Constantinopolitano, unâ cum parte ligni sanctæ crucis aliisque sacris Reliquiis, dono datum Angelo & Justiniano Participatiis Ducibus, ac Venetias allatum, solemnè pompâ in Ecclesia S. Zachariæ non procul ab eorum palatio deponitur, ibique nobile virginum Benedictinarum cœnobium ab iisdem Principibus magnificè extructum est.

Moritur Aliatan Arabum in Hispania Rex, cum ad obsidendam Barcinonem jam castra collegerat, reliquit ex se duodecim filios, & filias viginti duas. Decedit quoque Achajus Rex Scotiæ.

Annus Christi 820.

Circa huc annum è terra ad superos abijt S. Gregorius Acritensis, ob mirum vitæ rigorem celebris.

Leo Armenus Imperator, in ipsa nocte natalis Domini, dum officio Ecclesiastico interesset, in Ecclesia palatii gladiis conjuratorum appetitus, ad sacrum altare recurrens, cruce ictus confodientium diu avertit, donec undique vulneribus confossus succubuit, interfectus à fautoribus Michaëlis Ducis, cognomento Balbi, qui quod multa in ipsum Imperatorem atrociam effutire, licet monitus, non desisteret, damnatus igni fuerat, mox post festum natalis Domini comburendus: post Imperatoris necem ipse Michaël ad Imperatorium solium mox evehitur, qui quatuor Leonis filios in Insulam deportari castrarique jussit, uxorem verò Leonis monasterio inclusit.

Celebratur Concilium Aquisgrani.

Ad cœlos circa hunc annum abijt S. Theophanes magni agri in Sigriana propè Cyzicum Hegumenus & Confessor; qui post nuptias sponsæ virginitatem persuasit, factus monachus, spiritu prophetiæ, & miraculorum à Deo donatus, dæmones ex obsessis ejecit, frumentum in pauperum usum multiplicavit, ab Leone Armeno tandem ob fidei confessionem in carcerem conjectus, post biennium ibi mortuus est.

Circa hunc annum naturæ quoque debitum solvit S. Michaël Episcopus Synnadarum in Phrygia, ob defensionem cultus sacrarum imaginum in exilium missus.

Decedit S. Iarnus Abbas Monasterii S. Victoris Massiliæ, contemplationis studio & miraculorum gloriâ illustris: è pago quodam dum excluderetur, is fœdo quamprimùm incendio conflagravit, solo viduæ in quo pernoctaverat horreo à flammis; intacto vino vix tribus sufficiente triginta homines abundè refecit.

Claret S. Attilanus ex Monacho Benedictino Episcopus Zamorensis.

Annus Christi 821.

Michaël Balbus Imperator bonum se Principem simulans, edictum promulgat, ut omnes Orthodoxi carcere vel exilio soluti, liberè ad propria redire possent.

Regnare incipit in Hispania Habbarraghman Saracenorum Princeps, qui Cordubæ Regni sui sedem figens, Adolphum & Joannem Martyrio afficit.

Romæ inveniuntur corpora SS. Cæciliæ, Valeriani, Tiburtii, Maximi, nec non Urbani atque Lucii Romanorum Pontificum.

Dongallus Scotiæ Rex, in transitu Speiæ amnis rapidissimi, cum navi submergitur & extinguitur. Ei in Regno successit Alpinus Achaji filius.

Drogo Caroli Magni Imperatoris filius, creatur Episcopus Metensis.

Arnulphus sive Arnus Salisburgensis Archiepiscopus decedit; ei succedit Ammilonius Ord. S. Bened. Abbas S. Petri ibidem; & post modicum mediæ anni regimen moritur, vir divinæ eloquentiæ, charitatis, & profusæ in pauperes liberalitatis. Ammilonium in utroque munere Archipræsulis & Abbatis exceperat Adalarus.

Ad cœlos abijt S. Benedictus Abbas Anianæ & Indæ Ordinis S. Benedicti: miraculorum gloriâ eximie refulsit, quibus incendium miraculosè non semel confopivit, locustarum vim grandem evertit, vinum mirabiliter auxit, fratrem quandam inter latronum insidias & conatus absens servavit.

Obijt Utho Episcopus Argentoratensis, Item Benedictus Episcopus Spirensis, vir vitæ integerrimæ.

S. Adalhardus Abbas, cognitâ à Ludovico Imperatore ejus innocentia, gratulantibus ac plaudentibus penè universis revocatur.

Moritur Alphonfus II. Castus, Legionis & Castiliæ Rex.

Annus Christi 822.

Thomas ex famulo viri Senatorii ob violatum heri thorum ad Saracenos transfuga, ejuratâ fide postea rediens, se Constantinum finxit filium Irenes, eaque arte comparato sibi perditissimorum hominum cœtu, sub Leone Armeno occupavit Armeniam, & alias Provincias: at creato Michaële Balbo Imperatore, majoribus copiis simul collectis, hoc anno 822. Constantinopolim terrâ marique longâ obsidione strinxit: sed Michaëli Rex Bulgarorum spontè auxilium impendens, Thomam cum suo exercitu profligavit; quem postea Imperator ab Hadriapolitanis civibus deditum, manibus & pedibus mutilavit, lentoque supplicio perire voluit.

Creta Insula à Saracenis occupatur.

Sexaginta millia Maurorum in acie trucidat Ramirus Rex Legionis.

Celebratur Concilium Attiniacense.

Moritur Benedictus Nemetum Præsul.

Decedit Bonus Episcopus Mediolanensis in Insabria, cui succedit Anselmus ejus nominis secundus, qui tamen hoc eodem anno vitam cum morte commutat; eligitur paulò post Angilbertus.

Obijt quoque Efgil piissimus Abbas Fuldenfis, cui in Abbacia succedit Rabanus.

Winigifus seu Guinichius Dux Spoletanus, eo nomine secundus, jam confectus ætate, rebus se abdicans humanis, Monachum induit Benedictinum.

S. Mariæ

S. Mariæ de Agulari Monasterium in Castella veteri conditur.

Annus Christi 823.

Lotharius à Paschali Papa coronatur Romanus.

Crebra hoc anno visa sunt & audita prodigia, quæ hominum ac animalium pestilentia secuta est. Quibus addendum, quod vetusta imago B. M. Virginis in territorio Comensi, per biduum mirâ claritudine coruscavit.

Ebbo Archiepiscopus Rhemensis ad Danorum conversionem proficiscitur, ei adjunctus fuit Halitgarius.

Ecclesiæ bona usurpantes Conventu Compediensis coercentur.

Basilus filius Leonis Armeni Imperatoris, qui castratione factâ jussu Michaëlis Balbi vocem amiserat, ad statuam S. Gregorii Nazianzeni eam prodigosè recepit, hinc cum matre Theodora fidem Orthodoxam amplexus est.

Michaël Balbus Imperator à Catholicis animum avertens in turpem labitur hæresim, & Theodorum Studitam, conversioni Iconoclastarum incumbentem, denuo in exilium relegat.

Moritur Gondulphus Episcopus Metensis; cui succedit Drogo Caroli Magni filius naturalis.

Elevatur Laubiis jussu Cameracensis Episcopi, per Fulradum Abbatem, corpus S. Ursulari Episcopi.

Decedit Angilbertus Episcopus Mediolanensis.

Annus Christi 824.

Immigrat cœlis S. Paschalis I. eligitur Eugenius II. in Pontificem Summum. Mittitur denuo à parente Romam, Lotharius Romanorum Rex ante annum coronatus, ad componendas inter Romanos dissensiones.

Libri S. Dionysii Areopagiti Græcè scripti, veniunt Parisios, quos Hilduinus Abbas Monasterii S. Dionysii postea in Latinum convertit.

Alpinus Scotiæ Rex à Pictis in prælio vincitur, multi Procerum ab iis capti, ac cæsi. Alpini caput conto affixum ac per exercitum circumlatum est. Post hujus necem successit in Regno Kennethus filius.

Claret sanctitatis famâ B. Angustius Kedeus, Abbas & Episcopus in Hiberniâ, qui ab ineunte ætate summæ addictus fuit austeritati; inter cætera à se patrata miracula, illud magis mirandum, quod sibimetipsi sinistram inter lignorum caesionem amputatum brachium restituerit; doctrinâ pariter conspicuus, plura opuscula edidit. Joan. Colgan.

Ad cœlos abijt S. Jacobus junior Episcopus & Confessor, cultus sacrarum imaginum propugnator fortissimus. Item S. Nicetas Hegumenus Medicii Monasterii in Bithynia, qui ob fidem multas persecutiones, injurias ipsamque carcerem perpessus est.

Angilbertus hujus nominis secundus præficitur Antistes Ecclesiæ Mediolanensis.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Ludovicus Imperator in minorem Britanniam, quæ rebellionem moliebatur, proficiscitur, eoque bello confecto Rotomagum regressus, legatos Michaëlis Imperatoris hæretici Constantinopoli missos, audit, litteras cum donis afferentes, ad pacem, ut præ se ferebant, componendam, sed re verâ ad bellum sacris imaginibus concidendum, adducendumque Ludovicum in impii belli societatem.

Annus Christi 825.

Boni Principis simulatione, occidentales plurimùm fallit Michaël Imperator, efficiens, ut super cultu SS. imaginum collatio Parisiis celebraretur: verùm Ludovicus Imperator Papæ detulit.

Picti in spem adducti, si paululùm adniterentur, Scotos, ut antea factum fuerat, Britanniam posse expelli, auxilio adductis aliquot Anglorum cohortibus, copias, quantas possunt maximas, cogunt. Sed cum seditio inter ipsos orta esset repentina, ac adeò vehemens, ut per Brudum Regem componi non posset, solutus est exercitus. Brudus ipse mœrore magis, quam morbo, post tertium ferè mensem decessit, susceptus ei frater ipsius Druskenus.

Moritur Victor Episcopus Curienfis.

Annus Christi 826.

Moritur circa hunc annum S. Adelardus Abbas Corbejæ in Gallia, Ordinis S. Benedicti illustre sidus: fuit is regio genere natus, pœnitentiæ exemplar clarissimum, de quo legitur, quod quotidie bis saltem manè & vespere sua alienaque peccata profusis uberrimè lachrymis deploraverit; morienti ipse Christus adfuit.

Floret Eginhardus, magni inter eruditos hujus ævi nominis, Carolo Magno Imperatori olim à secretis.

Romæ habetur Synodus 63. Episcoporum: Ingelheimii Conventus Principum.

Moritur S. Theodorus Studita, eruditione, vitæ sanctitate ac miraculis celebris.

Michaël Imperator scelera sceleribus addens, defunctâ conjugè, desponsatam Christo virginem monialem, nomine Euphrosynam, uxorem ducit, sed tantum scelus secuta sunt ingentia mala: siquidem ipsius exercitus in Cretam missus ad expellendos inde Saracenos, ab eis penitus excisus est, & Dalmatia ab Orientali Imperio defecit.

Diem obijt Aistulphus ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Moguntinus. Succedit Otgarius.

Verendarius creatur Episcopus Curienfis.

Witlefius Merciorum in Anglia Rex constituitur.

Cum Ingelheimii popo Moguntiam Ludovicus mensè Junio moraretur, ad eum accessit Herioldus Danorum Rex cum uxore multoque suorum comitatu, regno suo pulsus, qui, suadente Imperatore, Christianam professus fidem, Moguntiam, in basilica Monasterii Sancti Albani cum conjugè aliisque, quos secum adduxerat, sacri baptismatis undâ perfusus est, plurimisque

muneribus donatus ab Imperatore, qui eum è fonte levavit, Judith Augustâ idem officium ejus uxori exhibente; in patriam reversurus, Evangelii præconem ab Imperatore petiit, adjunctus proinde ipsi fuit Ansharius Ord. D. Benedicti Corbejæ novæ Monachus.

Schvvarzacense Ord. D. Bened. in Alfatia cœnobium flammis absumptum, ad dexteram Rheni ripam transfertur.

Besunense quoque ejusdem instituti in Burgundia Monasterium ab Alberico Lingonum Episcopo expulsis Canonicis restauratur: idem contigit cum Derwenfi in agro Tricassino Monasterio.

Annus Christi 827.

Saraceni ex Africa, à Duce Euphemio rebelles Imperatori Michaëli, in Siciliam advocantur, quâ Insulâ potiuntur: Euphemius tamen perfidus, Syracusas tentans, à duobus fratribus Syracusanis subdolè appetitus, capite truncatus est.

Moritur Eugenius Papa, cui succedit Valentinus natione Romanus; sed vix unum mensem sedit. Hinc pari omnium consensu Gregorius IV. patriâ Romanus, genere clarus, vir divinis humanisque litteris apprime eruditus, omnibusque virtutibus insignis, eligitur.

Tiagrinus Monachus ex Ord. D. Benedicti S. Hildegrino Episcopo Halberstadiensi mortuo, subrogatur.

Ansegisus Abbas Laubiensis Ordinis D. Benedicti, colligit Capitula & Edicta Imperatorum Caroli Magni & Ludovici Pii Imperatorum.

Annus Christi 828.

Moritur Jeremias Archiepiscopus Senonensis: item Erlenhardus Episcopus Argentoratens.

Gallia frugum penuriâ, peste hominum & animalium, incurfionibus Saracenorum, & defectione quorundam principum graviter laborat.

S. Nicephorus Constantinopolitanus Patriarcha in exilio diem obit.

Kennethus Scotiæ Rex Pictos insigni prælio vincit, ipsum Druskenum Regem cum omni ferè nobilitate cædit, reliquus exercitus, fugam impediens Tao flumine similiter perit. Hæc clade vires Pictorum penitus fractæ sunt, & Kennethus, ne se reparare iterum possent, Lothianam proximamque regiones similiter ac Transorthanam vastat: præsidia metu se dederunt.

S. Philaretus Monachus Ord. S. Basilii à Saracenis interficitur.

Stradense, & S. Cypriani Monasteria sub regula S. Bened. in Gallia originem sumunt. E contra incendio perit Mauri Monasterium in Alfatia.

Baronius hoc anno refert, quòd quodam die, dum Trajecti ad Mosam sacra missarum solennia celebrarentur, fœmina nomine Adelinda duos cereos, ad lumen in Ecclesia collocandum detulerit, quorum unum dexterâ manu cuidam è custodibus, ut accenderetur porrexerit, alium manu sinistrâ retinuerit; sed mirum! dum custos sibi porrectum accendit, etiam alius, qui in manu fœminæ remanserat, sponte lumen accepit, cunctisque cernentibus accensus est.

Plurimis Conciliis celebratis orbem Christianum mirificè demeretur S. Gregorius IV. ex Monacho Fossæ novæ Pontifex Maximus.

Annus Christi 829.

Moritur Michaël Balbus Orientis Imperator, succedit in Imperio Theophilus filius, qui Euphrosynam novercam ex aula pulsam, in monasterium redire cogit.

Gregorius Papa Ostiam civitatem reficit, novisque mœnibus munit.

Aquisgranum vehemens terræ motus concutit.

Celebratur ab Imperatore Conventus Wormatiæ, & conspiratio in eum detegitur, orta ex eo, quòd Bernardum Hispanum Comitem auxilium præferat.

Parisiis Synodus cogitur.

Decedit in majori Britannia Wlfredus Cantuariensis Præsul, cujus in locum electus est Feologildus Abbas Ord. S. Benedicti eodem anno mortuus.

Annus Christi 830.

Sub hoc anno moritur S. Bernarius Monachus Lerinensis sub Regula S. Benedicti, fuit hic Bernardi Ducis, fratris Pipini Galliarum Regis filius, Caroli Martelli nepos, Magni patrueis, frater germanus S. Adalhardi Abbatis.

Theophilus Orientis Imperator, omnes sibi subditos, ad Iconoclastarum hæresim ducere satagit, pœnis propositis acerbissimis.

Ludovicus Imperator à filiis exagitur: & Juditha Imperatrix in Monasterium detruditur. Ipse Imperator ob causam tumultuum, Conventum Noviomagi indicit.

Circa hunc annum diem vitæ extremum claudit S. Antoninus Abbas Ord. D. Benedicti, qui Monasterio Casinensi à Longobardis devastato, in solitudinem propè Surrentum secedens ibidem sanctitate celebris obdormivit, cujus corpus multis quotidie miraculis & præsertim in liberandis energumenis effulget.

Floret S. Macarius, Monasterii Pelececes Hegumenus apud Græcos, miraculorum gloriâ illustris, qui multas adversitates, ob sacrarum imaginum cultûs defensionem est perpeffus.

Ceolnothus creatur Archiepiscopus Cantuariensis.

Ad hunc annum referuntur primordia percelebris Monasterii Hirfaugiensis, Ord. S. Benedicti, quòd Erlafridus Comes in Spirensi Diocesi à fundamentis extruxit.

Moritur sub hoc ferè tempus S. Meinulphus Monachus Benedictinus Paderbornensis Cathedralis Ecclesiæ & Diaconus, qui quantum apud Deiparam posset, etiam à morte ostendit, quando in feretro inter exequias proprias spectantibus universis se erigens, hæc pro suo, quod sacris virginibus Benedictinis condiderat cœnobio redidivivus peroravit. *Vos gratias agatis Deo, inquit, quorum salutis causâ id fit, & ego, ut fieret, apud Dei genitricem & Virginem perpetuam impetravi. Vos autem ite ad Episcopum, & quot sudoribus mihi constiterit hujus cœnobii structura, ei indicantes, petite ab illo, ut quacunque hujus loci fuerit electa Abbatisa, etiamsi ancilla sit, non ei interdicit; simulque dicite ei, me corpore exutum didicisse, quid de illis fieri oporteat, qui Pastores Ecclesiarum esse videntur.* Quibus dictis denuò requievit.

Annus

Annus Christi 831.

Moritur Wolffgerus Ecclesiæ Herbipolensis Episcopus, postquam annis 21. mensibus sex, & diebus 9. præfuisset: multa gloriosè & utiliter gessit. Quatuordecim parochias ab antecessoribus inceptas absolvit. Ab Imperatore Fuldam missus litem Radgarium Abbatem inter & Monachos ferventem composuit. Concilio Moguntino interfuit. Carolo Magno Imperatori morienti in condendo testamento Consiliarius & adjutor astitit. Ludovico ejus filio summè æstimatus, in Comitibus Imperii Francofurti celebratis, tum in Synodo Aquisgranensi magna sapientiæ & pietatis suæ specimina dedit.

Theodora Augusta Theophili Imperatoris Constantinopolitani uxor, & mater ejus Theodiste, cum occultò colerent sacras imagines, apud eundem Imperatorem in discrimen adducuntur.

Floret Amalarius Fortunatus, insignis doctrinâ & pietate vir, Diaconus Ecclesiæ Metensis: scripsit de Ecclesiasticis seu Divinis officiis, formam institutionis Canonicorum & Sanctimonialium canonicè viventium.

Saraceni Siciliam incurfantes, etiam Liparas Insulas devastant.

In Dania & Suecia primus Scholas aperit S. Ansgarius Ord. D. Benedicti, Aquilonarium Regnorum Apostolus; hoc ipso quoque anno, ab Imperatore designatus Archiepiscopus Hamburgensis, à Dragone Metensi, adstantibus Ebone Rhemensi, Hetto Trevirensi, Otgario Moguntino Archiepiscopis consecratur.

Moritur Wolfgangus ex Monacho Sangalensi, Episcopus Constantiensis.

S. Harrachus ex Abbate Amarbaricensi in Scotia Ord. S. Benedicti Verdenfis Episcopus factus in Germania, ab immanibus barbaris interceptus, crudelissimè trucidatur.

Ludovicus Augustus Juditham ad se reversam benignè excepit, verum non prius uxoris loco habuit, quam ipsa legitime objecta crimina expiasset, quo facto, omnibus his, qui capitali sententiâ damnati fuerant, mortis pœna relaxata: hoc modo compositis rebus, filii in sua quisque regna dimissi.

Rothonense S. Salvatoris Monasterium in Armorica conditur sub regula S. Benedicti à Convoione Abbate.

Annus Christi 832.

Hunibertus Ecclesiæ Herbipolensis regimen suscipit.

Catholicos ob sacrarum imaginum cultum vexat exilio, gladio, carcere Theophilus Imperator.

Pipinus denuò in patrem Ludovicum Imperatorem seditionem movens, ab eo in carcerem conjicitur.

Immortaliter ipsos mortuos demeretur Hamularius Fortunatus, ex Monacho Benedictino Trevirensis Archiepiscopus, composito officio defunctorum.

Dani Angliam vastare incipiunt.

Moritur Sico Princeps Beneventanus, ei succedit filius Sicardus.

Ordonius capit Regnum Ovetanum.

Apud Cenomanos obiit Franco junior, ejus urbis Episcopus, cui subrogatur Aldricus ex primicerio Urbis Metensis, Regio Saxonnium stemmate oriundus, vir doctrinâ æquè ac pietate conspicuus; collegit Decreta & Canones Conciliorum tam Synodalia quam Nationalium.

Ludovicus Imperator Bernardum Comitem Barcinonensem, magnumque Cancellarium, tanquam Authorem conspirationis suorum in se filiorum, officiis suis privat.

Annus Christi 833.

Turpi facinore Ludovicus Imperator à filiis exauctoratur, & Imperium in Lotharium transfertur.

Moritur meritissimus ille de Ecclesia universa Hamularius Fortunatus S. R. E. Cardinalis, & Archiepiscopus Trevirensis, æternum Ordinis Benedictini decus, relictis dignissimis & ingenii & meritorum monumentis.

Obiit Abdala Rex Perfarum, & Califus Babylonicus in Ordine vigesimus septimus, armorum gloriâ clarissimus. Græcos variis attrivit cladibus, occupatâ Candix parte timorem pariter incussit Regno Neapolitano. Præfuit Regno quod insigniter ampliavit, annis octo.

Moritur Ansegisus Abbas Benedictinus Monasterii Laubiensis, vir prudens & doctus.

Magnus ille Septentrionis Apostolus Sanctus Ansgarius, ejus quam unice dilexit Deiparæ honorem latè promovet, plurimis memoriæ ejus per diversas Provincias & Regna constructis monumentis, & devictæ ope ejusdem peculiari gentilitatis illustribus Trophæis.

Annus Christi 834.

Germani Galli que indignè ferentes duras vices Ludovici, correptis armis ipsum in Imperii dignitatem restitunt: qui cum filiis in gratiam redit, & Conventum in Attiniaco palatio habet.

Theophilus Imperator, adversus Saracenos progressus, ab illis prælio victus, vix se fugâ subducere potuit: Methodium Presbyterum Constantinopolitanum, virum perdoctum, sacrarum imaginum defensorem, sepulchro includi jubet.

Zapha Rex Mahometanus Monasterium Caradignæ in Castilia veteri, interfectis ex odio fidei 200. Monachis Benedictinis excindit.

Obiit non sine Martyrii laureâ in carcere, S. Deusdedit Abbas Casini, quò eum Sicardus Princeps innocentem incluserat.

Agobaldus, sive Agobardus, Archiepiscopus Lugdunensis, ex sententia Concilii in villa Theodonis habiti, dignitate privatur.

Alpinus Scotiæ Rex à Pictis captus, occiditur, anno regiminis sui quarto.

Annus Christi 835.

Habetur Conventus Episcoporum & aliorum in Theodonis villa, in quo Ebo Rhemenfis Archiepiscopus, qui Auctor fuerat depositionis Ludovici Imperatoris, suasione Coepiscoporum seipsum iudicans Episcopatu indignum, eo se abdicavit.

Floret Theodulphus Abbas Floriacensis, insignis Poëta, qui postea ad Episcopatum Aurelianensem promotus est.

Mortuo Theodoto impiissimo Patriarcha Constantinopolitano, in locum ejus substitutus est Joannes sextus hujus nominis, prædecessore longe scelestior.

Theodorus ac Theophanes, fratres, Palæstini Monachi, post exilium, carceres, sævissima verbera, ob sacrarum imaginum cultum à se defensum, in frontibus inscriptione duodecim jamborum afficiuntur.

Meretur plurimum Drogo ex Monacho Ord. D. Benedicti, Metensis Episcopus, conciliatis Principibus.

Festum omnium Sanctorum instituit Gregorius IV.

Moritur B. Stephanus Episcopus Bituricensis.

Rainaldus Arbatilicensis Comes cum Nortmannis in Heria Insula, acie configit.

Diem obit Guntherus Episcopus Hildesienfis.

Orckenvaldus creatur Episcopus Lichenfeldensis.

Annus Christi 836.

Celebratur Concilium Aquisgranense, & Lugdunense.

Lotharius Italiae Rex in Gregorium Papam infensus, adversus Ecclesiam Romanam populum arma movit, sed à Ludovico patre per nuncios acerrimè correptus, invitus quievit; quo tempore idem Ludovicus Imperator Normannos in Frisiam irrupentes, Britonesque tumultuantes nullo negotio fugavit & compescuit.

Lues grassatur in Gallia.

Reliquiæ S. Viti Martyris Corbejam Saxoniae, & Liborii Episcopi Cenomanensis Paderbornam transferuntur.

B. Luipramus ex Ord. D. Benedicti, creatur Archiepiscopus Salisburgensis.

Obiit grandævus S. Rixfridus ex Monacho Benedictino Episcopus Ultrajectinus. Item S. Aldricus ex Abbate Benedictino Archiepiscopus Senonensis, illustrissimo genere ex Palatinis Principibus in agro Vastinenfi natus; Joannis Baptistæ instar, in utero etiam materno latens, agitari & gestire visus est; diem obitus sui clarè prædixit.

Obiit item Jesse Ambianensis olim Episcopus, ante sex annos exauctoratus in Conventu Noviomagensi.

Decessit pariter Doctor ille Doctorum, Magnus Alcuinus, mirandis à Domino prodigiis honoratus, qui alia inter Archiducis sui Benedicti exemplo universam mundi machinam sub exiguo collectam circulo intuefi meruit.

Annus Christi 837.

Apparet Cometa. Ludovicus Imperator Carolum filium ex conjugè sua Judith natum, Regem Neustriæ coronat. Aquisgrani Conventum celebrat.

In Germaniam primus Græcas litteras invehit Rhabanus Fuldenfis Monachus.

Moritur Ordonius Legionis Rex optimus.

Item S. Willericus ex Monacho Benedictino secundus Bremensium Archiepiscopus, Apostolico zelo & labore celebris.

Contigit cruentum prælium ad Walcram contra Normannos.

Obiit Egbertus Angliæ Rex.

Tempore paschali novum prodigium in cælo visum, nempe stella crinita in signo Virginis.

Adremarense in Gallia monasterium sub regula S. Benedicti conditur.

Annus Christi 838.

Defuncto Pipino filio Aquitanæ Rege, nova denuò à patre Ludovico fit Regnorum divisio, unde novæ exortæ sunt discordiæ.

Theophilus Orientis Imperator, Manuele Duce de Saracenis triumphat.

Floret Lupus, Rhabani discipulus, hoc anno delectus in Abbatem Monasterii Bethleem, sive Ferrariensis dicti: vir doctrinâ & moribus præstans.

Samuel Abbas Laurissæ, creatur Episcopus Wormatiensis, vir doctus fuit & insignis Theologus.

S. Svithunus creatur Episcopus Wintonienfis.

Germania ingenti terræ motu concutitur.

Moritur S. Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus: circa eundem ferè annum ad cælos abit S. Aygulphus Archiepiscopus Bituricensis.

S. Fridericus Episcopus Trajectensis Ord. S. Benedicti à malevolis ob justitiæ zelum lethali vulnere percussus, aperiri sibi sepulchrum jubens, & illud ipse, nemine inferente subiens, funebria illa Ecclesiæ solennia: *Placebo Domino in regione vivorum &c.* inaudito ad eam diem exemplo ipse decantavit, & prophetico spiritu cladem Regni ex inopinata barbarorum incursione prædicens, inter miram cælestis odoris fragrantiam exspiravit: percussoribus non multo post, ulciscente Numine, horrendâ & repentina morte sublatis.

Lutbertus primus Hirsaugiensis Monasterii Abbas ordinatur, vir doctrinâ & vitæ honestate clarissimus, ideoque Regibus charus, edidit inter alia ingenii monumenta Tractatum in Cantica Canticorum.

Floret Hetti ex Monacho Benedictino Mediolacensi Archiepiscopus Trevirorum. Item Theodulphus ex Abbate Floriacensis Monasterii Aurelianensis Episcopus, non minùs vitæ merito, quàm eruditione venerabilis. Similiter Dionysius Hildoinus Abbas S. Dionysii Parisiensis, Archicapellanus Imperialis Palatii, vir doctus & potens in opere & sermone: scripsit inter cætera ad Ludovicum Imperatorem, soluto & ligato stylo, vitam S. Dionysii Martyris.

Annus Christi 839.

In Oriente Sofopetra à Theophilo Imperatore expugnatur.

Habetur Conventus Cabillonensis.

Ennicus Arista unctus est & appellatus Rex Navarra primus.

Moritur Sicardus Princeps Beneventanus.

Item S. Berthamus Episcopus in Scotia.

Mors regno & vitâ privat Abderamanum II. Saracenum, Cordubæ Regem: item Witlasium Regem Merciorum in Anglia, cui in Regno successit Bertulphus frater.

Annus Christi 840.

Moritur Ludovicus re & nomine Pius Imperator, Caroli Magni filius. Succedit in Imperio Lotharius.

Horrenda solis fuit Eclipsis, ut nihil à nocte dies differre videretur.

S. Nithardus Presbyter, S. Anscharii in conversione Suecorum adjutor, circa hunc annum Martyrio coronatur.

Moritur B. Tiagrinus Episcopus Halberstadiensis; similiter Adelotus Episcopus Argentoratensis.

S. Euthymius Episcopus Sardinum, ob cultum imaginum à Michaële Imperatore Iconoclastâ in exilium missus, demùm Theophilo Imperatore, martyrium consummat.

Decedit S. Ansovinus Episcopus Camerini in Italia, qui prodigiôsè ægris quàm plurimis sanitatem restituit, soloque crucis signo incendium latè grassans restinxit.

Claret S. Walpurga virgo monialis Ord. D. Benedicti, quæ illustri admodum nata genere, fratrem germanum habuit Luthardum Paderbornensem Episcopum, quæ in Hersverdensi cænobia, quod suis ipsa sumptibus condiderat, cucullum induta, æternum cænobii sui facta speculum, & sacrarum Deo virginum exemplar, illud longè firmitus sanctitate stabilivit, quàm opibus ac lapidum fundamentis. Ex Menolog. Bucel.

Claret in Dania B. Gislemarus Episcopus in Dania, & gloriosus hujus Regni Apostolus, ex Ordine Divi Benedicti.

Claret B. Odulphus Ord. S. Bened. Apostolus Frisonum, Spiritu prophetico clarus: postea mortuus est inter miram odoris fragrantiam, quæ omnes, qui aderant, mirificè recreavit, multis post mortem à numine miraculis honoratus.

Floret S. Viritus Abbas Monasterii S. Salvatoris Legerensis, Ord. S. Bened. in Regno Navarra, mortificationis & suimet contemptus famâ celeberrimus.

Decedit Agobaldus Archiepiscopus quondam Lugdunensis: Inter alia ingenii monumenta scripsit librum de Divina psalmodia, de privilegio & jure sacerdotii, de grandine & tonitruis.

Bèlgium illuminat sanctitatis fulgoribus S. Altetrudis virgo & Abbatissa Benedictina, ex Hannoniæ Comitissa potentissima, humillima Dei ancilla.

Annus Christi 841.

Moritur Hunibertus Episcopus Herbipolenfis, cum sedisset annis 9. Hic ut Ludovico Imperatori folium avitum, & illasam à filiis in patrem impiè insurgentibus majestatem servaret, multis susceptis itineribus amantissimus pacis Princeps, sed irritò eventu laboravit. Viditque suam etiam Franconiam bello civili implicitam, in quo plura Francorum millia cecidisse feruntur. Astitit Heroldo Daniæ Regi Moguntia, levantibus è sacro fonte Ludovico Pio & Augustâ ejus conjugè, baptizato. Monente Angelo filiam unicam Ernesti Landgravii de Leuchtenberg nefariè interfectam, & ex arcis Lauffensis mœnibus in Nicrum projectam, ex aquis, quibus supernatans usque ad adventum Huniberti immota velut in vado hæserat, sustulit, & honorificè sepelivit.

Successit hoc eodem anno Huniberto Godvaldus Comes de Henneberg, Abtachi inferioris Ord. S. Bened. antea Abbas.

S. Joannicius Anachoreta, de reddenda quàm citò Ecclesiæ pace, per mortem Theophili, divinum responsum accipit, quo afflictos, jamque omni spe destitutos consolatus est fideles: qui Theophilus Imperator futura curiosius indagans ab anu fatidicâ, cum adversus Saracenos processisset, Perfarum proditione ab illis victus, & in vitæ discrimen adductus, vix salvus fugâ lapsus est, relictis multis captivis proceribus, qui martyrium à Saracenis consecuti sunt, quibus cladibus mœrore confectus, in dysenteria morbum incidit.

Lotharius Imperator, Monarchiæ cupidine adversus Ludovicum & Carolum fratres agit; inito inter eos acri prælio, cessit victoria fratribus.

Moritur Hartinus Episcopus Spirensis, cui in sede succedit Gebhardus, vel ut alii, Eberhardus.

Hastingus cum innumerâ Danorum multitudine Franciam ingressus, oppida, rura, vicos, flammâ & fame depopulatur.

Diem obit Adelungus Episcopus Aichstadiensis: item Tiagrinus Episcopus Halberstadiensis, cui succedit Haymo.

Martyrii honorem in Syria obtinent sub regimine Theophili Imperatoris Iconomachi 42. viri honorati Tribuni, Duces ad nobiles, à Saracenis occisi.

Annus Christi 842.

Mortuo Theophilo Imperatore Constantinopolitano, succedit filius Michaël Porphyrogenitus, cum matre Theodorâ, mox cultus sacrarum imaginum restituitur.

Multos Suecos ad Christi fidem convertit S. Stephanus Monachus.

Methodius deposito Joanne, creatur Patriarcha Constantinopolitanus.

Moritur Bernardus Episcopus Viennensis in Gallia, cum annis triginta duobus Ecclesiam sibi commissam dexterrimè rexisset, Regulæ Benedictinæ professor.

Annus Christi 843.

Conciliantur Lotharius Imperator & fratres ejus.
Edit glossam ordinariam Strabo Fuldenfis Monachus.

Moritur Gregorius Papa IV. cum sedisset annos sexdecim.

Saraceni Ducibus Beneventanis inter se bellis civilibus decertantibus, in auxilium ab eisdem alterutrumque vocati, Capuam incendunt, Beneventum capiunt, plurimaque mala Campaniæ atque Samnitibus inferunt.

Theodulphus Abbas Floriacensis profas & versus, qui in Ecclesiis cantari cœperunt, composuit. Sigeb.

Rainaldus Arbatilicenfis Comes cum Lamberto Comite Namnetensi congressus, occiditur.

In Cœnobio Antrensi, multi Monachi Benedictini à Danis Christianæ fidei hostibus occisi, illustrem suo sibi sanguine triumphum compararunt. Bucel, in Menolog.

Erlefridus Comes de Calba, divino spiritu compunctus, regimen dimisit filio suo Ermenfrido, rebusque sapienter dispositis Monachatum proficitur Benedictinum.

Annus Christi 844.

Sergius II. Papali coronâ ornatur. Fuit is antea S. R. E. Archiepiscopus, natione Romanus, illustri familiâ ex patre Sergio natus, pietate, eruditione & moribus insignis.

S. Ansgarius fit primus Episcopus Bremensis. Moritur Kennethus II. Scotiæ Rex, cui succedit Donaldus frater.

Carolus Calvus Rex Francorum, Bernardum Comitem Barcinonensem, donatum à Ludovico Pio Ducatu Septimaniæ, incautum interimit; at filius ejus, fretus auxilio Habdarraghmani Regis Saracenorum, multo sanguine & flammis ultus est paternam necem.

Paschalius Radbertus vir insigniter pius & doctus, Isaaco Abbati Corbejensi succedit.

Lotharius Romanorum Rex cum magno comitatu Romam proficiscitur, & à Sergio Pontifice Imperiali benedictione inauguratur.

Claret Otfridus Monachus Weissenburgensis in Diocesi Nemetensi, Monastica Scholæ Magister, in literaturâ tam divinâ quàm humanâ doctissimus.

Moritur Alphonsus cognomento Castus, Asturiæ & Legionis Rex, è monasterio S. Facundi ad Regnum extractus, præliis contra Mauros fortunatissimus.

Annus Christi 845.

Normanni Galliam vastantes, cum à Monasterio Sithiu direpto incendioque, oneratis navibus redirent, Dei vindictâ ita tenebris cæcati, insaniâque sunt percussi, ut vix pauci evaderent, qui numinis iram cæteris nunciarent.

Lotharius I. Imperator, Gestimulum Dalmatarum Regem in prælio debellat & occidit.

Bogaris Bulgariæ Princeps, Christianam fidem amplectitur, eamque inter subditos suos inducit.

Theodora Augusta Orientis, Manichæos excindere studet; quorum magna pars se Saracenis jungit.

Celebratur Concilium Meldense & Bellovacense.

Hincmarus Monachus Benedictinus cœnobii S. Dionysii propè Parisios, doctrinâ & moribus insignis, creatur Archiepiscopus Rhemensis. Moritur S. Theophylactus Metropolita Nicomediensis.

Circa hunc annum fatis quoque concedit S. Paulus Episcopus Prusæ in Bithynia, qui ob defensionem sacrarum imaginum persecutiones, exilia, ærumnas gravissimas invicto animo sustinuit.

Moritur S. Hilation junior, Hegumenus & Confessor Constantinopoli, postquam carceres & alia mala pro cultu sacrarum imaginum fuisset perpeffus.

Raimundus Lemovicenfis Comes religiosissimus, Rosiaci in Biturigibus monasteriū condit.

Annus Christi 846.

Piratiæ Danicam, Frisiam incendiis, prædatione hominumque cæde dirè vexant.

Celebratur Concilium Parisiense.

Terrore implent Italiam & vastant Saraceni: sed in reditu à SS. Petro & Benedicto Abbate, ipsis in medio mari apparentibus, in mare per horribile naufragium demersi.

Moritur S. Joannicus anachoreta in Oriente, sermone & opere clarissimus.

Vivendi finem facit in Monasterio Anianæ Ord. S. Bened. S. Ardo Presbyter & Monachus.

In Gallia lupi turmatim in mortales faviunt, aquarum insuper inundatione notabilis hic annus est.

Plures in Galliis habiti sunt conventus, in uno eorum, Ludovico Germaniæ Rege cum Carolo fratre conveniente, Gisleberti Comitis cum filiâ Lotharii Imperatoris ab eo raptâ, conjunctio improbata fuit.

Annus Christi 847.

Diem obit Sergius Papa, ubi sedisset annos tres, & mensem unum, cui statim subrogatus est Leo IV. magnæ virtutis & sanctitatis vir ex Ordine Divi Benedicti: qui basiliscum afflatu suo urbem Romanam intoxicantem, precibus suis fugavit.

Mortuo Otgario Sedis Moguntinæ Archiepiscopalis Antistite, Rhabanus Abbas olim Fuldenfis creatur Archiepiscopus: Sub quo hoc anno Moguntia Synodus celebrata est.

Moritur S. Methodius Patriarcha Constantinopolitanus, cui successus est Ignatius Niphori Augusti ex filia nepos, filius autem Michaëlis Cæropalatae Imperatoris.

Mortali vitæ valedicit Eppo Episcopus Hildesienfis.

Dani Batavorum Insulam occupant.

Decedit S. Hildemannus ex Monacho Benedictino Episcopus Bellovacensis.

Item Hetti Trevirorum Pontifex, cui successit Thiergaudus magnorum deinceps motuum auctor; nec diutius vixit Simon Laudunensis Episcopus, cui succedit Pardulus.

Annus

Annus Christi 848.

Rhabanus iterum Moguntia Concilium celebrat, & Germaniam gravissimâ Gotfcalci hæresi liberat.

S. Alfridus Monachus Benedictinus Corbejæ in Saxoniâ, creatur Episcopus Hildesienfis. Ecclesia S. Martialis Lemovicæ, à Canonicis ad Monachos Benedictinos transfertur.

Obsessâ à Normannis Tolosâ, Carolus Calix Rex auxilio advolat, eosque viriliter aggressus, partem eorum superat, captis navibus, quæ in fluvio Dordoniâ erant, & piratis interfectis: verum cum ab ea urbe recessisset Carolus, dolò Judæorum prodita, direpta combustaque est. Capta itidem ab eisdem Burdegala cum Guillelmo Duce, qui postea Impurium & Barcinonem dolo cepit.

Corpus S. Helenæ matris Constantini Imperatoris Magni, Româ transfertur in Galliam, & in Rhemensi Parochiâ collocatur. Postea caput ejus Trevirim translatum est.

Annus Christi 849.

Carolus Pipini regis Aquitaniæ filius, dum ad auxilium fratri ferendum Aquitaniam petit, à Viviano Comite captus, in urbe Carnotensi jussu Caroli Calvi patris sui tonsuratur, & in Monasterium Corbejam dirigitur.

Celebratur Concilium Turonense quartum.

Insignem tribus coactis clasibus de Saracenis victoriam refert S. Leo Papa: Neomenius Dux Gallias vastans, & contumax, à Concilio Turonensi damnatur.

Occiditur S. Wlstranus nepos duorum Regum Merciorum: & de loco ubi innocenter occisus est, columna lucis usque ad cælum porrecta, per dies triginta omnibus in oculis visa est.

Gebhardus Nemetum Antistes luminibus privatus, à malevolis in carcerem detruditur.

Godescalcus Belga errores quosdam seminat, præcipue de prædestinatione è libris D. Augustini male perceptis.

Moritur Walafridus Strabo Abbas Augiæ divitis, vir doctus, & historicus excellens.

Fames validâ totam Germaniam miserabiliter consumit, ita ut multa hominum millia fame enecarentur, multi que parentes infantes mortuos coquerent, & in deliciis haberent. Miserabile refert spectaculum Trithemius: Venit, inquit, die quodam inter alios pauperes mulier, parvulum in brachiis gestans lactentem, inediâ diuturnâ consumpta, quæ prius, quàm pedem ad limen domus Archiepiscopalis Rhabani poneret, viribus deficiens cecidit, & nimiam fame consumpta subito expiravit; at parvulus mamillâ genitricis mortuæ, sicut potuit, more suo lac sugere cœpit, & omnes, qui erant præsentis, ad gemitum convertit.

Archiepiscopus autem cognito miserabili casu ingemuit, & per omnem terram denunciari fecit, ut quisquis premeretur inopiâ, ad ejus stipem veniret.

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Annus Christi 850.

Habdarraghman Saracenorum in Hispaniâ Princeps, diram erga Ecclesiam Cordubensem persecutionem movet; in quâ inter reliquos S. Perfectus Presbyter ac Monachus Benedictinus, post carcerem diuturnum obruncatione capitis Martyrii coronâ potitur Cordubæ.

Moritur Ramirus Galliciæ Rex, cui in Regno succedit Ordonius filius.

Northmanni Godefrido Duce Gallias miserè vexant.

Bohemi Ludovicum Regem magnâ clade afficiunt.

Fames prævalida Germaniam adhuc attrivit, maximè circa Rhenum. Spiræ modius tritici denis argenti siclis vanebat. Apud Thuringos quidam à Grabenfeld oriundus, dum esuriei rabie efferatus, sylvas cum infante petit, & filium interficere atque comedere meditatur, jam jamque parricidio manus admovet, subito haud dubiè divinitus duos lupos cervam laniantes conspicit. E vestigio lætus, manus à nece retinet, ferâ lupos abigit, cadavere feræ vescitur.

Syvitulphus creatur Episcopus Londoniensis in Angliâ.

Rorich nepos Herioldi, qui nuper à Lothario Imperatore defecerat, assumptis Normannorum exercitibus, Frisiam, Bataviam aliâque vicina loca per Rhenum & Vahalem devastat; quem Lotharius cum comprimere nequibat, in fidem recepit, eique Dorestadum aliosque Comitatus largitus est.

Celebratur Concilium in urbe Ticino.

Annus Christi 851.

Moritur S. Paschalius Abbas Corbejæ Galliciæ, Ord. D. Benedicti, qui pestilentissimos Bertrami errores profligavit, adversus quem de Sacramento altaris adorandum librum insignem edidit.

Ludovicus Rex, rogatus Beneventum venire, Provinciam illam à jugo Saracenorum liberavit, eos omnes internecioni subdens.

Sæva à Saracenis in Hispaniâ adversus fideles movetur persecutio, plurimis Martyrii laureolâ ornatis, pax tamen eodem anno redditur, meritis SS. Virginum Mariæ & Floræ, paulo antè Martyrio coronatarum. Inter cæteros passus est S. Isaac Monachus Ord. S. Benedicti, duæque sorores Nunilo & Alodia; item S. Sanctius.

Moritur Ebbo Rhemensis olim Archiepiscopus.

Dani Beortulfum Merciorum Regem cum exercitu in fugam vertunt.

In præfatâ Saracenorum persecutione Martyrii laureolam promerentur in Hispaniâ Petrus, Walombosus, Sabiniamus, Wistremundus, Habentius & Hieremias, omnes ex Ordine D. Benedicti. Item S. Sisenandus ejusdem instituti monastici Cordubæ.

Obiit Ermengardis Augusta; quæ sub finem vitæ in Monasterium Erstein, diocesis Argentoratensis, se recepisse dicitur.

Claret Wandelbertus Monachus & Magister scholæ Prumiensis Monasterii, in divinis

Bb

&

& humanis scientiis verfatissimus: item Notkerus ex Monacho Benedictino Episcopus factus Leodiensis; nec non Salomon ex Monacho Episcopus Constantiensis.

Annus Christi 852.

Leoninam urbem absolvit S. Leo Papa, eamque aqua benedicta, multisque orationibus sanctificatam, solemniter Deo dicavit.

Recrudescit Cordubæ Saracenorum in fideles persecutio, quorum multi coronam martyrii potiti sunt: accidit inter hæc quod Habdaghman Rex Saracenorum quadam die intuitus pendentia quædam stipitibus sanctorum quæ eam persecutione passi fuerant corpora, præcepit illa cremari: sed terribili Dei vindicta repente ore ejus obstructo, lingua Angelo percutiente repressait hæsit palato, ut ultra fieri non poterit: sicque in lectum deportatus, priusquam rogos sanctorum cadaverum extingueretur, ipse vitam defunctus ad æternum inferorum ignem descendit: relinquens successorem regni Mahomad filium, æquæ hostem Ecclesiæ. Hæc in persecutione plurimi ex Ordine D. Benedicti Monachi cælos triumpho Martyrii impleverunt.

Tertia Moguntia Synodus celebratur.

Cordubæ Martyrii palmam obtinent SS. Gumefindus Presbyter, Paulus & Servideus ambo Ordinis Benedictini possessi. Item Anastasius, Felix, Digna, Aurea Virgines ex eodem Ordine, pari Martyrii lauream coronantur: item Georgius, Aurelius, Natalia, Liliola, Emilas Diaconus, & Hieremias, alique plures ex dicto Ordine.

Indractus Finactani nepos ab Anglo-Saxonibus interficitur.

Moritur Badenradus Episcopus Paderbornensis, cum Ecclesiæ suæ annis 48. laudabiliter præfuisset.

Normanni cum 252. navibus Frisiam invadunt.

Carolus Calvus, Pipinum Aquitaniæ Regem, regno & libertate privat, & Carolum filium suum præficit.

Diem supremum obit Bertulphus Merciorum in Angliam Rex, Athelwulphi Regis West-Saxoniarum tributarius, cui is subrogavit Burrhedum, virum ob peritiam bellicam celebrem.

Liudolfus Saxonum Dux cum Odâ conjugæ, Gandersheimense Parthenium condunt.

Benedictus Neometensis Episcopus moritur, cui succedit Hertinus.

Claret Walafridus Strabo Monachus Benedictinus.

Naturæ debitum solvit Bernardus Archiepiscopus Viennensis in Galliâ.

Annus Christi 853.

Celebratur Concilium Suesionense, viginti Episcoporum: & Romanum, in quo 67. Episcopi convenerunt.

Normanni Nannetensem, Andegavensem & Turonensem districtum hostiliter invadentes, omnia tam sacra quam profana, incendiis, caedibus ac rapinis depopulantur.

Moritur Aymo Episcopus Halberstadiensis, scientiâ clarus, Professor erat Monasterii Hersfeldensis Ord. S. Benedicti.

Ruthardus oblatum sibi à morte Haymonis Episcopatum Halberstadiensem recusat, & quietem vitæ monasticæ sub S. Benedicti regulâ, studiumque Scripturarum honoribus opibusque ducit præferendum.

Deedit S. Joannes Episcopus Neapolitanus, quem B. Paulinus ad cœlestia Regna vocavit.

S. Fandila Monachus Tabanensis cœnobit in Hispaniâ Ord. D. Benedicti Monachus, in persecutione Arabica judici sponte se stitit, & gladio cæsus gratissima celo victima cecidit. Item S. Pomposa virgo sanctimonialis ejusdem instituti, quæ sponte in aream confictus erupit, judicique Arabi sponte se sistens, cum in Regum Regis Jesu Christi sponsi sui laudes, & fidei in ipsum prædicationem, fremente barbaro erumperet, gladio necari iussa est.

Annus Christi 854.

Moritur Godevaldus Episcopus Herbipolensis, cum præfuisset annis tredecim: suffectus est ei 29. Novembris S. Arno, Comes ab Endsee.

Sacrilegiis contaminatissimi Normanni, mutuis vulneribus concidunt; ceciditque in tri-duano prælio Oricus Rex, cum omnibus penè nobilibus.

Michaël Imperator Orientis postquam excessit ex ephebis, quos habuerat tutores, partim à se amovens, partim occidens, rejectam matrem alter Nero imperat.

Dum Carolus Rex cum Lothario Imperatore adversus Ludovicum Germaniæ Regem, qui sibi suspectus erat, pacta renovat, Pipinus ejus ex Pipino fratre nepos, qui in monasterio S. Medardi cum tonsura Monasticum habitum acceperat, ibidemque votum stabilitatis emiserat, è claustris fugiens Aquitaniam ingreditur, parsque maxima populi ad eum convolat, quæ prius Ludovicum, Ludovici Regis filium, accerserat. Tum verò Carolus, Pipini causam posthabita, Ludovicum nepotem in Germaniam ad patrem redire compellit: eodem tempore Carolus Pipini frater, jam Diaconus, à Corbejensi monasterio recedit, & ad Ludovicum patrum, Germaniæ Regem se recipit. Rex verò Carolus filium suum Carolomanum tonsuram Ecclesiasticam Deo consecrat.

Annus Christi 855.

Celebratur in Galliâ Synodus Valentina quatuordecim Episcoporum; alia Ticini in Italiâ.

Daniel Magister militum, Gratianum alium Magistrum militum perduellionis falso accusans, causam ventilatam, & hoc innocente reposito, à Ludovico Rege utpote impostor detectus, Gratiano ex libito puniendus traditur, sed ab eodem mox Imperatori precariò petenti conceditur.

Moritur S. Leo IV. Pontifex Maximus; cui totius Cleri, Senatûs populi que consensu succedit in Pontificatu Benedictus hujus nominis tertius, patriam Romanus, vir sanctissimus omnibusque virtutibus præditus, contra quem se intrudit Anastasius Presbyter tit. S. Marcelli.

Lotha-

Lotharius Imperator relicto Imperio atque Regno, ingressus Monasterio Monachus fit Benedictinus, & post menses aliquot pie moritur.

Amator Presbyter, Petrus Monachus, & Ludovicus, ob constantem fidei confessionem, ab Arabibus in Hispaniâ necantur.

Cordubæ Martyrio à Mauris afficitur S. Witensindus.

Moritur Carolus Rex Aquitaniæ, Caroli Calvi Francorum Regis filius. Item S. Folquinus ex Monacho Benedictino Episcopus Morinorum.

Ecclesia Cathedralis Herbipoli fulmine incensa, ex toto conflatur.

Annus Christi 856.

Moritur S. Rhabanus ex Monacho & Abbate Fuldensi Archiepiscopus Moguntinus, doctorum suo ævo Phoenix. Succedit in Episcopatu Carolus Pipini Aquitaniæ Regis filius, Monachus Corbejensis.

In Episcopatum Leodiensem succedit Franco, qui illum tenuit usque ad annum 913.

Obit diem S. Aldricus Episcopus Cenomanensis. Item Samuel Episcopus Wormatiensis.

Tiberis fluvius immaniter excrescens Romanam dirè vexat. Secuta quoque est pestis, quæ quòd fluxione guttur obstrueret, pestilentia faucium dicta est.

Ad evelanda latrocinia, deprædationes cædes, Carolus Calvus Conventum Episcoporum ac Procerum habet in villâ Carisiaco.

Hastingus cum Danis in Italiam venit, Lunam civitatem capit.

S. Hunfridus ex Monacho Prumiensi Ord. S. Benedicti Morinensis Episcopus creatur.

Cordubæ SS. Elias Presbyter, Paulus & Isidorus Monachi ex Ordine præfatos, Martyrium à Mahometanis pro fide Christi patiuntur.

Item S. Argymirus Monachus ejusdem instituti, post carceres & equulei suspensionem tandem capite plectitur.

Moritur Ercanradus Episcopus Parisiensis, succedit Aeneas.

Denuò Normanni Hollandiæ fines infestant, plurimas parochiales Ecclesias, habitatoribus interfectis & ædibus devastatis, depopulantur. Trajectum venientes, Clerum & populum occidunt, & civitatem funditus subvertunt.

Annus Christi 857.

Celebratur Concilium Moguntia.

Nonnullis Martyrium damnantibus apologiâ occurrit S. Eulogius Cordubensis Monachus.

Bernholdus Episcopus Argentoratensis moritur.

Rudericus Presbyter & Salomon Cordubæ ob Christianæ fidei professionem à Saracenis interimuntur.

Floret S. Leo Archiepiscopus Rotomagensis, Apostolus Bajonensium.

Ethelwulfus, alius Ethelnulfus, Athelulfridus, R.P. Brentano Epitome Chronolog.

phus, aut Edelphus, Rex Anglofaxonum, magnis virtutibus præditus, piissimè vitam fungitur.

Circa hunc annum decedit S. Heribaldus ex Monacho & Abbate monasterii S. Germani Ord. D. Benedicti Episcopus Antifiodorensis; eum Carolus Calvus Imperator & Rex Galliarum insigniter coluit, Ecclesiamque ejus amore Antifiodorensis plurimum extulit & ornavit.

Annus Christi 858.

Moritur Benedictus, nominis hujus Papa tertius, patriam Romanam: succedit Nicolaus I. similiter Romanus, vir doctrinam & virtutibus illustris.

Ludovicus Imperator à malevolis quibusdam Galliarum primoribus Caroli Regis sævitiam accusantibus evocatus, cum ingenti exercitu in Galliam movet, sed Sorabis rebellantibus ad propria remeare cogitur.

Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus, quòd Bardam Patricium, penes quem summa erat administrationis Imperii, post sæpè frustra iteratas monitiones excommunicasset, ob uxoris infantis repudium & cum cognatâ sibi sponsâ consuetudinem: ejusdem Bardæ factione calumniosè accusatus de conspiratione adversus Imperatorem, è throno impiè depositus, in exilium relegatur: ubi eum persuaderi nunquam potuisset, ut libellum daret renunciationis Sedis Patriarchalis, post multas vexationes, & varios cruciatus, ad extremum in Copronymi sepulchro inclusus est, sub custodia crudelissimorum hominum, sed inde furtim à pio quodam viro sublatus, iterumque captus, demum in Insulam Mitylenem deportatus est: in Patriarchali Sede autem collocatus est Photius Eunuchus, qui erat Imperatori à secretis.

Dæmonium quod jam triennium in pago Camonti non procul à Bingio suis præstigiis Moguntinam civitatem & vicinos incolos affligebat, Sacerdotes Moguntini Litaniis & aqua benedictâ tandem abegerunt. Sigeb. Avent. lib. 4. Annal.

Donaldus V. Scotiæ Rex moritur, cui in Regno succedit Constantinus Kennethi filius, vir magni animi & virtutis eximia.

Diem obit Altinus Episcopus Aichstadiensis. Item Orckenvaldus Episcopus Lichenfeldensis. Nec non Ebronius Episcopus Pictaviensis.

Balduinus I. Flandriæ Comes, Juditham Caroli Calvi Imperatoris filiam, post mortem mariti Ethelwulfi in patriam iter relegendem intercipit, & sibi matrimonio copulat, quod factum licet agrè tulerit Imperator, Papam tamen mediante pax inter utrumque confirmata, & Balduino Flandria cum Artesiâ concessa est.

Annus Christi 859.

S. Eulogius Presbyter Ecclesiæ Cordubensis, debellator Mahometanæ impietatis, Martyrio coronatur.

Bardas Constantinopoli publicas scholas erigi jubet, & studia reflorescere facit; cum interea Michaël Augustus theatra tantummodo, & certamina equorum curaret.

Photius Patriarcha Constantinopolitanus intrusus, diram persecutionem excitat adversus Episcopos omnes, qui perstabant in dejecti Ignatii communionem.

B. Adalvvinus ex Comitum de Tauer familiâ ortus, Monachus Benedictinus S. Petri Salisburgi, ad Archiepiscopalem ibidem cathedram evehitur.

S. Leocritia Virgo, S. Eulogii Presbyteri à Saraceno impietate ad Christi fidem converfa, & carceri hanc ob causam à parentibus inducta, variisque convulfa cruciatibus, tandem colla mucroni victrix subjecit.

Moritur Hildulfus Monachus & cœnobii Hirsaugiensis primus Magister Scholasticus, vir non minus sanctitate morum, quàm eruditione scripturarum æternâ dignus memoriâ: successit in regimine scholarum Ruthardus, Strabi quondam auditor in omni doctrinâ consummatus, tantæ apud Principes & Magnates illo in tempore æstimationis, ut Imperator eum ad Episcopatum Halberstadiensem promovere voluerit: cui Ruthardus tale fertur dedisse responsum: *Dato Pontificatum alteri, qui sit dignus, ego quietem monasticam, & studium Scripturarum cunctis mundi honoribus atque divitiis longè præponere non dubito.* Scripsit ingenii sui nonnulla præclara volumina: vitam & passionem S. Bonifacii Heroico carmine libellis duobus, De Musicâ quoque, Geometriâ & Arithmeticâ aliisque humanæ litteraturæ facultatibus elegantissima Synthemata compilavit: Commentarios item in Regulam S. Benedicti.

Annus Christi 860.

FRancorum Reges Carolus & Ludovicus fratres, neposque ipsorum Lotharius, Confluentiam convenientes, unâ cum multis Episcopis atque Comitibus, tandem mutuam inierunt concordiam, capitulaque pacis ediderunt, quibus tamen Carolus haud firmiter stetit.

Tiberis fluvius hoc anno bisalveum egressus, maximam partem Romæ urbis inundat, ingentiaque infert damna.

S. Gildasius Abbas Ord. S. Benedicti vir Apostolicus, de obitu suo præmonitus ab Angelo, ad paradisi gaudia transit, miraculorum gloriâ in vitâ & post mortem illustratus, relictis insuper ingenii monumentis, etiam in terrâ immortalis.

Ordinem Benedictinum illustrat S. Theodulphus Presbyter, qui cum esset Caroli Magni Imperatoris nepos, cucullo se condens, mirâ vitæ sanctimoniam resplenduit.

Moritur Angilbertus hujus nominis secundus, Episcopus Mediolanensis.

Moguntiam hoc anno spiritus turbat infernalis, qui lapides de fenestris domorum project in homines, percussit à nocte horribili sonitu parietes, multorum pulsabat ad januas noctu loquebatur, clamabat, inquietabat dormientes, passim furta & adulteria prodebat, magnamque inter homines discordiam disseminabat. Tandem animos omnium contra unum quendam hominem concitavit, dicens, se propter illius peccata hæc tanta facere, minabaturque se facturum ad-

huc graviora: unde fruges ejusdem hominis post messem in horreum congregatas concremavit; post alia plurima urbi & incolis illata damna per triennium, tandem per orationes & exorcismos disparere coactus est. Trithem.

Annus Christi 861.

TRucidatur in Helveticis nemoribus S. Meinradus, Monachus Benedictinus, Conventualis antea in Divite Augia, filius Bertholdi Comitis de Sulgovv, ad Danubium habitantis.

Nihil non agit impius Photius, ut Episcopatum Constantinopolitanum retineat, & Conciliabulum, dictum Latrocinantium convocat: urbs verò Constantinopolitana ob injustam & diram Ignatii legitimi Patriarchæ ejectionem ingenti terræ motu conquatitur.

Celebratur quoque Synodus Lateranensis, in causa Joannis Ravennatis Episcopi, hominis arrogantis, qui à Papâ Nicolao excommunicatus, hoc annotandum respuit se seque submit.

Moritur Ordonius Gallæciæ Rex, cui succedit in Regnum filius ejus Alphonfus cognomento Magnus, princeps in pauperes & Ecclesias liberalissimus.

Incipit historia rerum Moscoviticarum apud Sigismundum Liberum.

Woradus & Vinedaldus sacerdotes, Verwaldus & Benegardus Diaconi Monasterii Sithivensis, cum se Deo devovissent, à monasterio non recessuros, à Danis diversis mactati cruciatibus, Martyrio coronati sunt.

Tado eligitur Episcopus Mediolanensis.

Claret Micho Monachus cœnobii S. Richarii, scripsitque Epigrammaton libros quatuor, ænigmatum librum unum, Florum Poëtarum librum unum, epistolarum ad diversos librum unum, & alia.

Floret magnâ miraculorum gloriâ in Benedictino Monasterio Vallis Venariæ prodigiosissima Deiparæ statua, cujus laudes descripsit R. P. Gregorius Bravus in histor. Vall. Venar, & inter alia miracula refert octodecim mortuorum resuscitationem.

Annus Christi 862.

CONSTANTINOPOLI incendio conflagrat templum S. Sophiæ, maximo terræ motu urbs tota concutitur, sonusque inarticulatus è terrâ ac mari emissus, ingentem hominibus metum incussit. Has pœnas utique exigentibus Michaëlis Imperatoris delictis, quæ indies augebantur. Quæ cum ausus esset Basilius Theflalonicensis Episcopus summâ charitate arguere, ejus admonitionibus graviter offensus Imperator, optimum senem pugnis contundens, dentes excussit, adeoque flagris laceravit, ut ferè animam exhalaverit.

Celebratur Romæ Synodus, in quâ damnata est Theopaschitarum hæresis iterum pullulans.

Lotharius Francorum Rex, dimissâ Theutpergâ legitimâ uxore, pellicem subintroducitur Waldradam.

Mo-

Moritur S. Svithunus Episcopus Wintoniensis in Angliâ.

Raimundus Comes & Marchio Tolofanus, hujus nominis primus, villam cujus vocabulum est Vaber, in pago Ruthenico tradit Adalgiso Abbati suisque Monachis, barbarorum incurfione expulsi è monasterio, nomine Palmatus ad monasterium construendum in honorem S. Salvatoris & S. Dei Genitricis Mariæ, secundum regulam S. Benedicti.

Gandersheim insigne Ordinis Benedictini cœnobia in Ducatu Brunsvicensi à Saxoniæ Duce Leutolpho fundatur.

Claret Werabertus Monachus S. Galli in Sueviâ, vir in omni doctrinarum genere exercitatus, varia & multa composuit: inter alia metrorum libros duos, in Tobiam librum unum, in Proverbia Salomonis librum unum, in Threnos Hieremiæ Prophetæ librum unum, &c.

Alphonfus III. Ordogene I. patre mortuo, Legionis & Castiliæ solium scandit 14. annorum juvenis. Froila Bermudes autem coronam ambiens occiditur.

Annus Christi 863.

CONCILIO Romæ habito Photius Pseudo-Patriarcha Constantinopolitanus damnatur, qui novam fingit hæresim, & dirè Catholicos vexat. Episcopi probantes Lotharii Regis conjugium nefandum, exauctorantur.

S. Meinradus sive Meginradus filius Bertholdi Comitis de Sulgonâ, ex Ordine Divi Benedicti, primus fundator cœnobii Einsidensis, Martyrio coronatur. Fuit is professus Monasterii Augiensis, qui quietis postea & contemplationis amore solitudinem petens, cum inferis multoties infestantibus feliciter confligit, & Angelico recreatus conspectu ac solatio, nec loco cessit, nec de constantiâ, & suscepto semel vitæ rigore quidquam remisit. Latrones ad se mactandum venientes, non ignarus quid vellent, humaniter excepit, potu ciboque refecit, & cucullum cum tunicâ iis tradidit: *Hoc, inquit, de manibus meis percipite, meditato autem opere expleto, potestis qualibet per vos tollere. Interim hoc me quasi beneficium afficite, ut corpusculum meum duabus accensis candelis honoretis.* Cæsus crudelissimè ab eisdem & strangulatus ab ingratis, mox insignibus à Numine prodigiis honoratus est: mirâ nimirum celestis odoris fragrantia, lumine item quod accendi petierat, prodigiosè succenso: cæterum tanto timore latronibus percussis, ut facta altaris vasa intacta relinquentes, corvis quos nutrierat Sanctus, irremisso crocitu & impetu eò usque impios persequentibus, quoad prodigiosâ corvorum infestatione proditi, suspecti, capti, examinati, confessi, dignas parricidio pœnas crurifragio luerent. Ex Annalibus Einsidensibus.

Moritur Carolus Archiepiscopus Moguntinus, Regis Pipini filius, cum sedisset annis septem: Item Ceolnothus Archiepiscopus Cantuariensis. Nec non Svivilphus Episcopus Londoniensis. In Sedem Moguntinam successit Lutbertus Monachus Weissenburgensis.

Fatis item sanctè concedit S. Svithunus E-

piscopus Wintoniensis in Anglia ex Ord. D. Benedicti, qui otiosus nunquam visus est, pauperes semper mensæ adhibuit: miraculis in vita & post mortem illustrissimus; quæ inter illud celebre, quo fracta quorundam petulantia pauperulæ mulieri ova, solo crucis signo, integra eidem atque incorrupta restituit. Menolog. Bucel.

Juditha Caroli Calvi Regis Galliæ filia Balduino Ferreo Flandriæ Comiti nubit.

Annus Christi 864.

Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis, corpus S. Rigoberti multis nobilitatum miraculis ad Monasterium B. Theodorici transfert.

Rodoaldus Episcopus Portuensis, qui in Oriente primum, inde in Galliis summi Pontificis legatione functus, ubique prævaricatorem se præbuerat, & vocatus sæpè, refugerat semper, malèque sibi conscius latebras quæsierat, absens à Nicolao Papa ab Episcopatu deponitur, & excommunicatione mulctatur.

Moritur Adelgerus Episcopus Augustanus.

Saraceni ex Africa in Italia magnâ classe appellunt, Beneventanorum fines hostiliter agrediuntur, omnia igne ferroque depopulantes.

Transfertur solenni pompâ corpus S. Othmari Abbatis per Salomonem de Ramsfvag, ex Abbate Einsidensi Constantiensem Episcopum.

Annus Christi 865.

ROMÆ denuò Synodus celebratur, in qua Rhotaldus Sueffionensis Episcopus absolutus, Sedi suæ restituitur.

Arsenius Episcopus Legatus Apostolicæ Sedis Lothario Regi persuadet, ut Theutpergâ uxore receptâ, Waldradam dimiserit.

Corpora S. S. Eusebii & Pontiani in Gallias transferuntur.

Apud Græcos Campanæ innotescunt, missæ ad Imperatorem Constantiopolim à Duce Venetorum Urlo Patriciano.

Nicolaus Papa egregiè se Michaëli Imperatori opponit.

Ludovicus Campaniâ Saracenos pellit.

Moritur S. Ansharius maximus totius Septentrionis Apostolus, Corbejæ veteris in Gallia sub S. Benedicti regula Monachus. Qui prodigiosâ è cælo voce pro missione ad gentes vocatus est.

Diem quoque extremum obit Ruthardus Monachus Benedictinus, Rhabani Mauri discipulus, qui oblatum sibi Episcopatum Halberstadiensem recusavit, vir plenus dierum & sanctitatis famâ celebris.

Egilus ex Abbate Prumiensi Ordinis S. Benedicti fit Archiepiscopus Senonensis. Floruit insigni sanctitatis famâ.

Diem obit Mæstalius Abbas Araniæ Orientalis, vir sanctitate conspicuus.

Annus Christi 866.

Celebratur Concilium Suesionense. Ad cœli præmia evocatur S. Rudolphus Episcopus Bituricensis, Monachus Benedictinus in S. Medardi cœnobio, post mortem insignibus à Deo miraculis honoratus.

Michaël Bulgarorum Rex studio Monachorum Benedictinorum ad Christi fidem convertitur, & non diu post etiam cœnobium intrans, pro Dei amore Monachus factus est. Sed cum filium suum juveniliter agentem, ad ritumque gentilitatis volentem redire cognovisset, resumpto sceptro eum est insecutus, captumque oculis ambobus privatum in carcerem detrusit. Minorem deinde filium Regem constituens in locum senioris, ipse ad Monasterium reversus est.

Canticum Musicum variâ modulatione primus invenit & componit, Joannes Monachus Rhabani discipulus.

Annus Christi 867.

Legati Nicolai Papæ Constantinopolim missi, injuriosè perfidi Michaëlis Imperatoris jussu repelluntur.

Cum adversus Cretenses expeditionem Bardas Cæsar, cum Michaële Imperatore parasset, quadamque die Imperatoris tentoria in loco plano collocata fuissent, Bardæ verò in supereminente colle, indignatus Imperator (qui eum jam ex aliis suspectum habebat) necem ejus machinatus est; cujus signum ipsius Bardæ gener, Sabbatius Logotheta Dromi, ab Imperatore deceptus, imprudens dedit, cruce in ore suo impressâ; cum verò nihilominus differrent conjurati ob Bardæ potentiam, cujus filio Antigono omnes exercitûs Duces parerent, demum animante cæteros Basilio Cubiculi Imperatoris Præfecto, gladiis strictis impetu in Bardam facto, ipsum subitaneo casu perterritum ad pedes Imperatoris se prosternentem, foràs extrahentes frustatim conciderunt, ejusque genitalia hæcæ impensa per exercitum traduxerunt.

Hoc eodem anno Basilius Michaëlem Imperatorem vitæ suæ insidiantem, vino somnoque sepultum; in cubiculo, manibus amputatis, aliis vulneribus trucidari facit: quo facto mox idem Basilius Imperator proclamatur. Qui dejecto Photio, Ignatium Sedi Patriarchali restituit.

Russi ad fidem convertuntur.

Defertur Chersonâ Romam corpus S. Clementis Papæ.

Nicolaus Papa post immensos pro Ecclesiâ Catholicâ labores exantlatos, ex hac vitâ ad cœlestem migrat: successorem habens Hadrianum natum annis septuaginta quinque.

Moritur S. Theodora Imperatrix, Theophili quondam conjux, cujus ope Bulgari ad Christi fidem sunt conversi.

Lampertus Dux Spoletanus, Romam adveniens, urbem, Ecclesias, monasteria deprædat, aliaque probrosa edit ibidem facinora.

Ragnulphus Dux Aquitanæ, dum Hastingsum Normannorum Ducem, qui se in qua-

dam basilicâ communierat, oppugnat, sagittâ ictus, triduo post moritur, ulciscente Numine, ut in gestis Normannorum dicitur, quia S. Hilarii basilicam injustè usurpârat.

Diem obit Alstanus Episcopus Schireburnensis.

Hartmondus S. Galli cœnobii Monachus hæc tempora ingenio, scriptisque reddidit clariora: scripsit de miraculis sanctorum plurimopulcula: ad institutionem noviter conversorum ad ordinem monasticum, magnæ utilitatis librum.

Annus Christi 868.

Basilii Imperator filium suum Constantinum in Imperio Collegam assumit.

Moritur S. Nicolaus Confessor, Archimandrita Studitarum, Ordinis Acœmetorum Constantinopoli, qui sub Leone Armeno Iconoclastâ fame, verberibusque vexatus est; extitit spiritu prophetiæ, pluribusque miraculis patris illustris.

Corpus S. Mauri Abbatis discipuli S. Benedicti, propter metum Normannorum, de Glandifolio ad Monasterium Fossatense transfertur.

Ennicus Arista circa hoc tempus Aragoniæ incolas de Saracenorum potestate liberat, hinc ab ipsis in Regem electus.

Annus Christi 869.

Legati summi Pontificis, Constantinopoli honorificentissimè excipiuntur.

Ibi Synodus Oecumenica celebratur, in quâ Photius legitimè damnatur, ejusque scripta comburantur.

Regnum Galliæ invadit Carolus Calvus Lotharii patruus, à quo sub pœna excommunicationis abstinere jubet Hadrianus Papa, quod pertineret ad Ludovicum Lotharii fratrem.

Classem mittit contra Saracenos Basilius Imperator.

Moritur S. Nidgarius ex Abbate Uttoburano Ord. S. Benedicti Episcopus Augustanus. Item Tado Mediolanensis Ecclesiæ Antistes; succedit Anspertus.

Claret Trebellius ex Bulgarorum Rege Monachus sub Regulâ S. Benedicti.

Lotharius Lotharingiæ Rex, Lotharii Imperatoris filius, victis Saracenis in reditu Placentiæ peste extinguitur.

Apud Brixiam Italiæ civitatem tribus diebus sanguinem de cœlo pluuisse perhibent, & multa iisdem temporibus apparuisse miranda portentia leguntur, sanguinis humani præsignantia effusionem; à quibusdam etiam noctu rubræ in cœlo cruces visæ sunt. Genebrard. Trithem.

Annus Christi 870.

Danorum ingens multitudo sub Ducibus Hinguar & Hubbâ in Angliam irruens, pueros & senes quosque sibi obvios trucidat, Ecclesias destruit, fœminasque sanctimoniales prostituit, Monachosque Benedictinos plurimos Martyrio afficit.

Floret

Annus Christi 871.

Floret Petrus Siculus historiographus insignis.

Carolomannus Caroli Calvi filius, patri olim rebellis, intercessione Papæ à vinculis liberatur.

Celebratur Synodus Coloniae Agrippinæ, Ludovico Rege agente.

Ebba Collinghammensis Cœnobii Benedictini Abbatis, Danis irruentibus, convocatis omnibus sacris virginibus, sibi ipsi novacula nasum cum labro superiori ad dentes usque præcidens, persuasit ut & ipsæ idem agerent, ne à Danis ludibrio traderentur: itaque advenientes postridie barbari, horrendo ejusmodi spectaculo perterriti, à virginum quidem pollutione abstinuerunt, sed igne monasterio admoto eadem omnes cremaverunt.

Hoc eodem anno ab iisdem fidei hostibus Eadmundus Angliæ Rex, & Hunbertus Helmhamsis Episcopus Martyrio coronantur.

Metrophanes Metropolitanus Smyrnæ, de rebus Photii scribit.

Bulgaris datur Episcopus à Græcis. Idem Photius damnatus à Synodo Constantinopolitanâ, in exilium mittitur.

Basilii filium Leonem Imperatorem coronari jubet.

Transfertur Hierosolymis Damascum, imago Dei Genitricis olim Constantinopoli depicta in tabulâ ligneâ, sed postea pictura (mirabile dictu) super lignum est incarnata, & oleum maximè odoriferum jugiter emittere cœpit, quo languores quicumque quorumcunque hominum, Christianorum, Judæorum, Saracenorum pellerentur, ita ut nunquam imminueretur, quantumcunque inde acciperetur. Spondan.

Circa hunc annum moritur S. Basilius Episcopus Thessalonicensis.

Floret S. Monanus Archidiaconus Andrea-poleos in Scotiâ, vir simul doctus: edidit Epistolâ ad diversos lib. 1.

Carminum Sacrorum lib. 1.

De legitimâ Pictici Regni cum Scotico unione lib. 1.

Apologiam pro Rege lib. 1.

Floret Joannes Scotus ex Ord. Benedict. Monachus perspicacissimi ingenii comptissimæque facundiæ famâ celeberrimus, multis editis libris clarissimus, quos inter Hierarchiam Divi Dionysii Areopagiti rogatu Caroli Calvi Imperatoris & Galliarum Regis à Græco in Latinum transtulit. Tandem à discipulis propriis, cum acrius eorum vitia & mores reprehenderet, longo & gravissimo Martyrii genere, graphiis eorundem confossus & laniatus, gloriosissimam Martyrii lauteolam adeptus est, cujus tumulum cœlestis luminis splendore Deus illustrare dignatus est. Heët. Boët. Lestæus.

Bertolfus Abbas Mediolacensis post depositionem Dietgandi Trevirorum Archiepiscopus ordinatur, vir tam in divinis scripturis, quam in secularibus litteris egregiè doctus, libertatis quoque Ecclesiasticæ propugnator acerrimus.

Moritur Welfus Comes Altorffensis in Sueviâ, à quo ejus posterii Welfi dicti sunt: ejus filiam Judith Ludovicus Pius Imperator duxit uxorem.

Ethelredus memorabilem de Danis victoriam refert: quo hoc anno defuncto Alfredus frater in regnum Occidentalium Saxonum succedit.

Ludovicus Imperator Romam veniens, ipso die Pentecostes ab Hadriano Papa coronatur in Regem Francorum; idem Barium civitatem Saracenis extorquet.

Moritur S. Hunfridus ex Monacho Prumiensi Ord. S. Benedicti Episcopus Travanensis in Belgicâ II. cui succedit Achardus.

Rostagnus creatur Archiepiscopus Arelatensis.

Strabus Monachus & Scholasticus Fuldenis, vir memoriâ æternâ dignus, vitâ fungitur.

Anastasio Abbas Romanus ab Hadriano Papâ cum Abbate Cæsario mittitur Neapolim, ad Athanasium Episcopum, quem Servius Dux Neapolitanus fugaverat, sedi restituendum, quod cum præstare prohiberetur, & Ducem & Clerum Neapolitanum excommunicationis sententiâ innodavit.

Ansegisus ex Abbate S. Michaëlis Monasterii, creatur Archiepiscopus Senonensis. Fuit frater Walæ Episcopi Antiodorensis.

Hartmundus S. Galli Monachus, Græcè, Latinè & Hebraicè doctus, nec Arabicæ ignarus linguæ, Helvetiam non parùm illustrat.

Annus Christi 872.

Basilii Imperator Orientis legationem honorificam cum muneribus, & parte non modica salutiferæ Crucis in crystallo miræ magnitudinis auro gemisque ornato, ad Ludovicum Germaniæ Regem mittit.

Moritur Hadrianus Papa, cum sedisset annos quatuor, menses decem & dies septemdecim, cui successit Joannes Archidiaconus hujus nominis octavus.

Andegisus Dux Beneventanus deficiens à fidelitate, Ludovicum Germaniæ Regem ibidem in palatio suo captivat, nolens dimittere, donec is fortissimis juramentis pollicitus sit servare, quæ ipsi pacta firmanda obtulerunt proditores.

Vitâ excedit S. Athanasius Episcopus Neapolitanus, post toleratas plures persecutiones & exilium, post mortem miraculis clarus.

Moritur Gunzo Episcopus Wormatiensis, vir insigniter devotus, succedit Adelelmus.

Diem obit Ufo Monachus S. Galli, Ordinis D. Benedicti, doctrinâ, pietate & miraculis clarus.

Claret Christianus ex Monacho Altiiodorensis Episcopus, vir moribus, sanctitate & doctrinâ conspicuus.

Decedit Grimaldus S. Galli Abbas, conditus in suâ quam Dei parentis honori de novo struxerat Basilicâ.

Annus Christi 873.

Ludovicus Imperator bellum parat adversus Adelgisum Beneventi Ducem, quem tamen Papa illi reconciliat.

In Conventu Episcoporum ac Comitum habito Francofurti à Ludovico Germaniæ Rege

Rege, Carolus ejus filius natu minimus in conspectu omnium à malo demone invaditur, justo Dei judicio, quòd in patrem conspirasset.

B. Albertus ex Ord. D. Benedicti, fit Archiepiscopus Salisburgensis.

Circa hunc annum obiit S. Sigo Episcopus Claromontanus. Item Salomon Episcopus Constantiensis: nec non Adelelmus Episcopus Wormatiensis.

Claret Ericus Monachus Benedictinus Antisiodorensis, scientiâ sacrâ & humanâ insigniter excultus, ac concionator egregius. Scripsit multas homilias & alia nonnulla.

Admirabili gratiâ se gentibus commendat, alter à Magno Anshario Septentrionis Apostolus S. Rembertus.

Annus Christi 874.

Conveniunt Veronæ Papa Joannes & Ludovicus Imperator.

Abdila Saracenorum Princeps ex Africâ cum magno exercitu in Italiam veniens, Salernum obsidione cingit, qui dum sacrâ Virgini in templo vim intentat, miserè perit à trabe delapso oppressus; Salernitani verò ab obsidione liberati sunt ope exercitus Ludovici Imperatoris.

Danis Angliam rursus invadentibus, Beorredus Rex Merciorum maximè pius, post multa prælia tandem cogitur Regno cedere, & Romam veniens ibidem moritur. Idem Dani Constantinum Scotiæ Regem prælio vincunt, captumq; in speluncâ occidunt.

Locustæ Galliam depopulantur, quæ ut castrorum acies turmatim volantes, duces cum paucis itinere unius diei præmittentes ad metanda loca venturæ multitudini, circa horam nonam veniebant, ibique solis ortum expectantes, per spatium unius diei aërem velabant, donec ad mare Britannicum venientes, ventorum flatu in profundum demersæ sunt. Undè secuta pestis & famæ, quæ penè tertiam hominum partem consumpserunt. Sigeb. Regin. lib. 2.

Salomon ex Rege Britonum Monachus Benedictinus, à Pasquitano & Wrfando Ducibus suis interficitur, post cujus mortem cum hi duo regnum ejus inter se dividere vellent, sed in divisione dissentirent, eò quòd maxima pars Pasquitani partibus faveret, bellum ab utrisque summis viribus instauratur. Regino.

B. Dietmarus ex Ord. D. Benedicti, creatur Archiepiscopus Salisburgensis.

Circa hunc annum moritur S. Litifredus seu Liutfredus Episcopus Papiensis in Italiâ, vir miræ patientiæ.

Item B. Haymodis Abbatissa Gandersheimensis Ord. Benedictini, soror Ottonis Magni Saxonæ Ducis. Similiter Bertha filia Pipini I. Aquitanæ Regis, uxor famosi Gerardi Rusconensis, cognomine Alfati.

Diedo Abbas Fuldensis moritur, cui succedit Sigehardus, vir prudentiâ & eruditione nominatissimus.

Annus Christi 875.

Ex vivis decedit Imperator Ludovicus; ejus corpus Mediolanum translatum, & sepultum est in basilica S. Ambrosii.

Succedit in Imperio Carolus Calvus Galliarum Rex, qui Romæ coronatur: cujus absentis Regnum invadit Ludovicus Germaniarum Rex.

Engilberga Augusta viro destituta, fit Mo-nialis Brixia.

Ethus alipes Scotiarum Rex, ab æmulo Regni Gregorio in quadam pugna vulneratus, post duos dies obiit. Cui succedit Gregorius Dongalli filius, homo planè animo regio, & cui nulla virtus abesset, quæ virum Principem deceret.

SS. Dominicus Saracenus & 18. cives Septimanicenses, Cordubæ circa hunc annum Martyrio coronati sunt. Marietta lib. 2. histor. Eccles. Hisp. c. 90.

Moritur Radholdus Episcopus Argentoratensis. Item B. Heldradus ex Ord. D. Benedicti Abbas Novalitii in Italiâ, qui muto loquelam, claudogressum, arentibus mamillis lac restituit; ejus quoque patrocinio mulier mortua ad vitam rediit.

Ad cœlos abit S. Guinochus Episcopus in Scotiâ. Item S. Froilandus ex Monacho Benedictino Episcopus Legionensis, doctrinâ quoque conspicuus.

Subita & nimia mense Junio facta est aquarum inundatio, ita, quòd in partibus Saxoniarum longè remotam à fluminibus villam quandam unâ cum hominibus, jumentis, ædificiis, Ecclesiâ & cunctis rebus in eâ contentis, penitus absorbens subvertit, de quâ nullum omnino vestigium remansit.

S. Aufridus relicto Episcopatu, Monasterium in monte nostræ Dominiæ propè Amerfordiam condens, in eo se abdidit.

Annus Christi 876.

Celebratur in Gallis Concilium Pontigonense.

Ludovicus defuncti Germaniarum Regis filius, invadente Carolo Imperatore regnum, licet viribus impar, armis jus suum decernere cogitur, eundem tamen vincit, jam solum turpi fugâ lapsus suæque consulentem salutem.

Coacta quoque fugere uxor Caroli Racheldis Augusta, in fugâ ita est timore percussa, ut abortum fœtus fecerit.

Ericus Monachus Antisiodorensis ex Ord. D. Benedicti sex libros metrico stylo de vitâ S. Germani Antisiodorensis Episcopi edit.

Normanni Galliam infestant.

Moritur Poppo II. Comes Hennebergicus, vir strenuissimus.

Erluphus Episcopus Verdensis in prælio cum Danis & Normannis commisso, cum multis Principibus ac Prælatibus occumbit.

Essendia illustrium Canonissarum Imperiale Monasterium ab Alfrido Hildesheimensi Episcopo fundatur.

Achmetus floret Saracenorum tempore Egypti Gubernator, occupavit Antiochiam, tandem totâ Egypto & Syriâ ditioni suæ submissis,

missis, filiis hæreditatem reliquit amplissimam. Mirè fuit liberalis in pauperes, quibus indies largissimam distribuit stipem, homini ex infortunio ad paupertatem redacto in urbe Bagdat unâ die 1200. aureos largitus est. Histor. Saracen. Cometes hoc anno solito rutilantior apparuit.

Carolus Calvus Imperator Monasterium Beatæ Mariæ Virginis Compendii exstruit, & insigniter dotat, quòd postea S. Cornelii est appellatum.

Annus Christi 877.

Laborat Papa, ut Neapolitanorum, Beneventanorum, aliorumque finitimorum populorum cum Saracenis inita fœdera dissolveret. Ejus autem monitis Sergius Dux Neapolitanus omnium pessimus, primò ab eodem Papa excommunicatus, tandem à proprio fratre Athanasio Episcopo Neapolitano zelo fidei excæcatus Romam mittitur.

Idem Joannes Papa Caroli Imperatoris opem contra Saracenos implorat, qui habito Compendii generali conventu, in quo disposuit de regni administratione per filium Ludovicum cum Procerum consilio gerendâ, ipse Italiam petens, Joannem Papam obvium habet apud Vercellas, unde se Papiam contulerunt; sed quia Carolomannus defuncti Ludovici Germaniarum Regis filius cum infesto exercitu Imperatorem insequabatur, ambo Tortonam petentes, Carolus proditoriè à suis destitutus indè aufugit, Papâ se Romam conferente: brevi post, nempe pridie nonas Octobris, idem Imperator veneno potatus à Selechchia Medico Hebræo, moritur.

Succedit in Imperium ejus filius Ludovicus Balbus, sic dictus, quòd impeditus linguâ esset.

Papa tributum Saracenis pendere cogitur.

Lambertus Comes Spoletanus, suscepto Formosi Episcopi Portuensis, aliorumque à Pontifice depositorum patrocinio, Romæ bella civilia nutrit.

Exurgente Constantinopoli schismate, Basilii Imperator iteratis litteris à Joanne Pontifice mitti Legatos petit, qui Ecclesiam illam componerent.

Moritur Bathego Episcopus Constantiensis: similiter Lancko Episcopus Augustanus; nec non S. Alfridus Episcopus Hildesheimensis ex Ord. S. Bened.

Luithardus Episcopus Paderbornensis, unâ cum tribus Principibus, tredecim Comitibus, ingentique aliorum Christianorum numero ab infidelibus Normannis & Vandalis occiditur.

Moritur Balduinus I. cum ferreo brachio dictus, Flandriæ Comes, Caroli Calvi Galliarum Regis gener.

Annus Christi 878.

Exalada insigne Benedictinorum Patrum Cœnobium in Catalonia, exundatione R. P. Brentano Epitome Chronolog.

fluvii miserè evertitur, cum Abbate Monachis cunctis, quinque solum liberatis, inter undas submersis.

Lambertus Comes Spoletanus, & Adelbertus Marchio Tusciæ Romam cum valida manu ingrediuntur, Joannem Pontificem in arctissima tenent custodia, alios Episcopos, Clericos & Monachos pessimè habent, Romanos verò Proceres in verba Carolomanni jurare cogunt. Liber postea Papa in Gallias se confert; in præfatos verò Comitum & Ducem excommunicationis sententiam vibrat.

Celebratur jussu Pontificis Summi Concilium Trevis.

Moritur Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus, hinc malis artibus sedi restituitur Patriarchali Photius à Basilio Imperatore; hinc ille hujus favore fretus dirè vexat adversarios.

Extinguitur primogenitus filii. Syracusana civitas à Saracenis capitur.

Alphonfus Magnus Oveti munitionem construit.

Danorum Rex qui Angliam ferè universam sibi subjecerat, ab Alfredo Rege superatur.

Eligitur Gebhardus in Episcopum Constantientem.

Obiit Hertinus Episcopus Spirensis.

Annus Christi 879.

Bruno Saxoniarum Dux, Ludovici Balbi Imperatoris belli Præfectus, dum comitantibus Episcopis Mindensi & Hildesheimensi, Comitibus undecim, & aliis ex Imperatoria aula plurimis, castra contra Danos paganos movet, propè Ebsdorfium in Ducatu Luneburgico, partim repentinâ aquarum illuvie, partim ab exercitu hostili ita coarctatur, ut milites ejus ferè omnes tam aquis, quam captivitate, Danorumque gladiis perierint. Ipse autem Bruno, cum Episcopis, & Primoribus, ob fidei Catholicæ confessionem ab infidelibus Martyrii laureâ coronantur, insignibus post mortem miraculis à Deo commendati. NB. Hæc Histor. pertinet ad ann. 886.

Moritur præfatus Ludovicus Balbus Imperator: cujus mortem non modicè turbata est Italia tam Saracenorum deprædationibus, ac Christianorum Principum factionibus, quàm quorundam dissolutionibus Episcoporum: ad quorum malorum correctionem Papa Synodum Romæ celebrandam indixit, qui verò deceptus Photium in sede Patriarchali Constantinopolitanâ confirmat, hinc iste Conciliabulum in illa urbe cogit.

Theodorus Santabareus homo perditæ vitæ & magiæ deditus, & ob hoc Leoni Basilii Imperatoris filio invisus, eundem tanquam paternæ vitæ insidiatorem falso defert, hinc credulus nimis Imperator iracundiâ exardescens, nullam filii admittens defen-

defensionem, ei oculos eruiſſet inſtigante Santabareno, niſi aſſiduis Senatûs precibus ſententiam mutâſſet.

Ludovicus Auſtraſiæ Rex Normanniſ in ſilva carbonaria ingentem cladem adfert.

Adalbertus Archiepiſcopus Salisburgenſis moritur, quem in ſede excepit Theodemarus. Boſo Rex Provinciæ occupat Burgundiam, & ejus Regem ſe coronari facit.

Celebratur Synodus apud Trecaſ Galliarum urbem, præſente Imperatore Carolo Calvo.

Vixit hiſce adhuc temporibus Sedechias quidam Judæus, Ludovici quondam Imperatoris, ut dicebatur Phyſicus, Magus & præſtigiator maximus, qui multa Principibus & aliis ſtupenda exhibebat ſpectacula, arte namque præſtigioſâ homines integros devorare putabatur & beſtias; nec minus ſceno curruſ onuſtos cum equis & ruſticis in ventrem ſuum videbatur trajicere; amputabat hominibus capita, manus vel crura, quæ poſtquam videnda præſtitit cæteris, ad locum unde videbantur deſumpta, five detrimento vel læſione reſpoſuit.

Annus Chriſti 880.

Occidens turbatur, filiis Ludovici Balbi de regno contendentibus.

Baſilius Imperator Orientis ingenti potitur victoriâ adverſus Saracenos Orientis oras inſeſtantes, expugnata eorum claſſe.

Celebratur Concilium Fimeæ in Gallia.

Claret in Anglia S. Algina Alſredi Regis filia & Abbatiffa Ord. D. Benediſti, quæ generoſiſſimo Regiæ ſublimitatis & deliciarum contemptu longè illuſtriſſima, purpuram cucullo poſthabens, in eo quod pater, Rex Saxonum Occidentalium, condiderat, Schaſteſburienſi Cœnobio Deo ſe conſecrârat.

Marquardus Epicoſopus Hildeſienſis Hamburgi occiditur.

Floret S. Paulus Epicoſopus Corinthi in Græcia.

Circa hunc annum decedit S. Theodora vidua, ſanctimonialis Theſſalonice.

In Pago Turonico centum viginti ſex Monachi Ord. D. Bened. Rollone ſacrilego & impio Duce Gallias vaſtante, & ſacra omnia loca diripiente & evertente, Martyrii laureolam conſequuntur.

Claret vitæ ſanctimoniâ B. Welfridus primus Abbas Montis Duellii Ord. S. Bened. ex Comitum de Calvo & Nagolts familiâ; inter cætera patrata miracula, lagenulam, cui benedixerat, inexhauſtâ atque perpetuâ olei abundantiam plenam fratribus reliquit, quam conſtat multo ſæculorum decurſu, gratiâ illâ ad uſque hæreticorum noſtri ævi tempeſtatem nunquam deſtitutam. Ex Tom. 2. Conſtantiarum Benediſtinæ.

Obiit Gebhardus Eccleſiæ Spireniſis Epicoſopus duodecimus.

Barbo five Barðo Comes Altorſenſis in Suevia in prælio contra Normannos occumbit.

Antonius I. Cauleos fit Patriarcha Conſtantinopolitanus.

Annus Chriſti 881.

Normanni Coloniam Agrippinam incendio devaſtant, ſimiliter Bonnam, cum Stabulao inſigni Ordinis Benediſtini Cœnobio.

Athanafius Neapolitanus Epicoſopus, olim vir laudatiſſimus, ſed poſteâ in tranſverſum actus, ob fœdus cum Saracenis initum, à Summo Pontifice damnatur & anathemati ſubditur.

Carolus Craſſus Italia vi occupans, Romæ à Papa coronatur Imperator; idem Boſonem Provinciæ Regem, à poſſeſſione Burgundiæ dejicit.

Gotedancus Eccleſiæ Spireniſis Epicoſopus creatur.

Moritur Otgarus Epicoſopus Aichſtadienſis.

Ludovicus Galliarum Rex Guaramindum pagani exercitûs Ducem in Galliam irruentem vincit & occidit.

Villa Regalis Monafterium Virginum Benediſtinarum excinditur à barbaris, cæſis omnibus ibidem degentibus.

Egilhardus Abbas octavus S. Cornelii ad Indam, Ordinis Divi Benediſti, Berchemi Clivæ pago à Normanniſ occiditur.

Annus Chriſti 882.

Moritur Joannes Papa, in cujus loco eligitur Marinus; hoc quoque anno extinguitur Hincmarus Rhemenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, poſtquam ſediſſet annos 37. & ampliùs; ei in Cathedra Archiepiſcopali ſucceſſit Fulco.

Invadunt denuò Galliam Normanni, & in ſacros maximè ſæviunt: in ſolo S. Vincentii Monafterio 900. Monachi ex Ord. D. Bened. Martyrio coronantur. Ab iisdem urbs Trevirienſis flammis traditur, & plures aliæ, Carolus Imperator & Galliarum ſimul Rex hoſtes menſe Julii obſidens, ab eorum expugnatione revocatur ingenti inuſitata magnitudinis grandinis tempeſtate, & hanc ſecuta dirâ ſuorum ægritudine ſtrage; pacem tamen cum Godefrido Normannorum Duce firmat, datâ ei in uxorem Giſlâ Lotharii Regis filiâ.

Diem vitæ extremum claudit Ludovicus II. Galliarum Rex.

Sæviſſima hujus anni & diuturna hyems fuit.

Moritur Hincmarus Archiepiſcopus Rhemenſis.

Theutarius creatur Epicoſopus Gerundeniſis.

Decedit Anſpertus Epicoſopus Mediolenſis.

Annus Chriſti 883.

Temerè & perperam facta Joannis anteceſſoris reſcindit Martinus Papa.

Pſeudo-Patriarcha Aquilejenſis impugnat proceſſionem Spiritûs Sancti à Patre & Filio.

Moritur Joannes Scotus vir magni nominis, item Grimmoldus Epicoſopus Argentorateniſis.

Carolus

Carolus Imperator Italia viſit.

Moritur Sanctus Joſephus hymnographus, eximio patientiæ & lachrymarum dono ditatus à Deo, plurimæque mala ob ſacrarum Imaginum deſenſionem perpeſſus; Sanctorum geſta devotiſſimis hymnis exornavit, viſa proinde poſt mortem anima ejus, ab illis cum ingenti plauſu & gloriâ in cælos deferri. In Act. SS. apud Henſchen. 3. April.

Diem obit S. Beda junior Ordinis Divi Benediſti in territorio Rhodigino in Italia. Item Carolomannus Galliarum Rex.

Anſelmus creatur Epicoſopus Mediolenſis.

Moritur circa hunc annum Sancta Gerburgis, ſecunda Abbatiffa Parthenonis Gandersheimenſis Ordinis Sancti Benediſti; fuit filia Ludolphi Saxonum Potentiſſimi Ducis, effuſit inſigni cum in vita, tum poſt mortem miraculorum gloriâ.

Finem vivendi facit Bertolfus Archiepiſcopus Trevirienſis, quondam Abbas Mediolenſis, vir prudens, & in agendis rebus tam Eccleſiaſticis, quam Imperialibus omnium ſagaciſſimus.

Claruit hiſce temporibus Remigiſus ex Monacho Benediſtino Altifiodorenſis Epicoſopus. Scripſit in Cantica Cantorum lib. I. Expoſitionem in Pſalmos. In quatuor Evangelia libros totidem, De Divinis officiis lib. I. De Sanctorum Feſtis lib. I. Ad Epicoſopum Heduarum lib. I. & alia multa.

Pafchaſius quoque Ratbertus Abbas Monafterii Corbejenſis in Gallia, ſive ut aliqui volunt in Saxonia, vir Græcè & Latine peritus, ſcriptis ſuis hæc tempora illuſtrat.

Vivit circa hæc tempora Alpheranus, ſive Alſraganus, vero autem nomine Ahmed ſive Mohammed Ebn Cothair al Fargani, Mathematicus Arabicus.

Claruit etiam hiſce temporibus Almanus Monachus Altvillarienſis Monafterii, vir doctus, metro exercitatus & proſâ. Scripſit de deſolatione ſui Monafterii quadruplici alphabeto in carmine elegiaco librum unum. De vita S. Vivardi Epicoſopi lib. I. Vitam S. Syndulphi. Vitam, Translationem, & Miracula S. Helenæ Imperatricis, & alia plura.

Decedit Anſegiuſ Epicoſopus Trecentiſis, Papæ per Germaniam & Galliam Vicarius.

Annus Chriſti 884.

Moritur Martinus hujus nominis Papa II. natione Hertruſcus, aliis Marinus dictus, cum ſediſſet annum unum atque dies viginti, laudabiliter Apoſtolico munere perfunctus, cui ſucceſſit Hadrianus III. Romanus, qui Photii Pſeudo-Patriarchæ Conſtantinopolitani communionem refugiens, magnam Imperatoris Baſilii indignationem incurrit.

Saraceni vaſtant Italia, Caſinenſe Monafterium incendio tradunt, plurimis ibidem cum Berthario Abbate Monachis cæſis.

Mahometes Albategniuſ Aratenſis Arabs, Mathematicus, ſcribit librum de motu ſtellarum.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Sub hunc annum Martyrio coronatur B. Eufebius Monachus Benediſtinus ex Monafterio S. Galli, Spiritu Prophetiæ clarus, qui cum accolarum ſcelera verbis caſtigaret, eorum quidam caput illi falce præcidit, quod ipſe Chriſti Martyr manibus ſublatus ad cellam ſuam deportavit. Bolland. in Act. SS. 31. Januar.

Alphonſus III. dictus Magnus, Monafterium Caradignæ in Caſtalia veteri à Mahometanis olim deſtructum, redintegrat.

Moritur Gottſchalckus Epicoſopus Aichſtadienſis, nec non Wigbertus Epicoſopus Hildeſienſis; item Gottdanckus ſive Deogratias Epicoſopus Spireniſis decimus tertius, cui ſucceſſit Einhardus.

Rathbodo Abbas Mediolenſis Benediſtinus, creatur Archiepiſcopus Trevirienſis.

Truncinenſe B. M. V. Monafterium, per Balduinum cognomento Calvum, Flandriæ Comitem reſtauratur.

Annus Chriſti 885.

Moritur Papa Hadrianus, cui invitatus ſubrogatur Stephanus VI. vir miræ pietatis, aliarumque virtutum, qui hoc anno aquâ benediſtâ, locuſtas latè omnia devaſtantes à finibus Romæ abegit.

Moritur Carolomannus Rex, cui ſucceſſit ejus filius Ludovicus, ignavus cognomento dictus.

Gebhardus Epicoſopus Conſtantienſis à barbaris Normanniſ capitur & occiditur, cui in Sede ſucceſſit Salomon Monachus S. Galli ex Ord. D. Benediſti.

Obit Florbertus Monachus & Scholaſticus Monafterii S. Matthiæ propè Trevirim, vir omni doctrinâ tam divinâ quam humanâ excultiſſimus. Scripſit de compoſitione Monochordi lib. I. De mortuorum reſurrectione lib. I. De Trevirorum excidio elegiaco verſu libros quinque. Commentarios pulcherrimos in Proverbia Salomonis, & alia.

Annus Chriſti 886.

Leo Baſilii Imperatoris filius è carcere, cui ante ſeptennium ob calumniam Theodori Santabareni mancipatus fuerat à patre, tandem ave ſub Regio convivio Heu! Heu! Domine Leo! mirabiliter clamante, & Senatorum precibus liberatur, Imperiique honori reſtituitur: ipſe verò Baſilius non multò poſt diarrhœæ morbo tabeſcens è vita decedit.

Leo Imperio potitus, Photium quòd cum Santabareno conſilium iniſſet de eligendo in Imperatorem cognato ipſius Photii, è throno Patriarchali depoſuit, relegavitque in Monafterium Armenorum, atque in ejus locum ſubrogandum curavit germanum ſuum Stephanum ex fratribus natu minimum: impoſtorem verò Santabarenum flagris cæſum, oculisque excæcatum Athenas miſit in exilium.

Corpora SS. Diodori, Mariani & ſociorum Martyrum, diu quaſita, tandem divinitus revelata à Stephano Papa ſolennter tranſferuntur.

Dani urbem Pariſienſem obſident, Monafterium S. Germani de Pratis evertunt.

C c 2

Moritur

Moritur Genfericus Vandalorum in Africa Rex; item S. Ansbaldus Abbas Prumienfis Ord. S. P. Benedicti; & Anastasius Abbas Romæ, vir doctissimus & disertissimus, qui variis Imperatoris & Summi Pontificis legationibus functus est: conscripsit Acta Concilii Constantinopolitani quarti. Acta Concilii Nicæni II. quæ etiam Latino stylo donavit. Historiam Ecclesiasticam seu Chronographiam tripartitam, Historiam de urbis Romanæ Pontificibus à Petro usque ad Nicolaum: Collectanea de iis, quæ spectant ad Historiam Monothelitarum.

Annus Christi 887.

NOrthmannorum obsidione laborans civitas Parisiorum, Dei misericordiâ imploratâ, precibus Dei Genitricis, S. Germani Episcopi, aliorumque Sanctorum ejus Ecclesiæ Patronorum liberatur.

Celebratur Colonia Synodus.

Hastingus Danus simulatè baptisma suscipiens, eo ad inferendum populo Anglorum cladem utitur.

Viribus & animo repentiè deficiens Carolus Imperator ab omnibus deseritur, & exautoratus inopiam patitur, succedit Arnulphus. Moritur Rudhardus Episcopus Curienfis; succedit Diethulphus.

Diem obit Hildgrinus Episcopus Halberstadiensis.

Anschericus sive Haskericus, frater T Herberti Comitis Meldensis, Gozelino Episcopo Parisiensi mortuo succedit, fitque Regni Cancellarius.

Cænobium insigne sub hoc tempus in Rivipullensi pago à Wifrido Barcinonensi Comite ad honorem Deiparæ conditur, & Daginus eidem Abbas præficitur.

Annus Christi 888.

Carolus Crassus Imperator moritur, jam ante annum à suis relictus.

Imperii scissio, malaque plurima ex tyrannorum plurium simul exurgentium factionibus orta sunt; nam in Italia Berengarius Dux Forojulienfis in Regem electus est; atque Wido, seu Guido, Lamberti Ducis Spoleti filius, Imperatoris nomen assumpsit; in Galliis Comes Parisiensis Odo pariter regnum usurpat; sed & Rodolphus Corradi filius sibi Regis nomen imposuit.

Procopius Dux contra Bulgaros missus capitur.

Moritur S. Rembertus Magnus ille Danorum Apostolus, miraculis clarus; occidit dum planè illustre Ordinis Benedictini fidus; qui tamen gaudet, dum novum sibi in Adelgario (qui Remberto in Apostolico successit munere) oriri cernit.

Ex hac vita migrat Stephanus Patriarcha Constantinopolitanus; cui sufficitur Antonius, cognomento Cauleos.

Aurelianus in Gallia in Monasterio S. Petri Virginum Sanctimonialium, imago Crucifixi per aliquot dierum spatium rivum emisit lachrymarum; ac paulò post in eadem civitate cum custodes majoris Ecclesiæ noctu portas ex

more aperuissent ad laudes matutinas, lupus Ecclesiam ingressus funem tintinnabuli ore arripens illud insonuit; quæ signa cladem portenderunt; quâ anno sequenti tota illa civitas una cum ipsis Ecclesiis igne cremata est.

S. Adalricus Monachus Monasterii Besuensis O. S. B. à Danis gentilibus captus, & pro fide crudelissimè trucidatus ad palmam Martyrii evolat. Hug. Menard.

Metis celebratur Concilium.

Moritur Adelmanus Episcopus Augustanus.

S. Beraldus Monasterii Besuensis Benedictini Monachus à Danis juratissimis Christiani nominis hostibus crudelissimè trucidatur, quod & Radconi cum Sifardo Besuensis Monasterii Monachus obtigit.

Diem obit S. Stephanus Basilii Imperatoris filius, Patriarcha Constantinopolitanus; item Bozon Rex Arelatensis.

Accidit hoc anno ut Eremita Joannes Guarinus Corvitis Griffabelli filiam suis precibus à dæmonio liberaret, quam deindè parentum longis precibus exoratus apud se detinuit, sed tentatione dæmonis victus violavit & mactavit. Facti pœnitens ad Mariam Deiparam se convertit, cujus instinctu Romam abiit, & magno cum dolore peccata sua confessus est; jussus in loco delicti pœnitentiam agere, magnâ cum constantia id præstitit, sic, ut integris septem annis nunquam erectus cœlum aspexerit, sed quadrupedis instar repserit & belluam ignotam egerit. Exacto septennio Griffabellus Comes eò loci venatur, & Guarinum ignotum monstrum capit. Evocavit hoc Comes sub prandio, ut hospites qui aderant novitate rei recrearet: adest ergò Guarinus, quem trimestris filiolus Comitis his verbis allocutus est: *Guarine! tibi Deus tua peccata dimisit.* Erectus ad hæc Guarinus à Comite non tam veniam, quam pœnam & supplicium commertum precatur; at verò qui à Deo veniam habuit, ab homine pœnam timere non debuit, idèoque de filia sepulta interrogatus, tumulum ostendit, ubi amoris lapidibus & terrâ, filia auxilio Beatissimæ Virginis viva reperta est. P. Schenck in necess. ad salut. scientiâ, discursu 43.

Annus Christi 889.

Germania & Gallia ab Hunnorum invasionibus per Imperatorem Arnulphum, miserè devastatæ sunt, atque Italia rursusque eadem Gallia digladiantibus inter se Principibus variè vexatæ.

Leitbertus Archiepiscopus Moguntinus moritur, anno regiminis vigesimo sexto; cui Sonderoldus Monachus Fuldensis in Pontificatu successit, vir doctus & sanctitate conspicuus, quem Normanni postea in civitate Wormatiensi occiderunt.

Odo Galliarum Rex Anscatillum Normannorum gentilium Ducem in prælio captum, secum ad urbem Lemovicensem duxit, ibique vitæ ac mortis optionem dedit; si baptizaretur vitam, si renneret mortem spondens. Tyrannus

Tyrannus mox absque contradictione baptizari petiit, de quo tamen dubium est, an fidei quidquam habuerit; die constitutâ cum in Basilica S. Martialis Martyris in ipsum sacrum fontem à Rege excipiendus descenderet, jamque trinâ immersione baptizatus esset, Ingo Regis signifer gladio educto, lethalitè eum transverberat, ac fontem sacrum vulneris effusione immanitèr cruentat. Rex tantum facinus indignans Principibus trementibus homicidam rapi ac trucidari mandavit; at ille projecto in terram gladio fugiens, aram S. Martialis complexus est, indulgentiam à Rege & Principibus exoptulans, atque locum multis clamoribus respondendi petens. Jussu igitur Regis de commisso facinore responsurus mox coram omnibus sistitur, & sic fari cœpit: *Deum voluntatis meæ conscium testor, nihil mihi charius fuisse vestrâ salute O Rex & Viri! amor vestri ad hoc me impulit, ob vestram salutem in has miseras præcipitavi me, pro omnium vitâ tantum subire periculum solus non formidavi; & grande quidem facinus me perpetrâsse confiteor, sed majora inde commoda reor profutura. Regiam majestatem me provocasse ad iram certè non abnuo; sed maximam Reipublicæ utilitatem exindè comparatam, non dissideo: consideretur animus in hoc facto meus, & quanta sit ex hac mea culpa utilitas patriæ oritura, sapiens quisque recogitet. Tyrannum captum metûs causâ petivisse baptismum quis vestrum qui dubitat? qui post baptismum dimissus vicem certè pro viribus redditurus videbatur injuriis, ac suorum gravissimè ulturus interitum. Consultius ergò visum est mihi de medio auferre Tyrannum, quam totius nostræ gentis rursus expectare, quod futurum imminabat exitium. Hac est mei causa facinoris, hac me consideratio ad scelus commissum impulit, hoc pro salute Regis atque suorum non trepidavi subire periculum: & utinam mortem meam patriæ libertas ac rerum sequatur tranquillitas. Nunc si occisus propterea fuero, ob Regis, & vestram, O Principes, salutem libenter occumbo.* His verbis, & Primatum precibus Regis iram leniens, veniam vitæ Ingo impetravit.

Annus Christi 890.

Moritur Stephanus Papa.

Alanus Dux Britanniarum, Normannos tantâ strage fudit, ut vix quadringenti ex quindecim millibus residui fuerint.

Moritur Antonius Patriarcha Constantinopolitanus, qui claruit egregiâ sanctitate, cui succedit Nicolaus Mysticus.

Vitam mortalem deponit Ainhardus Episcopus Spirensis, cui succedit Amalricus Monachus Weissenburgensis, Ordinis Sancti Benedicti; erat Comitum stirpe oriundus, vir eruditissimus.

Guilielmus Pius Dux Aquitaniarum Monasterium Cluniacense Ord. S. Bened. in Burgundia condidit.

Ranulfus Comes Pictavorum, hausto veneno sibi in aula Odonis Regis præparato, filium suum Ebolum fidei S. Geraldii Comitis Aurelianensis committit.

Moritur Theutarius Episcopus Gerundenfis; nec non Frodoinus Episcopus Barcinonensis.

Claret Sanctus Joannes Monachus Bertinensis in Sithiu Ordinis Divi Benedicti.

Celebratur initium celeberrimi illius in orbe Christiano Monasterii in Monte Serrato, repertâ hoc anno statuâ Beatissimæ Virginis ab opilionibus, quam insolentissimis prodigiis Cœlites prodere visi sunt.

Annus Christi 891.

S. Arno Episcopus Herbipolensis, Arnulphum Cæsarem in Moravos & Bohemos arma moventem secutus, in festo S. Margarethæ, dum missarum solemniam in castris celebrat, ab irruentibus improvise barbaris obrutus & confossus ad aram cadit, innocens fidei in Deum & Cæsarem hostia: præfuit annis 36. Succedit ei hoc eodem anno Rathulphus Comes Franconiarum, Abbas Hirsfeldensis ex Ordine D. Benedicti. In eodem anno in prælio occubuit Sunzo sive Sunderholtus, Archiepiscopus Moguntinus; succedit Hatto.

Formosus ex Episcopo Portuensi creatur Summus Pontifex.

Obiit Ado Episcopus Viennensis in Gallia, vir insignis eruditionis & sanctitatis.

Tato ex Monacho Monasterii S. Emmærami Ord. D. Bened. creatur Episcopus Ratisponensis.

Eclipsis Solis facta est.

Normanni denuò collectis viribus cum magno exercitu Romanum Imperium devastare cœperunt, memoresque cladis ab Imperatore susceptæ, se omne Regnum ejus deleturos comminati sunt.

Peljus Barcinonensis Comes Deiparam in sua imagine ante annum repertâ veneraturus, insigne Virginum Cænobium in honorem ejus construit.

Annus Christi 892.

Wido coronatur Romæ Imperator à Formoso Papa; quo quidem facto concitavit contra seipsum Formosus invidiam eorum, qui ejusdem Imperii coronam cuperent, nempe Arnulphi & Berengarii; imò & Romanorum civium, ut Luitprandus testatur.

Viennæ in Gallia per Legatos Apostolicæ Sedis celebratur Synodus.

Normanni rursus Germaniam devastant.

Rejecto Odone Comite Parisiensi, qui Regis titulum tyrannicè usurpaverat, Carolus Simplex, filius Ludovici Balbi, 14. tantum annorum puer in Conventu Episcoporum & Procerum Rex Galliarum salutatur, & à Fulcone Rhemenfi Archiepiscopo ungitur.

Moritur Gregorius Magnus Scotiarum Rex, non minus justitiâ & temperantiâ, quam fortitudine clarus; item Amelricus ex Monacho Benedictino Episcopus Spirensis, edidit libros aliquot sat doctos.

Martyrio coronatur Sanctus Mengoldus, ac cœlesti honoratur post obitum musica.

Salomon Abbas Sangallensis, creatur Episcopus Constantiensis.

His diebus multa in cælo miranda diversis in locis apparuerunt: etenim visæ sunt imprimis acies quasi igneæ ab Oriente in Occidentem discurrere, ac impetum rursus in meridiem ordinare. Terræ motus in diversis locis fuere horribiles, cruces apparuerunt in cælo & ignes.

Annus Christi 893.

L Ambertus Widonis filius Rex creatur. Formosus Papa, ob graves Ecclesiæ perturbationes generalem Synodum indicit.

Compositâ Germaniâ, totus in recuperanda Italia est Arnulphus.

Saraceni Lemnum occupant.

Orto inter Simeonem Bulgarorum Regem, & Leonem Imperatorem bello, Turcæ & Huni ab hoc contra Bulgaros vocantur.

Moritur Poppo Imperatoris locum tenens in Thuringia, Marchio ad Salam.

Eligitur in Episcopum Placentinum Everardus.

Circâ hunc annum obiit S. Theodardus Archiepiscopus Narbonensis ex Monacho Benedictino electus.

Per Mauros in Hispania Martyrio coronantur SS. Amator, Petrus & Ludovicus.

Decedit S. Stephanus Patriarcha Constantinopolitanus.

Bernardus creatur Episcopus Spirensis.

Normanni ex Gallia à se vastatâ ad Rhenum usque excurrunt, latè omnia depopulati.

Annus Christi 894.

Formosus Papa scribit ad Odonem & Arnulphum infestantes regnum Caroli Simplicis, ut ab illicitis desisterent, monuitque Episcopos Galliarum, ut in his laborarent.

Nomen Imperatoris & coronam vi extorquet à Pontifice Berengarius, sed deficientibus Italis vocatus Lambertus iterum coronatur.

Interim Berengarius Italici sanguinis Princeps sedem Veronæ constituens, eam & munitissimâ arce & lapideo ponte, aliisque magnis operibus ornat.

Floret Rupertus Monachus S. Albani propè Moguntiam Ordinis Sancti Benedicti, vir in omnibus scientiis versatissimus. Carminè descripsit vitam S. Albani lib. 1. Epigrammaton & diversorum carminum librum unum. Chronicon sui Monasterii lib. 1. Sermones & homilias plures. Item de Musica.

Claruit quoque his temporibus Sebulo Abbas S. Dionysii Parisiis, vir prudens, ob rerum multarum experientiam, Regibus Galliarum ac Principibus venerandus; is dum castellum quoddam in Aquitania situm incautiùs oppugnaret, ictu lapidis percussus interiit.

Eutrandus porrò Ticinensis Ecclesiæ Diaconus, quondam Cancellarius Berengarii Italiae Regis, doctrinâ suâ sæculum hoc illustriùs reddit. Græcæ & Latinæ linguæ peri-

tissimus, præter alia plura scripsit Historiam sui temporis in septem libros distinctam.

Alanus I. Dux Britanniae regnare incipit.

Annus Christi 895.

Celebratur Synodus Triburiensis viginti duorum Episcoporum.

In Oriente dum Leo Imperator Bulgaros premit, Saraceni Theffalonicam vastant.

Moritur Sanctus Antonius Cauleas Patriarcha Constantinopolitanus, miraculis à morte gloriosus.

Vitam mortalem deponit Regenhardus Episcopus Argentoratensis. Circa hunc quoque annum decessisse videtur S. Aurelianus ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Lugdunensis; fuit miraculorum gloriâ apud universam Ecclesiam celebris.

Arnulphus expeditionem movet in Lotharingiam contra Normannos, quorum notabilem multitudinem interficiens, reliquos in fugam egit.

Carolus Gallorum Rex pacem & fœdus cupiens revocare cum Henrico Duce Saxonum, missis Oratoribus illum ad Conventum Wormatiæ evocat, quò cum Carolus ipse Rex unâ cum multis Episcopis & Duce præfato convenissent, diligentissimè tractabatur, ut firmissimis pactioibus Dux Regi reconciliaretur. Dum hæc aguntur, Germani & Gallici juvenes, primò verbis semutò petentes, consertis denique manibus se invicem gladiis lethaliter mutò sanciant. Cùm ad sedandam litera Erlebaldus Comes propius accederet, à furentibus occisus est; Rex prodicionem ratus, ociùs surgit suisque stipatur: Dux quoque Henricus insidias & dolum arbitratus, cum suis ad naves properat, moxque à Regiis stipatoribus Rhenum transire compellitur, existimabant enim & ipsi Ducem dolosè Wormatiæ advenisse: ab eo die Henricus Carolo Regi magis infestus esse cœpit; qui & ab aliis insidias passus, tandem in Palatio Suesfionico capitur, sed mox à Rhemenfi Archiepiscopo liberatur.

Annus Christi 896.

Arnulphus Rex Germaniæ iterum Italiam ingressus, Romam ex consensu Formosi Papæ armis cepit, ultusque est in Romanos injurias ab iis Pontifici illatas, ac denique ab eodem Imperator coronatus est. Sed Papa idem brevè moritur, similiter Evvilpus Episcopus Halberstadiensis.

Saraceni in Oriente insigni clade afficiuntur.

Carolus Simplex Galliae Rex, Balduino II. Flandriæ Comiti, Atrebatum aufert.

B. Tutelo è Comite Monachus Sangallensis, Divinæ Matris cultor eximius floret, eruditione non minùs quàm sanctitate longè illustrissimus, sed & artifex per omnia admirandus.

Annus Christi 897.

B. Pilgrinus ex Ordine D. Benedicti, creatur Archiepiscopus Salisburgensis. Moritur Anselmus Episcopus Mediolanensis, cui succedit Landulphus.

Henricus Dux Saxoniae de Danis, fines Saxoniae crebrâ irruptione devastantibus, multis illorum occisis victor triumphat, eosque ad terram suam redire cogit.

Formoso Papâ mortuo, sedem conscendit Papalem Bonifacius natione Tuscus, qui quindecim tantum diebus præfuit, post mortem in Basilica S. Petri sepultus; huic in Pontificatu successit Stephanus Romanus, Anagninus antea Episcopus.

Claret Ambrosius, aliis Ansbertus dictus, Presbyter Benedictinus & Monachus Lobienfis Cænobii. Scripsit in Cantica Cantorum librum unum, super Psalmos librum unum, in Apocalypsin libros decem, de cupiditate librum unum &c.

Clarissimis sanctitatis fulgoribus Germaniam implet S. Ratbodus ex Monacho Benedictino Trajectensis Episcopus, Regio genere ortus, Frisiorum lectissimus Apostolus, cœlitum Imperatrici devotissimus; cum hæc ad ipsum quandoque ægrotantem familiariùs inviseret, & materno affectu solaretur, ipse autem indignitatem fortè accusans suam, subimeret non nihil: *Ne timeas*, inquit magna Virgo, *certus te eam intueri, cui crebrò preces offers; non ego te dedignor meâ præsentia, cujus in tuis precibus frequenter memoriam usurpas.* Quibus dictis sanitatem quamprimùm ei restituit, & mirâ cœlestis odoris fragrantia locum implens, ex oculis Ratbodi evanuit.

Annus Christi 898.

Moritur Odo, quo defuncto consensu omnium Procerum, Carolus totum Galliae regnum adipiscitur.

Fames maxima hoc tempore fuit, ita ut multi cogerentur vesci humanis carnibus. Ursperg.

Widgarius ex Abbate Uttoburano Ordin. S. Bened. Episcopus Augustanus Helvetis Christi Evangelium annunciat.

Obit S. Corpreus seu Carbreus Episcopus Cluan-mic-nosiz in Hibernia, miraculis post mortem illustris; item Kellachus, filius Soerguffii, anachoreta & Episcopus Armachanus.

Scripsit circa hæc tempora Adrevaldus, aliis Albertus, Monachus Floriacensis, inter alia, de miraculis S. Patris Benedicti à tempore translationis partis corporis ejus de Monasterio Casinensi in Floriacum, usque ad regnum Odonis.

Annus Christi 899.

Arnulphus Imperator, Carolomanni filius, moritur; quod etiam contigit Widoni ejus de Imperii coronâ adversario.

Regino Abbas Prumiensis, vir sui temporis doctissimus, jussu Caroli Galliarum Regis suâ privatâ dignitate, quòd antea contrariæ ei parti favisset; ipse interim Regino in Chro-

niciis suis inter cætera sat modeste sic scribit: *Anno Domini 899. Richarius Abbas Monasterii Prumiensis constituitur. Qualiter circa me actum sit, idcirco in hoc loco adnotare distuli, ne forte injuriis provocatus, ultra quam patientia Christiana permittit, persecutionis meae causas exaggerasse viderer.*

S. Ratbodus Monachus Benedictinus, in Frisonum conversione sedulo laborat.

Annus Christi 900.

Bello vexatur Italia, pluribus regnum ambientibus; in Germania Ludovicus Arnulphi filius eligitur Imperator.

Stephano in carcere strangulato, Romanus Papa eligitur, quatuor tantum menses superstes.

Fulco Archiepiscopus Rhemenfis Ord. S. Bened. jussu impii Balduini Flandriæ Comitis, proditorie interficitur, quòd ipsum invadentem res Ecclesiarum, tum privatis, tum etiam Synodalibus literis arguisset, recensque Abbatiam S. Vedasti quam ille invaserat, per Regem ab ipso vendicandam curasset: porrò Fulconis interemptor Winsmarus, ab Episcopis Franciæ excommunicatus, mox insanabili à Deo percussus ulcere, putrescentibus carnibus & exundante sanie, vivus devoratus est à vermibus. Fulconi verò subrogatus est Heriveus vir laudabilis.

Circa hunc annum vivere desit S. Euticius Abbas Monasterii Balmenfis in Burgundia Ord. D. Bened. cùmque à discipulis omnia ad exequias pararentur, illis attonitis & mirantibus subito revixit, & in hæc prorumpens: *Deo gratias, inquit, sciatis, quia ex his 40. annis, unum tantum diem non memini, me cibum sumpsisse, nisi prius flevissem, hodie autem sublato mœnore, consolatus est me Dominus, & inter choros Angelorum tribuit mihi requietionis locum;* quibus dictis denuò in Domino obdormiit. Anton. de Yepes.

Herivaus Rhemorum Antistes consecratur.

Moritur S. Benedictus ex Monacho Benedictino Episcopus Albingaunensis in Liguria.

Circa hunc quoque annum fati concedit S. Leo Lucas Corilionensis, Abbas Mulensis in Calabria, anno ætatis centesimo; mortui cella statim post obitum miro suavissimoque odore repleta fuit. Ex Act. SS. Bolland. 1. Mart.

Moritur Landulfus Episcopus Mediolanensis, cui sufficitur Andreas.

Circa hunc annum obiit S. Neotus Abbas Benedictinus in Anglia, eruditione celebris, conditor Academiæ Oxoniensis; claruit Prophetiæ spiritu, Gritonem Danorum Regem cum universo exercitu suo, per solas preces ad Deum suas prodigiosè profligavit.

Saraceni cum Abraymo Rege suo, è Babylonia & Africa advenientes, Siciliam invadunt, & Monasterium S. Placidi Ordinis Benedictini ingressi, evaginatis gladiis Monachos aggrediuntur, illosque Christum negare & ne-

& nefandam religionem venerari compellunt, quod dum contemnerent, omnes in eodem loco, unâ cum Monachis Casinensibus (quin & aliis plurimis qui eò se receperant) qui ibi ab Abbate suo directi fuerant, occisi sunt; quibus occisis Cœnobium omne præ-

ter Ecclesiam à barbaris destructum. Pet. Diacon.

Obiit Svatobejus Lotharingæ Rex: item Alfredus Angliæ Rex.

Urspringense Monasterium in Suevia conditur ab Hugobaldo Dilingæ & Kiburgi Comite,



MEMORABILIMUM MUNDI CHRISTIANI SÆCULUM X.

Annus Christi 901.



Theodorus, hujus nominis secundus Papa eligitur, sedit tantum diebus viginti; quo mortuo, subrogatur Joannes nonus, patriâ Tiburtinus, ordine Diaconus, professione Monachus sub regula S. Benedicti.

Nicolaus Patriarcha Constantinopolitanus throno deponitur jussu Leonis Imperatoris, cum sedit annos undecim, inque ejus locum suffragio Cleri subrogatur Euthymius genere Isauricus, vir pius & summâ virtute præditus; ex hac autem occasione scissa est Ecclesia Constantinopolitana, cum alii Nicolao, alii Euthymio inhærent.

Eodem hoc anno Leo Augustus, dum ex antiqua Imperatorum consuetudine solenni pompâ ad Ecclesiam S. Mocii Martyris processisset, ab homine infano, vecte graviter in capite fauciatus est.

Ludovicus Arnulphi defuncti filius, in oppido Franciæ Orientalis, Forcheim nuncupato, Rex Romanorum creatur.

Celebratur Ovetense in Gallæcia Concilium.

Annus Christi 902.

Hungari Italiam incendiis, rapinâ, cæde mirè vexant, pecuniâ ab Italis repellendi, à Germanis ferro, qui eos in Sabbatho Sancto Paschatis commissâ pugna vincunt.

Moritur Widgarius Ordinis Divi Benedicti Episcopus Augustanus & Helvetiæ Apostolus; item Erckenvaldus Caroli Magni Imperatoris nepos, Episcopus Aichstadiensis, Vitâ decedit Bisio Episcopus Paderbornensis.

Annus Christi 903.

Hemmerius sive Himerius, rei militaris peritissimus, à Leone Imperatore contra Saracenos missus, profligatur.

Donaldus V. Scotiæ Rex non sine suspi-

cione veneni moritur; ei successus est Ethilius Constantinus III. homo non tam ingenio pravo, quam in bono parum constante.

Mortuo Francone Stephanus Abbas Monasterii S. Michaëlis in Thierascia creatur Episcopus Leodiensis; fuit affinis Caroli Simplicis Regis Francorum.

Moritur Walbertus Episcopus Hildesensis; nec non S. Grimbaldus Abbas Wintoniensis Ordinis Sancti Benedicti, vir miræ humilitatis, hinc ad cathedram Archiepiscopalem Cantuariensem expetitus, dignitatem hanc recusavit.

Ungaris irruentibus plures Monachi Monasterii Nonantulæ Ord. D. Bened. pro fide Christi interficiuntur.

Annus Christi 904.

Ludovicus Imperator, captus à Berengario tyranno, oculis simul & Imperio privatur; idem Berengarius nomen Imperatoris & coronam vi extorquet à Pontifice, sed deficientibus Italis, vocatus Lambertus iterum coronatur.

Celebratur Romæ Synodus.

Moritur Everardus Episcopus Placentinus in Italia.

S. Adelbero Comes Dillingensis, Monachus Benedictinus Elvvangensis, creatur Episcopus Augustanus.

Angliæ solium conscendit Ælfredus, vir in omni conversatione sua Christianissimus, prudentiâ & eruditione Scripturarum celebris. Horas diei & noctis in tres partes divisit æquales, primas quidem octo deputavit Deo, in quibus orationi, lectioni, meditationi & Scripturâ sanctis in toto vacare consuevit. Secundas octo horas, ad procurandum negotia regni impendere solebat. Ultimas verò octo horas in cura sui corporis prudentissimâ distributione exendebat.

Annus Christi 905.

Obit Joannes Papa, ubi sedit annos tres & dies quindecim; successit in Pont-

Pontificiâ Sede Benedictus, ejus nominis quartus, patriâ Romanus, qui magnam sibi laudem inprimis ex amore pauperum conciliavit.

Alfonfus Gallæciæ Rex, ingentem de Arabibus victoriam reportat, cadente etiam in prælio eorum Duce primario Alcaman, quem sui ut Prophetam coluerunt.

In conversione Normannorum feliciter Benedictini laborant Monachi.

Regino Abbas Prumiensis Ordinis Sancti Benedicti annales suos ad hunc usque annum deduxit.

Adelbertus Comes Bambergensis Rudolphum Episcopum Herbipolensem de sua Ecclesia fugat, totam Diœcesim ferro & incendio devastat: hinc Imperator commotus prælium cum ipso juxta Fritslariam committit, in quo Adelbertus Conradum Lotharingæ Ducem, fratrem Ludovici Imperatoris, patrem verò Conradi Imperatoris occidit.

Annus Christi 906.

Hoc anno Normannis aliis nomen Christianis, alii suos in fide Magistros Monachos persequuntur, inde plurimi maxime in Monasterio Novaliciensi pro Christo cæsi sunt.

Moritur Baldramus Episcopus Argentoratensis, vir prudens & devotus.

Claret Madruyna Abbatissa Monasterii Sancti Petri Ordinis Divi Benedicti in urbe Barcinonensi. Hæc Mauris dictam urbem populantibus, captiva ducta est in Insulam Majorcam. Erat ei propinquus quidam mercator, qui de ejus solutione cum ipsa egit: die præstitutâ cum sancta Virgo de carcere evasisset, atque ad propinqui navem se recepisset, Mauro eam persequente, mercator ipsam sub lana condidit, cui sic delitescenti tria aut quatuor vulnera (lanâ, ubinam lateret, pugione tentatâ) barbarus infligit, quæ absque clamore illa (pudicitæ nimirum magis quam vitæ metuens) constantissimo animo pertulit, eoque eliso liberata ad suum Cœnobium revertit, ubi recrudescente vulnerum dolore, felici agonæ consummata decessit.

Ungari per Imperium totum ubique sævientes, magnâ tandem clade suorum acceptâ, viam relegere coacti sunt.

Annus Christi 907.

Mortuo Benedicto Papâ subrogatur Leo V. vir sanctus, eoque incarcerato invadit Sedem Christophorus.

E vivis excedit Gebhardus I. Comes Hennebergicus. Item Andreas Episcopus Mediolanensis, cui succedit Atho.

Moritur Alanus primus, Dux Britanniarum.

Tutelonis Monachi Sangallensis memoranda hoc anno felicitas, cum enim Metas, rogante, ut videtur, Episcopo, missus, pro admirabili suâ in formandis Deiparæ imaginibus gratiâ, illic in Basilica Cathedrali studium suum exerceret, prodentibus clientem Dominæ suæ Angelis duobus, qui specie peregrinorum panem ab ipso rogaverant & acceperant, visa est Cœlitum Augusta, juxta ipsum, dum pingeret, assidere, & colores ministrare, radiumque, sic vocant veteres, manibus, dum eo uteretur, sustinere, Angelis, ubi prodidissent, illic evanescentibus, cum prodentibus impatientior ipse exprobraret, & mox imperfecto relicto opere urbem & gloriam fugiens in Helvetiam recurreret. Res mira! dolentibus imperfecto opere, tantum Magistrum aufugisse, craftinâ opus absolutum apparuit, cum hac cœlesti inscriptione:

Hoc Panthema pia perfecerat ipsa Maria.

Annus Christi 908.

Moritur Rathulphus Episcopus Herbipolensis 3. Augusti. Præfuit annis 17. cui succedit Dietho Comes de Castell, Monachus Monasterii Neostadiensis Ordinis Divi Benedicti.

Adalberti Tusciæ Marchionis ope, dejecto Christophoro, sedem Papalem invadit Sergius, sæpè antea repulsus.

Tædio longæ Præfecturæ Regis Gallæciæ Alfonsi, ejus filius primogenitus Garsias, adjuvante matre & fratribus, conspirat in patrem; cui ille, nolens civili & domestico bello exhausti regni vires in utilitatem hostium, seipsum superans, spontè cedit.

Ungari infestant Bavariam, & multis Christianorum millibus interfectis, spoliis onusti in patriam suam redeunt.

Salomon Constantiensis ad Rhenum & Aconinum Monacho Sangallensi Episcopus, ampliâ spectatissimâ urbe, alter ipsius post Constantium Constantini Magni patrem conditor habetur.

Annus Christi 909.

Celebratur Sueffionense in Gallia, ab Herivazo Archiepiscopo Rhemeni Concilium undecim Episcoporum.

Terras deserit S. Adalgarius ex Monacho Benedictino Corbejæ, Bremensis Archiepiscopus, Frisiæ Apostolus: cui ex eodem Cœnobio succedit S. Hogerus vir Apostolicus.

Moritur in Cœnobio S. Galli apud Helvetios B. Tutelo Monachus, illustri & Principe genere natus, Musicis atque aliis artibus instructissimus, pictor, cælator, sculptor, aurifaber, architectus celeberrimus, eloquentiâ insuper, moribus, staturâ corporis, viribus, vultus majestate & gratiâ, ingenii acuminè, lepore, & comitate, rerumque gerendarum dexteritate, Imperatoris etiam gratiam summam promeritus: verum lachrymarum dono, orationis studio, virgineâ castitate, insigni animi demissione, cœlitibus quàm Principibus mundi & charior & propior, Deiparæ etiam amorem familiarem meruit: quæ, cum Tutelo suis, Metensi quandoque in Basilica imaginem ejus moliretur, ipsi & Magistra & Ministra ad-

adfidere dignata & visa, radios infuper seu colores, & penicillos eidem manu ministravit & sustentavit: exclamarunt super hoc duo peregrinorum juvenum, formâ Angeli, & rem ipsam adstanti Canonico Cathedrali prodiderunt, Tuteloni sic applaudentes: *Benedictus tu Pater Domino, qui tali Magistrâ uteris ad opera:* quibus primùm ille, *nescire illos qua dicerent* respondit, quos cùm etiam objurgatos vellet, disparuere, ipso nihilominus aded se proditum dolente, ut mox alterâ die, honoris impatiens, Metis profugeret, bracteâ quâdam aureâ, quam imperfectam reliquerat, ipsâ manu Dei parentis, ad reliquam imaginis perfectionem mirè absolutâ, hisque litteris & inscriptione consignatâ:

Hoc Panthema piacalaverat ipsa Maria.
Bucellin. in Menologio.

Decedit Eberhardus Monachus & Scholasticus Monasterii Sancti Mathiæ Trevis, qui inter cætera ingenii sui monumenta historiam Trevirensis auxit: Vitam SS. Eucharistiæ, Valerii & Materni primorum Trevirensium Pontificum, tam metro, quam prosâ, elegantiori stylo conscripsit. Hymnos etiam varios, cantus & prosas in laudem Sanctorum, ac diversa epigrammata elucubravit.

Annus Christi 910.

Diem vitæ claudit extremum Sanctus Ivanus; ex filio Gestimuli Dalmatiæ Regis, Eremita in Bohemia, quò ab Angelo ductus est.

Vitam quoque cum morte commutat Sergius, cui in Papali dignitate succedit Anastasius ejus nominis tertius, patriâ Romanus.

Lambertus Italiæ Rex ab Hugone Comite Mediolanensi in venatione occiditur in ipso juventutis flore, & regno potitur Berengarius.

Reliquiæ S. Severini Noricorum Apostoli Neapolim transferuntur.

Willelmus Dux Aquitanie Cluniacense Monasterium construit.

Decedit S. Cyrillus Monachus Benedictinus, Apostolus Pannoniæ.

Sub hoc anno facta est in monte Romarico celebris elevatio SS. Romarici, Amati & Adelphi O. S. Bened. Abbatum. Præfens fuit Drogo Tulensis Episcopus, multis tunc signis servorum suorum sanctitatem attestante Numine: sepulchro autem impositum lapidem cùm primùm Clericorum quidam amovere tentaret, temeritatis illic pœnas, jacturâ pollicis retulit, qui tamen postea pœnitenti Sanctorum meritis restitutus fuit. Territus eâ ultione Episcopus, id muneris Monacho commisit, qui tremebundus absque tamen noxa lapidem dimovit, quo sublato in caveam descendit, atque inde sacra corpora, sine ulla corruptione, integrè extraxit: quibus ne vel minimus barbæ pilus defluxit. Abrasâ autem, & vino unguentis condito abluti, pretiosisque pannis

involuti, separatis quisque capsis reconditi sunt: stupendum tunc quoque illud accidit, cùm (ut dignâ tanto Principe staturâ erat à Duce Lotharingiæ Mosellanicæ humilis Luxoviensis Monachus Sanctus Romaricus) capsâ corpori tanto non congrueret, negotiumque illo die Episcopus confectum vellet, quippè incisis, jussu Episcopi, à Theudericò Presbytero, & Feromone Diacono, genuum nervis, copia mox sanguinis maxima effluxit, quo viso Theudericus, delicti pœnitens cultum abjecit, qui nusquam postea reperiri potuit, & ut facinus expiaret, quotidie sacrum montem circumiens: *Fili David misere mei*, ingeminavit. Diacono autem, manus supra modum (verba MS. sunt) abcessit, ita ut vi doloris penè interierit: quamvis acerbissimam patriati delicti veniam egisset. Fuit & illud mirum, cùm sacra corpora transferentur in Ecclesiam, palumbes veteris Monasterii convolâsse, & supra capsas volitantes, pompam profecutos, Ecclesiam simul ingressos, depositis demùm capsis ad turrim Basilicæ se recepisse. Hug. Menard. Bucell. in Menologio.

Obiit in Augia Divite B. Simeon Achaicus, cognomento peregrinus, ex illustrissimo in Græcia Dynasta, primo Magnatum aula Constantinopolitanæ, belli Imperatore supremo, unius Provinciæ Duce, Principeque victoriosissimo, Monachus Benedictinus.

Corpus Sancti Romarici Abbatis post annos 257. ab obitu repertum est incorruptissimum, ita quidem ut aliquâ parte incisum, maximam recentis sanguinis copiam funderet, plurimis etiam tunc miraculis illustratum. Ex Monument. Montis Romarici.

Annus Christi 911.

Leo Imperator Orientis ventris profluvio ex hac vita decedit, succedente in Imperio Alexandro fratre, eoque brevi mortuo, Constantinus Leonis filius, adhuc puer, Augustus proclamatur.

Normanni Carnutum urbem obsidentes, à Richardo & Roberto, Dei auxilio ingenti prælio funduntur.

Moritur Theodoricus Episcopus Paderbornensis, cùm per novennium magnâ cum laude præfuisset.

Obiit Sancta Richardis Benedictini Ordinis Abbatisa, quondam Impetratrix, Caroli Crassi relicta uxor vidua, quæ multis post mortem miraculis coruscavit.

Claret Wilhelmus ex Comite Monachus Cœnobii Gellonenfis, vir magnæ humilitatis & sanctitatis, qui ardentem clibanum suo scapulari purgavit, sine ulla vestimenti læsione.

Monasterium Beatæ Mariæ Virginis de Ferreyra, sub hoc ferè tempore in Hispaniâ conditur.

Annus

Annus Christi 912.

Moritur Ludovicus IV. Imperator, Caroli Stemmatum ultimus furculus. Succedit in Imperio Conradus Dux Franconiæ.

Vitam quoque deponit Anastasius Papa, post quem Lando & mox Joannes intruditur.

Alexander Orientis Imperator lotus & pransus, vinoque ebrius, post meridiem ludere volens pilâ, exorto dolore in intestinis præ cibis quibus se ingurgitaverat, reversus in palatium, multo è naribus ac pudendis effuso sanguine, postridiè mortuus est: quo defuncto solus imperare cœpit Constantinus puer septennis.

Confluentiæ in Gallia celebratur Synodus Episcoporum octo, cum Abbatibus, aliisque quamplurimis sacri Ordinis viris.

Diem quoque obit Alphonfus Magnus Galliciæ quondam Rex.

Berno Abbas Gigniacensis, Ord. S. Benedicti, Cluniacensis Cœnobii & instituti fundator, ad superos abit, in cujus locum Odo substituitur.

Rollo Dux Normannorum Galliarum in favor, Christianam Religionem amplectitur.

Moritur Hatto Archiepiscopus Moguntinus. Succedit Herigerus II.

Fatis concedit B. Notkerus Balbulus Monachus Sangallensis Ordinis Divi Benedicti, vir eruditissimus, & Cæsaribus ipsis inprimis charus, invisus autem nimis & metuendus dæmonibus, quiquisum felicissimè sæpe congressus, eos non semel assumpto corpore assultantes, verberibus strenuè dedolavit: vixit vir sanctus ad decrepitam usque ætatem, innumeris propemodum & antè & post obitum miraculis celebratus.

Dracholfus ex Monacho Benedictino Neostadiensi Episcopus Herbipolensis, naturæ debitum solvit.

Hoc anno igneæ faces, stellæ micantes, ac hinc inde aberrantes magno hominum stupore visæ sunt, quæ res Ungarorum in Italiam incursiones præsignarunt. Sab. lib. 1.

Annus Christi 913.

Ragnerus Dux Lotharingiæ pœnitens, cùm prius Ecclesiastica bona sæpius prædatus esset, tandem donatione amplissimi latifundii satisfaciens, in favorem Monasterii Sancti Matthiæ Trevirensis, diploma conficit, quo seipsum persecutorem sæpe ac prædonem nominans, verè pœnitentis posteris relinquit exemplum.

Einhardus Episcopus Spirensis, à malevolis quibusdam Comitibus Bernardo & Conrado interficitur, antè Episcopatum Monachus Benedictinus, cui succedit Amalricus ejus nominis secundus.

Dani foedus cum Scotis renovant contra R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Anglos. Constantinus Scotiæ Rex Milcolumbo Cumbriam donat.

Moritur Pilgrinus Archiepiscopus Salisburgensis; cui succedit Udelbertus, ex Ord. D. Benedicti.

Gabriel Patriarcha Alexandrinus orthodoxus, ad hanc dignitatem sublimatur.

Othbertus Episcopus Argentoratensis, suis invisus, à sicariis subornatis occiditur. Succedit Godefridus, Caroli Crassi Imperatoris ex sorore nepos, qui tamen post duos menses moritur. Obiit item Rostagnus, Archiepiscopus Arelatensis.

Annus Christi 914.

Motus graves contra Conradum Cæsarem concitat Arnulphus sive Arnoldus Borjorum Dux, qui & Ungaros accendit.

Symeon Bulgarorum Rex Constantinopolim obsidet, quem tamen inter & Constantinum Imperatorem, Nicolaus Patriarcha pacem componit, haud diù constantem.

Salomon Episcopus Constantiensis à Bercholdo & Erchingero Sueviæ Ducibus capitur, & per aliquot tempus inclusus tenetur.

Moritur Dietlachus Episcopus Wormatiensis. Item Sanctus Hebernus ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Turonensis.

Alphonfus IV. Legionis & Castiliæ regni gubernare incipit.

Eremum Beatissimæ Virginis, nunc *Einsalden* vocant, à morte Sancti Meinradi cultoris primi desertam, Sanctus Benno Canonicus olim Argentinenfis, occupat, restauratque loci cultu, confluentibus discipulis, crescit dignitas loci, in summum deinceps decus extollendi.

Annus Christi 915.

Internecone tandem delentur in Italia Saraceni à confœderatis Christianis.

Ungari Germaniam, & maximè Saxoniam vastant.

Ordonius filius Alphonfi Magni, defuncto fratre Garfiâ regnare cœpit, qui & primus transtulit regni sedem Oveto Legionem.

In Monasterio Sanctæ Juliæ Brixienti Ordinis Sancti Benedicti obiit Ven. Angilberga Abbatisa, Imperatrix olim Augusta, Ludovici II. Imperatoris conjux, & Ludovici Germaniæ Regis filia.

Claruit his temporibus Betto Monachus Benedictinus, & Præpositus Monasterii S. Columbæ in Gallia, vir omni scientiarum genere celebris, qui propter doctrinæ ac vitæ meritum in Episcopum Antisiodorensis Ecclesiæ sublimatus est, quam verbo simul & exemplo gloriosè regens, non sine opinione sanctitatis tandem in Domino quievit.

Sanctus quoque Wibertus Comes Monasterii Gemblacensis fundator, ibidemque postea

Dd 2

Mon-

Monachus; & Sancta Wiboradis Virgo apud Cœnobium S. Galli reclusa, Spiritu afflata Prophetico, tempora hæc reddunt illustriora.

Annus Christi 916.

Moritur B. Wratisslaus Bohemæ Dux, pater S. Wenceslai Martyris.

Ungaris Saxoniarum Ecclesias devastantibus, interque alias Bremensem comburentibus, divina sunt ostensa adversus incensores prodigia, cum subito orta tempestas à semicrematis Ecclesiarum tectis scindulas elevavit, quas in facies paganorum rotans, eosdem aut in fluvium præcipitari compulit, aut in manus civium concludi.

Nicolaus Patriarcha Constantinopolitanus, unâ cum Imperatore Constantino Legatos mittit Romam cum litteris ad Joannem Papam, pro ineundâ perfectâ concordia cum Romana Ecclesia.

Imperator cum Henrico Saxoniarum Duce collisus vincitur.

His ferme temporibus Ursus ejus nominis secundus Venetorum Dux, cum annis novem præfuisset Ducatui, rebus omnibus quam potuit optime dispositis, valedicens sæculo, in Cœnobio S. Felicis Monachatum proficitur Benedictinum.

Annus Christi 917.

Unus egregiâ sanctitate clarus, Archiepiscopus Hamburgensis creatus, pallium accipit à Papa Joanne decimo.

Prælio inito inter Romanos & Bulgaros, victoriâ potiti Romani, mox versâ aléâ, improvisâ fugâ eosdem Bulgaros fecere victores; quorum Rex Symeon Constantinopolim obsessurus, à civibus rursùm in fugam versus est.

Erchingerus, Bertholdus & Luitfridus Alemanniæ Duces, ob captum Salomonem Constantiensem Episcopum, decollantur.

Indrectus Abbas Treodensis in Anglia Ord. S. Bened. in suo Monasterio à sicariis interimitur cum novem sociis, in vita & post mortem miraculis gloriosus: quorum haud minimum illud, cum stagnum ipse parvum fodisset, cum certo piscium numero, quantum sufficere sibi ac suis crediderat, numero illo deinceps neque aucto neque imminuto; neque minus illud, cum defixus humi scipio ejusdem, in oculis omnium statim in arborem frondesceret. Joann. Colgan.

Moritur S. Geraldus illustrissimus Aureliacensis Comes, claruit vivus mortuusque grandi miraculorum gloriâ, cujus vel solâ quidem aquâ, quâ manus laverat, cæcitas aliique morbi propulsati sunt; pisces sæpiùs ipsi miraculo oblati.

Claruit his temporibus Adzo, qui & Henricus, Abbas Monasterii Luxoviensis, vir magnæ religionis & sanctitatis, nec minùs scripturarum eruditione, quam morum integritate venerandus.

Obiit Rathodus Episcopus Ultrajecti, cui in sede Episcopali succedit Baldericus, Ludovici X. Cliviarum Comitis filius, qui Danos exditione sua expulit, & Ultrajectensis urbis

munimenta auxit. Fuit Rathodus Monachus Benedictinus & Frisiorum Apostelus.

Annus Christi 918.

Joannes Papa scelerum conscientia, varia salutis media quærit. Conradus Imperator Provincias suas lustrat, & benè consulit.

Arnulphus Magnus, Balduini Calvi filius, Balduini Ferrei ex Juditha Caroli Calvi Imperatoris filia nepos, Flandriæ administrationem suscipit mortuo patre.

Moritur Salomon Episcopus Constantiensis.

Burchardus Suevorum Dux cum Rudolpho II. Rege Burgundiæ prælium committit, & victoriam reportat.

Ungari Basileam funditus destruxerunt, multis hominum millibus occisis.

Celebrat hoc anno vitam S. Dominici de Silos sanctissimi Abbatis ex Ordine Benedictino Jepsius, cui candidissima illa PP. Prædicatorum familia, debet ipsum Institutorem suum S. Dominicum, sterilibus parentibus ope hujus Sancti impetratum ut nasceretur & concessum.

Annus Christi 919.

Bello flagrante Constantinopoli, insurgentibusque tyrannis adversus adolescentem Constantinum Imperatorem; ad eosevitandos, Romanus Patritius classis Præfectus, assumptus est ab eodem Collega Imperii: Z. è verò Augusta Constantini mater in Monasterium detrusa, ac Romani filia Helena in matrimonium data Constantino.

Moritur Conradus Imperator, cujus horatu Henricus Saxoniarum Dux, etsi parùm amicus, eligitur.

Obiit quoque Atho Episcopus Mediolanensis, cui succedit Guaribertus.

Ungari denuò fines suos egressi, transientes per Alemanniam & Alsatiam, Lotharingiam invadunt, & infinita Reipublicæ Christianorum ubique damna & mala inferunt.

In locum defuncti Salomonis Constantiensis Episcopi, succedit Notingus, è potentissimo Veringensi Comite Monachus Sangalensis.

Annus Christi 920.

Exercetur variorum armis Occidens, Saracenis & Ungaris nova molientibus, quos Henricus Imperator reprimat.

Ecclesia Constantinopolitana divisa schismate ab iis qui sectabantur partes Euthymii, & aliis qui Nicolao favebant, in itâ tandem inter eos concordia unitur.

Rebellant Carolo Simplicis Franciæ Regi, regni Principes, quos magno labore ipsi reconciliat Herivæus Archiepiscopus Rheimensis.

Moritur Stephanus Episcopus Leodiensis, doctrinâ & pietate clarus.

Artholdus Monachus Cœnobii S. Remigii, jubente Rudolpho Rege, & populo eligente, Archiepiscopus Rheimorum ordinatur, vir modestus, vitâ & conversatione sanctissimus.

Post

Post obitum Ayrardi ex Monacho Benedictino Noviomenis Episcopi, viri moribus & doctrinâ multum venerabilis, succedit in eadem dignitate Walbertus Corbejenis Monasterii Abbas in Gallia, vir doctus, in scriptura tam Divinâ quàm Sæculari versatissimus.

Fuit his diebus Lupus Acinarius Vasco, miles Rudolphi Regis Gallorum, qui equum ferebatur habere plus quàm centum annorum ætatis, adhuc tamen toto corpore validissimum, sanum, & ad currendum velocissimum.

Fatis concedit Hugo Abbas Fuldenis, succedente in Abbatia Principali, ex Fratrum electione Helemfrido.

Claruit his temporibus Hildovinus ex Monasterio Lobienis Ordinis Benedictini Monachus, post Stephanum Tungrensem & Leodiensem Episcopus, qui inter cætera ingenii sui opuscula scripsit gesta & successionem Abbatum Lobienis, epistolas quoque non inelegantes complures edidit, & varios sermones ad Fratres. Eo ad Archiepiscopatum Mediolanensis Ecclesiæ translato, Ratherus Lobienis pariter Monachus, Episcopus creatur Veronenis.

Moritur Sifnandus IV. Compostellanus Episcopus, in ejus obitu voces auditæ sunt Angelorum canentium: *Veni electe Dei, intra in gaudium Domini tui.* Joan. Vasæus in Chron. Hispan.

Annus Christi 921.

Romanus adscitus Imperii Orientalis Collega, factu tumens, primum sibi præ Constantino Imperatore in edictis & publicis monumentis vendicans locum, sibi exitum parat.

Circa hunc annum obiit S. Elgiva Regina Angliæ, fuit uxor Edmundi Regis, mulier bonis operibus semper intenta, pietate ac misericordiâ prædita, ut etiam reos quos tristis sententia judicium palam damnaverat, ipsa occultè redimeret; vestes suas pretiosas sæpe pauperibus erogavit: sanctitatem mortuæ Deus pluribus commendavit miraculis.

Adalbero Monachus Benedictinus Hirsaugiensis, jussione Herigeri Archiepiscopi, Abbas Monasterio S. Ferucii in Bliedstad præficitur, Pastor verus animarum verbo & exemplo potens.

His temporibus Theodericus Comes de Ringelheim Monasterium sub instituto Benedictino, Ringelheim quoque dictum, in Saxonia condit.

Imperator Henricus magno adunato Romani Imperii Principum exercitu, bellum movet contra Burchardum Sueviæ Ducem; hic præfentiens se viribus parem non esse, semetipsum cum universis urbibus & populo suo Imperatoriæ clementiæ tradit.

Arnoldus Baviaræ Dux, qui antea Conradi Imperatoris partes deferens ad Ungaros declinaverat, ad suos revertitur; contra quem Henricus Imperator novus movet exercitum, eumque tanquam Majestati refractarium in Ratispona obsidet; quod ille videns,

seque Henrico non posse resistere perpendens, portis apertis egressus, gratiam ejus postulans, humiliter impetravit.

Annus Christi 922.

Berengarius ab Italis rejicitur, & Rudolphus Burgundus Rex creatur: Galli item Robertum contra Carolum eligunt.

Moritur Herivæus Archiepiscopus Rheimensis: item Gebhardus II. Comes Hennebergicus; nec non Sanctus Adalbero Episcopus Augustanus, vir doctus, & Arnulpho Imperatori charissimus.

Burchardus Sueviæ Dux, filiam suam Bertham uxorem dat Rudolpho II. Burgundiæ Regi.

Decedit Guaribertus Episcopus Mediolanensis, cui sufficitur Lampertus.

Radpodone Trevirorum Archiepiscopo circa hæc tempora mortuo, Rutgerus in Pontificatu succedit, vir eminentis doctrinæ.

Conditur insigne illud Monasterium Sobredanum in Gallæcia, Nigrorum olim, hodie Cisterciensium.

Annus Christi 923.

In Hispania sub Rege Habdarrughman Martyrio coronatur S. Eugenia.

Armis congressi Carolus Simplex & Robertus, hic victus in prælio cadit, restaurante bellum Hugone Roberti filio, à quo Carolus capitur: Berengarius victus Ungaros evocat.

Moritur Galtherus Archiepiscopus Senonensis.

Ungaris Franciam Orientalem, Alsatiam, Sueviam, Saxoniamque depopulantibus, Henricus Imperator propè Martisburgum seu Merseburgum, pro victoriâ obtinenda Numini de extirpanda Simoniarum hæresi voto facto, arma cum illis conferit, maximâque illos clade afficit. Idem Imperator Misnensem fundat Episcopatum & egregiè dotat, ipsamque urbem Misnensem turribus & muris munit. Ecclesiæ hujus primus Episcopus fuit Burchardus Monachus Benedictinus ex Cœnobio S. Joannis Magdeburgensi.

Moritur Adelardus Monachus Monasterii S. Aurelii Hirsaugiensis, vir sanctissimæ conversationis, patientiæ invictæ, & Prophetiæ Spiritu clarus. Tantæ exitit compunctionis, ut quoties de passione Domini nostri Jesu Christi quippiam legeretur, mox totus in lachrymas resolutus, etiam alios suo rugitu ad fletum provocaverit audientes. Obitus sui diem & horam quibusdam è Fratribus prænunciavit; in cujus transitu, sicut Menfridus est testis, auditæ sunt voces Angelorum in aère canentium: *latabitur justus in Domino.*

Annus Christi 924.

Ungari Italiam opprimunt, Papiam urbem igne succendunt, ejusdem Episcopum unâ cum Episcopo Vercelleni, igne fumoque necant, ex ingenti civium multitudine

Dd 3 dine

dine ducentis tantum in vita relictis, qui hostes verò in reditu à Rudolpho contra Carolum electo cæduntur.

Moritur Ordonius Rex Legionensis.

Eodem anno vitâ defunctus est Eduardus senior Anglorum Rex, cui successit Æthelstanus five Adelstanus. Item Hildinus Episcopus Augustanus, cui successit S. Udalricus.

Henricus Imperator Lotharingiam pluribus annis ab Imperio avulsam, cum Gallorum Regum consensu, illi rursus conjungit.

Conditur in honorem Deiparæ illustre illud in Hispania Monasterium de Pilasca.

Berengarius primus Dux Forojulensis, ex Longobardorum Regum Stemmate ortus, filius Ducis Eberhardi & Gislæ Ludovici Pii Imperatoris filia, Princeps superbus & inquietus, dum Veronæ ad templum se confert, à Flamberto à tergo insidiosè occiditur.

Annus Christi 925.

S. Pelagius tredecim annorum puer, elegantissimæ formæ, atque spectata virtutis, ab Habbarraghman Saracenorum in Hispania Rege, de turpitudine & fidei abnegatione frustrâ tentatus, post multos cruciatus, tandem in frustra sectus, gloriosum Cordubæ consummat Martyrium.

Sculphus Archiepiscopus Rhemenfis, à ministris Heriberti Aquitanæ Comitis, veneno è medio tollitur, cui in Archiepiscopatu successit Hugo puer quinquennis, dicti Comitis filius.

Ungari ad Acronium usque, & supra lacum omnia populati, Constantiæ fortiter repelluntur.

Obiit Sanctus Malbrigidus five Brigidianus ex Abbate Derensi Ordinis Sancti Benedicti Archiepiscopus Armachanus & Primas Hiberniæ.

Sancta Wiborada Virgo sanctimonialis Ordinis Divi Benedicti ab irruentibus Ungaris in Germaniam, in sua cellula, tribus in capite vulneribus fauciata semimortua relicta, in sanguine & cilicio relinquitur, supervixit in alteram usque diem Martyr: funeribus nonnisi octiduo post paratis, quod Ungarorum insidiæ metuerentur. Tum in corruptissimo etiamnum, abluto de more corpore, nec vestigium quidem cicatricis apparuit, præter unum latum ambitu voluntarii Martyrii vulnus, quod catenæ ferreæ perpetuo affricu admorsuque tenerima Virgo sibi ipsa intulerat. Sollicitis qualiter mortuam componerent, quod pede & brachio flexis obriguisset, mirum dictu! visa Virgo seipsam tumulo aptare, & brachium atque pedem extendere, facie miro quodam rubore perfusa, quasi in risum hilarescere: excelluit miris deinceps prodigiis, quæ inter, lampade ad tumulum ejus usque tertio spontè succensa, cæleste aliàs lumen, & odoris fragrantia Ecclesiam implevit. Ex Menolog. Bucel.

Moritur S. Nicolaus Mysticus Patriarcha Constantinopolitanus.

Circa hunc quoque annum decedit Sanctus Gennadius ex Abbate Ordinis Divi Benedicti Episcopus Asturicensis in Hispania, plurium fundator Monasteriorum.

Siffridus eligitur Archiepiscopus Moguntinus.

Rudolphus Rex Burgundionum ab Italis contra Berengarium pro Rege vocatus, commisso cruento prælio victor evadit, & expulso Berengario Italiæ regnum occupat. Interim Gallia dissensionibus universa scætat.

Claret Rudolphus Monachus Benedictinus Flaviniacensis, vir insignis doctrinæ, Scripsit opus celeberrimum super Leviticum, quod in libros viginti divisit. In Epistolas Divi Pauli libros quatuordecim. De Gestis Francorum librum unum. Chronicon breve.

Joannes ejusdem instituti Monachus ex Monasterio Sancti Albani Moguntia, Philosophus, Rhetor, Poëta, Musicus, Geometer, Astrologus. Scripsit librum de institutione Novitiorum. Deinde alium de juvenum Monachorum institutione quoad scientias liberales. Historiam Archiepiscoporum Moguntinensium libris duobus. De regimine curæ pastoralis librum unum. Commentarium in Regulam Sancti Benedicti. Explanationum in libros Moysis, libros viginti. De Musica libros tres, & alia plura.

Caput S. Joannis Baptistæ arcæ lapideæ inclusum, ab Alduino Abbate S. Joannis d'Angeli invenitur.

Ambianum Picardiæ caput ferè integrum flammis absumitur.

Annus Christi 926.

Ermengardis dolo deseritur à suis Rodolphus Italiæ Rex, & in Transalpinia se recipit; regnum accipit Hugo filius Bertæ, Provinciæ five Arelatenfium Comes, Berengario à suis occiso.

Sanctus Guibertus Monachus Ungaros solo verbo compefcit.

Moritur S. Berno primus Cluniaci Abbas, illustrissimo Burgundiæ Comitum genere oriundus. Item Sigismundus ex Monacho Hirsaugiensi Ord. Sancti Benedicti, Episcopus Halberstadiensis.

Henricus Imperator Slavis & Danis victis ac sub tributo redactis, cunctis in circuitu barbaris sui timorem incussit.

Annus Christi 927.

Celebratur apud Troslejum in Gallia Synodus, in qua Herluinus Comes publicam egit pœnitentiam, eò quòd duxisset uxorem aliã supervivente.

Simultatibus ortis inter Rudolphum Francorum Regem, & Heribertum Comitem Aquitanæ, hic Carolum Simplicem è carcere liberat.

Alia

Alia celebratur Synodus Duisburgi, occasione Bennonis, Episcopi Metensis, quem hoc anno Metenses excacârunt, cujus sceleris auctores omnes in hac Synodo sunt excommunicati.

Alphonfus Rex Legionensis spontè se abdicat, & vitam Monasticam amplectitur, Ramiro relinquens regnum, quod dum postea rursus recuperare molitur, ab eodem Ramiro captus est, atque oculis privatus.

Diem cum sanctitatis fama supremum obit Dublinterius Fiond seu Candidus, Abbas de Cluain-Ednech in diocesi Lethglinenfi.

Burchardus Sueviæ Dux occiditur, consensu Imperatorio in Ducatu succedente Hermanno fratris ejus filio.

Henricus Imperator Conventum indicit Principum apud Moguntiam, in quo plura pro utilitate Imperii utilia sunt constituta.

Claret Smaragdus Monachus ex Monasterio S. Maximini Trevirensi, postea Cœnobii S. Michaëlis Abbas, vir insigniter doctus, scripsit librum de institutione Monachorum. Commentarios in Psalmos Davidis, Sermones item varios & Homilias non inegantes.

Annus Christi 928.

Wolodimerus Magnus Moscoviæ Dux, Wolodimeriam urbem condit.

Joannes Papa à Widone Tusciæ Marchione captus, & in carcerem detrusus, paulò post moritur, cui subrogatur Leo VI.

Heribertus Rudolpho conciliatur, Carolus Simplex rursus incarceratur.

Symeon Rex Bulgarorum Thraciæ denuò gravissima infert damna, sed & Constantinopolim accedens, multa sacra profanaque loca incendit, donec Romanus Imperator cum eo ad colloquium congressus, piis admonitionibus delinitum ad pacem impulit, multis ei muneribus impertitis: idem Imperator ipso Christi natali hujus anni duobus filiis suis Stephano & Constantino coronam imponit: tertius verò Theophylactus, à Patriarcha tonsus, ac dignitate Syncelli auctus, factus est Subdiaconus.

Moritur S. Berno Abbas Cluniacensis: item Reichvvinus Episcopus Argentoratensis, ex Ducum Lotharingiæ sanguine ortus, vir doctus & devotus.

Fatis quoque concedit Gebhardus Episcopus Hildesimensis.

Adalbero hujus nominis primus, in Metensem Episcopum eligitur.

Naturæ debitum solvit Herigerus Archiepiscopus Moguntinus, cui ex Canonicorum electione succedit Hildebertus Fuldensis Cœnobii Monachus, genere Francus Orientalis, vir miræ sanctitatis, prudens & litteratus, nec non Spiritu Prophetiæ celebris.

Magni denuò motus suboriuntur in Italia, Tyrannis inter se pro Imperio sævientibus. Rudolphus de regno expellitur, subrogato Hugone Comite Arelatenfi homine feroce.

B. Ratherius è Monacho Laubiensi Veronensis Episcopus, novæ insurgenti Anthropomorphitarum hæresi se strenuè opponit, quos

in signi conscripto volumine confundit, atque debellat.

Annus Christi 929.

Moritur Leo VI. Pontifex Summus, patriâ Romanus: succedit eodem anno Stephanus VIII. ex Ordine Divi Benedicti.

Conditur Monasterium insigne S. Vincentii in Burgundia, Ordini Benedictino incorporatum.

Moritur in carcere Carolus Simplex, Galliæ Rex.

Henricus Imperator, Imperii hostium plusquam viginti millia cædit, & captivos quam plurimos cum ingenti præda abducit.

Diethardus Monasterii Benedictini Hersfeldensis Monachus, ex jussione præfati Imperatoris Episcopus creatur Hildesheimensis.

Idem Imperator Quedlinburgense Virginum Benedictinarum Cœnobium fundat, cui filia ejusdem Mechtildis, Magni Ottonis soror, præficitur, incredibili deinceps Principum numero, Deo illic servire exambientium, ad usque Lutheri hæresiarchæ tempora ad illud confluenta.

Annus Christi 930.

Convertit relapsos Danos S. Wimo Corbejæ Monachus.

Defuncto Nicolao Patriarcha Constantinopolitano, subrogatur Stephanus Archiepiscopus Amasæ.

Diem obit Univvanus Episcopus Paderbornensis.

Circa hunc quoque annum vitæ finem fortitur S. Hugo Monachus Aduensis, & Prior Enziacensis Ordinis Sancti Benedicti in Gallia; qui ante Crucifixi imaginem orans, visus est in aëra elevari, pluribusque in vita & post mortem miraculis coruscavit.

Cameracum ab Ungaris obsessum, ope Deiparæ mirè servatur. Ipsa die Lobienfes ope SS. Ursuarii & Ermini ab iisdem Ungaris prodigiòse liberantur.

Floret in Anglia S. Ælfleda Alfredi Anglorum Regis filia, nupta quondam Æthelredo Merciorum Regis filio, quo defuncto, ipsa Glasconiæ Monasterium sub regula S. Benedicti ingressa, miraculis claruit.

Rudolpho Gallorum Rege mortuo, Proceres regni Legatione in Angliam missa Ludovicum Caroli Simplicis filium, apud avunculum Adelstanum Regem Anglorum tunc exultantem, revocant.

Henricus Imperator lanceam Constantini Cæsaris quondam Magni à præfato Rudolpho hoc anno obtinuit.

Annus Christi 931.

Moritur Stephanus VIII. Pontifex Summus, ex Monacho Benedictino ad eam dignitatem assumptus, cum sedisset annos duos, mensem unum & dies quindecim: succedit Joannes

Joannes XI. Tusciae Comes, Joannis Pseudo-Papae à Marozia filius.

Ad Christi fidem operâ Monachorum Benedictinorum plenè convertuntur Obotriti cum Rege suo.

Venetis fines suos propugnant.

Decedit B. Tuto ex Monacho Sancti Emmerani Benedictino Episcopus Ratisbonensis, Prophetiae Spiritu & miraculorum gloriâ illustris.

Henricus Imperator cum valido exercitu Bohemiam intrat, & devictum gentis Principem Ziptineum, vel ut alii, Spireneum, cum suis omnibus ad Christi fidem convertit, conversumque regio diademate ornat.

Celebris jam famâ ob sanctitatem B. Adalricus Benedictinus Monachus, Burchardi Sueviae Ducis filius, Aufnaugiam Insulam Turicini lacus quam incoluit, celebrem reddit.

Annus Christi 932.

Moritur Dietho Episcopus Herbipolensis, cum sedisset annis 24. ei succedit in dignitate Episcopali Burchardus Comes ab Hennenberg, Abbas Hirsavienensis Ord. D. Benedicti.

Celebratur Concilium Erfordiae.

Arnoldus Bavariae Dux adversus Hugonem Italiae Regem progressus ab eo repellitur.

Obit Frithstanus sive Fridestanus Praesul sanctissimus, qui resignato Episcopatu Wintoniensi pauperem vitam transegit: nocte quadam cum coemeteria cantando circumiret, & expletis omnibus diceret, *requiescant in pace*, subito audivit voces de sepulchris respondentium, *Amen*. Westmonaster. ad hunc annum.

Decedit Lampertus Episcopus Mediolanensis, cui succedit Hilduinus.

Ursus Participatius sive Badoarius Dux Venetorum, dignitate spontè se abdicat, factus Monachus Benedictinus.

Doctrinae laude celebris vivit Diethelmus, Scholasticus Monasterii S. Matthiae Trevirensis, relinquens plura ingenii fertilis praecleara monumenta: De mensura Monachorum librum unum. De compositione astrolabii librum unum. De usu & utilitate astrolabii librum unum. De arte metrorum libros duos. De studio & amore divinarum Scripturarum librum unum. In Evangelium Matthaei librum unum.

Nec minori doctrinae laude fulsit Marquardus Monachus & Scholasticus in Coenobio S. Willebrordi Epternacensi, qui ad posteritatis utilitatem varia lucubravat Opuscula. Nimirum in Musicam Boetii Commentaria. De septem artibus liberalibus totidem libros. Cum vitâ quoque S. Willebrordi Trajectensis Episcopi, composuit hymnos, profas, & varios in laudem Sanctorum cantus.

Annus Christi 933.

Joannes Papa ab Alberico ipsius Maroziae filio, violenter dejicitur & in carcerem detruditur.

Moritur Stephanus Patriarcha Constantinopolitanus: Item Otto I. Comes Hennebergicus.

Decedit sine liberis Adalolphus Bononiae & Tervanae in Morinis Dominus, cujus proinditionem capit Arnulphus Magnus Flandriae Comes, ejus frater.

Diem obit Ulfridus Episcopus Aichstadiensis.

Fulbertus Atrebatensis & Cameracensis Episcopus creatur.

Naturâ debitum solvit S. Gregorius Abbas Monasterii Nonantulani Ord. S. Benedicti, qui ex humilitate regimen abdicavit, & miraculorum gloriâ à Deo illustratus est, Arnold. Duac.

Ratherius ex Monacho Laubiensi Episcopus Veronensis ab Hugone Italiae Rege Episcopatu pulsus, quia Bavariae favebat, Papiam relegatur. Arnolphus etenim Bavariae Dux jussu Imperatoris Henrici cum magno exercitu in Italiam contra Hugonem veniens, à Veronensibus susceptus quidem est, sed ab Hugone superatus.

Annus Christi 934.

EX innumerabili ferè Ungarorum exercitu, miram refert victoriam Henricus Imperator, omnibus penè deletis.

Homo mortuus, ope Beatissimae Dei Genitricis & S. Martini revocatur ad vitam. Frodoard.

Moritur Udelbertus Archiepiscopus Salisburgensis, in ejus sedem subiit Egilolfus.

Diem obit S. Birstanus Ordinis Sancti Benedicti Episcopus Wintoniensis, mirâ erga defunctos charitate insignis, quotidie pro eorum requie missam celebravit; noctibus depulsâ formidine solus circuire solitus, pro animarum salute Psalmos frequentavit; hoc cum quadam vice faceret, & expletis omnibus subjungeret, *requiescant in pace*, voces quasi exercitus infiniti à sepulchris audivit, respondentium, *Amen*. Pedesegenis omni die, festinis arbitris lavabat, mensam ac cibos apponens: à morte apparens Ethelvvoldo, sibi ut caelitus debitum honorem deferri petiit. Ex Menolog. Bucel.

Doctrinae famâ celebris habetur apud Francos Orientales in Coenobio S. Burchardi juxta Herbipolim Reinhardus Magister scholarum, scripsit inter caetera ingenii sui Opuscula de quadratura circuli librum unum. In Categorias Aristotelis libros quatuor. De Musica libros duos. De arte Poetica librum unum. In Cantica Canticorum librum unum. De Monochordo librum unum. De resurrectione mortuorum librum unum. Contra haeresin Anthropomorphitarum libros tres.

Hoc anno pleniora sanctissimi illius B. Mariae Virginis Einsidlensis Coenobii incrementa se produnt, Bennone superstiti, & Angelico monitu ductuque superveniente B. Eberhardo Argentinenis Praeposito, viro religiosissimo, sum. ms. que Europae Principibus sanguine juncto, Hermanni Alemanniae & Conradi

Conradi Franconiae Ducum fratre, qui magnis secum collatis opibus, Basilicam illic majorem cum coenobio condidit, ejus non multo post Abbas effectus.

Annus Christi 935.

SYnodus Rhemis cogitur.

Henricus Imperator vincit Wandalos & Obotritos rebelles.

Primus Magdeburgi à Germanis tormentoribus lusus exhibetur.

S. Conradus Comes à Ravenspurg & Altorff Constantiensis Episcopus consecratur, hic siccis super lacum Acronium pedibus ambulavit.

B. Egilolfus ex Ordine D. Benedicti, creatur Archi-Episcopus Salisburgensis.

Moritur Ebolus Dux Aquitaniae, cui substituitur filius Guilielmus Caput-Stupae cognominatus.

Decedit Nottingerus ex Monacho Benedictino Sangallensi, Episcopus Constantiensis, vir laudatissimus, pluribus post se relictis ingenii monumentis.

Claret Sanctimoniae famâ in Hispania Hduarda, mater S. Rudelindi Episcopi Dumienis, Benedictinarum Monialium velo immortalata.

Annum hunc multa signant prodigia, nam sol sereno caelo subito obscuratus est, & per fenestras domorum radios quasi sanguineos atque pallentes immisit; hominis cujusdam in Saxonia sinistra manus ferro cum brachii parte penitus amputata, & in coemeterio sepulta, post annum ei dormienti ad integrum restituta fuit, cui pro signo miraculi quasi linea una parvula sanguinei coloris in modum serici filii subtilis, in loco amputationis & conjunctionis relicta, quoad vixit, indelebilis apparuit.

Quedlinburgense Coenobium ab Imperatore Henrico fundatum, flammis evomuit.

Annus Christi 936.

Moritur Joannes XI. Papa succedit Leo VII. Romanus.

Moritur item post multa pie gesta Henricus I. Imperator, relicto Imperio filio suo Ottoni, patri pietate ac fortitudine bellicâ non impari.

Januae fons sanguinis largissime fluxit, subsecuturam ruinam insinuans, cum eodem anno Pœni eandem urbem invadentes, cunctos pueris exceptis ac mulieribus trucidarunt, omnesque civitatis & Ecclesiarum thesauros abstulerunt.

Diem obit magnus ille ac Sanctissimus Hamburgensis Archi-Episcopus Unni, cui succedit Adaldagus, genere, formâ, moribus, doctrinâ & pietate insignis uterque ex Ordine D. Benedicti.

Eisengrinus Reginoburgi Antistes consecratur.

Mortalitatem exiit S. Joannes Abbas Catinensis hujus nominis primus, miraculorum gloriâ conspicuus.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Obit Helmfridus Abbas Fuldensis, cui succedens Hetho, Monasterium quod Ungari dudum incendio penè totum destruxerant, magnis impensis studiosè reparat.

Nascitur sub hoc tempus S. Wolfgangus Episcopus Ratisponensis.

Annus Christi 937.

ITALIAM populati Ungari, à Marfis & Pelignis omnes ferè caesi sunt, in Gallis tamèn felicius grassantur.

Angli Athelstano Duce Scotos & Danos cruento praelio vincunt, & praedâ onustos velut pecora trucidant; perit in eâ pugna major Scottica Nobilitatis pars.

Transmatus Monachus Vedastinus Ord. S. Benedicti creatur Episcopus Noviomensis.

Moritur Hucbaldus Monachus Elnonensis Ord. S. Benedicti scriptis clarissimus, hic cum Musicus quoque excellens esset, non tantum officium & hymnos multorum fectorum composuit, sed etiam cantum.

Vitam cum morte commutat Hilduinus Episcopus Mediolanensis, ejus loco Episcopatu praeficitur Ardericus.

Arnulphus malus Bojorum Dux Ungarorum domitor moritur.

Otho Magnus, Henrici defuncti filius Aquisgrani Imperii coronâ decoratur; cum inter Archi-Episcopos Trevirenses & Coloniensem super Imperatoriâ Coronatione fuisset orta dissensio, quorum uterque Ministerium Consecrationis ad jus suum pertinere volebat, Principum tandem sententiâ decretum est, hoc munus per manus Moguntini Archi-Episcopi illâ vice debere compleri, quod & factum est.

Caeli pars ardere visa est, & Ungarorum persecutio ab eadem parte per Franciam infecta est; inter plurimas per ignem devastaciones, Ecclesiam tamèn S. Mariae apud Rhemos incendere nequiverunt, Frodoardus.

Annus Christi 938.

S. Amilianus Abbas Hispanis à caelo adest contra Saracenos caesis 80. millibus, ducto captivo Rege Mauro nomine Abenaim Caesar-Augusta regnante, ceteris fugâ dispersis, ipsoque Rege Abderragham Cordubae regnante vix elapso; qui Cordubam reversus magnam adversus Christianos sibi subditos persecutionem excitavit, tuncque passi sunt SS. Victor & Euphrosyna.

S. Wenceslaus Bohemiae Rex, à fratre suo Boleslao occiditur.

Constantinus III. Scotiae Rex Monachus efficitur Benedictinus.

Moritur Hilubertus Archi-Episcopus Moguntinus; succedit Fridericus, aliis Fidelicus Dux Lotharingiae.

Adalbero I. Episcopus Metensis ob intemperantes mores Canonicos saeculares ejicit, & S. Clementis Ecclesiae Metis in Lotharingia Monachos Benedictinos ex Luxovio praeficit.

Diem obit S. Adaldagus, ex Monasterio Benedictino Cathedrali Hildesheimensi ad Archi-Episcopalem Sedem Bremensium evehctus, praefuit Ecclesiae suae quatuor supra quinquaginta annos.

Otho Imperator necem S. Wenceslai ulturus, valido exercitu contra Boleslaum fratricidam movet, eum primo prælio vincit, at post sui, de recenti victoriâ securi, repentinâ incursionem benè omnes trucidantur.

Eberhardus Comes Palatinus, Dux Mosellanus, & Gisilbertus Dux Lotharingæ qui Girbergam sororem Othonis Imperatoris habebat uxorem, contra ipsum rebellant.

Arnulpho Baviaræ Duce mortuo, filii ejus superbiâ elati, jussu Imperatoris in comitatum ire recusant; undè commotus Imperator Ducatum Baviaræ contulit Bertolfo fratri, defuncti Ducis Arnulphi filii abjectis.

Obiit Sigefridus Saxoniarum Comes & Præfectus, cujus hæreditatem cum affectaret affinitatis titulo Danckmarus frater Ottonis Imperatoris ex patre, non matre, eandem is addixit Geroni Comiti; erat autem Danckmarus manu promptus, ingenio acer, belli peritus, cujus mater filia fuit materteræ Sigefridi Comitis, ex qua eum suscepit Henricus I. Imperator.

Eberhardus, Comes Palatinus iratus contra Briningum quendam ex Primoribus Imperii, collectâ manu civitatem illius cunctis civibus interfectis succendit; pro quâ temeritate eum Imperator ad solutionem centum talentorum, omnesque Principes, qui ei auxilio fuerant, juxta pœnalem ejus temporis morem, canes portare jussit usque ad urbem regiam, quæ tunc erat Magdeburgum; hinc commotus Eberhardus conjunxit se Danckmaro, collectâque validâ militum manu oppugnavit locum præsidialem, in quo Henricus frater juvenis Othonis commorabatur; urbe militibus in prædam datâ, Henricum ut vile mancipium, secum captivum abduxit. Danckmarus quoque cepit urbem Hereburg, ex qua multa exercuit latrocinia; hinc Otho cum multo Comitatu eò perrexit, ad illius insolentiam reprimendam; cives apertis illic portis Regem exceperunt cum toto ejus exercitu. Danckmarus salutem suam consulens, in Ecclesiam B. Petri se recepit, & stans juxta altare depositis armis, à quodam per fenestram à tergo percussus interiit. Eberhardus necem Danckmari inaudiens, fractus animo, coram suo captivo Henrico prostratus, veniam petit & impetrat, eâ tamèn conditione, ut sibi contra fratrem Othonem assisteret, & Diadema regium procuraret, quod promittens Eberhardus Gisilbertum Lotharingæ Ducem à partibus Ottonis, ad Henrici obsequia traduxit.

Obiit Herbordus Monachus & Scholasticus Monasterii Hirsaugiensis, Vir genii paratissimi, ita ut illum nullum unquam irâ commotum, vel animò turbatum viderit, Vir aliàs sui ævi doctissimus.

Annus Christi 939.

ITali novas in Hugonem tragœdias excitant.

Moritur Leo Papa, creatur Stephanus novus, patriâ Germanus. Vitam mortalem exiit Ramirus IV. Rex Legionis & Castellæ bellicosissimus.

Natus est S. Adalbertus Prussiarum Apostolus & Martyr, Slavnicki Comitissæ de Lybicze filius.

Post obitum Hildeberti ex Abbate Fuldensi Archi-Episcopi Moguntini, successor ejus Fridericus, homo ferus, & Ottoni Imperatori clam contrarius, Monachis tædiofa facit negotia; nitentur enim Ottoni Imperatori persuadere, quatenus multitudinem Monachorum in paucitatem redigeret, sed dolo ejus & conjuratione in Imperatorem postea detectâ, captivus ipse esse jubetur in Asceterio Fuldensi sub Hademari Abbatis custodia; ipse iste Fridericus fundavit extrâ mœnia civitatis Moguntinæ Ecclesiam Regularem S. Petri Apostoli; & in eâ Canonicos juxta regulam SS. Apostolorum conversantes posuit.

Annus Christi 940.

URbs Romana grandi rursus facinore scædatur, Stephano Papâ pugnâ contuso & male scædato.

Vitam exiit Æthelstanus Anglorum Rex, succedit Eadmundus ejus frater.

Fulbertus Episcopus Cameracensis & Atrabatenensis Mareolum, Abbatiam Canonicorum Regularium, fundat.

Moritur Egilolfus Archi-Episcopus Salisburgensis, cui succedit Heroldus ex Comitibus Schyrensisibus, Monachus Benedictinus.

Otho Imperator fundat Ordinis Benedictini Monasterium sub honore S. Joannis Baptistæ Magdeburgi, quod tamèn postea in montem extrâ civitatem fuit transpositum; primus loci Abbas fuit Anno, ex Monasterio S. Maximini Trevirorum.

Claret Hademarus Abbas Cluniacensis, vir sanctitate vitæ, & eruditione celebris, qui tandem lumine oculorum, DEO permittente, orbatus, miræ patientiæ exemplum præbuit, & post mortem innumeris coruscavit miraculis.

Ob Ducis Gisilberti perfidiam invadit cum exercitu Otho Imperator Lotharingiam, eamque igne & ferro devastat, Gisilberto in fugâ salutem quærente; cum exercitus revocatus petit Saxoniam, non pauci Imperii Germanici Romanique Principes, aliique Primates, cum copiis suis, ab Imperatoris castris se separant; milites reliqui hoc videntes, suadent Othoni, ut in Saxoniarum partes se citò reciperet, quibus ille respondit: *Nolite talia loqui, sed mecum viriliter agite; & si venit tempus nostrum, moriamur omnes in virtute, & non inferamus maculam gloriæ nostræ; melius est enim pro verâ justitiâ mortem subire, quàm necessarium fugiendo certamen turpiter vivere;* verbis hisce non solum à fugâ suos revocavit Imperator, sed & ad pugnam laborumque tolerantiam roboravit; dignum porro est posteritatis memoriâ responsum, quod uni suorum belli Ducum, Abbatiam Laurishaimensem suis suorumque usibus petenti dedit.

Obedire, ait, DEO magis oportet quàm hominibus; quis enim sana mentis homo ignorat, te hæc non petitione humilitatis, sed comminationis auctoritate postulasse; scriptum est, nolite sanctum dare canibus; quod etsi spiritualiter sit intelligendum, ego tamèn sanctum dedisse me canibus judico, si monasteriorum prædia, quæ à Religiosis viris DEO militantibus sunt tradita, tulero, & sæculo militantibus tradidero; tibi verò tam procaciter injusta petenti, sub testimonio totius populi, juro & contestor, quod nec hoc, nec aliud unquam à me sis accepturus; si tibi est cordicum cæteris infidelibus avolare, quantò citius, tantò melius, vade quocunquè volueris; ego tui amore male non faciam; digna sanè Cæsare Catholico verba! quorum si sensum & veritatem tot Catholici & Christiani penetrassent Principes, tot Monasteriorum & Ecclesiarum reditus, ad cultus divini, & fundatorum intentionis neglectum, in sæcularium manus & usum non tradidissent.

Non gratis fuit Imperatoris iusta sententia, sed à cælo novâ victoriâ coronata contra Gisilbertum Lotharingæ Ducem, & Eberhardum Comitem Palatinum, uterque enim exercitui Othonis in reditu insidias struens, ausum male lait; congressu militari occisus est Eberhardus; Gisilbertus Dux equum suum concedens, cum alia ex acie fugiendi non offerretur occasio, in Rhenum se dedit præcipitem, & cum armorum pondere gravatus enatare non posset, undis rapacibus fluminis suffocatus interiit; dictorum Principum eorumque confœderatorum milites, qui Rhenum æquum transierant, aut interempti aut capti fuere; hujus victoriæ nuncius cum Imperatori manè juxta consuetudinem suam ad Ecclesiam tendenti occurreret, hic mox ex equo descendens, sese cum lachrymis in orationem dedit, & flexis in terram genibus Omnipotenti DEO humiliter gratias agens, dixit: *Gratias tibi ago, Rex omnium Principum terra & ESU Christe, mundi Salvator, qui me indignum servum tue Majestati devotum, ab inimicis meis eripere dignatus es; sit nomen tuum benedictum in sæcula sæculorum;* oratione completâ surgens à terrâ inceptum ad Ecclesiam iter absolvit.

Hoc anno sol per dies aliquot quasi sanguinem emanans apparuit, mox pestilens lues est subsecuta.

Berengarius junior, Berengarii senioris ex filiâ nepos, timens Hugonem Italiæ novum Regem, ad Hermannum Suevorum Ducem, & per eum ad Othonem Imperatorem asylum quærens confugit.

Annus Christi 941.

Mirè orbem Christianum demeretur S. Odo Abbas Cluniacensis.

Bellum Bohemicum per Duces variâ fortunâ gerit Imperator.

Russorum classis à Constantino Imperatore superatur, ac penitus profligatur.

Anafusus Rex, dum vastat Ecclesiam S. Batherti, & Tinningham vicum igne cremaret, mox DEI judicio correptus vitam miserabiliter terminat; hæc refert Baronius ad annum 951.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Obiit Burchardus Episcopus Herbipolensis, ejus nominis secundus, Abbas quondam Benedictinus Monasterii Hersfeldensis; successit ei in Pontificatu Poppo vir prudentissimus, Ottoni I. & II. Imperatoribus charissimus.

Claruit his temporibus apud Helvetos in Monasterio S. Galli Helericus Monachus, Magister Scholarum; scripsit de Computo Ecclesiastico librum unum; de Incarnatione DEI libros duos; diversorum Carminum libros duos; Sermones & Homilias varias ad Fratres.

Henricus frater Ottonis Imperatoris post necem Gisilberti & Eberhardi conspirationis suæ sociis, metu fratris nullibi tutus, ad Ludovicum Gallorum Regem fugit. Imperator interim Lotharingæ Ottonem filium Richvini ad regendum præficit, & ut nepotem suum Henricum Gisilberti filium bonæ spei puerum enutriet; alter autem Henricus Othonis Imperatoris frater nec in Galliâ inveniens quam sperabat opem, assumptis secum nonnullis Episcopis, quorum juvaretur suffragio, demùm nudis pedibus coram Imperatore die quadam ipso ignorante provolvitur, & commissorum in eum veniam deprecatur, cui Otto ait, *indignum facinus tuum, veniam non mereberis; verum quia te video humiliatum coram me, non inducam super te malum;* sic dimissum ad palatium Caroli in Ingelheim solerti custodia servari jussit; ultimo remissa omni injuriâ gratiæ suæ plenè restituit, & Baviaræ Ducatu (erat enim filix defuncti Arnulphi Ducis maritus) investivit.

Nascitur hoc anno S. Wilhelmus Divionensis.

Annus Christi 942.

Wilhelmus Normanniæ Dux Comes factione Arnulphi Flandri occiditur, succedit in Regione Richardus I. filius adhuc puer.

Francorum Proceribus adversus Ludovicum Regem rebellantibus, Stephanus Papa per Legatos & litteras sub excommunicationis interminatione præcepit, ut eidem Regi suo obediens essent, qui mox Pontificis jussionibus paruerunt.

Albericum Principem & Hugonem Italiæ Regem conciliat S. Odo Abbas Cluniacensis, & paulò post moritur, succedit ei Adamatus.

Eadmundus Rex Merciam invadit, urbes Lindicolniam, Snotinghamam, Stanfordam, Deorbeiam, aliasque occupat, totamque Merciam in suam redigit potestatem.

Moritur S. Geraldus ex Ord. D. Benedicti Episcopus Matisconensis. Item S. Odo Abbas Cluniacensis ejusdem Ordinis, plurimorum Monasteriorum reformator, claruit admirandis, cum in vitâ, tum post mortem miraculis, reliquitque non pauca ingenii præstantissimi monumenta.

Conditur in Hispaniis novum & illustre Deiparæ trophæum, Monasterium S. Mariæ de Cambre.

Annus Christi 943.

Moritur Stephanus IX. Pontifex Maximus natione Germanus.

Succedit Marinus; diem obit Constantinus III. ex Rege Scotiæ Monachus Benedictinus.

Ludovicus Rex Galliarum Normannos rebelles bello domat; arma verò vertens in Ottonem Imperatorem, ab hoc retrocedere cogitur, & pacem petere.

S. Reginaldus vel Reinoldus Comes à Dillingen & Veringen, Baro in Kiburg, Winterthur & Baden, Landgravius Alfatia, Abbas S. Petri, Monachus quondam Hirsaugiensis Ord. D. Benedicti, frater S. Udalrici Episcopi Augustani, Sacræ Paginæ Doctör, operâ Ottonis Magni Imperatoris Nemetum Episcopus ordinatur post mortem Almarici hoc anno defuncti.

Albertus I. Veromanduorum Comes Herberto II. Patri in regimine succedit.

Claret egregiâ vitæ sanctitate in territorio Rhemenfi S. Flotilda Monialis Benedictina Avernacensis cœnobii, miris Deiparæ favoribus cumulata, & Spiritu Prophetiæ donata.

Annus Christi 944.

Mittit rogatus classem Hugoni Regi contra Saracenos Orientis Imperator, cujus filio desponsatur filia Hugonis, qui & Fraxineto ponitur.

Edeffeni gravi ab Imperatore Constantino obsidione pressi, ut solvatur, eidem imaginem Christi ad Abagarum missam tradunt, quæ magnâ pompâ Constantinopolim translata est.

Romanus, ex Collegâ, in quem à Constantino Porphyrogenito assumptus fuerat, jam propè in Dominum mutatus; à Stephano proprio filio, Imperatore ab ipso pariter declarato, captus & attonsus in Monachum, relegatus est in Insulam; sed & post triginta quinque dies, idem Stephanus & Constantinus ipsius frater, inter se mutuo de Imperii primatu certantes, ambo in mensâ tenti, in Insulas deportati sunt, sicque Constantino Seniori soli relictum est Imperium.

Sub hunc annum moritur Chromanus Presbyter & Confessor in Merniâ Scotiæ Provinciâ, doctrinâ & miraculorum famâ celebris, acerrimus Ecclesiasticorum propugnator rituum, & Paschatis catholice celebrandi auctor.

Sol Eclipsin horrendam patitur. Cometa miræ magnitudinis apparet in Italiâ, secutz anno sequenti famis ingentis nunciis.

Eodem die quo solis Eclipsis contigit, factum est prælium cruentissimum in Hispaniâ inter Christianos & Saracenos, in quo Radamis Christianissimus Gallæciæ Rex Abdaram Regem Saracenorum superavit.

In Trans-Rhenanis Germaniæ Regionibus per quosdam pagos ignei globi ferri videbantur in aëre, qui nonnullas illic circumvolantes incenderant domos & villas, à quibusdam verò locis crucibus appositis cum benedictione Episcopali, & aquâ benedictâ repellebantur.

Edmündus Angliæ Rex celeberrimum Glastoniense cœnobium in honorem Deiparæ condidit, in quo tantam Dominam veneratus

postea ipsius filius Edgarus, sceptrum in ejus arâ deposuit, & Regnum quasi suum tantæ Reginz obtulit.

Annus Christi 945.

Hugo Italiæ Rex à suis pellitur, cujus filius Lotharius in Regnum suscipitur; ille verò in Burgundiâ Monasterium perquam magnificentem construens sub titulo S. Petri, ibique omni thesauro suo tradito, Monachus effectus est.

Ludovicus Galliarum Rex, dolo Hugonis Francorum Ducis capitur à Normannis, quos putabat sibi fideles, & per annum integrum detinetur in custodia.

Hugo creatur Episcopus Leodiensis, ex Abbate S. Maximini Ord. D. Bened. assumptus.

Otho Imperator totam Lotharingiam sibi subjicit, solo resistente Adalberone Metensium Antistite, fratre Ducis Friderici, qui tamèn & ipse postea cum omnibus suis Imperatoriam gratiam querere compulsus se vidit.

S. Udalricus Pontificatu Augustano abdicare se conatus, impeditus à Concilio Ingelheimensis Patribus, invitus, retento Pontificatu cucullum induit, & prohiberi non posse ratus, quò minùs in Pontificatu Monachum ageret.

Annus Christi 946.

Decedit Marinus Papa, succeditque ei Agapitus hujus nominis secundus, patriâ Romanus.

Excellit per Ecclesiam nomen S. Dunstani, ex Ordine D. Benedicti, cujus operâ floret Angliâ.

Moritur S. Lucas junior Thaumaturgus Soterii in Graciâ, qui simul prophetiæ dono claruit.

Ad æterna paradisi gaudia evocatur S. Elphegus ex Monacho Benedictino Episcopus Wintoniæ, Spiritu prophetiæ à Numine præditus.

Otho Imperator pro liberatione captivi Ludovici Galliarum Regis legatos mittit ad Hugonem Ducem, mittit & suos eundem in finem Rex Angliæ, & nisi Regem præfatum dimiserit, gravia se in eum facturos è proximo comminantur; quibus minis fractus Hugo, Ludovicum liberati asserit, Lugduno sibi ab eodem concessio, quod tamèn per auxiliares Imperatoris & Conradi Burgundionum Regis copias Hugoni denud is eripit.

Arnoldus Rhemenfis Archi-Episcopus per Hugonem dudum expulsus ad Sedem suam Imperatoris jussu per Fridericum Moguntinum & Rupertum Trevirenses Archi-Episcopos restituitur; recuperato Lugduno, Imperator & Burgundiæ Rex cum exercitibus suis contra Hugonem agentes, omnia quæ illis erant, diripiunt, quo facto uterque viam suam relegit.

Obiit Bertulfus Dux Baviaræ frater Arnulphi, Henrico, ut supra diximus, Imperatoris fratre Baviaræ Ducatu potito.

Otho Magnus Imperator, pro suo in Deiparam affectu, Monasterium ejusdem Einsidlen-
se in suam & Imperii protectionem accipit, qui
idem

idem magnus reverà Imperator, locum adeò singulariter Deiparæ dilectum, & ipse peculiari-
tè diligens, plura deinceps beneficia eidem contulit, & cum Adelheide Augustâ conjuge, ipse ad Cœlitum Imperatricem Servus Imperator peregrinationem instituit.

Annus Christi 947.

Celebratur Synodus Virdunensis & Asturicensis.

Moritur Editha Ottonis Imperatoris conjux sanctitate præclara, in Ecclesiâ Magdeburgensî sepulta, alii priori anno obiisse tradunt.

Acris & nivosa hyems à Novembris initio usque ad æquinoctium vernum in Poloniâ perduravit. Cromer. lib. 3. rer. Polon.

Circâ hunc annum obiit S. Tryphon Patriarcha Constantinopolitanus; item Hugo Episcopus Leodiensis, huic succedit Willerus.

Otho Imperator ab Agapito Pontifice Romano vocatus Italiam ingreditur cum exercitu, & Berengarium juxtâ Ticinum superat, Adelindam Reginam quondam, Hugonis uxorem, de carcere liberat, secum in Germaniam ducit, eamque sibi matrimonio copulat, fuit hæc filia Rudolphi Regis Burgundionum & Berthæ Ducissæ ex Sueviâ. Berengarius post discessum Imperatoris ex Italiâ, consilio Conradi Ducis Lotharingiæ eundem subsequitur in Germaniam, pacem cum eo facturis; qui tamèn eum triduo in hospitio sibi assignato manere jussit, donec se visendum præberet, dicens animum Tyranni patientiâ probandum; elapso triduo Imperator Berengarium alloquitur, qui in gratiam ejus ac Imperatricis susceptus deditiois sponsonem dat, fœderisque diem locumque urbem designat Augustam Vindelicorum; ubi dum Conventus fieret Principum, Berengarius manus filii sui Adelberti manibus suis implicans, coram omni exercitu se cum filio Imperatoris famulatu subjecit, ejusque servitutum Imperio omni tempore promisit. Itâ dimissus cum gratiâ & pace in Italiam remeavit.

Annus Christi 948.

In Galliâ celebratur Synodus ad Castrum Mosomi.

Moritur Waldo Episcopus Curienfis, anno regiminis trigesimo.

Hermannus Dux Suevorum, hærede destitutus mafculo, filium Imperatoris Lutholfum in generum adoptat, traditâ ei in uxorem filiâ unicâ, quo facto in brevi moritur.

Rex Galliarum Ludovicus Musonium obsidione premit, eò quòd Ducis Hugonis nepos jam Archi-Episcopatu Rhemorum privatus ibidem eo tempore moraretur; quod cum ad notitiam Ducis pervenisset, suorum collecto quàm magno potuit exercitu, contra Regem properat, quod is intelligens, obsidione solutâ ad Rhemorum urbem revertitur, quò jussu regio conveniunt omnes ferè Episcopi, Abbates, Comites & Nobiles, illis duntaxat exceptis, qui partes Ducis Hugonis sequebantur; collectio sic ex

maximâ Procerum Galliæ parte Conventu, decretum est, ut ad sedandas plene turbas Othonis Imperatoris expeteretur consilium & auxilium. Legatis utrinque directis Otto indicit Colloquium generale Aquisgrani.

Diem vitæ extremum finit Hugo olim Italiæ Rex, nomen Regis assumit solum Lotharius ejus filius; Berengarius verò summum sibi Regni gubernaculum usurpat.

Hoc anno absoluto DEI parentis Templo & Sacello Einsidlenfi, ipse Salvator visus cœlo descendere, ac illud per semetipsum consecrare. Ita qui ipse coram intuitus est Sanctissimus Constantiensium Episcopus Conradus litteris commendavit his verbis: Descendit, inquit, Dominus de cœlis, casulâ violaceâ antè altare, ad Sacrum Officium celebrandum, cui quatuor Evangelistæ Insulam capiti ejus imponentes, & more consueto deponentes; Angeli aurea thuribula deferebant, alis suis ut ramis arborum stabant, juxtâ Dominum S. Gregorius flabellum in manu tenens, S. Petrus in manu tenens baculum Pastoralem, Sanctus verò Augustinus & Ambrosius stabant antè Dominum. Maria Virgo antè Altare stabat, splendida sicut fulgur. S. Michaël Præcantor erat. S. Stephanus legit Epistolam, S. Laurentius Evangelium. Sanctus, cantabatur sic: Sanctus DEUS, in Aula Virginis miserere nobis. Benedictus Mariae filius in æternum regnaturus, qui venit &c. hætenus Divus Conradus, eo viso extrâ se raptus, quoad meridiem appetente, reliqui urgerent Antistites & Proceres, familiarissimus imprimis ejusdem S. Udalricus Augustanus Episcopus, Consecrationem tandem, propter quam venerat, aggredere, quo, quæ viderat, objiciente, illis quæ viderat in figurâ, ut vocant, gesta interpretantibus, evidens denique dum parat obsequi, audentibus & stupentibus universis, lapsâ de cœlo voce prohibetur: Cessa, cessa Frater Conrade, Divinitus Capella consecrata est. Confirmarunt postea Romani Pontifices, statueruntque, ne deinceps consecrata à Numine à quovis alio consecraretur.

Annus Christi 949.

Agapitus Papa celebrat Synodum Romæ. Otto Imperator debellatis magnâ victoriâ Danis & Slavis, eosdem ad Christianam religionem à quâ desciverant, reducit.

Moritur Ardericus Episcopus Mediolanensis, succedit Aldemannus.

Lutholfus Imperatoris filius post soceri mortem in Ducatu Sueviæ succedit.

Taxis Hunnorum Princeps cum magno exercitu rursus invadit Italiam contra Berengarium, illius imperum cum hic ferre non posset, emere pacem pecuniâ coactus fuit, quâ solutâ Taxis exercitum reduxit.

Otto Imperator & Ludovicus Gallorum Rex juxtâ conditum ad festum Resurrectionis Dominicæ Aquisgrani conveniunt, quò è Germania & Gallia nonnulli quoque Principes Episcopi, Abbates & Comites confluerunt, qui omnes Paschalia Festa cum debita pompa & devotione celebrarunt. Ludovico Rege absente,
Hugo

Hugo interim Dux Rhemensem urbem obsidet, eamque repetitis tentat assultibus; sed frustra-
neis, imò audito Regis adventu, obsessam ur-
bem per discessum suum metu, & labore libe-
ram relinquit; Ludovicus autem Rex cum co-
piis auxiliariis Cæsaris Rhemos sine sanguine
victor ingreditur, quò Primores, qui partes illius
tuebantur convenientes, de Regis Regniq̄e sa-
lute consultant; placuit omnibus, ut legati mit-
terentur ad Imperatorem, quatenus tempus &
locum assignare dignaretur ad commune inter
ipsos colloquium habendum; præfixit locum &
diem Otto, in quo cum convenissent omnes,
armistitium idem ut arbiter indixit Ludovico &
Hugoni, Synodum autem Episcopis, ad causam
Arnoldi Rhemenfis Archi-Episcopi ab Hugone
expulsi decidendam; fuit Synodi subsecutæ sen-
tentia hæc, ut in vafore abjecto, Arnoldus legiti-
mè institutus Archi-Episcopalem Cathedram
teneret.

S. Gregorius Eduardi Angliæ Regis filius,
Ethelstani & Edmundi Regum frater Germanus,
qui ex voto Romam adiens, & ad Cælum ali-
quamdiù montem subsistens, dum Purpuram
cucullo mutare disponit, cœlesti tertium voce
totidem noctibus monitus, in Monasterium B.
Mariæ Virg. Einsidlense concedere iussus est.

Annus Christi 950.

Lothario Italiæ Rege veneno sublato è me-
dio, Berengarius sibi Regnum vendicavit,
Lotharii autem vidua Ottonis Imperatoris opem
implorat.

Moritur Ramirus Rex Legionensis in Hi-
spaniâ, religione & bellicâ fortitudine insignis;
qui morti propinquus, factâ confessione Episco-
pis & Abbatibus, qui secum aderant, devotè susce-
pit Sacramentum Corporis & Sanguinis Christi,
eoque facto se à Regno abdicavit, proclamans
cum lachrymis: *Nudus egressus sum de utero
matris meæ, nudus revertar illuc; Dominus mihi
adjutor, non timebo quid faciat mihi homo; ei
successit Ordonius filius, hujus nominis tertius.*

Floret S. Odo Archi-Episcopus Cantua-
riensis ex Ord. D. Bened. qui in Clero etiam
gliscentem Sacramentorum hæresim, acerrimo
conflictu felicissimè evertit, triumphum S.
Pontificis, insigne & spectatissimum miracu-
lum confirmavit, cum solemnibus festo sacrum fa-
cienti, in præsentia Cleri ac populi universi,
singulari Numinis voluntate, hoc ipsimet con-
tingit, ut dum sacram frangeret hostiam, san-
guinis quam primùm inde guttæ desillarent.
Miraculi novitate perterritis universis atque ac-
clamantibus: *Exora Præsul Sanctissime, ut in
pristinam formam sanguis præsens commutetur,
ne nos propter infidelitatis errorem divina ultio
sequatur;* oravit quamprimùm Odo, & impe-
travit. Carol. Sauffei. lib. 4.

Moritur Ruthardus Episcopus Argentora-
tensis; item Richgabus Episcopus Worma-
tensis.

Claret Sanctitatis fama Drogo Monachus
Floriacensis, Ordinis S. Benedicti, cui vitam
eremiticam agenti in festo ejusdem SSmi. P. N.

Benedicti malus genius proceræ arboris speciem
ementitus sese objecit, quæ vastissimo incen-
dio undequaque exardescens, ad ejus succen-
dendum tugurium accedere videbatur, quod
diabolicum phantasma vir DEI solo crucis signa-
culo dissipavit; visusque statim victori clienti
suo præfatus Sanctissimus Patriarcha immensa
claritatis lumine circumfusus, stolam indutus
candidam, qui ipsum perbenignè consolatus,
& ad perseverantiam exhortatus est. Ex Histor.
Floriac.

Magni & frequentes terræ motus hoc an-
no multa Germaniæ & Galliæ loca concutiunt,
ædificia complura subvertunt, innumerasque ar-
bores radicitus evellunt.

Hugo Dux à Synodo Ingelheimii habitus,
ob turbationem Galliarum regno, ejusdem Re-
gi, & Archi-Episcopali Rhemorum Ecclesiæ
factam, ni ad saniora revertatur consilia, ana-
themati subijcitur.

Arigandus Abbas Monasterii S. Petri in
Galliâ, vir moribus & doctrinâ integer, statum
Monasticum tam in suo cœnobio Senonensi,
quàm in diversis aliis penè collapsum, verbo &
exemplo egregiè reformat.

Moritur Regulinda Alemanniæ Ducissa, in
Monasterio Einsidlenfi sepulta.

Annus Christi 951.

Saraceni meatum Alpium obsidentes, viatorum
Romam peregrinantibus tributum im-
ponunt, ut liberè permitterentur transire.

Amalaphus Tyrannus in Angliâ, mediam
Regni partem possidens, cum aggressus est in-
cendio tradere Ecclesiam S. Balteri, mox Nu-
mine vindice repentinâ morte extinguitur, sic-
que Angliæ Monarchiâ positus est pius Rex
Ealredus.

Moritur Aldemannus Episcopus Mediola-
nensis; vitâ quoque defuncto Wilhelmo Seno-
nensium Archi-Episcopo, Gerlandus Monachus
Benedictinus ex Monasterio S. Germani Altißio-
dorensis in Sede succedit, vir non minùs vitæ
meritò, quàm eruditione illustris.

Papa ipse Hugonem in Galliâ Ducem, sen-
tentia excommunicationis propter obstinatio-
nem stringit; Otto quoque Imperator exerci-
tum contra ipsum mittit. Hugo itaque se vi-
dens ob excommunicationem à suis desertum,
nec valere Imperatori resistere, saniori usus
consilio Ludovici Regis sui gratiam quatit &
invenit, restitutis quæ injustè occupaverat.
Fœdus novum inter Regem & Ducem præ-
fatos, juramentis & cautionibus confirmatum,
ab utraque parte postea ad mortem amborum
inviolabiliter servatum est.

Barrodocum urbs præcipua Ducatus ejus-
dem nominis conditur.

Annus Christi 952.

Floret S. Basilius Junior Anachoreta vitæ
sanctitate, Spiritu prophetiæ & miraculo-
rum dono illustris.

Obiit

Obiit Dietmarus Abbas Hirsaugiensis in
Ducatu Wirtenbergico, insigni vitæ sanctimo-
niâ celebris, anno suscepti regiminis Abbatialis
vigesimo septimo, vir vitæ integerrimæ, regula-
ris disciplinæ observantissimus restaurator, simul
œconomus vigilantissimus; magna sub ejus
regimine Monachorum in asceterio multitudo
extitit, quorum complures vitæ sanctimoniam, &
beneficiis per preces suas aliis præstitis fuere ce-
lebres; plures etiam propter doctrinæ excel-
lentiam fuere in laude; hinc ex diversis cœno-
biis alii mittebantur Hirsaugiam Monachi, alii
ut Sanctis instituerentur moribus, alii verò ut
divinarum humanarumque haurirent ab optimis
Magistris notitiam Scripturarum.

Berengario Tyrannidem in Italiâ exercen-
te & gravitèr premente Romanos, auxilio adest
Imperator Otho, qui periurum & infidelem præ-
lio vincens, à regimine removeret, eum de Italiâ
cum uxore eiecit; alii captivum in Germaniam
ductum, & Bambergæ carceri mancipatum, &
paulò post defunctum asserunt.

Otto Magnus Imperator Aldenburgum in
Holfatiâ Sede Episcopali ornat.

Annus Christi 953.

Exstatiata bellis Gallia quiescit, Rege & Hu-
gone conciliatis; insurgit contra Otho-
hem Imperatorem Luitoldus filius, ope Contra-
di Ducis Lotharingiæ.

Milcolumbus Scotiæ Rex, dum acrius latro-
cinia punit, & luxuriâ diffuentes juniorum mo-
res coercet, noctu à conjuratis est extinctus; fa-
cinoris conscii diligentèr à Proceribus quæsitus
ac deprehensus, vario suppliciorum genere, pro
cujusque operâ in scelere patrando, affecti; post
Milcolumbum regnavit Indulfus.

S. Gerardus Abbas Blandiniensis Ord. D.
Bened. restitutor Monachismi per Flandriam,
vir profundissimæ humilitatis, honorem Abba-
tialem abdicat.

Moritur Wigfridus Archi-Episcopus Co-
loniensis anno Pontificatus sui XIX. vir vitæ &
actione insignis; cui successit Bruno frater Ot-
tonis Imperatoris, de Ecclesiâ non tantum suâ,
sed & universali meritissimus.

Diem quoque supremum obiit Agapitus
Papa hujus nominis secundus, vir constans &
innocentis vitæ; cui in Papatu successit Joa-
nes Tusculus.

Annus Christi 954.

Hungari à Conrado Duce Lotharingiæ evo-
cati, Hasbaniam flammâ & rapinis vastant.

S. Matthæi Apostoli corpus, divinâ revela-
tione reperitur, atque Salernum transfertur.

S. Udalricus Augustanus Episcopus, Otto-
nem Imperatorem, ac filium ejus Luitholphum,
habentes in conspectu adversarios exercitus ad
pugnam utrimque paratos, conciliat.

Vitâ exiit Fridelicus Archi-Episcopus
Moguntinus, in ejus locum eligitur Willelmus
filius Ottonis Imperatoris.

Ratherius vir magni nominis inter Scri-
ptores hujus temporis, ex Monacho Lobienfi
Ord. D. Benedicti, Episcopus Veronensis, sed

ab eâ Ecclesiâ invidorum persecutione pulsus,
Leodiensi præficitur.

Hoc anno cruces in vestibus apparuerunt,
quod signum dignè accipientibus profuit, irri-
dentibus autem obfuit.

Manasses Mediolanensis Episcopus mo-
ritur.

Ludovicus Galliarum Rex volens Rhemos
adire, cum fluvio Axonæ appropinquaret, per
campestria lupum præire conspexit; quem equo
emisso insecutus per devia instantèr exagitabat,
ad omnes verò in medio cursûs lupi inclinatio-
nes equum impatiens obvertebat, nec quiescere
patiebatur, donec illum occidisset; equus ergo
per invia coactus in cespitem offendens prola-
bitur; Rex verò corpore gravitèr attritus casu
à suis exceptus est, & cum multo omnium mœ-
rore Rhemos deportatus; vexabatur itaque
magnis doloribus, donec tandem post diutinam
infirmitatem anno ætatis suæ trigésimo septimo
vitam clauderet; successit in Regno ejus filius
Lotharius.

Beatrix filia Hugonis, & soror Regis Hugo-
nis Capeti, ad secundas nuptias cum Friderico,
primo Superioris Lotharingiæ Duce transit.

Annus Christi 955.

Stargardus Episcopus Eichstadianus, pergens
cum Ottone Imperatore contra infideles
Ungaros, à barbaris capitur, & in aquis sub-
mergitur.

Crucem inter media tela præferente S. Udal-
rico Episcopo Augustano, interneccione eosdem
Ungaros delet Otho I. Imperator.

Ex vivis decedit Eadredus optimus Angliæ
Rex, postquam regnasset annos novem, in quibus
ejus locum subrogatur Edvinus filius Eadmundi
Prædecessoris ipsius Eadredi, homo voluptuo-
sus, sacrarumque legum contemptor; qui S.
Dunstanum Episcopum è Sede suâ Episcopali in
exilium eiecit; à morte item mundo subtrahitur
Ordonius Rex Legionensis, relicto filio Vere-
mundo adhuc impubere; hinc Regni habenas
moderandas suscepit Sancius Crassus ipsius Or-
donii frater.

Vivendi finem facit Dudo Episcopus Pa-
derbornensis.

Thiento Abbas Wesseprunensis Ord. D.
Benedicti, cum sex Monachis in Khreitzberg ab
Hungaris martyrizatur.

Finem vivendi facit Fridericus Archi-Epi-
scopus Moguntinus, cui in Pontificatu succedit
Wilhelmus filius Ottonis Imperatoris; qui cum
esset vir litteratus, scripsit inter cætera ingens
sui monumenta Chronicon temporum.

Floret Adelbertus Monachus, Magister
Scholarum cœnobii S. Mathiæ Treviris, qui ad
gesta Trevirorum addidit sui acta temporis;
scripsit quoque de Monachorum juvenum insti-
tutione ad septem artes liberales nonnulla syn-
themata; claret his quoque temporibus apud
Saxones Witekindus Monachus Corbeiensis,
qui annis plus quàm quadraginta scholæ Mona-
chorum præsidens, inter alia scripsit de Origine
Saxonum libros tres; ad Mathildem filiam Or-
tonis Imperatoris, hujus nominis primi, scripsit
gesta

gesta Henrici primi similiter Imperatoris libro uno; eidem quoque inscripsit vitam & gesta Mathildis Reginae, uxoris ejusdem Henrici; porro edidit vitam & gesta Ottonis primi.

Vitam S. Pauli Eremitae gemino Stylo expressit, illustravitque calamo suo passionem S. Theclae Virginis; fuit praedicta Mathildis Monialis & Abbatissa Benedictina Quedlinburgensis caenobii, quae vitam semper duxit religiosissimam, multasque Christo Virgines devotissimas verbo & exemplo in unum congregavit; digna proinde, cui ut Religiosissimae Sanctae Virginis vita inscriberetur.

Saeculi hujus lucentia duo sidera fuerunt SS. Gregorius & Eberhardus, ex Ordine Benedictino Presbyteri, & Eremitae in Nigra Silva, primas fuit filius Regis Anglorum, alter Decanus antea Ecclesiae Argentinenfis, quorum Sanctitatem DEUS infinitis ferè miraculis manifestavit.

Fulsit doctrinae laude Adelbertus Monachus Metensis in caenobio S. Vincentii, qui inter caetera ingenii sui opuscula scripsit Chronicon, in quo successiones omnium Metensium Episcoporum recensuit.

Annus Christi 956.

Moritur Theophylactus Constantinopolitanus Patriarcha, cum sedisset annis 23. diebus 25. homo ex omni parte turpissimus.

Gravissima pestis vexat Boreales Provincias, prodigiis antea in vestibus crucibus apparentibus; ipse Otho Imperator ope S. Viti mirè curatur.

Heroldus Archi-Episcopus Salisburgensis, eo quod Caesaris inimicis fautor extitisset, excaecatur.

Dietherus ex Abbate Hirsfeldensi Ordinis Divi Benedicti Episcopus Hildesienfis moritur.

Volmarus Episcopus creatur Paderbornensis, cui Otto hujus nominis secundus postea Imperator imaginem Crucifixi auream, pretium 60000. florenorum excedentem, dono dedit.

Moritur Fulbertus Episcopus Cameracensis & Atrebatensis; item Hugo Magnus, Dux Franciae & Burgundiae.

Otto à Romanæ Ecclesiae Cardinalibus & omni populo evocatur in Italiam, ut corruptos Pontificis mores suâ autoritate emendaret; qui Romam profectus magno omnium favore exceptus est; peractis verò, quae cum Pontifice videbantur pro morum emendatione agenda, coronam Imperii de manu illius suscipiens, Romanorum Imperator salutatus est.

Annus Christi 957.

Anglia depressa ob regimen Eduini Regis, eo pulso, & substituto in Regni partem Edgari, respirare coepit; hic statim S. Dunstanum ab exilio revocat.

In Oriente, cum Saraceni in Herculis vicum irrupissent, quidam Presbyter, Themelidus, sacrificium incruentum peragens, ita ut erat indutus, manibus gestans Ecclesiae Myse-

rium, sic eos qui invaserant, propulsavit, ut & multos vulneravit, atque etiam interfecerit, reliquis in fugam versis; quamobrem interdictus ab Episcopo, cum non posset impetrare veniam, ad Saracenos se conferens Christianam fidem abjuravit, multaque postea detrimenta Ecclesiae, Imperioque intulit, ut scribit Cuiusdam.

Luitholdus Imperatoris Othonis filius, in Italiâ de Adelberto triumphans paulò post moritur.

Obiit Hadomarus Abbas Fuldenfis vir prudentiâ & industriâ singularis, cui succedit Hatto fororis suae filius, factus postea Archi-Episcopus Moguntinus.

Eodem anno mortuus est Rupertus Archi-Episcopus Trevirorum, Princeps Regibus familiaris & charissimus, doctus & eloquentissimus, post quem Henricus Archi-Praesul ordinatus, qui claustrum S. Petri renovavit, & in illud Canonicos Regulares induxit.

Bruno Archi-Episcopus Colonienfis, qui se non minus Principem pro Republicâ gessit fortissimum, quam in Ecclesiasticis Officiis Sacerdotem Religiosissimum, plures Normannorum cum Principibus eorum ad Christi fidem converti & baptizari fecit.

Annus Christi 958.

Otho Imperator in Slavos ducens exercitum, eos debellat occiso eorum Regulo.

Obiit S. Odo Archi-Episcopus Cantuariensis, cui in Sede succedit datis muneribus Ealsinus, homo nequissimus.

S. Godefridus Monachus Weissenburgensis Ord. D. Benedicti, vir simul doctissimus, totius Cleri atque populi consensu Nemetum Episcopus eligitur, mortuo S. Reginbaldo.

B. Fridericus I. ex Ord. D. Benedicti ad Archi-Episcopalem Cathedram Salisburgensem sublevarur.

Obiit Willerus Episcopus Leodiensis; nec non B. Eberhardus primus Abbas Einsidlenfis, fuit is illustrissimo ortus genere, filius Conradi Franconiae Ducis, spirituque prophético clarus.

Moritur S. Gerardus Ducum Austrasiorum sanguine prognatus, Monachus Benedictinus, miraculis gloriosus; item S. Helinwardus ejusdem instituti professus, Episcopus Mindedensis.

Hoc anno cruce apparuerunt in lineis vestimentis hominum, in camisis maxime & peplis mulierum; quorundam etiam vestimenta linea sanguinolenta visa sunt, & quasi maculis resperfa leprae subito comparuerunt, quae res multos suâ novitate terruit, & malorum subsequens fuere praesagia.

Willâ quondam uxor Berengarii Regis Italiae, mortuo marito Monasterium ingreditur, & sub Monasticae Religionis habitu totam se DEO consecrat.

Hildesleven Monasterium sub Regulâ S. Benedicti, aliaque plura in Saxoniae partibus fundantur.

Bruno Colonienfis Archi-Episcopus, qui Ducatum Lotharingiae fratris sui nomine regabat, Raginherum Montensem Comitem Provin-

ciam illam inquietantem apud Valencianas cepit, & perpetuo exilio damnavit, filii praefati Ducis Raginherus & Lambertus ad Lotharium Gallorum Regem confugerunt, quo petente postea gratiam meruerunt.

Balduinus III. Arnulphi Flandriae Comitis filius, à Patre ad Regiminis participationem admittitur.

Fridericus Comes, primus Lotharingiae Superioris Dux creatur.

Annus Christi 959.

Moritur Constantinus Porphyrogenitus, Graecorum Imperator die IX. Novembris.

Item Eduinus Angliae Rex, cujus anima, precibus S. Dunstani, quem graviter afflixerat, à damnatione erepta est, ut refert Osbertus; & Surius 19. Maji, succedit in Monarchiam Regni totius Edgarus.

Russi à Monachis Benedictinis ad Christi fidem convertuntur.

Circa hunc annum moritur S. Columbanus Abbas Hibernensis, qui se in caemeterium Gandensis caenobii includens, sanctissimam ibidem vitam duxit.

Anhusanum Ord. S. Benedicti Caenobium à Comite Trudingensi conditur.

Euraclus creatur Episcopus Leodiensis.

Decedit Sifridus Archiepiscopus Moguntinus; item Godefridus Episcopus Spirensis, cui in Pontificatu succedit Otgerus, qui ab Ottone Imperatore privilegium accepit, videlicet praeter solum Episcopum aut ejus Vicarium in civitate Spirensi nemini licere publicum tenere placitum, sive Dux sit, sive Comes, sive alia quaelibet persona saecularis vel spiritualis.

Claret insignibus meritis & miraculis S. Maiolus Abbas Cluniacensis.

Annus Christi 960.

Hermannus Comes Kiburgensis Barbankeium Castrum in Alsatia superiore condit.

S. Dunstanus ex Ord. D. Benedicti Episcopus Wigorniensis ad Cantuariensem totius Angliae Metropolim transfertur.

A proprio filio & successore Romano, Constantinus Orientis Imperator veneno tollitur, qui Romanus hoc eodem anno Basilium filium suum, per Polyeuctum Patriarcham voluit in Imperatorem coronari.

Otgerus Hornbacensis Monachus Benedictinae professionis, vir exquisitae doctrinae & singularis industriz, Nemetum Episcopus creatur.

Otto Imperator Universalem S. R. I. Principum Conventum Herbipolim convocat, habitoque cum eis consilio exercitum mittit in Italiam, filiumque Ottonem Aquisgrani Germaniae Regem coronari facit.

Moritur B. Geraldus Monachus Sangalensis die S. Joanni Evangelistae sacro, in quo caenobium ingressus, Ordinem professus, & R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Presbyter ordinatus est; cum pro concione eadem die populo, mox fratribus, nullo morbi dato prius iudicio, in cinerem se abiciens, valedixisset, salve dicens, quem occurrere viderat, Tutelari suo, *Beneveni, Beneveni Domine*, cum his verbis hilariter extinctus.

Annus Christi 961.

Moritur in Principum Imperii Conventu Ratisbonae habito, Poppo Episcopus Herbipolentis, qui Scholam Sacrarum litterarum Herbipoli instituit; praefuit laudabiliter annis 19. Mensibus 6. cui eodem anno succedit Poppo II. ejus consanguineus, Ottonis Imperatoris nepos.

Otto Imperator corpus S. Mauritii Ducis Thebazarum legionis Magdeburgum transfert.

Creta Insula, postquam annis ferme quadraginta à Saracenis fuisset occupata, à Nicephoro Phoca, ejusque germano Leone armis recuperatur, & à S. Nicone Monacho ad Christi fidem reducitur.

Moritur Balduinus III. Flandriae Comes.

Bruno Archiepiscopus Colonienfis Monasterium S. Pantaleonis Martyris condit, & copiosis redditibus curat, in hujus Monasterii structura, S. Maurini Abbatis & Martyris corpus è terrâ effossum, mox coepit clarere miraculis, ibidemque adhuc asservatur; eodem tempore idem Bruno corpus S. Evergildi Praesulis & Martyris ex Tungrorum urbe in Coloniam translulit, & in caenobio S. Martyris Caeciliae, tunc Benedictinis Monialibus proprio, collocavit; urbemque plurimis aliis SS. reliquiis decoravit; novi S. Pantaleonis asceterii primus Abbas fuit Christianus Monachus Corbeienfis, natione Saxo, vir doctrinâ & pietate illustris, hic scripsit super quatuor Evangelia pulcherrimas homilias in magnis quatuor voluminibus; de Sacramento quoque Altaris; desolationes librorum S. Augustini libris octo, & alia plura.

Adelbertus sive Albertus, Monachus Benedictinus ex Monasterio S. Maximini Treviris, ad convertendos Idololatrias in Russiam mittitur.

Annus Christi 962.

Corpus S. Epiphani Episcopi Hildeshemium transfertur.

Celebratur Synodus Meldensis tredecim Episcoporum.

Claret Flodoardus Monachus Benedictinus.

Ad caelos evocatur S. Guibertus, Monachus Caenobii Gorzienfis sub instituto Benedictino, fuit is è vetustissimis Austrasiz Regibus oriundus, summaque apud Reges Galliz Germanizque auctoritate & gratia viguit, verum contemptu generosissimo amplissimarum fortunarum multò illustrior, relicta etiam, quam secutus aliquamdiu fuerat militiâ,

militiâ, castrò suo Gemmelas in cœnobium converso, liberalissimeque dotato, reliquis in Ecclesiis DEI & pauperes distributis, Monachum in Cœnobio Gorziensi professus est; quo exemplo plures de mundi vanitatibus ad Christi sequelam allicuit; nec sub cucullo abscondi potuit generosus Guiberti animus, quippè vastantibus Germaniam Lotharingiamque Ungaris, solus ipse animo intrepidus efferratissimo exercitui occurrit, idololatriæ gravissimum errorem ac scultitiam, nec non immanem in innocentes crudelitatem exprobravit, multosque eorum Christi ovili adduxit, ac crudelem à patriâ cladem avertit; demortui corpus Numen piissimum plurimis decoravit miraculis. Sigebert. Gemblac.

Annus Christi 963.

Malam rem ausus Otho Imperator; dum quod Adalberto Berengarii filio Papa colluderet, ipsum convocato Concilio deponit.

Romano Imperatore Orientis mortuo, succedunt filii Basilii & Constantinus, contra quos Nicephorus Phocas Imperator salatur.

Manuel Patricius à Nicephoro cum exercitu adversus Saracenos in Siciliam missus, infeliciter pugnat.

Indulphus Scotiæ Rex, in conflictu cum Danis, occiditur; eo defuncto, potitus regno est Duffus Milcolumbi filius.

Obiit in Monasterio Cluniacensi S. Ademar Abbas, illustrissimo ortus genere, Comitum siquidem Engolismensis filius fuit, enituit miro simplicitatis & innocentiz studio; amissionem temporalis luminis & quidquid adversitatis occurrere poterat absque omni murmuratione patientissimè toleravit; ex Bibliothec. Cluniac.

Guilielmus II. Aquitaniz Dux, in Monasterio S. Maxentii Monachus obiit.

Refodiuntur corpora B. Hildegardis Regine & Ludovici pii Imperatoris, ejus filii, ac publicæ venerationi exponuntur.

Adalbero Episcopus Metensis moritur, cui Theodericus consobrinus Imperatoris communibus Cleri populique suffragiis succedit, vir doctus & pius.

Celebratur Concilium Moguntiz, in quo de reformatione Cleri Germanici actum est, duravit hoc Concilium tribus ferè mensibus; cui interfuere Archi-Episcopi quatuor, Episcopi & Abbates complures.

Mortalitatem exiit B. Dietlandus secundus celeberrimi Monasterii Einsidensis Abbas; Burchardi Alemanniæ Ducis frater, vir eximiâ sanctitate & meritis conspicuus; cui succedit B. Gregorius Eduardi Angliæ Regis filius.

Annus Christi 964.

Romanis in Othonem Imperatorem, & in Leonem ab eo jussu creati Pontificem, arma parantibus, idem Otho ingentem de illis stragem edit; cumque post hæc Spoletum petisset adversus Adalbertum, iidem Romani Leonem expellentes, Joannem Papam in urbem revocarunt, à quo malè habitus quidam Episcopi &

Cardinales, ad Othonem refugerunt, qui reperto exercitu, Romam redire disposuit.

Mortuo Joanni Papæ Romani Benedictum subrogant, quem verò captâ urbe in exilium agit Imperator; sed recedentis exercitum dilues invadit, quâ innumera multitudo tam Nobilium; quàm gregariorum militum, itemque Antistitum, ac denique omnis generis hominum extincta est.

Luitprandus suæ finem imponit historiæ. Nicephorus Imperator è manibus Saracenum vendicat Insulam Cyprum; aliæque alibi plurima loca.

Moritur Arnulphus Flandriæ Comes, annos natus 92. item Adalbero Episcopus Metensis; nec non S. Stephanus ex Monacho Benedicti Episcopus Calatinus, præfuit Ecclesiæ suæ annis 44.

Otto Imperator Pentecosten Aquisgrani celebrat, concurrentibus ad eum ex Gallia totoribus suis, Girbergâ scilicet Regina, Lotharii Regis matre, & Hatvide uxore Hugonis Parisiorum Comitum, aderant & alii Imperii Principes plures ad festum diem ab Imperatore convocati.

Bruno Dux & Archi-Episcopus Colonien-sis Synodum Coloniz Provinciale convocat omnibus Episcopis & Abbatibus totius Archi-Episcopatus sui, celebrat.

Annus Christi 965.

Mieslaus, primus in Polonia Princeps Christianus, idola per universam ditionem suam confringit, & è templis ejicit.

Moritur Hamburgi exul, Benedictus Papa, & mox Leo intrusus, subrogato Joanne XIII. Othonis Imperatoris jussu, sed cum ille statim malè tractare cœpisset quosdam Romanorum Proceres à Rotfredo Urbis Præfeto expulsus est, & in Campaniam amandatus.

Obit Bruno Archi-Episcopus Colonien-sis, Germanus Othonis Imperatoris, cui succedit Geron; Trithemius ejus obitum ad annum sequentem refert, & pro successore adstruit Volmarum.

Adalbertus Berengarii filius Italiam invadit. Vitam mortalem deponit Utho Episcopus Argenteratensis, vir doctus.

Decedit S. Aymardus Abbas Cluniacensis, patientiâ & miraculis clarus; item Meginhardus Monachus & Magister Scholarum cœnobii Hirsaugiensis, vir æquè doctissimus & devotissimus; scripsit de Computo Ecclesiastico libellum brevem; de novis adinventis veterum librum unum; librum Commentariorum in Psalmos; epistolæ plures & alia plura.

Egyvardus Monachus Cœnobii Hirsaugiensis jubente Ottone Imperatore fit Episcopus Slesvicensis, qui precibus suis submersum in mari hominem ad vitam coram hominum multitudine revocavit; unde in stuporem conversi Slesvicenses illum vocarunt Gottmannum reverentiæ & honoris causa, utpotè quem tanto miraculo DEI amicum cognovissent.

Moritur Orgerus Episcopus Spirensis, cui in Pontificatu succedit Baldericus, qui bona insignia ab Ottone II. Imperatore Ecclesiæ suæ acquisivit.

Moritur

Moritur Arnulphus, dictus Magnus Flandriæ Comes, annorum 92. Senecio, Balduinum III. Comitatus Rectorem relinquit.

S. Wolfgangus Achalmensis & Pfulingius Comes, fit Monachus in Cœnobio Einsidensis.

Annus Christi 966.

Nimirum excandescens Joannis Papæ capti à Romanis sorte, Otho Imperator Romam advolans, Consules ex Italiâ pellit, Tribunos necat suspendio; Præfetus Urbis, qui successerat Rotfredo Joannis expulsi, nudatus & alino impositus, ad ludibrium circumductus, Virgis cæditur; cadaver autem Rotfredi è sepulchro extractum, in diversa loca dissipatur.

Haraldus vi Rex Danorum cum uxore & Suenone filio baptizatur, conspicatus Poponem adhuc Clericum per miraculum ferum ponderosissimum candens, in fidei Christianæ probationem manibus citrà noxam gestantem. Kranz. lib. 3. c. 24.

Isaurus, seu ut alii vocant Anfurius, ex Monacho Benedictino Auciensis Episcopus, dum insigni suo ac subditorum fructu, vitam Monachicam ita Pontificiæ Majestati junxisset, ut simul sese ad minimos quoque demulcendos & fovendos dmitteret, omnibus omnia factus, ut omnes Christo lucrificeret, plenus meritum ex hac vitâ migrat. Ambros. Morales.

Floret in Ramesiensi Angliæ Cœnobio S. Meruvina Abbatisa Ordinis D. Benedicti.

Moritur Adaldagus Archi-Episcopus Hamburgensis, olim Ottonis I. Imperatoris Cancellarius, conditor trium Episcopatum Slesvicensis, Ripensis & Arhusiani.

Nicephorus Phocas Saracenis Antiochiam Syriæ eripit.

Annus Christi 967.

Ravennæ Concilium celebratur.

Moritur Sancius cognomento Crassus Rex Legionensis; cui successit Ramirus III. ejus filius, quinque annorum puer sub tutelâ matris Teresiz.

Alranus Carretanus Montisferati Principatu ab Ottone Imperatore donatur.

Floret circa hæc tempora S. Eadburga Eduardi primi Anglorum Regis filia, Monialis Ordinis D. Benedicti, miraculorum splendore nobilitata.

Otto Imperator cum exercitu redit in Italiam, uti consuetudinem habebat singulis ferè annis visitare Romam, tum propter devotionem, quàm fovebat ergà Sanctos Apostolos, tum ad coercendam levitatem Romanorum, quò etiâ hoc anno per litteras evocavit filium suum Ottonem, qui à Joanne Papâ in die Natalis Domini magnâ cum pompâ à Joanne Papâ in Imperatorem unctus est.

Wilhelmus Archi-Episcopus Moguntinus moritur, in cujus locum Hatto ejus nominis secundus Abbas Fuldensis consecratur, vir singulari prudentiâ & industriâ præditus, Abbatiz econ-

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

trâ Fuldensi proficitur Wernherus Monachus vitâ & eruditione præclarus.

Floret Hedericus Monachus & Scholasticus Benedictini Monasterii Weissenburgensis, scripsit in Cantica Canticorum Commentarios, in quatuor Evangelia libros totidem. Homiliæ plures.

Die 14. Martii ad cælestis vitæ præmia capienda ex hoc mundo decedit Mathildis Regina Henrici primi Imperatoris conjux, anno viduitatis suæ trigesimo primo, in Quedlinburgensi cœnobio juxta corpus mariti sui sepulta.

Albertus sive Adelbertus Monachus Benedictinus, primus Archi-Episcopus Magdeburgi creatur.

Condit Dei Parenti Basilicam illustrem S. Ethelvaldus cum Monasterio propè Wintoniam, ab illâ vicissim honorandus, cum Ecclesiæ illius curam & Patrocinium ipsa susceperet, quin & à morte clientis sui singulari curâ protegeret, & sacrilegos averteret ac deterreret.

Annus Christi 968.

Moritur Archembaldu Episcopus Senonensis.

Adalbero filius Godefridi Comitum Ardenensis, creatur Archi-Episcopus Rhemen-sis; & Joannes Pandolphi Capuani Principis frater, primus Archi-Episcopus Capuanus.

Ottonis Imperatoris Romanorum, ac Papæ Legati, à Nicephoro Imperatore Græcorum vilitè excipiuntur, eò quod dictus Otto Principes Beneventanum & Capuanum ab ipso deficientes in tutelam recepisset; Papa autem Joannes in suis litteris Ottonem Imperatorem Romanorum, Nicephorum Græcorum Imperatorem nominasset.

Northmanni sub Gunderedo Duce classe centum navium comparatâ, invadunt Gallaciam, cunctaque ferro & igne miscent; qui tandem post annos aliquot per vicinorum populorum armatam manum sub Duce Gundisalvo Sanctio Castellæ Comite, prævio S. Jacobo Apostolo, omnes cum suo Duce vel interempti sunt vel captivi ducti.

Duffus Scotiæ Rex in juventutis flore, noctu dormiens, Donaldi fraude occiditur; in ejus locum subrogatur Culenus Indulphi filius. Donaldus paulò post parricidii convictus, cum uxore & liberis justas pœnas solvit.

Moritur Erckenbaldu Episcopus Argenteratensis vir doctus. Theologus & Poëta insignis.

Adelbertus Italia Rex ab Ottonis Imperatoris exercitu casus, ex mœnore confectus moritur.

Ottone Imperatore cum filio adhuc Romæ existente, Comes quidam familiaris ejus, antè oculos omnium à diabolo correptus, ita ut se ipsum dentibus discerperet, jussu ejusdem Imperatoris ad Joannem Papam deducitur, ut catena S. Petri collo ejus circumligaretur, quo facto, diabolus rugiens & multum spumans discessit. Otto postea rediens in Germaniam propè Goslariam auri & argenti fodinas aperuit,

Ff 2

Ecclesiæ

Ecclesiæ Milverburgenſi ſeu Citizenſi in Miſniâ primus Episcopus datur S. Hugo egregiâ ſanctitate Monachus Benedictinus, qui Sedem illam insignibus meritis demeretur.

Annus Christi 969.

Nicephorus Imperator legationem ad Ottonem Augustum Græcâ fraude miſit, sub falso prætextu nuptiarum, reverâ tamen, ut eum nuptiis occupatum bello appeteret, imparatumque superaret; quod & accidit, neci traditâ exercitûs parte, quam Otto tanquàm ad excipiendam nurum ad conditum locum miſiſſet; sed non diù vindicta dilata; iidem fœdifragi Græci paulò poſt ab aliis Ottonis Ducibus ad internecionem caſi ſunt, & Calabria atque Apulia eis ſublata; qui verò capti fuere, obtruncatis naribus Conſtantinopolim remiſſi ſunt; itaque Conſtantinopolitani à ſuis audientes malè pugnatum, adverſus Nicephorum inſurgentes, eundem adjuvante ipſius conjuge, ac miniſterio Joannis Zemifcis occiderunt; moxque in ejus locum, ipſum ejus interfectorem Joannem ſubrogarunt; qui continuò Theophaniam puellam regiam ad Ottonem miſit, cum ejusdem filio Ottone juniore matrimonio copulandam.

Saraceni poſt expugnatas in Syriâ & Ciliciâ urbes, Joannem Patriarcham Hieroſolymitanum vivum comburunt.

Antiochenſes interficiunt Patriarcham ſuum Chriſtophorum.

Moritur Hartprechtus Episcopus Curienſis; ſuccedit Hildeboldus; decedit Walpertus Antieſ Eccleſiæ Mediolanenſis; ejus loco eligitur Arnulphus.

Claret in Hiſpania Gutterius Oſorius ex nobiliſſimo Comite Monachus Benedictinus, conditor præſtantiſſimi Monasterii S. Salvatoris de Lorencanâ, vir humillimus, poſt mortem inſigni miraculorum gloriâ à DEO illuſtratus.

Theodericus Metenſis Episcopus Monasterium Ordinis Benedictini, in Inſulâ juxtâ civitatem Metenſem de bonis ſuis fundavit, quod in honorem S. Martyris Vincentii conſecrans, in eo multas SS. Reliquias reſpoſuit.

Annus Christi 970.

Moritur S. Polyuctus Conſtantinopolitanus Episcopus, cum ſediſſet annos quatuordecim, in cujus locum Baſilius Monachus Scamandrenus, vir boni nominis ſubrogatus eſt.

In locum occiſi Patriarchæ Antiocheni Joannes Zemifces Imperator præficiendum curat Theodorum quendam Monachum, virum inſignem, qui ei prædixit Imperium.

Saraceni ſuis omnibus undique comparatis viribus obſidentes Antiochiam, ab eodem Imperatore proſtigantur.

Idem Roxolanorum exercitum 308000. militibus conſtantem vincit.

Celebratur à S. Dunſtano Cantuarienſi Archiepiſcopo, auctoritate Joannis Romani Pontificis generale Concilium omnium Angliæ

Episcoporum adverſus incontinentiam Clericorum; quo ſtatutum eſt, ut aut vitam nautantes caſte viverent, aut ab Eccleſiâ pellerentur, ſubſtitutis in eorum locum Monachis.

Citizenſis & Merſeburgenſis Episcopatum initia celebrantur.

Obiit B. Fingenus Abbas Ord. S. Benedicti Apoſtolico fidei propagandæ zelo inſignis; item Eurachus Episcopus Leodiſenſis.

S. Bruno Monachus Benedictinus, natione Saxo, ex illuſtri Baronum de Querfurt proſapia genitus, Archi-Episcopus Magdeburgenſis conſtituitur.

Floret S. Sanderadus Abbas poſtea Gladbacenſis, ſummæ patientiæ vir, qui vivus & mortuus miraculis Benedictinum Ordinem illuſtravit.

Aimoinus in Abbatia Floriacenſi Monachum proſicitur; fuit historicus inſignis, inter alios libros hiftoriam Francorum libris quatuor congeſſit.

His temporibus Bajanus Bulgariz Princeps, magus ſamofus, præſtigiis ſuis plures mortaliuſ ludit.

Floret in Gallia S. Abbo ſive Ebbo Monasterii Floriacenſis Abbas, ſcripſit inter cætera ingenii ſui monumenta ſuper calculo Victorii librum unum; hic divino poſtea ſuccenſus amore in Vaſconia prædicans, Martyrii coronam conſecutus eſt.

Aimonius ejusdem cœnobii Monachus, juffu Abbonis ſcripſit de Miraculis S. P. Benedicti; item Chronicon Floriacenſe.

Poppo Magiſter Scholarum Fuldæ, primus libros Boëtii de conſolatione commentariis illuſtravit.

Claret Richardus ex Monacho Benedictino S. Germani, Episcopus Antiſiodorenſis, vit magnæ ſimplicitatis, vitæ tamen merito & zelo Sacræ Religionis multum Venerabilis.

Magnus à Regina Apoſtolorum Apoſtolus Cœnobio Einſidenſi cœleſti monito, ad meſſem agri Dominici digreditur S. Wolfgangus, & in Ungariam ſe conferens, quàm plurimos DEO & ejus Eccleſiæ lucratur.

Annus Christi 971.

B. Milada ſeu Mlada, Boleslai Szvi Bohemiz Ducis filia ab ipſo Pontifice Joanne XIII. velo injecto, inter Sancti Benedicti Veſtales, novo Mariæ nomine impoſito, Romæ conſecratur.

Otto Imperator fœdus firmat cum Joanne Græcorum Imperatore, & Pandulphum Beneventanum Principem reſtituit, qui captivus à Nicephoro detinebatur.

Idem Magdeburgum condit, ac eidem præficiendum curat primum Archiepiſcopum Adelbertum ſummæ Sanctitatis virum.

Joannes Zemifces Imperator SS. Martyrum Georgii & Theodori ope, ingenti gloria Ruſſos & Bulgaros, Turcas & Scythas, aliosque barbaros adverſus Romanos ſimul fœdere junctos, numero trecentorum triginta millium militum, iteratis ſummo labore atque periculo

riculo sæpè præliis ſuperat; cum & capto Rege Bulgarorum Borife unâ cum uxore & liberis, Bulgarorum Regnum extinctum eſt, ejusque provinciæ primaria civitas, Parasthlaba dicta, mutato nomine ab Imperatore Joannopolis nuncupata; rediens verò Conſtantinopolim eadem, quâ vicerat, religione triumphavit; dùm ipſe albo equo veſtus, venerandam Deiparæ imaginem, ut civitatis Patronæ, in curtu triumphali ſuper Bulgarorum veſtibus impoſitam deferri juſſit; nova inſuper templa conſtruxit, donisque ditavit, ac partem tributorum populo remiſit; primusque omnium Imperatorum ſolidos aureos, obolosque, Salvatoris imagine ſignati voluit, & in eorum alterâ parte hæc verba inſcribi: *Christus Rex Regum.*

Joannes Papa Romæ Generalem Synodum celebrat.

S. Osvaldus ad regimen Eccleſiæ Eboracenſis aſſumitur.

Notkerus creatur Episcopus Leodiſenſis. Præſtat Joannes Papa Theophaniam Imperatoris Conſtantinopolitani Joannis neptem, Ottoni Ottonis Magni filio deſponſatam Romæ in Reginam coronat.

Floret S. Wolfgangus ex Monacho Benedictino Episcopus Ratiſponenſis, vir ſimul doctrinâ pollens.

Rofaitha Monasterii Gundersheimenſis Monialis, virgo nobilis, divinis ſcripturis & ſæcularibus litteris optimè inſtructa, metrò ſcribit & proſâ; ad Girbergam Abbatiffam heroico carmine edidit de vitâ & integritate Beatæ Mariæ Virginis librum unum; de Aſcenſione Domini eodem carmine librum unum; de S. Gingolfo Martyre librum unum; de Martyrio S. Pelagii lib. I. de lapſu & pœnitentiâ S. Theophili lib. I. de lapſu illius juvenis, qui meritis S. Baſilii pœnituit lib. I. de paſſione S. Dionyſii Areopagitæ librum unum; de paſſione S. Agnetis Martyris lib. I. ſcripſit præterea Comœdias ſex, ſtylo imitata Terentium; porro geſta Ottonis Magni Imperatoris libro uno metricè congeſſit; diverſorum quoque carminum & Epigrammatum librum unum; nec non Epiftolas quasdam non inelegantes.

Annus Christi 972.

Joannes Papa diem obit, ſepultusque eſt in Eccleſiâ S. Pauli; in ejus locum ſufficitur Donus ſive Donanus patriâ Romanus, qui ſedit tantum meſes tres, obiitque decimo quarto Calendas Januarii; ſequenti autem die in locum ejus ſubrogatus eſt Benedictus hujus nominis ſextus, patriâ Romanus.

Otho Imperator ad componendas res Eccleſiarum, Synodum per Episcopos congregat Ingelheimii.

Volmarus Archi-Episcopus Coloniſenſis obiit, cui filius Chriſtiani Comitum, & Wiburgis Comitiffæ, ſororis Comitum Magdeburgenſis Gero nomine ſucceſſit, vir cultûs divini ſtudioſiſſimus, qui Neoburgenſe in Saxoniâ cœnobium ſub Regulâ S. Benedicti condit; Comes alius Monasterium S. Michaëlis Archangeli ſub eodem inſtituto, in urbe Lüneburgo exſtruit.

S. Wolfgangus auctoritate Caſaris & magnâ gratulatione Ratiſponenſium ſalutatus Episcopus, tantisper contra omnium vota & deſideria obnititur, donec Gregorius Einſidenſis Abbas ſuſcipiendæ ipſi dignitatis ſuaſor & auctor fieret.

Moritur inſignis ille Deiparæ pugil & hæreſum triumphator, S. Ratherius Episcopus; conditus in Eccleſiâ Laubiſenſi, cum hoc, quod ſibi ipſe dictaverat, Epitaphio:

Conculcate pedes hominum ſal inſaruarum.

Annus Christi 973.

Boleslaus II. cognomento pius, Bohemiz Dux, urbem Novoboſleſlaviam in colle Hrobka ædificat.

Otho Magnus Imperator ſubitaneo morbo interceptus, poſt ſumptam ſanctiſſimam Euchariftiam feliciter ad DEUM migrat; cum paulò antè diem obiſſet Wilhelmus Archi-Episcopus Moguntinus ipſius filius; patre mortuo Imperiū habenas regendas ſuſcipit Otto ſecundus.

Hoc item anno S. Udalricus Episcopus Auguſtanus mortuus eſt; profeſſus Ordinis S. Benedicti.

Culenus ſeu Culepus, Scotiz Rex, à Thano, ob ſtuprum per vim filiz illatum occiditur; ei ſufficitur Kennethus III. Duſſi frater.

Vitam mortalem cum immortalis commutat B. Joannes Abbas Gorziz Ord. D. Benedicti, qui corpusculum ſuum duriter admodum habuit, & ſingulariter abſtinentiæ ſtudit, adeo ut ſæpius biduum ſine ullo cibo ac potu tranſegerit. Hugo Menard. Mabillon. in Annal.

Moritur Alaricus ſive Adalricus, filius Bugchardi Ducis Suevorum, Monachus Einſidenſis.

Sub hunc quoque annum ad ſuperos abiit Clodolphus Episcopus Metenſis, ex Ord. D. Benedicti; fuit is S. Arnulphi Auſtraſiæ Ducis & B. Dodæ filius; mortuus eſt, cum centeſimum vitæ annum attigiſſet.

Adelmannus Monachus Cœnobii Stabulſenſis, tum eruditione, tum vitæ ſanctitate, hæc ſæcula reddit clariora.

Henrico Treviſorum Archi-Episcopo mortuo, ſuccedit Theodoricus de Moguntia, ſub quo Canonici Majoris Eccleſiæ S. Petri, qui à primo foundationis tempore ſub certâ regulâ in comuni hucusque vixerant, abjectâ primæ conſervationis normâ deſierunt eſſe Regulares, diſtributionibus inter ſe factis præbendarum, quos plures deinde in aliis Eccleſiis ſunt ſecuti.

Deſuncto Hattoni Archi-Episcopo Moguntino ſubſtituitur Rupertus, vir manſuetiſſimi ingenii, cujus tamen regimen valde breve extitit; an Hattonem præfactum mures vivum devorâſſet Trithemius in Chronico Hirſaugienſi nec affirmare nec negare videtur.

Annus Christi 974.

Bonifacius hujus nominis VII. à quibusdam illegitimè eligitur, ſed retinendæ dignitati Papali impar, fugam capere cogitur.

S. Romualdus nuncium remittit sæculo, factus Monachus in cœnobio Claffenli.

Moriuntur Gebhardus III. Comes Hennebergicus; Anno ex Monacho S. Maximini Treviris Ord. S. Benedicti, Episcopus Wormatiensis, vir vitæ integerrimæ; hos pari mortis fato sequitur Bernardus Burggravius Magdeburgensis, Episcopus Halberstadiensis, præfuit cum laude annis quadraginta octo.

Item S. Ratherius ex Monacho Benedictino Episcopus Veronenfis in Italiâ, insignis hæresum oppugnator & triumphator; translatus derelictâ Sede primâ ad Leodiensem, ex hac quoque per Regenherum Montensem pulsus Comitum ad Monasterium suum Lobienfem reversus est, ubi vitæ periodum in Sanctâ conversatione finivit. Scripsit, ut vir erat doctrinâ insignis, inter cætera librum unum, cum esset Papiæ relegatus, ærumnas & calamitates suas continentem, alium quoque de secundâ expulsiōne suâ edidit, quem Phrenesim prænotavit, tertius ab eo nominatur Inefficax, quem composuit de suis ærumnis atque miseriis, ultimò de Pontificatu Leodiensi expulsus, opus etiam scripsit in libris sex, quod Agnosticon nominavit; de Corpore & Sanguine Domini librum unum: Confessionum suarum librum unum; contra Anthropomorphitas hæreticos librum unum; vitam S. Ursuarii &c. moriturus tandem, hoc suo insculpi fecit sepulchro MonoRichon:

Ratherius Præsul, sed ter exul.

Ad cœlos è terris abijt S. Udalricus Episcopus Augustanus, & in Ecclesiâ S. Afræ per S. Wolfgangum Episcopum Ratisponensem sepelitur. Successorem in Pontificatu habuit Henricum, qui postea Othonis secundi Imperatoris exercitum secutus, in Calabriâ à Græcis fuit occisus.

Benedictus Papa hujus nominis sextus, machinatione Romanorum incarceratus, tandem in Adriani mole strangulatur, cui succedit Donus.

Reginherus junior filius Reginheri Comitum Montensis, à Brunone Archiepiscopo Coloniensi cum filiis quondam in exilium pulsus resumptis viribus ex Galliâ redit, & cum Wernero Comite, qui prius suum Comitatum ab Ottone Magno Imperatore acceperat, bello configit, eoque cum multis aliis interfecto Comitatum suum recuperat.

Annus Christi 975.

Benedictus VII. ejecto Bonifacius creatur Pontifex summus.

Christiani, qui captâ & dirutâ à Saracenis Hispaniam occupantibus civitate Septimacensi, immani civium cædi superfuere, ducti captivi Cordubam, post biennalem carcerem, cum non adduci potuissent fidem abnegare, gladiò necati, Martyrium consecuti sunt.

Triumphatis Saracenis, Zimisca Imperator Damascum veniens veneno tollitur; succedit Basilus & Constantinus Romani filii; revocatâ pariter eorum matre Theophane in solium, è quo fuerat exturbata, & in exilium relegata.

Constantinopoli Synodus celebratur, in quâ Basilus Patriarcha criminis accusatus est, & in locum ejus substitutus Antonius Studites.

Defuncto hoc anno Angliæ Rege Edgato, eligitur tandem post magnam Principum dissensionem Eduardus ejus primogenitus.

Otto II. Imperator Wismariam Comitum Principum indicit.

Obijt non sine opinione Sanctitatis Werenbaldus, vir simul doctissimus, Monachus Monasterii Hirsaugiensis; inter alia scripsit librum de laude SS. Martyrum; item alium de malis suorum temporum, quem lamentationem Werenbaldi prænotavit, tantæ fuit apud suos opinionis ut defuncto Otgero Spirensium Episcopo in ejus locum à Canonicis fuerat electus, sed vir humillimus dignitatem oblatam omnimodis recusavit.

Naturæ debitum solvit Theodericus Archiepiscopus Trevirensis; eodem anno vitâ excedit Rupertus Archiepiscopus Moguntinus, cui Willegifus vir optimus successit, humili parentelâ fuit progenitus, patrem habuit fabrum lignarium, qui currus conficiebat; ad sedem sublimatus Archiepiscopalem, ut pristinæ humilitatis memoriam retineret, rotam carri in superiori cubiculi parte sibi pingi iussit, appositis hisce verbis: Willegife memento quid modò sis? quid antea fueris? & quid in brevi necessario futurus sis? hujus occasione facti S. Henricus Imperator, ut ferunt, rotam Archiepiscopis Moguntinensibus pro insigni dedit, quo hodie dum utuntur.

Annus Christi 976.

Bardas Dux Orientis, Græcum invadit Imperium.

Antonius Studites Patriarcha Constantinopolitanus spontè se abdicat.

Engelmundus Abbas Kenemarios, S. Adalbertus Monachus Wandalos convertit.

Veremundus Legionensis Rex Saracenos vincit.

Moritur S. Conradus Episcopus Constantiensis. Professus Ord. S. Benedicti.

Petrus Urseolus creatur Dux Venetorum.

Otto Imperator Conventum Principum Generalem celebrat Moguntia, ubi inter cætera cunctis per totum Imperium sub pœnâ capitis & amissione omnium bonorum interdictum fuit rapinas exercere. quod plures deinde Comites transgressi & Nobiles, sine misericordiâ abscissione capitis inobedientiam luerunt.

Claruit his temporibus in Angliâ Dunstanus Abbas Benedictinus Monasterii Glasconiensis, Episcopus primo Wintoniensis, ac deinde Cantuariensis Archiepiscopus, vir magnæ doctrinæ & sanctitatis. Celebris fuit in eodem Asceterio Adelboldus Monachus doctus Dunstani discipulus, ejusdemque in Sede Wintoniensis Successor.

Almanfor Rex Cordubæ, post mortem Alhacæ, cujus prolium tutor constitutus fuerat, Regnum sibi ipsi vi vendicat.

Carcere

Carcere corporis solvitur S. Joannes Abbas Monasterii S. Joannis Evangelistæ Parmæ, qui à Deiparâ immensum inter splendorem visitari, & cum in extremis decumberet, ejusdem alloquio perfrui dignus fuit.

Annus Christi 977.

Moritur Dambrovka Boleslai Pii Bohemiæ Ducis soror, quæ Poloniam conjugio suo felicissimo ad Christum adduxit.

Item Hadulphus Episcopus Noviomensis, cui succedit Lindulphus.

Iterùm Hispani Saracenos fundunt; Bardas ad hos fugiens in vincula conjicitur.

Obijt S. Rudesindus ex Ord. D. Benedicti, Episcopus Dumienfis, in Gallaciâ, fuit is illustri Regum Overensium familiâ ortus, in vitâ & post mortem miraculis gloriosus.

Vivere desinit Venerabilis Baldericus Clivius Episcopus Ultrajectinus, vir de Ecclesiâ in temporalibus ac spiritualibus optimè meritus per annos 60, quibus eam sedem tenuit; nam urbem à Danis sædè deformatam inveniens, ponte, portis, propugnaculis instruxit, Ecclesias exultas dirutasque restauravit; terras, prædia, decimas de manibus inimicorum eruit; monetæ eundem facultatem aliâque Dominicalia ab Imperatore accepit.

Lotharius Gallorum Rex cupiens Lotharingiam suo acquirere Regno, magno cum exercitu usque ad Aquisgranum pervenit, quod audiens Imperator mox copiis summâ celeritate congregatis easdem contra Regem ducit, ille fugiens Galliam repetit; Otto verò cum exercitu agros usque Parisios devastat; verum quia milites ejus Ecclesias spoliarunt, quidam eremita spiritu prophetico prædixit, fore, ut nullus ex hujusmodi raptoribus septennium superviveret, quod & factum est.

Celebratur in Angliâ Synodus Ambrosii-Vicensis.

B. Geroldus Saxonum Dux, in Monasterio Einsidlenfensi sese cum filiis Principibus Udalrico & Cunone Deiparæ suppliciter offert proprios, cespitem terræ, possessionis traditæ insigni, in altari deposito.

Annus Christi 978.

Eduardus Angliæ Rex, cum in Venatione siti afficeretur, solus divertens ad Novercam suam, ejusdem insidiis, dum ab eâ potum accipiebat, sicâ confossus interiit; id agente sceleratâ fœminâ, ut ejus filius Ethelredus puer decem annorum Regnum consequi posset.

Ex improvise penè oppressus Otho II. Imperator à Lothario Francorum Rege; hunc in Galliam persequitur; in reditu mirè cum exercitu à S. Wolfgango per flumen traducitur, frustra tentante id ipsum hoste.

Carolus Dux Lotharingiæ frater Lotharii Francorum Regis, pugnans adversus Hermanfredum, occupatorem rerum Ecclesiasticarum, accepit ab eo corpus S. Gudilæ Virginis, quod Bruxellas transtulit.

B. Petrus Urseolus Dux Venetorum clam fugiens, & repudians dignitatem Ducalem, Monachus fit Benedictinus.

Moritur S. Macallinus Abbas; item Godofredus Episcopus Mediolanensis succedit in Episcopatu Landulphus.

Die 18. Mensis Octobris per totam noctem acies igneæ in cœlo apparuerunt.

Willegifus Archi-Episcopus, Moguntia Ecclesiâ S. Martini à fundamentis extruere cepit; item in monte propè eandem urbem Ecclesiâ in honorem S. Proto-Martyris Stephani pro Canonicis fundat, quam prædiis & possessionibus multis ditat; Monasterium quoque S. Victoris extrâ præfatam urbem pro Canonicis Regularibus suis impensis ampliât.

Obijt B. Geroldus Saxoniz Dux, in suo Friesâ condito cœnobio sepultus.

Annus Christi 979.

Circa hunc annum obijt Ditmarus primus Pragensis Episcopus in Bohemiâ, ex Ordine D. Benedicti Monachus.

Ethelredus puer decennis Rex Angliæ coronatur; in quâ coronatione S. Dunstanus Episcopus prophetiæ afflatus spiritu eidem Regi prædixit, ob injustam necem S. Eduardi ab ipsius Ethelredi matre procuratam non defecturum gladium de domo ejus, quousque Regnum transferretur in Regem alienum, cujus ritum & linguam gens Anglorum non nosceret; postquam prophetiam nubes per totam Angliam, nunc sanguinea, nunc ignea visa est.

Floret Rhegino Abbas Prumiensis Ord. D. Benedicti scripsit Chronologiam à nato Christo usque ad Ottonem I.

Wittikindus Cœnobii Corbeienfis Monachus Ord. D. Bened. gentis Saxoniz historiam, & præcipuè Henrici Aucupis, & Ottonis I. Imperatorum res præclare gestas scribit.

Moritur Baldus Episcopus Argentoratensis, vir devotissimus.

Otto II. Imperator & Lotharius Gallorum Rex, convenientes ad Karum fluvium pacem ineunt; ibi Lotharius Lotharingiam cum omnibus ad eam pertinentibus, quam ad jus suum pertinere hæcenus contendebat, publicè ac spontaneè abdicat, consentientibus ac cum eo jurantibus cunctis Galliarum Episcopis, Abbatibus, Principibus & Nobilibus, ita videlicet, ut dicta Lotharingia deinceps sine cujusquam contradictione perpetuò liberè sub Imperio sit Germanorum.

Floret Herigerus Abbas Lobienfis vir in Divinis Scripturis eruditissimus, nec secularis doctrinæ ignarus; scripsit dialogum insignem de dissonantiâ Ecclesiæ; vitam S. Ursuarii metricè; de officiis divinis librum unum; de Corpore & Sanguine Domini librum unum; de gestis quorundam Abbatum Lobienfium, &c.

Flodoardus Monachus & Presbyter Benedictinus Rhemis, vir doctus, scripsit inter cætera, de Origine Civitatis Rhemorum, & successionem gestisque Pontificum ejusdem urbis insigne opus.

Moritur Gamenolpus ex Ordine Benedictino Episcopus Constantiensis, cui succedit S. Gebhardus.

Annus

Annus Christi 980.

AD Ungarorum conversionem se impendit S. Adalbertus.

S. Haraldus Rex Danorum, qui primus Danis Christianitatem indixerat, totumque Septentrionem Prædicatoribus & Ecclesiis repleverat, postquam regnasset annos quinquaginta, à proprio filio Suen dicto, acerrimo Christianorum hoste bello appetitus, atque in prælio victus & fauciatus, post dies aliquot ex eodem vulnere deficiens, gloriam Martyrii acquirit.

Ado Episcopus Viennæ Galliarum, abbreviatum Chronicon totius Mundi, & Regum Francorum reliquit.

Notgerus Episcopus Leodiensis oppidum suæ ditionis Chievremont dictum, quod nidus esset rebellium, insigni stratagemate cepit, ac funditus excidit.

Claret B. Elstanus Ord. D. Benedicti, ex Monasterii coquo Abbas, postea Episcopus Wiltoniensis; huic adhuc Monacho Abbas, de obedientiâ periculum facturus, præcepit, ut fructum carnis ab imo bullientis aheni extraheret; nec mora, ut nullo instructus erat instrumento, Elstanus paruit, ferventissimisque aquis innocentem immergens manum, innoxiam quoque nusquam planè læsus seu adustus extraxit. Ex Wilhel. Malmesbur.

Insigne Tornodori Ordinis Cisterciensis Cœnobium extruitur.

Theodericus Monachus & Scholæ Magister Monasterii S. Mathiæ Treviris doctrinæ laude excellit, scripsit de inventione Reliquiarum S. Celsi lib. 1. de Miraculis ejusdem Sancti lib. 1. Sermones & varias Homilias.

Claret hoc quoque tempore Remigius Abbas Mediolanensis, Philosophus, Poëta, Rhetor & Musicus, omnium tunc celeberrimus. Scripsit in libros quinque Moyse, in quatuor Evangelia Christi, in omnes Epistolas Divi Pauli, Regulas fecit de visione abaci, in Priscianum Grammaticum Commentarios edidit. Huic Remigio Otto Imperator auream Camœnam gracilem per nuntium destinavit, nominans eum ob artis simul & vocis elegantiam omnium suo tempore Musicorum Principem. Prædictus Imperator cum suorum Germanorum exercitu Apuliam & Calabriam de manu Græcorum eripere molitur.

Demortuo ex dolore calculi Adelberto, ex Monacho Magdeburgensi Archiepiscopo, ad hanc dignitatem sublimatur Odeticus Monachus Corbeiensis, licet invitatus, orans DEUM, ut eum ad Pontificatus apicem ascendere non permitteret, quod & obtinuit; nam sub viâ Romam pro electionis confirmatione obtinenda, è vivis discessit.

Annus Christi 981.

EXtremum vitæ diem claudit Slavnicus, Comes Bohemus Libicii Dominus, Pater S. Adalberti, Apostoli Bohemiarum, Ungarum, Poloniarum, & Martyris.

Item Venerabilis Diethmarus, ex Monacho Benedictino, primus Pragensis in Bohemiâ Episcopus, eruditione & Apostolico zelo celebrer.

Bulgari Græcis infesti Orientem turbant.

Moritur Antonius Studites Patriarcha Constantinopolitanus, in cuius locum successus est Nicolaus cognomento Chrysoberges.

Floret in Oriente sanctitatis & miraculorum laude S. Nicon.

Hala ad Salis fontem in Saxoniâ, civitatis jure donatur ab Ottone II. Imperatore.

Moritur Volmarus Episcopus Paderbornensis.

Romæ circa hunc annum decedit B. Sergius ex Ord. D. Benedicti, Episcopus Damascenus à Saracenis Sede suâ expulsus.

Claret admirabili in cucullo Sanctitate S. Adelheidis Magni Othonis Imperatoris quondam uxor.

Annus Christi 982.

SACRÆ Reliquiæ SS. Landoaldi, Amantii & Wintershovio Gandavum ad Monasterium S. Bavonis, Ordinis D. Benedicti, inter ingentem patratorem miraculorum pompam transferuntur.

Moritur Henricus Comes de Geisenhausen, Episcopus Augustanus; item S. Senorina Virgo, Abbatissa Bastensis in Portugallia Ord. D. Benedicti, ab impolluto virginitatis flore nec non miraculorum gloriâ in vitâ & post mortem commendata.

Diem obiit S. Forannanus Archiepiscopus Dominormorensis, totius Hiberniæ ac Scotiæ Metropolitæ, qui ab Angelo ad vitam Monasticam vocatus, regulam S. Benedicti amplexus, ad regimen cœnobii Walciodorensis destinatus, ad littus maris cum 12. Sociis contendit, ubi nullo reperto navigio, duo ligna decussata in formam crucis, fluctibus propè littus innatantia conspiciens, eadem cum Sociis conscendens, insigni miraculo tanto maris spatio superato in Gallias appulsus est. Ex Menolog. Buccell. Henschenio in Act. SS. ad 30. April.

Claret egregiâ vitæ Sanctitate S. Maurus Casenas ex Monacho Episcopus, qui in Episcopatu etiam Monachi vitam duxit, & in vicino Casenæ colle sibi Cellulam cum Oratorio B. Mariæ Virg. condens, illic Dominæ suæ fidelitèr serviens, totum se Orationis studio addixit, ubi & condi à morte voluit, grandibus à morte prodigiis honoratus.

Annus Christi 983.

Otho Imperator grandi clade afficitur à Græcis & Saracenis, & vix nando evadit, qui tamèn severè in desertores animadvertit; paulò post Romæ moritur: Coronatur Aquisgrani Otho III.

Ubique locorum gravitèr laboratum est fame. Sabell. lib. 2.

Moritur

Moritur S. Wulfinus ex Abbate Westmonasteriensis Ord. D. Benedicti, Episcopus Schireburnensis, moriturus sublatis in cœlum oculis; in hæc D. Stephani Proto-Martyris verba erupit: *Ecce, video caelos apertos, & Jesum stantem à dextris DEI*; multisque post mortem claudit miraculis.

In prælio supra dicto cum Græcis habito cecidere plures simul Episcopi Germaniæ, inter quos fuit Henricus Augustanus Episcopus; item Otto Saxoniarum Dux, & Wernherus Abbas Fuldenensis; Henrico in Episcopatu successit Bruno frater S. Henrici Imperatoris; Wernherus autem in Abbatia successorem habuit Brandonem, Cœnobii Magistrum Scholarum; omnibus ob tantam cladem consternatis sola Imperatrix Theophana, femineâ & Græcâ levitate insultabat Germanis, quod ab exercitu suæ nationis victi essent Romani, qui sermo altius quàm ipsa putabat, in cordibus audientium radices egit, hinc paulatim apud omnes penè Optimates exosa facta est.

Moritur Theodericus Metensium Episcopus, cui in Pontificatu succedit Adelbero, vir doctus, frater potentissimi Ducis Friderici; his quoque temporibus defuncto Gerone Archiepiscopo Colonienſi, Archiepiscopalem Sedem conscendit Wartinus, religionis cultor studiosissimus.

Claruit Erhardus Monachus & Scholasticus Monasterii S. Michaëlis in Urbe Lüneburgo, vir exquisitissimæ doctrinæ, scripsit Commentariorum in libros quinque Moyse libros plures; de interpretatione Sacræ Scripturæ librum unum; de resurrectione mortuorum lib. 1. de fide Christi dogmatis libros 11. item Sermones & Homilias plures.

Arnoldus quoque Monachus Cœnobii Hirsaugiensis scripsit in Proverbia Salomonis opus metricum lib. 1. de consuetudinibus Monachorum libros 11. de institutione vitæ claustralium lib. 1. item Epigrammata & Carmina plura.

Algerus Corbeiensis Monachus hujus temporis doctus scripsit de Sacramento Altaris volumen, in tres libellos divisum; de gratiâ & libero arbitrio lib. 1. hic propter subtilitatem ingenii, & dicendi facundiam magnum inter doctos nomen sibi ab aliis comparavit.

S. Lybacijs Monachus ex Monasterio S. Albani propè Moguntiam, Episcopus ordinatus Apostolico labore egregiè in Russiâ defudat.

Benedictus, Nathanael, Joannes, Isaac & Christianus, Instituti Benedictini Professi, Ungariæ, Poloniæ & Russiæ Apostoli, glorioso tandem Martyrio coronantur.

Othvvinus ex Cœnobio S. Joannis Baptistæ Magdeburgi, Episcopus Hildesheimensis, & Odo Episcopus Belvacensis, ex Corbeia Galliarum Monachus, doctrinâ, sanctitate, & solertissimo commissarum sibi animarum regimine celebres habentur.

Brunonem ex Monacho Corbeia in Saxoniâ Episcopum Verdensem, filium Hermanni Ducis, doctrina morumque integritas conspicuum reddit.

Maxima hoc anno ubique fuit siccitas, quæ omne frumentum, & germinans omne ferè penitus destruxit, hinc fames magna subsequuta est, multiq; præ mali hujus magnitudine miserè perierunt.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Obiit Albertus Archiepiscopus Magdeburgensis, Vandalorum Apostolus.

S. Gebhardus Constantiensis Episcopus devolutam ad se à parentibus illustrissimis & potentissimis hæreditatem, Deiparentis Cathedrali Basilicæ offert, & Divo Gregorio Magno inſigne cœnobium molitur.

Annus Christi 984.

Moritur Poppo hujus nominis II. Episcopus Herbipolensis, post 23. regiminis annum, 23. Julii; hic Henricum Bavarum contra Ottonem insurgentem, Cæsari reconciliaverat; Popponi in Sede Episcopali hoc eodem anno succedit Hugo Comes Franconiæ, Ottonis II. Imperatoris Cancellarius.

Obiit paritèr ex hac vitâ Benedictus Papa, ubi sedisset annos novem, in cuius locum subrogatus Petrus Episcopus Papiensis, nominatus est Joannes XIV.

Obiit S. Ethelvoldus ex Monacho Benedictino, Episcopus Wintoniæ in Angliâ; puer etiamnum imbrum vehementiâ pedem domo efferre prohibitus, translatus prodigiòse cum nutrice in templo inventus est; factus Abbas Edgarum amantissimum sui Regem ad mensam invitans, parvo è vase, universis ejus Ministris potum largè præbuit, illis totâ die bibentibus, liquore autem vix ad palmæ mensuram immixto; fuit Deiparæ amantissimus, plurimisque conditor cœnobiorum; demortui tandem lividum cæteroquin & exsuccum corpus, lacteo quamprimùm roseoque colore venustissimum, septennis pueruli vultum præ se ferre visum est. Matth. Westmonaster. Nicol. Harpsfeld.

Inter ferventissimæ orationis verba animam efflat Lutetiæ Parisiorum S. Medericus ex Ordine Benedictino Presbyter, in vitâ & post mortem miraculis gloriosus.

Decedit quoque non sine magnâ opinione Sanctitatis Sigerus, Abbas Hirsaugiensis.

Claret his temporibus Lubentius ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Bremensis, vir in omni genere scientiarum versatissimus.

Mundo se quoque illustrem reddit magnus ille Philosophus & Astronomus Alfarabius Arabs, qui multa in Arabicâ linguâ scripsit.

Annus Christi 985.

Liberatus metu Ottonis II. Imperatoris Bonifacius, in vaſor sedis Papalis ex Oriente redit, & Joanne Pontifice summo fame negato, post quatuor menses repentinâ morte & ipse obiit, immanis duorum Pontificum parricidæ, subrogatur Joannes XV.

Moritur Ramirus Rex Legionensis, cui succedit Veremundus, hujus nominis secundus, filius Ordonii tertii.

Hoc anno die 29. Mensis Augusti, corpus S. Mederici Abbatis Parisiis de terrâ levatum, multis coruscet miraculis.

Gg

Floret

Floret Otfacus Monachus Benedictinus Cœnobii Augiensis in Insulâ Rheni, vir in omnibus scientiis doctissimus, qui mortuo Othvino Episcopo Hildesheimensi in Episcopatu postea successit.

Willegifus Archiepiscopus Moguntinus Ottonem III. ungit & coronat in Romanorum Regem.

Bruno Monachus Monasterii Benedictini Gladbacensis, vir doctrinâ & morum integritate venerandus, scripsit de instituendis novellis Monachis librum unum, de artibus liberalibus libros septem; de motu octavæ Sphæræ librum unum.

Almanfor Rex Cordubæ Barcinonem occupat.

Mons-ferratus Marchionatus titulo hoc anno insignitur, quem ut insigniorem redderent ejus Principes, duobus egregiis nostri Ordinis in honorem B. Mariæ V. Cœnobii ornant & coronant.

Eodem anno celeberrimum illud Morervelenſe Deiparæ Monasterium in Hispaniâ conditur.

Annus Christi 986.

Bilungus Herulorum & Vandalia interioris Rex, à Misilao filio odio Novercæ flagrante seductus, religionem Christianam & conjugem, etiam si ex eâ Hodicam filiam suscepisset, repudiât. Helmold. c. 14.

Moritur Ottvinius ex Abbate Pergenſi Ord. D. Benedicti, Episcopus Hildesienſis; item Arnulphus II. junior Flandriæ Comes.

Saraceni Calabriam totam dissipant; itâ Lupus Protospata in Chronico.

S. Bobo miles Christianus contra Saracenos fortissimus & victoriosus decedit Viqueriæ, post mortem plurimis miraculis gloriosus.

Moritur Luidolfus Episcopus Noviodunensis.

Vita excedit Lotharius Rex Gallorum, succedit Ludovicus, quo paulò post pariter mortuo, Gallis Regnum transferre volentibus ad Carolum Ducem fratrem Lotharii, patrum videlicet ipsius Ludovici, dum ille negotium differt ad capiendum consilium, Hugo filius Hugonis Comitis Parisiensis, ex Hatvvide Ottonis I. Imperatoris sorore, Regnum præoccupat.

Mortuo Brandone Abbate Fuldenſi viro prudentissimo, in ejus locum sufficitur Hatto vir insigniter doctus, Ottoni III. Imperatori familiaris & devotissimus; floret in eodem Fuldenſi Germaniæ Archisterio Meginfridus, Scholarum Rector, scripsit Chronicon breve Fuldenſis Ecclesiæ; vitam S. Bonifacii Martyris & Episcopi carmine heroico libris duobus; vitam S. Sturmionis metrice; vitam S. Rhabani ex Abbate Fuldenſi Archiepiscopi Moguntini; vitam S. Sunderoldi, ex Monacho Fuldenſi Noni Archiepiscopi Moguntini; vitam S. Hildeberti ex ejusdem Monasterii professo Moguntinensis Ecclesiæ XII. Archi-Præfulis.

Obiit Lupoldus Abbas Hirsaugiensis, omnium virtutum exemplar.

Otho Imperator Bohemiam contra Ducem Imperio rebellem magno cum exercitu intrat,

illumque prælio superat, veniamque petere compellit.

Miraculum sui sexûs & sæculi, ornamentum Germaniæ singulare eluceſcit sub hoc tempus è Gandersheimensi cœnobio Ven. mem. Rosvveides sive Rosvita ejusdem loci Monialis, fuit linguarum Græcæ & Latinæ cognitione clara, miro ingenio, & in utroque scribendi genere metro & prosâ excellens, relictis egregiis scriptorum monumentis, etiam in terris immortalis.

Annus Christi 987.

Obiit Strzezislava Boleslai Sævi Bohemiæ Ducis filia, mater S. Adalberti Bohemiæ Apostoli & Martyris.

Hugo Capetus ab Adalberone Rhemenſi Archiepiscopo in Regem Francorum inungitur.

Rupertus sive Ruoppardus Monachus Weisenburgenſis Ord. D. Benedicti, defuncto Balderico Episcopus Spirenſis creatur.

Obiit B. Dunchadus Abbas Benedictinus in Hiberniâ sanguine illustri satus, cum juxta regulæ rigorem carnibus perpetuò abstineret, & fractus vigiliis, jejuniis aliisque laboribus, viribus deficeret, nec dispensare secum ipse vellet, amantissimum expertus numen, per Angelos carnem & vinum sibi procuratum vidit. Joan. Colgan.

Magna hoc anno fuit aquarum inundatio, cum magno segetum & aliorum damno; ætas quoque nimium fervens satis pernicioſa, famem induxit mortalibus.

Carolus Dux, frater Lotharii quondam Regis Gallorum, contra Hugonem nepotem suum cum exercitu procedens Montem acutum oppugnat, ac inde recedens usque ad civitatem Sueſſonum omnia devastat, demùm Rhemos aggredditur, caprat, spoliât. Hugo autem Rex paulò post Carolum Lauduni commorantem gravi obsidione vallat, secundo autem obsidionis mense obſeſſi mirâ audaciâ erumpentes, castra obsidentium incenderunt, multisque interemptis Hugonem Regem cum paucis fugâ se subtrahere coegerunt.

Duo Engelberti Monachi Ordinem Benedictinum doctrinæ suæ luce illustrant; primus fuit ex cœnobio S. Mathiæ in urbe Trevirorum, qui scripsit inter cætera ingenii sui opuscula vitam & passionem duodecim Apostolorum Christi metricè, libris duodecim; de Musicâ & proportionibus librum unum; de compositione Monochordi librum unum &c. alter hujus nominis Admontensis Abbas, congeſſit de vitiis & virtutibus Monachorum librum unum, sermones commendabiles ad Monachos.

Annus Christi 988.

Moritur Libentius Archiepiscopus Hamburgensis, cum sedisset annos quinquaginta tres.

Eodem pariter anno migrat in cœlum mirificus ille S. Dunstanus Cantuariensis in Angliâ Archiepiscopus.

Mortalitatis exuvias deponit Etticho Episcopus Augustanus; item S. Cadroe Abbas Metis Ord. S. Benedicti.

Obiit

Annus Christi 990.

Rodericus à S. Æliâ fundat Universitatem Hispanensem in Regno Andalusie.

Floret Sanctitatis laude Elisabetha nata Comes de Querfurt, antistita Cœnobii Pragæ ad S. Georgium Ord. S. Benedicti.

Moritur Lindolphus Episcopus Noviomensis, cum annis 12. præfuisset.

Invadens Rhemos Lotharingus, paulò post à Capeto capitur, & Regnum ab illius familiâ, certè lineâ, omninò divellitur, cum sub eo hæresis invaluisse, omnia Regibus in Ecclesiâ licere.

Moritur S. Malcallanus Abbas, qui ex partibus Hiberniæ, zelo lucrandi animas in Germaniam concedens, & ab Hersvinda Comitissâ Monasterio S. Michaëlis in Sylvâ Tarasciâ donatus, nemoris illius obscuritatem Sanctorum splendoribus plurimùm illustravit, multasque firmamento Ecclesiæ supremo stellas inseruit; ex Bucell. Menolog.

Moritur Fulcivinus Abbas Ord. S. Benedicti, qui scripsit Chronicon Lobienſium Abbatum, suorum Prædecessorum; item Fridericus Archiepiscopus Salisburgenſis; nec non Osdachus ex Abbate Pergenſi Ord. D. Benedicti Episcopus Hildesienſis.

Claret in Ungariâ Sancti Zoerardus & Benedictus Monachi Benedictini, ille solitariam vitam eligens, assiduum carni bellum indixit, nec nisi post triduum exhausta jejuniis membra refecit; quadraginta solenniores Ecclesiæ jejuniis dies solis 40. nucibus exegit; laboribus præterea perpetuis sudans, ita ut quandoque longius à cellâ positus deficeret, quem insolentissimo obsequii genere Angelus spectabili apprensus vultu, vehiculo impositum, ad cellulam revexit; ad hanc fortè deportatum latronis defuncti cadaver prodigiosissimè revixit; pari miraculo, reum in patibulo suspensum invocatus Zoerardus mirè solutum restituit; Benedictus Zoerardi discipulus, triennium illi supervixit, donec latronum scelere, spe prædæ jugulatus, & ipse ad æternos Martyrum triumphos pergeret; abjectus à latronibus in flumen proximum anum integrum suis latuit, toto illo temporis decursu ripam fluminis aquilâ servante, donec tam assiduo ejusdem obsequio & indicio præditus, incorruptus prorsus reperiretur. Carol. Stengel, Bucel.

Obiit Fridericus Episcopus Salisburgenſis.

Claret eruditionis laude Elfredus sive Alfredus Monachus & Abbas Malmesburienſis Ord. S. Benedicti.

Decedit S. Petrus ex Monacho Benedictino Episcopus Compostellanus admirandâ miraculorum gloriâ excellens.

Item S. Venerius ejusdem instituti Abbas Tybari, miraculis pariter post mortem coruscans.

Defuncto Warino Archiepiscopo Coloniensi, succedit Evergerus, qui parvo tempore præfuit, & ob id nihil memoriâ dignum gessit.

Obiit S. Gaudentius, in conversione Hungarorum S. Adalberti Coepostolus; item Albertus I. Veromanduorum Comes annis grandævus, uxorem habuit Gerbergam, Gilberti Lotharingiæ Ducis filiam, quæ ei genuit Herbertum III. Eudonem, Luidolfum Episcopum Noviomensem; Guidonem Comitem Sueſſonensem, & Gislam Arnolphi Comitis conjugem.

Magna fuit hujus anni siccitas, ratione cujus frugum satio impedita famem auxit mortalibus.

Carolus Dux iterum ducens exercitum contra Hugonem Galliæ Regem, urbem expugnat Rhemenſem, Archiepiscopum, quem Hugo constituerat, capit, & cum quibusdam ex Primatibus urbis Laudunum misit in exilium.

Histemporibus Montis Ferrati Marchionatus in Italiâ sumit exordium, cujus primus Marchio fuit Walramus, patriâ Saxo, filius Ducis Saxonum, vir magnanimus & fortis, Imperatoribus Ottoni II. & tertio charissimus.

Famem subsecuta pestilentia infinita hominum millia absumpsit; ex solo Hirsaugienſi Monasterio plus quam sexaginta Monachi vivis subtracti sunt, duodecim solummodò superstitibus.

Arnulphus Theodorici Hollandiæ Comitis filius, patri mortuo in regimine succedit.

Basilus I. Magnus Moscoviæ Dux, Christiana Sacra suscipit.

Annus Christi 989.

Novi in Italiâ motus, quos ut sopiret Theophania Imperatrix, illic Sedem fixit.

Ex hac vitâ decedit Arnulphus II. Flandriæ Comes; item Echelgarus, Australium Saxonum Episcopus; cui succedit Siricius.

Mauritani Barcinonem expugnant, & Christianos omnes contrucidant.

Moritur Adalbero Archiepiscopus Rhemenſis, & Magnus Franciæ Cancellarius, cui officio sub Regibus Lothario, Ludovico V. & Hugone Capeto (quem etiam anno 987. coronavit) præfuit; multas collegit Synodos, claruitque ob meritorum famam per Galliam universam.

Grana tritici pisciculosque de cœlo pluuisse in Galliâ memoriæ traditum est, quod tamen ad usum hominum non valuit, quoniam grana interius corrupta & nimium putrida, cum aperirentur, fetorem pessimum emittebant.

Moritur Hugo Episcopus Herbipolensis, vir multæ Sapientiæ & constantissimæ Religionis, qui Monasterium S. Burchardi Primi Præfulis Herbipolensis magnificè reformavit, & Scholas Monachorum instituit; defuncto Bernvardus Monachus Benedictinus ex Monasterio Hirsaugienſi in Cathedrâ Episcopali successit, fuit patriâ Franco, Richardi Comitis de Rottenburg frater.

Claruit Theodericus Monachus Floriacensis, doctrinæ famâ celebris.

Efflorescit sub hoc tempus illustris Benedictini horti flosculus S. Abundantia, Nobilis Virgo Spoletana, quæ sterilibus parentibus dono à Numine data, insigni prodigio etiamnum infantula honorata est, cum ad baptismum delata campanæ omnes gratulari visæ, spontè nemine movente consonarent, & lampades Ecclesiæ divinitus accenderentur.

Ad aeternitatem abiit Rudigerus Monachus & Scholasticus Cœnobii S. Willibrordi, scripsit non spernendæ utilitatis Commentarios in omnes Epistolas Pauli libris quatuordecim; in Epistolas quoque Canonicas libros septem; in Regulam S. Benedicti explanationem elegantem; successit in Officio Scholastici Adelharius Monachus, qui præter alia composuit sui Monasterii Chronicon.

Naturæ debitum solvit Hatto hujus nominis tertius, Abbas Fuldensis; cujus dignitatem exipit Brantho secundus, vir prudentiæ singularis.

Gallias, imò Ecclesiam universam sanctitatis fulgoribus irradiat S. Falbertus, ex Abbate S. Martini Carnotensis Episcopus, Mariophilus insignis.

Montis Serrati Monasterium à Monialibus ad Monachos transit.

Eodem hoc anno illustre illud B. Mariæ V. in Hispaniis cœnobium de Carracedo conditur.

Annus Christi 991.

Obiit Theophanes Ottonis III. Imperatoris mater, Coloniae in Monasterio S. Panthaleonis sepulta.

Tribunus Memus Saracenos vincit.

Ignis è Rheno ascendit, quo vicinæ conflagarunt villæ; hyems fuit sævissima ab initio Novembris usque ad Majum, deinde paucis interjectis tepidis diebus usque ad Julium, quo mense præ glaciei rigore stagna & flumina concreta sunt, arbores, fruges & pascua exaruerunt, fames & pestilentia atrox sævit. Chron. Saxon.

Dani redeunt in Angliam, ac Merciae Provincias vastant.

Moritur Pilegrinus Episcopus Passaviensis, cui succedit Christianus.

Floret Gerbertus Monachus Floriacensis vir magnæ doctrinæ, tandem Rhemorum Archiepiscopus constitutus, ultimò Pontifex Summus, sub nomine Sylvestri secundi.

Compostellæ in Hispaniâ insigni Sanctissimæ vitæ exemplo Ecclesiam illustrat S. Petrus ejus loci Episcopus, Monachum in cœnobio *Antealtaria* professus.

Annus Christi 992.

Proktivoius Sacerdos piissimus Apostolico zelo Bohemiam percurans, ab Hrabodoio Wrsfovicensi, idololatrà, odio Christianæ religionis, crudelissimè trucidatur.

Arnulpho Rhemeni Archiepiscopo, in conciliabulo quodam ejus urbis dejecto, Rex & complices sacris interduntur; floret Abbo Abbas Floriacensis, pietate & doctrina insignis.

Moritur S. Osvaldus ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Eboracensis; claruit insigni miraculorum gloriâ; navem nimirum onustam, merfioneque subitâ jam profundum petentem, invocatus à nautis, solo crucis signaculo extraxit, & velut omni pondere vacuum, securè ad litus deduxit; daemones terrori admodum fuit, quos solo item crucis signo facillimè dispulit; pridie diei illius, quo moritu-

rum se noverat, sub dio stans, defixissimo intuitu cœlum inter orationem contemplatus, ceu miraculi quidpiam intueretur: *Eccur? rogatus; con-templor, inquit, illud, quò tendo, quod die crastinâ vobis res ipsa declarabit*; reversus in oratorium, vocatis fratribus, Sacro se oleo inungi, & caelesti viatico refici voluit; nocte autem cum fratribus consurgens, ceu oblitus adversæ valetudinis, in templum se contulit, Officium Divinum explevit, & reliqua noctis spatia in Dei laudibus expendit; manè autem, more suo, linteo præcinctus, dum i. s. Psalmos recitando pauperum pedes lavat, dumque ultimo absoluto, *Gloria Patri* subjungit dicens, & *Spiritus Sancto*, Spiritum purissimum memorabili prorsus mortis genere, antè pauperum suorum pedes efflans, Creatori transmissit; cujus Sacrum funus, columba nivea cœlo advolans visa est comitari, & alis protegere ac inumbrare, sed & sphaera ignea cœlo delapsa feretro illuxit atque infedit. Ex Nicol. Harpsfeldio.

Creatur post obitum dicti S. Osvaldi Archiepiscopus Eboracensis Aldulphus Medeshamstadenensis Abbas ex eodem D. Benedicti Ordine.

His temporibus claruit in Saxoniâ S. Beinvvardus ex Monacho Benedictino XIII. Episcopus Hildesheimensis, vir in Divinis Scripturis doctus, & vitâ sanctissimus, qui multis tam in vitâ quam post mortem miraculis claruit; hic hoc anno S. Archangeli Michaëlis Monasterium in urbe Hildesheimio pro Ordine Benedictino extruxit.

Richerus Monachus Rhemenis floret in Galliâ, qui scripsit pulchrum, sed compendiosum opus de Gestis Gallorum.

S. Adalbertus ex Monacho Benedictino Episcopus, qui Ungaros & Polonos ad Christi fidem convertit, à paganis in Rutheniâ septies gladio perfoctus, & tandem capite truncatus, Martyr occumbit.

Nascitur Avicenna Medicus & Philosophus Arabicus, vero nomine *Abubali Elhusein Ibn Abdalla Ibnu-Sina*, sive Abensina, inde corruptè Avicenna dictus.

Annus Christi 993.

Boleslaus Bohemiæ Dux Brzevnoviense Benedictinorum cœnobium maximis opibus fundat.

Moritur S. Maiolus Abbas Cluniacensis, admirandæ vir sanctitatis, & miraculis plenus; item Hiltpoltus Episcopus Wormatiensis; admirandæ flammaram eruptiones è monte Vesuvio, crebraque per Gallias & Italiam prodigiola civitatum incendia contigerunt; cumque urbs ipsa Roma jam maximâ ex parte conflasset, Basilica Vaticana incendi pariter cœpta, à S. Petro Apostolo divinitus liberatur.

Udalricus Episcopus Augustanus Sanctorum catalogo adscribitur.

Diem obit Gerardus Episcopus Hildesimensis; item S. Lucas Abbas Monasterii S. Juliani in Sicilia Ord. D. Bened. miraculis illustrissimus quæ inter Saracenorum exercitum ipse solus orans, & signo crucis munitus prodigiolosimè profligavit, qui in fugâ mirè perière, pariter

caeli, capti, aquis merfi, ipso altum canente: *Exurgat DEUS, & dissipentur inimici ejus*, claruit insuper Prophetiæ spiritu.

Anni hujus hyems dura & longa nimis exiit, multaque pecora fame perierunt; secuta fuit ætas ferventissima, quæ omnia ferè terræ nascentia calore intemperato absumpsit, undè rerum comestibilium penuria gravem mortalibus famem induxit.

Einhardus Comes de Rotenburg in Franciâ Orientali, frater Bernwardi Episcopi Herbipolensis, plures fundat dotatque Ecclesias.

Arnulphus Hollandiæ Comes in prælio apud Wincken Frisiæ pagum occumbit.

Quidam homo juxta Danubium, cum cunctus populus suâ spontè natalitium S. Udalrici solennitè celebraret, sænum congregavit in acervos, diem Sanctum spernendo, qui cum alterâ die cum plaustris venisset, ut hoc in sænarium suum duceret, exteriùs formosum invenit, cum autem bidenti ligneo interiùs tangeret, totum in favillas immutatum invenit. Baron.

Annus Christi 994.

Etteris ad cœlum evolat; B. Milada Boleslai Sævi, Bohemiæ Ducis filia, Cœnobii Virginum ad S. Georgium Pragæ fundatrix & prima Abbatisa.

Moritur Nicolaus Chrysoberges Patriarcha Constantinopolitanus, cum sedisset annos duodecim & menses octo, in cujus locum successus est Sisinus.

Tyrannidem in urbe invadit Crescentius, & Joannem Papam ejicit, quem Capetus in Gallias benignè invitat, non tamen eò venit Papa.

Grana tritici & pisciculos minutos imbris immixtos pluiffe in Galliâ apud Albanium ferunt. Palmer. in Chron.

Vitam mortalem exiit S. Vitalis Siculus, Abbas Ordinis S. Basilii Armenti in Italiâ, miraculis clatus; morsum enim serpentis solo crucis signo sanavit, ut & morbos alios plurimos.

Ad Superos abiit S. Gerardus Episcopus Tullensis.

Moritur Conradus Rex Burgundiæ Transjuranae; item S. Wolfgangus; ex Monacho Benedictino Episcopus Ratisponæ, spiritu prophetico, & miraculis clarus, quæ inter ex duro silice largos undatum fontes ictu pedis sui eduxit.

Tragicam & facinorosam hinc ex Trithemii Chronico Hirsaugiensi adducere historiam libuit, de Mariâ Ottonis tertii Imperatoris conjugæ. Comes erat (ait) in Italiâ dives & potens, qui ad Imperium Regis Ottonis ingrediens & egrediens prudenter atque fidelitè omnia semper in omnibus agebat; hunc *Maria* indigna nomine cernens Imperatrix, virum nobilem, fortem ac vultu decorum, mox in ejus concupiscentiam exarsit; à qua tandem sollicitatus ad concubium, accedere mulierem Imperatori ac Domino suo nuptam renuit, & patrare tantum contra DEUM scelus omninò recusavit; quem illa cum pallio apprehendens trahere ad se nititur, ut vel invitus pro verecundiâ quadam virili

consentire postulanti cogere; at ille dimissâ veste in manibus Dominae, velut alter innocens Joseph pugnans & vincens sine pallio recessit; contemptam se mulier dolens, Imperatori opportuno tempore conqueritur; quod eam Comes Mutinæ violentè voluerit opprimere, vestis probare exhibitione constantissimè conatur; credidit machinamentis nefariæ mulieris Imperator, & capite truncari Comitem sine dilatione præcepit, verum innocens homo, cum staret paratus jam ad mortem, astantem & lachrymantem non abs re propriam vocavit uxorem, cui secretò veritatem negotii, & modum vindictæ per eam sumendæ dixit in autem; quo dicto Comes innocens capite truncatus occubuit; postea cum Imperator, apud Mutinam causas hominum auditurus querelas movere quærentium, pro tribunali sederet; uxor Comitis occisi caput ferens in manibus judicem proclamavit iniquum; quippè qui mendaciis feminae credulus, virum innocentem mandasset occidi; Imperatore stupente, ac se reum lætæ Majestatis jure truncasse multitudinis testimonio respondente, mulier ad probationem veritatis, quemadmodum à Comite marito fuerat informata, ferri candentis judicium postulat, dicens; *Si iustus es judex, aut ferri candentis testimonio te iustum probato, & me tanquam contumeliosam Imperatoria Majestatis delatricem ignibus trades cremandam; aut si hoc tu subire judicium Imperator formidas, ego me huic decreto expiationis libens subijcio; ego candentis ferri tibi horrendum, & cunctis mortalibus metuendum judicium confidenter subibo; ego te iniquam contra Dominum & maritum meum protulisse mortis sententiam manifestè ratione demonstrabo; quod nisi Domino largiente fecero, ut ignibus me tradas sine dilatione jam consentiens permitto; stupentibus cunctis mulieris facundæ constantiam, ad candentis tandem ferri judicium admittitur; & si defecerit in probatione, mortis, quam ipsa protulit, in eam sententia confirmatur; mox ergo paratis, quæ negotium horribile postulabat, mulier ferrum candentissimum sine aliquâ læsione tertio reincensum, nudis bajulat manibus, & quarto super discoopertum caput roseo dependente capillo, & nec uno quidem læso ferrum candentissimum diutius portat; his visis Imperator ad instantiam Comitissæ nefandam Imperatricem ignibus tradidit, & pro satisfactione, tria illi Castella cum aliis bonis dedit, & nunquam sine pœnitentiâ vixit.*

Annus Christi 995.

Wrsfovicenses Dynastæ in Bohemiâ, ceterique ibidem idolorum cultores, odium, quo in Sanctum Adalbertum Præfulem ferebantur, absente eo Romæ, in fratres vertunt; Libicense igitur in Bohemiâ oppidum, arcemque (quæ ditio erat fratrum S. Præfulei natalis) festo die, cum omnes incolæ in Ecclesiâ essent, inobservati occupant, & quinque germanos S. Adalberti fratres, odio sacræ Religionis, unâ cum eorum parvis prolibus, & omnibus incolis Libicensibus crudelissimè necant, & insepultos abijciunt, ipsumque oppidum exurunt. Dubrav. Papeprocius.

Moritur Bernwardus Episcopus Herbipolensis in itinere Constantinopolitano, dum cum Joanne Episcopo Placentino mittitur, ut Constantini filiam Cæsari Sponsam peteret; successit Bernwardo in Sede Episcopali Henricus.

Abbas Leo vir Sanctus, ex Urbe missus Rhemoni Concilio præsidet; moritur Hugo Francorum Rex.

Decedit in Monasterio Blandiniensi Ord. D. Benedicti B. Adalvvinus Abbas, eâ morum integritate & virtutis famâ enituit, ut superstes etiamnum Sancti cognomine vulgò notaretur.

Vitam cum morte commutat S. Gebhardus Episcopus Constantiensis Ord. S. Bened. Petrusianæ Cœnobii conditor extitit, in quo & sepultus est, frustra obnitentibus civibus, & ad Cathedralē Basilicam deferre molientibus, feretro ad omnes omnium conatus, quàm Petrusianorum, immobilis. Vîsa insuper feretro, dum deferretur, niveo candore columba insidere, quæ in templo denique disparsens, relicta cœlestis odoris fragrantia nares atque animos omnium mirè recreavit; ex tomo 2. Constant. Benedict.

Vitæ mortalis cursum absolvit Evergerus Colonienſium Archiepiscopus, cui S. Heribertus filius Comitis de Rotenburg successit, vir sempiternâ memoriâ dignus, qui & in vitâ & post mortem miraculis coruscavit.

Annus Christi 996.

Moritur Richardus I. Comes Normanniæ. Heribertus Colonienſis Episcopus, Principum Electorum numero adoptatur.

Diem vitæ ultimum claudit Kanzelinus Comes Altenburgicus.

Rebus humanis valedicit Joannes Papa; sufficitur Gregorius V. Benedictinus Monachus ex Corbeia; qui paulò post summo patriæ Germaniæ bono & ornamento S. R. I. Electores primus instituit.

Ex vivis discedit Wilhelmus Comes Hennebergicus, fundator Monasterii Cellæ Georgii.

Constantinus Galvus Scotiæ Rex à Kennetho Duce prælio superatur & occiditur; hoc anno fame quoque & peste in Scotiâ laboratum est; extincto Constantino Grimus Duffi Regis filius, sivè, ut alii tradunt, ex Mogullo fratre ejus natus, Rex à suæ factionis hominibus appellatur.

Moritur Franco Episcopus Wormatiensis, cui successit Erpho, qui eodem hoc anno morte subitanæ corripitur; denuò Ecclesiæ viduatæ præficitur Ratzo, sed paritèr mox fati concedit.

Diem vitæ supremum obit Leutholdus Episcopus Augustanus; item Hildvvardus Comes de Werle, Episcopus Halberstadiensis.

Claret B. Gaudentius ex Monacho Breunoviensi Ordinis Benedictini Archiepiscopus Gnesnensis in Poloniâ.

Obiit Baldericus Spirensis Episcopus; vigesimus, ad cujus instantiam Otto Imperator tertius multa bona contulit Spirensi Ecclesiæ, & ab aliis donata confirmavit; huic in Pontificatu sufficitur Rupertus, Monachus Cœnobii SS. Petri & Pauli in Weissenburg, vir nobilis & doctus.

Decedit S. Gregorius Abbas celeberrimi Monasterii Einsidlenſis.

Annus Christi 997.

Geisa primus Dux Christianus Ungariæ ex hac vitâ migrat, cui successit S. Stephanus ejus filius.

Wilperolphus Præsul Argentinenſis, vir sceleratæ vitæ, secreto DEI judicio à muribus corroditur. Genebrard. Ei in Sede Episcopali successit Alavvicus Abbas Augiæ Divitis.

Moritur B. Petrus Urſculus ex Venetorum Duce potentissimo, Monachus Camaldulensis, qui cum Rempubliam Serenissimam victoris contra Saracenos, urbem & Ecclesias ingenti munificentia locupletasset, mundano luxui valedicens humillimus in clauſtro vixit; multis in vitâ & post mortem miraculis, nec non Prophetiæ spiritu à DEO honoratus; ex Andr. Dandolo.

Item in Monasterio Casinensi venerabilis Manso Abbas illustrissimo natus genere, Pandulphi Capuz Principis consobrini, cum Monasterii commoda prudentèr promovisset, eo nomine Capuanorum nonnullis invisus, ab iisdem ex insidiis captus, perque summum scelus exoculatus est; quam injuriam patientissimè tulit, & abdicatâ Præfecturâ in solitudinem secessit, ut etsi oculis captus, liberius tamen in divina mentis aciem intenderet.

Moritur Hugo Capetus Rex Galliæ, successit Robertus, Monarcha piissimus & doctissimus.

Diem supremum obit Landolphus Episcopus Mediolanensis, successit Arnulphus II.

Imperator cum magno exercitu intravit Italiam, & omnes Imperii civitates personalitèr visitavit, omnia, quæcunque perperam gesta invenisset, emendavit.

Conditur celebre B. Mariæ V. cœnobium Pomposianum, cui S. Guido præficitur.

Annus Christi 998.

Veremundus Hispaniæ Rex, exigua militum manu, Almanzorem Regem Arabum numerosissimo pollentem exercitu superat quàm felicissimè, desideratis ex peditibus ejus septuaginta millibus, equitum vero quadraginta millibus.

Uxor impudica Ottonis Imperatoris, quæ castum quendam Comitem (à quo malè sollicitans repulsam tulerat) neci tradiderat, flammis ipsa addicitur; quam tragediam canit carmine Gotefridus Viterbiensis; & Cranzius 4. Saxon. 16. hac de re jam antea fecimus mentionem.

Idem Imperator Cassinum se conferens, S. Benedicto duas argenteas coronas obtulit, ut Leo Ostiensis & Auctor.

Moritur Sisinnius Patriarcha Constantinopolitanus, cum sedisset annos tres, in cujus locum subrogatur Sergius Abbas, Schismaticus.

Auctor Commemorationis defunctorum S. Odilo, æternum meretur.

Alvveckus Monachus Monasterii Augiæ Divitis Ord. S. Benedicti, Episcopali Sedi Argentoratensi præficitur, vir doctus & pius.

Robertus Galliæ Rex devotionis causa Romam proficiscens, tantâ largitione elemosinarum pauperes, Monasteria & Ecclesias in itinere omnes

omnes cumulavit, ut cunctas totius Galliæ profuisse divitias putaretur; veniens autem in Urbem, non fuit ulla in eâ Ecclesia, quam suis non honorasset muneribus; ibi tunc positus in celebritate S. Petri Responsorium *Cornelius Centurio*, à se compositum, super altare Papæ celebrante, obtulit.

Moritur Remigius Abbas Monasterii S. Ludvini in Mediolacu Trevirensis Archidiecelis, vir magnæ doctrinæ, & ideò in omni terrâ decantatus.

Obiit quoque Dux Francorum Conradus, qui multa pro Imperio Romano bella & prælia fortitèr feliciterque gessit.

Post Branthonem Abbatem Fuldensis ad Cathedralē Episcopalem Halberstadiensis translatus, Fuldensi Abbatæ præficitur Poppo vir magnæ prudentiæ, & singularis in omni scientiarum genere doctrinæ.

Annus Christi 999.

Moritur Gregorius V. Papa, natione Saxo, ex Ordine Divi Benedicti Monachus, qui primus Principes in Germaniâ Electores instituit, verus pauperum pater, & meritis de universo conspicuus; successit Sylvester II.

Item Boleslaus II. cognomento pius, Bohemiæ Dux, cum annis omnino duobus ac triginta Ducatum rexisset.

Homo plebeius apud Vicum virtutis in pago Catalonico, Leutardus nomine, cum in agro solus aliquandò labore depressus obdormisset, apum visione illum dirè exagitantium à dæmone illusum, fatigatus exurgens, quasi ex præcepto Evangelico dimisit uxorem, Ecclesiæque velut oraturus, ingressus, Crucem & Salvatoris imaginem contrivit; persuadens verò rusticis hæc se ex DEI revelatione patrare, docensque insuper decimas dare inane esse, maximam ad se traxit vulgi partem; sed cum illum accersitum vir eruditissimus Lebuinus Episcopus, in cujus diocesi erat, disputatione confudisset, populumque deceptum sanæ fidei restituisset, miser ille Pseudo-Apostolus desperatione adductus in puteum se præcipitavit. Spondan. ad hunc annum.

Paredum Prioratus Benedictini Ordinis in Augustodunensi diocesi, ab Hugone Episcopo Cluniacensi cœnobio annectitur.

Crescentius Patritius Romanus & Consul, homo superbus, & arrogans contra Ottonem tertium Imperatorem denuò rebellat, gravissimæque turbas excitat.

Obiit Marinus Monachus Benedictinus Cœnobii S. Maximini apud Treviros vir in omni scientiâ celeberrimus; scripsit Commentaria in Genesim libris 8. in Leviticum librum unum; in Apocalypsim Joannis libros tres; in Cantica Cantorum librum unum; in Evangelium Joannis lib. 1. de Grammaticis Regulis lib. 1. de arte metrorum libros duos; & alia plura. Floruit eodem tempore & in eodem Monasterio Theologus insignis Ratbodo.

Alphonſus V. Veremundi II. filius, patre mortuo Legionensis & Castiliani Regni moderamen suscipit, sub tutela Melendæ Consalis Comitis.

Magni Martyris & Apostoli sui Adalberti corpus, æquali hujus pondere auri, Poloni à Prussis redimunt; ad quem Otto III. Imperator hoc ipso anno Gnesnam usque peregrinationem instituit, quem Bohemi quoque Tutelarem delegerunt.

Annus Christi 1000.

Poppo Archiepiscopus Treverensis ejectis prædonibus Castellum Tabernarum demolitur.

Admonitu Numinis Papa Sylvester, quem Polono destinaverat coronam, Stephano Ungaro mittit, & Regem renuntiat.

Apud Ravennam quidam Vilgardus Grammaticus, deceptus præstigiis dæmonum ipsi apparentium, sub specie Poëtarum Virgilii, Horatii & Juvenalis, cœpit multa turgide contra fidem effutire, asserereque dictis Poëtarum per omnia esse credendum; sed eo per Petrum ejus civitatis Archiepiscopum damnato, plures quoque ejus discipuli cum gladio, tum incendio puniti sunt.

Episcopatus Sabionensis Brixinonem transfertur.

Circâ hunc annum Ottvvinus & Wichburgis conjuges, Comites Goritienses Parthenonem ad S. Georgium in Carinthiâ fundarunt pro Monialibus Benedictinis.

Högelvverthanum Canonicorum Regularium S. Augustini cœnobium, condit circâ hunc annum Luitoldus Comes de Plain.

Paderborna urbs mediâ ex parte in flammis abijt.

Decedit in Monasterio S. Felicis Papiæ B. Felicitas, filia Ottonis II. Imperatoris, Monialis Benedictina.

Floret Joannes Monachus Benedictinus Monasterii S. Amandi, insignis Poëta.

Moritur Sighardus Comes Wettinensis, Marchio Brandeburgicus.

Claret S. Nilus Abbas & fundator Monasterii Cryptæ Ferratæ Ord. S. Benedicti Prophetiæ Spiritu illustris, ad ejus cœnobium cum Otho III. Imperator diverteret, & ipsi cujuscunque rei petendæ copiam faceret; Nilus admotis ad pectus Cæsaris manibus: *Nihil aliud, inquit, peto ab Imperio tuo, præter salutem animæ tuæ; licet enim Imperator existas, tanquam unus de hominibus debes mori, & ad judicium venire, & rationem reddere eorum, quæ fecisti, bonorum sive malorum operum*; ad cujus proin pedes posito diademate Augustus prostratus cum lachrymis veniam & precum suffragia exoravit. Philip. Ferrar.

Maximi terræ motus per totam Europam extiterunt, qui plura, & fortia, & pulchra hominum ædificia subverterunt. Cometa etiam hoc anno terribilis apparuit, qui multos suo teruit aspectu, augurantes diem novissimum, quemadmodum antè plures annos à quibusdam vanâ æstimatione delusis prædictum fuerat, quod mundus iste visibilis anno Christi millesimo esset finiendus.

Imperator denuò cum magno exercitu Italiam intrat, cui Crescentius bello congregiens victus & captus est, vilissimoque jumento aversè

aversè impositus per urbem circumducitur, ac paulatim truncatus membris antè urbem postremo suspenditur. Romani etiam quidam Nobiliores, qui cum Crescentio contra Ecclesiam & Imperium conspiraverant, pari supplicio plectuntur. Otho Crescentis occisi uxoris amore captus Romæ diutius hæret, quod ei tandem interitūs causa fuit.

Ungariam admirabili Sanctitatis splendore illuminat S. Gerardus noster S. Georgii Ma-

goris Venetiis Monachus, Apostolico zelo clarus.

Moritur B. Adeleidis Augusta, Othonis Magni conjux, sepulta in suo Schlfensi ad Rhenum cœnobio, & miraculorum gloriâ illustrata.

Construitur celebre illud Poissiacense Cœnobium O. S. Bened. à Constantiâ Roberti I. Galliarum Regis filiâ.



MEMORABILIMUM MUNDI CHRISTIANI SÆCULUM XI.

Annus Christi 1001.



Otto III. Imperator, dictus Mirabilia Mundi, compositis Romanorum tumultibus, intoxicatis veneno chirothecis perit, postquam ante annum corpus S. Bartholomæi Apostoli, Benevento Romam transtulisset unâ cum corpore S. Paulini, Nolani Episcopi; alii eundem obiisse tradunt initio anni sequentis.

Calendis Januarii circâ horam nonam aperto cœlo, quasi facula ardens cum longo tractu, fulguris instar illapsa est terris tanto splendore, ut non modò qui in agris erant, sed etiam in tectis, irrupto lumine ferirentur, quâ cœli scissurâ sensim evanescente, interim visa est figura quasi serpentis, capite crescere cum cœruleis pedibus. Sigebert.

Obiit Hugo Hetruriz Marchio, Dux Urbis Romanæ, Princeps insignis pietate in DEUM, religione ac liberalitate in Sanctos & loca Sacra, mansuetudine in subditos, aliisque virtutibus.

Item Willigifus Archiepiscopus Moguntinus, & primus Elector, natus Patre carpentario, ex pago Stromingen in Saxoniâ; qui Ecclesiam optimè gubernavit & ditavit, nec in tantâ sublimitate natalium suorum oblitus, rotam in omnibus cubiculis suis ac mensis pingi iussit; cum hac inscriptione: *Willigis, Willigis, recolas undè veneris*; successit mox in Archiepiscopali Sede Erbo Comes ab Hohenyvard, Bavarus.

Gerardus sive Girardus ex Episcopo Herefordensi creatur Archiepiscopus Eboracensis.

Claret S. Anastasius ex Monacho Benedictino Episcopus Coloczenis.

Basilius II. Græcorum Imperator de Bulgaria triumphat.

Apostolus Hunnorum, Sclavorum & Ruthenorum destinatur S. Bonifacius, S. Romualdi discipulus, Othonis Magni Imperatoris cognatus.

Annus Christi 1002.

S. Chunegundis Sigfridi Comitissæ Palatini ad Rhenum filia, S. Henrico Boiorum Duci co-

pulatur Paderbornæ; qui hoc anno primus Electorum solemnibus votis Imperator creatus est.

Ecclesia Ungarica sub Stephano Rege mirè augetur variis Episcopatibus & Abbatibus, Ecclesiisque aliis; qui Rex totum Regnum, nec non se ipsum DEI genitrici in tutelam committit; idem Rex lacesitus à Giula Transilvaniz Principe a vinculo suo ob disparem cultum religionis, comparato exercitu Transilvaniam petiit, profligatoque hoste, atque unâ cum suis captivo ducto, eam sibi Provinciam subjugavit, quam & Christianam reddidit; simulque ipse Giula Princeps, cum uxore & filiis exemptus vinculis, Christi fidem (licet invitè, ut asseritur) amplexatus, à Stephano fuit Regio more tractatus.

Mirum est, quod Leo Otkiensis l. 2. c. 38. narrat, Northmannos quadraginta numero, peregrino habitu, Hierosolymis, quò orationis causâ perrexerant redeuntes, Salernum applicuisse, qui cum eam civitatem à Saracenis obsessam reperissent, accensis divinâ virtute animis, à Guaimario Principe equos armaque poscentes, subito in illos irruerunt, plurimisque peremptis, & reliquis in fugam versis, mirabili victoriâ potiti sunt.

Aldulfus Eboracensis Archiepiscopus moritur, cui substituitur Abbas Wulstanus, Ord. S. Benedicti.

Vivendi finem facit Gebhardus ex Abbate Elvvangensi Ord. S. P. Benedicti, Episcopus Augustanus; item S. Podius Episcopus Florentinus, fuit is filius Uberti Marchionis Hetruriz vitâ & miraculis gloriosus.

Moritur Almanfor Cordubæ Rex, Christianorum in Hispaniâ flagellum.

Annus Christi 1003.

Moritur Sylvester II. Papa, litteratorum ac disciplinæ Ecclesiasticæ fautor, ipse Rhetor, Geometra, Astrologus; hic primum quoque classicum contra Saracenos cecinit; successit Joannes XVI. quò etiam hoc adhuc anno vitam mortalem deserente, ad Petri Cathedram evectus est Joannes XVII.

Petrus

Celebratur Concilium Tremoniese, quo Ecclesiæ mirè consultitur.

Moritur Rupertus Episcopus Curiensis; Bruschi in lib. de Episcopatu Spirensi, alium memorat Rupertum Episcopum Spirensis, qui hoc eodem anno obiit.

Walterius ex Abbate Flaviacensi Ord. S. Benedicti, creatur Episcopus Augustodunensis.

Godefridus fit Dux Lotharingæ inferioris.

Structura Monasterii Casamarii in Italiâ inchoatur.

S. Henricus Rex Romanorum castrum Valentianas obsidione vallat & capit, quod Balduinus Flandriæ Comes tenebat. Qui ad gratiam Regis post veniæ petitionem rediens, dictum castrum, quod antea frivole in vaserat, dato certæ pecuniæ numero pro feudo Imperii de manu ipsius Regis accepit.

Floret Hermannus Contractus Monachus & Scholasticus S. Galli in Helvetiâ, filius Comitissæ de Veringen, inter omnes doctos sui temporis Phœnix: scripsit de musicâ librum 1. De Monochordo lib. 1. De sex mundi ætatibus librum unum. De Astronomiâ libros tres. De compositione Astrolabii libros tres. De usu & utilitatibus Astrolabii libros duos. De compositione & usu quadrantis librum unum. De Chelindri horologio librum unum. De alio horologio librum unum. De Geometricâ arte libros plures. De mundo & elementis librum unum. De Solis & Lunæ defectu librum 1. De computo lib. 1. De quadraturâ circuli lib. 1. De conflictu Rhythmimachiz lib. 1. De Physionomiâ librum unum. Vitas quoque plurimorum Sanctorum elegantissimo stylo composuit. Epistolas quoque multas ad diversos, Diversi generis carmina penè infinita conscripsit. Hymnos, Cantus & Profas de Deo & Sanctis ejus plurimos edidit, ac inter hos Antiphonas *Salve Regina: Alma Redemptoris Mater &c.*

Circa hæc tempora S. Ansfridus ex Comite Clericus, & ex Clerico Episcopus Trajectensis, condidit sub honore Deiparæ in eadem civitate Abbatiam insignem Ordinis Benedictini, quæ postea ad S. Paulum nuncupata fuit, in quo Monachus postea deposito Episcopatu factus est; cui hoc anno in Sede Episcopali successit Adalboldus Regis Romanorum Henrici Cancellarius, vir doctus & pius: sunt qui dicunt eum Lobiensem fuisse Monachum, Scripsit de laudibus S. Crucis librum unum. De Laudibus S. Mariæ Virginis Deiparæ librum unum. Vitam & gesta Henrici II. Imperatoris, & alia multa. Nomine Imperatoris multa prælia pro libertate Ecclesiasticâ gessit contra Theodericum Hollandiæ Comitem, bona Episcopatus sui depradantem, quem tandem repetitis victoriis humiliavit.

Moritur Beatrix Friderici Lotharingæ Ducis conjux.

Alvica sive Wicelino Argentoratensi Episcopo, Henricus Imperator ipsum Argentoratium dono dat.

H h

An-

Petrus vigesimus secundus Sublaci Abbas, quòd noluisse tradere castrum quoddam ejusdem Monasterii sæcularibus illorum locorum dominis, Martyrio coronatur, miraculis à morte illustris.

Martyrii quoque areolam adipiscitur insignis sanctitate atque doctrinâ Abbo Floriacensis, lanceâ transfossus; cujus percussor paulò post arreptus à dæmone, miserabiliter vitam finivit.

Moritur Rupertus Nemetum Episcopus ex Ord. D. Benedicti.

Grimus Scotiæ Rex ob crudelitatem jam suis invisus, dum prælium contra Milcolumbum parat, à suis desertus, vulnerato capite, capitur; mox oculis privatus, nec multò post animi morore accedente ad vulnera, moritur; & Regni habenas fuscipit Milcolumbus.

Obiit Compendii Rosala Roberti Galliz Regis uxor. Item Arnulphus II. seu junior Flandriæ Comes; succedit in regimine filius Balduinus Barbatus.

Decedit S. Vulferius Ord. Benedictini Monachus, cui in morte ipsa Regina cœlorum apparuit, ipsumque per benignè solata est.

Annus Christi 1004.

S. Henricus Imperator contra Polonos armis capessens, videt gloriosos Martyres, Georgium, Laurentium, Adrianum, cum Angelo percutiente exercitum suum præcedentes, & hostium cuneos ad fugam propellentes, qui projectis armis, sine Christiani sanguinis effusione, fugerunt.

S. Wilhelmus Abbas grandi merito Reges conciliat.

Adola Comitissa Leobensis cum filio suo Aribone Parthenonem Gossensem in Stiria superiore condit.

Cometa longo tempore apparuit, post quem fames per universam Germaniam sævissima secuta est, cujus atrocitate non solum jumenta, sed multa quoque hominum millia interiisse perhibentur.

Balduinus I. Hierosolymitanus Rex post 20. mensium obsidionem Acram urbem occupat.

Berengarianâ hæresi subtilissimâ & nequissimâ se prodente, primus ejusdem authorem agnoscit & averfatur S. Fulbertus Carnotensis, postea Episcopus, ex S. Benedicti Ordine.

S. Henricus Imperator Deiparam in Basilensi Cathedra insigniter honorat & locupletat. Einsidleni non minus hoc anno cœnobio consulens.

Annus Christi 1005.

Giselerus Archiepiscopus Magdeburgensis & Merseburgensis diem obit.

In Poloniâ propè Casimiriam sancti Monachi, Benedictus, Joannes, Mathæus, Isaac & Christianus à latronibus in eremo crudelissimè trucidantur.

Ducto in Italianam exercitu Henricus Imperator Arduinum domat tyrannum, & Mediolani coronatur.

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Annus Christi 1006.

Moritur Hemma Boleslai II. Bohemiarum Ducis, cognomento Pii, conjux, ex familia Saxonia Principum nata.

S. Henricus Imperator Comitatum Bambergensem consentiente Benedicto Papa ad Episcopatum sublimat, eundemque bonis censibus ac redditibus plurimis auget.

Grassatur ingens fames & pestilens lues per orbem univertum.

Celebratur Synodus Francofurti in Francia.

Obiit S. Fulcrannus Episcopus Lodevensis in Gallia, patientia & humilitate, nec non post mortem (cujus horam praxiderat) miraculis celebris. Item Alfricus Episcopus Wintoniensis, postea Archiepiscopus Cantuariensis Ord. D. Benedicti.

Obiit Alvveckus Episcopus Argentoratensis. Floret in Scotia sanctitatis laude Kennocha virgo.

E terris ad superos evocatur S. Froilanus ex Abbate Monasterii S. Facundi Ord. D. Benedicti Episcopus Legionensis, vir zelo Apostolico excellens, hinc cœli approbantis mirificum argumentum meruit, dum columba prunas ardentes rostro adferens, has ejusdem labiis apprimeret, sic ut revera gratia in labiis ejusdem diffunderetur. Dum autem praxidando assiduus obiret Regnum, a felloque librorum uteretur bajulo, dæmon per lupum utile viro Dei animal aggressus dilaniavit. Sed vir sanctus lupo imperans ferocissimum illico mitissimum reddidit, & aselli deinceps loco esse jussit, onusque imposuit.

Burchardus Monachus Benedictinus Lobienensis Wormatiensis Episcopus ordinatur, vir tam in divinis scripturis, quam in seculari literaturâ excultissimus, qui ex Consiliis & Sententiis Patrum, magnum illud volumen Decretorum comportavit, quo antè compilationem Gratiani Juristæ utebantur, quod in viginti libros distribuit.

Annus Christi 1007.

Eberhardus Henrici Imperatoris Cancellarius, primus Bambergensis urbis Episc. instituitur.

Moritur S. Romuoldus Abbas S. Emmerani Ratisponæ, cujus feretro ipse S. Henricus Imperator supposuit humerum ad portandum.

Fulbertus ex Monacho cœnobii S. Petri apud Carnutum, in Episcopum ejusdem civitatis assumitur, vir sanctissimus & doctissimus: qui pro libertate Ecclesiæ mirè pugnat.

Sorabi & Vandali ad Elystram Misniæ fluvium habitantes, Wiliberti Merseburgensis prædicatione convertuntur. Chron. Merseburg. lib. 2. c. 6.

Vitam mortalem exiit B. Notgerus ex Monacho Benedictino Episcopus Leodiensis. Item S. Petrus de Agello Abbas Monasterii Benedictinorum S. Petri propè Perusium; claruit admirandâ miraculorum gloriâ: ruentem ruptis funibus grandi pondere columnam signo crucis sustinuit, donec denuò ligaretur: murarium ex alto prolapsam desperatumque restituit; molendinum cœnobii aquarum impetu abripiendum, aquis signo crucis mox immixtis, mirè servavit, annam cœlitus impetravit.

S. Henricus Imperator novum in civitate Bobiensi de consensu Comprovincialium Episcoporum Episcopatum erexit, & illi satis abundanter providit. Episcopatum etiam Basileensem nimia vetustate collapsum, & magnâ paupertate pressum, suis impensis magnificè instauravit, uti & monasterium Schutterense in Alsacia: in beneficium hujus memoriam Abbatiam Ecclesiæ Bambergensi feudalem fecit, ita ut quilibet pro tempore ejus loci Abbas Bambergensem Episcopum Dominum suum teneatur recognoscere, & in principio sui regiminis Abbatiam de ejus feudali beneficio teneatur acceptare.

Claret admirabili vitæ sanctitate B. Heribertus Colonienensis Archiepiscopus, qui sub hoc tempore ipsiusmet Deiparæ voluntate atque indicio, Tuitiense ad Rhenum Monasterium fundat & absolvit.

Annus Christi 1008.

Coronatur Martyrio S. Bruno Monachus Benedictinus, Archiepiscopus Lithuanorum & Russorum Apostolus: passi sunt cum eo alii decem & octo.

Decretorum volumen scribit Burcardus Wormatiensis Episcopus, Laubienensis Monachus, Canonistarum Phœbus appellatus.

Moritur Megingaudus, sive Megingor Galdria Comes.

Adenulphus fit Archiepiscopus Capuanus. Gozilo seu Gothilo fit Marchio Antverpiensis.

Obiit B. Aufridus sive Anfridus Episcopus Ultrajectinus in Belgio, qui cæcitate à Deo flagellatus, eandem patientissimè perferens, tandem relicto amplissimo Præfulatu, in condito à se Montis Sancti cœnobio, Regulam S. Benedicti professus, post mortem miraculorum gloriâ à Deo illustratus est. Trithem. tom. 1. SS. Ordinis.

Floret in Armorica regione S. Gingurianus Monachus Benedictinus: morituro, pridie ejus diei quo spiritum creatori redditurus erat, celestis Angelorum exercitus Imperator S. Michael apparere ei dignatus est, & hominem Angelum, ad felicissimum suorum contubernium invitavit. Hug. Menard.

Post Popponem Abbatem Fuldensensem succedit Erckenbaldus, vir & moribus & eruditione illustris.

Berno illustri genere vir, nec minus illustris eruditione, Augiensi cœnobio præficitur, Deiparæ cultor singularis, cujus ipse diem proprium Sabbathum honorans, librum integrum de jejuniis Sabbathi concinnavit.

Annus Christi 1009.

S. Henricus Imperator Monasterii S. Michaelis Ord. D. Benedicti Bambergæ fundamenta jacit. Balduinum IV. Flandrensiem Comitem, & cæteros rebelles domat. Sigebert.

Moritur Joannes Papa, eique succedit Sergius Quartus.

Sacro sanctum Sepulchri Dominici templum Jerosolymis per Babylonis Principem sternitur, ipsum tamen Salvatoris sepulchrum, nullo conatu quassare potuerunt: re compertâ, quod factum illud sit à Saracenis ex instinctu Judæorum in Gallia, communi omnium Christianorum consensu

Annus Christi 1011.

Dedicatio fit Ecclesiæ Cathedralis Bambergæ, in præsentia 30. Episcoporum, & Joannis Aquilejensis, qui & sacra obiit.

Moritur Tagino sive Tagmo Archiepiscopus Magdeburgensis, vir præstanti vitâ & sanctitate ex Ordine Divi Benedicti.

Dani in Angliam irruentes, eandem rapinis ac cædibus miserè vexant, S. Elphegus Cantuariensis quoque Archiepiscopus ex Ordine D. Benedicti Martyrio coronatur.

Sensit Constantinopolitana urbs horrendum terræ motum, qui diebus pluribus duravit.

Decedit B. Joannes III. Abbas sacri montis Casini, illustrissimo Beneventi Principum ortus genere: Hierosolymam post aliquot professionis annos Abbatis permisso profectus, in nostro montis Sinai cœnobio cum sexennium traduxisset, inde ad S. Honorii in Græciam secessit: illic constituto Beatissimus Patriarcha Benedictus apparens, baculum pastorem, quem manu tenebat, tradidit, atque ut ad Casinense monasterium quam celerrimè reverteretur imperavit, ubi pastoris optimi munere functus, ordinem per Illyricum insigniter propagavit. Ex Chron. Casin.

Henricus Imperator cum exercitu contra Theodericum Episcopum Metensem in Lotharingiam properat, & urbem Metim obsidione vallat: videns Episcopus in civitate positus tantæ se potentia non posse resistere, veniam petit, & mox impetravit.

Inter milites Balderici Leodiensis Episcopi eo præsentis, & Lambertum Comitem Lovaniensem apud villam Burgardis dictam prælium committitur, vincente Comite, ac multis ex parte Episcopi desideratis, reliqui in fugam vertuntur: Baldericus vix evasit.

Annus Christi 1012.

Moritur Sergius Papa, & Benedictus Episcopus Portuensis in ejus locum sufficitur, qui ejectus à Gregorio intruso, fugit ad Imperatorem.

Obiit S. Macarius Patriarcha Antiochenus.

Celebratur Concilium Legionense. Austriam beat sanguine suo S. Colomanus Monachus.

Martyrio coronatur S. Elphegus ex Monacho Benedictino Episcopus Wintoniensis, postea Archiepiscopus Cantuariensis: Romam dum peteret, oppidi alicujus civium scelere spoliatus, verbisque ac verberibus graviter afflictus, dum ferret patientissimè, Deus non tulit, nec ulcisci servi sui injurias distulit: terribili mox incendio oppidum undique inflammante & depauperante, quod tamen rogatus ille à pœnitentibus facti, prodigiosissimè illico consopivit ac extinxit. Vir erat in se rigidus, in omnes alios pius & beneficus. A Danis Cantuariam invadentibus, arcè vinculis contractus, septem menses angustissimo carcere fuit inclusus, ulciscite mox Numine, & Danorum exercitu gravissimo viscerum dolore

H h 2 dignè

consensu decretum est, ut cuncti Judæi per univertum orbem, ab eorum terris vel civitatibus pellerentur sicque omnes undique expulsi, magnâ ex parte, diversis mortium generibus interempti sunt, nonnullique sibi ipsis in tantâ calamitate necem intulerunt. Templum verò dictum dirutum, mater Ammirati, sive Principis Babylonii, fœmina christianissima, nomine Maria, cœpit majori decore reedificare.

Diem obiit S. Gilbertus Episcopus Meldensis in Gallia. Item Lambertus ex Monacho Petrihusano Ord. D. Benedicti, Episcopus Constantiensis; nec non Sigfridus Episcopus Augustanus.

Vitæ quoque finem fortitur Retthardus Episcopus Paderbornensis.

Celebratur Concilium Enhamense in Angliâ ad restorationem rerum Ecclesiasticarum, quæ sub novo Normannorum dominatu valde collapsæ erant.

S. Menvercus creatur Episcopus Paderbornensis.

Rex Ungariæ sororem sancti Henrici Imperatoris Gisilam, in uxorem sibi poscit, quam tamen impetrare non potuit, donec Christiana sacra suscepit, quod faciens totum ferè simul regnum Christo adduxit.

Post Adalberonem Metensis Ecclesiæ Præfulem, ordinatus est Theodericus filius Siffredi Comitis Palatini Rheni, frater S. Chunegundis Imperatricis, vir acer ingenio, qui propter suam in omnes proterviam multos sibi æmulos provocavit.

Martyrio coronatur S. Bonifacius Othonis III. Imperatoris consanguineus, primus Gnesnensium Archeepiscopus, Ruthenorum Rege ad fidem adjuncto, ipse à Regis fratre interemptus, quem tamen ipsum à morte grandi miraculo, filicis instar stupentem, sospitati restitutum Ecclesiæ gremio indidit.

Annus Christi 1010.

Romæ magno prodigio, in una Ecclesiarum, in dextera parte Altaris, ab uno pavimento foramine per integrum diem oleum scaturit, uti testatur Ditmarus lib. 7.

Hoc iterum anno plures è monastico Ordine S. Benedicti, Poloniam suo sanguine fecundant. Normanni Frisiam populantur.

Guilielmus IV. Aquitaniæ Dux Monasterium Malleacense Ordinis S. Benedicti extruit.

Moritur S. Petrus Episcopus Vercellensis in Italiâ.

Theodericus Episcopus Metensis, dotem & patrimonium sororis suæ Chunegundis Imperatricis Ecclesiæ Bambergensi delegari ab Imperatore Henrico agrè ferens, rebellionem contra eum parat.

Moritur Rupertus ex Monacho Benedictino Weissenburgensi Episcopus Spirensis, vir doctus & vitæ merito venerandus, cui succedit Waltherus. Mortalitati quoque finem imponit S. Aufridus sive Ansfridus Trajectensis Pontifex.

R.P. Brentano Epitome Chronolog.

dignè mulctato, quem vir sanctissimus injuriæ immemor pane à se sacrato, ac in milites distributo illicò liberavit. Corpus hujus sancti ad 17. sæculum usque, incorruptum servatum est. Jepses, Trithem. Eduardus Maihev.

Moritur Christianus, Episcopus Patavien-
sis: item Dagbertus Archiepiscopus Bituricen-
sis.

Sancto sine quiescit Eustachius Abbas de
Flay Ord. S. Bened. miraculorum gratiâ illu-
stris, quæ inter fontem ex lapide, quem lapide
perculserat, excitavit.

Moritur Theodorus Monachus & Schola-
sticus Cœnobii S. Matthiæ Treviris, vir doctissi-
mus. Scripsit libros quatuor Commentariorum
in Isaiam Prophetam. De Incarnatione Domini
librum 1. De resurrectione mortuorum lib. 1.
De virtute charitatis lib. 1. In gesta Treviro-
rum additiones usque ad sua tempora. In offi-
cio Scholastici ei successit Golscherus vir & ipse
eruditus, qui scripsit inter cætera ingenii sui o-
puscula, de laudibus S. Eucharii primi Trevi-
rorum Episcopi lib. 1. De laudibus S. Valerii Epi-
scopi secundi lib. 1. De laudibus S. Materni
tertii Episcopi lib. Sermones & cantus in laudem
Dei multos.

Adelbero noster ex Monacho S. Blasii in
Herciniâ silvâ, Basileæ Rauracorum lectissimus
Pontifex, æternum Mariani amoris sui condens
monumentum, Cathedralem Deiparæ Basilicam
ab Ungaris quondam vastatam, maximis sum-
ptu, mole, atque opere molitur.

Annus Christi 1013.

A Bit ex hac mortalitate ad Sion cœlestem,
S. Libentius ex Monacho Benedictino Bre-
mensium Archiepiscopus.

Movet in Italiam Imperator, & Arduinum
Lombardiæ regem ejicit.

Idem pomum Imperiale, à Pontifice obla-
tum, Cluniacensibus Monachis dono mittit.

Goslinus Abbas Floriacensis Ord. S. Bene-
dicti, Archiepiscopus Bituricensis creatur.

Peste infectus moritur Ruthardus Episco-
pus Constantiensis, cui successit Haymo.

Obiit Bernarus Episcopus Verdensis.

Richardis seu Richarda, Udalrici Dynastæ
Eberspergensis conjux, admonita à Deiparâ Vir-
gine, hoc anno pariter mortua est.

Godefridus Lotharingiæ Dux Comitatum Re-
ginheri Montensè depopulatur. Quem Reginhe-
rus cum patruo suo Lamberto Lovanienfi Comi-
te infecutus, cum eo prælium committit, apud
Castrum Florinis, in quo plus quàm quadrin-
genti viri cum Comite Lamberto occisi sunt.

Circa hæc tempora in Burgundia mulier
quædam saga juvenem quendam poculo incan-
tato in bestiam commutasse visâ est, ita ut o-
mnibus qui eum viderant, non homo sed asinus
apparuerit.

Bulgari ab Imperatore Constantinopolita-
no ingenti clade afficiuntur, 15000. eorum ca-
ptivatis, quos omnes oculis utrisque privatos,
sub ductu Capitanei Monoculi Samueli eorum
Principi remisit.

Nascitur B. Hermannus Contractus Au-

gientis Monachus, Wolfhardi Veringensis Co-
mitis filius, Deiparæ amoribus illustrissimus.

Annus Christi 1014.

S Edes Episcopalis Arlusis in Jutiâ fundatur,
Atrebat in templo S. Mariæ invenitur ca-
put S. Vedasti, aliorumque Sanctorum reliquia,
ad quarum illustrationem diversa miracula di-
vina clementia operata est.

Suenus Danorum Rex irreverenter de S.
Eadundo Rege & Martyre locutus, cum ali-
quando magnâ Danorum multitudine vallatus
esset, ipsum Sanctum armatum ex adverso veni-
entem solus vidit: ad cujus conspectum tremens
& militum auxilium magno clamore implorans
acriter à Sancto confossus cuspidè, & de equo
dejectus, paulò post in magnis cruciatibus mi-
serabiliter vitam finiit.

Moritur Megingaudus Comes à Lechsgæ-
mund, Henrici II. Imperatoris propinquus, Epi-
scopus Aichtadiensis.

Gerardus creatur Episcopus Rhemensis.

Adalaja five Adalasia Olrici Manfredi Mar-
chionis Secusis filia, cum Humberto Saxonis
Duce matrimonium contrahit.

Ezelinus Comes Palatinus Rheni, frater
S. Chunegundis, Imperatori Henrico diu rebel-
lis, beneficiis & gratiis ejus victus, ad mentem
saniolem pacemque redit.

Floret doctrinâ & vitæ perfectione Rein-
hardus Abbas S. Petri Monasterii Senonenfis in
Galliâ.

Contigit his fermè temporibus in quadam
villâ Saxonis, Rupertum quendam sacerdotem
Parochialis Ecclesiæ S. Magni Martyris primam
in nocte natalis Domini, ut moris est, missam
celebrare in sui præsentia populi, Quam cum
decantare cœpisset, Laicus quidam Otbertus
nomine, cum aliis quindecim viris & fœminis
tribus in cœmeterio ipsius Ecclesiæ choreas du-
cens, & sæculares cantilenas perstruens, ita
Sacerdotem impediabant, ut ipse verba eorum
inter sacra Missarum solennia resonare audire
cogeretur invitus, undè mandavit, ut tacerent,
quo contempto, imprecatus est dicens, *Faciat
Deus & Sanctus Magnus, ut per totum annum ita
vos saltare oporteat.* Verba mox increpantis effe-
ctus mirabilis secutus est, & anno toto sine in-
termissione, ut cœperant, chorifârunt. Quidam
Joannes nomine volens sororem suam de medio
saltantium extrahere, per brachium eam arti-
puit, quam cum traheret, avulsam de corpore
brachium fuit, & ne una quidem gutta san-
guinis exivit: illa ergo toto illo anno cum cæteris
ducens choreas die noctuque permansit, quod
spectaculum nimis terribile fuit. Saltabant sine
intermissione cantantes, non cecidit super eos
nix vel pluvia, nec fervor caloris adussit, nec
fames aut sitis sic choreas ducentes afflixit, neque
lassitudo cursum interceptit. Vestimenta ipso-
rum permanserunt integra, calceamenta non
sunt attrita: ut vecordes sine ordine cantabant,
interrogati responsum nulli omnino reddebant.
Primum usque ad genua, deindè usque ad fœ-
mora saltando in terram demersi sunt. Anno
tandem evoluto S. Heribertus Archiepisco-
pus Colonienfis, in cujus parochiâ locus erat,
ad

ad cœmeterium Legatos misit, & eos à maledi-
cto sacerdotis absolvit, reconciliationem faciens
ante altare S. Magni Martyris. Fœmina una
cum duobus viris statim exanimata est. Conti-
nuis cæteri diebus & noctibus tribus dormie-
runt. Aliqui postea obiêrunt. Cæteri pœnam
suam membrorum tremore prodiderunt.

Obiit Algerus Monachus Corbejenfis in
Saxonis, vir in omni varietate scripturarum om-
nium suo tempore facilè doctissimus. Post quem
floruit Rogerius Professor ejusdem Monasterii:
scripsit de Corpore & Sanguine Domini nostri
lib. 2. De historiâ Saxonum lib. 1. De vitâ, pas-
sione & miraculis S. Viti Martyris. De salute fi-
delium libros 4.

Rutgerus Monachus Cœnobii S. Pantaleo-
nis Colonis edidit vitam & gesta Brunonis Co-
lonienfis Archiepiscopi. Miracula S. Maurini
Abbatis & Martyris. Miracula quoque S. Albinus
Martyris.

Moritur sæculo alterâ vice S. Bernvardus
Hildesheimensis Episcopus. Qui cucullum olim
in Augiensi cœnobio amplexus, ad Pontificatum
extractus, hoc anno denuò honores mundi fugi-
ens, cœnobio se se velut sepulchro includit.

Annus Christi 1015.

Victus denuò à Cæsarianis Arduinus Lom-
bardiæ Rex, cucullum amplectitur apud
Benedictinos.

Ernestus Alemanniæ Dux, casu sagittâ in
venatione vulneratus moritur.

Obiit S. Albinus five Albuinus Episcopus
Brixienfis in Tirolis; hic primus Sedem Episco-
palem à Sabiona Brixinonem transtulit, & totam
ut cernitur mœnibus cinxit.

Circa hunc annum naturæ quoque debitum
solvit S. Adelheidis, virgo Abbatisa Monasterii
Vilicensis, tunc Ordini Benedictino proprii:
patrem illa habuit Megengorem Geldriz Co-
mitem; claruit insigni miraculorum gloriâ, quæ
inter insolentiora illa: si quam ex sororibus, ob
ineptam chori laboribus vocem raucam seu dis-
sonam objurgaret, & manu in faciem inflictâ
modicum cæderet, toto deinceps vitæ reliquæ
tempore sonorâ atque delectabili voce excelluisse:
similiter, si quas longâ ægritudine laborantes,
tanquam inutiles cœnobio ac desidiosas repre-
henderet, illicò prodigiosè restitutas convaluisse:
morta est Colonis, ejusque sacrum funus
navi impostum, necdum dispositis remis, con-
tra fluminis cursum atque impetum, sursum,
versus Vilicense Monasterium contendit, perse-
quente illud ipso S. Heriberto Archiepiscopo
Colonienfi, cum magnâ populi multitudine. Ex-
vit apud Surium.

Poppo filius Leopoldi Marchionis Austriae,
creatur Archiepiscopus Trevirensis.

Canutus in Regem Danorum eligitur.

S. Simeon Monachus Benedictinus reclusus
floruit Treviri, hic Monachatum professus in
monte Sinai, ex Oriente, cum Poppone Archi-
episcopo Trevirensi in Occidentem venit, &
mansionem in quadam altissimâ turri sibi elegit,
dæmones autem circa hanc sæpius de nocte im-
portunè vociferantes vulgum ita dementârunt,
ut Simeonem magum publicè pronunciarent, un-
dè quoties aut fruges tempestate perierunt, aut

aliquid finistri in civitate contigit, ejus malefici-
is ac demeritis factum arbitrantes, contumelias &
opprobria in illum spumabant, sæpius etiam furo-
re concitati, turrim in quâ manebat, igne sup-
posito concremare tentabant; verum Deus servi
sui sanctitatem innumeris post ejus mortem mi-
raculis commendavit.

Claret quoque S. Elphegus ex Abbate
Monasterii Balneorum primo Episcopus Wintonien-
sis, postea Cantuariensis Archiepiscopus.

Annus Christi 1016.

C Anutus Svveni filius, Danorum Rex, in Re-
gem quoque Angliæ eligitur.

Benedictus Papa Saracenos Ecclesiæ litto-
ra invadentes comparatâ validâ classe ad inter-
necionem delet, ipsorum rege fugâ lapsa, regi-
nâ verò captâ & capite truncatâ.

Basilus Orientis Imperator Apuliam &
Calabriam firmat.

Ramyris Ferdinandi frater nothus, testa-
mento patris Aragoniam adeptus, Aragonum
Rex designatus est. Ritius lib. 3. Hisp.

Obiit propè Mantuam in Monasterio Pado-
lyronenfi S. Benedicti, Sanctus Simeon Mona-
chus & Eremita, qui multis claruit miraculis.

Theoderico Gandavensium Comite filio
Arnulphi bellante contra Frifones in vindictam
patris sui ab eis occisi, Godefridus Dux Lotha-
ringiæ ad eum debellandum ab Imperatore in
Frisiam mittitur, & conferto prælio voce (nesci-
tur undè) emissa *Fugite fugite*, cunctis fugienti-
bus à paucis perinauntur, Dux autem Godefri-
dus capitur.

Annus Christi 1017.

M oritur Theadagus five Deodatus, Ord. S.
Benedicti ex Novæ Corbejæ Monacho,
tertius Pragæ in Bohemiâ Episcopus.

S. Chunegundis ad testandam innocentiam
nudis pedibus super ignitos vomeres absque læ-
sione graditur.

Manichæorum semina è Galliis ejicit Rober-
tus Rex cognomento Pius, eorumdem affectis
rogo addictis.

Roma, ob imaginem Christi à Judæis in
Synagoga sua delusam, immani ventorum vi à
die Parasceves usque ad Sabbathum sanctum,
magnâ hominum tam Judæorum quàm Christi-
anorum strage concutitur: postquam autem Be-
nedictus Papa comperto scelere, illius auctores
jus sit decollari, mox venti cessârunt.

In Aquitaniæ regione circa maritima, an-
te solennitatem S. Joannis Baptistæ, tribus die-
bus de cœlo sanguinem pluit: qui cadens super
carnem hominis, aut super lapidem, non poterat
ablui, secus si cecidisset super lignum: quod
prodigium bella gravissima inter Guilielmum
Aquitaniæ Ducem, & Gaufridum Andegaven-
sem Comitem subsecuta sunt.

Moritur Henricus V. Comes Henneber-
gicus, Marchio Schvveinfurtenfis.

Canutus totius Angliæ suscipit Imperium,
Londini à Livingo Archiepiscopo Cantuariensi
consecratus.

Magdeburgi decedit Alvverda virgo cum
sanctitatis opinione, quæ sub mortem visiones
cc-

cælestes habuit. Vitam quoque cum morte commutat Arnulphus II. Episcopus Mediolanensis.

Rudolphus Burgundiæ Rex injuriis & temeritate Burgundionum irritatus, Regnum suum S. Henrico Imperatori tradere deliberat, quod cum innotuisset Burgundionibus, pœnitentiâ ducti ad veniam ejus redeunt, & se de cætero in omnibus ei parituros fideliter promittunt.

Claret his temporibus Meginfridus Monachus cœnobii S. Burchardi Herbipoli, vir in divinis Scripturis & Philosophiâ exercitatissimus, factus postea Archiepiscopus Magdeburgensis.

Fulbertus etiam Episcopus Carnotensis ex Ord. Benedict. doctrinâ suâ illum mirè illuminat.

Annus Christi 1018.

Moritur ætate meritisque gravis Henricus Comes de Rottenburg, Episcopus Herbipolensis, post 23. regiminis annos. Cui in Sede Episcopali hoc eodem anno succedit Meginhardus I. Comes de Rottenburg, sancti Henrici Imperatoris Consiliarius.

Finem imponit historiæ suæ Ditmarus Episcopus Merseburgensis.

Regiones Boreales diris terræ motibus quatuntur.

Victi tribus præliis à rebelli Melo Græci, quarto victores fiunt.

Canutus Angliæ & Daniæ Rex nuptias celebrat cum Emmâ.

Obiit Ven. Arduinus, qui cum esset Dodonis Marchionis Eporediæ filius, Mediolani à Longobardis contra S. Henricum Imperatorem Augustus appellatus fuit: ab Henrici sequacibus autem prælio victus, terrenorum fastidio ad S. Benigni Fructuariense monasterium se recipiens, cucullum amplexus, in eo biennium supervixit, pœnitentiæ operibus se addicens, & hoc demum anno è vitâ discessit. Carol. Sigon.

Heribertus creatur Episc. Mediolanensis. Benedictus Papa cum quibusdam Cardinalibus & Episcopis ad S. Henricum Imperatorem venit in Germaniam, & Bambergæ sanctum cum eo Pascha celebrat, qui summo apud Imperatorem honore habitus, ac multis ab eo donatus muneribus, Romam peracto negotio revertitur.

Urbs Hierolymitana à Saracenis capitur, omnia sancta loca intrâ & extrâ muros per turpissimos Mahometanos sædantur, multa que fidelium millia occiduntur. Patriarcham Babylonem captivum duxerunt, ubi post multa tormenta trucidatus fuit.

Ernestus Dux Sueviæ in venatione ab Adelberone Comite, sagittâ insidiosè occiditur.

Floret Berno Abbas Augiæ majoris, vir literatus, scripsit de Musicâ lib. 1. de instrumentis musicalibus lib. 1. de celebratione Adventus Domini lib. 1. de jejuniis quatuor temporum, lib. 1. de jejuniis Sabbathi lib. 1. de Mensurâ Monochordi lib. 1. sermones etiam plures.

Moritur Lambertus Constantiensis ad Rheinum è Monacho Petrusiano Episcopus.

Annus Christi 1019.

Moritur Sergius Patriarcha Constantinopolitanus, in cuius locum sufficitur Eustathius. Basilii Imperator Bulgaros sibi omnino subijcit.

Burgundi Alsatiam rapinis & incendio devastantes, à Wernero Episcopo Argentoratensi expelluntur.

Diem obit Gundeharus Episcopus Aichstadiensis.

Gozilo seu Gothilo fit Dux Lotharingæ inferioris.

Decedit Hemerodus Monachus in dicecesi Paderbornensi, per quem statim Dominus Deus multas virtutes operatus est.

Henricus Imperator Nativitatem Domini Salvatoris in Coloniâ celebrat.

Claret hisce temporibus S. Gerardus ex Monacho Benedictino Episc. Morisenus à Papa Benedicto ad prædicandum Dei verbum in Ungariam missus. Item Ebervvinus Abbas nostri Tholienensis Monasterii, qui scripsit vitam S. Simeonis Monachi lib. 1. gesta Popponis Archiepiscopi Trevirensis lib. 1. de jejuniis & pœnitentiâ lib. 1. sermones etiam multos ad Fratres.

Wilhelmus Divionensis cœnobii Abbas, doctrinâ, sanctitate multisque patris miraculis refulget: Idem contigit per Popponem Abbatem Stabulensem in dicecesi Leodiensi, & Richardum Abbatem Verdunensem.

Basileensis Cathedralis Ecclesia, præsentibus Divis Imperatoribus Henrico & Chunegunde, in Principam Procerumque innumerabili frequentia consecratur.

Annus Christi 1020.

S. Wolbodo ex Monacho Benedictino Episcopus, Cæsarem & Coloniensem Archiepiscopum sædè dissidentes conciliat.

Capuæ Princeps ad Græcos deficit. Sub hunc annum Rabbi Ezechias successit scholæ R. Hai Haggæon in Babyloniâ, sed calumniâ suorum biennio post à Rege Saraceno necatus est cum torâ suâ familiâ, duobus exceptis filiis, qui fugerunt in Hispaniam ad R. Josephi Levitam Hanaghid. R. Abraham in Cabbala.

Sub hunc quoque annum in monte Casimo obiit S. Theodemarius Monachus miraculis gloriosus, quæ inter claudi hominis elemosynam petentis manus arripiens, eundem confessum sanitati restituit: sic iussu Abbatis claudum item puerum de terrâ levans, ignarus ipse rei & miraculi, incolumitati reddidit, dum manu porrectâ diceret, Surge, illo quamprimùm prodigiosissimè in pedes consurgente: infernis spiritibus terroris fuit, ita ut aquâ, quâ manus abluerat, energumens propinata, eadæmones expellerentur. Ex Petr. Diac. l. de ortu & vit. justorum sacri montis Casimi.

Claret B. Adunativa mater S. Popponis Abbatis Stabulensis, quæ mortuo marito facta reclusa, Sanctorum cœlitum consortio jam interris sæpius fruebatur.

S. Eahornus Monachus Monasterii S. Gildæ Ord. D. Benedicti & Eremita, edomationi carnis & contemplationi totum se consecrans, à latronibus spe prædæ accensis crudeliter interficitur.

Moritur Erkenboldus ex Abbate Fuldensi Archiepiscopus & Elector Moguntinus.

Cum magnâ opinione sanctitatis decedit Kunegunda, vulgò Cunissa, Magni Imperatoris Ottonis cognata.

Burchardus Episcopus Wormatiensis Ord. S. Benedicti Collectionem seu Decretum facit, haustum ex Conciliis, Pontificâ Constitutionibus & Epistolis, sententiis SS. Patrum, & sanctionibus Imperatorum, dum (etsi tunc in occidente nondum fuerit facta plena promulgatio juris Civilis

vilis Justinianei) plurima transcripsit ex Digestis, Codice & Novellis, conjungens sic jus Civile cum Canonico. Constat illud opus viginti libris.

Oviedi in generali statuum Regnorum Legionensis & Castiliani Conventu, Alphonus V Rex veteres Gothorum leges emendat.

Defuncto ut supra diximus Erckembaldo, in Sede Archiepiscopali Moguntinâ succedit Aribio, vir in divinis scripturis multum eruditus, nec Philosophiæ ignarus: scripsit in quindécim Psalmos Graduales Commentaria pulcherrima, & præter alia Epistolas plures ad diversos.

Defunctus est S. Heribertus ex Comitibus de Rottenburg Archiepiscopus Colonienfis, qui mox infinitis cœpit clarere miraculis. Successit ei in Archiepiscopali dignitate Piligrinus nepos ejus, Abbas Monasterii S. Burchardi Herbipoli, vir magnæ prudentiæ, & in disponendis negotiis Ecclesiasticis industriæ singularis.

Claret Guido Aretinus Monachus cœnobii Crucis S. Laufredi, postea ut legitur Abbas, Dialecticus, Rhetor & Musicus omnium suo tempore celeberrimus. Scripsit de Musicâ institutione libros duos. Contra Berengarium de corpore & sanguine Domini librum unum, & quædam alia.

Annus Christi 1021.

Moritur S. Jonas Ogmundus, Holensis in Boreali Islandiæ parte Episcopus.

Dani invadunt Scotiam, sed grandi clade afficiuntur.

Obit diem S. Wolbodo ex Monacho Benedictino Episc. Leodiensis, orationis studio deditissimus, adeo ut continuâ poplitum flexione genibus callos obduxerit; frigoris, inediæ, vigiliarum adeo patiens fuit, ut asperâ sæpè hyeme nudis pedibus in Basilicâ pernoctaret: mortuus est in amplexu sanctissimæ crucis Christi, tantis à morte prodigiis coruscus, ut Abbas S. Laurentii, quo in cœnobio præclarè à se restituto sepultus fuit, per divinum amorem testatus sit, ut ab illis temperaret, ne tanta ab occurrentibus interdium noctuque Monachis inquietudo & molestia causaretur. Chapeavill. Rayner. Molan. Successit Heriberto Piligrinus.

Eberhardus primus Ecclesiæ Bambergensis Episcopus, Monasterium S. Michaëlis Ordinis Benedictini in monte Monachorum, per Sanctum Henricum Imperatorem & ejus conjugem S. Chunegundem fundatum, consecrat.

S. Henricus Imperator sub hoc ferè tempus insigni benevolentia signo à cœli Regina Deiparâ honoratur. Cum in Ecclesiâ S. Mariæ majoris Romæ pernoctaret, Christum ipsum, cœlestia inter servitia sacris in arâ Divinæ Matris operari intuitus, mirificè recreatus, etsi non sine sacro quodam horrore est, cum ad introitum Missæ *Suscipimus Deus &c.* sive potius ad verbum introitus: *Justitiâ plena est dextera tua, &c.* conversus Christus, & præsens tanta Mater, intento in Henricum digito, ipsum indigitaret, cœlitibus id ipsum universis imitantibus. Finito Evangelio librum Angelus cum Christo, tum Matri gloriosissimæ osculandum præbuit, quæ Angelo innuit, Henrico etiam ut porrigeret, jubens insuper (magnâ omnino gratiâ & di-

gnatione) *Præbe ei pacis osculum, cuius mihi virginitas placet.* Cumque is nimio raptus amore & gaudio jam porro oculis intendere atque animo nequirit, Angelus in nervo S. Imperatorem tangens; *Hoc tibi, inquit, erit signum dilectionis Dei ob tuam castitatem & justitiam.* Quoquidem ex tempore manifesto apparitionis signo claudicans, inde quoque claudi cognomentum accepit.

Annus Christi 1022.

Evertit Græcos S. Henricus Imperator, & desperatus à S. Benedicto miraculosè curatur, Monachum se fore solenniter vovens.

Celebratur Seligenstadiense sive Salegungstadiense Concilium.

Moritur S. Bernvvardus Episcopus Hildesemensis, ex Ord. D. Bened. Item S. Theodoricus II. Episcopus Aurelianensis in Galliâ. Hic equestri prognatus familiâ, puer etiamnum factum sæculi, pretiosarum vestium usum, in vilissimis habuit: in S. Petri vivi cœnobio sub regulâ S. Benedicti Monachum professus est, ob virtutis tandem famam ad amplissimam Aurelianensis Pontificatus evectus cathedram, ab Odalrico quodam illum honorem ambiente armatâ manu, dum consecraretur appetitus est. In itinere postea interceptus, lanceis & gladiis ad mortem quæsitus & cæsus, dum humi jacens ac pro mortuo derelictus esset, paulo post illæsus omnino atque incolumis consurrexit, à quo facti jam pœnitens Odalricus & veniam rogans, facillimè obtinuit. Gravissima alia inter merita Theodorici infandam Heriberti & Lisoji hæresim felicissimè oppresit: paulo antequam è vivis excederet, pernoctans in Ecclesiâ, hæc è cœlo voce invitatus est: *Ne timeas Theodorice, quia superna mansio te expectat, ubi Martyr S. Sebastianus gloriosè triumphat.* Carol. Sauffay. Claud. Robert.

Pandolphus, hujus nominis IV. Capuæ Princeps, ab Imperatore Henrico carceri mancipatur.

Moritur B. Fridericus Prior in Monasterio S. Vedasti Ord. D. Benedicti. fuit ex perillustri Comitum Virduensium stemmate.

Fundatur Monasterium S. Bartholomæi, sub regulâ S. Benedicti propè Hildesheimium.

Poppo Trevirorum Archiepiscopus, cum aliis quibusdam Clericis ac Monachis in Daniam proficiscitur, & Danos reliquos ad Christum nondum conversos, ab Idololatriâ ad fidem convertit.

Annus Christi 1023.

Moritur Helikardus vel Eckardus, ex Monacho Benedictino quartus Pragæ in Bohemiâ Episcopus.

Robertum Galliæ Regem convenit Henricus Imperator, sanctus sanctum, & de pace ac reformatione actum.

Obit Hartvvicus Archiepiscopus Salisburgensis, & à morte miraculis coruscatur; in Sede Archiepiscopali succedit Guntherus, Imperatoris sancti Henrici Cancellarius.

Moritur S. Wulstanus Archiepiscopus Eboracensis, cui substituitur Alfricus Wintoniensis Præpositus.

Decedit

Decedit Arnoldus Episcopus Halberstadiensis. Item Godefridus Dux Lotharingæ inferioris, sine relictis prolibus.

Moritur Gero Archiepiscopus Magdeburgensis: similiter S. Romualdus Camaldulensium Monachorum fundator.

Adelbero Trajectensis Ecclesiæ Scholasticus, Chronicon suum de origine civitatis, successione ac gestis Pontificum Trajectensium complet.

Claruit his temporibus Ludovicus ex Monacho Cœnobii Casinensis Episcopus Marianensis, S. R. E. Cardinalis, vir magnæ doctrinæ & ingenii.

Annus Christi 1024.

S. Henricus Imperator moriens, Chunegundem virginem conjugem, Episcopis commendat, quæ postea cucullum sub regulâ S. Benedicti amplectitur. Imperator creatur Conradus Francorum Orientalium Dux.

Benedictô Papâ mortuo Joannes XX. subrogatur.

Circa hunc annum Erenfredus, quem alii Ezzonem vocant, Comes Palatinus Rheni, Bruvillerium Monasterium Ord. S. Benedicti condit; ejus uxor Mathildis verò naturæ debitum hoc eodem anno solvit, miraculis post mortem gloriosa.

S. Agatha Palatina Carinthiæ decedit, quondam à Paulo Comite Palatino Carinthiæ marito suo, à fratre ejusdem falsò adulterii accusata, & cum pedissequâ Dorotheâ ex præaltâ turri in rupem præcipitata: audita in ejus obitu psallentium Angelorum voces: in quem dejecta fuit locum, ornant ætate rosæ ac lilia, sponte suâ enatae rupibus, veluti humano cultu plantata. Bolland. in act. SS. 5. die Febr.

Victimæ Catholicæ fidei manu infidelium Danorum in Angliâ cadunt SS. Leofrona Abbatissa, Mildreda virgo, plures Monachi & Moniales Ord. S. Bened.

Decedit Adelboldus Episcopus Trajectensis anno Pontificatus sui decimo octavo, vir moribus & eruditione illustrissimus, qui vitam S. Henrici Imperatoris descripsit.

Annus Christi 1025.

S. Chunegundis Augusta, Monasticum suscipit habitum sub regulâ S. Benedicti.

Basilius Imperator Orientis, cum vixisset annos 70. imperasset quinquaginta, repentino morbo correptus exit è vitâ, relinquens Imperium Constantino fratri.

Moritur Eustathius Patriarcha Constantinopolitanus, cui succedit Alexius Monasterii Præfectus.

Guillelmus Aquitanus ad regnum Italiæ vocatus, fit Monachus.

Vitam deponit Boleslaus Poloniæ Rex, cognomento Chobri, in cuius locum succedit Mieczslaus filius.

Guillelmus Gaufridus, Guillelmo Capiti-Stupæ, in Comitatu Pictonum succedit.

B. Mazelinus fit Abbas Monasterii S. Petri Salisburgi Ord. D. Benedicti, qui postea Abbatiam resignavit, & in monte Caprarum vitam Eremiticam duxit usque ad mortem; ad

ejus sepulchrum multa contigere miracula.

Fatis concedit B. Burchardus Episcopus Wormatiensis, Monachatum professus erat in Monasterio Laubacensi sub regulâ S. Benedicti, insignis Theologiæ & Jurisprudentiæ Magister.

Item B. Lambertus ex Abbate Bertinensi factus Novitius, Cluniaci vir profundissimæ humilitatis, ad Archiepiscopalem Rhemorum Cathedram postulatus, honorem tantum constantissimè recusavit.

Moritur S. Eadgitha ex Regina Northumbriæ Sanctimonialis Benedictina, miraculorum gloriâ illustris.

Annus Christi 1026.

Longobardi Conrado Imperatori in Italiam pergenti se opposcentes profligantur.

Apoplexiâ tactus obiit Haymo Episcopus Constantiensis.

Circa hunc annum moritur S. Firmanus sive Firminus Abbas Ordinis S. Benedicti.

Durandus creatur Episcopus Leodiensis, Pandulphus Capuæ Princeps vinculis solutus, Capuam expugnatam recipit.

Vitâ fungitur Richardus II. Dux Normanniæ.

Thomas de Argentolio, Præpositus Ecclesiæ Atrebatensis, in ipso Ecclesiæ suæ gremio, propter justitiam & libertatem Ecclesiæ, à sicariis interficitur.

Conradus Imperator consensu Principum, Henricum filium suum Regem constituit, cui Cunegundem filiam Regis Danorum sponsam procurat; quæ cum aliquamdiu cum eo mansisset, & objectum adulterii crimen duello pueri parvissimi contra falsum delatorem magnum hominem publicè diluisset, in patriam rediit, & neque minis, neque precibus unquam induci potuit, ut cum sponso maneret diutiùs, aut in ejus matrimonium consentiret.

Mortuo Bolislao Poloniæ Duce, Mischo filius ejus succedit, qui arrogantiam plenus, fratrem suum de Poloniâ expulit.

Mortalitatem exiit Venerabilis Virandus, Comes Wandelburgius & Castrensis Abbas Einsidensis, S. Gregorii Angelici planè viri discipulus & successor felicissimus.

Annus Christi 1027.

Conradus Romanorum Rex, ipso paschatis die à Joanne Papâ Imperator solennibus ritibus Romæ inunctus est & coronatus, presentibus Canuto Daniæ, & Rudolpho Burgundionum regibus: sequentibus autem diebus tumultu orto inter ipsius milites, & cives, gravi pugna commissa Imperator potitus victoriâ, factâque cum civibus pace, ab urbe in Germaniam regreditur.

Moritur Constantinopoli Wernharius Episcopus Argentinensis, Imperatoris Conradi Legatus.

Obiit S. Romualdus Abbas, fundator Ordinis Camaldulensis, annos natus centum viginti.

Adela Francorum Regis filia, Balduino Pio sive Insulensi, Comiti Flandriæ nubit.

Ad coronam æternitatis felicissimæ evocatur Aurelia, reclusa sub regulâ S. Bened. Ratisponæ, regio orta genere,

Tam

Tam modicum erat hoc anno annonæ pretium, ut panis, qui sex viros robustos satiare poterat, pro uno nummo in Bohemiâ compararetur.

Bruno Episcopus Augustensis & Welfo Comes de Scheuern, subortâ inter eos gravi dissensione, prædas & incendia in se mutuo hostiliter agunt.

Ernestus Dux Sæviæ privignus Conradi Imperatoris, & Welfo supra dictus, Imperatori rebellare statuant, terras ejus deprædantes.

Annus Christi 1028.

Mortuo Hugone Roberti Francorum Regis filio, quem pater Regni consortem elegerat, magnæ dissensiones obortæ sunt inter ipsum Regem & Reginam Constantiam, decernente Roberto regnum deberi secundo genito Henrico, Reginâ verò muliebri affectione admittente, ut tertio genito traderetur Roberto. Cujus controversiæ occasione magnum excitatum est domesticum bellum etiam inter Principes atque Episcopos, aliis Regi, Reginæ aliis studentibus; cum interim Rex collecto Rhemis suorum Conventu, Henricum coronavit.

Reformat Ægyptum & solitudines, & S. Benedicti Monachis implet S. Bononius Abbas. Moritur Fulbertus Episcopus Carnotensis, profligator hæresum, cultor eximius Deiparæ, cujus lacte in agone pasci meruit.

S. Olaus Norvegiæ Rex Martyrio afficitur. E vivis discedit Constantinus Imperator, succedit Romanus, qui suam repudiavit conjugem, ut acciperet Zoën filiam Constantini.

S. Ulfridus sive Wolfredus Apostolicis laboribus in Suecia clarus, cum idolum gentis bipenni in frustra concidisset, statim mille confossus vulneribus, animam Martyrii laureâ dignam in cælum transmisit.

Moritur Wernerus Episcopus Argentoratensis. Alphonfus V. Legionis & Castiliæ Rex in obfidione urbis Visi sagittâ trajectus vitam finit, cui in Regno succedit Veremundus filius.

Florent doctrinæ famâ Evelgotus Monachus Benedictinus in Angliâ, postea Cantuariensis Archiepiscopus, Deiparæ cultor devotissimus; & Adelmanus ex Clerico Leodiensi Episcopus Brixienfis in Lombardia.

Annus Christi 1029.

Robertus Rex Francorum, convocato plurimorum Episcoporum cœtu, Basilicam in honorem S. Aniani Aureliani constructam, voluit consecrari.

Celebratur Synodus Lemovicensis. S. Anastasius ex Abbate Benedictino Archiepiscopus, Ungaros plenè convertit.

Unvvanus Episcopus Bremensis, vir sapientissimus & Religiosissimus, obiit.

Fundatur Segusiæ Abbatia S. Justi, sub Ordinis Benedictini statutis.

Bruno Augustensis Episcopus, frater S. Henrici Imperatoris, ex vitâ decedit.

Claret Didacus Monachus Benedictinus in Bohemiâ, vir in divinis Scripturis doctus, & R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Concionator celeberrimus, qui verbo & exemplo multos ad viam justitiæ & veritatis erudit.

Fulget admirabili vitæ sanctitate & puritate S. Emericus Princeps, S. Stephani Ungariæ Regis frater.

Annus Christi 1030.

Moritur Izzo Episcopus Pragensis, succedit S. Severus ex equestri Berzkovskianâ familiâ natus.

Conradus Imperator ruptâ pace, expeditionem adversus S. Stephanum Ungariæ Regem parat, sed isto Sanctissimæ Virgini Deiparæ suas injurias devotè commendante, nuncius venit ad singulos quosque Duces Germanorum, ab Imperatore litteras adferens, quibus jubebantur pedem referre: quod audiens Imperator, qui nihil tale jusserat, haudque dubitans rem divinitus gestam esse, se deinceps à Stephani invadendo regno timore judicis æterni cohibuit.

Vitæ finem facit S. Casimirus dicti Stephani filius.

Petrus Rainerii filius, Soræ & Arpini Senior, Monasterium S. Dominici exstruit & bonis suis locupletat.

Pisani Africam invadunt, & Regem Carthaginis capiunt, qui conversus & baptizatus dimittitur.

Obiit Goslinus Archiepiscopus Bituricensis ex Ord. S. Benedicti. Item Hugo Episcopus Pisanus. Nec non Waltherus Archiepiscopus Bisuntinus.

Ducatus Augustæ Salasorum per nuptias Adelheidis, ad Ottonem Sabaudia Comitem transfertur.

Novum Sydus terræ sese ostendit cælo jam tunc dignius, S. Joannes Gualbertus, qui supplici hosti pro amore Crucifixi non solum scelus condonans, sed & trémentem complexus, à Crucifixi imagine flexo capite quasi salutatur, Christo proinde se totum donans, abjectis militibus armis cucullum induit.

Annus Christi 1031.

Moritur S. Guilielmus Abbas S. Benigni Divione, Benedictinæ familiæ inclytum decus, plurimorum Monasteriorum partim reformator, partim conditor; inter cætera ejus miracula legitur, quod suspensum ad vitam resuscitavit; & vivus adhuc pluribus absens apparuerit; eos ad vitæ emendationem commovens. Ejus quoque industriâ bellum civile in Gallia, quod inter Regem Robertum ejusque duos filios exarserat, hoc anno confopitum est.

Orientem Dei & Deiparæ cultu mirè accendit Romanus Imperator.

Diem obiit S. Dominicus Abbas Ord. D. Benedicti juxta Soram in Italia, innumerabilium patrator miraculorum, multorumque cœnobiorum fundator. Adversus grandinem & tempestates præcipuè illius implorari auxilium & patrocinium solet, raro populorum pietatem frustrato successu: quare Soræ tonante cælo, illius Basilicæ campana præcipuè compulatur. Eâ quoque causâ Fulgines quotannis ad S.

Dominici Monasterium sumptu publico mittere superioribus sæculis consuevere nummos aliquot, pannum laneum in vestes monachorum, ac funes impellendis Ecclesiæ campanis. Constatque quamdiu id Senatûs nomine perfectum est, nihil urbi pomceriové à grandine aliâque aëris injuriâ detrimenti allatum. Invocant ejus quoque, & præsentem experiuntur opem, qui febribus conflantur, aut rabidorum morfu canum ac serpentium læsi.

Vitam cum morte commutat Aribio Elector & Archiepiscopus Moguntinus, stemmate Comitum Palatinorum Rheni oriundus: Item Waltherus Episcopus Spirensis, succedit Sigfridus. E vivis discedit Bruno Episcopus Augustanus, Dux Bavarie & frater S. Henrici Imperatoris.

Mortem felicem oppetit propè nonagenarius S. Adilhelmus montis Angelorum in Helvetia Abbas Benedictini Ordinis. Fuit rigidus admodum sui corporis tortor, quod vigiliis, inedia aliisque voluntariis afflictionibus & suppliciis, duriter & immisericorditer habuit, cum tamen in alios pius admodum & misericors extiterit; claruit & vivus & mortuus insigni miraculorum gloriâ, nec non spiritu prophetico effulsit. Ex Menolog. Buccelin.

Actius creatur Episcopus Pifanus.

Annus Christi 1032.

S Gerardus Ungarorum Apostolus, Benedictini Ordinis sidus claret.

Joannes Romanus Pontifex ad preces Sancii majoris, Regis Navaræ atque Castellæ, concedit Monachis Benedictinis Monasterii Leirensis creare Episcopum Pampilonensem.

Reginbaldus II. Comes à Dillingen, Abbas S. Udalrici Augustæ, Ord. D. Bened. ab unanimiter consentiente Spirensis Ecclesiæ Cleo, in ejus urbis Antistitem ad Episcopum postulat, vir vitæ integritate, doctrinâque celebris.

Robertus Pius Gallie Rex moritur, succedit ipsâ die Henricus, primi filius.

Rudolphus Burgundionum Rex, Henrico filio Contadi Imperatoris, nepoti suo, diadema Burgundiæ Regni mittit, & eum Regem Burgundionum testamenti vigore constituit, quod ægre ferens Otto Comes Parisiensis, cum ad se Regnum illud hæreditario pertinere jure crederet, cum magno exercitu Henricum præveniens, Regnum violenter occupavit. Temeritatem ulturus Imperator Burgundiam valido exercitu intrat, & libi totam subdit; Ottonem simul & omnes terræ illius Principes in ditionem accipit, extinctoque Regni titulo Burgundiam in Provinciam redigit: cui deinceps non Reges, sed Duces Imperii feudales nomine præfecti sunt.

Effulget hoc ipso tempore magno virtutum fulgore S. Bartholomæus Cryptæ Ferratæ Abbas, qui non tantum in honorem Deiparæ insignem extruxit Ecclesiam, sed & inter alia præstantissimi ingenii monumenta, librum in laudem tantæ Virginis elegantissimum scripsit.

Annus Christi 1033.

Moritur Meginhardus I. Episcopus Herbipolensis, exactis in regimine annis 25, cui succedit S. Bruno Carinthie Dux, Conradi Cæsaris nepos.

Ingens contigit solis eclipsis ipsâ die natali SS. Apostolorum Petri & Pauli.

Vivere desinit Joannes XX. Papa, in cuius locum subrogatur Benedictus.

Claret Campanus Philosophus natione Italus, patriâ Lombardus, in Mathematica & Astronomica eo tempore summus, scripsit de Computo Ecclesiastico insigne volumen. De compositione quadrantis librum unum, De Calendario librum unum, & alia plura.

Conradus Imperator Spiram profectus, antiquâ Ecclesiâ Cathedrali prius depositâ, pro nova construenda lapidem primum posuit, quam perfectam, in honorem sanctissimæ Dei Genitricis, ac Divi Papæ & Martyris Stephani prioris Patroni, consecrari mandavit, quod & filius ejus Henricus post patris obitum præstitit.

Otto Comes Celticus juramenti sui contemptor, Burgundiam rursus invadit, sed prælio commisso occiditur, ejusque vexillum in signum victoriæ statim ad Imperatorem mittitur.

Annus Christi 1034.

Plura per Gallias celebrantur Concilia. Orientis Imperium invadit Michaël Paphlago, Romano ope Zoë Augustæ strangulato, ipse à dæmone arripitur & vexatur, fratre Imperium curante, & Zoën adulteram acriter coercente.

Deo vindice, ipsâ hujus anni magnâ Dominicâ, tam copiosa & violenta decidit in Orientalibus plagis grandis, ut non solum confringerentur arbores, vitesque ac segetes (unde & magna orta est omnium frugum & fructuum inopia) sed etiam domus corruerint, & templa usque ad solum. Locustæ iusuper per triennium omnia usquequaque sunt depastæ: accesserunt frequentes terræ motus & hiatus, quibus plures absorptæ sunt urbes, nec non barbarorum incursiones, siccitates, grandines, lues, & alia id genus ingentia mala.

Ecclesiâ Russica insigniter propagatur à Duce Jorasdxlao: Polonorum verò status admodum est labefactatus, cum defuncto hoc anno Mieczslao Rege magnum inter Principes ortum est dissidium, expulsâ Regina Rikschâ, ejusque filio Casimiro legitimo Regni successores Boëmis iusuper, Moravis, Rutenis & Cisalbinis populis à Polonorum dominio deficientibus.

Conradus Imperator ex Castro suo Limpurgo, inter Nemetes & Vangiones sito, Monasterium facit, quod in honorem S. Crucis, & D. Joannis Evangelistæ dedicari iussit.

Milcolumbus Scotiæ Rex vitæ finem sortitur, à corruptis pecuniâ ministris noctu trucidatus: supra annos triginta Regnum ita tenuit, ut nisi avaritia senilem animum corrupisset, inter optimos Principes haberi posset: annos hic, quo mortuus est, prodigiosus fuit, hieme fluminum, vere maris inundationibus: item, paucis diebus post æstivum solstitium, vehementi gelu & nivis casu:

casu: quod prodigium magna, frugibus corruptis, fames est consecuta: successit Milcolumbo in throno Donaldus nepos ex filia Beatrice, vir summâ humanitate, & majore erga suos indulgentiâ, quam in Rege est opus.

Moritur Erenfredus Comes Palatinus Rheni, item Warmannus ex Monacho Benedictino Augiæ Divitis Episcopus Constantiensis, cui in sede successit frater ejus Eberhardus.

Gozilo fit Dux utriusque Lotharingiæ.

Moritur Petrus Episcopus Ostiensis, cui succedit B. Gregorius, Ordinis S. Benedicti Monachus, atque Abbas SS. Cosmæ & Damiani ad Micam Auream. Qui etiam postea S. R. Ecclesiæ Cardinalis factus, ac Legatus à summo Pontifice in Hispaniam missus, immanem locustarum multitudinem fruges devastantem, suâ benedictione signoque Crucis ad internecionem delevit.

Herluinus Abbas insigni Cœlitum Augustam monumento honoravit, condito illustrissimo illo Beat. Mar. Virg. Beccensi cœnobio, è quo magni illi Magnæ Virginis Domestici SS. Lanfrancus & Anselmus Cantuarienses Archiepiscopi prodierunt.

Annus Christi 1035.

Moritur Sancius Major, Rex Castellæ atque Navaræ; relinquens hæredem filium suum Ferdinandum, cognomento Magnum.

Colligitur magna Synodus Triburiensis.

Commodo Orientis maximo, Ordo S. P. Benedictinorum incrementis per Arabiam & Ægyptum augetur, à quo innumeri à fame fervantur.

Moritur Canutus Angliæ & Daniæ Rex. Item S. Simeon Monachus Benedictinus, qui permittente suo Abbate, haud procul à monasterio sese cellulæ cuidam includens, totum contemplationis studio addixit, & solo contentus pane & frigidâ, vitam toleravit. A dæmone graviter tentatus, fragilitatem suam, etiam post victoriam habens suspectam, ad cœnobium rediit, & quas perpeffus fuisset insidias Abbati detexit. Fuit autem exin tantæ abstinentiæ, ut per hebdomades aliquot, non nisi diebus Dominicis cibum sumeret; defunctus tandem innumeris claruit miraculis. Trithem.

Lintici populus paganus Saxonie fines hostiliter aggrediuntur, Wirbinam castellum capiunt, multa que Christianorum millia occidunt, alios autem captivos abducunt; contra hos Conradus Imperator exercitum educens prælio vincit; crudele tamen videbatur omnes perdere, quamvis infideles, hinc captivos vitâ donans sibi & Imperio tributarios fecit. Existimatio quorundam est, hunc populum esse, qui hodie Prussiam & Insulas inhabitat.

Annus Christi 1036.

Adversus Alexium Patriarcham Constantinopolitanum Synodus celebrata est seorsum à Demetrio Episcopo Cyzici, aliisque Metropolitanis eidem Ecclesiæ Constantinopolitane subiectis, ut in gratiam Joannis fratris Imperatoris, illum thronum ambientis, Alexium

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

abdicerent; sed ille sagaci scripto audaciam ipsorum infringens, dignitatem retinet.

Totum Imperium obit Conradus Imperator ipse, omnium causas audiens, ne ministris credere cogeretur.

Guilielmus V. pinguis & crassus cognominatus Aquitanie Dux, à Gaufrido Martello Comite Andegavensi captus in prælio, ferreisque vinculis innodatus, tandem hoc, tertio captivitatis suæ anno, admittens ignobili pactione è carcere exit, sed in reditu moritur.

Diemobit Mainverdus à Desterbant, Geldriæ Comes, Episcopus Paderbornensis, qui Ecclesiam Cathedrali è fundamentis splendide erexit.

Fatis concedit Brandon ex Abbate Fuldeni Episcopus Halberstadiensis. Item Balduinus Barbatus Flandriæ Comes, cui succedit filius Balduinus Pius & Insulensis dicitur.

Arnolphus Abbas Hirsfeldensis, creatur Episcopus Paderbornensis, Vir doctus, & in regimine animarum multum expertus.

Chunegundis Henrici Regis, Conradi Imperatoris filii uxor libellum repudii dans marito ab ipso frivole adulterii accusata, monialium habitum induit & religionem profitetur, in qua piè vivens ad finem usque vitæ perseveravit.

Moritur Balduinus IV. Flandriæ & Alsatiæ Comes.

Annus Christi 1037.

Moritur Robertus Archiepiscopus Rotomag. Richardi I. Normanniæ Comitis filius.

Ulciscitur rebelles in Italia Imperator, & consentiente Papâ Episcopos aliquot ejicit, exercitum ejus peste flagellante. Mediolanum obsidens, omnia circum ad rebelles pertinentia devastat.

Benedictus Papa, agente Poppone Archiepiscopo Trevirensi, in SS. numerum refert Simeonem Anachoretam inclusum apud Treviros.

Bello civili inter se pugnantibus Hispaniæ Regibus, occisoque Veremundo Rege Legionensi à Magno Fernando Castellæ Rege ipsius cognato, juncta sunt postea simul in unum duo illa regna.

Leodegarius creatur Archiepiscopus Viennensis in Gallia.

Decedit Piligrinus Archiepiscopus Coloniensis. Alii decessisse scribunt anno 1036. 25. Augusti; fuit Monachus ex Cœnobio S. Burchari Herbipoli, & Comitum Rotenburgicorum in Franconia prosapia natus, nepos S. Heriberti sui prædecessoris; ei in Archiepiscopali sede successit Hermannus filius Comitis Palatini Rheni Ettelonis.

Die sextâ Aprilis hujus anni, visa est in cælo inter Orientalem & Australem plagam, ignea trabs, miræ magnitudinis, quæ currens super solem jam ad occasum vergentem, visa est in terram cadere, cujus vestigia in aère postea diu apparuerunt.

Hoc tempore in Apulia fuit quedam statua lapidea, in campo erecta, habens circa caput suum æreum circulum, hisce verbis inscriptum: *Calendis Maji oriente sole habeo caput aureum: post longum annorum defluxum eam vidi*

Saracenus eo tempore Christianorum captivus, & intelligens mysterium scripturæ, in Calendis Maji oriente jam sole notavit umbræ capitis statuarum terminum, & ibi suffodiens terram: thesaurum ingentem reperit, quem pro sui liberatione spontaneus obtulit.

Annus Christi 1038.

Conradus Imperator Pandulphum Principem Capuanum, tyrannidem agentem evertit.

Moriuntur S. Stephanus Ungariæ Rex, & doctissimus Avicenna; Saraceni per Maniacum, militiâ clarissimum Ducem Imperatoris Constantinopolitani, Sicilia pelluntur.

Diem obit Gothardus Episcopus Hildesensis, quondam Abbas Hirsfeldensis Ord. D. Bened. Item S. Ægelnothus ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Cantuariensis.

Coronatur Ferdinandus Legionis Rex.

Claruit his temporibus Erhardus Monachus Corbejæ. Hic inter cætera ingenii sui opuscula scripsit Commentaria in quinque libros Moysis. Tractatum de resurrectione mortuorum. Homilias complures.

Floret Lambertus de Legia Monachus Benedictinus Trevirensis: scripsit metro & prosâ complura opuscula, inter quæ referuntur de miraculis Sanctorum libri quinque. De S. Agricio Archiepiscopo Trevirorum liber unus. Vitæ S. Mathiæ Apostoli liber unus. Sermones varii, & diversa carmina in laudem Sanctorum.

Moritur Hermannus Dux Sueviæ, filius Gisilæ Imperatricis, & privignus Conradi Imperatoris II. cui in Ducatu succedit Otto.

Annus Christi 1039.

Imperator Conradus II. moritur, succedit Henricus filius, qui suis humeris funus patris subiit, & Bohemos compescuit.

Vivis eximitur S. Reginaldus II. Episcopus Spirensis, successit in Episcopatu Sigebodo, vel ut alii, Sibicho.

Nithardus, qui etiam Nico & Nizo ab aliis vocatur, factus est Episcopus Leodiensis.

Moritur Hartmannus ex Professo Einsidensis Monasterii Ord. S. Bened. Episcopus Curienfis. Item Wickgerus Episcopus Verdensis.

Evocatur ad regnum æternitatis B. Tarasia Veremundi II. Castellæ atque Asturum Regis, & Geloysæ Navarreæ filia, quæ invita atque renitens ab Alphonso fratre suo, Abdallæ Toletano Saracenorum Regi conjugio copulata, miraculose ab eodem relicta intacta, Monasterium in cœnobio S. Pelagii Ovieti professa, socias propositi ejusdem Geloysæ matrem Reginam & sororem Sanciam habuit, deliciasque regales summo vitæ rigore permutans, stupentibus universis, spectaculum mundo & Angelis facta, humilitate & cucullo Benedictino magis, quam diademate nuper & purpurâ effulsit, ac sanctitatis gloriam rarissimum decus Principum adeptæ, Hispanias nomenque ac genus regium æterno honore insignivit. Buccellin. in Menolog. Anton. de Jeyes, Ambros. Moral.

Embricus Baro ab Abensperg Basilicam Deiparæ Einsidensem magno exædificatam sumptu solennissimè dedicari curat ab Eberhardo Constantiensi Episcopo, Comite Kiburgenfi, quam superioribus annis incendium vastaverat.

Annus Christi 1040.

Bretislaus Bohemiæ Dux Henricum Casarem in aditu Bohemiæ magno prælio vincit ac fugat, compescitur autem intra breve tempus, ut postea dicitur.

Dani Scotiam invadentes profligantur.

Revocato ex Sicilia Maniaco, Majestatis reo constituto, Saraceni ex Africa venientes eam Insulam iterum occuparunt, solâ relicta Messanâ, quam Catacalus, Præfectus Imperatoris Constantinopolitani tenebat; cum verò & hanc obsedissent, eisdem ob victorias negligentes redditos, Catacalus suis prius sacrosancto Eucharistiæ mysterio communitis, somno vinoque sepultos invadens, omnes vel trucidavit unâ cum Apocaphar eorum Principe, vel ab Insula penitus aufugere coëgit, ingentem adeptus cum victoria prædam.

Celebratur Venetiis Concilium Provinciale in Ecclesia S. Marci sub Urso Patriarchâ.

Dietmarus creatur Episcopus Curienfis.

Ad cœlos abit S. Chunigundis Imperatrix, S. Henrici Imperatoris conjux, virgo, vidua, Monialis facta Benedictina in monasterio Confugiensi: thoro adhuc juncta, à virginitatis veritatisque hoste gravissimis appetita calumniis, ignis probatione susceptâ, fidelitatem marito probans, ignitos vomeres, nudis pedibus illæsa calcavit: eandem in vita & post mortem grandibus prodigiis illustravit amantissimum Numen, quæ inter viventis illa maximè celebrantur, cum flagrantissimum incendium solo crucis signaculo extinxit, & in templo oblationis tempore altare accessura, cum nemo statim occurreret, qui chirothecas ejus exciperet, projectas solis interea radius sustinuit, donec eas sancta Imperatrix exciperet. Ex Math. Raderi Divis Bamberg.

Ad cœli patriam migrat B. Fortis eremita ad sanctam Crucem Fontis Avellani, in Italia.

Moritur Eberhardus primus Episcopus Bambergensis, vir doctrina excellens, & morum integritate Venerabilis, cui in Sede Episcopali succedit Svvidegerus, postea in summum Pontificem electus.

Cœlum ingreditur dilectissimus Deiparæ cliens S. Robertus primus Casæ Dei Abbas, qui infantulus etiamnum & lactens, Virginum Virgini se deberi insigni argumento demonstravit, cum impudicæ fortè nutrici traditus, ejus ubera horruit, & nocentem innocens atque infans prodidit.

Annus Christi 1041.

Nortmanni Arduino Longobardo Duce potiti sunt Apuliâ, superatoq; Ducliano Græcorum exercitûs Principe, eandem provinciam pacificè possederunt atque inter se dividerunt.

Michaël Imperator, cum regnasset annos septem & menses octo, moritur: eadem autem hora, quâ ipse mortuus est, Zoë Augusta coronari

nari jussit Michaëlem ejus nominis quintum, cononemto Calephatem, filium Stephani patruelis Imperatoris, quem & adoptavit in filium.

Casimirus Monachus Cluniacensis, & jam Diaconus, ex Papæ dispensatione Poloniæ Rex acclamatur.

Moritur Theodemarum Archiepiscopus Salsburgensis, cui succedit Balvinus seu Balduinus.

Claruit his temporibus Guimundus ex monacho Cœnobii de S. Cruce S. Leufridi Benedictino Archiepiscopus Averfanus, vir in omni litterarum studio versatus, ingenio subtilis, eloquio disertus, scripsit de corpore & sanguine Domini libros tres, & alia nonnulla. Claruit & Rogerius Monachus ejusdem cœnobii, scripsit contra Berengarium de Sacramento altaris lib. 1. de integritate fidei Catholicæ lib. 1. de immortalitate animæ lib. 1.

Lambertus Monachus S. Laurentii Leodiensis similiter Benedictinus Adelmani Brixienfis postea Episcopolim discipulus, scripsit vitam S. Heriberti Colonienfis Archiepiscopi lib. 1. de miraculis ejusdem lib. 1. hymnorum varii generis lib. 1. Epigrammatum lib. 1. & alia plura.

Annus Christi 1042.

S. Eduardus ad Angliæ solium evehitur, mortuo Hardecanuto.

Suidgerus à Meyenfeld, postea Pontifex summus, Episcopus Bambergensis creatur.

Ovo sive Uvotyranus adversus Petrum Ungariæ Regem, totius ferme Cleri populique consensu Rex coronatur. Solo contradicente S. Gerardo Episcopo, & tyranni intra triennium interitum prædicente.

Ejecto ab Imperio Michaële Calephate, oculisque privato, Constantinus cognomento Monomachus, qui in exilium missus fuerat à Joanne fratre Michaëlis Paphlagonis, revocatus, junctusque Zoë in matrimonium, Imperator coronatur.

Moritur Nithardus Episcopus Leodiensis. Item Heribertus Episcopus Aichstadiensis, cui succedit Gottmannus, qui tamen post duos quoque menses vivendi finem fecit.

Obiit Ven. Helias Scotus, vir excellens virtutibus, Abbas S. Pantaleonis & Martini Cœnobiorum Coloniz Ord. D. Benedicti.

Ungari à Bojis cæduntur Adelberto Austriæ Marchione duce.

Henricus Imperator magno congregato exercitu Bohemiam rursus aggreditur, omnia devastat, vincit, nihilque omnino intactum reliquit. Ducem Vratislaum rebellem obsides dare, ipsumque post se Ratisponam ad deditionem humillimam venire compulit, à quo mox fidelitatis perpetuæ juramentum & servitii cum omnibus cautionibus necessariis accepit.

Annus Christi 1043.

Claret Benedictini instituti clara lux, S. Clarus Monachus SS. Marcellini & Petri in Seligenstad Moguntinensis diocesis, vir doctus & religiosissimæ conversationis, qui in eodem loco pro Dei amore inclusus, orationi & con-

templationi vacans die ac nocte, spiritum Prophetiæ consecutus est.

Moritur Alexius Patriarcha Constantinopolitanus, inque locum ejus subrogatur Michaël Cerularius, Latinorum hostis capitalis.

Diem obiit S. Amnichadus Monachus Benedictinus, & reclusus in Duchonia, ad cujus tumulum admirandâ & dignissimâ musicâ Angeli psallere auditi sunt, & cœlestia luminaria visa exsplendescere.

Albertus alius Adelbertus, Comitum familiâ in Bavaria oriundus, ab Imperatore Archiepiscopali Bremensi Sedi præficitur.

Obiit Gisila Imperatrix, Imperatoris Conradi II. uxor, & mater Henrici tertii, cujus cadaver juxta mariti sui tumbam in Ecclesia Spirensi sepelitur. Naturæ quoque debitum solvit Hermannus Contractus ex Comitibus de Veringen Monachus S. Galli cœnobii in Helvetia, homo in omni litteratura doctissimus, & sanctitatis famâ nobilior.

Claret egregiâ vitæ sanctitate S. Fantinus Abbas Calaber, qui Saracenis cœnobium vastantibus, ad eremum, inde in Peloponesum migrans, ad Corinthum substitit, plurimisque salutis causa fuit.

Annus Christi 1044.

Henricus Imperator Petrum expulsus ab Uvone, Ungariæ regno restituit, Ungarosque prælio vincit.

Turbat orbem schisma gravissimum, cum Sylvester III. contra Benedictum eligeretur, hic alterum sede denuò pelleret, donec resignans legendi Gregorii VI. copiam faceret.

Maniaces Dux contra Monomachum Imperatorem in ipsa victoria occumbit.

Gozilo Dux Lotharingiæ moritur.

Opizzus creatur Episcopus Pisanus.

Moritur B. Gregorius ex Abbate Monasterii SS. Cosmæ & Damiani Ord. D. Benedicti, Episcopus & Cardinalis Ostiensis, Summi Pontificis in Hispania Legatus, innumeris post mortem miraculis illustratus, eo imprimis perpetuo, quo contra locustas, eruginem, aliisque id generis animalculâ præsentissimum ejus auxilium imploratur.

Synodus Episcoporum magna & Principum Conventus apud Constantiam Sueviæ civitatem celebratur, quò etiam Henricus Imperator ex Pannonia victor reversus venit, & cunctis, qui in eum deliquerant, noxam dimisit, omnibusque inimicitiis destructis, pacem insperatam per totum Imperium edicto publico confirmavit.

Idem Henricus Imperator supradictus Agnetem Comitum Wilhelmi Pictaviensis filiam, Moguntia facit in Imperatricem ungi, & per Bardone Archiepiscopum apud Ingelheimium in uxorem sibi copulari. Convenit ad nuptias Augustas ingens histrionum & jocularum multitudo, quos omnes munibus & cibo vacuos Imperator abire, reliquias verò cibiorum inter egenos distribui mandavit.

E vivis emigrat Lupoldus Austriæ Marchio, filius Adalberonis, vir ætate juvenis, corpore & animo fortis, qui Ungaris malleus & virga fuit ferrea.

Maxima hoc anno pecudum pestis fuit, hyems dura & nivosa.

Obiit Gozzilo Dux Lotharingæ, duos relinquens filios, Gozzilonem natu majorem & Godefridum natu minorem. Godefridus fratre suo astutior Ducatum seniori debitum præoccupans, illum ad Imperatorem fugere compulit, & Ducatum solus violenter usurpavit. Missa deinceps legatione ad Imperatorem, fratrem ut inutilem postulat abjici, & sibi Ducatum concedi, quod cum impetrare minimè potuisset, postponens jusjurandum & fidem, rebellionem parat.

Anna, Magni Ruffiæ Ducis Jarollas five Georgas filia, Henrico I. Galliarum Regi desponsatur.

Annus Christi 1045.

S. Bruno à Carinthiæ Duce Episcopus Herbipolensis, Henricum III. Imperatorem contra rebelles Ungaros cum exercitu prope rantem comitatus, in arce Beissenburg Danubio vicinâ à cœnaculi, cui cum Cæsare insitebat, ruinâ præcepit, octavo post lapsum die innocentem Deo animam reddit 27. Maji, exacto regiminis anno 11. sacrum corpus Herbipolim reductum, & in crypta novæ Ecclesiæ Cathedralis conditum, multis miraculis claruit. Brunoni in dignitate Episcopali hoc eodem anno successit Adelbero Comes de Laimbach & Scherdingen, Monachus Benedictinus.

Diem vitæ extremum claudit in Bohemiâ S. Guntherus, S. Stephani Regis Hungariæ cognatus, Monachus Monasterii Abhatensis, & Eremita, multis post obitum miraculis illustratus.

Visus non semel insolentiores victoriis Normannos compescere, S. Benedictus Abbas.

Moritur S. Brithvaldus octavus Wiltoniæ Episcopus in Anglia, Monachus olim Glastoniensis ex Ordine D. Benedicti, quem Deus de futuro Angliæ statu cœlitus docuit.

Circa hunc quoque annum obiit S. Sigfridus Episcopus Vexiensis in Smalandia. Item Habzechus Comes à Nassau, Episcopus Wormatiensis; succedit in Episcopatu Adalgarius, sed eodem hoc quoque anno vitam deponit.

Robertus tertio genitus Roberti Galliarum Regis, primus ex stirpe Francica Burgundiæ Dux, secundis nuptiis ducit Ermengardem.

Engelbertus creatur Episcopus Passaviensis. Decedit Heribertus Episcopus Mediolanensis, cui in sede Episcopali succedit Guido.

Califa Egypti Sultano mortuo, filius ejus qui patri successit, ad instantiam Imperatoris Græcorum Christianis indulget, ut templum Dominici Sepulchri ante annos sex & viginti à Saracenis destructum, reedificari possent, ipso ad operis perfectionem sumptus suppeditante.

Annus Christi 1046.

Moritur Livingus Episcopus Vigorniensis. Abdicat se Papali dignitate Gregorius VI. ut periculum schismatis averteret: eligitur Clemens II. antea Suidgerus dictus, natione Saxo, Episcopus Bambergensis.

Diem obit S. Guido Abbas Pomposiæ Ord. S. Benedicti, multâ & singulari miraculorum gloriâ à Deo commendatus: quidam ex operariis Monasterii ab alto cadens, sancti Abbatis precibus illæsus surrexit. Fratres similiter in structione cœnobii graviter periclitati, precibus ejus mirè servati sunt, cum mole lapidum crates diruptæ, alios in terram absque tamen noxa eliderent, alii in sublimi pendentes orante Guidone illæsi deponerentur: mortuus precibus ejus vitæ est redditus; alii in mortis agone trepidanti, inducias & pacem imperans, mox acceptâ penitentiâ & benedictione ad cœlos eundem misit: cum mortalitatem vir sanctus exuisset, mortem ejus campanæ nullo pulsanter mirè consonantes civibus nunciârunt, & confluyente populi multitudine, cœcus ad sacri corporis contactum illicò illuminatus est. Ex vit, tom. 2. Surii.

Aaron ex Abbate Tinecensi creatur Episcopus Cracoviensis.

Gregorius factus Episcopus Vercellensis, factus amens, in excommunicatione moritur. Item S. Richardus Abbas S. Vitoni; claruit insigni miraculorum gloriâ, quæ inter, aquâ quâ se laverat leprosus mundatus est: ex peregrinatione sua Hierosolymis Christi crucifixi imaginem retulit, quam cum sæpiùs lachrymis irrigans osculetur, imago vicissim lachrymas in ejus caput effudit. In die Parasceves jejunare ob infirmitatem non valens, panem nihilominus cinere conspersum alterâ vice petens, utraq; sapidissimum & delicatissimum illum, aquam autem prodigiosè in vinum sibi conversam deprehendit. Hug. Menard.

Apud Norvicum Angliæ civitatem Judæi crucifixerunt puerum quemdam Christianum nomine Willelmum, quem foras à civitate ab eis sepultum, divina lux super eum emicans declaravit, sicque à fidelibus inventus, honorabiliter est in Ecclesia positus. Robertus de monte in supplem. ad Chron. Sigeberti.

Imperator Henricus sublato schismate, & Clemente II. legitime in Papam electo, Româ discedens Apuliam visitat: Agnes Imperatrix interim gravis cum præsidio apud Ravennam relinquitur, quæ pariens filiam, Gisilam vocavit, postea monialem Benedictinam.

Sole clarior effulget B. Theodorus, quondam Agnetis Imperatricis Sacellanus, Casinensis Monachus, Deiparæ addictissimus, quem sacris ad aram ejusdem operantem Stephanus Capuanus vidit auream margaritis ornatissimam coronam gestantem; cumque aliâ die ad honorem Deiparæ Numini litaret, & B. Ebizo ipsi ministrare negligeret, correptus ab Angelo est: *Ecce, cui tu servire contemnis, quomodo ei Angeli serviunt*; & vidit duos Angelos ad dextram unum, alium ad sinistram, cujus aliàs sacrificantis scapula candida columba insidere visa est.

Annus Christi 1047.

Hardovicus Imperatoris Henrici III. Sacellarius; ad Episcopalem Sedem Bambergensem sublimatur, qui primus Pallium à Papa obtinuit.

Romæ

Annus Christi 1048.

Moritur Berno, aliis dictus Bernardus, ex Monacho cœnobii Prumiensis, Abbas Augiæ divitis, Ord. D. Benedicti, vir doctus, comis & pacificus: Scripsit Epistolas varias ad S. Henricum Imperatorem de vera laude Regis.

Traçtatum de Adventu Domini ad Arribonem Archiepiscopum Moguntinum. Tres libros de Musica ad Pilegrinum Archiepiscopum Coloniensem.

Librum de jejuniis Sabbathi. 4. temporum, Librum de mensura Monochordi. Vitam S. Udalrici Episcopi Augustani. Librum de Officio Missæ, & alia plurima. Turcæ armis invalescentes Perfide potentiuntur.

Diem obit Eberhardus Episcopus Augustanus. Nigellus Vicecomes Constantiensis, Monasterium S. Salvatoris (vulgò Sainct Sauveur le Vicomte) pro Ord. Bened. fundat in Normannia. Theoduinus creatur Episcopus Leodiensis. Decedit B. Olbertus Abbas S. Jacobi in urbe Leodiensi Ord. S. P. Benedicti.

S. Gerardus Hungarorum Apostolus, ex Ordin. D. Benedicti, honori Deiparæ addictissimus, ab infidelibus lapidibus obrutus, lanceâque transfixus, Apostolicos labores martyrio coronat.

Marquardus cœnobii S. Burchardi Herbipoli Monachus & Scholasticus, floret insigni doctrinæ famâ. Scripsit in Evangelium Mathæi Commentariorum libros quatuor: similiter in Regulam S. Benedicti Commentarium insignem, & cætera plura.

Ducalem pileum cum vita deponit Otto Dux Sueviæ, Vir potens & magnanimus, amator pacis & pauperum, defensor suorum constantissimus. Post quem Otto Comes de Sveinfurt, patriâ Francus Orientalis, consensu Henrici Imperatoris Sueviæ Dux præponitur.

Obiit Poppo Archiepiscopus Trevirensis, opinione sanctitatis & Daniæ conversione celebris. Cui Eberhardus Wormatiensis Præpositus in Archiepiscopali dignitate succedit, filius Palatini Comitis Ezzelini.

Annus Christi 1049.

Moritur S. Odilo Abbas Cluniacensis. Qui primus commemorationem omnium fidelium defunctorum, primâ die post festum omnium Sanctorum in suis Monasteriis fieri præcepit, quem ritum postea universalis Ecclesia recipiens comprobavit.

Celebratur Concilium Rhemis & Moguntiarum, cui ipse Papa Leo IX. interfuit cum Cardinalibus multis. Aliqui hoc Concilium ad annum sequentem referunt.

Cegenes Dux trium ex gentibus Pazzinacorum, persecutionem passus à primario illarum gentium Principe, confugit ad Constantinum Imperatorem Orientis, & sacrum suscepit baptismum cum omnibus, qui cum ipso erant: cujus & postea exemplum secutus est ipse Tyrach, eorum primarius Princeps.

Hermannus Contractus, Comes à Verinigen, Monachus S. Galli in Helvetia, vir undecun-

cunque doctissimus, Græcè, Latinè & Arabicè peritus, Philosophus, Rhetor, Astronomus, Poëta & Musicus omnium sui temporis celeberrimus, insignis habetur.

Lietbertus creatur Episcopus Cameracensis. Decedit Gerardus Episcopus Rhemensis.

Floret Sanctitatis famâ Guinizo Monachus Casinensis, Prophetiæ spiritu & miraculis clarus. Summus Pontifex S. Leo memorabili solennitate SS. Jesu Christi lateris sanguinem Mantuæ repertum elevat.

Decedit B. Christianus ex Monacho Cœnobii Eleemosynæ Ord. Cisterciens. Archiepiscopus Tolosanus.

Clavet Humbertus natione Lotharingus, vir doctrinâ & pietate præstans, postea S. R. Ecclesiæ Cardinalis, Summo Pontifici in Consiliis dandis familiarissimus. Missus Constantinopolim, contra errores Græcorum disputavit publicè coram Imperatore & Patriarcha, superavitque Leonem Episcopum Bulgarum, & Nicetam Pyretorum Monachum valdè doctum ad eò confutavit, quòd omnes libros erroneos à se compositos coram omnibus manu propriâ injectos ignibus concremavit, & errorem pristinum abjurans anathematizavit.

Floret quoque Hildebrandus Monachus Cluniacensis, quem Leo Papa primò constituit Abbatem Monasterii S. Pauli extra urbem Romam, ac deinde Cardinaliâ purpurâ insignivit.

Celebris habetur Anselmus Canonicus & Scholasticus Ecclesiæ S. Lamberti Leodii; scripsit Chronicon Leodiense ab anno 666. usque ad annum 1048.

Hispanias sanctitatis famâ implet S. Dominicus noster Calciatensis, qui spontè pro Christo exul, modicâ sibi constructâ cellulâ, sacellum huic Deiparæ sacrum addidit, illique quâ potuit diligentia & reverentiâ servivit, ab eadem vicissim honoratus, ita ut eodem, quo dein sepultus est loco, Basilicam & civitatem posterì condiderint, ab ipso quem delegerant Tutelare S. Dominici Calciatensis cognominatam.

Annus Christi 1050.

LEO IX. duo Concilia Romæ, alterum Vercellensis celebrat, quibus Berengarius hæresiarcha damnatus est; sed & quartum Coyacense in Hispania agitur.

Turca nomine Sadoc filius Mynuth in Galatiam latè penetravit, Pamphylios & Lycos afflixit, Rhodios terruit.

Obiit S. Alfvoldus ex Monacho Benedictino Episcopus Schireburnensis in Anglia, Mariæ Deiparæ devotissimus: ejus sedem nemo ante & post obitum ejus insidere ausus est, quin statim spectris perterritus inde resiliet, cur sedem tanti Pontificis insideret, increpantibus; ut de ejus sanctitate facilè omineris. Ex Wilhelm. Malmesbur.

Ad superos abit S. Alferius primus Abbas Cavenis Ord. D. Benedicti, miraculis clarus: Salernum aliquando cum tenderet, à malo genio, unâ cum jumento cui infederat, de excelssimâ rupis cujusdam vertice præcipitatus, ceu plumâ levior, stupentibus, qui viderant atque audierant universis, illæsus omnino, sed

neque sellâ emotus, nedum excussus, ad ima descendit, reliquumque itineris, ad litus maris felicissimè confecit. Quendam à saxo de sublimi cadente miserè oppressum, sollicitis de tumulo fociis redivivum prodigiosissimè reddidit. Prophetiæ spiritu ventura præcognovit & prænuñciavit. Vixit annos 120.

Fundatur Abbatia Sagiensis in Normannia, Moritur S. Theobaldus Abbas Vandagitiæ Ordinis Camaldulensis, miraculorum gloria insignis: fratribus in itinere aliquando ex labore & fame exhaustis panem prodigiosè ministratum distribuit: vinum haud dissimili miraculo alio tempore copiosissimè impetravit. Augustin. Florent.

Floret in Æginâ Insulâ S. Athanasia vidua, Monachicâ observantiâ sub regula S. Benedicti, & gratiâ miraculorum illustris. Morituræ facies cœlesti luce mirè resplenduit. Baron.

Naufragio decedit S. Mathias Abbas in Augia Insula, Ord. S. Bened. rigore vitæ & prodigiis admirandus, quæ inter paralyticum veste suâ induens, illicò sanum reddidit.

Annus Christi 1051.

MORITUR Bonifacius Hetruriæ Marchio, Conradi Salici gener, & Henrici II. Imperatoris Sororius. Item Alfricus Archiepiscopus Eboracensis.

Ulricus Comes de Lenzburg & Baden, uxorem ducit Richenzam Ratebotonis Altenburgensis & Itæ Habsburgi Comitum filiam.

Leo Papa & Imperator Henricus cum multis Episcopis & Principibus apud Augustam Vindelicorum conveniunt.

Henricus Imperator auctus est filio, cui pariter Henrici nomen imponi voluit, quem S. Hugo Abbas Cluniacensis in baptismo suscepit de fonte.

Moritur Reginbaldus II. Episcopus Spirensis, cui succedit Arnoldus, vel ut alii Arnulphus, ex Monacho Weissenburgensi Ord. D. Benedicti.

Guilielmus VI. Dux Aquitaniz ducit uxorem Ermenfeldem.

Diem obit Bardo ex nobili familia de Opershofen, ex Abbate Fuldensi Archiepiscopus & Elector Moguntinus. Item Theodoricus Episcopus Constantiensis; succedit Rumboldus, Monachus Eremi Deiparæ in Helvetia Ord. D. Benedicti.

Lucæ in Hetruria ad cælos migrat S. Davinus peregrinus ex Armenia, insignis meritis, clarus miraculis, quem Lucenses propensiori studio colunt, plura ab eo beneficia consecuti.

Moritur Rotho sive Rodulfus ex Monacho Benedictino Episcopus Paderbornensis.

Camalduli inter oscula & complexus crucis atque dulcissimas lachrymas, *dulce lignum, dulces clavos* ingeminans, cum indicibili animi dulcedine resolvitur B. Petrus Dagninus.

Bardoni Archiepiscopo Moguntino mortuo succedit Lutpoldus Bambergensis Canonicus, qui Monasterium S. Jacobi Moguntiz pro Monachis Benedictinis construit.

Ungari iterum terram Imperii hostiliter invadunt, quibus Gebhardus Ratispon. Episcopus patruus

patruus Henrici Imperatoris unâ cum Conrado Bavarorum Duce & Adelberto Marchione Austriæ occurrens, multis illorum occisis, reliquos in fugam convertit.

Annus Christi 1052.

MORITUR Halynardus ex Ordine Divi Benedicti, Archiepiscopus Lugdunensis in Gallia.

Henricus Imperator, & Andreas Ungariæ Rex graviter colliis, occurrente Leone Papâ conciliantur.

S. Petrus Damiani novam hæresim profligat.

Imperator Goslariz existens, cum audisset ibi esse hæreticos Manichæos, zelo quo æstuabat fidei orthodoxæ, eos omnes repertos patibuli suspendio necari jussit.

Diem obit Rothardus ex Abbate Hirsfeldensi Ord. D. Benedicti Episcopus Paderbornensis, qui per annos 16. laudabilissimè præfuit. Decedit Gisulphus II. & Princeps XV. Salernitanus, ultimus è Longobardis.

Stigandus Episcopus Wintoniensis occupat sedem Cantuariensem, & sub finem hujus anni moritur.

Almoravides Africæ populi versus Atlantem montem, Zenetês ex Fesano regno pellunt.

Præfatus Papa Leo privilegia Ecclesiæ Bambergensis confirmat, & tributum annuum, constans centum marcis argenti, & equo phalerato albi coloris, remittit. Dein, cum Natalem Domini Wormatiæ celebrasset, multasque in Germania Ecclesias consecrasset, sub Nobilium equitum Germanicorum magno comitatu Romam revertitur.

Illustrissimum Mariani nominis apud Benedictinos monumentum erigitur Monasterium S. Mariae de Real, in civitate Najara in Hispaniis.

Annus Christi 1053.

IN Normannos cum copiis Casarianis movens Leo Papa, vincitur, & capitur, ipsis hostibus summæ venerationi, à quibus impune dimittitur.

Natus est S. Hugo Episcopus Gratianopolitanus in Delphinatu superiori.

Hoc anno admonitus divinitus Episcopus Patavinus, quæsit in Ecclesia sanctæ Justinæ inter altare S. Mariæ Virginis & S. Prodocimi, Reliquias SS. quæ ibi dudum sepultæ fuerant: cum igitur terram fodere cœpissent, mira quædam odoris suavitas spirare cœpit; & subinde splendor exortus est, quo splendore singulos adstantium admirabilis stupor invasit; statimque adinventâ fuit arca marimorea ferreis laminis circumcincta, & tabula lapidea, his litteris insculpta: Maximus Episcopus Patavinus secundus, Julianus Patricius vir nobilis, qui Sanctos hos Innocentes Hierosolymis huic adportavit, & Felicitas Deo consecrata. Bernhardin. Scardeon. de antiq. Patav. lib. 2. clall. 6.

S. Gerardus V. Tullensium Episcopus Sanctorum albo adscribitur.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Vivit circa hæc tempora Arderias hæresiarcha in Hibernia, qui se opposuit Ecclesiæ consuetudinibus; & Clericalem quoque tonsuram fœminis æquè ac infantibus concedendam esse asseruit.

Floruit sub hoc tempore B. Gebizo Monachus Casinas, Deiparæ dilectus, cui ipsa morituro adfuit, rogavitque: si diutius vivere vellet, cui ille, non; & illa: *Veni ad me*, quo ille audito mox felicem efflavit animam.

Annus Christi 1054.

Albertus Comes à Pogen Episcopus Bathbergensis creatur.

Naturæ debitum solvunt S. Leo Papa IX. & Constantinus Imperator Orientis, cujus loco habenas moderandas suscepit Theodora Porphyrogenita, filia Constantini decimi Imperatoris, soror Zoës Augustæ, quæ mox animadvertit in aliquos Imperii culmen arripere fatagentes.

Hermannus Contractus Comes Veringensis, Ordinis Sancti Benedicti professus, deduxit suum Chronicon ab orbe condito usque ad annum præsentem, in quo moritur.

Obit item Gebhardus Episcopus Aichstadiensis; & Anselmus Episcopus Hildesiensis.

Herebertus creatur Episcopus Mutinensis.

Chuno, qui & Conradus, Dux Baviaræ, Pannoniis confœderatus, rebellis Imperatori; multa in Imperio mala exercet; hinc tandem ab Imperatore pulsus & spoliatus Ducatu in Ungariam profugit, ubi exul vitam finivit.

Annus Christi 1055.

S. Anno Elector S. R. I. & Archiepiscopus Colonienfis eligitur, in locum mortui Hermanni.

Gebhardus ex Episcopo Aichstadiensis, electus anno superiori Romanus Pontifex; consecrationem Romæ accepit, vocatusque est Victor hujus nominis secundus, qui hoc anno Florentiæ Concilium collegit.

Celebratum quoque postea Concilium in Provincia Lugdunensi, cui Legatus Summi Pontificis præerat Hildebrandus S. R. E. Cardinalis: qui Episcopo cuidam litterato & disertò de Simonia accusato, imposuit ut diceret *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto*: qui Patrem quidem & Filium disertè & expedite pronunciavit, Spiritum verò Sanctum nullo unquam modo proferre valuit; tunc idem Episcopus judicio se divino convictum cernens, crimen confessus fuit, & deposito Episcopatu mox Spiritum quoque Sanctum libero ore pronunciavit; quo miraculo in tantum perterriti sunt cæteri Simoniaci, ut præter alios Prælatos Ecclesiarum viginti septem, Episcopi quadraginta quinque Simonicos se esse confessi fuerint; & suis honoribus absque ulla alia accusatione renunciaverint; depositi sunt porrò quinque alii Episcopi criminum diversorum rei; uti Spondan. & Petrus Damiani referunt.

Berengarius in Concilio Turonis habito detestatus errorem ac hæresin suam, fidei Catholicæ propriâ manu subscribit; licet postea in data fide inconstans.

Ad petitionem Henrici Imperatoris, Ferdinandus Magnus Castellæ ac Legionis Rex, usurpatum Imperatoris titulum, ex decreto Concilii Turonensis deponit.

Subdiaconus Victori Papæ sacrificanti, venenum immisit in sacrum calicem, sed Deus duplici miraculo, & obtulit ne Pontifex biberet, & detexit tanti sacrilegii auctorem: cum enim Pontifex calicem post consecrationem levare vellet, nec posset, à Domino causam facti inquisiturus, cum populo assistente ad orationem prostratus est, statimque Subdiaconus à dæmone arreptus. Sic igitur causâ manifestatâ, Papa calicem cum sanguine Dominico cuidam altari iussit includi, & pro reliquiis in perpetuum conservari. Deinde iterum cum populo tamdiu ad orationem prostratus est, quousque Subdiaconus à dæmone liberaretur. Spondan. ad hunc annum.

Obiit Arnoldus Episcopus Spirensis, cui succedit Conradus.

S. Henricus in Suecia, S. Alfardus in Norvegia, Martyrio coronantur.

Cum Henricus Imperator cum Episcopis & Principibus plurimis Pentecosten Moguntia celebraret, in ipso die festo, cum sedilia ex more antè peractionem Sacrificii, in choro pro Principibus locarentur, contentio gravis inter ministros Lupoldi Archiepiscopi Moguntini & Sigefridi Abbatis Fuldenis ob sedilium positionem suborta fuit, quæ post verba contentiosos ad verbera impulit, & confertis manibus pavementum sanguine resperfit: intercurrentibus aliis tandem sedatur contentio, atque per Episcopos templi violati reconciliatio, sanctumque diei Officium inchoatur. Sequentiâ verò cantatâ & ultimo ejus versu dicto: *Hunc diem gloriosum fecisti*: Vox ab aère lapsa sub eadem melodia cantavit: *Hunc diem bellicosum ego feci*, rigentibus cunctis præ timore. Imperator considerans diaboli versutiam, coram omnibus dixit: *Tu omnis malitia inventor diabole, diem bellicosum & arrogantibus luctuosum fecisti, sed nos per Dei gratiam qui illum gloriosum fecit, pauperibus gratiosum reddemus in tui confusionem.* Et mox reinceptâ Sequentiâ solemnem vociferationem Sancti Spiritus gratiam implorabant. Missâ finitâ Imperator omnes pauperes convocari fecit, quibus in magna multitudine convenientibus universas dapes sibi & curialibus paratas distribuit, & eis manibus propriis ministravit.

Henricus idem Imperator cum exercitu Italiam ingreditur, dispositisque pro voto rebus revertitur, ducens secum neptem suam Beatricem, quæ mortuo marito Bonifacio Duce vitam egerat multis fornicationibus fœdatam, quam idè durius tractavit.

Decessit Chuno sive Conradus Bavaricæ Dux, ut priore anno diximus, ob rebellionem ad Ungaros profugas. Naturæ quoque debitum solvit Welfo Dux Carinthiæ. Similiter Arnoldus Spirensis Episcopus, cui Conradus in Pontificatu successit.

Floret sanctitatis & doctrinæ famâ Aaron Abbas Monasterii S. Martini Coloniae.

Annus Christi 1056.

Imperium Occidentale Henrico, & Orientale Theodora Augustis orbat, illi Henricus filius, isti Michaël VI. Stratoticus, ætate senex, homo militiæ peritus, regiminis autem Magistratu curialium inexpertus sufficitur.

Tolosæ in Gallia, jussu Victoris Papæ celebratur Synodus octodecim Episcoporum ad extirpandas Simoniacas pravitates.

Item in Hispania habetur Concilium Compostellanum.

Moritur Æthelstanus Herefordensis Episcopus, magnæ vir sanctitatis.

Claret sanctitatis famâ Petrus Abbas Casinensis, qui spontè abdicatâ Abbatia Anglicam vitam & moribus & vultu præferens, miraculis à Deo est honoratus.

Dedo Saxonie Palatinus, vulgò pauperum pater, à Clerico interimitur.

Moritur Romæ Venerabilis Alwardus ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Lugdunensis, vir egregiâ vitæ sanctitate, litterarum quoque & eruditionis laude conspicuus.

Decedit Hermannus Comes Orientalium Francorum, vir potens, Imperio semper fidelis, multisque victoriis gloriosus.

Godefridus Dux Lotharingiæ Henrico Imperatori ante hujus mortem reconciliatur, & fidelitatem posterum promittit.

Magna cædes facta est Christianorum in finibus Saxonie, quorum multi gladio Paganorum perierunt, alii verò in aquis submersi sunt; perit in conflictu cum barbaris illis habito Wilhelmus Marchio Misnensis, Princeps strenuus & bellicosus. Iisdem temporibus multi Principes in diversis Provinciis perierunt, fames magna fuit, & multas regiones graviter afflixit; multosque homines consumpsit.

Sanctus Anno Colonienfis Archiepiscopus Segebergenfis Ordinis Benedictini Cœnobium fundare cœpit.

Victor II. Papa venit in Germaniam, morti & sepulturæ Imperatoris cum multis Cardinalibus Episcopis & Principibus interest. Interim Agnes Imperatrix mater Henrici Regis Germaniæ, fœmina prudens & industriæ singularis, regnum sub moderamine suo aliquandiu tenuit, sapienter & strenuè rexit: verum cum videretur Principibus inhonestum, nec tolerandum diutius, ut Imperium Romanum à muliere gubernaretur, Henricum puerum matri abstulerunt, eamque ab Imperii regimine amoverunt, quod quidem ægrè ferens, cum emendare tamen non posset, pro sui sustentatione, dimisso regimine, Bavaricæ Ducatum suscepit; tandem rerum instabilitatem humanarum perpendens & huic renunciâns, in Fruteriæ Cœnobio vitam duxit religiosam.

In cœlos evolat S. Stephanus Grandimontensis familiæ conditor, quem Deipara stupen-

stupendo quandoque prodigio solata est, cum is Cœnobii sui benefactorem à prædonibus captum intelligens, rem Dominiæ suæ commendasset, captivo non solum prodigiosè quamprimum soluto, sed & qui ceperant, Divinâ virtute ligatis, & ad portam Cœnobii consistentibus, quos tamen ipse manu propriâ vinculis solvens, pœnitentes domum remisit, amicè libertatem gratulatus.

Rumoldus ex Einsidlenfi Monacho Constantiensium Pontifex, Cathedralē Beatæ Mariæ Virginis Basilicam Constantiæ magnâ mole exstruit.

Annus Christi 1057.

Guntherus quondam Imperatoris Henrici III. Cancellarius, Episcopus Bambergensis creatur.

Moritur Victor Papa, sufficitur in Sedē Pontificali Stephanus Decimus Abbas Casinensis, qui Petrum Damiani ab Eremo abstractum, creat Episcopum Cardinalem Ostiensem.

Michaël Orientis Imperator, Isaacio Commeno tyranno cedit.

Milcolumbus pulso ex throno Macbetho Rex Scotiæ declaratur, qui supererant ex factone Macbethi, filium ejus Luthlacum, Scenam ductum, Regem appellant. Hunc Milcolumbus, in valle Bogiana affectus, tertio, quàm Regis nomen susceperat, mense occidit. Generi tamen Regio tributum, ut mortuus unâ cum patris corpore, in Regium sepulchrum in Jona inferretur.

Moritur B. Paternus reclusus Paderbornæ in Saxonia inferiori. Item Richeza Regina.

Hugo Burgundiæ Ducis filius in bello contra Ducem Nivernensem perit.

Ad cœlos emigrat S. Enneco, sive Ignatius Abbas Ordinis Benedictini in Hispania, vir erga pauperes misericordissimus: ipsis inferis metuendus, ex obsessorum corporibus dæmones potentissimè profligavit, ac spiritu insuper Prophetico enituit, miraculis insuper æquè post mortem gloriosus, quàm in Angelorum præsentia visibili, & mirum inter lucis splendorem obiit. Japes.

Henricus IV. Imperii gubernacula mox futurus Tyrannus suscipit.

Comes quidam, frater Archiepiscopi Magdeburgensis Monasterium Benedictinorum in Goseck fundat, in quo posuit Monachos ex Monasterio Corbejæ Saxonicæ.

Adalbero Episcopus Herbipolensis cum suorum consilio Canonicos Ecclesiæ S. Protomartyris Stephani, ad alios Canonicos in civitate transponit, & Monachos Benedictinos cum Abbate Ruperto ad dictam Ecclesiam introducit.

Moritur Otto Dux Suevorum, natione Francus Orientalis ex Stemmate Comitum de Sveinfurt, vir prudens, Imperio fidelis, actione strenuus & bellicosus, in pace nihilominus & otio gloriosus, cui Rudolphus de Rheinfelden in Ducatu succedit.

Paderborna cum duobus Monasteriis & R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Cathedrali Ecclesiâ, feriâ sextâ ante diem Palmarum miserabiliter incendio perit.

Leofricus Comes, Leofvini Ducis filius, insignis Monasterii B. M. V. Coventrensis in Anglia fundator moritur.

Annus Christi 1058.

Petrus Atarezius, Dominus Boricæ, in Veravela Arragoniæ oppido, insigne Ordinis Cisterciensium Monasterium condit.

Moritur Florentiæ, Stephanus IX. Papa; Mincio à nonnullis electo: verum Nicolaus II. legitime creatur, Episcopus antea Florentinus.

Obiit Casimirus Poloniæ Rex, olim Monachus Benedictinus, magnum suis relinquens desiderium, ut qui coll. psum penitus regnum restituisset, & Ecclesiam Polonicam mirum in modum illustrasset; in cujus locum subrogatus est Boleslaus ipsius filius.

Michaël Cerularius Patriarcha Constantinopolitanus, ob factum Isaacio Imperatori invidiosus, ab eodem in exilium ejicitur, eoque paulò post defuncto, in locum ejus subrogatus est Constantinus Licudex.

Einhardus II. Comes de Katzenelnbogen, Abbas Limpurgensis Ord. D. Benedicti, Episcopus Spirensis creatur, cui magna eloquentiæ laus tribuitur; fuit doctrinæ quoque laude celebris.

Vitæ finem facit S. Poppo Abbas Stabulensis Ord. S. Benedicti, miraculis gloriosus; quæ inter leprosum lectuli sui operimento contegens fovit non solum, sed illic sanum restituit: pastorem à lupo occisum vitæ reddidit: ex demortui corpore odoris cœlestis fragrantia totos sex dies, quibus insepultus jacuit, erupit; luminaribus insuper, inter ventorum brumali tempore turbines, in ejus translatione inextinctis, Angelis ipsis ad funebres ejus exequias se ingerentibus. Ex Japes. Baronio.

Diem obiit Guilielmus VI. Aquitaniæ Dux, cui succedit frater germanus Gaufridus seu Godefridus.

Floret Alphanus Archiepiscopus Salernitanus, Medicus, Musicus & Poëta insignis. Similiter Lambertus Monachus Hirsfeldensis, vir in Divinis humanisque litteris apprime eruditus: scripsit breve Monasterii sui Chronicon. De gestis Regum, Principum & Imperatorum à tempore Caroli Magni usque ad annum Dominicæ Nativitatis 1077. Historiarum Volumen unum.

Claruit Anselmus Monachus Benedictinus Cœnobii Rhenensis, qui scripsit itinerarium Papæ Sancti Leonis IX. in quo dicta ejus & gesta in diversis Synodis habita conscripsit.

Famam suæ sanctitatis & doctrinæ latissimè spargit Sanctus Petrus Damiani: inter cetera fœcundissimi sui ingenii monumenta reliquit à se scripta sequentia: Apologeticum sui ad Papam Nicolaum II. excusando quòd Episcopatum dimiserit. Ad eundem libros alios duos. Ad Leonem Eremitam librum 1. De uxoribus Clericorum librum 1. Regulam Solitiorum lib. 1. Exhortatorium ad Monachos lib. 1. De profectu Monachorum lib. 1.

De multis miraculis sui temporis lib. 1. Antilogion contra Judæos lib. 1. Contra avaritiam Prælatorum lib. 1. Vitam S. Odilonis Abbatis. De timore mortis lib. 1. De meditatione mortis lib. 1. Contra Episcopos Simoniacos lib. 1. Contra quendam Episcopum lib. 1. De infolentia malignorum hominum lib. 1. Ad Henricum Ravennatensem Archiepiscopum lib. 1. Declamationis Rhetorices lib. 1. De natura quorundam animalium lib. 1. De Flora & Lucilla lib. 1. De S. Bonifacio lib. 1. De S. Anastasio lib. 1. Sermonum & homiliarum lib. 1. aliaque plurima.

Claret S. Lanfrancus ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Cantuariensis, natione Italus. Scripsit super omnes epistolæ S. Pauli opus magnum. Commentarios in omnes Psalmos. Contra Berengarium lib. 1. Gesta Wilhelmi Regis Anglorum.

Moritur Avicenna Medicus & Philosophus Arabicus.

Annus Christi 1059.

Nicolaus Papa Florentiâ Romam venit, ubi celebrat Concilium, cui centum & tredecim interfuere Episcopi, in quo Berengarius hæresim ejurat, viris ex Ordine Monastico sanctissimis ipsum confutantibus.

Celebratum fuit quoque Concilium Sutrinum.

Contra Berengarium paulò post in hæresim relapsum, Lanfrancus doctissimus vir atque sanctissimus scribit egregium Commentarium. Calamos pariter contra ipsum acuerunt Guitmundus Averfanus Episcopus, & Algerus Monachus Cluniacensis, nec non Wolphelmus Abbas Bruvilarenfis.

Nicolaus Papa Nortmannis in feudum concedit Calabriam, Apuliam, Siciliam, quos idem secum ex Apulia ducens, factiosorum Comitum Tusculanorum, ac aliorum loca munita destruit, ipsosque ad Apostolicæ Sedis subjectionem redire cogit, liberatâ urbe ab eorum tyrannide.

Celebratur Concilium Parisiense, ubi convenientibus Galliarum Episcopis viginti duobus, simulque Principibus, Henricus Francorum Rex filium suum Philippum, puerum adhuc septennem Regem constituit, atque solenni ritu ab Wilhelmo Archiepiscopo Rhenensi consecrandum curat.

Moritur Bertholdus II. Comes Hennebergicus, Dominus Durlaci.

Philippus Galliarum Rex coronatur patre Henrico superstite & annuente.

Fatis concedit Lutpoldus, ex Monacho Fuldensi, Archiepiscopus & Elector Moguntinus. Item Burchardus Marchio Vohburgicus, Episcopus Halberstadiensis.

Pandolphus Comes Capuæ & Princeps Beneventi Monasterium ingreditur.

Joannes Tranensis in Apulia Peucetia Episcopus, cum Græcis colludens, à Nicolao II. Papâ deponitur.

Durandus Episcopus Leodiensis moritur. Similiter Aaron Episcopus Cracoviensis, succedit Lambertus.

Sigefridus creatur Archiepiscopus Moguntinus.

Obiit in Cœnobio Vallis Umbrosæ B. Si-meon, eximiâ sanctitate vir; excelluit præcipuè admirandâ in gravissimis infirmitatibus patientiâ, cum variis afflictionibus corporis affligi ipse Deum exorâset, & impetrâset, ne purgatorii ignibus post mortem cruciaretur. Ex monim. Vallumbrosanis.

Moritur B. Meginhardus Abbas Monasterii Hersfeldensis in Thuringia Ordinis Divi Benedicti.

Eberhardus Archiepiscopus Trevirensis publico statuit edicto, Judæos omnes, qui Christi fidem non consentirent assumere, de civitate Trevirorum expellendos. Judæi habito inter se consilio, ut imminens sibi periculum evaderent, miserunt pro quodam suæ Religionis Wormatiæ qui vocabatur Rabbi Moyles, rogantes ut veniret ad eos Trevirim; erat is maleficus, incantator, & Necromanticus suo tempore maximus; qui proinde rem maleficio aggreditur. Imaginem fecit ex cera secundum dispositionem Archiepiscopi, quam Presbyter quidam S. Paulini, nomine tantum Christianus, pretio corruptus, in nomine ipsius Archiepiscopi baptizavit, & Judæo malefico tradidit. Deinde cum Archiepiscopus in vigilia Paschatis, Pontificalibus indutus, ad benedictionem sacri baptismatis cum Clero procederet, perfidus Judæus domo inclusus imaginem incantationibus, puncturis, ignibus cruciat, dæmones invocat, & ceram baptizatam nomine Archipræfulis maleficiis incantat. Mira divinæ permissionis dispensatio! imagine jam ex media parte ab igne consumptâ, Archiepiscopus super fontem, sacris instans officii, subito gravissimè cœpit infirmari, qui ministerio Clericorum in sacrarium reportatus, inter verba orationis ante imaginem Crucifixi genibus flexis inter manus Ministrorum sustentantium confestim exspiravit. Obiit eodem hoc anno Megenherus Abbas Monasterii Hersfeldensis, hic cum pro quibusdam Monasterii sui decimationibus cum Burchardo Halberstadiensis Episcopo lites & controversias haberet, nec jus assequi posset, commotus tandem pro defensione justitiæ, ad tribunal Christi appellans, Episcopum illo sub termino vocaverat. Quo etiam iste visceribus disruptis secutus est, antequàm moreretur clamans & ejulans, ad Dei judicium per Abbatem Hersfeldensem se justè citatum, missisque ad Monachos nuntiis, ablata restituit, & veniam postulavit, & sic inter spem & metum positus, eo die, qui citationis fuit ultimus, decessit. Meginhero in Abbatia succedit Ruthardus vir magnæ eruditionis. Scripsit de tranquillitate vitæ pulchrum opusculum. De miseria vitæ præsentis libellum. De institutione Monachorum lib. 1. De justitia Christiana libros duos. De Sacramento Altaris contra Berengarium lib. 2.

Rudolphus Ergoviæ & Suntgoviæ Comes condit insigne Othmarsheimense Ordinis Benedictini Cœnobium.

Annus Christi 1060.

Moritur circa hunc annum Azo, hujus nominis IV. Estensis & Ferrariæ Marchio. Item Arnoldus Comes Lenzburgico-Badensis. Similiter Henricus Galliarum Rex.

Celebratur Concilium Jaccæ in finibus Hispaniæ, cui præfuit Austindus Archiepiscopus Auxitanus.

Resignat Imperium Isaacius Imperator Orientis, effectus Monachus, substituto Constantino.

S. Lanfrancus Monachus Beccensis Ord. Sancti Benedicti, author est Theologiæ Scholasticæ.

Claret in Monasterio Selingstadeni S. Clarus Monachus Ordinis Divi Benedicti, qui præter eruditionis laudem, à Numine Prophetiæ quoque dono ditatus erat.

Obiit Balvinus Archiepiscopus Salisburgensis, quem excepit Gebhardus magni animi vir; cui vitæ mortalis depositione socium se præbet Sigbertus Episcopus Verdenensis.

Liebertus Episcopus Noviomensis Monasterium S. Sepulchri in urbe Cameracensi pro Benedictinis fundat.

Floret Lucæ in Italia S. Joannes Abbas Ord. Sancti Benedicti, miraculis clarus. Petr. Diac.

Durannus Abbas Moysiæensis, creatur Episcopus Tolosanus.

Aldredus ex Episcopo Wigornienfi fit Archiepiscopus.

Hugo Comitæ Fulconis filius, nobili gente Sicardâ, Abbas S. Gerontii Ord. D. Benedicti, creatur Episcopus Calliensis.

Obiit B. Praxedis ex Augusta Henrici IV. conjugæ Monialis Benedictina, fuit Jarislai Ruthenorum sive Russorum Ducis filia.

Decedit item B. Dominicus Loricatus Ordinis Benedictini insigne decus, & pœnitentium omnium illustrissimum speculum imò miraculum. Similiter Luitpoldus Archiepiscopus Moguntinus, sepultus apud Benedictinos ad S. Jacobum. Successor in Archiepiscopatu fit Sigfridus Abbas Fuldensis.

Claret Ven. Albericus Monachus Monasterii Casinensis, S. R. E. Cardinalis, vir profundæ doctrinæ, & Berengarii triumphator. Wideradus creatur Abbas Fuldensis.

Obiit Henricus I. Gallorum Rex, succedit in regno filius ejus Philippus.

Henricus Comes Palatinus Rheni in vesaniam versus, uxore reclamante Monasterium intrat Echternacense, inde à suis renitens reportatur; perdurante insaniâ paulò post uxorem occidit. Quam ipse non post multum temporis per mortem sequitur, relinquens duos post se filios Eberhardum & Henricum.

Robertus Guiscardus Normannorum Dux, Atellæ in Campania Castrum exstruit.

Obiit Sanctus Dominicus noster Calciensis.

Messinense Virginum Benedictinarum Cœnobium Iprensis Diœceos, ab Adela Balduini V. Flandriæ Comitæ conjugæ, Roberti Capeti Galliarum Regis filiâ, in hono-

rem Deiparæ conditur, loco defensæ prodigiosissimè à Numine trium Virginum puritatis inprimis memorabili: quæ cum illic pecora pascerent, à supervenientibus militibus tentatæ, priusquam annuerent, vivæ à terra absorberi à Deo & Deiparâ impetrârunt; illic à prædicta Comitissa, effossâ humo, post annos aliquot repertæ, & nobili Mausoleo, tanto nimirum inædificato Virginum Cœnobio honoratæ, quo deinceps loco Deipara admirandis prodigiis se prodidit, & infinitam usque hodie peregrinantium turbam ad accipienda beneficia invitavit & traxit.

Annus Christi 1061.

Moritur Spitihnæus II. Bohemiæ Dux, S. Viti sibi apparentis monito, ex homine ferocissimo & injustitiæ cultore, vivum piissimi Principis exemplar factus.

Mortis similiter falci succumbit Nicolaus II. Papa, tyrannis quibusdam electionem ad Imperatorem deferentibus. Hic Cadaloum Episcopum Parmensem, contra Alexandrum II. legitime electum obrudit, & Honorium II. appellat; inde ingens turbatio orbis.

Adelbertus Comes de Calba Monasterium S. Aurelii Hirsaugiense de novo exstruit.

Magna famestotum ferè Romanum Imperium occupat, & multos per Saxoniam, Sueviam, Bavariam & Orientalem Franciam homines graviter affligit, post quam gravis secuta est pestilentia.

Concilium celebratur Mantuanum, per quod cedente Cadaloo, schisma extinguitur. Alexander in eo multa ad communem Ecclesiæ utilitatem salubriter constituit: soluto Concilio Romam proficiscens, majorem Ecclesiam Lucensem, cujus Episcopus antea fuerat, in honorem S. Martini consecrat, & Canonicos multis privilegiis honorat.

Bela I. Polonorum fultus auxilio, prælio cum Andrea I. inito victor evadit, mox Andrea defuncto Rex Ungariæ futurus.

Conditur B. M. Virginis Nestovenfe Cœnobium per Remigium Dorcestrensem Episcopum in Anglia.

Annus Christi 1062.

Profigatur à Godefrido Duce Cadalou Pseudo-Papa, cum urbem denuò repente tentaret: Concilio Osboriensis efficit S. Petrus Damianus, ut omnes Cadaloum damnarent. Celebratur in Hispania Concilium apud S. Joannem Rupensem.

Valida latronum manus Corburni saltum in Scotia insidens, Lothianam & Marciam cum magno agricolarum damno infestat. Eos Patrius Dumbarius, non sine labore domuit, 40. è suis amissis. E latronibus 600. in congressu perierunt; quadraginta capti, laqueoque strangulati sunt. Ob id facinus Patrius Marciz Comes dictus. Regno ita confirmato, ut nulla vis aperta nocere posset, Rex Milcolumbus occultis insidiis petitus est. Totâ conjuratione ad eum delatâ, Principem ejus, nihil eâ de re suspicantem, ad se vocat;

ac longiore sermone familiariter instituto, solus in vallem secretam, aliis subsistere iussis, hominem seducit: ibi exprobratis ei superioribus beneficiis, & commemoratis infidiis, in suum caput structis, quin tu nunc, ait, armatus armatum, si tantum tibi animi est, aggredere, &, quod per dolum petis, virtute præmium tibi para: ille percussus re subitâ humi dejecit se, supplex, ac veniam à Rege, non minùs clemente quàm forti, obtinuit. Math. Paris.

S. Wulstanus Ord. D. Bened. consecratur in Episcopum Wigorniensem.

Anna, Henrici I. Galliarum Regis vidua, Rudolpho Magno Valesiarum Comiti nubit.

Alexander II. Papa Antibarum in Dalmatia pro Episcopali Sede Archiepiscopali ornat, subdendo ei Episcopos viginti.

Floret Marianus Scotus, Ordinis Benedictini, vitam plerumque agens reclusus, & in Christo absconditus: scripsit volumen grande historiarum ab origine mundi usque ad sua tempora, priorum Chronologorum erroneum calculum simul corrigens.

Marinus itidem Monachus Benedictinus frater S. Petri Damiani vitæ sanctioris radiis micat, qui suam Deiparæ testatur devotio-ner, depositis nudatus vestimentis, collo corrigiam innexuit, & altari se Beatissimæ Dei Genitricis, velut servile mancipium tradidit, mox se quasi servum malum coram Domina sua fecit verberibus affici.

Annus Christi 1063.

Insigni merito, Sanctus Petrus Damiani efficit in Concilio Lateranensi, ut Collegiarum Clerici in commune viverent, Canonici Ordinis restitutor habitus.

Christiani Hierosolymis habitantes, absolvunt à Calipha Ægypti imperatum opus ædificandi quartam partem murorum Jerusalem, pecuniâ collectiâ Christianorum, potissimum verò Imperatoris Constantinopolitani Monomachi.

Moritur Henricus II. Episcopus Augustanus.

Vitâ quoque fungitur apud Astures S. Ordonius Episcopus, Ord. Sancti Benedicti Sahaguntini percelebris Monasterii in Hispania Monachus, charitate in pauperes, simplicitate verè columbinâ, & virginitatis purissimo studio commendatissimus.

Humbertus S. R. E. Cardinalis vivere desit.

Odalricus creatur Episcopus Brixienfis, Moritur Egilhardus Archiepiscopus Magdeburgensis.

Ramirus Rex Aragoniæ à Nepote Sancio in bello occiditur.

Claret Arnoldus Cœnobii S. Mathiæ extra mœnia Trevirorum Monachus & Scholasticus. Scripsit opus metricum de Proverbiis Salomonis lib. I. Ad Marianum Scotum de ratione computi Ecclesiastici lib. I. De cyclo & inventione Festi Dominicæ resurrectionis librum unum,

Mulier quædam Constantiæ infantem pe-

perit duo capita & omnia membra superiora duplicata habentem, qui tandem in unum hominem à clunium loco ad inferius desinebat.

Frigus maximum fuit per dies quatuor in mediomense Aprili, aura quoque venenosa & nivibus plena, quæ pecudes lætit, arbores subvertit, & vites devastavit, unde magnus vini defectus subsequutus fuit.

Quidam Monachus nomine Petrus, ut ostenderet Episcopum Florentinum eam Sedem occupasse Simoniacè, quod ipse ejusque fautores negabant, post Missam celebratam depositâque casulâ cum cæteris Sacerdotalibus indumentis, in maximum ignem est ingressus, & periculum lento passu deambulavit, à flammis minime læsus, quippe quæ & propriam naturam mutant, ad instar auræ levis albam byssinam intrantes & implentes, inflabant, quo miraculo manifestata veritas fuit, & Monachus exinde Petrus igneus fuit vocatus, paulòque post Cardinalis Episcopusque Albanensis creatus.

Einhamense Beatissimæ Mariæ Virginis Cœnobiolum conditur per Balduinum Lilanum,

Annus Christi 1064.

Rumoldus Constantiensis Episcopus, Ecclesiam Monasterii Murensis in Helvetiâ dedicat.

Uldericus, Patavinus creatur Episcopus, Guntherus Episcopus Bambergensis ex Palaestina redux, in Austria moritur.

Celebratur Concilium Barcinonense in Hispania, in quo leges Gothicæ, quibus Catalani utebantur, penitus abrogatæ sunt, novæque sancitæ.

Ingens terræ motus in Thracia & Bithynia advertitur, ac Constantinopoli & Nicææ prostrata templa, veterumque Bithyniæ Regum monumenta collapsa tradit Curpalates.

Normanniæ Dux Wilhelmus fit Angliæ Rex.

Corpus S. Danielis Martyris, Patavii per cæcum divinitus revelatur.

Ecclesiæ Trevirensis, post sedem Archiepiscopalem per quadriennium vacantem, Præsul tandem datur Cuno, qui cum properaret Treviram pro suscipiendâ sibi commissâ Ecclesiâ, Theodericus sceleratissimus Comes, Trevirorum Palatinus, unâ cum quibusdam impiis satellitibus ei furibundus occurrit, & ductum de recto itinere in nemus proximum, cum multis injuriis, contumeliis & opprobriis tertio de rupe altissima præcipitavit. Occisi corpus in Monasterio Ordinis nostri Tholegiensi sepultum multis postea coruscavit miraculis: Henrico postea Imperatore de homicidis qui fugâ elapsi non fuerant, vindictam capitis amputatione sumente.

Walramus ex Scholastico Bambergensis Ecclesiæ factus Monachus Fuldensis, ac dein Abbas Merseburgensis in Saxonia, floret doctrinæ laude; scripsit metro simul & prosâ tres libellos in Cantica Cantorum.

Guntherus quoque Monachus Elnonenfis circa hoc tempus varias Sanctorum vitas conscripsit, Homilias quoque plurimas.

Clarent

Clarent ex eodem Ordine Benedictino S. Arnolphus ex S. Medardi Cœnobii Monachus ac Abbate, Sueffionensis factus Episcopus, & Maurilius ex Monacho Fiscannensis Cœnobii Archiepiscopus Rothomagensis.

Albericus S. R. E. Cardinalis è Monacho Casinate, felicissimus hæresiarchæ Berengarii triumphator, cultum Deiparæ promoturus, pulcherrimum de Virginitate ejusdem librum composuit.

Annus Christi 1065.

Merito immortalis hæreses varias opprimit S. Petrus Damiani. Alexander II. Papa contra incestuosos duo Concilia convocat.

Slavorum Ecclesia multis nobilitatur Martyribus: inprimis verò Godescalco Principe, Christianæ religionis studiosissimo propugnatore, qui cum magnam Slavoniæ partem è Paganismo ad fidem convertisset, & in reliquis convertendis indefessè laboraret, ab iisdem conjuratione factâ comprehensus, ac fustibus cæsus, per singulas deinde Slavorum civitates ductus ad ludibrium, cum à Christi nomine flecti non posset, truncatis manibus ac pedibus, in plateam corpus ejus projectum est, caput verò dissectum Paganis conto præfigentes, in titulum victoriæ Deo suo Redigant immolaverunt: ipsiusque uxor filia Regis Danorum, nuda diu cæsa est: ac demùm cunctis occisis qui perstiterunt in fide, omnes Slavi ad paganismum relapsi sunt, auctore hujus cladis Pluffo, qui sororem Godescalci habuerat, qui & ipse domum reversus obruncatus est. Parem sub hac persecutione Martyrii palmam obtinent Joannes Episcopus Megapolitanus, & Ansverus Monachus uterque Benedictinus.

Ex hac vita migrat Ferdinandus Magnus Rex Castellæ & Legionis, sine planè digno Catholico Rege: nam ipso natali Domini in Ecclesia infirmitate correptus, postridie ornatus cultu Regiò, & coronâ aureâ impositâ capiti, unâ cum Episcopis & Abbatibus ad Ecclesiam deferri voluit: ibique regalem chlamydem & gemmatam coronam Deo ad altare remittens, cum lachrymis solo prostratus, pro delictorum veniâ attentius oravit; & ab Episcopis acceptâ penitentiâ, & extremâ unctione, indutus cilicio & aspersus cinere, die tertiâ spiritum Deo in eadem Ecclesia reddidit.

Uzi Scythiæ populi ad sexcenta millia armatorum transmissi Istro limitaneum Romanorum exercitum debellant, & circumquaque divagantes omnia perdunt, tandem cœlitus oppugnati vincuntur: visa enim fuit incognita in acie militum multitudo pugnare, & tantam telorum copiam contra ipsos jacere, ut ex iis nullus illæsus remanserit, mox verò plurimis peste & fame consumptis, reliquæ cum Ducibus ad propria remeant.

Altmannus Episcopus Passaviensis creatur. Moritur Hezelius Episcopus Argentoratensis, cui succedit Wernerus Gebizonis Comitibus Habspurgici filius.

Decedit Arnoldus Episcopus Wormatiensis. Succedit Adelbergus Comes Habspurgicus.

Rudolphi Sueviæ Ducis filius, & Monachus Sangallensis Ordinis Divi Benedicti.

Diem obit Angelbertus Episcopus Passaviensis.

Moritur Ferdinandus I. cognomento Magnus, Rex Castellæ & Legionis, Princeps piissimus, cui succedit filius Alphonus VI.

Decedit S. Rudolphus Episcopus Eugubinus ex Ordine D. Benedicti vitæ rigore & abstinentiâ celebris, hyberno tempore solâ contentus interulâ nudus nudâ in tabula cubabat. Ferreum circa pectus cingulum perpetuò gerebat, Psalterium quotidie integrum, armatâ scopis utraq; manu, cum disciplina ut vocant, recitare consueverat. S. Petr. Damian. Aldenburgum Holfatiæ urbs à Vandalis devastatur.

Gunthero Episcopo Bambergensi in via ex Palaestina mortuo, sufficitur Hermannus, sed quia Simoniacè ad eam dignitatem est ingressus, à Gregorio Papa hujus nominis septimo deponitur.

Gosvvinus Comes quidam Franciæ Orientalis tyrannidem, prædas & incendia contra Ecclesiam Herbipolensem exercens, sæpius ut desisteret admonitus, tandem ab Episcopi amicis comprehenditur & occiditur.

Afflingenfè, sive Affligensè Ordinis Benedictini Cœnobiolum circa hæc tempora fundatur in Brabantia.

Bela I. Ungariæ Rex solio corruente conquassatus expirat.

Annus Christi 1066.

Balduinus Flandriæ Comes Insulas urbem, primus muro & fossis munit.

Jaromirus Wratislai I. Bohemiæ Regis frater germanus, ad Episcopalem Pragensem cathedram evehitur.

Cum Richardus Northmannorum Princeps Aquitum usque victor pervenisset, urbem Romam proximè invasurus, ut à Pontifice Imperatoris insignia consequi posset, Godefredus Marchio Tusciæ se illi opponens, variis adversus eum initis præliis, Ecclesiam Romanam ab ejus incurfione liberavit.

S. Eduardus Rex Angliæ ex hac vita migrat: occisis competitoribus regno potitur Guilelmus, Comes Northmanniæ Eduardi cognatus.

S. Arialus Diaconus Mediolanensis cum adversus hæreticos Nicolaitas & Simoniacos multum desudasset, amputatis auribus, naso, labro superiori, manu dexterâ, & membris genitalibus, effossis item oculis, & linguâ sub gutture extractâ, crudelissimâ dilaniatione Martyrium consummat, cujus corpus occultatum, luminatibus cœlitus emissis patefactum est.

Reginherus Misnensis Episcopus, homo avarissimus, in cubiculo suo inventus est ruptis cervicibus, colore tecto exanimis, ipsis thesauris suis mirabilem in modum incubans.

Bela Ungariæ Rex ad Apostasiam sollicitatus dignè ulciscitur.

Henricus Germaniæ Rex cogitur dimittere Adalbertum Archiepiscopum Bremensem, cui spreto Annone Archiepiscopo Coloniensi, aliisque

alii que Principibus totius regni regimen con-
tulerat.

Moritur Constantinus Patriarcha Con-
stantinopolitanus, subrogatur Joannes Xyphi-
linus vir doctus.

Gottschalckus 31. Obotritorum Rex
Rostochium muris cingit, & urbis titulo de-
corat; idem ad Christum conversus à propriis
subditis mactatur.

Helinandus Chronicon ab orbe condito
usque ad hunc annum deduxit.

Hardvivicus Rex Nordanimbrorum spe regni
Angliæ ob fratrum dissidia erectus, cum
classe mille navium trajicit, sub capto Ebo-
raco cum suis ab Haraldo Anglico necatur.
Sigebert.

Balduinus Flandriæ Comes, Insulis Prin-
cipi Apostolorum ædificavit templum, ubi 40.
legit Canonicos.

Moritur S. Goslinus sive Gozelinus Ab-
bas S. Solutoris ex Ord. Divi Benedicti, insi-
gnibus post mortem à Deo miraculis hono-
ratus. Item Everardus Hefelini Comitis Pa-
latini filius, Archiepiscopus Trevirensis.

Tota ferè urbs Cantuariensis in Anglia à
flammis absumitur.

Haroldus Gotvini Comitis, ex Canuti II.
forore nepos, arrepto regno post menses no-
vem & dies totidem in prælio occumbit.

Diem obit Everhardus Archiepiscopus
Trevirensis.

Joannes creatur Episcopus Portuensis.

Hoc anno cometa apparuit ineunte Majo,
& duravit per dies 40.

Razenbergi S. Asuerus Abbas cum tri-
ginta Monachis Benedictinis à Slavibus barbaris
in Monasterium irrupentibus immaniter truci-
datur.

Obiit S. Maurilius ex Monacho Bene-
dictino Episcopus Rothomagensis, cumque
jam sacrum ejus corpus lugubres inter que-
stus ad Ecclesiam deferendum esset, attoni-
tis rei miraculo universis subito reviviscens,
in ista erupit: *Attenti, inquit, animo estote,*
ultima pastoris vestri verba excipientes &c.
Recitatisque quæ in altera illa vita viderat,
deque decretis sibi paradisi gaudiis suos cer-
tos reddens, solo aspectu & terroribus dæmo-
nium, levia sibi quædam peccatilla, quæ in
confessione exponere neglexisset, expianda
fuisse significavit: denique, *quia jam delectat,*
inquit, *in Domino soporari,* felicissimo sopore,
cum dicto, in Domino obdormiit. Guil.
Gemet. Orderic. Vital.

Sanctus Joannes ex Monacho Benedictino
Episcopus Magnopolensis cum multa Saxonum
millia ab infano dæmonum cultu ad Christiana
sacra perduxisset: ab infidelibus, laboribus
& senio confectus, tandem interceptus fusti-
busque graviter contusus, deinde per singu-
las Wandalorum civitates ad ludibrium du-
ctus, cum à Christi nomine & confessione
flecti nullo modo posset, manuum pedum-
que crudelissimâ detractione, defecto demum
capite, Martyrio coronatus, Apostolicæ vitæ
cursum complet.

Annus Christi 1067.

Augustus Orientis Constantinus Ducas
moritur, succedentibus filiis cum Eudo-
cia matre: Turcæ Cappadociam populantur.

Henricus Canonicus Goslariensis, stirpe
antiquissimâ Comitum de Scharffenberg ortus,
Einhardo II. in Episcopatu Spirensi succedit.

Carinthii, Austriaci, Norici, Vindelici
civili bello inter se sæviunt. Lambert.

Guilielmus Nothus, Normannorum Dux,
Haraldo ultimo Anglorum totius Angliæ Re-
ge victo & cæso, cum regno Angliæ Conque-
storis insuper nomen est adeptus.

Moritur Ainhardus ex Abbate Limpur-
genfi Ord. S. Bened. Episcopus Spirensis.

Ad Superos abijt Sanctus Robertus Ab-
bas Casæ Dei, Ordinis Cisterciensis in Aiver-
nia: infans nutrici impudicæ traditus ejus
ubera horruit, & nocentem innocens prodi-
dit: puerulus etiamnum totas cum lachrymis
noctes continuatis precibus transegit, paupe-
res fovit, sædissima eorumdem viscera benefi-
câ manu piè contrectavit & abluit. Mona-
chus factus claruit insigni miraculorum glo-
riâ: mortis suæ horæ præsciens, convocatis
fratribus, singulis figens osculum, valedixit,
& felicissimè in Domino obdormiit. Hugo
Menard.

Sanctius II. Patri Ramiro in Aragoniæ
regno succedit, annos natus 18.

Vitam cum morte commutat Balduinus
Insulensis Flandriæ Comes.

Matinense Monasterium in Neapolita-
no regno à Roberto Normanno Calabria &
Apuliæ Ducæ ejusque uxore Sirlegatâ, pro
Benedictinis fundatur.

Henricus quartus Imperator primo præ-
lio cum Saxonibus congregitur ad flumen Un-
strut. Ducitque uxorem Bertham Ottonis &
Adelhaidis Comitum in Italia filiam.

Benzo schismaticorum fautor, Episco-
pus Albensis, propter Simoniam depositus,
calamum acuit ad vituperium legitimi Papæ.

Claret Guido Aretinus Monachus Bene-
dictinus, hæreticorum fulmen & malleus, no-
tarum Mulicarum inventor.

Annus Christi 1068.

Moritur Sanctus Severus Episcopus Pra-
gensis.

Triumpho de Turcis auspiciatur Impe-
rium Romanus Diogenes; maritus consenti-
entibus filiis ab Eudocia Augusta expetitus.

Floret Congregatio Columbina.

Moritur improlis Otto II. Comes Orla-
mundanus.

Lietbertus Episcopus Cameracensis, cum
videret Canonicos sæculares, quæ Eremitis
montem S. Eligii incolentibus successerant, li-
centius quam par esset, vivere, novâ disci-
plinâ eos constrinxit, regulamque S. Augustini
observandam imposuit, dato Joanne Anti-
stite: ita Bucellinus ex illius Cænobii moni-
mentis.

Ratbo-

Ratbodus II. Noviomensis & Tornacen-
sis Episcopus ordinatur.

Ingens terræ motus Germaniam concutit.
Joannes à sede Abrincensi assumitur ad
Archiepiscopalem Rothomagensem, Udo ad
Trevirensis, Bernardus verò Osnabrugensi
Ecclesiæ Episcopus præficitur.

Claret Merbodus ex Monacho Benedictino
Episcopus Redensis, Poëta, Philosophus, sci-
entiarumque aliarum non imperitus. Scripsit in
Cantica Canticorum lib. 1. & complurimum
Sanctorum vitam vario genere carminis sub lege
metrorum coarctavit.

Bernoldus Presbyter Constantiensis hæc
quoque tempora scriptis & virtutibus suis red-
dit illustriora. Inter cætera scripsit insigne
Opus, quod Ordinarium Romanum nomi-
navit.

Ramboldus Abbas Monasterii S. Emme-
rani Ratisbonæ, virtutibus & miraculis Ordinem
Benedictinum illustrat.

Moritur Theobaldus Monachus pro amore
Christi, apud Vincentiam urbem pluribus annis
reclusus; mortuus infinitis mox cæpit mira-
culis coruscare.

Circa hunc annum Adela sive Adelhai-
des, Balduini Flandriæ Comitis vidua, in
Monasterio Messinensi jubetur à Deipara, cum
insigni Crucis Dominicæ portione Processionem
anniversariam instituere, proin ipsa
Deipara filo serico vias notat, cujus princi-
pium & finem glomerem plenè evolvendo,
ipsa dignata est summo altari alligare. Adel-
heides Romam profecta, rem Pontifici Sum-
mo aperit, impetratque ut confirmaret, so-
lemnitate ad 18. Kal. Oct. institutâ.

Annus Christi 1069.

Poloni Præmisliam Russis eripiunt, & Rei-
publicæ uniunt.

Vincit rursus Turcas Romanus Impera-
tor Orientis.

Normanni Græcos Calabriâ & Apuliâ
exuunt.

S. Petrus Damianus Berthæ Henrici Im-
peratoris conjugis repudium impedit.

Moritur Rumholdus Episcopus Constan-
tensis. Item S. Wolphelmus Abbas S. Nicolai
de Brauviler Ord. S. Benedicti, doctrinâ & sancti-
tate conspicuus. Hospitum & pauperum
curam secundum præscripta regulæ præcipuam
habuit, quorum incumbente aliquando nimia
multitudine cum solarium oppressum corruisset,
omnesque perempti crederentur, reperti cum
Wolphelmo incolumes omnes, eò majore mi-
raculo, quod ruente cum cæteris pincernâ ejus
nec vasa læsa, sed neque vinum ullâ ex parte
effusum videretur. Post plura alia patrata
miracula, mortem, quam præostensâ gloriâ
sibi imminere cœlitus didicit, fratribus præ-
nunciavit. Cujus, triduo toto post obitum,
mirâ elegantia vultus refulsit, rosei coloris &
sudoris guttis resperfus. Ex Chron. Colon.

Agnes Imperatrix mater Henrici quarti
tædio affecta, vel potius compuncta, Duca-
R. P. Brentano Epitome Chronolog.

rum Bavariz deponit, & regni gubernacula
penitus spernens pro Christo, Romam se con-
fert, ibique dignis pœnitentiæ fructibus hu-
mitem vitam agit.

Moritur Aldredus Episcopus Vigorniensis
in Anglia.

Fridericus Abbas Hirsaugiensis, injustè
ob frivolas invidorum accusationes deponi-
tur, quam injuriam patientissimè tolerans,
post mortem sanctitatem suam prodidit. In
mortui corpore catena ferrea ad corpus ejus
nudum inventa fuit, quam non sine dolore
portasse multis annis creditur, quod ex livore
vulnerum ejus facilè probabatur. Super tu-
mulum ejus lumina cœlitus accensa nocturnis
horis ardere visa sunt, cœpitque variis clarere
miraculis. Monachos autem illos, qui sanctum
virum de crimine fornicationis falso accusave-
rant, vindicta divinæ ultionis subsecuta est, nana
unus ex eis paralyti dissolutus miserabili cru-
ciatu interiit: alius de gradu cadens fracto ca-
pite exspiravit; tertius morte subitanæ de-
cessit, ita ut nullus eorum, qui falsæ delationi
consenserant, biennio supervivere potuerit.
Comes autem, qui mendacis delatorum fidem
contra virum innocentem adhibuit, causâ
tandem cognitâ, usque ad mortem penè do-
lens contristatus est, divinæque miseratione
compunctus, in alium virum mutatus est.
Volens igitur acceptam Deo pœnitentiam
agere, non solum ablata Monasterio restituit,
sed multa etiam de suis propriis pro satisfac-
tione dedit, imò post conjugem defunctam
Monachum Hirsaugii professus est.

Wilhelmus in defuncti locum, ex Monaste-
rio S. Emmerani ad Abbatiam vocatur, vir do-
ctus & valdè religiosus, plurimum postea Mo-
nasteriorum partim reformat, partim con-
ditor.

Hoc anno Angliæ Rege Wilhelmo Ebo-
racum veniente cum exercitu, & omnia circum
circa vastante, Episcopus Egelluvinus & ma-
jores natu, habito inter se consilio, incor-
ruptum corpus S. Guthberti Episcopi Lindis-
farnensis tollentes, ad Lindisfarnensem Eccle-
siam fugere cœperunt, sed quoniam circa ves-
peram venerant, quâ videlicet horâ secun-
dum tempus suum circumquaque plenum mare
erat, Episcopo & majoribus congemiscensibus,
ne frigore hiemis, quæ solito asperior ingru-
erat, parvuli omnes nocte illâ periclitarentur,
ecce, subito mare siccum eis aditum, illo tan-
tùm loco recedens, permisit, cum circumqua-
que plenissimum fluctuaret. Mox ingressi
omnes, Deo & Beatissimo Confessori laudes
decantantes, siccis pedibus cum sacro sui Pa-
troni corpore insulæ littus attigerunt. In act.
SS. Martii tom. 3. Bollandi.

Gilbertus Nobilis Eques Parthenonem
Florentensem, in honorem Deiparæ sub S. Be-
ned. Regula erigit.

Annus Christi 1070.

Templum Hasnonii in Oltrovandia à Bal-
duino Comite reparatum, & Benedi-
ctinæ regulæ subditum, dedicatur III. Non.
Jun. per Episcopos Lietbertum Cameracensem,
L1 Ratbo-

Ratbodonem Noviomagensis, Raynerium Aurelianensem.

Moritur eodem anno Aldenardæ præfatus Balduinus Comes Montensis XVI, Calend. Augusti, conditurque Hasnonii.

Celebratur Synodus Wintoniæ in Anglia, præsentibus Legatis Pontificiis Hermenfredo Sedunensi Episcopo, nec non Joanne ac Petro Presbyteris Cardinalibus, cujus Decreto Stigandus Pseudo-Archiepiscopus Cantuariensis depositus, in ejus locum verò subrogatus est S. Lanfrancus Abbas Cado- mensis Ord. S. Benedicti.

Alexander Papa Ecclesiam in honorem Sancti Martini in Lucca urbe dedicat; ibique febre correptus, potâ aquâ, quam ad manuum lotionem S. Joannes in dicta civitate Monasterii Præpositus adhibuerat, illic sanatur.

Diem obit Godefredus Dux Lotharingiæ & Tusciæ, cognomento Barbatus, ejus nominis tertius, cui in Lotharingiæ Ducatu succedit Godefridus Gibbosus.

Vincit rursus Turcas Romanus Diogenes Imperator. Guilielmus Angliæ Rex rebelles domat.

Genueses & Pisani graviter colliduntur.

Initium sumit Auræ vallis in Ducatu Lucemburgensi Cœnobium, sub regula S. Benedicti.

Angli hinc à Francis, indè à Scotis bello petiti, vel fame mori, vel humanâ carne vesci coguntur. Marian. Scot.

Guilielmus Nothus Northumbriam in extremam redegit vastitatem.

Diem obit Dietmarus Episcopus Curien- sis. Succedit Henricus, Monachus Benedi- ctinus ex Augia Divite.

Fatis concedunt Adelbergus Comes Habsburgicus, ex Monacho Sangallensi Ordinis Divi Benedicti Episcopus Wormatiensis. Item Pisis in Tuscia B. Bonus Abbas Ordinis Camaldulensis: in Calabria ulteriori S. Philaretus Monachus: nec non Odo ex illustri prosapia Principum Sueviæ, Episcopus Tullensis.

Walkelinus creatur Episcopus Wintonien- sis.

Moritur Durannus Episcopus Tolosan- us, nec non S. Guido Episcopus Aquensis in In- subria, post mortem miraculis clarus.

Sub hunc annum è Casinensi Monaste- rio ad cœli gloriam evocatur S. Petrus, mi- raculis à Deo honoratus, qui lupum ovem rapientem, oratione factâ compulit, ut quam abstrulerat ad portam Cœnobii referre cogere- tur. Sic merito ejusdem, fures qui olera rapuerant, totâ nocte per circuitum ambulantes, hortum egredi non potuerunt. Ex Pe- tro Diacono.

Decedit beatæ memoriæ Elsinus Abbas Rhemen- sis, Ord. D. Bened. Deiparæ addictis- simus, qui primus conitante inprimis S. An- selmo Cantuariensi Archiepiscopo festum Con- ceptionis Beatissimæ Mariæ Virginis immortali cum merito inchoasse memoratur.

S. Ebba Abbatissa Monasterii Collingha- mensis in Anglia, stupendo & ad posteritatem omnem memorabili exemplo mirificum trium- phum de hostibus refert; barbaris enim in Angliam irruentibus, cum dicti Monasterii Moniales Virgines spectabili ferè genere omnes & eximiâ pulchritudine essent, illi- batissimo sacrotoque omnium pudicitie flori metuens Ebba, convocatis ad Capitulum so- roribus, proposito periculo & remedio, si quæ integritati suæ consultum vellet, se se imitaretur, suavit & persuasit: arreptaque novacula (stupenda res!) plusquam heroico ausu, nasum sibi cum superiore labro ampu- tavit: cujus exemplum secuta reliquæ omnes, pari sed sanctâ crudelitate in se quælibet sa- vierunt, quarum deformitate hostes attoniti primùm, mox constantiâ confusi & furore con- citati, universas Cœnobio inclusas flammis de- voverunt. Nicol. Harpsfeld.

Moritur S. Arnulphus ex Monacho Be- nedictino Episcopus Vapincensis miraculo- rum gloriâ illustris, quæ inter, cum ad in- gressum castrum Vindocinensis, puerum defun- ctum, ad ripam Legdi fluvii reperisset, nu- dum, ut aquis luserat, miseratus, pallio, quod habebat pretioso operuit, cujus solo contactu, illic stupentibus universis puer revixit. Ex monim. Vindocin. Hug. Menard.

Floret Adamus Canonicus Bremensis, qui in lucem dedit historiam Bremensium & alia- rum Provinciarum Septentrionalium, à Caroli Magni regimine usque ad Henricum IV. Im- peratorem per annos 300. extensam.

Auræ Vallis Monasterium conditur.

Annus Christi 1071.

Alexander Papa invitatus à Desiderio Ab- bate Casinensi & Cardinale, Casi- num profectus, Calendis Octobris dedicavit novam Basilicam Sancti Benedicti ab eodem Abbate erectam: interfuere dedicationi Car- dinales omnes qui Romæ aderant, Archie- piscopi decem, Episcopi quadraginta tres, pluresque insuper Principes atque Magnates.

Carolus Constantiensis Episcopus ab Im- peratore delectus, ob Simonie & alia vitia deponitur.

Romanus Diogenes Imperator, à Tur- cis victus captusque, mox dimissus exoculatur jussu Michaëlis Ducæ ejus in Imperio successoris.

Floret Theophylactus Archiepiscopus Bulgarorum, qui inter alia nobiles commen- tarios in quatuor Evangelia scripsit.

Oritur Guilielmo Gaufrido Aquitaniæ Duci filius, ex Aldearde Burgundâ, cui idem Guilielmi nomen fuit inditum.

Rainerius fit Episcopus Florentinus, Obizzus autem Ariminensis.

Decedit Guido Antistes Ecclesiæ Medio- lanensis.

Welfus Comes Altorfensis in Suevia, ab Henrico Imperatore IV. Dux Baviariæ creatur, Ottone ob conspirationis notam ab eo deposito, quæ res magnum in Imperio disturbium causavit.

Moritur Adalbero ex Monacho S. Galli Episcopus Wormatiensis, succedit Adelbertus, qui

qui contra Henricum Regem cum Saxonibus sentiens, ab hoc tandem de sede sua pulsus est.

Robertus dictus Friso Balduini VI. Flan- driæ Comitis frater, prælio cum Arnulpho III. Comite congressus cæditur, Arnulphus autem victor occiditur.

Philippus I. Galliæ Rex Bertham Flo- rentis I. Hollandiæ Comitis filiam, sibi ma- trimonio jungit.

Annus Christi 1072.

Celebratur Angliæ Concilium Generale, cui & Rex Wilhelmus interfuit.

Moritur Henricus Archiepiscopus Ra- vennæ; intruditur ab Henrico IV. Imperatore Guibertus.

Diem quoque obit S. Petrus Damiani, Benedictinus, Episcopus Ostiensis, cui in dignitate succedit Geraldus Monachus ejusdem Ordinis, scientiâ scripturarum insignis.

In Oriente res promovent Turcæ. Guilelmus Anglus Scotos bello petit, forti- ter repulsus.

B. Gebhardus Archiepisc. Salisburgensis, Episcopatum Gurcensem fundat.

Robertus Friso Comitatum Flandriæ in- vadit.

Moritur Adalbero Episcopus Metensis. Item Adelbertus, alius Albertus, Archiepiscopus Bremensis, qui Ecclesiæ suæ thesauros ad suæ satisfaciendum ambitioni plerumque diffi- pavit.

Alphonus VI. cognomento Bellicosus, ex Monasterio, Sanchelio ejus fratre in obsi- dione Zamoræ occiso, ad Regale Castiliæ so- lium regnat.

Moritur S. Joannes Gualbertus patriâ Flo- rentinus, Monachus & Institutor Ordinis Val- lumbrosani sub regula S. Benedicti, in vita & post mortem miraculis illustris.

Henricus Imperator Ottonis Baviariæ Ducis, hic quoque quantum potuit, Henrici ditionem rapinâ & flammis devastat; hoc etiam authore Saxones contra Henricum conspirant, eumque de multis & horrendis criminibus apud Sedem Apostolicam accusant, multorum ab eo animos avertentes.

Joannes Norimbergensis Monachus Bene- dictinus, Scholasticus Monasterii S. Burchardi Herbipoli, scribit libellum de Origine Franco- rum. De moribus & institutione veterum Monachorum lib. I. De Anti-Christo & con- summatione sæculi lib. I. De præsentis suo tempore schismate librum quoque unum.

Annus Christi 1073.

Moritur Alexander II. Papa; mirè omnium consensu, acclamante populo, Hilde- brandus eligitur, professus & Prior olim Mo- nasterii Cluniacensis, cui Gregorii VII. no- men imponitur: qui litteris gratulatoriis à Mi- chaële Imperatore Constantinopolitano acceptis, Legatum ad eundem misit Dominicum Patriar- cham Venetum, pro componendo schismate quod vigeret inter Latinos & Græcos.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Saxonibus adversus Henricum Imperato- rem arma capientibus, Papa sequester pacis intervenit.

Serviæ populi Bulgariarum, eade, rapinâ, incendiis fœdant.

Diem obit S. Gervinus Abbas vigesimus tertius Monasterii Centulensis Ordinis Divi Benedicti; tantæ hic vir fuit sanctitatis, ut quâ pedum ejus lotum & quâ manus, aquâ ægri duo fuerint sanati, Angelosque Sanctos de cœlo cum dulci melodia descendentes intueri meruerit.

Hugo creatur Episcopus Diensis: Her- mannus Metensis.

Diem obit S. Dominicus de Silos sive Exi- liensis Ord. S. Benedicti.

Anselmus ex Ordine Divi Benedicti, di- misso Episcopatu Lucensi, illum à Papa resu- mere jubetur. Scripsit duos libros contra Gui- bertum Antipapam & sequaces ejus pro defen- sione Gregorii VII. Papæ, & aliqua collectanea sive sententias.

Einhardo Neometensis Ecclesiæ Pontifice defuncto, Henricus Goslariensis Ecclesiæ Cano- nicus tantæ dignitati vix per ætatem idoneus successit, non electione Cleri & populi, sed po- tius intrusione Henrici Imperatoris, cui in pue- rili fuerat ætate familiari adulatione assentatus.

Saxones omnes munitiones quas præfatus Imperator in Saxonia fecerat, funditus destru- unt, inter quas præcipuum illud castrum, quod Hertzburg dicebatur, diruunt, Monasterium & claustrum Canonorum quod ibi erat solotenus dejiciunt, & innocentis cujusdam filii Impera- toris ibidem sepulti ossa in contumeliam patris de sepulchro extrahunt, & in lutum conculcando projiciunt; multos contra per Saxoniam muni- tiones novas exstruunt, in quibus se posse tutari contra Imperatoris insultus confidebant: Ru- dolphus pariter Dux Suevorum & Burgundio- num, Dux Carinthiæ, alique post pias admoni- tiones, ut in melius mores suos modumque regiminis reformaret Imperator, tandem ab eo deficiunt, & reliquis Principibus in eum conju- rantibus se adjungunt, nec multum abfuit, quin omnes in eum arma movissent.

Sifridus Archiepiscopus Moguntinus ex peregrinatione ad S. Jacobum in Galæcia redux, divertens Cluniacum, & sanctissimam videns Monachorum conversationem, vitam profite- tur Monasticam, Moguntinis verò suum repe- tentibus pastorem, ne versante tunc temporis disturbio ipsorum Ecclesiæ pateretur damnum, jussu Abbatis Sifridus ad sedem suam Archiepi- scopalem redire jubetur; sed propter temeri- tatem Imperatoris diu ibi subsistere non valens, secessit in Thuringiam, ubi Hafungense Mona- sterium sub regula Benedictina construxit.

Valedicit mundo & Congregationi Vallum- brosanæ à se conditæ S. Joannes Gualbertus, cum triduum supremum ipsi sancti Angeli mi- nistrassent.

Annus Christi 1074.

Gregorius Papa Romæ celebrat Synod. in qua renovatū fuit decretum de continentia Cle- ricorū, edixitque ut Presbyteri uxores non habe- rent, habentes ut dimitterent, aut deponerentur:

in ea pariter excommunicatur Robertus Guiscardus Dux Apuliæ, Calabriæ atque Sicilia: contra quem etiam idem Pontifex exercitum collegit, eundemque militari potentia cedere coëgit, qui spiritualem contemnebat. Idem Gregorius bellum in Saracenos parat.

Philippo Franciæ Regi, ni meliorem vitæ rationem institueret, excommunicationem minatur.

Canonici Lucenses rebellant ob vitam communem ipsis à S. Anselmo Episcopo suo imperatam.

Salomon Ungarorum Rex à Jojade Beli filio, aliter Geisa nominato, ejusque consanguineo, prælio victus, vix fugâ sibi consulens evadit.

Gebhardus Archiepiscopus Salisburgensis, Admontense Cœnobium Ord. S. Bened. percellere condit.

Pandulfus IV. Comes Capuæ & Princeps Beneventi occiditur.

Osbernus creatur Episcopus Exoniensis in Anglia.

Hermannus Marchio, filius Bertoldi Ducis, qui relicta uxore ac unico filio Cluniaci vitam Angelicam sub regula S. Benedicti arripuerat, migrat ad Dominum.

Vitâ fungitur Goderannus Abbas & Episcopus Malleacensis Ordinis Divi Benedicti.

Ferentum urbs Hetruriæ quondam Episcopalis, à Viterbiensibus ob hæresim evertitur.

B. Petrus Igneus Monachus Vallumbrosanus, S. Joannis Gualberti alumnus, à Sancto Gregorio Papa VII. Cardinalis Albanensis creatur.

Sifridus Archiepiscopus Moguntinus jussu Gregorii VII. Summi Pontificis, Erfordiæ contra Simoniacos, Presbyteros conjugatos & concubinos Synodum celebrat, reis criminum hanc ægrè ferentibus; fuit tamen ab eo tempore introductum, ut nullus ordinaretur in Presbyterum conjugatus, & ordinandi omnes castitatem promittere compellerentur coram ordinante.

Ad sepulchrum S. Sebaldi Monachi Benedictini multa patrantur miracula.

Extinguitur sub hoc tempus beatæ memoriæ Joannicius S. Joannis Gualberti discipulus, Deiparæ cultor singularis, quæ supremo in agone clientem suum præsentiam suam dignata, spectabili ipsi formâ apparuit, & apparentibus similiter sanctissimo Patre nostro Benedictino & Apostolorum Principe Petro, felicem ipsius animam ad cælum assumpsit.

Annus Christi 1075.

Gregorius Papa magnam Romæ Synodum, ex Occidentalibus orbis circumquaque Provinciarum Episcopis celebrat.

Cincius vel Quintius, sive Cinthus, urbis Præfectus, quem Gregorius Papa de variis excessibus sæpè frustra monitum, tandem excommunicaverat, mediâ nocte Natalis Domini cum armatis militibus irruens in Ecclesiam, in qua idem Pontifex sacris indutus vestibus altari adstabat Missarum solennia

celebrans, eundem injectâ in capillos manu multis contumeliis affectum de Ecclesia prostravit, & in domum quandam munitissimam arripuit: quousque famâ tam atrocis facti per urbem diffusâ, universus populus domum Cincii ingressus, Pontificem liberavit, & quæ Cincii erant, tam intra muros quàm extrâ, ferro & igne demolitus est.

Londini in Anglia, totius Insulæ Concilium sub Lanfranco Constantiensi Archiepiscopo celebratur.

Moritur Henricus Episcopus Spirensis. Succedit Rudigerus, qui urbem Nemetum amplioribus mœnibus cinxit.

Kiovia à Boleslao Poloniæ Rege capitur, ideò Ruteni populabundi Poloniam invadunt, sed vi repelluntur. Cromer. lib. 4.

Diem obit Gundekarus Episcopus Aichstadiensis, vir humillimus, qui cunctis in literis nomine suo editis, subscriberebat, Gundekarus peccator, & inter fratres sancti Wilebaldi minimus; ei in Sede Episcopali successit Udalricus.

Guaimarius Princeps Salernitanus, à Guiscardo Apuliæ Duce Principatu dejicitur.

Ad superos abit B. Eberhardus, ex Comite Nellenburgensi Monachus Ord. S. Benedicti, conditor celeberrimi omnium SS. Monasterii in Schaffhusio.

Decedit Godefridus Hilbertus Dux Lotharingiæ: item Theoduinus Episcopus Leodiensis.

Obiit S. Anno Archiepiscopus Colonensis. Item Ernestus cognomento Strenuus, Austriciæ Marchio.

Vitam cum morte commutat S. Gerannus, ex Monacho Cluniacensi, Episcopus Santonensis, de quo Trithemius inigne & rarius illud refert, quòd cum quâdam vice S. Hugo Cluniacensis Abbas cuidam leproso sacram Eucharistiam porrexisset, & ille tumens labris & ulceroso ore, corpus Domini indignè masticans, importunâ sternutatione rejecisset, sequente nimirum nausea & spumâ horribili; præfens Goderannus Domini sui Sacramenta indignè conspiciens agitari, quod diligebat celeri collegerit obsequio, manus utrasque supponens vivificis Sacramentis, in ore suo projecit, & vomitum magni fœtentis ægri, lethalibus cholericis coherentibus fideliter absorbit. Ex Chron. Cluniac.

Henricus Imperator reconciliatis sibi utcumque Ducibus & Principibus Imperii, manu validâ ex Suevis, Franconibus, Bavaris, Rhenanis atque Bohemis Saxones petit, eisquæ juxta Unstruthiam fluvium congregatur, & non modicâ strage utrinque peractâ, tandem victor evadit.

Annus Christi 1076.

Rupertus Episcopus Bambergensis creatur. Ob varia scelera citatus Imperator, Conciliabulum pro dejiciendo Gregorio VII. celebrans excommunicatur. Germani alium Imperatorem eligere parant.

Dem-

Demetrius, idemque Suinmur dictus, Croatia Dalmatiæque Dux, à Gregorio Papa regio nomine dignitateque investitur.

Anzir Arabiæ Rex Saracenus, Papam Legatione & muneribus honorat, direxitque Romam Presbyterum Servandum, consecrandum Hipponensem Archiepiscopum.

Herlembaldus Dux Catholicorum Mediolanensium ab hæreticis occiditur.

Moritur B. Lietbertus Cameracensis Episcopus.

Almun Camuz Aben Arnet Rex Hispanensis, patri mortuo succedit.

Altonus sive Altho creatur Archiepiscopus Mediolanensis.

Raymundus Berengarius Comes Barcinonensis, murus populi Christiani dictus, 12. Regum Maurorum triumphator, moritur.

Moritur Henricus Episcopus Spirensis, cui Rudegerus Hufmannus succedit, vir prudens, & multâ in agendis Ecclesiæ negotiis industria præditus. Octo præbendas de novo instituit; civitatem ampliavit; ad cujus instantiam Henricus IV. Imperator multa bona Spirensi Ecclesiæ contulit, & jurisdictionem Episcopo super Judæos in urbe dedit.

Floret Erhardus Monachus & Scholasticus Monasterii S. Mathiæ extra mœnia urbis Trevirorum. Scripsit inter cætera de Monachia spirituali virtutum & vitiorum, imitatione Prudentii, quod opus in septem libros distinxit. De institutione & perseverantiâ Monachorum lib. 1. De puritate vitæ regularis lib. 1. Additiones quoque in gesta Trevirorum.

Henricus Imperator videns se à Papa excommunicatum, ab Imperii Principibus despectum, meliùs sapiens, Romam veniam petiturus proficiscitur, inventoque Papâ in oppido Canusino, ibi per triduum ante portam Palatii deposito omni Regio cultu discalceatus & laneis ad carnem nudam, pœnitentium more indutus perstitit, nec priùs cum multo fletu Apostolicæ miserationis auxilium & consilium implorare destitit, quàm omnium, qui ibi aderant, precibus & lachrymis intercedentibus, laxato tandem anathematis vinculo, in communionis gratiam & sinum Matris Ecclesiæ receptus est, inde in Germaniam revertitur, & fidem Papæ datam non diu servavit.

Monasterium Begaviense Ordinis Benedictini à Comite quodam in Saxoniciæ partibus conditur.

Theodericus Virdunensis Episcopus constans Henrici Imperatoris fautor, adeoque à Papa similiter excommunicatus, pro impetranda absolutione Romam iter instituens, sub eo ab Adelberto Comite de Calba capitur, & spoliatus omnibus rebus suis aliquamdiu in custodia honesta detinetur. Tandem pecuniâ redemptionis datâ, quanta à Comite exigebatur, ad sua dimittitur.

Præfatus Rupertus Episcopus Bambergensis, iturus in Italiam post Imperatorem, eum venisset ad fines Baviaræ, à Welfone Duce similem ob causam capitur, ac diutissimè in vinculis detinetur. Omnia quæ secum habuit Dux remisit Bambergensi Ec-

clesiæ, ipsum verò atri panis comestione ac poculo simplicis aquæ diu macerans, tandem acceptis securitatibus dimisit.

Papa intelligens Imperatorem in Germaniam reversum mentem rursus mutasse, nec promissis stare, missis Legatis monet ut pacis initæ fœdera servaret, ne graviolem indignationis Dei cogatur sententiam experiri; quos ille callidè cupiens decipere, & fraudem mentis occultare, vultus exhibitione sereni, mansuetè quidem defectionem negando respondit, sed vacuos & sine honore & munere dimisit.

Cæpit hoc anno Ordo Grandimontensis per Beatum Stephanum ex Alvernia.

Annus Christi 1077.

Henrici IV. Imperatoris, & Rudolphi Sueviæ Ducis exercitus acriter confligit ad Langosalissam in Thuringia, cæso Duce & victo. Idem tamen Dux paulò ante, & eodem hoc anno à quibusdam Imperii Principibus in oppido Forchemio in Imperatorem electus fuerat, & Moguntia coronatus.

Judæi Pragæ complures Sacerdotes mactant & eviscerant, deprehensi tandem, omnibus vitæ humanæ suppliciis excarnificantur.

Moritur Agnes Augusta, Henrici IV. Imperatoris mater. Item Sueno Daniæ Rex: Succedit major natu Haraldus.

Mathildis Liguriam & Tusciam Provincias Romanæ Sedi donat.

Defuncto Geisâ Hungariæ Rege eligitur Ladislaus.

Lambertus Schafnaburgensis, Hervedensis Monachus Ord. S. Benedicti, cursim obiter attingens prima tempora ab orbe condito ad annum Christi 1040. ab hinc diligenter prosequitur historiam suorum temporum per annos 37. usque ad annum præsentem.

Guillelmus Gaufridus Pictonum Comes, Pictavii Abbatiam novi Monasterii tit. SS. Joannis Evangelistæ & Andreæ condit.

Diem obit Sanctus Gilduinus Canonicus Dolensis in Britannia Armorica, vir insignis vitæ rigoris, miraculis ab obitu gloriosus.

Item Embricus Episcopus Augustanus, vir doctus, facundus, pauperum ac viduarum pater; nec non Gerardus Episcopus Ostiensis.

Guarmandus fit Viennensis in Gallia Archiepiscopus.

Moritur Landolphus VI. Comes Capuæ & Princeps Beneventi.

Gundulfus ex Abbate Beccensi Ord. S. Bened. creatur Episcopus Rossensis, mortuo Hernofo ejusdem instituti Monacho.

Vitam cum morte commutat Leodegarius Archiepiscopus Viennensis in Gallia. Similiter Udo Trevirensis.

Sigehardus Aquilejensis Patriarcha in auxilium Imperatori Henrico IV. contra bannum Gregorii VII. armatâ manu veniens, in amen-

tiam vertitur ad Ratisbonam, ac in ipso itinere repentinâ morte intercipitur.

Henricus videns Rudolphum electum & coronatum, missis ad Papam Legatis rogat, multa promittens, ut Rudolphum Imperii in vasorem excommunicare dignaretur, Papa verò quamvis non præceperit alium Imperatorem creari, dejectionem tamen hostis non potuit non æquanimiter audire; renunciavit igitur Henrico, se Rudolphum, nisi prius audiretur, aut accusaretur Canonicè, nullatenus posse damnare, imò misit dicto Rudolpho coronam hunc versicolum continentem:

*Petra dedit Petro, Petrus diadema
Rudolpho.*

Insuper omnes Henrico quolibet juramento constrictos in genere & in specie ab omni ejus fidelitate absolvit. Novus Imperator mox Herbipolim urbem, cujus cives Henrico fideles, Episcopum suum Adalberonem ex parte Summi Pontificis stantem jam ante expulerant, cum valido exercitu obsedit, adveniente tamen Henrico obsidionem solvit. Henricus verò Sueviam cum exercitu petit, & Hugonem quendam Comitum armis & divitiis pollentem cum aliis pluribus sibi obstantem ad deditonem violenter compellit, totamque regionem illam miserabiliter devastat.

Comes Bertholdus de Zähringen, & Otto Archiepiscopus Trevirensis diem obeunt supremum, nec non S. Gilduinus Dolensis Episcopus, de quo ita vetustissimus Scriptor Carnotensis: *Ecclesiam Beatissima semper Virginis Dei Genitricis Maria oraturus intravit, & exitum suum, quem sibi jam jamq. sentiebat imminere, eidem Domina ac protectrici nostræ, Sanctisq. quorum ibi reliquie habentur, devotissimis precibus studuit commendare &c.*

Annus Christi 1078.

Celebratur Romæ Synodus Archiepiscoporum & Episcoporum ferè centum, ubi Gregorius Papa rursus damnat Guibertum Archiepiscopum Ravennatem, ac Thedaldum Archiepiscopum Mediolanensem, aliosque plures contra Sedem Apostolicam se extollentes.

Synodus prædicta Nicephorum cognomento Botoniatem, qui tyrannicè sibi Imperium Orientis vendicarat, & Imperatorem Michaëlem cum Maria Augusta conjugè, filioque Constantino Porphyrogenito in Monasterium relegaverat, excommunicationis sententiâ ferit.

Moritur Poppo IX. Comes Hennebergicus. Item Wernerus Episcopus Argentoratensis.

Werinarius seu Wernerus Archiepiscopus Magdeburgensis, dum partes Romani Pontificis tueretur, ab Henrico IV. Imperatore prope fluvium Unstrut cæditur, & in fuga à vulgaribus hominibus occiditur.

Diem obit S. Erluinus conditor & Abbas Monasterii Beccensis, Ord. S. Bened. quem quidam Radulphus nomine irridens, eadem nocte repentinâ ablatum morte temeritatem luit, quod ipsa nocte cognoscens Erluinus, animam ejus à demonibus abripi ex horrendis clamoribus intellexit. Westmonaster.

Contigit secundum prælium Henrici IV. Imperatoris contra Rudolphum, quo hic in fugam actus est.

Annus Christi 1079.

Guilielmus ex Abbate Cadomensi, Archiepiscopus Rothomagensis creatur.

Berengarius hæresiarcha, jam octogennarius denuò hæresim abjurat, convictus à S. Bruno Signiæ Episcopo.

Moritur Haraldus Rex Daniæ, in cujus locum germanus ejus Canutus successit.

S. Stanislaus Cracoviæ Episcopus, quod Boleslaum Poloniæ Regem, de gravissimis delictis sæpissimè redargutum, ac vitam emendare contemnentem, sententiâ excommunicationis percussisset, ab eo crudelissimè cæditur, dum in altari Deo Missæ Sacrificium offerret: cujus cædem percipiens Gregorius Papa, universam Gnesnensem Provinciam, sub cujus Metropoli Cracovia esset, generali interdicto supposuit, ipsumque Regem Boleslaum, & Poloniæ regnum, omni honore & dignitate regali privavit, omnesque subditos obedientiam ei exhibere vetuit. Idem Papa duo rursus celebrat Concilia, schismaticosque opprimit.

Turcæ in Arabes & Saracenos invaluerunt, ac Armeniam Syriamque depopulantes, multas urbes, ipsamque Antiochiam ceperunt. Sigeb.

Moritur Hezelius Episcopus Hildesienfis, vir in pauperes munificus.

Decedit Adela ex Comitissa Flandriæ Monialis Benedictina, in Monasterio Messinensi prope Ipras. Item Joannes Archiepiscopus Rothomagensis.

Walkelinus sive Walkelmus Wintoniæ Episcopus sufficitur exauctorato Stigando.

Præfatus Boleslaus Poloniæ Rex, Monasterium in Mogilno, in Diocesi Gnesnensi, sub regula Sancti Benedicti fundat.

Moritur S. Leo Abbas II. Monasterii SSS. Trinitatis Cavæ Ord. S. P. Benedicti, miraculorum gloriâ illustris. Inter rariora illud, cum pro redimendis captivis in feram usque noctem laborans ad Cœnobium reverteretur, inter imbrium ac ventorum tempestatem, candelâ constanter ardente, & inoffensis profus velut sub tecto vestibibus iter confecit; sed & illud à morte ejus rarius, super feretri pallium, ardentem delapsum cereum, absque noxâ omni, suo se solum ceræ fomento aluisse.

Amatus sive Amabilis Archiepiscopus Burdigalensis in Britannia minori Concilium celebrat.

Burchardus Comes de Rotenburg, oppidum suum Camberg sive Comburg in Abbatiam Benedictini Ordinis convertit.

Vitam cum dignitate deponit Hildulfus Archiepiscopus Colonienfis, cui Sigevinus in Pontificatu succedit.

Mutante fortunâ, hiemali jam tempore prælio rursus congregiuntur Henricus & Rudolphus, in quo Saxones Rudolphum sequentes terga verterunt. Bohemiæ Dux Wratislaus regalem Rudolphi lanceam adeptus est, Henricus autem propriis castris redditus.

de at-

de armigeris suis, quos ibi reliquerat, penitus nullum invenit; nam una ex legionibus Saxonum in primo congressu castra deserens, furtim castra Henrici invasit, quos invenit trucidavit, spoliatisque castris aufugit.

Annus Christi 1080.

Alphonus VI. Castiliæ Rex, Barbaris Toletum eripit.

Guiscardus Apuliæ, Calabriæ ac Siciliæ Dux, antea rebellis, fit amicus Ecclesiæ.

Henricus Conciliabulum Brixie instituit adversus Gregorium Papam, à quo Pseudo-Archiepiscopus Ravennas, Antipapa eligitur, quem Gregorius denuò excommunicat in Concilio Romano.

Bernardus Monachus Cluniacensis, sanctitate & scientiâ celebris, Toletanus Archiepiscopus creatur.

Salerni corpus S. Mathæi Apostoli, diu ignoto loco reconditum invenitur.

Celebratur Synodus Avenione, Præsidente Hugone Episcopo Diensi, Summi Pontificis Legato.

Item Concilium Meldense, cujus sententiâ Ursio Sueffionensis Episcopus deponitur, eique S. Arnulphus ex Monasterio S. Medardi invitus sufficitur.

Nicephorus Imperator Orientis post superatos diversos insurgentes Tyrannos, ab Alexio Comneno in Monasterium detruditur.

Floret Lambertus Schaffnaburgensis, Monachus Benedictinus Cœnobii Hirsveldensis, qui Chronicon scripsit usque ad tempora Henrici IV. Imperatoris.

Sub hunc annum obiit in Monasterio Casinensi, S. Stephanus cognomento Venetus, vitæ sanctitate & miraculorum gloriâ illustris, quo mortuo Agundia religiosissima fœmina columnam igneam è domo infirmorum cœlum conscendere vidit, mittensque qui causam exploraret, ipsâ horâ Stephanum mortuum intellexit. Ex monim. Casin. Petr. Diacon.

Rainoldus, cognomento Contractus, Archiepiscopus Rhemenfis creatur; item Godofridus, Episcopus Magalonæ.

Deposito Achardo, Gibilinus factus est Arelatenfis Archiepiscopus.

Crispinum Monasterium amotis Canonicis secularibus, PP. Benedictinis confertur.

Gualterus fit Episcopus Cabilonensis.

Adelasia Comitissæ Sabaudia Maurianæque uxor, ob plurima Sedi Apostolicæ præstita beneficia, filia Sancti Petri dicta, è vivis excedit.

Henricus Saxones cædit, ad deditonem tamen compellere nequit; Sueviam postea ingressus, eum devastat, sibi que resistentes vi subiectos facit.

Sacer Ordo Carthusianorum instituitur, cui S. Hugo Episcopus Gratianopolitanus plurimum patrocinatur, & illi Carthusianos montes dono dat.

Annus Christi 1081.

Ecclesia Cathedralis Bambergæ, ex incendio magnum damnum sentit.

Boleslaus impius Poloniæ Rex, factus profugus super terram, demumque versus in insaniam, dum errabundus vagatur, morte præventus, à canibus devoratur.

Henricus Imperator in Italiam contendens, Romanam Ecclesiam, ipsique faventes Prælatos ac laicos dirè exagitat.

Robertus Guiscardus Dux Apuliæ trajicit copias in Orientem, pro expeditione, quam Papa Gregorius anno superiori promulgaverat; & cum quindecim millibus armatorum (ut tradit Leo Ostiensis) insigni prælio superavit Alexium Imperatorem, qui adversus ipsum processerat cum centum septuaginta millibus militum.

S. Canutus Daniæ Rex perduellium conjuratione in templo occiditur; publicum hoc sacrilegium publica secuta est vindicta, nempe fames ingens, post quem Olavus germanus ejus regnum accepit.

Radulphus creatur Archiepiscopus Turonensis.

Moguntia maximâ ex parte conflagrat, principali & aliis tribus Monasteriis consumptis.

Henrico Imperatore in Italia existente, Saxones & Suevi ad commune Colloquium in Orientali Francia convenientes, adversus eundem denuò conspirant. Soluta tandem colloquio non sine magna Francorum clade ad sua redierunt, prædas, incendia & rapinas in villis ac locis non munitis exercentes, cum in Imperatorem non possent, in ejus fautores Francones, hostili animo sævierunt.

Prælium quoque committitur in Bavaria inter Conradum Ducis Bohemiæ fratrem, & Lupoldum Marchionem Austriæ tertio Non. Augusti circa Danubium, in quo plures ceciderunt. Aliud insuper prælium eodem anno contigit inter Suevos & Bavaros, in quo Chuno filius Chunonis Palatini Comitis fuit occisus, multi que ex parte utraque interierunt.

Inter obscura hæc tempora doctrinæ & pietatis famâ lucet Anselmus, Episcopus Lucensis in Italia, Gregorii Papæ fidelis adjutor, memoriam sui æternam in scriptis sequentibus relinquit. Scripsit enim in Jerem. Prophetam lib. 1. In Psalterium lib. 1. Contra Guibertum Antipapam lib. 2. Epistolarum quoque ad diversos lib. 1.

Annus Christi 1082.

Denuò Romam obsidet Henricus Imperator, priore jam quoque anno tentatam, cujus incendium prodigiosè restinguit Gregorius Papa.

Tervannenses milites, post Ecclesiæ rerumque sacrarum direptionem, Lambertum intrusum Episcopum, ab altari ubi prostratus orabat, abstrahentes, linguam ei atque dexteræ articulos absciderunt.

Hermannus Dux Lotharingiæ, præstans nobilitate & peritiâ militari, in locum occisi Rudolphi, Germaniæ Rex substituitur.

Marianus Scotus Fuldenfis Monachus, Theologus & insignis historiographus, præter alia

alia annales ab orbe condito usque ad hunc annum optimo ordine duxit.

Gebhardus ex Ducum de Zähringen sanguine, Monachus Benedictinus Hirsaugienfis, creatur Episcopus Constantiensis.

Moritur S. Sifebutus Monasterii Caradignæ Ord. S. Bened. in Castilia veteri Abbas, miraculorum gloriâ post mortem illustrissimus.

Ubaldu Mantuæ Episcopus creatur.

Wladislaus Hermannus Poloniae gubernacula suscipit.

Lambertus fit Episcopus Cracoviensis.

Ob auctum nimis Monachorum suorum numerum, Divus Wilhelmus Abbas majus Monasterium Hirsaugienfe ultra pontem Magalthæ construere incipit, nobilibus & divitibus multa pro Christi honore ad novi operis fabricam contribuentibus.

Annus Christi 1083.

Expugnat urbem Leoninam Henricus Imperator, porticum S. Petri magnâ ex parte destruit, Romamque ingressus Guibertum Antipapam inthronizat. Petit Concilium, & illud tamen celebrari dolose impedit: ad castrum S. Angeli se recipit Gregorius, & imperterritus anathema vibrat in Imperatorem.

Desiderius Abbas Casinensis, S. R. E. Cardinalis, contra dictum Henricum aliosque, Ecclesie Romanæ jura fortissimè defendit.

Moritur S. Lætus Abbas S. Michaëlis Passignani, qui moriens Angelum suum custodem intueri meruit.

Decedit Guarmandus Viennensis in Gallia Archiepiscopus.

Guido, è nobilissima Comitum Burgundie familiâ, creatur Archiepiscopus Viennensis in Gallia; factus postea Summus Pontifex, sub nomine Callisti II.

Gerardus Ecclesie Morinensi Episcopus præficitur.

Prioratus Reichenbacensis fundatur à S. Wilhelmo Abbate Hirsaugienfi.

Hermannus quem Saxones & Suevi sibi Regem constituerunt, hostili animo Franconiam Henrici Imperatoris partes sequentem deprædatur, prædæque onustus inglorius recedit. Mirum fuit hujus mali præsagium, visus est enim paulò ante in regione illa magnus Equitum discurrens exercitus, quorum tamen vestigia nullo modo in terra poterant vel videri vel agnosci.

Orientis Imperator Legatos cum muneribus mittit Romam ad Henricum Imperatorem; Papa verò auxilio Normannorum indè ad civitatem Salernitanam occultè fugit.

Conradus Comes Luxemburgensis hoc anno urbem ipsam egregio Deiparæ monumento ornat, condito celebri B. M. Virginis Cænobio, inductâ Benedictinorum Regulâ.

Annus Christi 1084.

Dum occupationi totius urbis Romæ intendit Henricus Imperator, à Guiberto Antipapanunc coronatus; superveniens in auxilium legitimi Papæ Gregorii Robertus Guiscardus Apulie Dux illum turpiter ejicit: mox collectâ

Synodo, Gregorius Imperatorem præfatum und cum Guiberto denuò anathematis sententiâ ferit, omnesque eorum fautores. Robertus interim cum filio Rogerio in Orientem rediens, obviantem sibi clallem Alexii Imperatoris cum auxiliis Venetorum, ingenti navali prælio devicit.

Engerrannus Lilarienfis Dominus Starnense Cænobium in Artesia condit, & Monachus è Carofensi Cænobio eò deducit.

Sigfridus ex Abbate Fuldensi Archiepiscopus & Elector Moguntinus moritur.

Moritur quoque Dieboltus Episcopus Argentoratensis. Item Poppo Episcopus Paderbornensis: nec non Guillelmus Comes Pictaviensis, hujus nominis VII.

Henricus Comes de Waldeck creatur Episcopus Paderbornensis.

Fatis in Andoino Monasterio concedit S. Theodoricus Abbas Ord. S. Bened. vivus & mortuus miraculis clarus.

Compositis in Italia rebus Henricus Imperator in Germaniam redit, Augustam à Suedis & Saxonibus occupatam, per Guelfonem Bavariæ quondam Ducem obsidione vallas, & statim obtinet.

Viduata Pastore Moguntinensi Ecclesie præficitur Wezil, vir tam in Divinis Scripturis, quam in sæcularibus litteris doctissimus, ingenio subtilis, eloquio dulcis, & Orator insignis.

Claret his temporibus S. Anselmus ex Abbate Beccensi Benedictino Archiepiscopus Cantuariensis, scripsit præclara ingenii sui sæcundissimi monumenta. Contra Gentiles lib. 2. De incarnatione Verbi lib. 1. De Concept. Virginali lib. 1. Profologion lib. 1. Monologion lib. 1. De Spiritu Sancto contra Græcos librum unum. De casu diaboli librum unum. De diversitate Sacramentorum lib. 1. De fermento & azymo lib. 1. De voluntate Dei lib. 1. De S. Trinitate lib. 1. In Cantica Cantorum lib. 1. De pace & concordia lib. 1. De libero arbitrio lib. 4. De gratia & libero arbitrio lib. 1. Dialogum de veritate lib. 1. De similitudinibus lib. 1. De mensuratione crucis lib. 1. Meditationum lib. 1. Meditationum de Passione Domini lib. 1. De beata vita lib. 1. De beata sufficientia lib. 1. De occupatione lib. 1. De laudibus S. Mariæ lib. 1. De stimulo amoris Jesu Christi lib. 1. Pro insipiente librum unum. Contra insipientem librum unum. De Anti Christo lib. 1. Dialogum Christiani & Gentilis lib. 1. De Sacramentis & Officiis Divinis lib. 2. De octo beatitudinibus lib. 1. De membris Deo attributis lib. 1. Proverbiorum lib. 1. De domo conscientie lib. 1. In Hexameron lib. 1. Ad Lanfrancum Abbatem lib. 1. De Grammatico lib. 1. De S. Joanne Baptista lib. 1. De Originali peccato lib. 1. &c.

Floret in Anglia Giselbertus Abbas Ordinis quoque nostri, scripsit contra Judæos lib. 1. In Itiam Prophetam lib. 1. & alia plura.

Claret item Yvo ex Præposito S. Quintini, Episcopus Carnotensis, vir doctrinâ & pietate celeberrimus.

S. Gregorius Papa alia inter sanctè instituta, ut dies Deiparæ propria singulis hebdomadibus,

madibus, Sabbathum scilicet, perpetuâ à carnis abstinentiâ celebraretur, sancivit.

Annus Christi 1085.

Obit Juditha Wratislai I. Bohemie Regis filia, Wladislaw Hermannus Poloniae Principi nupta, virtutibus insignis; quamvis Scriptores alii cum hoc obitu ejus anno non concordent. Moriens facultates suas omnes pauperibus, mundum verò muliebrem vivens adhuc in cultum Ecclesiarum donavit.

Diem vitæ supremum finit Rudolphus Comes Lenzburgico-Badensis, similiter Robertus Guiscardus Apulie Dux.

Fridericus III. Comes Palatinus uxoris adulteræ fraude perimitur.

Moritur Tetaldus Episcopus Mediolanensis. Alphonfus VI. Castiliæ Rex Toletum occupat, sui que regni metropolim constituit.

Celebratur Moguntie Synodus Episcoporum & Abbatum plurimorum, cui Henricus Imperator cum Legatis Romanorum & Antipapæ Guiberti interfuit, qui omnes Gregorium abjurare compulit, Abbates alii plures qui legitimi Pontificis partes sequebantur, partim vi ex suis Monasteriis fuere ejecti, partim spontè discesserunt. Hujus quoque Conciliabuli auctoritate fretus Henricus duxit per Imperium exercitum, Episcopos sibi contrarios deponens, novos intrusit. Saxoniæ parte se ipsi submitte, Marchio tamen Egbertus, ejus licet consanguineus, armis strenuus rebellionem movit, quâ cognitâ Imperator in Franciam rediit Orientalem.

Benedictus Mutinensium Episcopus creatur, & Albanus Archiepiscopus Salernitanus, Gregorius Papa septimus vitæ & ærumnarum suarum finem accipit, sanctitatem ejus Deo statim miraculis comprobante.

Gallie Rex uxorem Bertham, ex qua plures jam proles susceperat, sub prætextu consanguinitatis repudiat.

Annus Christi 1086.

Suevi & Saxones Henricum excommunicatum ingenti prælio cum suis vincunt, ipse verò Rudolphi Rheinfeldensis mortui copias profligat.

Mantuæ moritur S. Anselmus Lucensis Episcopus, miraculis post mortem clarus, insigne Ordinis Benedictini ornamentum.

Carthusiæ solitudo habitari cœpta est à S. Hugone Episcopo Gratianopolitano, Sanctoque Brunone auctore instituti, ac sociis ejus, ex quo loco & nomen acceperunt.

Moritur Guillelmus Gaufridus Pictonum Comes, ei succedit Guillelmus VIII. filius, XV. annorum existens.

Circa hunc annum vitam concludit S. Veremundus Ord. S. Bened. Abbas Hyrachensis in Navarra, miraculis in vita & post mortem illustris; cujus meritis tempore famis, 3000. pauperes ad dicti Monasterii fores concurrentes, cœlitus satiati sunt per columbam è cœlo demissam, quæ miro se girans volatu omnium visa est velut alis capita perstringere,

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

rursusque ad polum se subducere. Ex Anton. Jeyes.

Rogierus patri Roberto Normanno in Ducatu Apulie succedit.

Anselmus III. creatur Episc. Mediolanensis.

Delphi Hollandie urbs venusta tota in cineres abit.

Moritur Abutechifien Morabita in Africa Meridionali, qui ingentes copias ad suam partem trahens Maroccanum regnum subegit, successit in eo filius ejus Joseph. Marmol. Afric. lib. 7.

Desiderius Abbas Monasterii Casinensis, & S. R. E. Cardinalis, omnimodis reluctans in Summum Pontificem ordinatur.

Annus Christi 1087.

Moritur Wilhelmus I. Anglie Rex die nonâ Septembris. Wilhelmus Rufus filius ejus junior 27. Septembris die Dominicâ apud Westmonasterium Rex Anglie coronatus est.

Vitam exiit S. Pontius ex Ordine D. Benedicti Abbas: Carpentoratum aliquando veniens ab energumeno proditus: Erce, inquit, vermiculus S. Andrea venit (erat enim Pontius Andeonensis Cænobii S. Andreae dicati professor) cumque rogaretur à socio ad energumenum accedere, renuit, consortio demoniorum se uti nolle, asseverans. Verum populi flexus precibus, exorcismis quibusdam & aquâ lustrali demonem profligavit. Claruit mirâ miraculorum gloriâ, cujus aquâ, quâ manus laverat, cæca mulier oculos eluens, visum recepit. Lymphatam aliam & errandam ad se adductam sanam reddidit. Decimas piscium stagni cujusdam (Podium altum vocant) cum Monachis coloni negarent & subtraherent, Pontius stagnum diris devovit, & mortui quamprimum pisces stupentibus universis ad litus enatarunt; ex quo scetor intolerabilis per totam illam oram manavit, atque incolas castigavit & perterritit. Intulerunt nihilominus iterum atque iterum & tertio pisces recentissimos incolæ, sed frustra, donec serio facti pœnitentes, benedictionem denuò stagno exorarent, & à Pontio impetrarent; tum verò sancti Abbatis precibus, multiplicati mirum in modum pisces sunt, stagnumque ut antea impleverunt. Monachum silentii incurium solâ verborum correptione mutum reddidit, iterumque facundum pluvias cœlo prodigiosè deduxit, & fertilitatem terræ impetravit: altercantibus de vomere rusticis duobus, uter alteri sustulisset, vomerem in fluvium demergi præcepit, jussitque eum, cujus esset, extrahere. Extrahere dum conaretur, qui abstulerat, nullo modo potuit, retulitque sine vomere manum, velut in cacabo ferventi elixam, cum tamen absque noxa alter quàm facillimè suum reciperet. Ex Menolog. Buccellin.

Petrus hujus nominis II. Episcopus Pictaviensis creatur, Mauritius Londoniensis, Mortalitatatis exuvias deponit S. Arnulphus ex Monacho Benedictino Episcopus Suesionensis; plurimis miraculis gloriosus,

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Mm obitus

obitus sui horam distinctè prænovit prædixitque, supremum decumbenti cœlites adfuere. Ex Dysenteria, vel ut alii scribunt, veneno propinato vitam exiit Victor III. Papa.

Annus Christi 1088.

Otro Cardinalis Episcopus Ostiensis, Monachus Cluniacensis Ord. S. Benedicti, natione Gallus, uno omnium Cardinalium, & Episcoporum populorumque Catholicorum consensu, Tarracinae in Campania creatur S. Romanae & universalis Ecclesiae Pontifex, dictusque Urbanus ejus nominis secundus, qui desperatus ope S. Benedicti convalescit.

Ex hac vita emigrat Hermannus Germaniae Rex contra Henricum electus. Item Gebhardus Archiepiscopus Salisburgensis sanctitatis famam celebris.

Floret B. Murcheratus inclusus Ord. S. Benedicti, natione Scotus. Bolland. in actis Sanctorum.

Fatis concedit Wezilo Archiepiscopus & Elector Moguntinus, insignis præco divini verbi, succedit Ruthardus.

Cives Halberstadienses tumultum concitant, quos dum sedare cogitat accurrens eorum Episcopus Burchardus, sagittam trajectus occumbit.

Succedit in Episcopali Sede Dietmarus, qui 16. regiminis sui die ex apoplexia obit, quidam veneno sublatum credunt.

Joannes creatur Episcopus Bathoniensis, qui sedem Episcopalem ex civitate Wellensi Bathoniam transtulit.

In castris Henrici Imperatoris, pestilentia perit Odalricus Episcopus Brixienis.

Moritur Bernardus Episcopus Osnabrugensis: item Berengarius ex haesiarca poenitens.

Wido Comes Matiscenensis, Monasticum habitum Cluniaci indutus est.

Augusta Vindelicorum quorundam Suevorum insidiis, cooperantibus ad hoc Saxonibus, in Coena Domini denuò capitur, & Feria 2. Pascha destruitur. Sigefridus urbis Episcopus captivus abductus, & custodiae mandatus. Vingoldus ejusdem Ecclesiae inavor, brevi moritur.

B. Urbanus II. Papa Sedem Toletanam, nuper recepto à Saracenis Toletum, Archiepiscopatus & Primatus dignitate honorat, & Bernardo primo ejusdem Archiepiscopo Pallium mittit.

Annus Christi 1089.

Eckardus secundus, Comes à Nellenburg, Uthonis Treverensis Archiepiscopi germanus frater, Abbas Benedictinus Augustani divitis, ad gubernationem Episcopatus Augustani evocatus, in via lethali morbo correptus, post paucos dies moritur.

Urbanus III. generalem Synodum centum quindecim Episcoporum colligit.

Celebratur quoque Concilium Trojae in Apulia, cui interfuere Episcopi fere septuaginta quinque, & Abbates duodecim.

Ejicitur denuò urbe Clemens Antipapa, & cogitur abdicare. Meretur mirè de Ecclesia S. Gebhardus Episcopus Constantiensis, Apostolicae Sedis Legatus.

Mathildis Comitissa, conjugio copulatur Welphoni Duci, filio Welphonis Ducis Bajoriae, Bonizo Sutriensis Episcopus, ob defensionem Ecclesiae Romanae inde expulsus, post multas tribulationes, captiones & exilia, à Placentinis pro Episcopo receptus, à schismaticis ejusdem loci, effosis oculis & truncatis omnibus penè membris, Martyrio coronatur.

Eggebertus Marchio feliciter pugnans adversus Henricum Imperatorem excommunicatum, capit Liemarum Archiepiscopum Bremensem, præcipuum schismatis in Germania fauorem, atque alios ejusdem in impietate collegas occidit, vixque ipse Henricus fugam periculum evasit.

Moritur S. Lanfrancus Archiepiscopus Cantuariensis, cujus sedes quatuor deim annis vacat, afflictata nimium per Guillelmum Regem cognomento Rufum.

Lues dira grassatur, quae quos tetigit, eosdem igne sacro sive consumpsit, sive in membris mutilatis deformes reliquit ostentui: contra quam thaumaturgum se exhibuit patronum S. Antonius Magnus, iis qui ipsum infecti implorârunt.

Moritur Eustathius Patriarcha Constantinopolitanus, cui subrogatur Nicolaus cognomento Grammaticus.

Elias ex Monacho Cavensi Ord. D. Benedicti Abbas Barrii in Cœnobio ejusdem Sancti, eligitur in Archiepiscopum Bariensem, & ab ipso Urbano II. mense Octobri ejusdem anni consecratur.

Moritur S. Gerbertus ex Eremita Monachus Benedictinus, postea Abbas Fontanelensis.

Alphonfus Castiliae Rex, filiam Urracam, adhuc impuberem, cum dote Comitatus Galiciae despondet Raymundo fratri Comitis Burgundiae & Guidonis Episcopi Viennensis, postea Calixti Papae II. filiam verò naturalem Tarrasiam Comiti Portugalliae Henrico connubio jungit.

Moritur S. Lingdanus Abbas Ord. D. Benedicti Setia in Latio, multis à morte miraculis gloriosus, cujus sacrum cadaver inter ferventissimas ac flagrantissimas exorti incendii flammis inviolatum permanit. Octav. Cajet.

Segevvinus Archiepiscopus Colonienis naturae debitum per mortem solvit; cui Hermannus ejus nominis tertius, qui & cognomento Dives, succedit. Eodem anno mortuus est Otto Episcopus Ratisponensis, pro quo Gebhardus adolescens promotione Henrici Imperatoris constituitur.

Henricus Imperator secundus nuptias celebrat Coloniae cum Udonis Marchionis vidua. Ex Colonia proficiscens Conradum filium ex prima natum in Regem coronari fecit, quem tamen postea repudiavit.

Magni terræ motus pleraque Europae loca hoc anno concusserunt.

Annus Christi 1090.

Moritur Guilielmus Archiepiscopus Rotomagensis anno regiminis undecimo, item Hermannus Episcopus Metensis.

Obit

Obiit Strigoni Jaromirus, aliis Gebhardus dictus, Episcopus Pragensis, Wratislavi Bohemorum Regis frater germanus. Item in Monasterio Ordinis Divi Benedicti Leimbacensi, Adelbero Episcopus Herbipolensis: qui quòd invictam constantiam Gregorio legitimo Pontifici adhæsisset, bis propterea à sede sua Episcopali pulsus, duplicem sibi à Caesare successorem subrogari vidit, restitutus iterum iterumque ejectus, annos 45. variam fortunam in Episcopatu exegit.

Urbanus Papa secundus, Tolosae & Amalphi Concilia indicit.

Moritur Marchio Eggebertus Henrici schismatici Imperatoris victor.

S. Thiemo ex Monacho Benedictino Hirsaugiensi Archiepiscopus Salisburgensis, velut alter Athanasius exagitur ab Henrico IV. Imperatore schismatico & excommunicato.

Joannes Comes de Kreichgoyv Episcopus Spirensis creatur, mortuo Rudigero.

Moritur Theodorus Episcopus Virdunensis. Circa hunc quoque annum obiit S. Guilielmus Firmatus in Gallia, in urbe Turonica nobilibus parentibus natus; hic amore Dei mundana deserens unam cum matre aliquandiu solitariam vitam egit; ejus virtuti insidias struens daemon, meretricem submisit, sed Deo devotus juvenis carnis illecebras & ignis pravi æstus per torrem ardentem nudo suppositum brachio gloriosè superavit. Exinde ad loca sacra visitanda in Palaestinam perrexit, sub itinere cum suis nimiam siti vexatus, fufis precibus baculo fontem elicit: interceptus à Saracenis, vincula, verbera, carcerem patientissimè sustinuit; tandem dimissus & in patriam rediens, priorem vitam solitariam repetens, dono Prophetiae, miraculisque pluribus claruit.

Imperator denuò Italiam cum exercitu ingreditur, Urbanum Papam legitimum ferè per septennium persequitur, quoque Clementi Antipapae refragari sensit, bonis vitæque multavit. Eodem anno Eggebertus Marchio Henrici hostis, in quodam molendino, in quod pausandi gratia declinaverat, inventus à quibusdam Imperatoris fidelibus occiditur.

Hemicus Comes Palatinus Rheni Monasterium Lacense Archidiecepsis Trevirensis condit.

Claret Franco Abbas secundus Monasterii Hasslingensis, vir insignis eruditionis. Scripsit tractatum de gratia Dei. Opus metricum de statu futuræ gloriæ lib. 1. Epistolae plures ad diversos, variosque sermones.

Vitam deponit Berchtoldus II. Comes de Zehringem, filius Ducis Bertholdi primi, fundator lineæ Zehringensis-Teckianæ.

Annus Christi 1091.

Numerus ingens Principum turbatis his temporibus cucillum amplectitur.

Romani Guibertum recipiunt. Urbanus Concilium Beneventi cogit.

Henricus excommunicatus Imperator Mantuam aliaque plura Italiae oppida capit.

R. P. Bremiano Epitome Chronolog.

Moritur S. Wolphelmus Abbas Bruuvilerensis Ord. S. Benedicti.

Celebratur Concilium Parisiense.

B. Ida fundat Abbatiam Capellæ S. Mariae; ubi hujus sacra imago miraculis claret, & fundatrix hic quoque mortua est.

Domnaldus creatur Episcopus Ardmachanus & Hiberniae Primas.

Diem obit Remigius Episcopus in Anglia, qui sedem Dorcestriam Lincolniam transtulit.

Item S. Wilhelmus Abbas Monasterii S. Aurelii Hirsaugiensis ex Ord. D. Benedicti, in pauperes liberalissimus, & insigni miraculorum gloria à Deo honoratus: panes prodigosè auxit, amentes hospitio susceptos, mente sanos remisit. Ei in Abbatia successit Gebhardus Comes de Urach.

Circa hunc annum moritur B. Altmannus Episc. Passaviensis, miræ simplicitatis ac frugalitatis vir, ex illustrissimo Ducum Wittinensium natus genere, ex Colonienis & Aquisgranensis Cathedralium Ecclesiarum Canonico ac Præposito, factus Monachus Benedictinus in Monasterio S. Joannis Magdeburgi, ob pietatis & eruditionis famam ad Pataviensem postulatus Cathedram, eandem pravos reformando Ecclesiasticorum mores sanctissimè rexit: sui ceteroquin amantissimi & benevolentissimi Caesaris Henrici IV. favorem non solum & amorem neglexit, sed & schismaticum execratus, vitæ ac bonorum omnium discrimen Romanae Sedis causâ libenter adiit, eaque tam illustri de causâ proscriptus & diu exul fuit: Pauperum verè pater plusquam munificus, plurimumque fundator Cœnobiolorum extitit, miraculis à Deo post mortem honoratus. Ex Annal. Patav.

Hoc anno visi sunt per multas regiones vermiculi, eatenus in Germania ignoti, non longè à terra volantes, sed ita, quòd vel manu vel baculo contingi potuerint, grossitudine quidem muscis æquales, sed longitudine productiores, quorum infinitus fuit exercitus, ut unum penè milliaria in latitudine, duo vel tria in longitudine occupârint; densitate verò suâ ipsam solis lucem terris interpositi negabant.

Annus Christi 1092.

Udalricus Ecclesiae Passaviensis Episcopus eligitur.

Imperator cum Guelphone & Mathildæ diu armis contendens, desperans denique illufus abit.

Deposito ab Urbano Papa Gaufrido, Ivo S. Quintini Belvacensis Præpositus, Carnotensis Episcopus creatur.

Idem Urbanus S. Brunonem Carthusiani Ordinis institutorem ex Carthusia Romam invitum evocat, ejusque operam in Conciliis celebrandis utitur.

Daniam à jurisdictione Spirituali Archiepiscopi Hamburgensis eximens, illi proprium concedit Metropolitam.

In Flandria dira lues grassatur, sacer ignis dictus: quo alii instar carbonum nigrescentes, alii exelso morbo visceribus tabescentes, pars miserabiliter membris truncati perièrunt.

M m 2

Mori-

Moritur Rainaldus de Peris Episcopus Comensis.

Hugo Episcopus Diensis transfertur ad Sedem Archiepiscopalem Lugdunensem.

Othbertus creatur Episcopus Leodiensis. Decedit in urbe S. Papuli, sita in Languedocia, S. Berengarius Monachus Ord. D. Benedicti, qui Virginitatem in omni vita in demnem servavit, claruit insignibus in vita & post mortem miraculis: ea inter, sterili matronæ prolem impetravit; ad litus consistens, eum magnum sub undis natantem piscem conspiceret, & gestiens in hæc verba erumperet: *O Deus quam bonus esset iste piscis ad edendum!* eam ad vocem piscis illico in terram exiit, quem cum famulus ejus manu appeteret, prohibuit vir Dei, piscemque ad aquas remisit. Ex Flavio Anselmo apud Buccellin.

Moritur S. Udalricus ex Comite Kiburgenfi & Dilingensi Monachus Cluniacensis, virtute patientiæ, humilitatis, obedientiæ clarissimus. Pari purissimæ Virginitatis studio enituit, hinc graviter aliquando à Spiritu fornicationis impugnatus, cum rigidissimâ corporis afflictione & longâ inediâ nihil efficeret, stupendo & inaudito ad eum diem exemplo, genitalibus locis candenti ferro perforatis, & ad longiorem cruciatum fune immisso, vulnus vulnere curavit.

Obiit in Monasterio Vallis Umbrosæ B. Rusticus Abbas & Ordinis Generalis.

Belzeth Turcarum Princeps, Græciam mari transmissa cum ingenti exercitu ingressus, eam devastat, Imperatorem Constantinopolitanum abducit captivum, ejus personam tanquam mancipio vilissimo usus, quamdiu vixit.

Fames in omni terra ingens fuit, quam magna pestilentia secuta fuit homines & pecora sine numero interimens.

Floret Conradus Monachus Benedictinus in Bruviliariensi Cœnobio, vir eruditus & morum integritate clarus. Scripsit vitam S. Wolphelmi Abbatis sui lib. 1. De miraculis ejusdem lib. 1. Homilias & sermones plures.

Annus Christi 1093.

Urbanus Papa rursus Trojæ in Apulia Concilium centum penè Episcoporum cogit.

Ulmæ decernunt Imperii Principes Urbano Papæ parendum.

Conradus filius contra Henricum patrem Imperatorem insurgit, nec non Mediolanum aliæque Lombardiæ regiones illius Imperium detrectant: idem verò Conradus à patre paulò post circumventus & captus, sed Dei misericordiâ protinus se eripiens, ab Anselmo Mediolanensi Archiepiscopo Rex Italiæ coronatur.

S. Anselmus Monachus & Abbas Becensis ex Ordine Divi Benedicti creatur Archiepiscopus Cantuariensis, mortuo S. Lanfranco suo in regula Monastica Magistro & in Archiepiscopo antecessore.

Milcolumbus Scotiæ Rex meritissimus,

dum Annevici arcem ab Anglis captam obside custodes arcis penè ad omnem rerum penuriam redacti, de ditione collocuti petunt, ut Rex adesset, ad claves recipiendas. Eas dum, ad cuspidem lanceæ suspensas, Rex incautus accipit, miles, ferro in oculum adacto, eum interimit. Filius quoque ejus Eduardus, dum salutis suæ negligentior, vindictæ cupiditate in hostem incautiùs irruit, ex vulnere brevi moritur.

Hoc anno fuit maris Germanici tam infelita inundatio, ut non agros modò demerserit & arenis obruerit, sed vicis, oppida & arces everterit. Tornitrua etiam solito frequentiora ac magis horrenda: pluresque, quam unquam in Britannia memoriæ proditum fuerit, fulminibus exanimati. Buchan. in Histor. Scot.

Milcolumbo rebus humanis exempto, Donaldus Banus, hoc est Albus, ejus frater, Rex Scotorum declaratur.

Hilbertus Abbas Monasterii Dolensis sub regula S. Benedicti, creatur Archiepiscopus Britanicus.

Decedit Robertus Frisus, Flandriæ Comes, cui succedit filius Robertus, cognomento Hierosolymitanus.

Moritur Anselmus III. Episcopus Mediolanensis, cui sufficitur Arnulphus III.

Eclipsis solis antecedit maximam pestilentiam, quæ totam Germaniam & Galliam afflixit.

Wratislaus Bohemiæ Dux in venatione de equo lapsus subito interiit.

Visus est in aëre splendor tanquam ardens facula in noctu volans ab Oriente in Occidentem.

Claret Stephanus, qui & Herrandus, ex Abbate Ilfenburgensis Cœnobii Ordinis nostri Episcopus Halberstadiensis, doctrinâ, constantiâ contra Henricum Imperatorem excommunicatum, & Simoniacos celebris.

Prædis Imperatrix regulam & habitum suscipit Benedictinum.

Draco volans per aërem apparuit, inde magna pestilentia subsecuta est, quæ & hominum infinita millia passim abstulit, & pecudum majorem partem absumpsit.

Annus Christi 1094.

Urbanus Papa Ostionense in Gallia Concilium indicit, cujus sententiâ Philippus Galliarum Rex, eò quod vivente legitimâ uxore alteram superinduxisset, excommunicatur.

Alterum Concilium Constantiæ ad Rhenum B. Gebhardus Episcopus, Romanæ Sedis per Germaniam Legatus celebrat.

Lues sævè grassatur in Germania.

Invenitur corpus S. Marci Evangelistæ.

Donaldus Albus, sexto postquam Scotiæ regnum invaserat mense, audiens Duncanum Regem esse proclamatum, in Æbudas profugit.

Hispani ad Oscam Ilorgetum in citeriori Hispania urbem ab ipsis obsessam, insignem de Saracenis victoriam ope S. Victoriani Abbatis reportant; in pugna fugaque hostium 40000. cæsi, ex Christianis vix mille desiderati. Ex vita S. Victoriani apud Bolland.

Alphonfus

Alphonfus Henrici Comitis filius, primus Portugalliæ Rex natus est, vir bellicosissimus.

Claret venerabilis Andreas de Valle Brutorum, Italus natione, eruditione & zelo animarum lucrandarum spectatus, Ordinis Vallumbrosani professus.

Moritur S. Petrus cognomento Igneus, S. R. E. Cardinalis: natus ex percelebri familiâ Aldobrandina; in Monasterio Vallis Umbrosæ Monachatum professus, à S. Joanne Gualberto pecora pascere & asectorum curam habere jussus est, dein Prior Passiniani Cœnobii, tum Septimensis, mox Ficeclensis Cœnobii electus Abbas, ad summam denique purpuratorum Ecclesiæ Patrum dignitatem evectus, multis ac magnis inter mortales etiamnum agens miraculis à Deo honoratus est; inter reliqua ingentem incensum rogum, vestimentis uti corpore intactis illæsus pertransiit, quæ miraculo populum Florentinum à gravissima Simoniacæ labis oppressione vindicavit. Ex Menolog. Benedict. Buccellini,

Vitâ fungitur Heribertus Episcopus Mutinensis.

Lambertus creatur Episcopus Ecclesiæ Atrebatensis.

Moritur B. Erius Ordinis Vallumbrosani Generalis.

Guilielmus VIII. Dux Aquitaniæ ducit uxorem Philippam, filiam Willelmi Comitis Tolosani.

Obiit Robertus junior Comes Flandriæ. Item S. Albertus Monachus Vallumbrosanus. Nec non S. Silaus Episcopus Hibernus.

Ad Superos è terris migrat S. Nicolaus Peregrinus, qui in pueritia sua à parentibus derelictus in loco arenti aquâ divinitus ostensâ refocillatus est. Equum ferocissimum conscendere jussus, eum mox mansuetissimum, mutæque loquelam reddidit; homicidii reo ac ideò exæcato visum restituit; aquam mutavit in vinum.

Sancius IV. Rex Aragoniæ contra Mauros pugnans, telo ictus, gloriosè occumbit.

Vixit hoc tempore non procul ab urbe Laudunensi quædam mulier, quæ ob homicidii crimen per judicum sententiam ad rogum condemnata, ad locum supplicii ducbatur, & quoniam per Mariæ Deiparæ templum transeundum erat, ibi toto populo peccatum suum confessa, Virgini matri deinceps magnâ cum fiduciâ supplicabat, seque totam patrocini ejus commendabat. Hinc digressa & jam semel atque iterum in ignem coniecta, tantum Dei & Deiparæ beneficium sensit, nihil ut ab igne quamvis copioso & vehementi caperet detrimenti, imò non modò carnem, sed vestem etiam ab omni flammæ injuriâ semper servavit illæsam. Sigebert. in Chron.

Urbanus Papa Crucem contra Saracenos facit prædicari.

Claret his temporibus in Africa Rasis Philosophus & Medicus suo tempore celebrissimus. Hic Arabicæ linguæ peritus ex veterum lectione Medicorum volumina composuit. De correctione videlicet Medicinarum librum unum. Antidotarium lib. 1. Ad Regem Almanforem de cura morborum volumen

unum. De morbis puerorum lib. 1. De divinationibus librum unum. Aphorismorum lib. 1. & cætera plura de Alchymia & Astronomia edidit. Floret & hæc tempestate Hilbertus Cenomanensis Episcopus, vir suo ævo nulli secundus. Qui pro Ecclesiastica libertate multas injurias & persecutiones sustinuit, usque ad exiliûm & carceres. Scripsit Opus metricum super totius Missæ Officium lib. 1. De miseria hujus vitæ librum unum. Epistolarum ad diversos vitæ librum unum. Carminum, Hymnorum & Epigrammatum librum unum, & cætera.

Ingenti merito pro Deiparâ ejusque filio pugnât S. Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis, scripto doctissimo volumine *De Incarnatione Verbi*, quo repullulascens Sabellianorum hæresim felicissimè profligat.

Extinguitur B. Erius Generalis Ordinis Vallumbrosani.

Annus Christi 1095.

Celebratur Concilium Placentinum & Cleromontanum: in priori Hugo Lugdunensis Archiepiscopus, eò quod vocatus nec ipse venerit, nec Legatum cum legitima excusatione direxerit, ab officio est suspensus.

Turcæ miros faciunt belli progressus.

Placentiâ recedenti Urbano Papæ Conradus Rex filius Henrici apud Cremonam obviam progressus, stratoris officium exhibuit, ac juramento fidelitatem promisit: qui mox Regio apparatu Pisas pergens, sponsam suam, filiam Rogerii Ducis Siciliæ adhuc admodum parvulam, cum ingenti pecunia sibi oblatam recepit.

S. Anselmus contra Regis Angliæ voluntatem Urbani Papæ partes fortiter defendit.

Mortalitatem exiit Sanctus Wolstanus Episcopus Wigorniensis, Presbyter antè, quam Monachus; cum aliquando inter Missarum solemnias, assam fortè carnem odoratu percipiens, appetitum irritari adverteret & pruricum sentiret, voto quamprimùm factò carnibus perpetuò sibi interdixit. Monachus factus, jejuniis, vigiliis, orationi perpetuò se dedit, super scamnum in choro, libro in quo orabat, capiti supposito, dormire consuevit, hic lectulus, hoc pulvinar sancto viro satis fuit. Orans de nocte, importunè ab apparente spectabili formâ cacodæmone, ad luctum seu duellum provocatus, cum importunior hic insultaret, fatigatissimus licet & exhaustis viribus, superbum tamen luctatorem aggressus, tertium concurrens, tertium in terram dejecit, irrisumque fugere compulit: mulierem genere nobilem, at ignobiliter lascivientem, & ad lascivos amores provocantem, impactâ, ut totis exaudiretur ædibus, alapâ abegit: cum Wilhelmus Rex Angliæ Episcopum factum, tanquam minus eruditum eo honore indignum contenderet, & depositum vellet, atque convocato Concilio S. Lanfrancus Archiepiscopus & Primas Angliæ, ab ipso lituum pastoralem repeteret: Wolstanus ad sepulchrum S. Eduardi Regis in ipsa Basilica progressus: *Tu scis, Domine mi, inquit, quam invitus hoc onus susceperim, quotiesq; subterfugerim, quoties me cum quaererer absentaverim: fateor, inspiens factus sum,*

fed tu me cum Episcopis coegisti: quibus dictis elevatâ paululum manu, baculum lapidi sepulchrali haud aliter atque cere infixit, addens: *Accipe Domine mi Rex, & cui libuerit trade illum.* Sic abiit, positisque Pontificalibus inter Monachos refedit. Obstupuerunt miraculo omnes, & frustra baculum extrahere conati, ipse etiam Lanfrancus, nec quidem movere poterunt. Exclamat Rex, prosternitur ad pedes sancti ipse Lanfrancus, orant universi, baculum reciperet, veniam daret; cum obnixus ille, indignissimum se contenderet. Victus denique precibus omnium, mox ut baculum manu tetigit, hic sponte secutus sepulchro desiliit: plura alia S. viri miracula brevitatis causa prætereo, de quibus tamen videre poteris apud Bollandum in actis SS. die 19. Januar. & Bucellin. in Menologio Benedictino, cujus Wolstanus membrum fuit & professus.

Fatis concedit Rainoldus Archiepiscopus Rhemenfis. Item Duranus ex Abbate Casæ Dei Ordinis Divi Benedicti, Episcopus Arvernorum. Item beatæ memoriæ Noggerus primus Abbas Monasterii Zvvisaltensis.

Ad Superos abit Sanctus Geraldus Abbas Silvæ majoris in Vasconia Ordinis Divi Benedicti, insigni miraculorum gloriâ tam in vita, quam post mortem à Deo honoratus.

Vitam mortalem cum immortalis commutat S. Gualterius Ord. S. Benedicti, Abbas S. Martini juxta Pontisaram in Gallia. Vir admirandæ humilitatis, qui ipsius Deiparæ alloquio frui meruit.

Obiit hoc anno in Monasterio Benedictino Pataviensi B. Gisila Regina & Abbatissa; hæc Henrici, alias Hezelonis, Saxonix & Bavarix Ducis filia, S. Henrici Imperatoris soror, marito Stephano Ungarorum Rege felicissima, eum ipsum Christo & Ecclesiæ copulavit, sanctiorisque vitæ æmulum habuit; neque infelicio filio, B. Emerico, cum hunc & maritum cælo præmississet, reversa in patriam, viduitatem cucullo fuit solata, magnisque passibus ad perfectionis apicem tetendit.

Godefridus Barbatus junior Comes Lovaniensis constituitur.

Vitam cum morte commutat Theuzzus Abbas, S. Joannis Gualberti discipulus, vir & vitæ sanctitate & eruditionis laude clarissimus. Scripsit inter alia sancti Magistri sui vitam, & Commentaria in Regulam SS. Patris Benedicti.

Moritur Ladislaus Ungariæ Rex, similiter Amadeus II. Comes Sabaudix, filius Otonis.

Magna hoc anno in plerisque regionibus prodigia facta sunt. Aves namque domesticæ omnis generis subito consortia hominum contempserunt, ad nemora & montes fugientes, & sylvestrium feritatem assumptas, non amplius ad homines redierunt. Terræ motus crebri fuerunt, imbrium & aquarum inundationes multæ, pestilentix, mortes, & cunctarum inopia rerum mortales miserabiliter afflixerunt. Acies in cælo pugnantium crebro visæ. Vigesima quarta die mensis Februarii stella in Oriente apparuit, quæ locum suum longo interstitio crebris saltibus in alium mutavit. Circa Nonas quoque mensis Octobris Cometes ad Meridionalem pla-

gam visus est, qui splendorem suum in obliquum, quasi in formam gladii protendit. Nubes etiam sanguineas tam ab Oriente quam Occidente surgentes, & in medio cæli sibi concurrentes, rursusque mediis ferè noctibus à septentrione igneos consurgere splendores, plerumque & faculas ardentes volitare per aëra multi Scriptorum illius temporis se vidisse testati sunt.

In Diocesi Coloniensi Presbyter quidam probatæ fidei nomine Suikerus, horâ cujusdam diei ferè nonâ duos equites vidit in aëre concurrentes, quorum alter crucem in manibus habebat non modicam, quâ alterum percuciens superabat. Alii Presbytero nomine Gerlaco gladius miræ longitudinis quasi raptus à vento in aërem deferri visus est, audiebatur & fragor ingens. Referebant complures civitatem se nocturnis temporibus in aëre vidisse suspensam, & quasi hominum turmas illam obsedisse in gyro, machinasque applicuisse varias, & ad capiendam urbem præparatas. Multietiam crucis signaculum divinitus in fronte, indumento, vel quâlibet aliâ parte corporis ostendebant impressum.

Mulier quædam biennio prægnans tandem rupto utero puerum effudit loquentem. Alia quædam infantem per omnia peperit bimembrem, & agnelli plurimi binis capitibus nati sunt.

Globus ignis in modum fulguris coruscantis subito ad longitudinem lanceæ se dilatans, sed latior clarissimâ die, & in ipso fervore solis discurrens, intuentes terrore concussit.

Quædam die sole jam declinante ad occasum, nullâque in aëre nubeculâ penitus apparente, globi ignei in diversis cæli partibus multi, quasi per totum aërem discurrentes visi sunt, tandemque altius elevati se se receperunt in cælum.

In Saxonia bos humana protulisse verba notatus est, trinâque vice dixisse ad pastorem, *vide, Hierusalem capietur à Christianis*, quod & in brevi factum est.

Annus Christi 1096.

Moritur Wernharius, cognomento pius, Comes de Habsburg.

Urbanus Papa Turonis Synodum celebrat, quem ex Gallia recessurum Philippus Rex humiliter convenit, & rejectâ pellice in gratiam recipitur.

Rem Christianam mirè promovet B. Urbanus Papa, Bullæ Cruciatæ primus author, 300000 contra Saracenos conscriptis; qui subitinere ingentem Judæorum stragem fecerunt.

Idem Papa Officium B. M. V. à Monachis usurpatum, Clero universo præscribit.

Duncanus Scotiæ Rex, cum imperiosius, quam civilis ratio exigebat, omnia tractaret, brevi maximum majoris partis odium incurrit.

Id cum Donaldus exul, ad omnes ejus motus intentus, rescisset, corrupto Macpendiro, Merniæ Comite, Duncanum in Taicha, nocte curat obtruncandum.

A socio invidio occiditur B. Engelmarus Eremita in Bavaria, cujus sepulchrum Deus numerosis luminaribus cælestibus, odore fragantissimo & miraculis plurimis honoravit.

Sigfri-

Sigfridus II. Episcopus Augustanus moritur.

Manasses II. creatur Archiepiscopus Rhenensis.

Moritur in Monasterio S. Martini in Germania S. Liutfridus Abbas.

Welfo Dux Bavarix Henrico Imperatori diu rebellis, & Ducatum compulsus dimittere, postquam multas instabiles peragraverat mansiones, ad gratiam tandem rediit, & amissum Ducatum recepit.

Monasterium Reinhausen Ordinis Benedictini sumit exordium; Abbas primus institutus fuit Reinhardus vir divinis litteris instructissimus. Scripsit Commentarium in Isaiam Prophetam. In Ezechielem librum 1. In omnes Epistolas Sancti Pauli libros 14. In librum Job Opus Metricum. Nec minus sanctitate venerabilis multis in vita & post mortem miraculis coruscavit.

Annus Christi 1097.

Christiani Occidentales pro recuperanda terra sancta, primum committunt prælium cum Saracenis, in fugam actis, & 50. millibus eorumdem occisis, Niceam expugnant: Baldvini frater Godefridi fit Comes Edessæ.

S. Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis Barenfi Concilio interveniens, mirè Græcos triumphat.

Rogerus Siciliæ Comes obsidet Capuam.

Moritur S. Margarita Regina Scotiæ; nec non B. Heldemarus, Eremita & fundator Aroasiæ in Belgio.

Diem obit B. Andreas Abbas Congregationis Vallumbrosanæ in Hetruria: item Walkelinus Episc. Wintoniensis.

Baldericus ex Cantore Ecclesiæ Morinensis creatur Episc. Noviomensis.

Circa hunc annum Comitissa Mahalta, Principis Roberti Guiscardi filia, & Raimundi Berengarii secundi Comitis Barcinonensis conjux, Abbatiam Monialium Ord. S. Bened. propè Gerundam in Hispania condit.

Decedit Arnulphus III. Episcopus Mediolanensis, cui sufficitur Anselmus IV.

Obiit S. Homobonus Ord. Humiliatorum, mirâ in pauperes liberalitate, quem Deus miraculis honorare dignatus est; cum enim aliquando Cremona maximâ fame premeretur, ab Ecclesia domum revertens cophinum panibus plenum invenit, quos cum pauperibus divisisset, tantumdem nihilominus majoris saporis & candoris in arca reperit; aquam quoque in vinum prodigiosè mutavit: post ejus obitum, ad ejus sacrum funus, cæci, claudi, muti, aliique diversi generis infirmi sanati sunt.

Claret venerabilis Balduinus sive Baldevvini, Abbas Monasterii S. Eadmundi in Anglia Ord. S. Benedicti.

Henricus Imperator ex Italia rediens in Bavariam secessit, & Ratisponæ aliquamdiu moratus, Judæis qui priori anno per Comitem Emichonem baptismum coacti susceperant, redire ad Judæismum concessit. Idem Imperator magnam cum Principibus Imperii colloquium de pace & reformatione, sed modico fructu instituit.

Hoc anno ætas fuit multam fertilis, hiems lenis & pestilens.

Annus Christi 1098.

Ordo Cisterciensium sub regula S. Benedicti instituitur: fundaturque Cistercii Cœnobium ab Odone Burgundiæ Duce.

Laborat in evertendo Guiberto Urbano Papa, & urbe pellit.

Christiani occupant Antiochiam in Syria, pluresque alias victorias obtinent.

Antiochiæ lænea quæ Christi latus in cruce perfosum fuit reperitur, quæ in æde Divi Petri ejusdem urbis altè obruta abditaque latitabat.

Rathodus II. Noviomensis & Tornacensis Episcopus apoplexiâ extinguitur.

Fatis quoque cedit Udalricus Episc. Aichstadenfis. Item B. Petrus Eremita Ordinis Vallumbrosani in Monte-plano Diocesis Pistoriensis.

Vitam cum morte commutat Hildebertus, Archiepiscopus Bituricensis.

Rogerus Apuliæ Dux Capuam expugnat. Huesca Saracenis eripitur.

Moritur S. Hathebrandus Abbas Veteris Claustrii in Frisia Ord. S. Bened. miraculis gloriosus, quæ inter cucullum suum ad solis radium suspendit nullo fulciete adminiculo. Arnold. de Raiffe tom. 2. SS.

Obiit venerabilis Luitolphus ex Comite Achalmensi ditissimo Monachus Monasterii Zvvisaltensis Ord. S. Bened. vir miræ patientiæ.

Ruthardus Archiepiscopus Moguntinus Imperatoris partes deserit.

Hoc anno in Diocesi Wormatiensi non procul ab oppido Neolinigen mirandum multis diebus apparuit spectaculum. Certis in hebdomade noctibus, maximè in festis Sanctorum, multitudo quædam armatorum maxima de monte quodam egressa in campi planitiem vicinam quasi ad prælium processura videbatur à multis. Erant inter eos pedites, equites plurimi, qui nunc hæc nunc illuc quasi per turmas discurrentes se se mutuo percutere visi sunt, ita ut fragor ex collisione armorum eminens audiretur; consummato tandem ut putabatur conflictu circa horam nonam noctis, in montem undè processerant, se cum gemitu & ejulatu, quasi violenter impulsis, festinantissimè receperunt: turmam hanc ingentem animo sumpto tandem aliquando Rupertus Monachus devotus ex Monasterio Limpurgensi Ordinis D. Benedicti adjuravit, & sequens accepit responsum: Non sumus phantasma, nec sumus vel hominum vel dæmonum turba, animæ sumus hominum vitæ defunctorum, qui ante paucos annos in hoc loco campestri pro justitia Principis bellantes fuimus in certamine occisi. Arma, habitus & equi, quæ nobis dum viveremus instrumenta fuere peccati, etiam nunc post mortem in nobis videntur, vobis manifesta sunt quædam signa ejus in quo sumus tormenti. Omne autem quod circa nos apparere cernitis, nihil aliud in nobis est, quam intolerabilis ignis, quanquam vos hoc minime videatis. Et benedictus omnium Creator DEUS, qui & nobis contulit posse apparere visibiles, & tibi donavit, ut nos ad loquendum in Chri-

in Christi nomine adjurares. Magnum enim chaos est inter nos & vos, ut sicuti vos statum nostrum nullâ ratione agnoscere potestis, quamdiù in carne mortali vivitis, ita nos vobis aut loqui, aut apparere visibiles nequaquam possumus, nisi cum id nobis Divina pietas singulari privilegio donaverit. Pergebat porrò spiritus, qui præfata locutus fuerat, dicere, jejuniis, orationibus, eleemosynis, & maximè celebratione Missæ juvari & possumus & oramus. Reposuit Rupertus, & quomodo scire poterimus vos liberatos à pœnis, si vobis impenderimus postulata suffragia? ait Spiritus, cum feceritis pro nobis statuta suffragia, & amplius isthic visi non fuerimus, manifestum erit vobis signum, quia libertati sumus. His dictis mox omnis illa Spirituum turma, quasi uno ex ore clamabat dicens tertio: *Orate pro nobis, orate pro nobis*; & confestim omnes in ignem resoluti videbantur clamantes: *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum, qui reddis unicuique quod meruit*. Mons etiam ipse totus apparuit igneus, tantusque fragor audiebatur, & strepitus arborum, ut cœlum & terram in unum concuti putarent. Rupertus cum suis nimium territi ad Monasterium reversi sunt, & fieri pro defunctis postulata suffragia quanto magis ordinaverunt. Nam præter jejunia, eleemosynas, disciplinas & orationes in Monasteriis & Ecclesiis diversis factas, per triginta continuos dies Missæ pro illis legebantur quotidie triginta. Quibus expletis ad montem Rupertus revertitur, & noctem ducens priori loco insomnem, si revertatur spirituum turma præstolatur. Sed ubi advenit hora visionis consueta, voces audivit in aëre cantantium spirituum melodiâ concordi ac suavissimâ, dicentium: *Te Deum laudamus, te Dominum confitemur, &c.* Spirituum verò turma, nec tunc nec deinceps amplius apparuit.

Adamus Comes de Northeim in Saxonia Monasterium Bursfeldense fundat, sub Regula S. Benedicti.

Moritur Ratbodus II. Episcopus Novioduni, cui succedit Baldericus ex Artesia, filius Alberti Dynastæ de Sarchinville & Quent. Scripsit Chronicon Episcoporum Cameracensium & Artesiæ.

Fundatur Monasterium B. M. V. Urgelitanum sub regula S. Benedicti ab Arnaldo Comite Pallary.

Annus Christi 1099.

Philippus Friderici Barbarossæ filius, Henrici VI. frater, Princeps mansuetus, humilis, mitis, facundus & liberalis, contra Othonem Saxoniam Ducem plurimum suffragiis Imperator eligitur.

Urbanus Papa cum celebrasset generalem Synodum centum quinquaginta Episcoporum & Abbatum, moritur, cui succedit Paschalis II.

Palæstinâ & Hierosolymis Christianus exercitus potitur.

Circa hunc annum moritur S. Osmundus Episc. Sarisburiensis.

Magnus Noricorum Rex cum Haraldo, filio Haraldæ Regis quondam Anglici, Orcadas,

Menemas & alias Oceani Insulas sibi armis subijcit. Malmesbur. lib. 4. c. 25. Angl.

Scoti Donaldi regiminis pertæsi, Edgarum Milcolumbi filium ad solium Regium vocant. Fugit Donaldus à suis destitutus, atque à fuga retractus, ad Edgarum adducitur, & in vincula coniectus brevi post moritur.

Pulso Gerardo Morinorum Episcopo, magna de novo subrogando Præsule coorta dissensio. Erchembaldus quidam loco natus honesto, à Collegio electus, plebis perterritus seditione, induci non potuit ut dignitatem acciperet; successit proinde B. Joannes, Guilielmo octavo, Aquitanæ Duci, natus est filius ejusdem nominis.

Fredericus eligitur Archiepiscopus Coloniensis; Joannes fit Episcopus Aurelianensis.

Diem obit S. Albertus primus Abbas & fundator Cœnobii S. Jacobi de Pontida Ord. Divi Bened. juxta Bergomum, gravissimorum miraculorum gratiâ & gloriâ à Numine honoratus.

Conradus Episcopus Trajectensis post Missæ celebrationem in domo sua procumbens ad orationem, à Frisone quodam occiditur.

Vitam deponit Conradus alius Episcopus Aichstædensis.

Extinguitur Ven. memoriæ Selingerus, Baro de Wolhausen, Abbas Einsidensis, qui variis Regum atque Imperatorum expeditionibus comparatam gloriam cum omnibus mundi pompis & deliciis aspernatus, Monasticen exambiens, amplissimas possessiones Cœnobio Einsidensi obtulit, seque unâ cum conjugè & tribus filiis, velut victimas ad aram Deiparæ stitit, cum omnibus illis in cucullo tantæ Dominæ emancupans.

Annus Christi 1100.

Miserè moritur Wilhelmus II, cognominè Rufus Rex Angliæ, homo sacrilegus; quo anno Henricus I. ejus frater apud Westmonasterium, Rex Angliæ, die 5. Augusti, à Mauritio Londinensi Episcopo coronatur.

Vitam quoque miserè concludit Guibertus Antipapa, post quem tres alios successive intrudit Henricus Imperator.

Mortalitatem pariter exiit Godefridus Bullonius I. Hierosolymitanus Rex.

Paschalis II. Papa Romanam Ecclesiam in splendorem pristinum restituere cupiens, nonnullas civitates & oppida ad illam pertinentia è perduellium manibus per suos armis vendicat, ipsosque tyrannos perdomat.

Per Joannem ac Benedictum S. R. E. Cardinales Pictavis celebratur Concilium, in quo Philippus Galliarum Rex iterum excommunicatur.

S. Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis à Rege Henrico ab exilio ad sedem suam revocatur.

Bertholdus historiæ suæ finem facit.

Circa hunc quoque annum obiit S. Adelmus Abbas Ord. S. Bened. in Hispania; per quem innumerabilia completa sunt miracula. Moriturus, suos ad perfectionis studium cohortatus, ab Episcopo Pampilonensi SS. Eccl. Sacramen-

mentis munitus est, & Crucem Dominicam manu præferens, inter verba Psalmi 53. *Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua libera me*, felicissimam animam exhalavit.

Floret Goscelinus sive Gotzelinus Monachus S. Bertini Ord. S. Benedicti, qui innumeras SS. vitas stylo extulit, vel informiter editas comptius emendavit.

Ad cœlos circa hunc annum abijt B. Agnus Monasterii Sancti Gabrielis in Airola Abbas; fuit vir humillimus, cum grassante aliquandò vehementius peste, populi maximam stragem miseratus, processione & supplicationem solennem placando Numini promulgari fecisset, & ipse insignem inter populi frequentiam, inter sacra cantica & Psalmos agmen duceret, & per campos circumjacentes plenam trepidationis plebeculam duceret, audientibus universis, clarissima è cœlis vox sanctum Abbatem his verbis compellavit: *Agane, age, age, quia exauditus es, & cessavit plaga*. Veritatem rei mox eventus probavit.

Moritur Otto Episcopus Argentoratensis, cui succedit Baldvvinus, inter sex hebdomadas naturæ debitum solvens.

Circa hunc quoque annum obiit B. Auria, Monialis Monasterii S. Michaelis Petrofi in Hispania, vitæ austeritate, miraculis & visionibus clara.

Claret S. Azo Monachus Casinensis: missus à Girardo Abbate, pro construendo Monasterio quodam in Sardiniam, à Saracenis interceptus atque abductus, in tristi servitute atque vinculis cum sociis fratribus aliquot sanctissimè vitam clausit; ejus tumulum Deus frequentibus miraculis honoravit.

Otho III. Imperator Bureburgensem Præposituram fundat.

Ad cœlos ex hac vita migrat S. Robertus primus Abbas Cistercii; fuit is illustrissimis natus parentibus, Theodoricum patrem habuit, ex Augustissima Imperatorum Germaniæ & Ducum Burgundiæ familiâ oriundum, Emergardem matrem, è Nivernensium Comitum sanguine editam. Hujus latentem etiamnum utero fœtum, cœli jam Imperatrix Virginum Virgo adamavit, insolentique prodigio amorem dignatâ pueri præripere & præoccupare, visa prægnanti, anulum aureum manu præferens, hisque Erengardem compellans, *Volo quem utero gestas filium, hoc mihi annulo desponderi*; non minus gloriosus fuit viri sancti exitus, nam post obitum ejus binæ irides supra domum, mirâ cœlorum varietate conspectæ sunt, quæ in quatuor terræ partes extendi vi-

debantur, in quarum summitate lux clarissima in circulum ducta, cum cruce in medio rutilante, noctis tenebris prodigiosâ illâ luce depulsis, subreatis circumquaque plurimis aliis circulis, iisdemque omnibus cruce signatis, quibus Molismus mirificè illustrabatur. Ex Angel. Manriq. Gundisalvo de Illescas.

Claret sanctitatis & eruditionis laude in Monasterio Cluniacensi B. Algerus Belga, inferis admodum invisus, à quibus gravissimas frequenter injurias ac molestias patiebatur; consuluit multis modis Romanæ Ecclesiæ Doctor celeberrimus, atque alia inter, tribus doctissimis libris de Sacramento Altaris scriptis, tam veterum quam recentiorum hæreticorum errores felicissimè confudit ac confutavit. Nec minore cum utilitate, insignem librum de gratia & libero arbitrio edidit, aliæque præstantissimi ingenii monumenta posteris reliquit.

S. Christiana Monasterii Wintoniensis Abbatissa, Eduardi Angliæ hæredis & Principis filia, Edmundi II. Regis neptis, ad cœlos migrat, illustrissimum Ordinis Benedictini decus.

Claret S. Gerardus ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Braearensis, in vitâ & post mortem miraculis gloriosus. Item Actuarius insignis inter Græcos Medicus; scripsit libros 7. de urinis. Lib. 1. de medicamentorum compositione. Lib. 1. de methodo medendi.

Die quoque mensis Julii 18. Godefridus Buillonius Rex Hierosolymitanus obiit, & antè montem Calvariæ in vestibulo Golgothanae Ecclesiæ sepultus fuit, cui in Regiâ dignitate succedit Balduinus frater ejus, vir strenuus.

Civitates Siciliæ plures horribili terræ motu concussæ, aliæ ex parte, aliæ ex toto corruerunt, major quoque Ecclesia Syracusana eodem motu concidit, & multitudinem hominum, quæ ad orationem convenerat, oppressit.

Florent doctrinâ duo ex nostro Ordine Monachi, Guntherus Elnonensis, & Theodoricus S. Trudonis Monasterii Professor.

Balduinus I. Rex Hierosolymitanus coronatur.

Moritur sub hoc ferè tempus Aibertus Crispiniensis Monachus Deiparæ devotissimus, quæ ipsum quandoque cœlesti electuario delicatissimè refecit, & hoc insuper dicto fervorem ejus in Divinis mirificè accendit, cum queritanti quoddam sacris aliquandiu operari non potuisset: *Omnem vitam ipsius Filio suo iuge sacrificium esse*, affirmasset.

Nata est hoc anno Sancta Hildegardis.



MEMORABILIMUM MUNDI CHRISTIANI SÆCULUM XII.

Annus Christi 1101.



Expeditionem alteram in Turcas parat Paschalis II. Papa, successus plurimum impediente Alexio Imperatore Constantinopolitano, & Concilium celebrat Florentiæ. Lue ingenti Christianorum in Oriente exercitus valdè consumitur.

Moritur Conradus Germaniæ Rex, & Florentiæ sepelitur. Ex mortali quoque ad immortalem vitam transit S. Bruno, Patriarcha Carthusianorum.

Monasterium S. Mariæ Vallcellensis Ord. Cisterciensis in tractu Cameracensi sumit exordium.

Moritur Harrandus ex Monacho Benedictino Monasterii Reinhardsbronn, Episcopus Halberstadiensis: ob concitatas in Thuringia turbas sedes Episcopalis sex annos vacavit.

Meduacum, vulgò Matamocho, inundatione perit.

Girardus ex Episcopo Herefordiensi fit Archiepiscopus Eboracensis.

Diem obit supremum Lambertus Episcopus Cracoviensis: item Anselmus IV. Episcopus Mediolanensis.

B. Giselbertus Abbas Admontensis Ord. D. Bened. apud Corazaim in Palæstina à Saracenis horribiliter excruciatu est, & membratim concisus Martyrii palmam promeretur.

Decedit Parmæ S. Bertholdus, patientiâ, humilitate, aliisque virtutibus & miraculis celebris, campanis Monasterii ultrò sonum edentibus: cujus cadaver in modum orantis in sua cella splendore cœlesti illustratâ repertum est, cum scriptura in manibus, quam solus Episcopus accipere & legere potuit, nec ante campanarum prodigiosa compulsatio desinit, quam sacrum corpus tumulo illatum esset. Ex Monim. Parmens.

Henricus cognomento Crassus, Ottonis Saxonie Ducis filius primogenitus, à Frisonibus quibus præerat, suffocatur.

Mauritani Balbactrum Aragoniæ urbem expugnant. Balduinus I. Rex Hierosolymitanus, Antipatridem & Azotum occupat.

Annus Christi 1102.

Balduinus Rex Hierosolymitanus Cæsaream Palæstinæ, Saracenis vi armorum extorquet.

S. Otto ex Comitum Andecensium stirpe, Episcopus Bambergensis creatur, mortuo Ruperto.

Xenodochia, Hospitalia, Scholas, in tot à se conversis Provinciis primi exeitant Benediçtini.

Concilium Romæ celebratur, aliud quoque à S. Anselmo Archiepiscopo in Anglia. In Romano hæresis Henriciana est damnata.

Robertus Flandriæ Comes, arma convertit adversus schismaticos in hærentes Henrico Imperatori.

A S. Bernardo Abbate Clarævallis, colonia Monachorum ad novum Monasterium Vallcellense mittitur.

S. Thimo Archiepiscopus Salisburgensis, à Saracenis pro fide Christi occiditur.

Obit Wladislaus Hermannus Poloniæ Rex.

Grossulanus ad Cathedram Episcopalem Mediolanensem evehitur.

Moritur in pugna contra Mauros Infans Sancius, Alfonsi Castiliæ Regis unigenitus; Urraca, marito Raimondo viduata, nubit Alfonso Aragoniæ Infanti.

Henricus Imperator habito cum Principibus Germaniæ colloquio, Romam se profecturum, ac Generale Concilium ut congregetur procuraturum, quatenus tam sua quam Romani Pontificis causâ canonicè ventilatâ, Catholica inter Sacerdotium & Imperium confirmaretur unitas tot annis scissa, promittit, nil tamen ex promissis in actum redegit.

Hartvvinus Archiepiscopus Magdeburgensis, Saxonie Primas, vir per multa laudabilis moritur. Similiter Egilbertus Archiepiscopus Trevirensis, pius, doctus, qui in Archiepiscopali Cathedra succedit Bruno ex Francia Orientali Comes, in pauperes & Ecclesias liberalis ac beneficus.

De vivis ad mortuos transit Henricus Comes de Northeim, pauperum Advocatus piissimus, in Bursfeldensi Cœnobio sepultus.

Fulget Benediçtini Ordinis sidus, Remigius, ex Monacho Fiscanensi Dorcestrensis Episcopus, totus Mariophilus.

Annus Christi 1103.

Equestis S. Joannis Baptistæ Ordo instituitur à S. Petro Abbate Caveni.

S. Otto

S. Otto Episcopus Bambergensis, & S. Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis merentur.

Moritur Humbertus Sabaudie Comes, cui succedit filius Amedeus II.

Diem obit Osbernus Episcopus Exoniensis in Anglia.

Gualo sive Walo creatur Episcopus Parisiensis.

Henricus Imperator Conventum Principum Moguntie habuit, ubi Henrico filio suo rerum summam dimissurum, seque sepulchrum Domini visitaturum per Ainhardum Herbipolensem Episcopum publicè annunciari fecit, inde favorem maximum vulgi ac Principum utriusque fori sibi concilians, multosque è diversis Imperii partibus ad comitatum præstandum succendens; at sicut promissio fuit vana & nulla, sic & iter.

Chuno Magni Saxonie Ducis Ottonis filius, scientiâ, fortitudine, divitiis, formæ elegantia, affabilitate præcellens, dum noctu iter agit, à malevolis quibusdam invaditur & interimitur.

Obit Henricus Marchio Neoburgicus.

Plures Christi fideles ad scripta Principum Christianorum in Terra sancta, venditis possessionibus suis, vel certè Monasteriis vel Ecclesiis sub titulo commissi legatis, cruce signantur, & ex diversis Europæ Provinciis ad sepulchrum Domini transeunt.

Annus Christi 1104.

Joannes Ventriosus, Olomucensis Episcopus creatur. Ulricus sedem obtinet Episcopalem Curie.

Moritur 27. Februarii Eginhardus sive Ainhardus Episcopus Herbipolensis, qui pro innatâ sibi modestiâ non alio titulo in litteris uti solitus fuerat quàm sequenti: Eginhardus supernâ Dei Clementiâ favente, Herbipolitanæ Sedis Minister humilis. Succedit ei eodem hoc anno Rupertus à Tundorff, Ecclesiæ Cathedralis Præpositus.

Paschalis II. Papa, Walonem sive Galonem Episcopum Bellovacensem, à Philippo Galliarum Rege sede suâ pulsum, Legatum in Poloniam mittit, qui ibidem nonnulla depravata corrigens, aliquos etiam Episcopos deposuit, & inter alios Cracoviensem, quod nullâ Summi Pontificis auctoritate, sed solâ Ducis Poloniæ donatione, Episcopatum illum detineret.

Richardus Albanensis Episc. Cardinalis, Legatus à Papa in Galliam missus, Philippum Regem à vinculo excommunicationis, quo ob ejectam legitimam conjugem & subintroducendam pellicem tenebatur, solvit: & Trevis simul indicit Concilium.

Gerardus Comes ab Aurach, ex Abbate Hirsaugiensi in Præsulem Spirensis sublimatur, vir sapientissimus & eloquens.

Floret S. Bruno Comes à Wirtenberg, Abbas Hirsaugiensis Ord. D. Benediçti, miraculis patris gloriosus.

In Spirensi Diœcesi sanguis ex panibus fluere visus, nec non & in lenticularum edulio prodigiôsè repertus. Eifengrein. in Chron. Spirens.

Vitâ fungitur Serlo sive Gerlo Ord. S. B. R. P. Brentano Epitome Chronolog.

nediçti, Abbas Glocestriæ, singularis virtutis famâ celebris. Item Robertus Guilielmi Conquestoris & Regis Angliæ frater uterinus.

S. Godefridus creatur Episcopus Ambianensis.

Balduinus Genuensium classis ope, Prolemaidem sive Acon urbem, in Phœnicia occupat.

Alphonfus I. Aragoniæ & Navarra Rex, filius Sanctii, nepos Ramiri primi, regnare incipit.

Henricus Imperator Ratisponæ Natale Domini celebrat. Orto ibidem prius murmure inter Baviaræ Principes, eò quòd Franci Orientales & Saxones liberaliùs haberentur, Sigehardus tandem Baviaræ Palatinus, ortâ inter populum seditione, periculum incurrit, & in hospitio obsessus, capite truncatur.

Joannes Episcopus Spirensis tactus ulcere quodam circa verenda, post diuturnum corporis cruciatum patientissimè toleratum obit.

Circa solstitium æstivale inter grandinum lapides, decidit in pago Herbipolensi tantæ magnitudinis glacies, quæ in quatuor divisa partes, todidem hominibus importabilis videtur.

Peregrinus quidam à Jerosolyma rediens super oram navis sedens cecidit. Invocato autem D. Jacobo Apostolo, quidam socius ejus clypeum suum ei in mare jecit. At ille clypeo accepto D. Jacobo ducente, tribus diebus & tribus noctibus natans, navis vestigia secutus, ad optatum portum cum aliis incolumis pervenit. Vincentius in Spec. Histor. lib. 26. c. 35.

Clarus habetur B. Benedictus Vallis-Umbrosanæ Congregationis lectissimus flosculus, ex cujus demortui ore mirandæ fragrantie liliolum succrevit.

Annus Christi 1105.

Henricus filius exauctorat Patrem Henricum Imperatorem, Episcopus orthodoxos sedibus suis restituit, ejectis schismaticis intrusis.

Celeberrimus totius Germaniæ Præsulum & Principum Conventus Moguntie celebratur.

Guiberti Antipapæ ossa, quæ Ravennæ sepulta fuerant, decreto Paschalis Papæ exhumata sunt, & in fluenta projecta.

Moritur in Oriente Raymundus Comes Tolosanus, Princeps pietate & armis insignis; & Balduinus Rex prævio ligno sanctissimæ Crucis, ingentem divino auxilio adeptus est contra Turcas victoriam.

Diem obit Elias Archiepiscopus Bariensis, ex Ord. D. Benediçti. Item B. Joanna ex eodem Ordine Monialis Balneis, cujus sanctitatem Deus prodigiis manifestavit; nam mox ut vitâ functa fuit, campanæ nemine pulsante consonuerunt; patriam quoque à gravissima peste liberavit devotè invocata; cum quidam Reliquiarum ejus partem clam noctu sustulissent, in suam ipsorum patriam transferendam, cum per totam noctem incedentes, longè à Balneo distare se arbitrarentur, manè ad Balneum

N n 2

Eccle-

Ecclesie januam se consistere experti sunt. Philip. Ferrar. Wion.

Ad caelos è terris abit B. Jarento Abbas Monasterii S. Benigni Divione, Ordinis S. Benedicti.

Mortalis corporis exuvias deponit Domnaldus Episcopus Armachanus & Hiberniae Primas.

Hartvvicus filius Engelberti Ducis Carinthiae, creatur Episcopus Ratisponensis.

Obiit S. Petrus Monachus Benedictinus & Episcopus Aragoniae, qui ex illustrissima Principum Salernitanorum familia natus, Pontificali insignitus tiara, pluribus coruscavit miraculis: praedixit ipse obitum suum, & S. Brunonis Signiensis Episcopi ad funus suum occursum, qui dum nocte in preces effusus, versus Anagninam oculos verteret, urbem magno circumdatam lumine vidit, & Angelorum Musicam audit. Manè autem superveniens Petrum mortuum reperit, & digno cum honore tumulo condidit, campanis ultrò consonantibus, cum vir sanctus mortalitatem exisset. Philip. Ferrar. Hug. Menard.

Obiit B. Oderisius Abbas Casinensis, S. R. E. Cardinalis.

Raymundus Agilesus de Podio, in lucem profert historiam Francorum qui Ierosolymam ceperunt.

Henricus IV. Imperator exauctoratus cum valido exercitu Austriam in odium Diopaldi Marchionis filio adherentis aggreditur, & crudeliter devastat; quo cognito, qui cum Rege Henrico erant juniores, collecto exercitu obviam eunt ad conflictum, die autem praelii decretâ, Principum consilio, maximè autem Henrici junioris conatu, ut sanguini parceretur Christiano, castra dissolvuntur. Hâc animi moderatione Henricus Imperatoris filius Principum sibi animos magis conciliavit, magisque in seniores odium eorum increvit.

Gebhardus Abbas Hirsaugiensis nominatur ab eodem Episcopus Spirensis.

Ruthardus Archiepiscopus Moguntinus, ex Thuringia, quò tyrannidem Henrici IV. fugiens discesserat, Moguntiam reducit, Sediq̄ Archiepiscopali cum plausu bonorum restituit. Senior interim Henricus novas technas cudit, sed Principum solertia praevenitur.

Vigesimâ tertiâ die Decembris, visus est ab Occidente tantus in caelo ignis flammare, ut solis jubar crederetur.

Moritur Dux Fridericus, Henrici IV. Imperatoris gener, ex Adelhaide conjugè prole egregiae indolis, ante discessum ex hac vita decoratus.

Annus Christi 1106.

Floret S. Osmundus, Episcopus Sarisburiensis.

Moritur Rupertus Episcopus Herbipolensis, completo regiminis biennio.

Henricus senior Imperator exauctoratus declamat in Papam.

Wernerus quidam collectis per Italiam copiis, corruptisque multâ pecuniâ nonnullis Romanis, dum Paschalis Pontifex apud Beneventum ageret, quemdam Pseudo-Abbatem de Far-

fa, Cathedrâ S. Petri intrusit, & Silvestri nomine appellari voluit; qui tamen paulò post à Catholicis turpiter expulsus est.

Legati missi ex Conventu Imperii Moguntiae habito Romam, apud Tridentum, ab Adelberto quodam partium illarum Comite capti, & in carcerem coniecti sunt, sed mox per Welphonem Ducem Noricum liberati.

Consumptus mœrore moritur Henricus IV. Imperator exauctoratus, totos quinque annos sepulturâ carens ob excommunicationem.

Papa Guastallæ Synodum celebrat, & in Gallias pergens, Cluniaci Natalem Dominice celebrat.

Moritur Philippus Galliae Rex, cui succedit filius Ludovicus Crassus.

Petrus Alphonso Judæus, ætatis anno 44, ab Alphonso Hispaniae Rege de facto baptismo suscipitur.

Edgarus Scotiae Rex, Coldingamiae Ord. Benedictini Cœnobium, Divæ Ebbæ Virginii dicatum exstruit.

B. Conradus I. Henrici V. Imperatoris Cancellarius, Archiepisc. Salisburgensis creatur.

Diem obit Hugo Comes Cestrensis, & Rupertus Episcopus Herbipolensis.

Boëmundus Princeps Antiochiæ, ducit Carnoti in uxorem filiam Philippi Regis Francorum.

Rainaldus creatur Archiepisc. Tarentinus.

Godefridus Barbatus Comes Lovaniensis, Dux Lotharingiae inferioris & Marchio Antverpiensis ab Henrico V. Imperatore constituitur.

Obiit S. Joannes ex Monacho Benedictino Episcopus Eugubinus, miraculis clarus. Item B. Rudolphus quartus Prior generalis Congregationis Camaldulensis: decessit cum altè & continuè in caelum defigens oculos, grandi splendore circumdatus, sola labia orans movere videretur.

Moritur B. Walicho Abbas Weingartensis, Ord. S. Bened. Similiter Magnus Saxoniae Dux senio gravatus & morbo; succedit Lotharius, post Henricum V. factus Imperator. Illi in morte associatur Udo Saxoniae Marchio, Princeps ditissimus, cujus terra Lothario praefato aerevit.

Annus Christi 1107.

Mathildis quinquennis desponsatur Henrico Imperatori.

In Italia Tyrannorum vim opprimit Paschalis II. Papa, & Concilium Trecae indicit.

Henricus Rex Angliae contra Robertum Nortmanniae Comitem germanum suum, qui jam pridem ex Hierosolymitana expeditione redierat, ut regnum sibi jure debitum, tanquam natu majori, acciperet, in ipsa Nortmannia apud Tenebrachium acri praelio decertans obtinuit eum, & universam ejus ditionem in suam potestatem redegit, illumque oculis orbavit.

Mortuo Daiberto Patriarchâ Hierosolymitano, & deposito Ebremaro intruso, eligitur Gibelinus Arelatensis Archiepiscopus.

Natus est Gottvoldus IV. Comes Hennebergicus.

Obiit in Monasterio S. Laurentii Cultus boni, B. Benedictus Ordinis Vallisumbrosani Professus,

Professus, elevatis in caelum manibus; felicissimum sui transitus signum campana à nemine impulsâ, ultrò consonantes prodidère. In ejus ore post annorum ab obitu; 20. decursum lilium quasi recens natum, nive candidius inventum est, & corpus caelestem fragrantiam spiravit. Hug. Menard.

B. Albericus secundus Abbas Cisterciensis, Deiparae visitatione aliquoties dignatus, facie divino splendore fulgente, beatissimam animam efflat. Angel. Manriq. Montalb.

Obiit Paulina reclusa sub Regula S. Benedicti, in vita & post mortem infinitis clara miraculis.

Circa hunc annum vitâ functus est Manasses II. Archiepiscopus Rhemensis; item Mauritius Episc. Londoniensis in Anglia.

Reinhardus creatur Episcopus Halberstadiensis.

Alfonso VI. Castiliae Regi decedenti succedit Alfonso VII. Infans Aragoniae, Urracae praedicti Alfonsi filiae maritus, dictus Imperator Hispaniae.

Henricus V. Germaniae Rex Ratisponae Collegium congregat Principum, quorum consentu exercitum expedit in Flandriam contra Rupertum illius Comitem Imperio rebellem, regionem vastat, donec per internuncios Treugae fuerunt impetratae.

Dunense Ordinis Cisterciensis Cœnobium per S. Ligerium Anachoretam construitur.

Annus Christi 1108.

Moritur Gundulfus ex Monacho Benedictino, Episcopus Rossensis. Item Girardus sive Gerardus, Archiepiscopus Cantuariensis.

Feliciter comprimit Principum Romanorum insolentiam Pontifex: Concilio Londoniensi lis finitur de investituris.

Moritur Edgarus Scotiae Rex, bonis omnibus charus & verendus, malis adeò formidabilis, ut toto ejus regni tempore, nulli motus intellini, nullus ab hoste externo metus fuerit: ei sine liberis defuncto, successit frater Alexander cognomento Acer. Hunc inuito statim regno, juvenis Scotica quietis impatiens, rata pacatum (hoc est, ut ipsa interpretabatur, ignavum) futurum exemplo fratris, ut majore cum licentiâ latrocinaretur, eum occultâ fraude tollere decrevit. Ille, patefactâ conjuratione, in ultimam usque Rossiam fugere molientes est secutus, multi inter fugiendum caesi; Principes eorum vel tum capti, vel postea ad Regem adducti, laqueo strangulati.

Vivendi finem facit Philippus I. Galliae Rex. Item Godefridus Episcopus Magalonae.

Rudolphus ex Abbate S. Martini Sagienfis Ord. D. Benedicti, creatur Episcopus Rossensis, mortuo Gundulfo ex praefato Ordine.

Fatis concedit Adelbertus Episcopus Wormatiensis. Item Henricus Archiepiscopus Magdeburgensis, cui succedit Adelgozus.

Henricus V. Imperator Natalitia Festa Salvatoris Moguntiae celebrans, Rupertum Flandriae Comitem, Imperio antea rebellem, in gratiam & obedientiam recipit.

Cluniacensium Sanctorum è frequentissi-

mo numero, haud leviter se Deiparae commendat piâ devotione B. Bernardus vulgò Narbonensis, Nogentini Cœnobii Prior, qui ipsam quandoque spectabili apparentem formâ intueri meruit.

Annus Christi 1109.

Christianus exercitus Byblum insignem Phœniciae urbem expugnat, quâ Episcopatu ornatur.

Moritur Ludmilla Wratislavi I. Bohemiae Regis filia, fundatrix duorum Cœnobiorum Virginum, Viceburgensis & Bichlingensis; qui alios fundatores nominant, Ludmillam tamen Cœnobiorum reditus & opes plurimum auxisse fatentur.

Occumbunt duo illustrissima Ordinis Benedictini, imò Ecclesiae universae sidera, SS. Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis, & Hugo Abbas Cluniacensis.

Paschalis Papa Alfonso Aragoniae Regi, excommunicationem & privationem regni indicit, ob incestuosum conjugium; quam comminationem cum vilipenderet, ipse Dei vindictam expertus, postea à Saracenis peremptus est, Urraca autem incestuosa mortem subitanam ventre rupto est perpeffa.

Diem obit Ruthardus ex Abbate D. Petri Erfordia, Archiepiscopus & Elector Moguntinus; item Dietmarus Episcopus Wormatiensis; nec non S. Bernardus Calinensis in Campania felici Episcopus.

Ad Superos commigrat S. Dominicus Calciensis in Rivogia Hispaniae Provincia, ex Ordine Divi Benedicti, singularis Deiparae cultor.

Guillelmus d'Arguello creatur Archiepiscopus Bisuntinus.

Ludovicus VI. Crassus, Galliae Rex coronatur.

Moritur in Monasterio Cluniacensi B. Bernardus Narbonensis.

Claret Joannes, ex Monacho Casinensi S. R. E. Cardinalis creatus à Paschali Papa, non tam vitæ merito, quam doctrinâ venerabilis, discipulus praclarissimi Odorisi Abbatis Casini.

Henricus V. Imperator Francofordiae Conventum Principum habens, Sigefridum Comitem Palatinum Rheni ibidem capit, & Herbipolim incarcerandum mittit, eò quòd prodente Henrico Duce Lotharingiae (prius abrogato, nunc autem in gratiam Regis recepto) in necem & regnum ejus conspiraverit. Sic Sigefridus per triennium mansit carceri mancipatus, & postea intercessione Principum libertati gratiaque Imperatoris fuit redditus.

In eodem Principum Conventu Henricus Godefridum Abbatem Fuldensis, conspirationis accusatum deposuit, cui Wolphelmus in Abbacia successit. Fuerunt, qui dicerent Godefridum ex subordinatione amulorum contumeliam & injuriam in hac depositione fuisse passum. Eodem hoc anno Imperator Polonos bello aggreditur.

Annus Christi 1110.

Bethleem in Palaestina erigitur in sedem Episcopalem, & à Balduino Rege dotem accipit.

Moritur Gerhardus Episcopus Spirensis. Succedit Bruno.

Diem obit B. Aleydis, mater melliflui Doctoris Bernardi, die achorâ à se prædictis: visa non semel ab illo post obitum, magnâ claritate ac gloriâ circumdata. Bernard. Brito. Ang. Manriq.

Fatis concedit Guilielmus Archiepiscopus Rothomagensis. Circa hunc annum ad Dominum migrat S. Malchus ex Monacho sub regula S. Bened. Episcopus Lesmorensis in Hibernia, eruditione & miraculis patris insignis.

Bertholdus Comes de Hennenberg fundat Monasterium Augiæ Dei, vulgò Gotfavv.

Henricus Imperator Conventum Principum celebrat Ratisponæ, profectus postea in Lotharingiam, Mechtildem Anglorum Regis filiam sibi antè desponsatam, celebratis solenniter nuptiis ducit uxorem; exindè mense Augusto Romam profectus, in comitatu suo plures Episcopos, Abbates, Duces, Comites & Nobiles habuit. Per universam Lombardiam discurrans cum suo exercitu pacem omnibus dedit, eum pacificè recipientibus; cum autem fuerint nonnulli ejus Imperio contumaciter reluctantes, contra eos movit exercitum, munitiones eorum cepit, oppida & castella rebellantium evertit, undè factum, ut venire Romam hoc anno non potuerit.

Extinguitur ardentissima ac lucentissima Romanæ Ecclesiæ facula, Apostolicus per Germaniam Nuncius, & Constantiensium Episc. beatæ memoriæ Gebhardus Dux Zæringiæ, Monachus Hirsaugiensis. Item Bernaldus sive Bertholdus, Sacerdos Suevus, Pœnitentiarius Apostolicus, Scripitor historiæ sui temporis.

Annus Christi 1111.

Henricus Imperator Romæ adveniens, receptus extra urbem à populo, in porta à Clero, & ad superiores gradus S. Petri ab ipso Papa, & Episcopis ac Cardinalibus, Basilicam ingressus, cum à Papa sollicitaretur, de adimplentione pactorum conventorum, & in particulari de non se immiscendo investituris Ecclesiarum, ille fraudes suas detegens, non solum id denegavit, sed & eundem Pontificem, ipsum aliter coronare recusantem, cum Cardinalibus, ac magnâ Clericorum ac civium Romanorum multitudine, captivum sub militari custodia per plurimos dies detinuit, donec ille suadentibus Cardinalibus Imperatori annuit.

Cuno sive Conon Cardinalis Episcopus Prænestinus, Legatione Apostolicæ Sedis in Oriente fungens, audito Henrici sacrilegio, convocata mox Hierosolymis Synodo, eundem excommunicavit, & confestim advolans in Occidentem, eodemque Legationis munere circumquaque Provincias lustrans, collectis in Græcia, Hungaria, Saxonia, Lotharingia & Francia Synodis, ubique eandem excommunicationis sententiam repetivit.

Moritur Boamundus Princeps laudatissimus & fortissimus, cui successit filius Boamundus.

Balduinus Rex adjumento Danorum & Norvegiæ Regis classis, Berithum & Sidonem expugnat.

Alcetus primus creatur Episcopus Bethleem. Tyrius lib. 11, c. 12.

Gaufridus Brito ab Henrico Rege Angliæ & Duce Normanniæ Archiepiscopus Rothomagensis denominatur.

Alphonfus Rex Aragonum dictus Imperator, subactis Carpentanis triumphat.

Henrico Imperatore in Germaniam reduce, cadaver patris sui in excommunicatione ante quinquennium mortui, tandem Ecclesiasticâ sepulturâ honoratur Spiræ; indè digressus, Moguntiam se contulit, cum Imperii Principibus tractaturus.

Conradus Dux, Friburgum Brisgoviæ oppidum fundat, & brevi tempore magnifico opere consummat.

Annus Christi 1112.

Mitra & manto rejectis in Concilio Romano Paschalis Papa se abdicat, ob concessas investituras: rescindunt concessa Patres, & Paschalem Pontificem resalutant.

Mortuo Gibellino Patriarchâ Hierosolymitano, in ejus locum electus est Arnulphus.

E vivis pariter excessit Tancredus, Princeps Antiochiæ, insignis armis, sed præstantior pietate, cui in Principatu successit Rogerius, moribus plane degener.

Sigebertus Gallus Monachus Gemblacensis Ord. D. Benedicti, Annales à fine Tripartitæ historiæ, id est, ab anno Christi 381. usque ad annum præsentem perduxit.

Alphonfus Henrico patre Comite mortuo, primus Portugalliæ Rex salutatur.

Diem obit Eberhardus Episcopus Aichstadiensis. Item Baldericus Episcopus Noviomensis & Tornacensis.

Arx Armacana in Hibernia cum templis, tribusque ex cætera urbe plateis conflatur.

Moritur Hermannus III. Archiepiscopus & Elector Colonienensis.

S. Waldricus sive Baldricus urbis Laudunensis Episcopus, gladio per cives ejusdem urbis confoditur.

Moritur Grossulanus Episcopus Mediolanensis, cui sufficitur Jordanus.

Obit Samson Episcopus Vigornia.

Henricus Imperator Sigfridum Palatinum Comitem diutinâ custodiâ maceratum, interventione Principum liberum dimittit, filiumque ejus de baptismo suscipit; sed breviter hæc substitit reconciliatio, nam idem Sigfridus queritans, Imperatorem possessiones defuncti cujusdam Saxonie Principis ad se jure hæreditario pertinentes, in jus Regni attrahere, plures Saxonie Principes ad conspirationem contra Imperatorem concitat.

Rotenburgum juxta Necari fluminis ripas oppidum, terræ motu funditus destruitur, sed non diù post per incolas, qui ad memora confugerant, restauratur.

Annus Christi 1113.

Saxones & Palatinum triumphat Henricus Imperator.

Paschalis Papa Beneventi Synodum celebrat.

Balduinus Rex Hierosolymorum vivente adhuc primâ conjugè, ducit in uxorem Comitissam Siciliæ, quæ uxor fuerat Rogerii Comitissæ cujusmodi

cujusmodi sceleri infenso Numine, res Christianorum ceperunt in deterius labi.

Turcæ qui Hierosolymam capturi adveniant, re infectâ recedentes, Monasterium Benedictinorum in monte Thabor evertunt, & Monachos omnes occidunt.

S. Bernardus natus annos viginti duos, unâ secum plures quàm triginta socios è saculo Cistercium perducit.

S. Marina Virgo obiit Venetiis.

Firmitatis Cænobium Ordinis Cisterciensis in Burgundia conditur.

Odo vel Odardus, Abbas S. Martini Tornaci Ord. S. Bened. dein Cameracensis Episcopus, scriptis clarus obit. Item Udo Episcopus Hildesienensis.

Mortalem vitam cum cælesti permutat B. Ida vidua, Comitissa Bononiæ in Gallo-Belgica, post mortem miraculorum gloriâ illustris.

Obit Rainerius Episcopus Florentinus, cum annis 42. Ecclesiæ suæ præfuisset.

Monasterium SS. Justi & Clementis à Monachis Nigris Benedictinis, Camaldulensibus traditur.

Bartholomæus ordinatur Episcopus Laudunensis.

Moritur venerabilis Odo ex Monacho & Abbate Benedictino Episcopus Cameracensis: reliquit non pauca præstantis ingenii monumenta, quæ inter Homiliæ aliquot, & expositio Canonis Missæ præcipuè celebrantur.

Floret Ivo Carnotensis insignis Jurista, qui collectionem sacrorum Canonum in septemdecim partes lectu dignissimas divisit.

Cum magna sanctitatis opinione decedit Arnaldus Abbas Cistercii.

Alphonfus quidam ex Judæo conversus ad fidem Christianam, scribit pulchrum volumen contra errores Judæorum. Librum quoque unum de Philosophia & scientia.

Sigebertus Monachus Gemblacensis hæc tempora scribendo & docendo reddidit clariora: heroico metro scripsit vitam S. Theodori Episcopi lib. 1. Passionem & translationem S. Lucie metricè lib. 2. Vitam & gesta S. Sigeberti Regis lib. 1. Passionem Thebæorum versu heroico lib. 1. Vitam S. Guiberti fundatoris memorati Cænobii lib. 1. Chronicon & gesta Abbatum ejusdem Monasterii usque ad annum Domini 1140. Vitam S. Maclovii lib. 1. Vitam S. Theodardi lib. 1. Opus Metricum in Ecclesiasten lib. 1. De illustribus viris lib. 1. De Computo Ecclesiastico lib. 1. Epistolarum ad diversos lib. 1. Apologeticum ad Henricum Imperatorem. In præfatis laudem sibi concilians, eandem verò scribendo contra Decretum Gregorii VII. Papæ, & contra Epistolam Paschalis Papæ II. haud modicè minuit, convincitur enim sensisse cum Imperatoribus Henrico IV. & V. ab Ecclesia Romana excommunicatis.

Annus Christi 1114.

Moritur Noalo sive Gualo Episcopus Parisiensis. Similiter Thomas Archiepiscopus Cantuariensis; succedit Rudolphus ex Ord. D. Bened.

S. Otto Episcopus Bambergensis, Banthum

Ord. S. Bened. Monasterium in Franconia, aliquot ante annos vastatum, restaurat; & Pruvilingense in Bavaria de novo extruit, in quo S. Erminoldus primus Abbas constituitur.

Iterum Concilium Capercani cogit Paschalis, & mox aliud Bellovaci, quo Henricus V. Imperator excommunicatur.

Radulphus Episcopus Rossensis, vir scientiæ & moribus clarus, Archiepiscopus Cantuariensis salutatur.

Burchardus fit Episcopus Cameracensis.

Diem obit B. Bernardus fundator Congregationis in Tironio sub regula S. Bened. in Gallia, à juventute pietati & studiis addictus, à pueris condiscipulis Monachi nomine frequentius, sugillando vocabatur: post professionem Monasticam, cum ad Abbatialem dignitatem postularetur, celeri se fugâ subduxit, nec Episcopo quidem jubente redire annuit, priusquam alium Abbatem electum cognovisset. Prædictæ tamen dignitati humeros postea supponere coactus, hospitalitati summopere studuit: indè Romam pergens, oblatum sibi à Summo Pontifice Cardinalatum constantissimè respuit. Tanto in honore fuit apud Reges, ut ejus contuendi desiderio flagrant, & coram ipsum alloqui desiderarent. Corporis sui hostis rigidissimus, ægrotus nunquam medicum adhibere consensit, hieme ad ignem non accessit, costæ fracturam nullo adhibito remedio patientissimè pertulit; fuit præterea miraculorum gratiâ illustrissimus. Quidam de latè deprædicatâ ejus sanctitate male dubitans, dum curiosè eum observaret, vidit de nocte lucernam nemine tenente ipsum præcedentem, maximè deinceps ipsum facere didicit. Hugo Menard. Bucellin.

Jocerannus sive Gaucerannus fit Episcopus Lingonenensis.

Bartholomæus Falconis è Burgundia Principis filius, creatur Episcopus Laudunensis, factus postea Monachus sub regula S. Benedicti in Monasterio Fufniacensi.

Moritur Udo, Episcopus Hildesheimensis, succedit Bruningus.

Henricus Imperator Coloniam, ob Archiepiscopum, hujus urbis Fridericum secum non sentientem obsidet, sed frustrâ; interim recedens, omnia quæ in circuitu fuerunt vel ad Archiepiscopum vel ad cives pertinentia, hostiliter devastavit.

Dum moliantur Cænobium & Deiparæ Basilicam Conradus Baro de Seldenbüren, & Adilhelmus Einlidensis Asceta, primus postea loci ejusdem Abbas, optimam eorumdem voluntatem probare visa Angelorum Regina, & gratum habere quod molirentur, auditâ illic cælesti sapius musicâ Angelorum, eosdem mirificè animavit, effecitque ut de loco deligendo deinceps minimè dubitarent, quem Callistus postea II. ab Angelorum cantu, Montem Angelorum dici voluit, etsi Deiparæ esset dedicatus.

Annus Christi 1115.

Lotharius Saxonie Dux, Henricum V. Imperatorem prælio vincit, occisis utrinque 45000. Moritur Mathildis, uxor Welphonis Ducis, dotatrix Romanæ Ecclesiæ.

Gravis Romæ tumultus consopitur.

Trojæ in Apulia Concilium cogitur.

Mogun-

Moguntini pro suo Archiepiscopo captivo insurgunt in Imperatorem, & ut ille liber dimitteretur, evincunt.

Arnulphus Patriarcha Hierosolymitanus à Legato Papæ deponitur.

Buggo amplâ & honestâ familiâ de Achornatus, Præpositus Aschaffenburgensis, Vangionum Præsul creatur.

Guilielmus Anglus, Tyri primus Archiepiscopus post bellum sacrum creatur.

Morimundum Ordinis Cisterciensis Cœnobium conditur.

Mortalitatem exiit B. Vitalis Abbas Savigniaci in Gallia. Item Lambertus Episcopus Atrebatensis; nec non Ebbo Episcopus Wormatiensis, Monachus Benedictinus ex Monasterio Laurissâ, vir magnâ virtute & doctrinâ præditus.

Obit Petrus hujus nominis II. Episcopus Pictaviensis apud castrum Calviniacum, miraculis à morte honoratus. Item Gualterus Episcopus Cabilonensis.

Resignante Episcopatum Hildesheimensem Brunningo, succedit Bertholdus.

Robertus in Episcopum Atrebatensem suscipitur.

Decedit S. Ivo Episcopus Carnotensis in Gallia; vir invictæ animi constantiæ, qui cum Philippi Galliæ Regis nuptiis cum Bertrada, quam Fulconi, Andium Comiti, uxorem abstulerat, assistere noller, ab illo multimodis afflictus, & carceri inclusus est: vitam sanctam pari tandem morte conclusit.

Ad cœlos ex Francia migrat Venerabilis Hildeburgis vidua, quæ sub regula S. Benedicti vixit, & multis post obitum suum coruscavit miraculis.

Burchardus creatur Episcopus Cameracensis.

Moritur Venerabilis Petrus Inclusorum sub regula S. Benedicti institutum secutus, qui lapsâ à cœlo ad ipsum schedulâ, propugnandæ sacræ adversus Saracenos expeditionis author deputatus est. Ejus sacrum corpus post annos ab obitu 127. integrum cum barba repertum est.

Decedit B. Memoria Bonifilius de Bonifiliis ex Abbate B. M. V. Storacensis Ord. S. Bened. Episcopus Fulginas.

Adelais Humberti II. Sabaudia Comitis filia, Ludovico Crasso Galliarum Regi nubuit.

Lotharius Saxonie Dux, post gloriosum de Imperatore reportatum triumphum, Ecclesiam Monasterii S. Egidii Ord. S. Benedicti propè Brunsvicum per Theodoricum Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem consecrari facit.

Henricus Imperator amicorum consilio inductus, nec minus totius Imperii Principum querelis compulsus, generalem Optimatum Conventum ad principium mensis Novembris apud Moguntiam celebrandum indicit, ubi liberam omnibus audientiam, de sibi objectis vel obijciendis rationabiliter satisfactionem, & de suis exorbitanter actis correctionem promisit. Principes verò ad illum per pauci venerunt.

Adelbertus Moguntinæ Ecclesiæ Archiepiscopus liber ab Imperatore dimissus descen-

dit ad Coloniam, ubi à Theodorico Romanæ Sedis Legato consecrationem diu interceptam solenniter accepit.

Imperator Natalem Domini Spiræ celebrat cum paucis Episcopis & Principibus, ea quæ interim Colonia contra ipsum in publico gerebantur Conventu graviter ferens. Missus tamen ab eo illuc Erlongus Episcopus Herbipolensis audientiam vel communionem Principum habere non potuit, donec more Ecclesiastico reconciliatus fuit, quo factò Casarius imposterum vultum & familiaritatem vitavit, undè commotus Imperator cum aliter sævire in ipsum non posset, Ducatum Orientalis Franciæ ei abstulit, & eum Conrado sororis suæ filio commisit. Exindè se cum conjugè in Italiam contulit, & præter ceteros Legatos Pontium Abbatem Cluniacensem misit, qui inter utramque partem pro rebus componendis magno labore desudavit. Moritur interim Mechtildis Conradi fratris Imperatoris Longobardorum quondam Regis uxor, quæ Henricum ingentium suarum divitiarum hæredem scribit.

Claravallense clarissimi nominis Monasterium conditur.

Annus Christi 1116.

Nihil antiquius Cæsari, quam simulare, ergo pacem flagitans eluditur; Anglo-Saxini adfuturus contra Gallum, prohibetur ab Imperii Principibus.

Romæ celebratur generalis Synodus ex diversorum regnorum & Provinciarum Antistitibus & Magnatibus.

Reginbertus Abbas S. Petri Salisburgi, fit Episcopus Brixinensis.

Moritur Gebhardus Episcopus Constantiensis.

Gaufridus eligitur in Episcopum Carnotensem.

Paschalis II. Papa Vabriense Monasterium Ord. D. Bened. Pontificiis privilegiis communitur. Investituras ab Henrico V. extortas solenniter revocat.

Moritur Aliaptu, qui ut Califii dignitatem in Perside obtineret, Mahometis sectam amplexus, Sultanus Mahomed Ben-Argon dein dictus fuit, extruxit Sultaniam urbem, & regionem Damascenam subegit.

Obit Theodoricus S. R. E. Cardinalis, & Colonia sepelitur, vir vitæ merito & doctrinâ venerabilis.

Imperatore absente discordiâ scindebatur Imperium Germanorum. Conradus Friderici, neposque ipsius Imperatoris Henrici, cui Ducatum Francorum Orientalium Erlongo Præsuli Herbipolitano violenter ablatum commiserat, per totam Diœcesim Herbipolensem percurrere cum suis latrunculis, omnia vastat, rapit, subvertit, nulli parcens gradui, nulli deferens ætati. Adelbertus quoque Moguntinæ Ecclesiæ Archiepiscopus, memor injuriarum, omnes vires contra Imperatori fideles tentat, à quibus tamen non pauciores retulit injurias, quam ille inferre poterat; ob dictas Principum discordias, multa Monasteria, inter quæ Fuldense, ad summam redacta sunt paupertatem,

Inter

Inter sæculi hujus eruditissimos haud parum exsplendescit Honorius Augustodunensis Ordinis S. Benedicti, egregii ingenii præstantissimi monumentis immortalis.

Annus Christi 1117.

S. Otto Episcopus Bambergensis, Monasterium S. Michaëlis ibidem ex terræ motu convulsam redintegrat.

Henricus Imperator cum exercitu Romam venit, ubi absente Papâ, accito perduto illo Mauritio Burdino Bracarensi Archiepiscopo coronari se fecit.

Ad supera emigrat Sanctus Benno Misnensis Episcopus, grandibus prodigiis Schismaticos & Cæsarem confundens, ac terrens.

Paschalis Papa in partibus Apuliæ Concilium celebrat, in quo præfatus Burdinus excommunicatur.

Cum ingens terræ motus universam Italiam per plures dies quateret, villa quædam prægrandis mora est repente de statu proprio, & in alium locum longè remotum translata.

Moritur Robertus de Abruscillis, vir eximie doctrinæ & pietatis, Theologus Parisiensis. Item Nicolaus Muzalon Patriarcha Constantinopolitanus, cum sedisset annos viginti septem. Cui successit Theodorus patriâ Chalcedonensis.

Joannes Zonaras apud Græcos, Annales suos ab orbe condito, usque ad hunc annum perduxit. Anna Alexias libris 20. Zonaræ narrationem prosequitur.

Bona vallis Ordinis Cisterciensis cœnobium fundatur.

Ad superos abit B. Gervinus Abbas Aldenburgensis cœnobii, Ord. S. Benedicti in Flandriâ, hic in juventute sepulchrum Christi Hierosolymis bis visitavit, prophetico spiritu ventura prædixit, 40. annis à carne & pinguedine abstinuit, munera potentum, qui iniquitate prævalebant, nullo modo admisit, iisque similiter Monachis suis, ne deinceps admitterent, seriò interdixit. Demùm abdicato honore, contemplationis studio ad solitudinem nemoris Cosfort secessit, ubi ædiculam exstruens eaque se condens, vitæ finem præparatissimus expectavit acceptaque.

Ad cœlorum regna transit S. Georgius Episcopus Suelli in Sardinia, miraculis clarus, quæ inter ægros sanavit, dæmones effugavit, mortuos excitavit, fontesque perennes ex arida eliciuit.

In Italia Athesis adeò excrevit, ut Veronæ omnes in plano habitantes cum maximâ domorum strage in fugam compulerit.

Cuciacum Monasterium in Laudunensi R. P. Brentano Epitome Chronolog.

si diœcesi, cedit Ordini Præmonstratensi.

Ansericus ex Decano Æduensi fit Archiepiscopus Bisuntinus.

Decedit Anselmus Decanus & Archidiaconus Laudunensis: explanavit vetus & novum Testamentum glosâ interlineari & marginali.

S. Theogerus ex Monacho Benedictino Hirsaugiensi creatur Episcopus Metensis.

Circa Leodium in quodam monte quo præter pluvialem nunquam videri aqua confuevit, subito ingens fluvius erupit, qui non modicam civitatis partem diluens cum maximo Leodiensium damno Trajectensium se finibus infudit.

Padus fluvius in Italia durante terræ motu in altum se dicebatur erexisse, stante aquâ in modum fornicis à fundo separatâ, & sursum in aëra suspensâ, itâ, ut inter terram & aquam via pateret transire volentibus, cumque diutius sic aqua elevata per modum arcus pendisset in aëre, tandem in semetipsam collisa tanto cum strepitu ab alto demittitur, ut per multa milliaria audiretur.

Apud Cremonam Lombardiæ civitatem puer infans, qui pannis obsitus jacebat in cunis, repente prorupit contra naturam in vocem, & seniore fratre suo panem à matre postulante, illaqueque cibum esurienti præparante, quasi compescens utrumque dixit: *Cessate mortales, escas præparare, O mox perituri! ecce sanctissima Dei Genitrix virgo Maria stat ante Christi tribunal, ut suis avertat judicium precibus: quod mundo iudex intentat pro peccatis: & mox siluit, nec quicquam antè naturæ tempus locutus est.*


In partibus Cis-Rhenanis ubique conspirationes & interfectiones in tantum videbantur, ut in ipsâ civitate Moguntinâ cædes publicæ fierent, & rapinæ, nemoque vel in domo suâ tutus esset.

Moritur sub hoc tempus B. Sergius Amalphitanus Casinas Monachus, cultor B. Mariæ Virginis devotissimus, qui cum ad ultima veniens vidisset eandem Dominam venientem, mox sursum erigens manus, *Domina mea, Domina mea*, exclamavit. Cumque à præsentibus rogaretur, utrum Deiparam intueretur, *Hic nempe est*, ait, cumque dicto exspirans Dominam secutus est suam ad æterna palatia.

Annus Christi 1118.

Moritur Paschalis II. Fit Gelasius secundus ex Monacho Benedictino Pontifex summus. Quod cum audisset pacis inimicus Cencius Frangipanis Henrici Schismatici Imperatoris fautor, more draconis immanissimi sibilans

o o



lans cucurrit, foras fregit, Ecclesiam furibundus introiit, Papam per gulam accepit, distraxit, pugnis ac calcibus percussit, & tanquam brutum animal intra limen Ecclesie acriter calcibus cruentavit, per capillos & brachia detraxit, atque domum usque deduxit, ubi eum catenavit & clausit. Similiter & Episcopi, Cardinales, atque alii qui convenerant, magna ex parte à satellitibus Cencii vincti sunt, aut de jumentis præcipitati, expoliati, & inauditis miseriis afflicti. Donec sparsa tam horreni sceleris fama, convenit in Capitolium universa civitas cum suis ducibus Catholicis, & ab eis Pontifex ex manibus Frangipanis repetitus est, & in Lateranum solenni pompa deductus, postea Cajeta consecratus est. Henrico Imperatore intrudente in cathedram Petri Mauritium Burdinum Archiepiscopum Bracarensem, quem Gregorium appellavit.

Gelasius ob insidias Frangipaniorum Romanam rursus deserere & fugâ sibi consulere cogitur, qui tandem in Gallias se recipit.

Cono Cardinalis Episcopus Prænestinus, Legatus Pontificis, duabus Synodis Coloniae & Frizlarie habitis excommunicationem adversus Henricum Imperatorem denuò promulgat.

Instituitur Hierosolymis Ordo militum Templariorum.

Moritur Balduinus Hierosolymitanus Rex qui successorem deligit Balduinum de Burgo affinem suum, contra quem cum alii Eustachium Comitem Bolonensem elegerent, hic boni Christiani causâ Balduino spontè regnum cesit.

Obiit hoc pariter anno Arnulphus Patriarcha Hierosolymitanus, cui succedit Guarimundus. Item Florentius Wigornienfis ex Ord. D. Benedicti, historicus.

Vitâ similiter functus est Alexius Imperator Constantinopolitanus, ubi regnasset annos 37. menses quatuor & dies aliquot: præcesserat illud loco prodigii habitum, quod vehementissimo ventorum turbine statua Constantini ænea, sita supra celeberrimam columnam propheticam in Placoton, prostrata est atque contrita, cujus etiam immensâ ruinâ plurimos necari contigit.

Curia Dei Ord. Cisterciensis Monasterium Dicecesis Aurelianensis conditur. Item Oratorium ejusdem Ordinis cœnobium: Similiter Prulliacum.

Vitâ fungitur S. Godefridus ex Monacho Benedictino Episcopus Ambianensis. Item Adelgotus Archiepiscopus Magdeburgensis, cui succedit Rukerus.

Regnum mortale cum immortalis commutat S. Mathildis Malcolmii tertii Scottorum Regis filia, Henrici I. Angliæ Regis conjux, miro erga pauperes amore & liberalitate prædita.

Die Dominicæ Resurrectionis valdè manè, cœlum à parte meridianâ apertum, tantam lucis effudit abundantiam, ut luna, quæ tunc clarissima videbatur, lumen inæstimabili fulgore absorberet, & per unam, vel amplius horam omni solis luce clarior permaneret. Durante hæc

luce coruscâ, crux non modica per eandem cœli scissuram dependens tam manifestè apparuit, ut tam auri quàm gemmarum varietas discerni poterit, uti Egbertus Abbas in sua historia refert.

Berchtoldus Dux de Zähringen Friburgi structuram absolvens, brevi post moritur S. Otto quoque Episcopus Bambergensis Uraugianæ Benedictini Ordinis cœnobium condit, cui pro primo Abbate assignatur Eckbertus Monachus Hirsaugiensis. Scripsit Chronicon ab origine mundi usque ad annum Christi 1124. & alia plura.

Chuno Prænestinus Episcopus S. R. E. Cardinalis, Coloniae Concilium pro reddendâ Ecclesie pace celebrat.

Claret egregiâ sanctitate Virgo Sanctimonialis B. Amadei Lausanensis Episcopi lectissima soror, Amadei Albæ Ripæ Domini filia, sanguine illustris, quæ à cœlitum Regina chirothecâ donatur quam petenti Germano negare non potuit, cum vicissim illa insignes ab eo in laudem Dei paræ scriptos sermones exambiret. Servatur etiamnum donum illud cœlestis in Basilica Lausanensi, egregiis sæpè miraculis nobilitata chirotheca.

Annus Christi 1119.

Moritur Gelasius II. Papa, postquam Dei Ecclesiam gubernasset mensibus undecim, diebus 29. succedit illi Calistus II. Monachus Cluniacensis ex Ordine Divi Benedicti, olim Guido dictus, natione Francus, Archiepiscopus Viennensis, S. R. E. Cardinalis, Burgundie Ducis filius.

S. Otto Episcopus Bambergensis, Campum Michaëlis, Ordinis D. Benedicti cœnobium construit.

Galli ab Anglo profligantur.

Collectus est Conventus Generalis Triburienfis omnium Statuum Imperii, cui Henricus Imperator tanquam reus interveniens, de pluribus ipsi oppositis satisfactionem promissit, & ad Synodum à Callisto Papa Rhemis indictam pro reconciliatione Ecclesie, se accessurum sponsoit; cum autem investituras Ecclesiarum deponeere nollet, rursus excommunicationis sententia in ipsum vibrata est.

Floret Sigebertus Monachus Gemblacensis Ord. S. Benedicti Chronographus, qui ab orbe condito, ad sua usque tempora Chronica perduxit, ac de Francis præcipuè & Germanorum Imperatorum rebus gestis multa collegit.

Moritur Poppo IX. Comes ab Henneberg, Burggravius Herbipoli. Item Radulphus Archiepiscopus Turonensis.

Joannes Indorum Patriarcha Romam venit.

Manfiada Monasterium Ord. Cisterciensis in Provincia conditur.

S. Otho Monachus Benedictinus & Anchoreta floret Ariani in regno Neapolitano.

Diem obiit Venerabilis Petrus de Hon-

stis fundator Portuensis Monasterii Clericorum, vir eximiâ vitæ sanctimoniâ. Item Rainaldus Archiepiscopus Tarentinus.

Item Othbertus Antistes Leodiensis, cui succedit Fridericus.

Thurstanus creatur Archiepiscopus Eboracensis.

Decedit Obertus Episcopus Leodiensis, cui succedit B. Fredericus.

Celebratum est Concilium Rhemense.

Moritur Guillelmus de Campellis, ex Episcopo Catalaunensi, Monachus factus sub Instituto Cisterciensium.

Claret S. Gerardus Andegavis in Monasterio S. Albini Ord. D. Benedicti. A puero nullâ unquam carnis contagione funestatus, virgo mente & corpore semper permansit, duram & asperam vivendi rationem amplexus, cilicio carnem domuit, quod ferreo in super circulo super lumbos, quò arctius corpori adhæreret, firmiter adstrinxit. Binis similiter annulis ferreis brachium utrumque, & ferreo in super torque colulum circumdans, huic ad majorem cruciatum lapidem, & plumbi gravioris massam appendit. Spiritu prophetico donatus, Gelasii Papæ mortem, V. Vilhelmi item alio tempore Angliæ Principis cum flore Procerum Anglorum naufragium in spiritu cognovit. Hugo, Menard.

Breidenavienfis in Archidiecepsi Moguntinâ Monasterium Ordinis nostri à V. Verno Comite de Grüningen fundatur, cui pro primo Abbate præponitur Drutvvinus Monachus Hirsaugiensis.

Decedit Adelgifus Archiepiscopus Magdeburgensis, juvenis quidem ætate, sed moribus canus, eruditus, Deo hominibusque charus, cui in Archiepiscopali Sede succedit Rogerius.

Moritur ex vulnere in obsidione castri cujusdam Balduinus VII. Flandriæ Comes.

Plurima sub hunc annum in honorem Dei paræ conduntur Monasteria: Abbatia Boni loci, de Eleemosyna, de Fusnejo, de Oratorio, de Crista, de Locedio, de Bullio.

Annus Christi 1120.

Pacis fœdera ineunt Gallus & Anglus. Occurrente Romam Callisto Burdinus Antipapa fugit in munitiorem Sutrinam, Callistus verò direxit iter mox Româ in Apuliam, ut Normanos ad expugnationem dictæ munitiōnis hortaretur; ubi & Duci V. Vilhelmo, more superiorum Pontificum Calabriae & Apuliae investituram concessit, ipse verò V. Vilhelmus vice stratoris equitanti Pontifici obambulavit.

S. Norbertus Ordinem Præmonstratensem instituit.

Moritur Rogerius Princeps Antiochenus in prælio peremptus: Balduinus verò Hierosolymorum Rex eo interempto, unâ cum Comite Tripolitano, prævio sacratissimo ligno S. Crucis, ingentem de Turcis est victoriam consecutus in vigiliâ Assumptionis S. Mariæ.

Patriarcha Hierosolymorum Samariae Concilium celebrat.

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Circa hunc annum obiit B. Vitalis Abbas Savigniacensis, virtutibus & miraculis celebris.

Vivendi finem facit S. Henricus Eremita in Angliâ, prophetiæ dono clarus; cum mortis suæ hora appropinquabat, harmoniam miræ dulcedinis vocum, *Te Deum laudamus*, alternantium, vir quidam in aëre audivit: corpus demortui mirâ venustate renituit. Bolland.

Obiit in Monasterio Casinensi Venerabilis Allmannus ejusdem loci Monachus, voluntariâ corporis mortificatione celebris: quo momento ex hac vitâ excessit, Nicolaus Cellerarius pro negotiis extra monasterium manens, mirabiliter de morte edoctus, vidit tectum cœnobii aperiri, & maximum indè globum igneum egredi atque in cœlos ferri, missoque quamprimum nuncio, eâ ipsâ horâ & momento Allmannum mortuum intellexit: ne autem absque teste tantæ visionis esset, id ipsum Carbo Casinas Monachus, in cœnobio consistens, intueri meruit. Ex Mauro Marchesio.

B. Joannes Morinorum Episcopus Chocquenfe Canoniorum Regularium cœnobium condit.

S. Theogerus Metensis Episcopus secedit in Monasterium Cluniacense, ibique vitæ finem postea imponit.

Conradus Episcopus Constantiensis ex Ordine D. Benedicti Sanctorum catalogo inseritur.

Claret B. Rogerius Abbas monasterii Trium Fontium in Gallia Ordinis Cisterciensis.

B. Guarterus Abbas Pontifara, egregiis virtutibus & admirandâ vitæ sanctitate Ordinem Cisterciensem illustrat.

Claret in Monte Casinensi B. Albericus Monachus, à magno vitæ rigore atque penitentia studiolaudatissimus: is decennis etiamnum puerulus, singulari Numinis Providentiâ morbo correptus & ad extrema perductus, raptus spiritu, ad loca pœnarum ac paradisi à Principe Apostolorum Petro perductus est. Quo quidem tempore, raro ipsâ prolixitate exemplo, diebus novem totidemque noctibus, immobilis sine sensu, ac velut mortuus jacuit: redditus sibi mox ad dictum Montem convolans, Monachum professus est. Ex Chron. Casin.

Moritur Adelgozus Archiepiscopus Magdeburgensis. Item Cuno ex Abbate Sigeburgensi Episcopus Ratisponensis. Nec non Jordanus Antistes Ecclesie Mediolanensis, cui succedit Olricus.

Floret in Monasterio Sublacensi venerabilis Palumbus, qui in sacrâ specu S. P. Benedicti includi petiit, & rigidissimè vixit.

Claret singulari vitæ sanctitate & rigore S. Bartholomæus Monachus & Eremita ex Ordine Divi Benedicti in Angliâ. Item B. Joannes Monachus Cisterciensis, Divi Roberti in solitudine socius, vir insignis vitæ rigoris.

Obiit cum sanctitatis notâ B. Ligerius Anchoreta sub regulâ S. Benedicti. Floret Absalom Canonicus Regularis Ordinis S. Augustini.

stini Parisiis, scripsit sermones festivos quinquaginta & unum.

Mense Junio in diocesi Trevirensi tempestate suscitata in aere, glacies mirae magnitudinis cecidisse ferebatur, quae non solum agros & vinea graviter laesit, sed aedificia pariter & domos complures penitus evertit. Apud Saxones quoque & maxime in Diocesi Halberstadiensi gravissima tempestat eodem tempore suborta, in novem villarum finibus non solum frumenta, sed & bestias agri cum volatilibus innumeris consumpsit.

Moritur Comes Palatinus Fridericus, cujus animam servus quidam Dei vidit in poenis post fata gravissime torqueri, quod Henrico Imperatori excommunicato adhaesisset.

Claret vitae sanctimoniam & doctrinam Rudolphus Abbas Monasterii S. Trudonis Ordinis nostri in Brabantia. Scripsit insigne volumen contra Simoniacos in septem libros divisum. Chronicorum quoque lib. unum.

Obit non sine opinione sanctitatis Bruno Abbas Hirsaugiensis.

Altostracum Hospitale praedives apud Ruthenos in Gallia per Alardum Flandriae Comitem fundatur.

Baldwinus II. Rex Hierosolymitanus apud Ascalon urbem 14000. Saracenos mactat.

Capuana civitas conflatur, & igne tota fere absumitur. Tunc etiam S. Benedicti Monasterio ignis undique minabatur. Fratres autem humanis rebus diffidentes, & in solo Dei adjutorio sperantes, Corporale sumentes extra Monasterium in medio ignis posuerunt; tunc mirum in modum reversus ignis, propius accedere non audebat; civibus etiam omnibus quaedam manus, ignem a Monasterio propellens visa est. Corporale vero prorsus ab ignis injuria illa sum mansit, praeter quod causa testimonii ejus in medio foramen parvum factum est. Sanctuar. Capuan.

Annus Christi 1121.

Moritur Jonas Ogmudus Episcopus Holarum in Islandia.

Turcarum Princeps magno apparatu contra Antiochiam rediens, apoplexiam percussus interit.

Callistus Papa Burdinum Antipapam in Sutrinam urbem obsidet capitque, quem milites innumeris maledictis impetitum, & pilosam pelle vervecis pro chlamyde rubeam indutum, camelo ex adverso supposuerunt, datam ei in manibus pro frano caudam cameli, & per mediam urbem Romanam eo modo deductum, vix ejus vitam impetrante Callisto, ad perpetuum carcerem deportarunt. Sed & ad pacem perpetuo conservandam idem Callistus turres Cencii Frangepani demolitur, nec non Comites nonnullos rerum Ecclesiae invasores domat.

Herbipoli Conventus Imperii Statuum celebratur, per quod bellum inter Imperatorem, Archiepiscopum Moguntinum & Saxones ortum sopitur.

Martyrii palmam in Germaniam obtinet S. Erminoldus Abbas Ord. S. Benedicti in Pruefelingen.

Romualdus Archiepiscopus Salerni ordinatur, mortuo Alfano.

Vitam cum morte permutat Hermannus Abbas S. Pantaleonis Coloniae Ord. S. Benedicti ex Comitibus Zutphaniae.

Godefridus Comes Namurci fundat Abbatiam Florentinensem Ordinis Praemonstratensis. Balduinus II, Rex Hierosolymitanus a Saracenis capitur.

Annus Christi 1122.

Moritur Hermannus Episcopus Pragensis in Bohemia: sufficitur Mainhardus Praepositus Boleslaviensis, vir invictae & heroicae proferus patientiae.

Decedit ex hac vita in Monasterio Schwarzacensi Ord. D. Benedicti Erlongus Episcopus Herbipolensis, post annos regiminis 16. in dicto Monasterio sepultus. Succedit in Sede Episcopali Ruggerus.

Emollitur tandem cor Imperatoris Wormatiensis Concilio, & ille investituris renunciat, pace Ecclesiae concessa.

Moritur Romae Ottocarus Dux Stiriae: item Florentius hujus nominis secundus, cognomento Crassus, Comes Hollandiae, relinquens filium infantem Dedericum hujus nominis sextum, pro quo regimen Comitatus sibi crediti tutorio nomine, strenue ac supra sexum mater Petronilla, Ducis Saxoniae filia, administrat.

Mortalitatem exiit Robertus Episcopus Lincolnienfis. Item Joannes Episcopus Bathoniensis. Nec non Reinhardus Episcopus Halberstadiensis.

Vitam cum morte commutat B. Eginus Abbas Monasterii SS. Udalrici & Afrae Augustae Vindelicorum: ejus conatus & vitae eximiam sanctitatem illustribus miraculis Numen commendavit, nam cum Hermanno Augustano Episcopo excommunicato communicare nolleret, ab eodem improbe exagitatus, & cum flesti nullo modo posset, caenobio eiectus est. Ubi stupenda quamprimum evenere. Namque impio & sacrilego Pontifice armata manu, magno cum furore in caenobium irrumpente, sacer claustrum ambitus terrae motu fortiter concussus est, & campanili horrendum nutante campanae sponte sua, nemine impellente sonitum edidit. Ad hoc tumba S. Afrae Martyris ferreis vinculis dislientibus fere referata est. Carol. Stengel.

Nonis Aprilis quartam noctis vigiliam, cum Fratres Casinenses nocturnam Synaxim cantarent, stellae de caelo innumerabiles cadere, & quasi pluere visae sunt toto orbe terrarum. Petr. Diacon. in Chron. Casin. lib. 4. c. 81.

Corporis mortalis sarcinam deponit Erisiphus Abbas Fuldenfis, vir in agendis prudentissimus, hinc cum Spirensi Episcopo a Principibus Germaniae pro componenda pace inter Imperatorem Henricum V. & Ecclesiam missus fuerat. Succedit ei in Principali Abbatia Udalricus.

Chuno Episcopus Argentinensis deponitur, subrogatur ei Bruno.

Fridericus Archiepiscopus Colonienfis, caestellum Carpenam capit ac destruit.

Claret Hugo ex Abbate S. Germani Benedictino, Episcopus Antistodorenfis, vir scientiam & moribus insignis.

Ber-

Bercholdus III. Comes Zehringensis, fundator Friburgiurbis in Brisgavia, Molsheimii occiditur.

Fundatur Monasterium Vallium Cernarii Ord. S. Benedicti.

Annus Christi 1123.

Capto a Turcis Balduino Hierosolymorum Rege, adveniens Venetorum classis Aegyptiorum classem navibus longe superiorem vincit, & paulo post tria millia militum Christianorum, adversus quadraginta Saracenorum milia prodigiosam victoriam obtinent.

Joannes quoque Comnenus Imperator Orientis, ingentia de Scythia Thraciam invadentibus aliisque barbaris trophaea reportat ope Dei Genitricis Mariae, cujus in gratiarum actionem imaginem magnificentissimo curru triumphali impositam insigni pompa Constantinopoli eduxit.

Arnoldus II. vel ut alii Arnulphus, Abbas Corbejensis in Saxonia, ad Spirensis Episcopatum postulat, mortuo Brunone.

Moritur Chuno Episcopus olim Argentoratensis. Item S. Petrus ex Ordine D. Benedicti Episcopus Policastrensis & Abbas Gavensis. Vixit in magno vitae rigore & abstinencia tantam, ut penes vocem perderet, lorica ferream ad nudum corpus eodem usque gessit, quoad exesa atque dirupta ab ejus corpore sponte caderet; solitus etiam, hiberno maximo tempore, carnis edomandae & castigandae studio in piscinam se proximam immergere. Claruit illustribus in vita & post mortem miraculis; illud rarius, cum navigium quo vehebatur mensum esset, ipse super aquas ad littus processit, neque vestimentis ejus, neque quae ad ipsum aliquo modo spectabant vasis sacris, libris aliisque, vel levissime quidem madefactis, cum tamen diutius mensa pelago natarent atque fluctibus agerentur. Ex Phil. Ferrar. Annal. Bened.

Diem obit Olicus Episcopus Mediolanensis, cui succedit Anselmus V.

Moritur Venerabilis Ludovicus cognomento Saltator, ex Thuringiae Landgravio Monachus Benedictinus, qui olim Udalrici Saxonum Ducis filiam legitimam conjugem repudiatam, Adelheidem Othonis Marchionis in Staaden & Soltvedel filiam adamavit, Friderico Saxonum Palatino nuptam, quam ut potiretur, indigno scelere se contaminans, maritum ejus nil tale metuentem in venatione interemit; facti demum poenitens, Reinhartsbrunense caenobium condidit, & multis lamentis se se conficiens, vitam perpetuo in luctu ac piis operibus gloriosissime transegit.

Vitam fungitur Adamus Abbas Benedictinus Monasterii S. Dionysii Lutetiae Parisiorum, vir magnorum meritorum.

Henricus Imperator Natalem Domini apud Ultrajectum celebrat, ubi suborta in ipso festi diebus dissensione inter Aulicos & servos Episcopi, civitas omnis arma arripuit, & multis ab utraque parte cadentibus, Episcopus cum quibusdam civibus capitur, quasi reus conjura-

tionis in Caesarem, & vinculis mancipatus, promagna pecuniarum summa vix tandem ob Principum preces dimittitur.

Lotharii Ducis Saxonum foror, quae mortuo viro Comitatum Hollandiae tenebat, fratris suffulta praesidio contra Imperatorem res novas molitur.

S. Norbertus Praemonstratensis Ordinis fundator, Coloniae aliquorum SS. Corpora pervisionem prodigiose invenit.

Floret S. Petrus Mauritius Abbas Cluniacensis cognomento Venerabilis, qui Deiparam scriptis voluminibus plurimum demeretur, magnoque animi sensu beneficia tantae Matris erga suos depradicit oculatus magnarum testis gratiarum.

Annus Christi 1124.

Diem obit Udalricus Episcopus Passaviensis. Item Adalbero Episcopus Leodiensis.

S. Otto Bambergensis Episcopus ad Pomeranorum conversionem dirigitur.

Febre correptus moritur Callistus Papa, ex Ord. Divi Benedicti, de universa Ecclesia meritisissimus.

S. Malachias Episcopus Ecclesiam Hiberniae disciplinae restituit.

Christiani Tyrum civitatem munitissimam expugnant.

Joannes Imperator Orientis constitutionem edit saluberrimam adversus Provinciarum Praesides, vel alios, qui defunctorum Episcoporum bona relicta invaderent.

Insigni strage repellitur a Gallis Henricus Imperator, cum socero Anglo adesset.

Redemptus a Turcis Balduinus Rex bellum restaurat.

Fucherus Carnotensis, in sacra expeditione Capellanus Balduini fratris Godefridi Ducis Lotharingiae, historiam rerum per annos 29, gestarum ab anno 1095, usque ad praesentem deducit.

Moritur S. Caradocus Monachus Benedictinus natione Anglus, multis in vita & post mortem miraculis clarus. Cum ejus funus in magna pluviae copia efferretur, omnesque qui comitabantur, immaduissent, palla tamen serica quam sacrum corpus tegebatur, & feretrum, ne guttula quidem unica madefecit; e cujus sacro corpore, cum tentaret aliquando Guilielmus Malisburiensis, digitum, quem Reliquiarum loco haberet, auferre, mox vidit omnes digitos in volam contractos. Nicol. Harpsfeld. Hugo Menard.

Ad caelos abit S. Stephanus fundator Ord. Grandimontensis, post mortem miraculis gloriosus.

Alexander creatur Episcopus Lincolnienfis. Rainaldus fit Archiepiscopus Rhemensis, mortuo Rudolpho.

In Monasterio Montis Angelorum in Helvetia, praesente D. Agnete quondam Reginae Ungarorum, Alberti Regis Romanorum filia, una die centum triginta novem virgines velantur.

Vitam mortalem deserit Bruno Archiepiscopus Trevirensis. Item B. Hieronymus Eremita Ord. Vallisumbrosae.

Structura Cœnobii Spanheimensis Ordinis Benedictini per Megehardum & Rudolphum Comites de Spanheim absoluitur, primusque Abbas instituitur Bernhelmus Monachus S. Albani propè Moguntiam, vir religione & doctrinâ præcipuus.

Ballenstadenſe quoque in Saxoniâ cœnobium conditur ab Ottone Comite Ballenstadienſi. Theodoricus quoque Cicensis Episcopus nomen suum condendo Pofavienſe cœnobium reddidit illustrius.

Mortuus est hoc anno Bruno Trevirorum Archiepiscopus, cui in dignitate Archiepiscopali sufficitur Godefridus Decanus.

Cecidit IX. Calend. August. magnæ molis grando; mox fames secuta est.

Floret S. Rupertus Tuitienſis, qui scientiâ divinitus acceptâ, Ecclesiam suis scriptis insigniter illustravit. Edidit inter cætera de victoriâ verbi Dei lib. 7. In librum Job. lib. 10. De fide Sanctissimæ Trinitatis lib. 42. In libros Regum lib. 15. In Apocalypsin Joannis lib. 12. De Divinis officiis lib. 12. In duodecim Prophetas minores lib. 30. In Evangelium Matthæi lib. 8. In Evangelium Joannis lib. 14. Meditationum libros tres. Sermones & Epistolas varias &c.

Ex jussu Imperatoris celebratur Bambergæ in Franconiâ magnus Principum Germaniæ Conventus.

Dedicantur hoc anno in honorem Deiparæ plura cœnobio sub Regulâ S. Benedicti, inter quæ Lucellenſe, Fontis Joannis, Abbatia B. M. Virginis de Jofaco.

Annus Christi 1125.

A Sula urbs à Brixamensibus devastatur.

Sobieslaus I. filius Wratislai Bohemiæ Regis, ex Svvatavva Casimiri Poloniæ Regis filia genitus, post fratres suos Borzivojum II. & Wladislaum I. mortuos, Bohemiæ regni administrationem capit.

Moritur Rugerus sive Rudigerus Episcopus Herbipolensis, cui in sede Episcopali hoc eodem anno succedit Embrico Comes à Leiningen.

Diem obit Henricus quintus Imperator ex morbo Dracunculi, nullos ex se liberos relinquens. Corpus ejus translatum est ad Ecclesiam Spirensis.

Mortuo in fine prioris anni Callisto Papâ, Honorius II. & Cælestinus II. à diversis eliguntur; resignat uterque; Honorius denuò eligitur.

Celebratur Londini Concilium, cui præter Archiepiscopos Willelmum Cantuariensem, & Thurstanum Eboracensem, interfuerunt viginti alii Episcopi, & Abbates quadraginta.

Moritur B. Aldebertus Abbas Monasterii S. Joannis de Tarouçâ in Lusitaniâ, Ordinis Cisterciensis, meritis & miraculis gloriosus.

Humanis quoque eximitur Alexander Scotia Rex, nullis à Sibyllâ Guilielmi Normanni filiâ relictis liberis; successit ei frater David.

Fatis concedit S. Bruno Signienſis in Latio Episcopus Ordinis Divi Benedicti. Similiter Udalricus Episcopus Aichstadienſis, Nec non

B. Conradus Martyr, fundator Montis Angelorum Ordinis S. Benedicti apud Subsilvanos in Helvetiâ.

Comes de Lurburg fundat Schœnaugienſe cœnobium Monachorum.

S. Otto Episcopus Bambergensis divitem Apostolici laboris segetem colligit in Pomeraniâ.

Magno favore S. Bernardum honorat Augusta Cœlitum, ad ipsum graviter ægrotantem dignata invisere, suo aspectu glorioso & amabili non solum ægrum recreare, sed & tactu affectarum ægritudine partium, morbum illicò prodigiosè profligare.

Annus Christi 1126.

Moritur Hartvicus Episcopus Ratisponensis, numero vigesimus. Item Januarius Episcopus Perusinus.

Expugnat Welphonis ope rebelles urbes Lotharius Imperator: infeliciter idem committit prælium cum Bohemiæ Duce, in quo occiditur Otto Dux Moraviæ, victore Sobieslao Duce.

Petrus Abbas Cluniacensis Petrobustianam, & S. Norbertus Tanchelini hæresim opprimunt.

Ex hac vita decedit S. Stephanns Arvernenſis, Ordinis Grandimontensis institutor.

Monasterium S. Christophori de Salzedâ Ordinis Cisterciensis in Lusitaniâ conditur. Item Mons petrosus ejusdem Ordinis.

Boleslaus Poloniæ Rex cilicium indutus, paucis sacerdotibus & aliis piis hominibus stipatus, ad S. Ægidii sepulchrum iter pedibus conficit. Cromer. lib. 5. de reb. Polon.

Conradus Episcopus Curiensis, cum duobus fratribus suis Berchtoldo & Sigfrido, Rokenburgense in Sueviâ Ordinis Præmonstratensis cœnobium condit.

Moritur Henricus Episcopus Paderbornensis.

Carolus Flandriæ Comes, Princeps optimus, in templo trucidatur à conjuratis.

Fornessia, primum Ordinis Cisterciensis Monasterium in Angliâ, à Stephano Bononiæ Comite, dein Rege Angliæ, conditur.

Anselmus, vir pius & doctus, defuncto Gumberto creatur Episcopus Havelbergenſis.

Hiems anni hujus fuit asperissima, quæ pecora simul & homines sine numero absumpsit. In multis vivariis pisces diutinâ glacie suffocati & frigore perierunt, & magna pestis animalium cum intemperie aëris secuta fuit.

Cuno Abbas Benedictinus Monasterii S. Michaëlis in Segeberg, Ratisponensi Ecclesiæ Episcopus præficitur.

Iterum nova & amplissima Regiæ celorum familia originem suam S. Wilhelmo nostro Vercellenſi debet, qui Ordinem suum universum à Virgine Virginum Deipara, Montis Virginis appellari voluit, cujus hoc ipso anno Archisterni Ordinis Basilica in Monte Virginis haud procul Neapoli solemnissimè dedicata est, & memorabili dea miraculorum gloriâ nobilitata.

Annus

Annus Christi 1127.

Machildis Henrici V. Imperatoris vidua Galfrido Comiti Andegavenſi nubit.

Celebratur Concilium Trevis, in quo comprobata est institutio Ordinis Templariorum.

Aliud à Wilhelmo Archiepiscopo Cantuarienſi Wintoniæ.

S. Norbertus creatur Episcopus Magdeburgensis.

Tyri Archiepiscopus eligitur Willelmus natione Anglus, Prior S. Sepulchri.

Arnoldus II. sive Arnulphus Episcopus Spirensis diem vitæ claudit extremum: cui substituitur Sigefridus II. Comes à Leiningen.

In Parochiâ Gemlacenſi cum quidam frumentum moleret, farina ardere cœpit. Sigeb.

Moritur B. Godefridus Cappenbergenſis, ex Comite Canonicus Ordinis Præmonstratensis.

B. Menrico ex Lubecenſi Canonico Anachoreta, multis Proceribus præsentibus, clario die lucida nubes crucem auream complectens, spatium ædificandi Sanctimonialium Ordinis Cisterciensis cœnobii trans Lupiam flumen in Marchiæ Comitatu prope Menden oppidum designavit.

Celebre Monasterium S. Petri Salisburgi, sub regulâ S. Benedicti totum cum rebus suis & supellectile in flammis abijt.

Moritur Udalricus Episcopus Constantiensis. Cui succedit Udalricus professor Benedictinus ex Monasterio S. Blasii in sylvâ Hercyniâ.

Vitam cum morte commutat B. Wirnto Abbas Formpacensis Ord. D. Benedicti, miraculorum gloriâ, cum vivens, tum mortuus, à Numine illustratus, quæ inter aquam prodigiosè in vinum converti, & pisces prodigiosè augeri impetravit: à moribundo quodam magnam vim demonum profligavit, cæcis visum reddidit, aliæque plura admiratione dignissima edidit.

Brugis occumbit Martyr B. Carolus Bonus Comes Flandriæ, ab aliquot seditiosis hominibus in templo S. Donatiani interemptus; cujus mox virtutem divina clementia, patris ad ejus corpus miraculis, eminentiorem orbi ostendit.

Moritur Jocerannus Episcopus Lingonenſis. Item S. Gualfardus Solitarius Veronæ, miraculis in vita & post mortem gloriosus. Nec non B. Scherus fundator Monasterii Calmosiaci in Lotharingiâ.

Rogerus titulum Comitatus Sicilia, permitte Papâ Honorio, in Ducis titulum mutat.

Castellani & Legionenses, abdicato Alfonso Stragone, Alfonso VIII. ad Regnum evēhunt.

Obijt Bruno Monasterii Schyrenſis Ord. D. Bened. in Bavariâ Abbas, Henrici Imperatoris matertera filius, virtutibus non minus quam genere illustris.

Decedit meritorum copiâ locupletissimus, B. Conradus ex Monacho Ord. Cisterciensis S. R. E. Cardinalis & Episcopus Portuenſis.

Henricus Zdick ex Ducali Bohemiæ stemmate oriundus, creatur Episcopus Olomucensis. Mundo subtrahitur Rugerus Episcopus

Herbipolensis, successorem habens Hezelinum.

Godefridus Archiepiscopus Trevirensis morbo gravatus & senio, Archi-Præfulatum resignat, quem accipit Megeherus.

Godebaldus Episcopus Trajectensis, post annorum XV. regimen dignitatem Episcopalem pariter resignat, Monachusque Benedictinus efficitur: post ipsum Episcopali tiarâ decoratur Andreas.

Rutgerus Archiepiscopus Magdeburgensis vivis valedicit, cujus Pontificatum Arnoldus sine electione legitimâ invadit. Qui cum armis crudeliter sæviret in omnes qui tyrannidem ejus detestabantur, cives postremo commoti ad arma confugiunt, & impetu unanimiter factò ipsum occidunt.

Claret in Galliâ Durandus ex Monacho Benedictino Episcopus Tolosanus, vir magnæ prudentiæ & Religionis.

Godgannus Monachus Cluniacensis Santonum Ecclesiæ Episcopus designatur.

Annus Christi 1128.

Wenceslaus & Wladislaus Duces Olomucenses, arcem Olomucensem in Cathedrali S. Wenceslai Martyris Ecclesia convertunt, hortante Henrico Zdickio ibidem Episcopo.

Celebratur Synodus Ravennæ, à quâ per Petrum Cardinalem Apostolicæ Sedis Legatum Aquilejenſis & Venetiarum Patriarchæ deponuntur.

Moritur Guarimundus Patriarcha Hierosolymitanus, cui succedit Stephanus Abbas S. Joannis Carnotensis.

Dum Lotharius Imperator festum Nativitatis Domini Herbipoli celebrat, Conradus Suevorum Dux, Godefridi Comitatus Palatini ope adjutus, exercitum colligit, hostili manu Rhemenſes civitates invadit, Spiram obsidet, mox ditione capit, Sigefridum Præsulem urbe pellit, eò quòd Lotharii partes fovaret.

Dunense in Flandriâ monasterium conditur sub regulâ S. Benedicti.

Guilielmus Normannus, Ducis Roberti filius, Guilielmi Nothi Angliæ Regis ex Mathilde Balduini Pii filii nepos, moritur.

Dietmarus II. creatur Episcopus Verdenſis.

Decedunt Gaufridus Archiepiscopus Rothomagenſis. Item Venerabilis Bernardus ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Toletanus, quem miraculorum gloriâ à Deo illustratum Arnoldus Duacenus commemorat, S. Celsus Archiepiscopus Armacanus in Hiberniâ, & Stephanus Episcopus Eugubinus corporis mortalis exuvias pariter deponunt.

Meginherus Archiepiscopus Trevirensis ad Clericorum suorum proterviam & laxiorem vitam coercendam iter Romam instituit, sed à satellitibus Conradi Ducis quem excommunicaverat, intercipitur, effossisque oculis Parmæ in custodiam mittitur, ibique vitam finit: cui in Sede succedit Adalbero.

Lotharius Imperator Ulmam obsidet, ditionem ultroneam petens ignominiosè repudiatur, hinc irâ concitus suburbana igni tradit, deinde muros urbis machinis concu-

cutiens ad solum dejicit, multisque civibus occisus, captis, aliisque fugâ elapsis, loco occupato reliquos in sua verba jurare compulit.

Hezelino Episcopo Herbipolensi mortuo, throno Episcopali imponitur Embrico vir probitate conspicuus, cui Lotharius Ducatum Franconiae quem Henricus V. Imperator nepoti suo Conrado Suevorum Duci contulerat, restituit, & Herbipolensi Ecclesiae æternum confirmavit.

Cellense in Franconiâ propè Herbipolim, Canonicorum Regularium sub statutis S. Norberti Monasterium initium sortitur.

Varia apud nostros honori & nomini Divinae Matris monumenta erecta, nimirum monasteria B. M. V. Belbecense, Regniacense, Caladiense, Walckenridense &c.

Annus Christi 1129.

Beatu Hildebertus à Cathedrâ Cenomanensi ad Turonensem transfertur.

Fundatur Locus Regis, Abbatia Ordinis Cisterciensis in diocesi Bituricensi.

Mediolani agente Conrado Franconiae Duce Lotharius Germaniam plenè subjicit.

Rupertus Abbas Tuitii, Deiparæ charus floret.

Henricus Episcopus Verdunensis deponitur: ad cathedram Episcopalem Cantuariensem verò evehitur Albericus vir probatissimus.

Lotharius Imperator, Spiram ab Idibus Julii usque ad Calendas Januarii obsedit, quod Friderico & Conrado Ducibus faveret, milites selectos DC. & amplius ultra Rhenum adducit, ut impetus & irruptiones Friderici Ducis præcaveret.

Fridericus vir armis strenuus, nocte quâdam in castra irruit, quem Henricus Bavorum Princeps armis & equitatu instructus in fugam compulsum longè insecutus est. Tandem Nemetum Augusta plurimâ murorum diruptione arietibus capitur. Conradus Dux Suevus ad Judæorum cæmeterium confugit, interceptus tamen, à D. Bernardo Claravallensi Cæsari cum fratre Friderico reconciliatur. Spirenses quoque cives pacifcente Moguntino Archipræsule, in gratiam Imperatoris redeunt.

Leopoldus Marchio Stiriae Monasterium Runense Ordinis Cisterciensis, & Ernestus Comes Hirsbergensis Blanckenstetten PP. Benedictinorum monasterium condit.

In Prioratum S. Victoris Parisiensis, per Hugonem de S. Victore adducitur Conventus Canonicorum Regularium de S. Rufo.

Philippus vivo patre, in Regem Galliae coronatur.

Otto Halberstadiensis Episcopus de Simoniâ accusatus & convictus, deponitur, cui sufficitur Rudolphus.

Fridericus Colonienfis Archiepiscopus Lothario Imperatori reconciliatur. Bruno quoque Præsul Argentinenfis per quatuor jam annos à Sede Episcopali pulsus interventu Reginae & Episcoporum in gratiam Lotharii redit.

Die quintâ mensis Octobris audita fuere tonitrua horrenda cum tempestate ingenti, per quam ædificiorum, arborum, vincarum ac pecorum magna jactura facta est.

Conducuntur & solenniter dedicantur hoc

unico anno Monasteria B. M. V. Urficampense, Vallis Lucensis, de Landefio, Kalocherienne, & de Boaverlea.

Annus Christi 1130.

Obiit Honorius II. Papa, succedit Innocentius II. Abbas S. Nicolai, contra quem Anacletus II. à nonnullis eligitur, qui Romanæ urbis Ecclesiam spoliavit, earumque thesauris Romanorum animos sibi devincere studeat.

Adalbertus Archiepiscopus Moguntinus, Præposituram Bischoffsberg, in Abbatiam sub regulâ S. Benedicti convertit, eique Egilbertum primum Abbatem præficit.

S. Bernardus Abbas Claravallis fortiter agit pro Innocentio.

Christiani viribus suis confisi, frustra Damascum obsident, cælo adversus ipsos nebulis, imbribus, ventis pugnante.

Conditur Putrida Silva, sive Begart, filia Eleemosynæ, cænobium sub regulâ S. Benedicti.

Moritur B. Joannes Morinorum Episcopus, qui 30. annis Episcopatum sanctissimè rexit, judiciorum, pauperum, Ecclesiarum, bibliothecarum, & dilatandæ religionis sedulus observator.

Diem obit Berchtoldus Episcopus Hildesienfis: item Cono Ratisponensis ex Ord. D. Benedicti.

Innocentius II. Papa Othonem Episcopum Halberstadiensem à Sede suâ depositum restituit.

Hugo Archiepiscopus Rothomagensis creatur. Fuit antea Abbas Radingensis.

Moritur S. Gaucherius Prior Canonicorum Regularium Aurelii in agro Lemovicensi, multis à morte miraculis gloriosus.

Bruxeria vel Buisleria Ordinis Cisterciensis Abbatia, à Ducibus Burgundiæ, in diocesi Augustodunensi conditur.

Obiit circa hunc annum S. Isidorus Agricola in Hispaniâ, misericordiâ in pauperes, orationis studio, miraculis creberrimis celebris, qui laborans sæpius Angelis adjutoribus est usus.

In Monasterio Zvvisfaltensi venerabilis vir Udalricus Comes de Zile, ejusdem loci sub regulâ S. Benedicti Monachus decedit.

Moritur Rogerius Episcopus Vokaterranus, succedit Crescentius in Monasterio Cisterci.

Obit B. Felix, qui statim à morte S. Stephano Abbati magnâ luce circumfusus apparuit, & de propria beatitudine edocuit. Philip. Seguinus.

Moritur in Monasterio Formpacensi venerabilis Theodoricus Abbas, post mortem miraculis coruscans.

Claret B. Guido Abbas Caroli-locensis Ord. Cisterc. sanctitate vitæ celebris.

Obiit S. Lucia Virgo sanctimonialis Ord. D. Benedicti in Monasterio oppidi Calatagironensis, ab ipsâ infantia raris Numinis favoribus præventa, cum enim sexennis sicum conscenderet, arbor fulminè tacta atque fissa, ipsa illa sola perstitit.

Natura debitum solvit Algerus ex Canonico & Scholastico Ecclesiae Leodiensis Monachus Benedictinus Cluniaci, vir insignis pietatis & doctrinæ, Berengarium scriptis & dispu-

disputando egregiè confutavit: scripsit porro libros de gratia & libero arbitrio, nec non de misericordia & judicio.

Rogerus Normannus ab Anacleto Antipapa in Apuliæ Regem coronatur, sed à Lothario Imperatore pellitur, in ejusque locum Ranulphus Dux substituitur.

Norimbergenses ad obedientiam Lotharii Imperatoris redeunt humiliato jam Conrado.

Schyrense & Reichenbacense Monasteria sub regula S. Benedicti sumunt initium: prioris Monasterii fundationi se protervè opposuit, portionem suam cæteris cedentibus, Comes quidam homo rudis Arnoldus nomine, qui nec pretio nec precibus induci potuit, ut jus suum Deiparæ pro construendo Monasterio resignaret, sed in illo die, quo cæteri suas portiones publicâ traditione Matri misericordiæ hilariter obtulerunt, temerarius ille furore succensus, propriam cum ira chirothecam projecit in aëra dicens: *Veni Domine Diabole, cape meam hujus castelli portionem, quoniam omne jus meum ad illud tibi do, trado & liberâ voluntate resigno.* Mox dæmones invisibiles chirothecam rapientes per aëra deportârunt cernentibus cunctis, quæ nusquam postea comparuit.

Extinguitur Bartholomæus ex Episcopo Laudunensi Fusniacensis Monachus.

Vernonii stemmate oriundus, puerilem ætatem variis virtutibus exercuit: adolescens ad sacrum bellum in Plæstinam profectus, cum in expeditione quadam Antiochenâ 1500. hostes in eum irruissent, & exanimati pavore socii præreptam sibi quærent fugam, ipse prostratus in terra, & conversus ad B. Magdalenam, illius intercessione tanto in periculo divinum auxilium impetravit. Vota enim vix finierat, cum hostes tempestate repente subortâ, terrore percussi, turbatis ordinibus terga dedere. Tum ille cum sociis, revocatis viribus in medium hostium agmen irruit, mille internecione delevit, & reliquos in fugam conversos profligavit. Verum post septemdecim annos ab hostibus captus Adjutor, in obscurum carcerem, ferreis catenis compedibusque vinctus, variis insuper ac gravibus tormentis, ut fidem Christi negaret, affectus est. Tandem Beatae Mariæ Magdalena Patronæ suæ ope prodigiôsè è carcere in patriam translatus, mox extructo sacello Monachum indutus austerissimam vitam agere, nec non miraculis fulgere cæpit, quibus non minus post mortem frequentius claruit. Ex vit. apud Henschen. 30. April.

Alvisus ex Abbate Aquiscinctino fit Episcopus Atrebatensis, mortuo Rotberto hujus nominis primo.

Moritur Fredericus Archiepiscopus Colonienfis.

Gaufridus ex Abbate S. Medardi Ord. Sancti Benedicti creatur Episcopus Catalaunensis.

Floret Guericus Abbas Igniaci Ordinis Cisterciensis, vir insignis humilitatis, & doctrinæ.

Celebratur Synodus Moguntiae, cui Mathæus Albanensis Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus præfedit, interfuit & ipse Lotharius Imperator, dein arma vertens in Danos & Slavos, ad obedientiam reducit.

Egbertus Monasteriensis Episcopus, Colonia Brunonis Archiepiscopi ordinationi præfens, ibidem vitâ fungitur.

Comes de Monte Belgardi Monasterium Virorum Ord. S. Bened. in honorem S. Walpurgis in Diocesi Argentinenfi, cum alio item virginum cænobio condit, cui ejus filia pro prima Abbatissâ præficitur.

Floret doctrinæ famâ Conradus Monachus Hirsaugiensis, scripsit volumen dictum speculum Virginum, constans libris octo. Volumen in Evangelia per annum de vita spiritus & fructu mortis lib. 1. Matricularium lib. 1. Didascalon lib. 1. De Musica & differentia tonorum lib. 1. De laudibus S. Benedicti carmine heroico lib. 1. Item Sermones, Homilias & epistolas plures.

Moritur sub hæc tempora B. Galdricus Dynasta de Tuillio, S. Bernardi avunculus, mox discipulus, qui illi non semel à morte gloriosus apparuit.

Mathildis Galfrido Comiti Andegavenfi filium parit Henricum.

Noxium Ecclesie schisma tollere plurimum laborat Lotharius Imperator, quo cum solenni apud Roncalias conventu colloquitur Innocentius, qui etiam Placentie Concilium celebrat, & Pisas adveniens, bellum quod inter hanc civitatem atque Genuensem gerebatur componit.

Expellitur Benevento Crescentius Pseudo-Cardinalis Pseudo-Pontificis Anacleti, qui Beneventanos tradere voluit Rogerio Siciliae Regi.

Obiit Venetiis B. Daniel Abbas Ord. Cisterc. ex nobiliss. Patricio Veneto humilis Monachus.

Claruit circa hoc tempus in cenobio Breitenaugiensis Ord. S. Bened. S. Adelbertus Monachus, natus Comes de Schœmberg, miraculorum gloria à Numine commendatus. Ex Chron. Hirfang. Joann. Trithem.

Moritur Hermannus Comes à Wittelspach Episcopus Augustanus: hic destructos urbis muros refecit, & ambitum extendit.

In Monasterio Segebergensi S. Volcherus Monachus Ord. Bened. à Pribislao Slavorum Principe cum aliquot fratribus Monachis gladio interimitur.

Ad Dominum migrat S. Hugo Episcopus Gratianopolitanus, anno ætatis octogesimo.

Diessa Canonicorum Regularium cenobium in Bavaria conditur.

Ansericus Archiepiscopus Bisuntinus Faventiacensem Ecclesiam, quæ antiquis temporibus religione Sanctimonialium floruerat, tunc verò ab omni religionis cultu alienam, & ab incolis suis desertam, Stephano Casæ Dei Abbati ejusq; Monachis inhabitandam & regendam tradidit.

Henricus Monachus Hirsaugiensis, vir doctrinæ & vitæ sanctimoniæ celebris, Monasterio Breitenaviensi Abbas præficitur: scripsit Dialogum in persona Divitis epulonis & Lazari pauperis in Sinu Abrahæ quiescentis, Volumen multarum orationum ad Deum & Sanctos. De conflictu virtutum & vitiorum lib. 1. De duodecim abusionibus lib. 1. De lapsu primi hominis & tædio exilii præsentis lib. 1. De civitate lib. 1. De habitu virginum lib. 1. De memoria mortis lib. 1. De Domino nostro J. Christo lib. 1. De mytico corpore Christi lib. 1. De Fide Catholica lib. 1. Flosculorum lib. 1. Hymnorum vario genere metri lib. 1. Epistolarum ad diversos lib. 1.

Vivos relinquit Bertholdus Hildesheimensis Episcopus, cui Bernardus Ecclesie ejusdem Cathedralis Præpositus succedit.

Plura Monasteria sub Regulâ S. Benedicti hoc anno honori Deiparæ dedicantur, uti sunt Corrieriense, Relechense, Valcellense, Maris Stellæ, sive Wettingense, Sanctilocense, de Fontanis, de Maceriis, Villariense, de Vallibus &c.

Annus Christi 1133.

Nigellus secundus Eliensis Episcopus creatur V. Kal. Junii.

Armoricam ab hæresi purgat Hugo, ex Monacho Cluniacensi Rothomagensis Archiepiscopus.

Otho Episcopus Halberstadtensis rursus à sede sua removetur.

Quincejum Ordinis Cisterciensis cenobium in diocesi Lingonensi fundatur.

Betania Ordinis Cisterciensis Abbatia in diocesi Chrysopolitanâ constructur.

Milo discipulus S. Norberti, Abbas S. Juedoci in Nemore, creatur Episcopus Tarvanensis.

Claret B. Petrus primus Abbas Morerolæ in Hispania Ord. Cisterciensis, miraculorum gloria & spiritu prophetico celebris.

Decedit S. Bernardus ex Monacho Benedictino Episcopus Parmensis, S. R. E. Cardinalis, Simoniacæ hæreseos profligator, cui vitæ suæ finis divinitus revelatus fuit, post mortem insuper pluribus à Numine miraculis est honoratus.

Lotharius Rex cum magno Principum, Episcoporum, Abbatum atque Nobilium comitatu Romam adventens, & solenniter exceptus à Romanis, Innocentium legitime electum Sedi Papali restituit, & vicissim ab eodem paulò post Imperiali diademate coronatur.

Quarto Nonas Augusti horâ diei sextâ solis Eclipsis fuit adeò magna, ut stellæ in cælo clare viderentur, aëris deinde magna inæqualitas, & pluviarum inundatio multa subsecuta est.

Comes Hollandiæ filius sororis Imperatoris Lotharii, à Godefrido & Hermanno fratribus de Cuch, Trajecti occiditur, in quos postea gravi pœnâ animadversum fuit.

Claret Lucas, Monasterii S. Cornelii Abbas, vir doctrinæ eximie. Scripsit inter cætera in Cantica Cantorum lib. 1. In Evangelium Matthæi lib. 1. In Evangelium Joannis lib. 1. Sermones multos ad Fratres &c. Nec minus doctrinæ famâ celebris habetur Odo Gallus, Monasterii S. Remigii Abbas, Rhemis. Edidit inter reliqua de vitâ & miraculis S. Remigii lib. 2. De operibus charitatis lib. 1. De Institutione Monachorum lib. 1. His accensendus Hugo de Folieto Monachus Corbejenfis in Galliâ, vir in Divinis Scripturis multum eruditus, ingenio subtilis, eloquio dulcis, vitâ & conversatione devotissimus. Scripsit de clauistro materiali lib. 1. De clauistro spiritali lib. 1. De clauistro animæ lib. 1. De clauistro paradisi lib. 1. De carcere inferni libros duos. Sermones quoque & epistolas plures ad diversos.

Annus Christi 1134.

Moritur S. Norbertus Archiepiscopus Magdeburgensis. Item Mainhardus Episcopus Pragensis in Bohemia, vir invictæ patientiæ. Sobieslao Bohemiæ Duci filius nascitur, cujus Relæ cæcus Ungariæ Rex, patrinus eligitur.

Schismati tollendo Concilium Pisas indicit Innocentius Papa: illuc accedentes ex Gallia Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, apud Lunam Tusciæ civitatem intercipiuntur à Mediolanensibus Conrado Franconiæ Duci contra Lotharium faventes.

Sanctorum numero adscribitur Hugo Episcopus Gratianopolitanus.

Lotharius Germaniæ tumultus confopit.

Ad vitam cœlestem transit S. Stephanus tertius Abbas, & primus Generalis Cisterciensis zonâ candidâ à Deipara donatus, ejusdemque alloquio honoratus.

Fundatur Abbatia de Caldra Ord. Cisterciensis.

ciensis in Anglia. Item Monasterium de Souchavard, aliàs Locus Dei, ejusdem Ordinis.

Obiit Pandolphus ex Monacho Casinate Ord. D. Bened. S. R. Ecclesie Cardinalis, Deiparæ devotissimus.

Item Machabæus Abbas Monasterii SS. Petri & Pauli Ardmachæ, vir insignis vitæ sanctimoniæ.

Miserè moritur in captivitate apud Anglos Robertus Comes Flandriæ, & Dux Normanniæ.

Riboaldus seu Ribaldus creatur Archiepiscopus Mediolanensis, Anselmo V. Episcopo dignitatem illam abdicante.

Moritur Ansericus Archiepiscopus Bisuntinus, cui in sede Archiepiscopali succedit Humbertus.

Vitâ excedit Alphonso I. Aragoniæ & Navarræ Rex, postquam Legionense & Castiliæ Regnum adunâset, plurimamque de Mauris trophæa reportâset.

Lotharius Imperator festa Pentecostalia celebrat Merseburgi, ubi filiam suam Gertrudem Henrico Duci Bavarie cognomento Superbo dedit uxorem.

Embrico Herbipolensis Episcopus Monasterium S. Jacobi in urbe sua Episcopali pro Monachis Benedictinis construit. Primus ejusdem Abbas fuit S. Macarius natione Scotus, vir magnæ sanctitatis, qui multis vivens & mortuus miraculis claruit.

Multa rursus Monasteria sub Regula S. Benedicti in honorem Deiparæ conduntur, quæ inter numerantur Signiacense, de Ponte Oltravii, de Bello Prato, Vallis Claræ, de Mannia, sive Maruna, Casarensense, de Coronato, Loci Crescentis & alia.

Annus Christi 1135.

Joannes I. Episcopus Pragensis ex Wissehradensi Præposito creatur.

Henricus I. Rex Angliæ moritur, regnum suscipit nepos ejus Stephanus.

Juratissimum Papæ Innocentii hostem, Wilhelmum Aquitanie Ducem, ostensione sacre hostiæ mirè convertit S. Bernardus, Abbas Clarævallis.

Thomas Prior S. Victoris Parisiis, mortem pro tuenda Ecclesie justitiâ, inter ipsas Episcopi manus ab impiissimis Archidiaconi nepotibus suscipit; eadem ex causâ Subdiaconus Aurelianus interficitur.

Fundatur in Londinensi Angliæ diocesi Monasterium S. Mariæ de Scafforda Ord. Cisterciensis. Item Bella aqua ejusdem Ord. & Fordense.

Nicolaus Daniæ Rex, bello superatus ab Erico Emund, occiso Magno filio fugit ad Slesvicum, ubi à Jutis interfectus est in ultionem Canuti, Ducis Jutis charissimi.

Stamedium Ord. Cisterciensis cenobium, filia Bonæ vallis fundatur.

Rupertus Ord. S. Bened. primò Monachus cenobii S. Laurentii propè muros urbis Leodiensis, ubi Deiparæ virginis beneficio scientiam divinitus accepit, postea Tuitiensis Monasterii, libris editis clarissimus, moritur.

Fossa nova antiquissimum Ord. Benedictini cenobium in Italia, Cisterciensibus traditur.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Alfonso VIII. subjecto sibi Navarræ Regno, Imperator Hispaniæ coronatur.

Inter felicissimos Jesu & Mariæ occurfus gaudens ex hac mortali vitâ migrat S. Mattheus ex Ord. D. Bened. S. R. E. Cardinalis, Episcopus Albanensis, à Numine post mortem miraculis honoratus.

Principatus Antiochenus in Syria per Constantiam Principis Bæmundi filiam ad Raimundum Pictaviensem Comitem devolvitur.

Colonensium Archiepiscopus Bruno, & Fridericus Alfatæ Dux, aliquamdiu Imperatori Lothario dissentientes, interventu Episcoporum & Principum in ejus gratiam redeunt. Idem Imperator Conventum Principum Magdeburgi indicit, ad pacem in Germania firmandam. Monasterium Monialium Lutera dictum, illis à disciplina regulari deviantibus, à Lothario eodem Imperatore instauratum, Monachis Benedictinis inhabitandum conceditur, inde Lutera Regalis, vulgò Königslutern dictum.

His quoque temporibus cenobium in Franckenenthal, haud procul à Wormatia fundatum est, in quod Canonici Regulares D. Augustini introducti sunt: Buggo similiter Wormatiensis Episcopus Monasterium Schonaugiense Ord. Cisterc. uno ab Heidelbergæ milliario distans in nemore fundat. Idem foundationem fecit Monasterii Campi Laudis, vulgò Lobensfeld.

Eunucho Comes de Leiningen Monasterium Dumerense, vulgò Hegene sive Heningen, condit.

Conditur sub hunc annum celeberrima usque hodie Deiparæ Weijerensis in Diocesi Bambergensi Basilica, à S. Othone Episcopo & Pomeranorum Apostolo Deiparæ ex voto nuncupata, siquidem ejus gentis Apostolatus ipsi feliciter succederet. Successit non sine magno prodigio, & prodigiorum ejus Ecclesie primo, quæ deinceps ibidem perennibus beneficiis usque hodie miracula continuantur.

Annus Christi 1136.

Moritur 19. Septembris B. Hildebertus Episcopus Turonensis.

Fundatur Balerna Abbatia Ord. Cisterc. in Comitatu Burgundiæ. Item Floregia ejusdem Ordinis Cenobium; similiter Longonium, nec non Silva Melonium in Britannia.

Vitâ excedit S. Leopoldus Austriæ Marchio. Item Ludovicus Crassus Galliarum Rex, verè pœnitens & piè obit: cui in regno succedit filius Ludovicus VII.

Joannes Archiepiscopus Hispalensis, urgente dirâ tyrannide Principis Arabis, cæteris Christianis constantissimè in confessione perstantibus, minis ejus perterritus, fidem negavit, maximo scandalo totius Ecclesie.

Moritur Bernardus Patriarcha Antiochenus, primus Latinorum, postquam sedisset annis triginta sex. In cujus sedem intruditur Rudolphus sive Radulphus Mamistanus: qui noluit Romano subijci Pontifici, sed se parem dixit: ob hæc & alia scelera à Concilio Antiocheno depositus, & carceri mancipatus est, ubi catenatus diu detentus, tandem elapsus Romam perrexit, & gratiam Sedis Apostolicæ aliquatenus allecu-

afsecutus, dum redire maturaret, veneno miserabiliter periit.

Fatis concedit Romualdus Archiepiscopus Salernitanus. Item Wilhelmus Archiepiscopus Cantuariensis.

Stephanus Comes Blesensis & Moritonus in Regem Angliæ coronatur.

Alba ripa Ordinis Cisterciensis cœnobium in Gallia construitur. Item Mortuum Mare Ordinis ejusdem in Sylva Normanniæ Leoninâ.

Vitam mortalem deponit Ricuvera à S. Norberto fundatore Ordinis Præmonstratensis sacro velamine donata, & pauperum Xenodochio præfecta, quæ incendium signo crucis repressit. Item S. Jutta virgo Spanheimensium Comitum sanguine oriunda, quæ Monialis facta Benedictina, sæpius ficcis pedibus super fluvium Naham ambulasse fertur. Ex Trithem. Chron. Hirfaug.

In festo SS. Simonis & Judæ ventorum vis maxima turres & ædificia multa subvertit, mare quoque consuetos terminos supergrediens, magnam Flandriæ partem, domos & ædificia cum habitatoribus eorum in profundum submersit.

Lotharius Imperator ab Innocentio Papa à Rogerio Apuliæ Duce molestias ingentes perpetente invitatus, comitantibus Henrico Bavarici Duce genero suo, & Conrado Duce Suediæ Italiæ ingreditur, Beneventum capit & Papæ restituit, aliisque oppidis & castellis munitionibus receptis, Cremonensibus quoque & Papiensibus pecuniarum interpositione pacem concedit. Post hæc Apuliam in deditionem accipiens, Rogerium de Italia fugavit, & Ducatum cuidam Rainaldo commisit.

Annus Christi 1137.

Sugerius Abbas Ord. D. Benedicti, alter Salomon habitus, Gallias legibus reformat.

Innocentius Papa, ope Imperatoris & Welfonis super Rogerium tyrannum, & Anacletum Antipapam triumphat.

Rainaldus Abbas Casinensis, qui ab Anacleto ordinatus fuerat, deponitur, ei que substituitur Guibaldus Abbas Stabulensis ex Germania.

Rogerius Cæsare cum exercitu recedente, universam Campaniam subigit, cunctaque igne & ferro vastans, nec locis sacris parcat, etiam Moniales militum suorum ludibrio exponit, sed tandem per Rainaldum Apuliæ Ducem ingenti prælio superatur, at hoc mortuo rursus regimen assumit.

Theodoricus Flandriæ Comes Clari Marfci Monasterium Ord. Cisterciensis condit.

Conditur quoque Claricampus ejusdem Ordinis Abbatia: item Barcella vel Bardella filia Laudesii ejusdem Ordinis: nec non Monasterium Scalæ Cœli in Vasconia: item novum Monasterium in Northumbria.

Adelbertus ex Ducum Lotharingiæ sanguine oriundus, Archiepiscopus & Elector Moguntinus moritur.

Obiit B. Oldegarius Archiepiscopus Tarraconensis.

Moritur Rainaldus Archiepiscopus Rhe-

menfis. Item Liethardus Episcopus Camera-censium. Similiter Michaël Episcopus Taracconensis.

Moritur Ludovicus VI. cognomine Crassus Rex Galliæ, qui post egregia fortitudinis edita in Regni administratione facinorosa, delictorum, quæ bellico furore olim admiserat, serio pœnitens, constructo prope Parisios S. Victoris Archisterio, coronâ depositâ Religionis Benedictinæ habitum suscipere decreverat: exhalavit religiosissimè animam, super cineres, uti petiit, depositus.

S. Hugo Princeps Samurensis, ex Monacho Benedictino Episcopus Antifiodorensis obiit.

Decedit cum opinione Sanctitatis in Monasterio Heilbrunensi B. Rapatho Comes de Abensperg, ejusdem loci primus Abbas.

Item Ven. Wolfoldus Abbas Monasterii Admontensis Ord. D. Bened. qui fratribus male suspectus, innocentie integritatisque tuenda pulcherrimo argumento atque exemplo, in oculis omnium massam ferri candentis ex ignita fornace absque ulla læsione virgineis manibus extraxit. Ex monim. Admont.

Decedit quoque Anselmus Abbas Gemblacensis Benedictinus, continuator Chronici Sigeberti.

Lothario Imperatore Festum Pentecostes apud Barium in Italia cum suis Principibus celebrante, Bruno Archiepiscopus Colonienfis moritur, & ibidem in Ecclesia S. Nicolai sepelitur. Post hunc Arnoldus D. Andreæ in Colonia Præpositus, Comitis de Wyd filius, in Archiepiscopatu successit. Diebus Pentecostes evoluit Imperator castrum quod Rogerius juxta Barium construxerat fortissimum, obsidione cinxit & expugnavit, igneque funditus delevit, latrunculos in eo reperit ultra quingentos, qui prædas in Provincia graves facere soliti erant, quos omnes circa turrim quandam exustam fecit suspendi. Quo facto cæteri omnes timore percussi, & se & munitiones suas Imperatori submiserunt.

Floret Herbipoli David natione Scotus, Monachus Benedictinus, scripsit de gestis Henrici V. Imperatoris libros tres. De Purgatorio Patrii lib. 1. In Cantica Cantorum lib. 1. De Grammatica lib. 1. In Perihermenias Aristotelis lib. 2. &c.

Ecclesia Moguntina major, cum parte non modicâ civitatis incendio perit. Eodem die civitas Goslariensis cremata est: Ecclesia quoque Spirensis major cum magna parte civitatis in favillas abiit.

Moritur S. Petrus Abbas Cavensis, amoribus Deiparæ à puero innutritus, magnis à morte miraculis commendatus.

S. Malachias Hiberniæ Primas, sede sua pulsus Romam occurrit, cui Summus Pontifex de capite sublatam suo honoris causâ mitram imposuit.

Annus Christi 1138.

Moritur Anacletus Antipapa morte pessimâ, ejus corpus miserabili pompa electum, cadaverque in latebris sepultum loco Catholicis

tholicis incognito. Sufficitur operâ Rogerii Victor, quem S. Bernardus convertit.

Gertrudis Divi Leopoldi Austriæ Marchionis filia, Wladislao II. Bohemiæ Regi desponsatur.

Hoc eodem anno Sobieslaus Bohemiæ Princeps filiam suam Mariam, Leopoldo V. Marchioni Austriæ, S. Leopoldi filio conjugio jungit, cum dote quingentorum talentorum argenti. Nuptiæ Olomutii celebrantur.

Finem vivendi facit apud Clusam Liguriæ Lotharius Imperator.

Missus à Papa Legatus Albericus Cardinalis Episcopus Ostiensis, celebrato Londini Concilio, annuente Stephano Rege, Theobaldum Beccensem Abbatem ex Ord. D. Benedicti creavit Archiepiscopum Cantuariensem.

B. Ortho S. Leopoldi Marchionis Austriæ filius, Monachus Morimundensis Ord. Cisterci. ad Insulam Frisingensem vocatur. Vir verè doctus & vitæ innocentiam conspicuus. Hic Episcopatus bona distracta recuperavit, collapsa ædificia restituit, disciplinam monasticam in usum revocavit.

Moritur B. Gaufridus Episcopus Carnotensis, Ordinis Cisterciensis illustre Sidus.

Fundatur Bellus locus in Anglia, Ordinis Cisterciensis cœnobium.

Floret in Hibernia B. Christianus, discipulus S. Malachiæ, qui post ejus obitum creatus Archiepiscopus, dignitatem hanc vitâ verè Apostolicâ ornavit.

Edera Sanctimonialium Ordinis D. Benedicti cœnobium fundatur in Agro Parisiensi.

S. Rudolphus Monachus Monasterii Sigeburgensis Ord. S. Bened. pro fidei Christianæ professione à Nicloti Slavorum Principis militibus crudelissimè exagitatus, milleque vulneribus confossus, Martyrii laureolam promeretur. Chron. Slav.

Industriâ Adalberonis Trevirorum Archiepiscopi & aliorum quorundam Principum Conradus Suediæ Dux Imperator salutatur, id non expectante Henrico Bavarici Duce, qui defuncti Lotharii gener, Imperii insignia apud se habebat. Audientes hoc Saxones & Bavari, electionem molestissimè tulerunt, dictumque Henricum super se Regem statuerunt; facto hoc exacerbatus Conradus, per sententiam sibi adherentium Principum Saxonie Ducatum ab eo abstulit, eumque Adelberto Comiti de Soltvedel possidendum assignavit. Quibus auditis Henricus cum magno exercitu in Saxoniam contra Adelbertum profectus est, commissoque prælio victor evasit, & Adelbertum fugere compulit. Qui veniens ad Conradum Regem auxilium petiit; Ducatum interim Bavarici frater Henrici Welfo sibi ab illo commissum gubernavit, & ab æmulorum incursum defendit.

Adelbertus junior, Præpositus Erfordiensis, in defuncti Moguntini Archiepiscopi locum eligitur.

Conradus Imperator Principum Conventionum Ramburgæ celebrat, ubi præfatus Adelbertus à S. Ottone in Sacerdotem & Archiepiscopum consecratur.

Circa hoc tempus Maulbronnense Ordinis Cisterciensis cœnobium Monachorum, à duobus

Comitibus uno de Leiningen, altero de Lamersheim fundatur.

Annus Christi 1139.

Sobieslaus I. Bohemiæ Dux arcem Arnoviæ condit.

S. Otto Episcopus Bambergensis, & Pomeraniæ Apostolus, moritur.

Henricus Bavarici Dux Lotharii defuncti gener, qui arroganter sibi regalia insignia sumptulerat, Ratisponæ eadem deponit.

Romæ celebratur Synodus maxima mille circiter Episcoporum, præfidente summo Pontifice Innocentio, cujus Authoritate Arnaldistarum hæresis oppressa est.

Mortuo Rainulpho Apuliæ Duce, Rogerius Dux Siciliæ forti manu illam aggreditur, & per filium ipsum capit Innocentium Papam; illum tamen mirè honorat, ad ejusque pedes provolutus misericordiam petiit, juravit fidelitatem, hinc regnum per vexilli oblationem ab eodem obtinet.

Fundatur Monasterium Cogeshalem Ord. Cisterciensis, in Norvicensi Angliæ diœcesi. Item Ballansiarum filia Cistercii Ambianensis diœcesis.

Pax inter Stephanum Angliæ, & Davidem Scotiæ Reges, mediatrice Mathilde Regina stabilitur.

Hugo de S. Victore, Saxo, divinis humanisque litteris eruditissimus, moritur.

Hoc anno cœptum est Ripatorium, celeberrimum olim Ordinis Cisterciensis Monasterium, deductis ex Clara valle Monachis.

Philippo Tarentino Archiepiscopo deposito, subrogatur Giralduus.

Moritur in Italia B. Joannes Abbas Pulsanensis, Ord. S. Bened. qui puer admodum sacrorum maximo desiderio parentes deseruit, & in Monasterio quodam curam ovium egit, postea eremiticam vitam ducens in magno rigore vixit: tandem revelante Numine in loco Pulsano cœnobium in honorem Deiparæ Mariæ construxit, magnisque cœpit clarere miraculis, quæ inter mortuum vitæ reddidit, fluvium cum sociis mirè transivit, cum vix vestigia ipsorum maduissent, aliàs inter densissimas pluvias intactus omnino, neququam immaduit, demones fratres suos in sylva laborantes, eosque militum specie assumptâ terrentes, virgâ abegit, fulsit insuper spiritu prophetiæ.

Moritur B. Gunfridus Ord. Cisterciens. Monasterii Clarimarfci conditor, cujus præclara merita evidentissimis signis comprobavit Altissimus.

Alphonfus I. Lusitaniæ Rex apud Oriquam insignem de quinque Maurorum Ducibus victoriam reportat.

Abdala Almohadi ex pædagogo belli Dux, sub prætextu reformandæ Religionis, colligens exercitum, Fessanum Regem vincit, sibi met ipsi diadema Regium imponit.

Annus Christi 1140.

Moritur Sobieslaus I. Bohemiarum Dux piissimus: quantum in vivis caelo placeret, caelestes ostenderunt supplicia: insidiis deinde Wrtisovicensium appetitus, conjurationem SS. Apostolis Petro & Paulo prodentibus, evasit: gratus Sobieslaus novo more triumphavit, nudis pedibus, nudo capite, in sacco, Ecclesias Pragenses, auro plurimo in pauperes erogato, orando percurrit, Ecclesias plures dotavit fundavitque: uno ante mortem anno integro, quotidie pro se, quasi jam demortuo, sacra ad aras funera fieri iussit, & quasi praemortuus, cum lachrymis orans spectavit, quod post mortem optaret: Adleta uxor ejus, Bela II. Ungariae Regis Soror, mariti mortem non ferens, octavo mense contabuit, ac in eodem tumulo, ut optarat, est sepulta. Hoc eodem anno Maria dictorum Ducum filia, Leopoldo V. S. Leopoldi Austriae Marchionis filio nupsit.

Egilbertus ex Decano Cathedralis Ecclesiae, Bambergensis Episcopus creatur.

Aeterno merito Petrus Venerabilis Abbas Cluniaci, Abailardum haereticum convertit, & ex eo Monachum devotum facit.

Fervet bellum Germaniae.

Monasterium Fontis frigidi Ordinis Cisterciensis in Francia per Valerianum Ursicampi Abbatem fundatur. Item Monasterium Obesina ejusdem Ordinis.

Moritur Truistanus ex Archiepiscopo Eboracensi Monachus Cisterciensis factus, vir grandis ingenii, mirae constantiae; scripsit de origine coenobii Fontanensis lib. 1.

De suo Primatu ad Calixtum Papam II. lib. 1.

Contra Anselmum juniorem lib. 1. & alia plura.

Floret sanctitatis fama B. Albertus, Abbas Montis virginis. Item Henricus Abbas Salterensis Ordinis Cisterciensis in Anglia. Scripsit

Super purgatoria S. Patricii lib. 1.

De poenis purgatorii lib. 1.

Obiit Diemo Coenobii Hirsaugiensis Monachus ex Ordine D. Benedicti, vir devotissimus & spiritu prophetiae clarus. Item S. Aibertus ex eodem Ordine, qui cum Abbatis sui licentia per annos 42. in solitudine austerissimam vitam duxit, quorum duos & viginti pane, viginti reliquos omni etiam potu abstinuit, a planta pedis ad verticem usque capitis asperimo cilicio tectus, scamno pro lectulo, sacco cilicino pro cervicali usus: fuit virginiae castitatis in omni vita custos incorruptissimus, & Deiparae cultui addictissimus, cujus proinde alloquio & praesentia recreari meruit. Ex Jepes.

Sampson creatur Archiepiscopus Rhemorum.

Claret in Bavaria Trans-Danubiana sanctitatis laude B. Guillelmus Eremita.

Theobaldus creatur Episcopus Parisiensis, mortuo Stephano ejus decessore.

Diem obiit Thurstanus, Archiepiscopus quondam Eboracensis. Circa hunc quoque annum factis concedit B. Maria uxor S. Ildor

agricolae in Hispania; quae de adulterio falso accusata, in castimoniam suam argumentum fluvium sicco pede transiit; miraculis post mortem coruscans.

Godefridus Barbatus Comes Lovaniensis, Duxque Lotharingae inferioris, vitae scenam claudit.

Claret in Normannia B. Albericus Abbas Savigniacensis.

Rogierus Siculus Apuliam denuo armis aggredditur, sed victus recedit. Hac tamen clade non fractus animo invasionem denuo paulo post tentat. Capuanus interim Princeps Rupertus cum suis venit in Germaniam ad Conradum Imperatorem, a quo benigne susceptus, multo tempore cum ipso mansit, expeditionem ejus in Italiam petens. Papa interim Innocentius contra Rogierum arma in Apuliam movet, sed ab eo captus, coronare illum in Regem Siciliae Apuliaeque compellitur. Rogerii audaciam refraturus Imperator, exercitum expedit versus Italiam, transitum autem negat Welfo Bavariae Dux, inde uterque exercitus manum apud Neresheimium conferunt, ubi multis hinc & hinc caesis victoria cessit Conrado, Duce Welfone cum suis fugientibus.

Henricus Bavariae Dux morbo gravatus & senio, nec minus exilii sui pondere depressus, moritur. Welfo interim novum exercitum parat, & praelium init, victoriam rursus ex parte Conradi stante. Winsberga Ducis castrum egregie munitum obsidione vallatum tandem capitur, quidquid sexus erat virilis, aut morti aut captivitati subjiendum erat, mulieribus duntaxat & pueris liberè dimittendis. Mulieres vero conjugatae consilio inter se habito, Imperatoris clementiam prostratae in terram rogabant, ne vacuae expellerentur, sed liceret unicuique de suis propriis secum deferre, quantum humeris deportare possent; annuit Conradus. At illae contemptae supplicanti rebusque universis, maritum suum unaquaque dorso imponens extra oppidum per medium castrorum deportavit. Fratre Regis Duce Suevorum Friderico suadente, ne talia permitterentur, respondit Caesar: *Non decet Regis immutare sententiam; delectatus industria mulierum, singulis res suas cum viris indulsit.*

Effulget insigni vitae sanctitate B. Odo Claravallensis Coenobii Pro-Prior, qui quotiescunque sacris operabatur, puerum Jesum pedestabili forma in amplexus accipere meruit, cui miram animi suavitate ablanditus est.

Conditur Spinense Cisterciensis Ordinis in Hispania Monasterium. Item Fiteriense.

Annus Christi 1141.

Tiburtim & Romani bellis inter se colliduntur: frustra pacem suadente Innocentio Papa.

S. Vicelinus Monachus Benedictinus Wandalos & Slavos convertit. Innotescit in Occidente Ordo Carmelitarum.

Obiit Fridericus I. cognomento Niger Abbas Ossiacensis Benedictini coenobii in Carinthia, vir pietate, doctrina, animi candore & zelo animarum insignis. Item Adelbertus hujus nominis secundus, Archiepiscopus & Elector Mogun-

Moguntinus. Nec non Gebhardus Episcopus Argentoratensis.

His ferme temporibus homo quidam Henrico V. Imperatori simillimus, apud Solodurum aliquanto tempore vitam inclusus duxit eremiticam, tandem egrediens vagabatur per Imperium, & se Regem esse Henricum incautus persuasit, in tantum, ut graves propter eum pugnae & caedes fierent. Tandem falsitate detecta ad Monasterii Cluniacensis custodiam demandatur.

Conradus Imperator Conventum Principum Ratisbonae celebrat.

Moritur Richiza Imperatrix uxor quondam Lotharii, & in Luterensi Ordinis nostri in Saxonia Monasterio, prope maritum & generum Henricum Ducem sepelitur.

Vivis subtrahitur Henricus Marchio Brandenburgicus improlis, cujus Principatus consensu Principum, Adelberto Marchioni de Soltvedel in feudum Imperiale conceditur.

Moritur Conradus Archiepiscopus Magdeburgensis, cui Fridericus Praepositus in Pontificatu successit.

Eodem anno XVI. Calendas Augusti obiit Adelbertus junior Moguntinus Archipraepositus, non diu post initum cum Saxonibus contra Conradum Imperatorem pactum. Post quem Marculphus Aschaffenburgensis Ecclesiae Praepositus Archiepiscopus ordinatur.

Praefatus Imperator viduam relictam, Henrici quondam Ducis Bavariae filiam, Imperatoris Lotharii uxorem Henrico, de Soltvedel in uxorem dat, eumque Austriae Ducem creat.

Petrus Abailardus homo ingenio subtilis, virorum tandem prudentum consilio acquiescens, suos revocat errores, & poenitentiam serio agens, Monachus Cluniaci efficitur.

Moritur ex hydropisi Bela II. Ungariae Rex, cui in Regno succedit filius ejus Geyia II.

Sacrae Familiae Cisterciensis se adjungit celeberrimum illud Montis salutis Monasterium, ubi colitur frequentissimo fidelium concursu effigies Beatae Mariae Virginis miraculis clarissima.

Claret egregia vitae sanctitate B. Petrus Congregationis Benedictinae Vallumbrosanae alumnus, qui Monasterium Beatae Mariae Virginis molens, dum manè semper disiectos lapides cernebat pridie constructos, Deiparam pro signo rogans suae voluntatis, & circuiens tabulam reperit auream, inscriptam litteris *Ave Maria*, ibique struxit.

Annus Christi 1142.

IVO Cardinalis a Papa in Galliam Legatus missus, Radulphum Viromanduorum Comitem ob injuste dimissam uxorem, & superinductam sororem Reginae, excommunicat.

Toti in componendis Innocentio Papa & Galliarum Rege SS. Petrus venerabilis, & Bernardus Abbates, aeternum merentur.

Fulco Hierosolymorum Rex lapsus equo moritur, Balduinum annorum tredecim relinquens Regni successorem, cujus administrationem mater ipsa Regina Melesendis suscepit.

Moritur Sigefridus II. Comes a Leiningen, Episcopus Spirensis: succedit in Episcopatu Guntherus ex eadem familia.

Obiit Reginbertus ex Abbate S. Petri Salisburgi, Ord. S. Benedicti, Episcopus Brixinensis, cui succedit Hartmannus ex Ordine Canonicorum Regularium.

Moritur Marcolphus Archiepiscopus & Elector Moguntinus, cui successit Henricus I.

Decedit Gaufridus Episcopus Catalaunensis.

E terris ad caelestem patriam commigrat S. Guillelmus fundator Ordinis Eremitarum Montis Virginis, miraculis gloriosus, gulae & veneris triumphator: ad ipsum cum Rogerius Siciliae Rex diverteret, & ut sanctum coleret, meretrix impudentissima, Regem avertere conata, hypocritam esse dixit, seque ipsum sequenti nocte ad peccatum pertracturum sollicita est: tentatus ab ipsa Guillelmus, simulato assensu, mirabilem lectum ex prunis ardentibus struxit, manuque hunc dividens, partem alteram illaesus ipse occupavit, alteram meretrici detulit, quae obtupefacta miraculo, & conversa, in Venusino ejusdem Regis sumptibus structo coenobio cucullum induit, & vitam deinceps sancte exegit. Paul. Regius. Philipp. Ferrar.

E terris ad caelestia regna transit B. Balduinus ex Monacho Claravallensi Archiepiscopus Pisanus, & S. R. Ecclesiae Cardinalis. Item B. Andreas primus Abbas Chalifii Ord. Cisterc. in Gallia.

Ad superos evocatur S. Simeon Abbas Cavensis Ord. S. Benedicti.

Henricus Imperator Pentecosten in Frankenthal celebrat, ubi Gertrudis Lotharii quondam Imperatoris vidua, nuptias cum Henrico Austriae Duce celebrat.

S. Bernardus Abbas Claravallis a Sede Apostolica mittitur quoque in Germaniam, ad conciliandos Innocentium Papam & Imperatorem; offensum se enim hic putabat, quod Rogerium Siculum Papa in Apuliae Regem sublimaret.

Vita excedit B. Petrus, primus Morerolae Abbas, Prophetiae dono illustris. Ipso hoc anno S. Bernardus Spirae hymno solenni, *Salve Regina*, ultima tria verba subjungit: *O Clemens &c.* Deipara illum resalutante: *Salve Bernarde.*

Conditur Monasterium S. Mariae de Monte Rami.

Annus Christi 1143.

WLadislavus inclytus armis Bohemiae Princeps, incitante B. Henrico Zdik Olomuceni Episcopo, Strahovienfe Praemonstratensium coenobium fundat.

Ad superos migrat B. Innocentius II. succedit in Pontificatu summo Caelestinus II. Tuscus, dictus antea Guido de Castello, Presbyter Cardinalis tit. S. Marci.

Londini celebratur Concilium.

Moritur Calo Joannes Imperator Constantinopolitanus, cui Manuel Comnenus filius succedit. Huic Conradus Romanorum Imperator matrimonio junxit sororem conjugis suae.

Obiit

Obiit B. Willelmus Ord. Cisterciensis Abbas Rievallensis. Item Gottvoldus III. Comes Hennebergicus.

Casemarii Monasterium in Italia, cedit Ord. Cisterciensi. Vitam mortalem cum celesti & æternâ commutat S. Joannes Eremita Presbyter Urticæ in Burgenfi Castellæ veteris Diocesi, post mortem miraculis clarus.

Adelbero Archiepiscopus Trevirensis bellum gerit cum Comite Namurcensi.

Gertrudis filia Lotharii Imperatoris, post secundas nuptias difficultate partus interit. Cuius corpus in Luterensi cœnobio est conditum.

Baldwinus III. Fulconis Ducis Andegavensis filius, ei in Regno Hierosolymitano succedit, matre ob minorennitatem ejus Regni gubernaculum dirigente.

Claret insigni vitæ sanctitate Gerardus S. Bernardi Claravallensis germanus frater, qui cum diutius sæculi laqueis irretitus, Monachus fieri recusaret, captus ab hostibus & carceri mancipatus, Bernardi & fratrum felicem statum recogitans, & illi per litteras se commendans, nocte hanc vocem audit: *Liberaberis*, Sequenti mox die veram expertus, pessulo ostii & compedibus prodigiosissime solutus, Qui proin Deiparæ & Ordini Cisterciensi sponte emancipat, sanctè deinceps vivens, cantando moriens.

Annus Christi 1144.

Moritur Cœlestinus II. Papa, cum sedisset menses quinque, & dies tredecim, tumultus in Ecclesiâ Lateranensi, cumque sedes vacasset die unâ, suffectus est in locum ejus Gerardus Camerarius Presbyter Cardinalis tituli S. Crucis in Hierusalem, ex Ordine Canonorum Regularium, patriâ Bononiensis ex patre Viseo, scientiâ & vitæ meritis clarus, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarius, atque etiam Cancellarius: dictusque est Lucius, ejus nominis secundus.

Christiani in Palæstina jam penè oppressi, Turcas vincunt ope prodigiosâ sanctæ Crucis, quam Robertus Nazarenus Archiepiscopus bajulabat.

Moritur Lutgardis filia Comitum Palatini ad Rhenum, conjux Gottvoldi Comitum Hennebergici. Item Odoricus Episcopus Diensis.

Herinadum Ordinis Cisterciensis cœnobium in Dacia conditur.

Item Olivetum ejusdem Ordinis.

S. Guarinus Episcopus Prænestinus S. Cardinalium Collegio adscribitur.

Guillernus de Tortoja creatur Episcopus Barcinonensis; Amadeus verò ex Ordine Cisterciensium Episcopus Lausonii.

Moritur Tankeredus ex Canonico S. Judoçi in Nemore, primus Prior Ecclesiæ SSS. Trinitatis de Lucerna, in Abrincensi Normanniæ diocesi, qui ita crucis mortificationem in suo corpore pro DEI gloria portavit, ut in ipsius mortentis pectore crux aurea apparuerit.

Astaldus Astalli à Cœlestino II. Papâ Cardinalitiam purpuram obtinet.

Die mensis Augusti vigesimâ S. Felix quon-

dam Papa & Martyr, B. Henrico Abbati secundo Breitenavientis cœnobii apparens, caput suum, quod in abside templi pluribus annis jacuerat absconditum, ostendit, quod iste cum summa devotione levans, ad cæteras SS. Reliquias collocavit.

Dudechinus Presbyter Ecclesiæ Parochialis in Rogenstein, Archidiaecesis Trevirensis, ex Palæstina redux, suæ peregrinationis historiam in unum volumen redigit.

Arnulphus filius Gaufridi Consulis, qui post mortem patris Ecclesiam Incastellatam retinebat, captus est, & in exilium relegatus. Princeps equitum suorum, in hospitio suo ab equo corruens, effuso cerebro exspiravit. Princeps autem peditum suorum, Reimerius nomine, cujus officium fuerat, frangere Ecclesias vel incendere, dum mare cum uxore sua transiret, navis immobilis facta est. Quod prodigium nautis stupentibus, sorte datâ, rei causam inquirentibus, sors cecidit super Reimerium. Cum autem ille modis omnibus contradiceret, secundo & tertio fors jacta, in eum rursus devenit. Positus igitur in scapha est, & uxor ejus cum pecunia sceleratissime acquisitâ, & statim navis cursu velocissimo, ut prius fecerat, mare sulcat. Scapha verò cum nequissimis, subitâ voragine circumducta, absorpta est. Baron. in Annal. Eccles.

Fulget Sanctitatis famâ B. Rogerius Trium Fontium Monasterii Ord. Cisterciensis primus Abbas.

Hortense, & S. Maria de Vallbuena Ordinis Præfati Monasteria eriguntur.

Annus Christi 1145.

Moritur Lucius II. Papa; succedit Eugenius III. Pisanus, dictus antea Bernardus, Abbas S. Anastasi Ord. Cisterciensis.

Henricus, Claudus cognomine, Imperator, ob signorum frequentiam ad tumultum ejus factorum, Sanctorum numero adscribitur à summo Pontifice.

Adveniente in urbem Arnaldo perditissimo hæresiarchâ, & seditionem civium acriter commovente, in tantum apud furentem plebem ejus venenosâ doctrinæ cœpit invalescere malum, ut non solum nobilium Romanorum à Pontifice stantium, sed & Cardinalium ac Clericorum diruerint diriperintque domus, nonnullosque etiam Cardinales tentos fauciarint, & inhonestè tractarint, nec non depositis ministris Pontificis, omnes cives ad subjectionem Patricii sui compellere satagerint; denique eò usque progressi sunt, ut S. Petri Ecclesiam in munitiorem bellicam convertentes, peregrinos causâ orationis advenientes, ad oblationem quæstus gratiâ plagis ac verberibus cogerent, & offerre nolentes in ipso templi vestibulo occidere non vererentur; cum interim Eugenius Papa eorumdem fugiens furorem, Viterbium se recepit Paulò post tamen auctâ Tiburtinis Romanorum antiquis hostibus militiâ illos compefcit, eorumque Patricium Jordanem cum suis fautoribus anathematis gladio ferit.

Galliarum Rex cum eodem Pontifice, de expeditione in terram sanctam agit, Mona-

Monasterium S. Petri de Aquilis Ord. D. Bened. in Lusitania, Cisterciensibus unitur.

Conditur item Pertennia ejusdem Ordinis Cisterciensis cœnobium.

Beatus Conradus Abbas Manseanus in Bavaria à suis colonis occiditur.

Hubertus sive Obertus Archiepiscopus Mediolanensis creatur.

Regibertus à Sellenburen Monasterium S. Blasii in Silva nigra fundat.

Moritur Robaldus, Archiepiscopus Mediolanensis. Item Geisa II. Hungariæ Rex.

Claret B. Nicolaus, Valcellensis Cœnobii Ord. Cisterciensis Abbas tertius, cujus merita variis post obitum signis patefacta sunt.

Moritur B. Constantinus primus Abbas Aureæ Vallis Ord. Cisterciensis.

Alax Saracenorum in Asia Rex, Edessam obsidet, per assaultum capit, incolas vitâ & fortunâ spoliât.

Imperator Spiræ Conventum Principum celebrat, ubi de multis pro Imperii pace fuit consultatum.

Annus hic Italiæ peste fatalis fuit.

Amstelodami die 16. Martii ab ægro quodam cum phlegmatibus ejectum est sanctissimū corpus Christi, quod tunc receperat, & in ignem missum, nec candorem amisit, nec ullam læsionem à flammâ accepit, unde prodigio stupefacti, sacram Hostiam in parochiam Divi Nicolai detulerunt, inde in eodem loco Sacellum ædificantes, & in foco, in quem injecta fuerat, magnificum erigentes Tabernaculum, illò sacram Hostiam deportaverunt, annisque plurimis in summa fuit veneratione. Ipsi autem cineres sacri licet ad varia genera morborum profliganda subindè auferrentur, vix tamen imminuti, suavemque spirantes odorem, per multos annos sunt visi. Joan. Molan. in natal. SS. Belgii.

Floret sanctitatis famâ B. Humbelina Sancti Bernardi Abbatis Claravallensis soror.

Papa Bernardum Canonicum Regularem S. Frigidiani in urbe Lucâ Cardinalitiâ purpurâ & Episcopatu Portuensi ornat.

Annus Christi 1146.

Eberhardus ex stemmate Ducum Bavariæ, Episcopus Bambergensis creatur, Princeps sapiens & pacificus.

A Rege Galliæ & Conrado Imperatore expeditio contra Saracenos suscipitur. Alia pariter suscipitur ab eodem Imperatore contra Ethnicos Boreales. Apud Norvicum Angliæ civitatem Judæi, puerum quendam Christianum crucifixerunt, quem extra civitatem ab eis sepultum, divina lux super eum emicans, declaravit.

Moritur Willelmus Patriarcha Hierosolymitanus, ubi absolvisset in sede annos quindecim, in cujus locum translatus est à Sede Tyrensi Fulcherus Archiepiscopus.

Michaël Oxyta Patriarcha Constantinopolitanus resignat, & successorem habet Cosmum, eruditione, virtutibus ac præsertim benignitate erga pauperes insignem.

Boqueja Ordinis Cisterciensis cœnobium conditur; item Columna ejusdem Ordinis asceterium in Pictaviensi diocesi.

Conradus Archiepiscopus Salisburgensis R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Ruittenhaslacense cœnobium ejusdem instituti à Comite Wolfero de Tegernbach inchoatum, absolvit.

Claret B. Eppo Abbas in Norico, Prophetiæ dono illustris.

Laurentius Leodiensis, in cœnobio S. Vitoni apud Viridunenses monachus, Ord. S. Bened. scribit gesta Episcoporum Viridunensium.

Obertus creatur Archiepiscopus Mediolanensis.

Claret S. Benno ex Monacho Benedictino Episcopus Misnæ in Germania, Qui admirandis prodigiis enituit: cum pro Ecclesiasticâ libertate exul, claves Ecclesiæ projici in flumen jussisset, ipso denique ad sedem suam redeunte, illæ mox sub pennis piscis cujusdam repertæ sunt; infixæ in aridum solum lituo, mox prodigiosissimum fontem elicit, aquam in vinum convertit.

Magnus terræ motus sentitur, quindecies de die ac nocte repetitus, cujus impulsu plurima ædificia corruerunt. Terribilis insuper apparet Cometa, secutz altero anno pestilentia in Germania & alibi prodromus.

Obiit Buggo Episcopus Wormatiensis anno Pontificatus sui trigesimo sexto, vir multis virtutibus, & adversitatibus probatus. Successorem habens Sedis Episcopalis & tribulationum Conradum hujus nominis primum.

Imperator Embriconem Episcopum Herbipolensem Legatum mittit Constantinopolim.

Ecclesiæ Tornacensi per sæcula aliquot, à tempore scilicet S. Medardi proprio Pontifice carenti, ab Eugenio Papa III. novus Præful datur Anselmus, Abbas S. Vincentii Lugduni, vir doctrinâ, discretionem ac virtutibus insignis.

Illustrissimum hoc ipso anno cœnobium S. Mariæ de Vervela conditur. Item Meyrense.

Moritur Ericus Daniæ Rex, conditor nobilis cœnobii S. Mariæ de Tyona, qui in eodem purpuram cucullo mutaverat.

B. Boëmundus S. Bernardi discipulus, primus Monasterii de Tarouca Abbas Hispaniam, B. Richardus Angliam sanctitatis radiis illustrat.

Annus Christi 1147.

Embrico Episcopus Herbipolensis, Constantinopolim à Conrado III. Imperatore missus, ut sororem Augustæ conjugis suæ Emmanuelli Imperatori Orientis desponsaret, in itinere ex morbo Aquilejæ decedit: exactis in regimine annis 23. cui in Episcopatu hoc eodem anno succedit Sigefridus Baro de Quernfurt.

Eberhardus Episcopus Bambergensis, S. Chunegundis Imperatricis exuvias transfert, easque marmoreo condit monumento.

Conradus Imperator in Palæstinam exercitum ducit, qui tamen perfidiâ Græcorum pessum datur.

S. Bernardus Gisleberti Episcopi Pictaviensis, aliorumque hæreses opprimit.

Moritur Cosmus Patriarcha Constantinopolitanus, cui succedit Chariton Monachus. Item Conradus Archiepiscopus Salisburgensis, cui succedit S. Eberhardus Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Bambergæ, postea factus Monachus Benedictinus.

Fundatur Cœnobium Villariense Ord. Cisterciensis in Brabantia.

Henricus apostata, Petri de Brujis pestilentem hæresim longè latèq; propagat. Sed repressit serpentem hydram Albericus Cardinalis, ope Divi Bernardi, miraculis clari, qui pane crucis signaculo munito, ægrotis sospitatem in veræ fidei testimonium reddidit.

Staleyæ Ordinis Cisterciensis cœnobium, filia Bordesleye fundatur.

Moritur venerabilis Baldericus Abbas S. Petri Salisburgi, de quo quædam miracula referuntur. Ex monim, S. Petri Monast.

Item Venerabilis Guido ex Eremita, fundator & Canonicus cœnobii Viconiensis in Hannonia Ord. Præmonstratensis.

Diem obit Joannes ex Monacho & Abbate Bonævallis Ord. Cisterc. Episcopus Valentinus; nec non Falco Abbas Cavensis sanctitatis famâ celebris.

Aquæ frigidæ Monasterium Ord. Cisterc. in Insubria, fundatur.

Ramirus Aragoniæ Rex, ex Rege Monachus Benedictinus, è Monacho Rex, iterumque Monachus, moritur.

Alphonfus Lusitanæ Rex Ulissiponem capit. Alphonfus, aliis Ildephonfus & Amphus dictus, Comes Tholosanus, Raimundi de S. Gislono filius, cum peregrinationem ad Terram sanctam instituisset, Cæsareæ veneno infectus moritur.

Pestilentia per totam ferè grassatur Europam, quæ plurima hominum & pecorum millia abstulit.

Circa hunc annum fundatur Ordo Equestris Avifiana sub regula S. Benedicti.

Annus Christi 1148.

Rhemis Concilium generale celebratur. Manifestat se Eon magus & hæreticus, qui præstigiis suis multos sibi colligens discipulos, magnam populi partem seducit, sed tandem à dæmone desertus, levi negotio à Rhemenfi Archiepiscopo capitur, & paulò post moritur: discipuli verò ejus, sanius consilium non admittentes, ignis supplicio extincti sunt.

Theodebaldus Archiepiscopus Cantuariensis magnas à Stephano Angliæ Rege persecutiones sustinet, quòd vocatus ab Eugenio Papa, perrexisset ad Synodum Rhemensem, contra factam à se prohibitionem, & quòd Eustachium filium suum prohibente Papâ coronare noluerit; Eugenius autem in dictum Regem sententiam excommunicationis, in ejus verò terram interdicti tulit.

Moritur S. Malachias Archiepiscopus in Monasterio Clarævallis.

Scalabim vincit Alphonfus Rex Portugalliæ. Rogerius Siciliæ & Apuliæ Rex Thebis & Corintho captis, aliisq; locis subactis, revertitur.

Diem obit Chariton Patriarcha Constantinopolitanus, cum sedisset mensibus undecim: Item Alvisus Episcopus Atrebatensis.

S. Gilbertus de Sempingham, in Episcopatu Lincolnienfi Ordinem Gilbertinorum instituit.

Camberona Abbatia Cisterciensis tertio lapide à montibus Hannoniæ conditur. Item Frameda ejusdem Ordinis. Nec non Synaqua filia Mansiada.

Ad præmia beatorum transit in cœnobio Sithivenfi B. Simon Abbas Bertinensis, vir eruditionis & Sanctitatis titulis illustrissimus.

Conradus S. Leopoldi Marchionis Austriæ filius, ex Abbate S. Crucis Ordinis Cisterciensis, creatur Episcopus Patavienfis.

Moritur Gothardus Episcopus Aichstadiensis. Item Alexander Episcopus Lincolnienfis; nec non Guillelmus III. Comes Nivernensis.

Mortalitatem exiit Alphonfus Comes Tolosanus cui succedit in regimine filius Raimundus.

Obit Philippis in Macedonia Venerabilis Alvisus ex Abbate Aquicinctino Ord. D. Bened. Episcopus Atrebatensis, in expeditione Hierosolymitanâ ab Eugenio Papâ, pater & pastor universi Francorum exercitus declaratus.

Fames maxima pestilentia ante annum perdissequa Europam affligit.

Eugenius Papa ex Gallia in Italiam rediens, Nicolaum ex Monacho Benedictino Albanensem Episcopum, virum in Scripturis Divinis eruditum, cum quibusdam Monachis ad conversionem Norvegiarum mittit, quod sanctioris vitæ exemplo, & doctrinæ sacræ verbo præstitit.

Moritur Godefridus ex Comite Palatino, Monachus Hirsaugiensis.

Incendio maximo civitas Trajectensis flagrat, & templum vetustissimum S. Martini consumptum est cum aliis tribus Congregationibus, scilicet S. Pauli, S. Joannis Baptistæ, & S. Petri. Templum autem S. Salvatoris, quod & templum S. Bonifacii dicitur, gratiâ Salvatoris conservatum est. Chron. Belgic.

Annus Christi 1149.

Conradus Imperator & Ludovicus Rex Galliarum, rebus infectis ex terra sancta redeunt; iste mare navigans, capitur à navibus Imperatoris Emmanuelis, sed à classe Rogerii Siciliæ Regis liberatur.

Henricus Frater dicti Ludovici Monachus efficitur Cisterciensis, paulò post Episcopus creatur Bellocensis.

Moritur Rudolphus Episcopus Halberstadiensis.

Raimundus Berengarius ejus nominis IV. Comes Barcinonensis, idemque per Templariorum cessionem Aragoniæ Rex, Dertosam redigit in potestatem.

Gratianus Monachus Benedictinus colligit libros Decretorum.

Diem obit in Insula Cypro Amedeus II. Comes Sabaudia, cui succedit Humbertus III. filius.

Longum vadum Ordinis Cisterciensis Abbatia in Gallia fundatur.

Moritur in Hibernia B. Christianus ex Monacho Ord. Cisterc. secundus Dunensis Episcopus, multis virtutibus & signis illustris. Item Amadeus III. Comes Pedemontii & Lombardiæ.

Magna inter Clerum & Cives Wormatienses, ad animarum perniciem dissensio oritur, diripiebantur Ecclesiæ bona, & non erat, qui servorum Christi injurias vindicabat.

Crafftus Meginhardi Comitis in Spanheim filius, relicta sæculi pompa Monachatum suscipit Benedictinum.

Claret

Claret B. Guillelmus è potentissimo & illustrissimo Montis Pessulani Dynastâ humillimus Monachus, Deiparæ longè addictissimus, & ob hoc ipsum per insigni post mortem miraculo honoratus. Cum enim litterarum prorsus ignarus, latinè nihil, nisi sola hæc verba, Ave Maria, calleret, eademque jugiter magno animi sensu volveret, ac repeteret, ex mortui & jam tumulo conditi ore pulcherrimum enascens liliolum se prodidit, quod litteris aureis ac planè celestibus undique decoratum hæc ipsissima verba, Ave Maria, summâ cum omnium admiratione, mirificè in foliis expressa retulit ac præsentavit.

Annus Christi 1150.

Gertrudis Conradi Marchionis Misniæ filia, hospitale S. Theodori Bambergæ in Nobilium Virginum Monasterium sub Regula D. Benedicti commutat.

Imperatorem Orientis, & Rogerium Apuliæ Regem conciliat Eugenius Papa, opusque Gratiani confirmat.

Præfatus Rogerius, Wilhelmum Principem Capuanum, filium unicum, in Regem inungi facit.

Otho Frisingensis Episcopus, filius S. Leopoldi Austriæ Ducis, Chronologiam ab orbe condito ad hunc usque annum deducit.

S. Henricus Episcopus Upsalensis, Finlandiæ Apostolus, martyrio coronatur.

Sanctus VII. cognomento Sapiens, Navaræ Regnum capeffit.

Wolframus vir admodum Religiosus, Abbas Monasterii S. Lamberti in Stiria, ob jura Monasterii sui contra adversarios infracto animo propugnata occiditur.

Moritur S. Constantius ex Comite ditissimo Monachus Ordinis Humiliatorum, qui omnes divitias ad sacros usus insumpsit; inter alia loca Deo dicata construxit Conchenfe virginum cœnobium, in cujus ædificatione illud mirabile contigit, quòd dum carpentarii ligna cæderent, columba minutissimas lignorum asfulas rostro acceptas iis locis quibus Ecclesiæ fundamenta jacenda essent, deponebat. Ex Menol. Bucel.

Mortalitatem exiit S. Stephanus S. R. E. Carnialis, Ordinis Cisterciensis professor, carnis mortificationi, charitati in proximum addictissimus.

Waltherus Episcopus Augustanus se abdicat, & ad Seeligenstadiense Benedictinorum in Franconia Monasterium se confert.

Floret in Anglia B. Gilbertus de Hoylandia Abbas Suinfetenfis, vir vitæ sanctissimæ.

Decedit Albæ Pompejæ in Insubria B. Theobaldus civis ibidem, vir humillimus & insignis in pauperes liberalitatis; ex jussu heræ suæ saccum farinæ ad molendinum deferens, eundem in famelicos distribuit, eundem tamen arenâ rursum replens, hæc in farinam optimam conversa fuit; claruit aliis insuper post mortem miraculis.

Joannes Alethenfis Episcopus vigesimus, post urbis Alethi excidium Episcopalem sedem in Insulam Aaron transfert.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Novem fontium Monasterium Ordinis Præmonstratensis in Arvernia conditum à S. Gilberto.

Moritur S. Famianus Monachus Ordinis Cisterciensis, insigni vitæ rigore & miraculorum gloriâ celebris: quæ inter, fontem ferventissimâ ætate, ex filice virgâ percussio mirabiliter eduxit. Chrysoft. Henriq. in Menolog.

Claret ex eodem Ordine B. Rogerius in Gallicia primus Prior Meyerensis, qui suo sanctioris vitæ exemplo præter ingentem cæterorum frequentiam viginti & amplius Comites ac Principes potentissimos ad sæculum ejurandum & cucillum amplectendum permovit. ibid.

Floret in Hibernia B. Conganus Abbas Ordinis Cisterciensis miraculis coruscans.

Claret in Anglia B. Richardus Fastolphus Abbas Fontanensis Ord. Cisterciensis, miraculorum gloria & eruditionis laude celebris.

Anni hujus hiems dura & nimium prolongata fuit, acies igneæ in cælo visæ sunt, totus annus calamitosus, & plenus miseriarum, subsequenti præfagium futurorum dedit, ignis & aqua per diversas mundi partes, clades multas, damna & incommoda hominibus intulerunt.

Trajectensis civitas cum Ecclesiis, Monasteriis & ædificiis penè cunctis conflatur. Erat in Ecclesia quadam crux una lignea imaginem Salvatoris continens sibi ferreis clavis annexam, quæ templo jam ardente, de alto in pavementum decidit, & tecto cum trabibus ardentibus desuper cadentibus integra remansit. Nam etsi diutissime in medio jacuerit incendii, sana tamen & illæsa inter cineres reperta est, lignis reliquis in toto consumptis, clavis etiam ferreis, quibus imago Dominica ad Crucem fuit compacta, liquefactis & resolutis.

Ipsomet præfente Papâ cum decem & octo Cardinalibus, Episcopis & Abbatibus plurimis, Synodus celebratur Trevirensis in urbe.

Fundalus nomine, miles in Hibernia strenuus, sed salutis suæ negligens, sedens cum amico ad mensam, repente corruens, pro mortuo per dies quatuor habitus, tandem ad se redit, & stupenda quæ apud inferos viderat, mortalibus enarrat.

Hispanias illustrat B. Didacus, ex veterano milite factus Monachus Cisterciensis, qui cum Saracenos acerrimè odisset, B. Raymundo Abbati suo præcipuus author fuit, ut novum ordinem militarem de Calatrava sub S. Benedicti Regula institueret.

Exstruuntur Monasteria Cisterciensis Ordinis. Beata Mariæ Virginis de Cantavos, & Novæ Vallis.

Annus Christi 1151.

Guilielmus Torbus Norvici in Anglia Episcopus creatur.

Moritur Henricus Zdikius Episcopus Olo-mucensis, vitæ sanctimoniâ & Prophetiæ Spiritu clarus. Nec non Sugerius Abbas S. Dionysii in Gallia celeberrimus.

Similiter B. Bertha Henrici Hilpolfstainii Bavaricæ Dynastæ filia & virgo, fundatrix cœnobii Benedictini.

Qq 2

Fatis

Fatis itidem concedit Sigefridus Episcopus Herbipolensis, quadriennio in Episcopatu absoluto: Monasterium Ebracense in amore habuit, voluitque in eodem cor suum & successorum deponi: familiaritas, quam cum S. Bernardo tum coram, tum per litteras habuit, non dubium argumentum est vitæ integerrimæ, quam ad melliflui Doctoris exempla & institutiones duxisse creditur: successit ipsi in Episcopatu hoc eodem anno Gebhardus Comes ab Henneberg.

Rei vocati ab Eugenio Papa Colonienfis & Moguntinus Archiepiscopi, ille innocens inventus absolvitur, iste pleniori iudicio remittitur.

In Castro Baugenciaci in Gallia, Synodus habetur Episcoporum & Optimatum pro discutendo matrimonio longè antehac celebrato inter Ludovicum Regem & Eleonoram filiam Willelmi Ducis Aquitanæ; quod ob consanguinitatis gradum sufficienter probatum, fuit de consensu partium dissolutum.

Diem obit B. Raynaldus quartus Abbas & Generalis II. Cisterciensis, virtutum exemplar eximium: felicissimus ejus obitus S. Bernardo longè distanti divinitus relevatus est.

Ad Sedem Episcopalem Antisiodorensis sublevar B. Alanus Abbas Ripatorii Ord. Cisterciensis.

Diem obit B. Radulphus Abbas Valcellensis Ord. Cisterciensis, cui succedit B. Ricardus.

Krinneles in Britannia Ord. Cisterciensis Cœnobium conditur.

Ad superos abit S. Hugo ex Monacho Ord. Cisterc. Episcopus Antisiodorensis, insignibus post mortem miraculis à Deo honoratus.

Moritur Buggo Episcopus Wormatiensis; succedit Conradus à Steinach.

Claret in Monasterio Hemmenrodensi B. Gisilbertus Abbas, qui Mengosum cœnobii sui Conversum in coquina servantem, per absentiam suam mortuum ad vitam revocavit. Chrysofom. Henric.

S. Ericus Rex Sueciæ, cum patriam legibus exornasset, exactionum parcissimus, vitæque innocentissimus, à Magno Stratego, Henrici Regis Daniæ filio, clam cum exercitu Upsaliam subreptante, trucidatur, plurimis à morte miraculis gloriosus.

Moritur Theobaldus Carnotensis & Campaniæ Comes.

Item Beatus Rodulphus Abbas primus de Cantavos Ord. Cisterciensis.

Germania univèrsa horrendâ adhuc fame pressa, subsequente pestilentia plurima millia incolarum funera deplorat: quorum numerum auget Arnoldus I. Archiepiscopus Colonienfis, & Magdeburgensis Fridericus, cui in sede Archiepiscopali succedit Wigmannus filius Comitis de Tegenburg, natione Bavarus, vir prudens & Ecclesiæ suæ multum proficiuus.

Fundatur Belmontis Monasterium in honorem Deiparæ.

Annus Christi 1152.

Profecturus in Italiam, moritur subito Conradus III. Imperator, Bambergæ in Franconiâ: pro successore eligendo Germaniæ Principes Francofurti conveniunt; eligiturque Fridericus Suevorum Dux, cognomento Anobardus.

S. Bernardus Abbas Clarævallis scribit ad Eugenium Pontificem, aureos illos quinque libros de consideratione; dictus Eugenius cum Romanis pace factâ, urbem ingreditur.

Reginoburgum cum sex templis conflagrat: Alcobatiæ Monasterium in Lusitania, ab Aphonso Rege pro Cisterciensibus fundatur. Numerus Religiosorum paulò post ita excrevit, ut 999. essent, qui die ac nocte incessanter divinis laudibus insisterent. Chrysof. Henric. in astr. Cisterc.

Laudense in Flandria Ord. Cisterc. cœnobium conditur.

Item Monasterium Bellæ Branchæ ejusdem Ordinis.

Moritur David Scotiæ Rex, vir magnæ sanctitatis & munificentiæ: Item B. Redigundis sive Wedigundis, Virgo Monialis Ordinis Præmonstratensis, austeritatis rigore, puritatis decore, & divini cultûs studio plurimum insignis.

Ad superos abit B. Thethmarus Presbyter, Canonicus Regularis Ord. S. Augustini, Apostolicis laboribus in Holsatia & Wagria perfunctus, gloriosus.

Præmonstratensibus abrogatis, Canonicis sæcularibus traditur Monasterium Lessienfe propè Dinantum.

Moritur S. Gilbertus ex nobili milite Abbas Novem fontium Monasterii, ejusque fundator.

Moritur in Latio S. Chelidonia Virgo & Abbatissa Ord. D. Bened. rigore vitæ, miraculis & discretionis spirituum dono celeberrima; item Massilia S. Hugo, S. Victoris Monachus Ord. S. Bened. qui S. Andreæ Apostoli crucem, revelatione Numinis edoctus, prodere meruit, quæ summâ veneratione, ibidem etiamnum aservatur.

Mortuo hoc anno Adalberone Trevirorum Archiepiscopo, viro magnanimo, justitiæ, æquitatis & juri Ecclesiæ tam Romanæ quam suæ defensore acerrimo, in Sedem Archiepiscopalem sufficitur Hillinus, majoris Ecclesiæ Decanus, qui præfuit annis octodecim, vir morum integritate ac eruditione illustris.

Stiriam illustrat Ven. Sophia Belæ Ungarorum Regis filia, Conradi Imperatoris filio Henrico desponsata, quæ sponso immaturè præcepto, in Monasterio B. M. V. Admontensi sacris adjuncta Virginibus, cum inde à fratre Rege evocaretur, & ancilla Domini esse quam Regina præligeret, Legatos Regios cum ornamentis Regiis aspernata, nec intueri quidem consentiens, jussâ deinceps à Superiore resistere, vim metuens limen quidem januæ cœnobii insistere annuit, cæterum nisi morte, ut dicebat, obitâ nequaquam transitura.

Annus Christi 1153.

Fridericus I. Imperator paschatis festum Bambergæ celebrat.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus deponitur, & in locum ejus Arnoldus Imperatoris Cancellarius substituitur. Henricus ex animi mœrore hoc eodem animo moritur.

Eugenius Papa diem obit, cum sedisset annos octo, menses quatuor, & dies tredecim: substituitur Anastasius IV. Abbas S. Rufi.

Migrat

Migrat in cœlum S. Bernardus Doctor mellifluus, anno ætatis suæ circiter sexagesimo tertio.

Item S. Macarius Abbas Ord. S. Bened. ad S. Jacobum Herbipoli. Fuit in oratione assiduus, mente & corpore virgineus, eâ præditus animi tranquillitate, ut nemo tristem seu cuicumque turbationi obnoxium deprehenderit; claruit insignibus in vita & post mortem miraculis. Apud Eugenium III. Summum Pontificem dum Romæ versaretur, & cum ipso ad mensam consideret, turris cœnobii sui in Franconia casum seu ruinam in spiritu vidit: insignis est febri-citantium patronus.

Burchardus Episcopus Aichtstadiensis, ob dissolutam vitam à Papa deponitur.

Moritur Bernardus Episcopus Hildesensis. Decedit Gualterus Episcopus Laudunensis ex Ordine Præmonstratensi, vir insignis vitæ sanctimoniz.

Henricus Mindensis Episcopus per Legatos Pontificios Episcopali dignitate exiit, suscepto in ejus locum Wernero, Ecclesiæ Cathedralis Præposito.

Coloniæ homo quidam patre Judæo sed converso natus, dum Corpus Dominicum in solennitate Paschali de manu Sacerdotis in Ecclesia suscepit, continuo exiens, retracto ex ore nefandissimo Venerabili Sacramento domui suæ importare statuit. Verum subito immanis angustia ejus invadit animum, nescius igitur quid ageret, facta in Cœmeterio fossula Sacratissimum Christi Corpus in illam reposuit, & terrâ operuit. Superveniens autem Sacerdos quidam, de re gesta edoctus, fossulam aperuit, & mox in ea non hostiam, sed puerum parvulum atque pulcherrimum invenit, quem summâ cum reverentiâ elevans, portare in Ecclesiam voluit. At, ecce miraculum! cœlesti perfusus lumine Divinus infans, de manibus tenentis elapsus ad superos ascendit.

Balduinus III. Rex Hierosolymitanus Ascalonem urbem obsidet.

In Cosetanis ad Populetum Hispaniæ celeberrimum illud & Regale Monasterium S. Mariæ de Poplete conditur.

Annus Christi 1154.

Missus Gerardus Cardinalis à Papa in Germaniam, cum quædam secus nutum Imperatoris Friderici tractare vellet, indignationem ejus incurrens, infecto negotio dimissus cum dedecore, in via mortuus est.

Decedit ex hac vita Anastasius Papa, cui succedit Hadrianus IV.

Mortuus quoque est hoc anno Anglorum Rex Stephanus, cui succedit Henricus II. Dux Normanniæ, filius Mathildis Imperatricis.

Diem obit Vicelinus vir Apostolicus, sanctitate & miraculis clarus, Episcopus Aldemburgensis, qui in Holsatia atque Wandalia annis triginta Evangelium prædicavit.

Rainaldus Princeps, Almaricum Patriarcham Antiochenum malè habet, quippè quem in carcerem detrusit, capite melle delibuto, muscis sub ardentissimo sole exposuit; quo liberato operâ Balduini Regis Hierosolymorum, nihilominus ultus est Deus sacrilegium ingenti im-

missâ penuriâ, traditoque ipso Principe in manus hostium.

David Scotiæ Rex optimus improlis decedit; succedit in Regno nepos ex filio Milcolumbus.

Alphonso II. Aragoniæ Rex Rothense Ordinis Cisterciensis cœnobium condit: idem ex conjugè sua hoc anno filio augetur.

Inter suavissimos Angelorum Musicos contentus migrat ad cœlum S. Mechtildis Virgo in Monasterio Spanheimensi reclusa. Joan. Trithem. Chron. Hirsaug.

Diem obit Rogerius Siciliæ Rex, & solus regnare incipit filius Wilhelmus primus.

Decedit B. Laurentius primus Abbas Villariensis, insignibus tam in vita, quam post mortem miraculis illustratus. Item S. Lambertus Vencii in Gallia Episcopus; claruit rarissimâ miraculorum gratiâ, quâ confluentibus undiq; ad se ægris prodigiosissimè medebatur. Aquam cum sibi ferri peteret, allata & ab ipso signata in vinum generosissimum versa est, cumque irascens famulo, denuò sibi aquam ferri juberet, rursumque in vinum prodigiosè verteretur, in pelvi denique ferri voluit, ex qua ipse poculum implevit, atque mox tertio in vinum mutatam cum hilaritate bibens, Clericis etiam suis propinavit; nec minùs gloriosus miraculis fuit à morte, limpidissimâ inprimis aquâ è sacro ejus tumulo manante & prodigiosè morbis medente. Vincent. Barral.

Vitam morte commutat Adelais Humberti II. Sabaudia Comitis filia, primò Ludovici Crassi Galliarum Regis, postea eo defuncto Mathæi I. Monmorantii Comitis uxor. Ad alteram quoque vitam abit Anselmus Episcopus Havelbergensis vir æquè pius ac doctus; præter Epistolas plures & vitas aliquot Sanctorum, scripsit tres Dialogos adversus Græcos.

Impèrator profecturus in Italiam, priùs discordias inter Henricum Saxonie Ducem, & Leopoldum Marchionis Austriæ filium componit. Dein iter aggressus Placentiam Æmiliæ urbem expugnat, civesque ad suum adigit Imperium. Castella etiam nonnulla propter insolentiam Longobardorum incendio penitè severit, obtigit idem Spoletu urbi.

Christiani Orientis Ascalonem urbem denuò occupant, aliasque mari adjacentes urbes.

Conditur in Lusitania illustre illud de Salzedâ monasterium.

Annus Christi 1155.

Ob vulneratum à Romanis Gerardum Cardinalem S. Pudentianæ, Papa urbem interdicto supponit; idem Orbis urbisque pestem Arnaldum hæresiarcham captum exuri jubet, & Fridericum I. Imperii coronâ insignit, Willelmum verò Siciliæ Regem excommunicat & compescit; & Græcos cum Latinis unire satagit, missis ad Constantinopolitanum Imperatorem Legatis.

Moritur B. Gozebinus quintus Abbas, & tertius Generalis Cistercii, morum simplicitate & vitæ candore humilitateque celeberrimus, qui corpus suum durissimè jejuniis, vigiliis,

verberibus, & aliis pœnitentiæ operibus maceravit. Succesit ei in dignitate B. Lambertus.

Obiit Hermannus Episcopus Constantiensis, cui succedit Otho.

Ad cœlos migrat B. Balto Abbas Wessebrunnensis in Bavaria, qui aquam in vinum vertit factâ cruce, & alia plurima miracula fecit.

Henricus II. primi ex filia nepos Angliæ Sceptro potitur.

Ad cœlos migrat S. Atto sive Atho ex Abbate Generali Vallumbrosano, Episcopus Pistoriensis in Hetruria.

Moritur Meginhardus Comes de Spanheim, fundator Monasterii S. Martini ibidem, filius Stephani Comitis.

Friderico Imperatore Romæ adhuc consistente, quâdam die circa meridiem Romani nonnulli factiosi seditionem in Cæsarianos subito moventes, uno cunctos impetu se neci daturus moliebantur; quod animadvertentes Imperatorii mox ad arma concurrentes, Romanos seditiosos vel retrocedere, vel in Tyberim præcipitari compellunt, tantâque in eos cæde sævierunt, ut alveus ipse fluminis in sanguinem versus putaretur. Obtenâ victoriâ Fridericus non ultrâ fidens Romanis, statim iter in Germaniam relegit.

Archiepiscopus Moguntinus Comitem Palatinum Rheni Hermannum, ob contumelias & rapinâs Wormatiensî Episcopo & Ecclesiæ illatas, cum suis auxiliatoribus excommunicat. Quo facto exacerbatus animo Comes, Archiepiscopi terras igne & ferro devastat. Imperatoris tamen ex Italia reditus mox arma hostilia utrâque ex parte compescuit.

Bernardus Hildesienfis Episcopus in annum jam decimum cæcus, Pontificatum resignat. Cui succedit Bruno majoris Ecclesiæ Decanus. Vir multum religiosus, & Deiparæ cultor insignis.

Effulget inter Cardines Orbis S. R. E. Cardinales B. Martinus Cisterciensis Monachus.

Obiit B. Tuscelinus senex admodum, Monachus Claravallis, ad cujus felicem transitum ipsa occurrit cum Angelis Regina Angelorum.

Annus Christi 1156.

Moritur Conradus I. Misniæ Marchio, in Monasterio Lauterberg, in quo mensibus duobus & quinque diebus Monachus vixit.

Sanctorum Trium Regum corpora, Mediolano Coloniâ transferuntur.

Utiles Ecclesiæ conditiones respuens Pontifex Hadrianus, nunc obsessus à Willelmo Rege Siciliæ, iniquissimas admittit, qui tamen Rex paulò post plurimos habuit hostes.

Christianorum exercitus ignominiosè prostratur in Palæstina.

Fridericus Imperator Beatricem Principis Burgundiæ filiam uxorem ducit, conjugè legitimâ repudiatâ.

Vivis eximitur Guntherus Episcopus Spirensis; successorem habet Udalricum ex nobili prosapia de Durmuntz.

Fatis item concedit S. Guillelmus Aquitanorum Dux, discipulus S. Bernardi Abbatis melitani, fundator Ordinis Guillelmitarum, à di-

cto Abbate mirabiliter conversus, miram vitæ austeritatem exercens, miraculis in vita & post mortem plurimis coruscavit.

Monachorum Roda Ordinis Benedictini cœnobium in Ducatu Coburgico fundatur.

Fridericus II. Comes Altenanus, filius Adolphi Comitis, Archiepiscopus Coloniensis creatur.

Obiit Balduinus III. Hierosolymorum Rex, Item B. Theobaldus cognomento Pius, ex Campaniæ Comite Monachus Claravallis, verè pater pauperum, qui Christo sub schemate leprosi sibi apparenti servivit, divinâ revelatione transitus sui horam præcognovit.

Fridericus I. Imperator, Henricum VIII. Austriæ Marchionem, titulo Ducis honorat, & Bohemiæ Ducatum in Regnum sublimat. Ducens porò exercitum contra Polonos, & victor in prælio existens, eosdem ad præstandum Imperio annum tributum compulit.

Annus Christi 1157.

Hermannus Comes Palatinus Rheni Bildhusanâ Cisterciensium Abbatiam in Franconia condit, & brevi moritur.

Ordo de Calatrava instituitur.

Quòd iniquis correptionem ferret Fridericus I. encyclicis litteris à solo Deo collatum sibi Regnum jactat.

Moritur Bertholdus IV. Comes Hennebergicus, Burggravius Herbipolensis.

Alphonso Imperatori Hispaniæ mortuo succedunt filii, Sancius in Castella, Ferdinandus II. in Regno Legionis & Gallaciæ.

Inter Jesu, Mariæ, Joannis Evangelistæ, Angelorum aliorumque Sanctorum præsentiam, cantans animam exhalat B. Theobardus Caræsilvæ Ordinis Cisterciensis Monachus.

Decedit in Monasterio Cluniacensi S. Petrus Mauritius, hæreticorum expugnator invictus.

Abalomus vir doctus, prudens & facundus, nobili Huidiorum apud Danos familiâ natus, Roschildensis creatur Episcopus.

Obiit circa hunc annum Adamus de Marisco ex Ordine D. Francisci, Doctor Oxoniensis eruditionis famâ celebris.

Hartvigus Præpositus Cathedralis Ecclesiæ Spirensis, induit Hirsaugiæ cucullum Benedictinum.

Imperator Paschalia festa Wormatiæ celebrat, quò omnes Imperii Principes convenientes, se in annum sequentem cum ipso Cæsare in Longobardiam contra rebelles profecturos unanimi consensu promiserunt.

Obiit Arnoldus Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus, ejus nominis secundus, cujus corpus in Parthenone Benedictino Ryndorff, à se fundato, repositum fuit. Post quem duo fuerunt per dissensionem electi, Fridericus scilicet Præpositus S. Gereonis Coloniæ, & Gerardus Præpositus in Bonna, inter quos gravis pro Archiepiscopatu discordia suborta est. Jure tamen Fridericus ejus nominis æquè secundus prævaluit, cui Gerardus cedere judicio Cæsaris & Principum in Conventu Ratisponæ compulsus fuit.

Magnæ quoque dissensiones emergunt inter Adrianum Papam & Imperatorem,

Floret

Floret S. Wilhelmus ex Comite Pictaviensis Eremita. Similiter Petrus Lombardus Parisiensis Ecclesiæ Præful, qui quatuor Sententiarum libros collegit, Commentarios quoque in Psalmos edidit.

Sæculum hoc illustrat Petrus cognomento Comestor Presbyter Ecclesiæ Trecentis, vir egregiè doctus, scripsit opus insigne super Historicis Bibliæ libros, quod Scholasticam nominavit historiam libris numero viginti. De laudibus B. M. Virginis lib. 1. Sermones de tempore & Sanctis plures.

Richardus Monachus Cluniacensis scribit historiam temporis transacti. Richardus alius, Monachus apud S. Victorem Parisiis, vir undequaque doctissimus, hæc tempora moribus sanctis & lucubrationibus multis reddidit clariora. Scripsit enim de SS. Trinitate libros sex. De Contemplatione libros quinque. In Cantica Cantorum lib. 1. De exterminatione mali lib. 1. De promotione boni lib. 1. Contra Judaizantes lib. 1. De Tabernaculo fœderis lib. 1. De undecim mansionibus filiorum Israël in deserto lib. 1. De Sacerdotio Melchisedech lib. 1. De profectu Monachorum lib. 1. De duodecim apparitoribus lib. 1. De studio sapientiæ lib. 1. De triplici holocausto lib. 1. De Oratione mentali lib. 1. De autoritate S. Petri Apostolorum Principis lib. 1. De potestate judiciariâ lib. 1. De Spiritu blasphemæ lib. 1. De Officiis Ecclesiæ lib. 1. De diversis affectionibus lib. 1. Epitomen, hoc est Breviarium totius Bibliæ lib. 1. In Apocalypsin Joannis lib. 1. In Daniele Prophetam lib. 1. Chronicon breve ab Origine mundi usque ad tempora sua lib. 1. De gemino paschate lib. 1. Divisionum sive exceptionum opus magnum lib. 24. De Visione Nabuchodonosor Regis lib. 1. De Sacrificio Abrahæ lib. 1. De quatuor ventis lib. 1. De verbis Isaïæ lib. 1. De verbis Apostoli Pauli lib. 1. De Actibus Apostolorum lib. 1. De charitate violenta lib. 1. De novitate vitæ lib. 1. Epistolarum ad diversos lib. 1. & alia plura.

Wilhelmus quoque Abbas S. Theodorici, postea Monachus & S. Bernardi in cœnobio Claravallis discipulus, hæc tempora vitæ meritis & ingenii sui monumentis illustrat: litteris enim mandavit vitam præfati S. Bernardi volumine uno. Speculum fidei lib. 1. Ænigma fidei lib. 1. Sententiarum fidei lib. 1. De natura animæ lib. 1. De contemplando Deo lib. 1. De natura & dignitate amoris lib. 1. De Sacramento Altaris lib. 1. Meditationum pro Novitiis lib. 1. Contra Petrum Abailardum lib. 1. In Cantica Cantorum opus imperfectum. In Epistolam Pauli ad Romanos lib. 1.

Terræ motus ingens extitit in Asia, qui subversis ædificiis multa hominum millia extinxit. Multæ civitates & oppida, in quorum numero Tripolis & Damascus Syriæ, cecidère. Civitas verò Catanensium tota subversa, plusquam viginti hominum millia oppressit.

Ad Sinum Deiparæ evolat amantissimus ejusdem cliens B. Theodardus, Caræsilvæ Monachus, silentii & Orationis studiosissimus, quem in obitu suo dignata Deipara suâ præsentia, filium quoque suum, & S. Joannem Evangelii-

stam adduxit, quorum contuitu Theodardus sonorâ voce occinens: Subvenite Sancti Dei, occurrere Angeli Domini; sanctam efflavit animam.

Annus Christi 1158.

Terribilis Italiæ imminet Fridericus Imperator, & plurimas urbes expugnat, atque ad Roncalias Conventum celebrat.

Moritur S. Amadeus Episcopus Lausanensis; fuit is uti genere sic & vitæ sanctimoniâ præstans; cum ex Monacho Altæcumbæ ad Episcopalem cathedram fuisset assumptus, ob eruditionis & virtutum suarum famam summis orbis Principibus præcipuè charus, Eugenio III. inprimis Pontifici maximo, Friderico I. & Conrado II. Imperatoribus, horum favore insignia privilegia Ecclesiæ suæ meruit: sed ante omnia præcipuâ in DEI Parentem dilectione enituit, in cujus laudem homilias octo conscripsit. Richard. Gibbon. Barnab. Montalbo.

Decedit in Valle Umbrosâ sub Regula S. Benedicti B. Melior conversus, in eremo velut alter Antonius ab inferis valdè vexatus & tribulatus, quos tamen invocato Dei & Deiparæ nomine feliciter triumphavit, rigidissimus sui corporis hostis: quo mortuo, ultrò campanæ omnes cœnobii, nemine qui apparebat promovente compulsatæ sunt, ad quod miraculum cum attoniti Abbas & fratres, loca omnia circumspicerent, supra rupem, ubi cella Melioris fuerat, magnum splendorem intuiti, illico mortuum fratrem suum suspicati, eodem occurrentes, mortuum vivo simillimum, orantis instar, elevatis in cœlum manibus, velut Paulum magnus Antonius reperere, & sacrum funus curantes Monasterio intulere, continuato compulsationis miraculo, donec sacrum corpus tumulo conderetur. Ex Cajet. Marchesio.

Vitam cum morte commutat Theobaldus Episcopus Parisiensis.

Item Venerabilis Oda, Priorissâ Ordinis Præmonstratensis in Hannonia, quæ nobilibus parentibus nata, ne invita traheretur ad nuptias, nasum sibi ipsa præcidit.

Extinguitur Milo, ex Ordine Præmonstratensi Episcopus Tervanensis. Item B. Hugo Abbas Marciensis Ord. D. Benedicti. Nec non Waltherus Abbas Mansensis in Bavaria Ordin. D. Benedicti miraculis clarus.

Moritur Sancius Castellæ Rex relicto filio quadrimo, Alfonso nono, dicto Nobili.

Vitam cum morte commutat B. Robertus secundus Abbas Claravallis.

Imperatori Mediolanenses reconciliantur post urbem occupatam.

Niclotus Obotritorum Rex bello petitus ab Henrico Leone, à rusticis occiditur.

Sub hunc annum decedit B. Eberhardus Abbas Benedictinus Monasterii S. Trudtperti, vir miræ simplicitatis & innocentia, cui cum ab insolenti quadam hominum turmâ illuderetur, & posteriora corporis denudata ostenderentur, non tulit dementia sceleratorum irritatum Numen, inque ultionem pro Eberhardo suo repente exaruit: quippe dehiscens sub pedibus terra, irrisores

res omnes horribili sanè iudicio supplicioque momento absorptos inferis destinavit. Ex monim. dicti cœnobii.

B. Ernestus Monasterii Zvvifaltenfis in Suevia Abbas, in Palæstinam profectus, ut sacra loca veneretur, à Saracenis captus, cum ad Christi fidem negandam induci nullis artibus posset, crudelissimè excruciat, aperto circa umbilicum ventre, & parte intestinorum extractâ, & ad palum affixâ aut ligatâ, plagis horribilibus circumactus, donec intestina palo obvoluta essent, simulq; Spiritum Deo redderet. Menelog. Bucel.

Moritur Sigefridus Episcopus Herbipolensis & Franciæ Orientalis Dux, vir multâ pietate insignis. Cui succedit Gebhardus.

Claret in Hollandia Sophia Theodorici Comitissæ Hollandiæ vidua, quæ ter terram sanctam visitavit, orationibus, jejuniis, elemosynis, vigiliis semper intenta, multis in vita & post mortem miraculis illustris.

Magna Cleri & populi contra Archiepiscopum Moguntinum conspiratio oritur, solis macellariis ejus partes sequentibus.

Belgium illustrat Franco Abbas Affligemienfis, non minùs sanctitatis quàm eruditionis laude celebris, cujus tumulum magnâ in veneratione Affligemienfes habent. Ejus insignia monumenta ad æternum durantia sunt, Basilica celeberrima ab ipso structa, liber unus de gratia Dei, alter de statu futuræ gloriæ, tertius de Deipara Virgine, cujus ipse Encomiasten ferventissimum egit.

Ad æternitatis vocatur præmia B. Melior Conversus Congregationis Vallumbrosanæ, Deiparæ cultui addictissimus, cujus invocato nomine sæpiùs de inferis mirè triumphavit. Repertus à morte oranti similis, manibus in cœlum elevatis, campanis spontè consonantibus donec sepeliretur.

Annus Christi 1159.

Moritur Anagninæ Hadrianus Papa, cui substituitur potioribus votis Alexander III. contra quem à tribus duntaxat Cardinalibus eligitur Victor IV. & à Friderico Imperatore adoratur.

E vivis sublato Fulchero Hierosolymorum Patriarchâ, subrogatus est in locum ejus Amalricus.

Moritur S. Guarinus S. R. E. Cardinalis & Episcopus Prænestinus. Cujus meritis energumena post mortem sanata est, & lampades ad sepulchrum ejus divinitus accensæ. Item S. Robertus Abbas Novi Monasterii Ordinis Cisterciensis miraculorum gloriâ illustris.

Stephanus in Tornacensem Episcopum eligitur.

Diem obit Bernardus Episcopus Paderborneris. Item Obazinæ in territorio Lemovicensi B. Stephanus Abbas, corporis sui juratus hostis, diu carnem nudam tribus circulis ferreis constrinxit; quibus ruptis, lorica usus ferreâ, eâ quoque iterum ac tertio diruptâ, à Monacho quodam monitus Dei voluntatem non esse, abstinuit. In fluvium aliquando gelu constrictum collotenus, pœnitentiæ studio sese immerfit: famis tempore omnes undique concurrentes pauperes ipse ex-

cepit, & pane ac pulmento refecit. Cùm ad triduum duntaxat frumentum superesset, ejus precibus mirè auctum, ad messem usque omnibus suffecit. Silentii, in extremo etiam capitis discrimine studiosissimus, cùm in latrones incidisset, illud rumpere noluit, illos autem, cùm jam gladium quidam in caput ejus vibrasset, terror nimius invadens in fugam coëgit. Bernard. Guido. Hugo Menardus.

Fridericus Enobarbus Imperator, Mediolanum Legatos misit Rainaldum Archiepiscopum Coloniensem, & Othonem Comitem Palatii, ut novis urbi Consules crearent. Verùm id adeò libertati suæ contrarium arbitrati sunt cives, ut ad ejiciendos ex urbe Legatos concurrerint, tumultu ipso penè obtritos. Hi ad Fridericum reversi, illatam sibi injuriam retulerunt, & conceptam antè in Mediolanenses indignationem plurimùm auxerunt.

Diem obit Milo Episcopus Tarvanensis, Item B. Otho S. Leopoldi Austriæ Marchionis filius, ex Monacho Morimundensi Ord. Cisterciensis Episcopus Frisingensis.

In Domino requiescit S. Joannes Meda Congregationis Humiliatorum fundator præcipuus, miraculorum gloriâ clarissimus.

Crema urbs Lombardiæ post septem mensium acerrimam oppugnationem, dedere se Imperatori cogitur, intercedentibus pro vita civium Rege Bohemorum, Lupoldo Austriæ Duce, Einhardo Episcopo Bambergensi, Ottone Palatino in Witelsbach, & Reinaldo Cancellario.

Archiepiscopo Mogunt. Synodum cum Clericis suis celebrante, conspirantes adversarii ejus armatâ manu locum Synodi ingrediuntur, animo ipsum interficiendi Pontificem, Comites autem & familiares, qui cum ipso erant præsentis, arma confestim arripientes infestos illos in fugam egerunt: re ad Imperatorem ex parte utraq; delatâ, pacem usque ad reditum suum in Germania, utrique indixit.

Fridericus Archiepiscopus Colonienfis, Cæsarem secutus in Italiam, ibidem vitam finit. In cujus locum unanimi Cleri populiq; consensu Rainaldus Imperatoris Cancellarius vir insignis eligitur.

Conradus Episcopus Aichtadiensis Rebdorfium Canonicorum Regularium S. Augustini Monasterium condit.

Annus Christi 1160.

Moritur Gebhardus Episcopus Herbipolensis, expleto regimini novennio. Item Sampson Archiepiscopus Rhemensis.

Fatis similiter concedit B. Guillelmus ex Abbatate S. Theodorici Ord. Cluniacensis, Monachus Claravallis, à morte miraculis clarus, Scripsit

- Vitam S. Bernardi lib. 1.
- Speculum fidei lib. 1.
- Sententiarum fidei lib. 1.
- De contemplando Deo lib. 1.
- De Sacramento Altaris lib. 1.
- Ænigma fidei lib. 1.
- De Natura animæ ad Theophilum lib. 1.
- De Natura & dignitate amoris lib. 1.
- Meditationes pro novitiis lib. 1.
- Contra Petrum Abailardum. lib. 1.

In

In Cantica canticorum imperfectum lib. 1.

In epist. S. Pauli ad Romanos lib. 1.

Floret Joannes Serlo Abbas Fontanensis Ordinis Cisterciensis Scripsit

De bello inter Scotiæ Regem & Angliæ Barones latinis Rhythmis lib. 1.

De differentiis verborum lib. 1.

De morte Summerlede Regis Manniæ lib. 1.

In Orationem Dominicam lib. 1.

De dictionibus dissyllabis lib. 1.

De dictionibus æquivocis lib. 1.

De dictionibus univocis lib. 1.

Arnoldus de Seelenhofen Archiepiscopus & Elector Moguntinus à civibus trucidatur: necis authores à Cæsare capite puniti sunt, & urbs muris privata.

Obit Bruno Episcopus Hildesienfis.

Judæi propè Glovernam puerum Christianum interceptum, crucifigunt.

Oritur in Belgio & circa Coloniam hæresis Catharorum.

Circa hunc annum in Monasterio Zvvifaltenfi Ord. S. P. Benedicti corporis sui exuviis deposuit Ven. memoriæ Gertrudis Ducissæ Poloniæ, filia Boleslai Crivousti Ducis Polonorum, quæ abjectâ purpurâ cuculum illic exambiens, illustrissimo periturorum contemptu suoque exemplo plurimis aliis facem prætulit.

Ad superos abit S. Ubalduus ex Priore Canonicorum Regularium Episcopus Eugubinus. Item B. Mathildis virgo ex Diezzenfi Præposita, Abbatissa Oethiltetenensis, cui ad cœnam quandoque bibituræ aqua in vinum conversa fuit; claruit aliis in super miraculis, quæ inter dæmoniacam sanavit, mutæ linguam reddidit.

Moritur S. Ericus Sueciæ Rex.

Claret B. Anna Michaëlia fundatrix cœnobii S. Adriani apud S. Amianum Ord. D. Bened.

Adelhaidis Thibaldi IV. Campaniæ Comitissæ filia Ludovico VII. Galliæ Regi nubit.

Alexander Papa hujus nominis tertius, Imperatorem schisma foventem cum Octaviano Antipapâ excommunicat.

Post necem crudelissimam Archiepiscopi sui, Moguntinenses eligunt in ejus locum Rudolphum filium Conradi Ducis de Zähringen, Conradus verò Dux Sueviæ frater Imperatoris Christianum sufficiens, Rudolphum fugavit: utroque autem rejecto Fridericus Imperator substituit Conradum fratrem Ottonis Comitissæ de Vitelsbach.

Civis quidam Lugdunensis in Galliâ dives, venditis omnibus & in usum pauperum distributis, libros Scripturæ sacræ male intelligens hæresin pauperum de Lugduno dictam suscitavit; quæ autem cum authore & assensu suis, gladio excommunicationis & ignis supplicio punita, vix tandem extincta fuit.

Moritur B. Wallenus, Abbas Meilrosensis, mirè edoctus de morte, cùm Angelus involutum Converso cuidam porrigeret, dicens, à Deo & Deiparâ Walleno directum, quod hic lachrymis infusus, genuflexus legit, hoc tenore:

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

JESUS Christus, & Maria mater ejus, dilectum suum Wallenum salutant: scias, quod exaudita est oratio tua, & inter duas festivitates Joannis Baptista venies ad nos perpetuo victurus, prepara te, vale. Ita rei eventus probavit, & vir sanctus 3. Augusti ex hac vitâ migravit.

Annus Christi 1161.

Bartholomæus vir insigni eruditione, creatur Episcopus Exoniensis.

Exitiosissimum bellum avertit S. Petrus à Monacho Tarentasiensis Archiepiscopus, Regibus Galliæ & Angliæ graviter collisis.

Valdemarum Canuti Regis & Martyris filium, Rex Daniæ creatur, qui Idolatriam Rugianorum, Vandalorum & aliorum finitimorum populorum auferens, cultum religionis Christianæ mirificè propagat, ope Abalonis Episcopi Roschildensis.

Apud Rismagestum, insigne Monasterium Claro-Campense Bernardini instituti, primum in Frisiâ ædificatum est.

Moritur S. Ealredus Abbas Rievallensis Ord. Cisterciensis. Item Burchardus Episcopus Argentoratensis.

Guillernus de Tortoia Episcopus Barcinonensis transfertur ad Archiepiscopalem Sedem Tarraconensem. Successorem in Sede Barcinonensi accipit Bernardum de Berga.

Diem vitæ supremum obit B. Adamus Abbas primus Ebracensis in Franconiâ, ob magnam sanctitatis famam latè celebratus, eoque nomine Conrado Imperatori, cæterisque Germaniæ Principibus eximie charus.

Sora Ordinis Cisterciensis Monasterium inchoatur in Zelandiâ.

Victor Antipapa Archiepiscopus & Consules Mediolanenses eorumq; fautores, in conciliabulo in urbe Laudâ coacto excommunicat, & Fridericus Imperator novis à Germania copiis auctus urbem Mediolanensem sub finem Maji obsidione cingit: quâ ad quadragesimale usque tempus durante, urbs sededere cogitur.

Moritur S. Rainerius Monachus Benedictinus, qui Pisis nobili loco natus, voluptatibus primum corporis deditus fuit, postea sancti Alberti operâ conversus, cùm peccatum ex verecundiâ in confessione piaculari subticuisset, vocem prodigiosam audit: Raineri peccatum tacuisti, quod igitur illico confessus est: exinde magnis pœnitentiæ operibus prioris vitæ delicta expiavit, in tantum ut etiam miraculis clarescere inceperit, inter quæ absens etiam mortuam resuscitavit, multaque prophetico spiritu Ecclesiæ Romanæ & urbi Pisanæ eventura prædixit.

In Episcopum Herbipolensem & Franciæ Orientalis Ducem eligitur Henricus hujus nominis secundus.

Annus Christi 1162.

Decussatim aratro proscindit captum Mediolanum, Cæsar fugiente in Gallias Papa.

S. Hildegardis Catharos hæreticos opprimit.

Rr

Loo

Londini celebratur generale Concilium totius Angliæ, cui etiam Rex interfuit.

Communibus omnium votis in locum defuncti Theobaldi, Cantuariensis Archiepiscopus creatur Thomas.

Resignat Episcopatum Antisiodorensis B. Alanus, & ad dulcem vitam monasticam quietem se recipit.

Raimundus Princeps Aragoniæ, Maorum terror, qui supra 300. condidit Ecclesias, moritur.

Episcopalis sedes Aldenburgo in Holsatiâ Lubecam transfertur.

Mediolanenses fidei Imperatori datæ immemores denuò rebellionem commovent, Oratores, quos ille pro tributo annuo, quod promiserant, exigendo destinaverat, contumelios affectos, de civitate satis injuriosè projecerunt, omnem Imperatori & censum & subjectionem negantes. Hinc irâ commotus iste nil aliud quam Mediolanensium interitum cogitabat. Ad Principum tamen consilium Agnetem uxorem suam aliâs civibus gratam, cum litteris pro pace firmandâ Mediolanum destinat. Quæ ut eò devenit, sine honore à civibus fuit suscepta, multisque affecta injuriis. Ostendere enim volentes suum erga Imperatorem odium, Imperatricem mulæ transverso modo imposuerunt, faciem ejus ad bestiam posteriora vertentes, datâque in manus sedentis caudâ bruti pro frano, per medium civitatis eam flentem subsannantes circumducebant, & sic in mulâ sedentem de civitate ejecerunt, familiares insuper ejus flagellis cæciderunt. Quæ Imperatrici illata injuria urbi postea everisionem peperit, obsessâ enim & capta, dirutis undique muris, ædibus cunctis præter Ecclesias igne succensis, solo æquata est, & ad perpetuam rei memoriam aratrum per medium urbis vindex Cæsar in modum crucis circumduci diutius præcepit, & sal desuper loco sementis spargi; omnia civium bona militibus pro prædâ cesserunt, Optimates verò civitatis & factionis authores, sicut ex posterioribus asinorum compulsi sugendo comedere, laqueo tandem eos suspendi; reliquum populum extra urbem decimo milliario partim habitare compulsi, partim exules in Germaniæ diversa loca destinavit. Sanctorum Reliquias inter Principes suos pro militiæ stipendio distribuit, cesserunt Colonienfî Archiepiscopo trium Sanctorum Magorum corpora, quæ adhuc Coloniam summâ cum veneratione servantur.

Mediolano destructo Imperator cum conjugè & Principibus Ticini Pascha celebravit, quò Pisani Legatos mittentes, se ejus Imperio submiserunt, juratò insuper spondentes auxiliùm se laturos in Apuliam, Calabriam, Siciliam, Sardiniam & Corsicam, imò contra Græcos & Constantinopolim. Idem jurarunt Brixienfes, Ludovicus Galliarum Rex de tollendo schismate, frustra cum eodem Imperatore Octaviano Antipapæ mordicus addicto agit.

Profitetur Monachum in Monasterio Alcobaziz B. Petrus, Alphonsi I. Portugalliæ Regis frater, bello clarissimus, Deiparæ amantissimus, cujus cum effigiem contemplaretur, vel Angelicam salutationem pronunciaret, fervoris nimiam vehementiâ à sensibus abstractus, in extasim

rapiebatur. Fuit rigidissimus sui corporis torator, à luxuriæ nihilominus spiritu graviter pulsatus, cui exorata Deipara, formâ humanis oculis conspicuâ adesse dignata est, & à cliente suorum tentationes avertere.

Annus Christi 1163.

Londini in Westmonasterio, post unius sæculi decursum S. Eduardi Regis corpus elevatur planè incorruptum.

Alexander Papa Turonense Concilium celebrat, cui interfuerunt Cardinales septemdecim, Episcopi 124. Abbates 414.

Fruxinum atque Juvavium conflagrant.

Moritur B. Fastredus septimus Abbas Cistercii, vir tantæ sanctimoniam, ut Jesum sub formâ infantis à Beatissimâ V.M. sibi oblatum amplecti meruerit, & inter ulnas fovere ac deosculari.

Item S. Joannes de Craticulâ Episcopus Macloviensis, vir miræ in adversis patientiæ.

Ottocharus Marchio Stiriz, cum conjugè sua Chunegunde, cœnobium Voravienfè Canonorum Regularium sancti Augustini fundat.

Diem obit Conradus Episcopus Wormatiensis. Succedit Conradus II.

Ad cœlos abit B. Bertha Abbatissa Congregationis Vallumbrosanz in Hetruriâ, miraculorum gloriâ refulgens.

E vivis discedit Ekbertus Abbas Schonauigenfîs, in diœcesi Wormatiensi, doctrinâ & pietate venerabilis.

Mariægardum seu Hortus B. Mariæ Ord. Præmonstratensis Monasterium in Frisia occidentali conditur à Friderico Abbate.

S. Anthelmus ex 7. Generali Carthusiano creatur Episcopus Bellicensis.

Almaricus I. Comes Joppensis post mortem fratris sui Balduini III. Hierosolymorum Rex salutatur.

Imperator sufficiente in Italiæ urbibus relicto præsidio, in Germaniam remigrat: Moguntini vix non omnes de nece Archipræsulis sui malè conscii ex urbe fugiunt, vindictam & adventum illius formidantes. In scelere autem pœnam consensu Principum Moguntinæ urbis muri funditus per girum sunt destructi.

Claret in Archidiœcesi Trevirensi Egbertus Abbas S. Florini, vir pietate & doctrinâ nominatissimus, scripsit inter reliqua:

Adversus hæreses lib. 1.
In Principium Evangelii S. Joannis, lib. 1.

Super Missus est Angelus lib. 1.

Super Magnificat lib. 1.

De vita & morte S. Sororis suæ lib. 1.

Meditationum de Jesu & Maria lib. 1.

De laudibus Salvatoris lib. 1.

Epistolarum ad diversos lib. 1.

Insuper præclarissimus hic vir Catharos hæreticos hoc anno disputando egregiè confutavit; cum tamen illorum primarij ab errore suo desistere nollent, judicium sententiâ Coloniam igni addicti sunt: erat inter cæteros juvenula venusta & urbana, super quam judices & qui rogo adstantatores, misericordiâ moti sunt eam cupientes salvare, si forsan viso aliorum interitu

teritu territa consilio acquiesceret saniori, commiserunt eam quibusdam propè astantibus tenendam; ardentibus jam aliis & multis exhortantibus atque rogantibus puellam, ut ab errore recedens vitæ & animæ consuleret, illa tæcens, tandem subito de manibus tenentium elapsâ, in medium se flammaram præcipitem dedit & perit.

Extinguitur S. Jossio S. Bertini Monachus, Mariophilus insignis, qui Deiparam novo Mariani nominis cultu ad invento quotidie veneratus, quinque videlicet psalmorum recitatione, quorum initiales litteræ nomen MARIA exprimebant, singulis singulas præmittens salutationes Angelicas, magnum inde cœli Reginz amorem promeruit, prodigio à morte illustri-fimo honoratus. Quippe ex demortui capite quinque, eæque purpureæ rosæ exortæ sunt, in quarum prima aureis scriptum litteris ac mirabiliter effectum nomen MARIE apparuit. Una ex ore, duæ ex oculis, totidem ex auribus effluerunt.

Annus Christi 1164.

S. Thomas Archiepiscopus Cantuariensis à Rege Angliæ persecutiones patitur.

Moritur in urbe Lucensi Victor Antipapa: eligitur ab Anticardinalibus Paschalis III. probante Imperatore; à quo rursus Itali deficiunt.

E vivis discedit Julius Episcopus Prænestinus, ei in Sede succedit Joannes Presbyter Cardinalis tit. SS. Joannis & Pauli.

Alexander SS. Albo adscribit Canutum Regem Daniæ, & Helenam viduam, genere Visigotham, ob vitam sanctissimè ductam, mortemque violentam injustè acceptam à cognatis generi sui, de cujus nece fuerat per calumniam accusata, & ob miraculorum insignem operationem.

Vitam deponit Petrus Lombardus Episcopus Parisiensis scientiâ clarus. Item B. Raimundus Abbas Fiteri, & Ordinis Calatravæ militaris institutor, miraculis post obitum gloriosus: nec non B. Joannes Cirita Abbas Ord. Cisterciensis, spiritu prophetiæ ac miraculis illustris.

Divus & Mellissius Doctor Bernardus Clavallis Abbas in sanctorum numerum refertur.

Christianus I. Moguntinus Archiepiscopus, Conrado, quò Alexandro Papæ tertio faveret, ejecto, quanquam & ante eum electus fuerat, iterum hoc anno sufficitur ab Imperatore Anobaro.

Obit S. Eberhardus Archiepiscopus Salisburgensis, in vitâ & post mortem miraculis clarus. Ei in Sede succedit Conradus II, filius S. Leopoldi Austriæ Marchionis, ex Abbate Ordinis Cisterciensis Episcopus Pataviensis.

Vitam mortalem exiit Hugo primus S. Norberti discipulus, ab eoque constitutus Abbas Præmonstratensis, magnus Ordinis per varias mundi plagas propagator, miraculis & sanctitate clarus; ex ejus sepulchro, quando ossa cum aliis Præmonstrati sepulchorum corporibus ad novam Ecclesiam anno 1279. delata sunt, tan-

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

tam ajunt exspiratam odoris suavitatem, ut omnium aromatum fragrantiam superaret. Decedit alius quoque Hugo Archiepiscopus Rothomagensis.

Andreas ex Abbate Vallium-Sernaii Ordinis Cisterciensis creatur Episcopus Atrebatensis: & Henricus IV. Imperator, Imbriconem Augustanæ Ecclesiæ præficit.

Obiit in Monasterio Macenariæ in Lusitaniâ Ord. Cisterc. B. Suerus Abbas, cujus merita post mortem non pauca gloriosa signa comprobant. Gloriosa morte in eodem Lusitaniæ Regno decedit B. Joannes Cirita prophetiæ spiritu clarus & miraculis: qui mortis proximus, hymnum *Te Deum laudamus* suavissimè occinuit, & eo expleto placido vultu obdormivit. Chryf. Henriq.

Fridericus Imperator fautor novi Antipapæ, cum magno exercitu denuò Italiam ingreditur, plures urbes violenter occupat.

Oceanus in finibus Hollandiæ 16. die mensis Februarii terminos suos, per milliaria ferme duodecim egrediens, multa millia hominum absorbet.

Cum Alexander Papa die Parasceves Officium in Senonensi apud Gallos Ecclesiâ celebraret, subito factæ sunt tenebræ stupendæ, dum Passio Domini per quendam Diaconum Cardinalem legeretur, cumque ad eum locum pervenisset legendo, ubi Salvator dixerat in Cruce, *Consummatum est*, subito fulgur tam horrendum decidit, ac tantus mox fragor intonuit, ut Papa dimisso Altari, & Diaconus lectione Passionis similiter intermissâ, cum cæteris omnibus qui aderant aufugerent, & perturbati in Ecclesia discurrerent.

Conradus Comes Palatinus Rheni Friderici Imperatoris frater, Colonienfem Archidiœcesim prædis & incendiis infestat, redente autem ex Italiâ Imperatore, sub banni comminatione pax inter utrasque partes restabilita est.

B. Joannes Cirita Lusitanus Monachus Ordinem Equitum S. M. V. de Avis instituit, per quod factum de Ecclesiâ & Hispaniarum Regnis immortaliter meruit.

Vitâ sub hunc annum defungitur B. Waltherus frater conversus Monasterii Meilrosensis. Deiparam intueri meritis ad cœnobium invisentem, & scripto hocce intuentis & plurium aliorum nomine in libro vitæ imminentem felicem exitum præsignante & nunciante.

Decedit quoque B. Raimundus Abbas de Fitero, institutor Ordinis Equitum de Calatrava, magnis à morte prodigiis honoratus, quæ inter perpetuum illud, quod quæcunque imminente tempestate, pulsatis campanis, quarum funes sepulchrum viri sancti pertingunt, subito, & magno quidem miraculo, serenitas aëris expedita redire comprobetur.

Annus Christi 1165.

Obiit Henricus hujus nominis II. Episcopus Herbipolensis, cum præfuisset anais quinque non integris, vidissetque non sine lachrymis

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

universalem Ecclesiam sub Antipaparam schismaticâ tyrannide miserè laceratam. Ei in Episcopali Sede successit Heroldus ex Equestri Ordine dictorum ab Hæchem.

Quòd Romani instantiùs urgerent, Romanam è Gallis redit Alexander Papa.

Obiit Milcolumbus Scotiae Rex piissimus, corporis integritate celebris.

Vivere desinit Venerabilis Leo Abbas S. Bertini, vir multæ eruditionis ac religionis.

Moritur Hartmannus Episcopus Brixinensis.

Ludovicus Landgravius Thuringiæ muros urbis Erfordienfis destruit.

S. Galdinus Archiepiscopus Mediolanensis, creatur Cardinalis tit. S. Sabinæ.

Mortuo Ferdinando Rege Legionensi succedit filius Alfonsus.

Obiit S. Elisabetha virgo Monialis Ord. S. P. Benedicti, scientiâ infusâ, prophetiâ donò ac miraculis celebris: redolebant scripta ejus admirandam cœlestium rerum & divini spiritus fragrantiam, inter quæ præcipuè commendantur:

1. Scivias, id est de scientiâ viarum Dei hominis grande volumen & mirabile opus lib. 4.
2. De Sacram. Altaris contra Catharos lib. 1.
3. Revelationum diversarum lib. 2.
4. Ad fratrem suum S. Eckbertum Abbatem lib. 1.
5. Ad S. Hildegardem lib. 1.
6. Epistolarum ad diversos lib. 1.

Diem obiit S. Godefridus Episcopus Lingonensis Ord. Cisterciensis.

Item B. Girardus Episcopus Tornacensis Ord. Cister.

Quòd Comes Tubingensis Hugo, Brigantia simul Princeps, Guelfonis Bavaricæ Ducis milites quosdam ob malefacta ceperit & suspendio puniverit, eorumque Castellum Moringen pleniùs everterit; Dux Guelfo graviter ferens, vindictâ armatur, & Tubingam obsidet, sed cum suorum damno regredi cogitur: restituto autem exercitu Comitum Tubingensis terras rursus invadit, prædas agens & incendia, castellis insuper Kilminz & Wilar occupatis ac funditus destructis.

Imperator Goslariæ Principum Convantum celebrat, præsentè Antipapâ, cui Germaniæ Principes non pauci obedientiam & reverentiam spondent, Imperatoris exemplum secuti.

S. Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, ob libertatem Ecclesiæ pro viribus defensam, à Rege in exilium ejicitur; veniens in Galliam in Pontiniaco PP. Cisterciensium Monasterio aliquanto tempore commoratur.

Friderico Imperatori Neomagi filius Henricus natus est: mox Principum rursus Convantum Herbipolim citat.

Ad cœlos è terris abijt S. Elisabetha Abbatissa Schœnaugiæ, Angelicâ visitatione, revelationibus & scientiâ divinitus infusâ illustris.

Hicnis hujus anni fuit asperissima, quam anno sequenti fames & pestilentia gravis subsequitur.

Annus Christi 1166.

Fridericus Imperator Herbipoli Convantum Principum iadicit. Postea illaturus bellum Pontifici, præmissis copiis, aliquot Italiae loca occupat, & ipse sine anni consequitur.

Defunctus est Willelmus Siciliae Rex, cum regnasset annos tredecim menses duos & dies tres, vixissetque annos quadraginta sex. Cui eadem die successit Willelmus filius, cognomento Bonus, agens ætatis annum duodecimum.

Circa hunc annum obiit Lucas Chrysoberges Patriarcha Constantinopolitanus, in cuius locum subrogatur Michaël Anchialus insignis Philosophus, ejus nominis tertius.

Moritur item S. Aëlredus Abbas Rievallis in Angliâ, vir præter vitæ sanctimoniam, egregie doctus, multa scriptis reliquit:

Vitam S. Eduardi Anglorum Regis & Confessoris lib. 2.

Vitam ejusdem carmine lib. 1.

De miraculis ejusdem lib. 1.

De vitâ & moribus quorundam Regum Anglorum lib. 1.

Vitam Davidis Scotorum Regis lib. 2.

Planctum mortis ejusdem lib. 1.

Vitam S. Niniani Episcopi lib. 1.

Vitam S. Margaritæ Reginæ Scotiae lib. 1.

Miracula Hagulstadenfis Ecclesiæ lib. 1.

De statu ejusdem lib. 1.

Chronica ab Adamo lib. 1.

Chronica de bello Standardi lib. 1.

De quodam miraculo lib. 1.

De fundatione monasteriorum S. Marie Eboracensis, & de Fontibus lib. 1.

Sententiarum flores lib. 1.

Homilias triginta tres in Isaiam Prophetam lib. 1.

De revelationibus ejusdem lib. 1.

Aliarum homiliarum lib. 1.

Homiliarum in Evangelium S. Lucæ de accensâ lucernâ lib. 1.

Iterum supra Lucam lib. 1.

De Prælatorum moribus lib. 1.

De ministrorum officiis lib. 1.

De abusionibus claustrii lib. 1.

Centum Sermonum Synodaliùm lib. 1.

Speculum charitatis lib. 3.

De spiritali amicitia lib. 3.

De verâ amicitia lib. 1.

De Adventu Domini lib. 1.

De militiâ Christianâ lib. 1.

Dialogorum plurium lib. 1.

Sagittam Jonathæ lib. 1.

Genealogiam Regum Angliæ lib. 1.

De diversis virtutibus lib. 1.

Orationem pastoralem lib. 1.

Sermones de Sanctis lib. 1.

De tribus hominibus lib. 1.

Dialogum inter hominem & rationem lib. 1.

Super Cantica canticorum lib. 1.

De institutione Sanctimonialium lib. 1.

Contra quasdam Episcoporum litteras lib. 1.

De virtute Gualteri Espec. lib. 1.

Alphonfus Lusitaniæ Rex Ordinem militum S. Michaëlis, sive de Alâ instituit.

Henricus Abbas S. Petri Salisburgi, assumitur in Episcopum Gurcensem.

Moritur Conradus Episcopus Augustanus, qui Regulam S. Benedicti professus, in Monasterio S. Udalrici sepultus est, ubi etiam vitam finit.

Ad cœlos abijt B. Idesbaldus Abbas Dundenfis in Flandriâ Ord. Cisterciensis, vir conversatione Angelicâ & miraculorum gloriâ refulgens: cujus corpus annis post obitum 72. repperitum est integrum atque incorruptum, quod mox tantam odoris suavitate naribus adstantium afflavit, ut balsamo aliisque unguentis perfusum credi potuisset, ubi tamen aliud appositum non erat, quàm nonnihil calcis.

Radulphus creatur Episcopus Leodiensis. Philippus de Heinsberg ad Cathedram sublimatur Archiepiscopalem Coloniensem.

Claret alter Radulphus sanctitate celebris, primus Abbas Vallcellensis Ecclesiasticæ libertatis tenacissimus, erga hospites & pauperes liberalissimus: Alter sui sæculi Joseph, aliquot annis ante sterilitatem terræ prævidens, suis & pauperum usibus plurimum frumenti, mirantibus plurimis comparavit & condidit, appetente autem fame ingenti, pauperum & hospitem ad se concursu factò, subditis victum & vestitum sufficienter præbens, hospitibus humanitatem, pauperibus panem cum pulmento, prægnantibus & nutrientibus omnia ad cibum & potum necessaria affectuosissimè erogavit: evenit tunc stupenda admodum res, cum nimirum vir sanctus, ex horreo pene vacuo, supra quinque hominum millia quotidie aleret, Chron. Vallcellens.

Conradus Archiepiscopus Moguntinus Paschalis Antipapæ partes deserens, juramento se Alexandro III. addidit, hinc ab Imperatore de Archiepiscopatu simul & Provinciâ expulsum, ad præfatum Alexandrum Papam transmigrat, qui Sabinensem ei Episcopatum contulit, interim Christianus in Moguntinensem Sedem ab Imperatore substituitur.

Egbertus Abbas Schœnaugiensis Cardonensem hæreticum disputando egregiè vincit, & devictum ad erroris sui revocationem adigit.

B. Ero Abbas Armenteræ, cum post Matutinas & Laudes, ex more ad vicinum nemus secederet, quietiùs contemplationi vacaturus, feliciter cœlestis vocalitatis & elegantia volucre ad interiora deserti deductus, tantâ contemplationis dulcedine abreptus est, ut illic absque cibo & potu ducentos omninò annos prodigiosissimè exigeret.

Annus Christi 1168.

Moritur Conradus Archiepiscopus Salisburgensis, Sancti Leopoldi Marchionis Austriae filius.

Reges Franciæ & Angliæ positis armis pacem ineunt.

Epistolarum trecentarum lib. 1.
De lectione Evangelicâ lib. 1.
De Christo duodenni lib. 1.
De virginitate B. Mariæ lib. 1.
De naturâ animæ lib. 1.
De dotibus animæ lib. 1.

Grossus Boscus Ordinis Cisterciensis cœnobium conditur.

Moritur Hubertus Archiepiscopus Mediolanensis.

Ad Cathedram Archiepiscopalem Mediolani evehitur S. Galdinus.

Bellum oritur inter Henricum Saxonie Ducem & Wigmannum Archiepiscopum Magdeburgensem, cæterosque Saxonie Principes.

Obiit felicissimè B. Gosvvinus Abbas Ord. S. Bened. Aquiscincti, otii & curiositatis juratus hostis, qui cæco lumen oculorum prodigiosè restituit.

Hugo Comes Tubingensis ulturus damnatum à Guelfone Bavaricæ Duce antè annum terris suis illatum, arma resumit, & in belli societatem Bohemos trahit, non meliori tamen fortunâ. Imperatoris tamen interventu mox bellum hoc finitur, cum Hugo aliquanto tempore in Castro Nuenburg à Guelfone captivus detentus fuisset.

Clarent Arnoldus Abbas Clarævalis in Galliâ, vitæ merito & eruditione venerandus.

Gaufredus quoque Monachus Antifiodorensis scriptis & elucubrationibus hæc tempora clariora reddit; scripsit contra errores Abailardi sui quondam Magistri volumen unum.

In Apocalypsin Joannis lib. 1.

Epistolarum ad diversos lib. 1.

Celebris habetur inter Medicos & Philosophos Joannes Mesue: edidit de medicinis solutivis lib. 1. Antidotarium. De curis morborum corporis humani grande opus.

Annus Christi 1167.

Petrus Abbas Monasterii B.M. Virginis de Armenterâ in Gallaciâ, Cultor Deiparæ eximius, cum insignem ejusdem tutelaris suæ honori Ecclesiam construxisset, & meritum cumulo dives, suis in maximâ vitæ sanctitate gloriosissimè præfulsisset, ad Dominum circa annum hunc migrat.

Romani cum Raimone Tusculi Domino ac copiis Friderici infeliciter configunt, qui proinde urbem obsidet, Alexander tamen Papa secretâ fugâ illius technas eludit: interim exercitus Cæsareus per pestilentem luem valde minuitur, adeò ut intra septem dierum spatium immensa militum multitudo, cum Friderico Bavaricæ Duce, aliisque Principibus miserè perierint; eò demum res devenit, ut non tantum obsidio solvi, sed Italiam garviter offensam, ac conjurantibus de bello communibus armis gerendo, magnâ cum reliquorum militum strage dictus Fridericus ex Italiâ cedere debuerit.

S. Thomas Archiepiscopus Cantuariensis, persequente Angliæ Rege, ex Pontiniaco Monasterio cedere cogitur, sed Legati honore à Papa decoratur.

Idem Rex Gallia Anglia Regi S. Thomam Cantuariensem Archiepiscopum reconciliare frustra laborat.

Magnis & variis cladibus amisso exercitu, redit in Germaniam ex Italia Imperator, à Papâ in super excommunicatus, & Herbipoli Principum Conventum indicit.

Alexandria in Lombardiâ excitatur, & juxta Papæ nomen appellatur.

Welpho & Fridericus Palat. insignem expeditionem sacram parant.

Godefridus II. Episcopus Spirensis eligitur, Udalrico in Italiâ peste extincto.

Trium Magorum corpora Mediolano Coloniâ transferuntur.

Moritur B. Gilibertus octavus Abbas & Generalis Cisterciensis, vir litterarum sacrarum peritissimus, & miraculorum gloriâ illustris, uti testatur Barnab. de Montalbo in Chron. tom. 1. lib. 2. c. 34.

Gonzalus Viegas seu Vanegas, creatur Magister Generalis Ordinis de Avis.

Philippus Comes Flandriæ, Theodorico Alfatio patri vitâ functo succedit.

Feliciter ex hac mortali vitâ decedit B. Godefridus ex Comite Palatino, humilis Monachus cœnobii Hirsaugiensis Ordinis S. Benedicti.

Obiit Dietmarus II. Episcopus Verdensis. Circa hunc quoque annum ad superos abijt S. Avertinus Diaconus, S. Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi ac Martyris discipulus, plurimis patris miraculis gloriosus.

Henricus Friderici I. Imperatoris filius Messanæ in Sicilia decedit.

Sigehardus natione Germanus fit Patriarcha Aquilegiensis.

Moritur B. Godefridus quartus Abbas Claravallis.

Adalbertus Ladislai Bohemiæ Regis filius, Sedi Archiepiscopali Salisburgensi præficatur.

In præfato Principium Imperii Conventu Imperator diffidentes Saxonie Principes componit, & Heroldo Episcopo Herbipolensi ejusque successoribus Ecclesiæque Herbipolensi Ducatum Orientalis Franciæ, quem Couradus quondam Imperator Ecclesiæ memoratæ contulerat, confirmavit.

Castra Bramberg & Franckenberg, latronum & grassatorum sedes, ejusdem Imperatoris jussu funditus evertuntur.

Claret in Saxoniâ eximius sanctioris vitæ splendoribus B. Alardus Monachus B. M. V. de Lucka, Equestribus quondam ludis exercitissimus Dynasta, humillimus postea Deiparæ famulus, quæ obsequium ejus piè remunerata, spectabili formâ ipsi apparere dignata, eundem ad cœli gloriam evocavit.

Conditur in signe Cisterciensis Ordinis Monasterium Claromarisci.

Annus Christi 1169.

Richardus Penbrochiæ Comes, cum lecta nobilitate Anglorum ac Wallorum manu, Dermitti in Lagemæ regnum restituendi prætextu in Hiberniam venit, partemque ejus non exigam subjugat.

Moritur Nigellus secundus Elyensis in Anglia Episcopus.

Joannes Presbyter Cardinalis tit. Martini, promotor duorum Pseudo Pontificum Octaviani & Guidonis, cum extra Viterbium equitaret, subito corruit, & contractis cervicibus impoenitens vitam finivit.

Baptizatur in Cilicia Soldanus Iconii.

Horrendo terræ motu Sicilia concutitur. Catana urbs usque adeo subversa est, ut ne una quidem domus superstes manserit: viri ac mulieres circiter quindecim millia, cum Episcopo maximaque parte Monachorum, sub ruina sunt ædificiorum oppressi.

Moritur Wolframus cognomento Monticoc Comes Hennebergicus.

Item Ocho Episcopus Constantiensis, cui succedit Berchtoldus.

Sub hunc annum decedit Venerabilis Ocho Trecensis Episcopus, & Monachus instituti Cisterciensis in Morimundo; fuit Comitum Carinthiorum filius.

Decedit ex eodem Ordine B. Bernardus Episcopus Nannetensis, vir omnibus numeris absolutus, verusque animarum pastor.

Desiderius Episcopus Tervanensis creatur.

Moritur Stephanus de Mercolio Episcopus Claromontanus.

Tres soles simul visi sunt in occidente 3. die Septembris, & post duas horas deficientibus cæteris, medijs videbatur solus in occasum tendere.

Floret Hugo Etherianus patriâ Tuscanus, vir Græcæ & Latinæ linguæ peritissimus, Emmanuelis Græcorum Imperatoris Protonotarius; scripsit ad Arduinum Romanæ Ecclesiæ Cardinalem de hæresibus & articulis, quos in Latinis Græci devolvebant, libros IV. De Deo immortalibus. 1. Epistolarum ad diversos lib. 4.

Leo quoque prædicti Græcorum Imperatoris Epistolarum interpres, vir excellentis doctrinæ. Scripsit de erroribus Græcorum libros duos & alia plura.

Terræ motus, sicut in Sicilia Regno, sic & in Syria maxima causavit damna, inter reliqua, Antiochiæ in Ecclesia Sancti Petri homines centum quadraginta aperiens se terra in abyssum rapuit, unus autem solus Hermannus nomine, jam medijs terræ immersus, auxilium Dei parentis implorans, salvatus est.

Effulget inter altissimos Rhætiæ montes cœlo proximus cœlestibus radiis B. Algotus Curiensis Episcopus.

Annus Christi 1170.

Dux Boleslaus Altus, Lignicum muris cingit.

Moritur Elisabetha Regis Vladislai II. in Bohemia foror, Priorissa Doxanensis Monasterii.

Alexander Papa ad Angliæ Regem Legationem credit Retrocho Archiepiscopo Rothomagensi, Willelmo Senonensi, & Bernardo Nivernensi Episcopo, ut S. Thomas Cantuariensis in suam restitueretur Ecclesiam: præfatus Rex filium suum Henricum coronari facit ab Archiepiscopo

episcopo Eboracensi, reclamante Thomâ, cui coronationis actus de jure competeat.

Rediens ex exilio Thomas Cantuariæ lætè excipitur, sed per inimicorum technas, cum vix per mensem in Ecclesia sua moram fecisset, Martyrio afficitur.

Moritur Guido Antipapa, & à schismaticis in locum ejus sufficitur Joannes Abbas Strumensis, quem Callistum vocarunt.

In lucem editur S. Dominicus, ex nobili Gusmanorum familiâ.

Gometius Ferdinandus nobilissimus miles, Ordinem militum S. Juliani de Piro fundat.

Floret S. Donatus de Ripa candida, Monachus Montis Virginis, qui anno ætatis suæ 14. ad conversionem accedens, spatio sex annorum ita perfectionis totius summam arripuit, ut moriens anno ætatis suæ 19. Sanctorum cœtui conjungi, & eorum catalogo adscribi dignus fuerit.

Circa hunc annum ad cœlos abiit S. Gerlacus Eremita, qui in quercu concava religiosam vitam sub arctissimâ districtione duxit, ingentes hominum & diabolorum tentationes sustinuit, plurimisque coruscavit miraculis.

Custodia Dei, Ordinis Cisterciensis cœnobium conditur.

Moritur B. Bernardus S. R. E. Cardinalis Ord. Cisterciensis, vir omni virtutum genere ornatus.

Obiit Balduinus Barbatus Flandriæ Comes.

Floret S. Waltherus Abbas Meilrosensis, Ordinis Cisterciensis, Davidis Scotiæ Regis filius, magnâ miraculorum gloriâ à Deo honoratus.

Ex vitâ migrat S. Gualterius seu Gaugerius, Abbas & Canonicus Stirpensis in diocesi Lemovicensi. Item S. Godricus Eremita sub regula S. Benedicti, qui frequentibus Sanctorum cœlo apparitionibus dignatus, admirandis virtutibus claruit. Ejus se pedibus lupus ferocissimus prosternens, ferocitatis quasi veniam postulavit. Serpentes non solam innocui, sed & obsequentes imperiis ejus contingi se passi, etiam amanter ingesserunt, & tanquam Meccenati suo alluserunt: Effulsit Godricus spiritu prophetiæ, miroque in demones imperio.

Henricus Rex Angliæ coronatur. Alfonso Rex Castiliæ, annos natus 15. uxorem ducit Alienoram filiam Henrici II. Regis Angliæ.

Moritur venerabilis Bonifacius ex Monacho Claravallensi Prior Villariensis nonus, vir excellentis sanctimonie.

Claret B. Wilhelmus Abbas Bellæ-Laudæ Cisterciensis Ordinis in Angliâ, rigore vitæ & miraculorum gloriâ illustris.

Obiit circa hunc annum S. Wivina virgo & Abbatisa Ord. D. Benedicti, post mortem plurimis à Deo miraculis honorata.

Claret sanctitate vitæ B. Godefridus de Coloniâ, Sacrista & Monachus Villariensis, qui cœlites familiares habuit, claruitque miraculis plurimis à se patris.

Naturæ debitum solvit Albertus I. Elector Brandeburgicus, bis fuit conjugatus. Ex Sophiâ

conjugè primâ suscepit filios quatuor, & unam filiam.

Gualungus Comes Angliæ Mediolanensium Princeps, è carcere fugiens, sub rustici habitu in Italiam veniens Longobardicam, civis suos hinc inde dispersos in unum convocavit, ipsamque Civitatem Mediolanensem, adjuvantibus vicinis civitatibus & Emmanuele Græcorum Imperatore, mœnibus firmatis ad integrum restituit & munitiorem reddidit: mox Longobardi novam contra Imperium conspirationem ineunt, omnesque Cæsaris judices, locumque tenentes uno die vel expulerunt vel neci tradiderunt. Irâ inde succensus Imperator, quinto Italiam magno cum exercitu intrat, Marchione Montis Ferrati in super invitante, veniensque in Lombardiam quasdam urbes Mediolanensibus confederatas capit funditusque subvertit, Alexandriam verò quam Mediolanenses in honorem Alexandri Papæ noviter erexerant, ejusque nomine decorarant, frustraneâ obsidione tentat. Recedens autem per montem Jovis in Burgundiam, pluribus in locis in tantis fuit cum suis redactus angustias, ut acceptâ famuli tunicâ servum se esse & curam facere equorum in hospitii coereretur. Donec in speratus in Germaniam tandem appulit.

Balduinus animosus, Hannoniæ Comitatum accipit.

Moritur hoc anno S. Godricus noster Monachus Dunelmensis & Eremita, Deiparæ cultor insignis, cujus & Crucifixi imaginem cum ad parietes cellulæ utrinque suspensas haberet, res mira! ex ore aliquando Crucifixi puerulum speciosissimum prodire conspexit, qui ad gremium matris properans, totas tres horas, in sinu atque amplexibus imaginis Deiparæ prodigiosè abblandientis, motâ mirabiliter ac moventis, conquivit, tum verò denuò ad Crucifixum, & in os ejus rediit, motu illo Deiparæ ipsis etiam cellulæ trabibus concussis & tremantibus, quin & ruinam minantibus.

Annus Christi 1171.

Henricus secundus, Rex Angliæ, Hiberniam adit, ab Antistitibus ac Principibus in Regem ac Dominum recipitur.

Circa hunc annum vitæ sanctimoniam claret B. Amabilia prima Antistita Parthenonis Clatoviensis Ord. S. Benedicti in Bohemiâ, Vohburgensis Ducissæ filia.

Lues cum aliquot millium nece Franconiam infestat, & imbrium inundatio magnam in agris pratique ibidem jacturam causat.

Moritur S. Petrus Archiepiscopus Tarentasiæ ex Ord. Cisterciensis: fuit is primum Abbas Stamedii, mirâ in pauperes liberalitate, quorum aliquando ingentem multitudinem parvo cibo totâ die prodigiosè pavit, claudos, mutos & surdos restituit, cæcos illuminavit. Chrysoft. Henriquez in astro Cisterc.

Cumba Ord. Cisterciensis cœnobium conditur. Item Monasterium Insulæ Dei, ejusdem Ord. in Dacia.

Robertus Friso, fratrem ejusque liberos Co-

Comitatu Flandriæ exiit. Moritur Conradus à Moersburg, ex Abbate Wildsbergensi Ord. D. Benedicti Episcopus Aichstadiensis.

Claret Robertus de Turrencio ex Monacho Beccensi Ord. S. Benedicti, S. Michaëlis de Monte Abbas, qui fecit appendicem ad Chronicon Sigeberti.

Obiit Andreas Episcopus Atrebatensis.

Nascitur Alfonso Castiliæ Regi filia Berengaria.

Moritur B. Henricus ex Monacho Ord. Cisterciensis Episcopus Wintoniensis, spiritu prophetiæ clarus. Fuit Henrici I. Anglorum Regis ex sorore nepos, & Stephani Angliæ item Regis frater.

Mortalis corporis sarcinam deponit Beringerus Comes Sulzbacensis, cujus filiam Emmanuel Græcorum Imperator habuit uxorem: post ejus obitum filius, Poloniæ Ducis gener, Comitatum paternum suscepit.

His temporibus post Guntherum ex Comitibus de Lyningen Neometensis sive Spirensis Ecclesiæ Pontificem, Udalricus ejusdem Ecclesiæ ordinatur Episcopus. Dictæ Ecclesiæ Fridericus Imperator Castrum Bernvartstein plenâ donatione transcribit.

Guidone Antipapâ (qui Paschalem se vocabat) mortuo, partis suæ Cardinales Imperatore favente Joannem Sarimensem Abbatem & Cardinalem in Romanum Pontificem contra Alexandrum eligunt, qui se Callixtum tertium vocari voluit.

Annus Christi 1172.

Diem vitæ supremum claudit Heroldus Episcopus Herbipolensis, cum septennio præfuisset: cui eodem hoc anno in Episcopatu successit Reginhardus Comes ab Abensberg, Ecclesiæ Cathedralis & novi Monasterii Præpositus.

S. Benedictus Monachus Benedictinus, S. Wernheri Episcopi Plocensis in Poloniâ socius, cum ille Bolestam, virum genere & opibus præstantem, sed suis non contentum alienis inhiantem opibus, & Ecclesiæ incubantem bonis, ob ademptum Plocensi Cathedrali agrum pro scelere reprehenderet, sacrilegi hominis jussu, an propriâ ut nonnulli volunt ejus manu, cum dicto Episcopo trucidatus, Martyrio coronatur. Ex histor. Polon. Martini Crómeri.

Hermannus Marchio Misniæ Episcopus Bambergensis creatur.

Solenni juramento de nece S. Thomæ se purgat Angliæ Rex coram Legatis Pontificiis, & pœnitens publicè absolvitur.

Humiliatorum Ordo instituitur.

Bona Requies Ordinis Cisterciensis cœnobium fundatur.

Obiit B. Felix Episcopus Ossorienis in Hiberniâ, Ord. Cisterciensis Professor, contemplationis & mortificationis studio celeberrimus.

Everhardus de Avernis fit Episcopus Trecentensis.

Ex vitâ migrat Giraldus Archiepiscopus Tarentinus.

Nascitur Alfonso Castiliæ Regi Ferdinandus filius.

Ebrardus ex Thesaurario Ecclesiæ S. Jo-

annis, & S. Magdalene Decano, creatur Archiepiscopus Bisuntinus.

Claret in Savigniacensi Galliarum Monasterio B. Petrus vir Angelicus.

Henricus Baviaræ & Saxoniarum Dux, ex causâ quod Imperatore Mediolanum obsidente cum suis copiis recessisset, Casare relicto, ab hoc utroque Ducatu privatur, Baviarâ datâ Comiti Palatino de Wittelsbach, Saxoniarum verò Ducatu Comiti Anhaltino concessio. Henricus itaque terris suis orbatus, septennio exulare cogitur: ab eo Duces Brunsvicensis ortum trahere nonnulli testantur.

Præfatus Imperator filium suum Henricum septem annorum puerum in Germaniâ Regem Moguntiarum coronari facit: ibidem Henrico Dux Flandriam Imperatoriæ jurisdictioni subjicit, constituens insuper, ut si ipse sine liberis vitâ decederet, dictum Comitatum cum omnibus appertinentibus Henricus prædictus ex testamento possideret.

Hominem exiit Ludovicus II. Landgravius Thuringiæ, vir belli pacisque temporibus non tam strenuus quàm providus, cujus corpus in Monasterio Fontis Rainhardi fuit sepultum.

Novella Deiparæ familia Humiliatorum sub regulâ S. Benedicti mirificè exsplendescit.

Annus Christi 1173.

Vibianus Thomæ presbyter Cardinalis titulo sancti Stephani in Cœlio monte creatur.

Inter Reges Angliæ Patrem & filium bellum exardescit, quod iste patri infert, nixus ope Regum Franciæ & Scotiæ, ob quod à Richardo Archiepiscopo Cantuariensi excommunicatur.

Convincit Græcos in oculis Manuelis Imperatoris Henricus ex Monacho Benedictino Episcopus Lubecensis.

Obiit Richardus in cœnobio S. Victoris prope Parisios Canonicus Regularis, vir eruditionis doctrinâ & virtutum exercitiis conspicuus.

Carnis exuvias in Monasterio Savigniacensi exiit B. Aymo Monachus Ordinis D. Benedicti, vir Angelicæ vitæ, qui semel sub Missæ sacrificio cœlos apertos, Jesumque stantem, facie ad orientem conversâ, sæpius verò Angelos intueri meruit: cordium secreta abditissima penetravit, magnâque miraculorum gloriâ est honoratus. Angel. Manriq. Chryl. Henriq.

Floruit circa hunc annum S. Euphrosyna virgo, VVeslai Poloniæ Ducis filia, quæ in seio parente habitum monasticum suscepit Polociæ. Mansit multo tempore ad Ecclesiâ Cathedrali S. Sophiæ, ex manuum suarum labore, ac præsertim librorum transcriptione, egenis necessaria tribuendo. Divino dein monitu extra civitatem, Salvatoris Ecclesiâ ac Monasterium extruxit. Exactis ibi pluribus annis religiosè, Hierosolymitanam peregrinationem suscepit, & Hierosolymis tandem obiit.

S. Spiritus

S. Spiritus Monasterium, Ordinis Cisterciensis in Sicilia fundatur.

Moritur Almericus Rex Hierosolymorum.

Claret S. Anselmus ex Priore Carthusianorum Blefensis Episcopus, vir litterarum scientiâ, vitæ sanctimoniâ & pastorali curâ celeberrimus. Item Basilius ex eodem Ordine, qui post mortem multis coruscavit miraculis.

Bela III. filius Geysæ II. Ungariæ Regis, Stephano IV. fratri suo in Ungariæ regno succedit.

Belgium egregiâ sanctitate illustrat B. Godfridus de Colonia Monachus S. Panthaleonis Coloniæ, Angelis non solum sed Angelorum Regiæ, mortali etiamnum in corpore familiaris, cujus jucundissimâ præsentia non semel creatus fuit. Quam cum aliquando chorum intrantem cantu Fratrum delectari vidisset, exeuntem tanquam Minister Dominam prosequens, hoc solatii ab ipsa meruit: *Revertere ad Fratres tuos, inquit, nec sequaris amplius me, quia citò ex toto me sequeris, recepturus tui laboris præmium.*

Annus Christi 1174.

Adalbertus Archiepiscopus Salisburgensis, à Casare Friderico dignitate se abdicare injustè cogitur. Hoc quoque anno idem Imperator arma denuò exiit, & Italiam premit.

Angliæ motibus afflictissimus Rex senior, dum S. Thomæ Martyri & Archiepiscopo olim Cantuariensi fit supplex, mirè triumphat, & pacem regno invehit.

Angli, per sexaginta equites insignibus Scotiis usos, Guilielmum Scotiæ Regem capiunt.

Moritur Eginus Episcopus Curiensis, cui succedit Ulricus Abbas S. Galli. Item Hermannus Episcopus Hildesienfis.

Gelasius ex Derensi Abbate Ord. D. Benedicti, successor in Primatu Armachano institutus per S. Malachiam, eâ se dignitate abdicantem, postquam annis 33. indefesso studio laborasset in Hiberniensis Ecclesiæ Vineâ, ætatis suæ 87. decedit.

Patavium incendio vastatur exustis 2614. ædibus.

Ubaldo Lanfranchus in Pisanum Archiepiscopum eligitur.

Moritur Almericus I. Hierosolymorum Rex anno ætatis trigésimo octavo, Princeps bellicosus, qui fidei hostibus egregiè restitit. Vivis pariter se subtrahit Heroldus Episcopus Herbipolensis, post quem ad Cathedram Pontificalem evehitur Reinhardus.

Præfati Almerici filius Balduinus, hujus nominis quartus, regni Hierosolymitani coronâ decoratur: ob ejus minorennitatem autem Regni interim negotia moderatur Raimundus Comes Tripolitanus.

Annus Christi 1175.

Genuenses Albingaunam paulò ante à Pisanis devastatam de ruinis excitant.

Guilielmus Torbus Norvici in Angliâ Episcopus, Ecclesiasticæ libertatis strenuus

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

contra Regem Henricum propugnator, moritur. Item circa hunc annum mortalitatem exiit B. Rogerius Abbas Ellantii Ordinis Cisterciensis, miraculis & Prophetiæ spiritu clarus.

Richardus Archiepiscopus Cantuariensis in Angliâ Concilium celebrat pro restituenda disciplina.

Memorabili clade ab Alexandria Lombardiæ repellitur cum exercitu Imperator, S. Petro apparente, quæ urbs hoc anno Episcopali sede decoratur.

S. Hildegardis supra Delphicum Oraculum consultitur.

Alexander Papa, Papiensem Episcopum crucis & pallii dignitate privat, eò quod civitas diu Octaviano Antipapæ adhæsisset.

Moritur B. Alexander nonus Abbas Cistercii, Ordinis Generalis, miraculis clarus, cui eodem anno in dignitate & morte successit B. Bernardus ex illustrissimis parentibus in Gallia ortus.

Floret S. Guarinus ex Ordine Cisterciensi Episcopus Seduni.

Robertus creatur Episcopus Tricariensis.

Obiit B. Fredericus Abbas Horti B. Mariæ in Frisia Ordinis Præmonstratensis, post mortem miraculis gloriosus. Item S. Petrus ex Ordine Cisterciensi Archiepiscopus Tarentensis, mirâ in pauperes charitate, & miraculorum gloriâ insignis: similiter Henricus Archiepiscopus Rhemensis, filius Ludovici VI. Galliarum Regis.

Nascitur Alfonso Castiliæ Regi, filia Uraca, futura Regina Lusitania.

Floret in Germania B. Henricus ex Sacræ Theologiæ Doctore eximio factus Conversus Ordinis Cisterciensis, qui ad tantam per eximiam humilitatis tutissimam viam, perfectionem conscendit, ut solo aspectu interiora hominum agnoscere, & solo verbo dæmonem fugare meruerit.

Verus Cella Ordinis Cisterciensis Cœnobium in Marchionatu Misniæ ab Ottone Marchione conditur. Nunc sæculari Principi redditus ejus obveniunt.

Annus Christi 1176.

Moritur Stephanus III. Ungariæ Rex in oppido Semlino.

Suorum iratus clade Imperator propè Lignanum totis viribus congressus vincitur à Mediolanensibus, ipse penè occumbens, de pace dein agit Ecclesiæ reddendâ.

Victus à Turcis Manuel Orientis Imperator, mox vincit.

Exoritur hæresis Albigenis.

Diem obit Evergissus Episcopus Paderbornensis.

In Monasterio Horrei Trevirensis cum opinione magnæ sanctitatis obit Clementia, Adolphi Hohenbergensis Comitissæ filia.

Moritur S. Galdinus S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopus Mediolanensis, & Sedis Apostolicæ Legatus, miraculis post mortem gloriosus, cui in sede Archiepiscopali succedit Algissus. Concilium celebratur Albigense.

S.

Mori-

Moritur Anthelmus Ordinis Carthusianorum, Episcopus Bellicensis in Gallia.

Floret sub hæc tempora S. Laurentius noster Dublinensis in Hibernia Episcopus, Principe familiâ natus.

Annus Christi 1177.

Joannes Comes Curcius Rodericum Dunlevium Hiberniæ Regem acie vincit, & Ultoniam occupat cum Duno civitate.

Moritur Walterus Episcopus Roffensis, Theobaldi Archiepiscopi Cantuariensis frater, cum sedisset annos 25.

Otto II. Comes Andecensis, Episcopus Bambergensis creatur.

Utrique demum pax sancitur inter Pontificem & Cæsarem, absque tamen sigmento calcati à Pontifice Cæsaris, Callisto Antipapâ spontè resignante: paulò post Alexander Papa Concilium celebrat.

Æthiopiæ Rex plenam cum Ecclesia Catholica petit unionem, quem ob finem missi sunt ab ipso viri prudentes Romam, qui de punctis fidei orthodoxæ ritè imbuerentur.

Imperator ex Italia in Germaniam redux, contra pacem cum Pontifice initam, Bertinorum castrum expugnat.

Resignat Eschillus venerandus senex, Lundenis Ecclesiæ Metropolitanæ præfecturam, quæ imponitur Absaloni Episcopo Roschildensis.

Pons Avenionis per puerum duodennem miraculosè exstruitur.

Gomezias Magister Generalis Ordinis de Alcantara creatur.

Vitam mortalem exiit B. Henricus frater Regis Galliarum, ex Monacho Claravallensi Rhenensis Archiepiscopus.

Blesis habitantes Judæi, puerum Christianum in crucem egerunt, ipso die Cœnæ Dominicæ. Sigeb. contin.

Monasterium S. Adriani de Hirsans, Ordinis Cisterciensis conditur. Item Monasterium Thama dictum, ejusdem Ordinis.

Alphonfus Rex cum de Mauris Concham Castiliæ novæ urbem cepisset, Episcopalem in ea thronum erigit.

Wilhelmus Siciliæ Rex matrimonium init cum Joannâ Angliæ Regis filiâ.

Decedit Imbrico Episcopus Augustanus.

Moritur in Monasterio S. Emerammi Ratisponæ B. Adalbertus Abbas, miraculorum gloriâ à Deo plurimum commendatus.

Obiit S. Hiltrudis Virgo, Comitissa Spanheimensis.

Baldvinus IV. Rex Hierosolymitanus Saladinum prælio vincit.

Bertholdus Dux de Zähringen Friburgurum in Nuchtlandia à fundamentis exstruit.

Illustre Cælorum Reginæ in terris monumentum erigitur, Monasterium B. M. V. Cirencestriense, fundatum à Bartholomæo Oxoniensi Episcopo, quod insigniter dotavit & locupletavit Henricus II. Angliæ Rex.

Claret B. Guntelinus Anglus, juvenis mundi deliciis deditissimus, mirâ visione à S. P. N. Benedicto ad Deiparam adductus, tanquam Novitius, & in sacram familiam Cisterciensem assumptus.

Annus Christi 1178.

Conradus Comes à Wittelsbach, à Friderico Imperatore Salisburgensi Archiepiscopi Infule obtruditur.

Alexander Papa Romam veniens, festivè excipitur, cui & Senatores olim refractarii, & delitatem fecerunt.

Exerit vires & virus magis magisque pestilentissima Albigenisum hæresis, convertitur tamen Petrus Moranus unus ex eorundem antesignanis, & publicam agit pœnitentiam.

Circa hæc tempora, Otto filius S. Leopoldi, frater Henrici Ducis Austriæ, nepos Friderici, Barbarossæ Imperatoris, Episcopus Frisingensis, Chronicon ab origine mundi usque ad sua tempora libris septem complexus est.

Conradus II. Episcopus Spirensis creatur. Moritur B. Gaufridus ex Monacho Claravallis Ord. Cisterciensis Episcopus Sorensis in Insula Sardinia, revelationibus & miraculis illustris.

Fundatur Abbatia Virginum Cisterciensium Werckensis, Diœcesis Burgensis.

Moritur Henricus Comes Orlamundanus.

Vitâ non sine eximia sanctionis opinione excedit in Helvetia, Monasterio Montis Angelorum, sub regula S. Benedicti, Frovinus Abbas. Scripsit insignem Commentarium in orationem Dominicam; aliosque tractatus elucubravit.

Obiit Evermodus Episcopus Raceburgensis, cui succedit Isfridus Præpositus Jerocontinus.

Petrus creatur Episcopus Roschildensis in Dania. Absolomius verò ad Lundensem sedem Archiepiscopalem transfertur.

Finem vivendi facit Joannes Galdinus Archiepiscopus Mediolanensis, miraculis clarus. Item S. Odo Abbas in Anglia, vir doctrinâ pariter excellens: inter ejus Scripta Commentarii in Pentateuchum, in libros Regum, in Pfalterium &c. commendantur.

Cremonenses, Placentini & Mediolanenses Alexandriam urbem exstruunt, & quia Alexandri III. Papæ partes tenebant, ab eo nomen urbi imposuerunt.

Moritur Richardus Episcopus Herbipolensis, cui succedit Godefridus, vir magnificus, prudens & pius.

Henricus Claravallis Abbas, & Almaricus noster Silvanectensis Episcopus Albigenisum invalescenti hæresi intrepidè se opponunt.

Annus Christi 1179.

Celebratur Romæ Concilium generale, cui interfuere Episcopi trecenti.

Philippus filius Francorum Regis ægrotus, ope S. Thomæ Cantuariensis, prodigiosè sanatur.

Portugalliæ Alphonfus I. ab Alexandro Papâ, ob res adversus Saracenos præclarè gestas, titulum Regis accipit.

Obiit Drogo Morinorum Episcopus, Item Berchtoldus Episcopus Constantiensis.

S. Julianus Episcopus Conchensis in Castilia nova creatur.

Moritur Henricus ex Abbate S. Petri Salisburgi Ordinis Benedictini, Episcopus Gurcenis.

Rudol-

Rudolphus qui per Simoniam sedem Episcopalem Argentoratensem occuparat, à Summo Pontifice deponitur. Eligitur Conradus.

Judæi in Gallia Richardum puerulum Christianum, crucifigunt & dirè interimunt.

Decedit Henricus Dux & Episcopus Pragensis, succedit in Sede Episcopali Daniel ejus nominis secundus.

Moritur B. Eberhardus Præpositus Marchallensis in Suevia Ordinis Præmonstratensis: sex post mortem annis corpus ejus dulci perfusam odore repertum est.

Henricus Abbas Claravallis, creatur Cardinalis Episcopus Albanensis.

Decedit Ebrardus Archiepiscopus Bisuntinus, cui succedit Theodoricus II. de Montefalconis.

Moritur B. Gaufridus ex Monacho Claravallensi Episcopus Sorensis in Sardinia, virtutibus, revelationibus ac signis clarissimus. Item B. David fundator Monasterii Hemmenrodensis, in vita & post mortem miraculis clarus, claruit insuper Prophetiæ dono.

Doctrinâ sæculum hoc exornat Joannes Episc. Carnotensis, qui scripsit insigne Opus de Nugis Curialium & Philosophorum, quod Polyeraticon nominavit libris octo. De Pœnitentia lib. I. Vitam & Passionem S. Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis lib. I. Epistolarum ad diversos lib. I. De veneratione Sanctorum lib. I.

Parem doctrinâ notam adeptus Petrus Blesensis. Scripsit de amicitia Christiana lib. I. De pœnitentia salutari lib. I. De accelerando passagio ad Terram Sanctam lib. I. De qualitate pœnitentiæ lib. I.

Celeberrimus sanctitate fulget S. Eschillus vir Apostolicus, ex Archiepiscopo Lundenis, Daniæ ac Sueciæ Primate, humilis sub regula S. Benedicti Monachus.

Annus Christi 1180.

Ad Episcopalem Pragensem Cathedram evehitur Henricus Brzetislaus, Henrici III. Bohemiæ Ducis filius, Professor Ordinis Præmonstratensis in Monte Sion; quem Beati titulo vulgò condecorant.

Otto Dux Cracoviensis, matrimonio sibi copulari facit Wojslavvam Comitissam de Mielnick ex Bohemia.

Nascitur in Camiensi Silesiæ villa B. Ceslaus S. Hyacinthi Ord. Prædicatorum, sanguine & regulâ frater.

Rudolphus Comes Palatinus Tubingensis, cum uxoris Mechtildis consensu, Bebenhufanum in Ducatu Wirtenbergico Monasterium Præmonstratensibus condit.

Contigit schisma in Ecclesia Scotorum, occasione electionis Primarii totius regni Antistitis, nempè Episcopi S. Andrea, quod defuncto qui eam sedem tenebat, Canonici elegerunt ei successorem Joannem cognomento Scotum, & Willelmus Rex Hugone Capellanum suum, quem etiam consecrari fecit contra Joannis ad Sedem Apostolicam appellationem: Papa deposito Hugone Joannem confirmavit, quem cum Rex agnoscere noller, excommunicationis sententiam in ipsum lata est, & interdicti in regnum.

Succedit mortuo Manuelli Imperatori Constantinopolitano Alexius puer sub tutela matris.

Finem quoque vivendi facit Amalricus Patriarcha Hierosolymitanus, successorem habens Heraclium Cæsariensem Archiepiscopum: item Godefridus II. Episcopus Spirensis.

Alphonfus Aragoniæ Rex Hortense Monasterium Ord. Cisterciensis visitans, in Capitulo Monachorum flexis genibus, eorum sodalitia adscribi humiliter postulat & obtinet. Chrysof. Henric. in astro Cisterc.

Circa hunc annum moritur S. Hugo Abbas Bonavallis Ord. Cisterciensis, spiritu prophetiæ & miraculis clarus, qui divinâ inspiratione excitatus, contra Octavianum Pseudo-Pontificem viriliter insurgens, pacem inter schismaticum Romanorum Imperatorem & verum Ecclesiæ Antistitem summum conciliavit, cujusque consilio, miraculosis præcedentibus signis, festivitas Spineæ Coronæ in Ord. Cisterciensi est introducta.

Decedit Christianus I. Archiepiscopus Moguntinus. Item Conradus Episc. Argentoratensis. Similiter B. Hugo Abbas Bonavallis Ord. Cisterciensis, qui Deiparæ præcipuè charus, varias & graves dæmonis insidias atque vires Virginis Virginum auxilio superavit, fulsit in vita dono Prophetiæ, & post mortem miraculis. Angel. Manriq. Bernard. Brito.

Decedit Ludovicus VII. Galliarum Rex. Petrus ex Abbate Cisterciensi creatur Episcopus Atrebatensis.

Nascitur Alfonso Castiliæ Regi filius secundus, Sancius dictus.

Plures milites Templarii pro fide Christi militantes à Saladino Mahometanorum Principe in Vado Jacob, castro Christianorum celebri, expugnati & capti, in odium Religionis ludibrio habiti, & tandem ferris per medium barbaricâ crudelitate scissi sunt.

Sub hunc annum in cælum migrat in Monasterio Claravallensi B. Constantinus Conversus; is sceleratæ primùm vitæ homo & mortis reus, cum jam sententiâ Judicis damnatus, ad patibulum duceretur, S. & Mellifui Bernardi occurrentis intercessione liberatus & Monachus factus est: exindè Constantinus verus sui corporis carnifex factus, asperissimo cilicio carnem perpetuò subegit, totum annum præter panem & aquam aliquandò nihil gustando, jejuniò sese confecit: singulis noctibus duas disciplinas ad sanguinis usque effusionem suscepit, tantâque demum contritione à Deo donatus est, ut semper lachrymarum imbribus oculi defluerent, neque unquam cælum intuerentur. Vixit in Cœnobio pœnitens annis 30. & signis ac virtutibus à Deo honorari meruit. Bucelin. in Martyrolog.

S. Mainardus Ord. Cisterciensis, Livoniæ Episcopus, post innumera patrata miracula, Apostolicis meritis dives, ad æternitatis mercedem emigrat.

Fridericus I. Imperator, Bernardo Comiti Ballenstadiensi-Alcanico, Saxoniarum Duci, filio juniori Alberti Ursi, sertum Rutæ pro insigni dat, quo hodie dùm Saxoniarum Duces utuntur.

Annus Christi 1181.

Moritur Fridericus I. Brenæ Comes & Lufatiæ Marchio; item Alexander Papa tertius, cui sufficitur Lucius, dictus antea Humbaldus, Cardinalis Episcopus Ostiensis.

Salisburgi Conradus Archiepiscopus venerandum corpus S. Virgilio, & aliorum trium ejusdem Ecclesiæ sacrorum Antistitem casu reperit, quæ corpora statim magnis prodigiis coruscare cœperunt.

Patriarchæ Antiochenus & Hierosolymitanus, Boamundum juniorem Principem Antiochenum censuris exagitant, eò quòd relicta uxore legitimâ Theodorâ, aliam in matrimonium sibi jungere præsumpsisset, qui spreitis Episcoporum correctionibus, diram adversus eos persecutionem movet.

Andronicus alter Sejanus, fit paulò post tyrannus.

Circa hunc annum obit in territorio Senensi B. Albertus Eremita Montis Alceti, Ord. Camaldulensis, miraculis clarus; inter cætera aqua à se missa moribundo instillata, illicò sanum reddidit, ac insuper in vinum generosissimum mutata fuit. Ex vit. apud Bolland.

Conditur Sacra cella Monasterium Ord. Cisterciensis.

S. Joannes Episcopus Vicentinus, Monachus ex Ord. D. Bened. cum pro oppressis, libidini se opprimentium pari constantiâ, quâ hostibus Ecclesiæ opponeret, à sacrilegis occiditur; multis à morte miraculis gloriosus.

In Anglia puer Christianus Robertus nomine à Judæis interceptus interficitur, multis à morte miraculis clarus.

S. Adalpreus Episcopus Tridentinus, ob jurium Ecclesiæ suæ defensionem à rebelli subdito ex insidiis hastâ transfixus, obit.

Decedit B. Eschillus Archiepiscopus Lundensis, Daniæ ac Sueciæ Primas, Deiparæ eximius cultor, & assertor libertatis Ecclesiasticæ strenuissimus, pro qua exilium & carceres perpessus est; factus postea in Claravalle Monachus, magnis in vita & post mortem miraculis claruit.

Vitam mortalem deponit B. Guarinus de Girardo ex Ord. Cisterciensi, Archiepiscopus Bituricensis, Item Henricus ex Abbate Claravallensi Albanensis Episc. & Cardinalis. Similiter Berneredus seu Bernardus Abbas Benedictinus SS. Crispini & Crispiniani apud Sueffionenses, dein Cardinalis & Episcopus Prænestinus.

Obiit S. Hildegardis Virgo Monialis Ord. D. Bened. quæ annos nata 42. lumine prodigioso cœlitus lapsa miraculè illustrata, donum expositionis Scripturarum singulari Dei munere accepit, luxitque Prophetiæ Spiritu, & gratiâ miraculorum.

Obdormit in Domino S. Galganus Eremita, quem miraculorum gloriâ Numen mirè extulit, absentia ut præsentia vidit, prævidit futura, demones ab obsessis fugavit, ægrotis sanitatem restituit.

Almericus Antiochenus Patriarcha, Monachos Carmelitanos, per Syriæ deserta dispersos, in cœtus congregat.

Patriarcha Hierosolymitanus & magnus Teutonici Ordinis Magister Romam veniunt, consilium & auxilium contra Saracenos caput jam Hierosolymitanâ urbe petentes, quos Papa ad Philippum Gallorum Regem direxit, scribens multis in Europa Regibus atque Principibus, ut negotio & periculo subvenirent.

Imperator Moguntia Principum Imperii Conventum celebrat.

Balduinus Devonius ex Diacono Exoniæ, Monachus Cisterciensis & Abbas, creatur Episcopus Vigornia.

Bernardus Saxonie Dux, Alberti Urtilii filius, Lauenburgum, ab Henrico Leone dirutum, restaurat.

Annus Christi 1182.

Moritur Richardus Episcopus Cestrensis in Anglia. Similiter Reginhardus Episcopus Herbipolensis, cum decennio præfuisset.

Transeunt spontè ad Ecclesiæ gremium Maronitæ Orientis populi, & Latinis contra Græcos adfunt.

Nascitur Assisi in Umbria S. Franciscus, filius Petri de Bernardone.

Egnolphus Episcopus Aichstadiensis, dignitatem resignat; succedit Otho, divinitus studiosissimus.

Diem obit Udalricus Episcopus Halberstadensis. Item in Monasterio Sithivensi B. Bernardus cognomento Pœnitens Ord. D. Benedicti, qui Magalonensis patriâ, pœnitentiæ studio, universum penè terrarum orbem in angustia carnis & Spiritus tribulatione peragravit, Hierosolymam tertio adiit. Factus Monachus singulis annis quadragesimas quatuor jejunans, tribus per hebdomadam diebus panem solum cum aqua sumpsit, stans ferè orare consuevit, nudis incedebat pedibus; vinculis ferreis quinque cingebatur, circa pectus nimirum, lumbos, collum, brachia & crura sic obarmatus; cilicio insuper & lorica ferrea ad nudam carnem indutus, cui durus lectulus lapidibus sternebatur; de morte sua divinitus edoctus, tandem laboribus & vitæ finem fecit. Ex Menolog. Buccelin.

Moritur Pontiniaci in Gallia B. Guicardus ejusdem Monasterii Monachus sub institutis Cisterciensium, vitâ & doctrinâ insignis, Archiepiscopus Lugdunensis.

Alphonfus Rex Portugallie sub vexillo S. P. Benedicti militans Equitibus castrum Avignense dono dat, unde deinceps Ordo ipse est denominatus, & illustres sæpius de Saracenis victorias reportavit.

Margarita Sicilia Regina, illustrissimum nostris Cœnobium in declivi montis Aetnae conpuit, Maniacense cognominatum.

Annus Christi 1183.

Saladinus Rex Syriæ & Egypti, Casaream Palæstinæ Christianis eripit, eamque magnâ ex parte evertit.

Conradus Wittelspachius à Salisburgensi ad Moguntinam Archiepiscopalem cathedram evehitur, reobtinente priorem Adalberto, quem inde prius abire Fridericus Imperator injustè coegerat.

Romani

Romani occasione quarundam consuetudinum, quas Lucius Papa abrogare conabatur, in ipsum exurgunt, & urbe excedere cogunt; veniens in auxilium ejus Christianus Moguntinus Archiepiscopus cum exercitu, ex aquis fontanis veneno infectis cum multis suorum extinguitur.

Henricus junior Angliæ Rex contra patrem suum sæpè insurgens, cum magnis pœnitentiæ signis moritur.

Constantiensis pax notissima Juris Consultis, Constantiæ ad Rhenum sancitur Cæsarem inter & Longobardos.

In Provincia Bituricensi, septem millia hæreticorum Coterellorum ab incolis interficiuntur.

Andronicus, ne solâ regnandi libidine Sejano par esset, fit etiam crudelitate, & Alexium Imperatorem innocentem puerum è medio tollit, necnon in Latinos immaniter ferro, exilio ac rapinâ sævit. Inter plurimos decollatus est Joannes Lucii Papæ Legatus, ac caput ejus abscissum caudæ canis alligatum.

Moritur Otho de Witelspach, Baviaræ Ducum, qui hodie præfunt, auctor. Item Michaël Anchialius Patriarcha Constantinopolitanus.

Canutus Daniæ Rex bellum cum Pomeranis gerens, Grosvynum urbem funditus evertit.

Guilhelmus è Monacho Caveni S. Mariæ Novæ in Monte Regali Abbas, petente Guillelmo Bono Sicilia Rege, primus ejusdem loci Archiepiscopus à Lucio III. Papâ renunciatur, & familia Monachorum Cathedralis & Metropolitana decernitur.

Annus Christi 1184.

Moritur Jacelinus sive Jocelinus Episcopus Salisburienis in Anglia: item Bartholomæus Episcopus Exoniensis, vir insigni eruditione. Similiter Richardus Archiepiscopus Cantuariensis, ob negligentiam in officio suo Pastoralis ad Dei tribunal è vita avocatur.

Inquieti suo more Romani, gravius quàm antè annum tumultuantur.

Lucius Papa Cæsarem Veronæ adit.

Cum Casimirus Poloniae Rex sacras alicujus Sancti Reliquias à Papa expeteret, S. Florianus protensâ è tumba manu, se Cracoviam deferri velle prodigiosè ostendit.

Obiit Conradus II. Episcopus Spirensis, Succedit Rabodo.

Circa hunc annum vivere desit B. Hildegundis Comitissa, Ordinis Præmonstratensis, post mortem miraculis coruscans.

Ex hac vita quoque decedit Hartvicus ex Monacho Benedictino ad S. Udalricum, Episcopus Augustanus. Succedit Eittelschalckus Comes à Thannenlohe.

Ad Superos abit S. Benedictus fundator pontis Avenionensis, in vita & post mortem miraculis gloriosus. Item S. Dannius Presbyter Bononiensis, herniosorum singularis patronus, Nec non venerabilis Henricus ex Monacho & Abbate Benedictino Episcopus Lubecensis, qui Græcorum errores egregio zelo, & eruditionis præstantissimæ commendatione doctissimè demonstravit.

Pax inter omnes Romani Imperii Status Constantiæ promulgatur. Ejus constitutionem Baldus utriusque Juris Doctor præclaro Commentario illustravit.

Annus Christi 1185.

Henricus II. Angliæ Rex, Joannem Moretonii Comitem, filium suum, ad stabilendam Hiberniæ possessionem, eò mittit.

Eodem anno Sacræ Reliquiæ SS. Patricii, Columbæ Abbatis, & Brigidæ Virginis, diu ignotæ, ubi laterent, Malachiæ Episcopo noctu oranti, cœlesti se super tumulum effundente radio manifestantur.

Moritur Papa Lucius III. Lucensis patriâ, succedit eidem Urbanus III.

Moritur hoc eodem, quo missus est anno, in Hibernia Joannes Moretonii Comes supra citatus.

E vivis decedit S. Silvester Monachus S. Basilii Trainæ in Sicilia, miraculis in vita & post mortem illustris.

Item B. Ulricus Abbas Villariensis octogenario major; cum abdicato Abbatiali honore, ad Vallcellense Cœnobium, professionis suæ locum rediisset.

Mensibus Decembre, Januario, Februario, in Franconia, arbores ac vites flores, in Majo poma, in Augusto uvas maturas produxere.

Andronicus Orientis Imperator tyrannidis suæ pœnas luit; nam invadente Imperium Isaacio Angelo, ille duabus gravibus catenis ferreis collo injectis, & compedibus oneratus, ad Isaacium perductus, contumeliosis verbis exceptus est: alapæ ei impactæ, nates pulsatæ, barba vulsa, dentes excussi, capilli evulsi: deinde publicè omnium ludibriis expositus, etiam à mulieribus pugnis cæsus est; ac præcisâ dexterâ in carcerem coniectus, sine cibo, sine potu, sine ullo cujusquam officio: post aliquot dies altero oculo effosso, scabioso camelo impositus, per forum triumphi specie traductus est, brevi tuniculâ indutus: quem proinde petulantissima plebs diris ignominis affectis: alii clavas in caput impeerunt, alii stercore nares fœdârunt, alii spongias excrementis hominum & pecudum conspurcatis in faciem expresserunt, alii veribus latera pupugerunt: impudentiores quidam lapidibus coniectis rabidum canem appellârunt: scortum quoddam ollam ferventi aquâ plenâ è culina raptam, in faciem effudit. Nemo denique erat quin malè ei faceret, ac demùm ita ignominiosè in theatrum perductum, ac misero illo camelo detractum, juxta duas columellas, quibus superne lapis incumbebat, pedibus suspenderunt fune alligatis: qui tot mala perpessus, tamen generoso animo ea perferens, nihil aliud dicebat, nisi *Domine miserere*: & ad populum, *quid calamum contritum infringitis?* sed dementissima turba ne suspensio quidem parcens, direptâ tuniculâ vitilia ejus vexavit, & quidam longum enses per fauces usque ad intestina adegit: duo verò Latini enses ambabus innixi manibus in nates adegerunt, ut periculum

lum facerent uter esset acutior: post tot ærumnas ægrè vitam abruptit, dexterâ cum dolore ad os admotâ, ut multi putarent, eum calidum ex ea sanguinem ob recentem plagam adhuc stillantem præ siti exfugere: aliquot verò diebus interjectis, inde detractus in theatri fornicem quendam, ut bestia projectus, jacuit, donec quidam humaniores in alium locum transtulerunt, quem tamen Isaacius non permisit sepeliri. Ita Nicetas.

Garcias primus Magister Generalis Calatravæ creatur.

Decedit Anno sive Hanno Episcopus XXVI. Mindensis, vir piissimus, fuitque sanctarum Reliquiarum conquistor sedulus.

Fatis quoque concedit Stephanus à Monacho Cisterciensi Monasterii Alvastrensis, primus Archiepiscopus Upsalensis.

Sanctius I. Portugallia Rex regnare incipit, mortuo Alphonso.

Moritur Balduinus IV. Hierosolymorum Rex.

Corpus S. Domitiani Episcopi Trajectensis Leodium devehitur, ubi templum S. Lamberti conflatur: in dicta adductione senserunt omnes qui adfuerunt, quomodo feretrum B. Lamberti & feretrum S. Domitiani se se invicem sonoro quodam strepitu salutârunt.

Decedit Algisus Archiepiscopus Mediolanensis, cui sufficitur Ubertus primus. Item gloriosæ memoriæ Alphonso Henriquez, primus Lusitaniae Rex, sacratissimi Ordinis Equitum de Ala conditor: ipsum Deus magnis favoribus affectit, eique aliquando eâ specie, quâ olim fuerat in crucem actus apparuit, allocutusque benevolè, scutum ipsi passionis suæ insigne, quinque vulneribus interpunctum, ostendit & concessit.

Moritur B. Guillelmus Abbas Cistercii, Alphonso Castellæ Rex à Saracenis victus ad Larcurim ægrè effugit.

Henricus Romanorum Rex filius Friderici Imperatoris, pro regni negotiis venit Erfordiam, Comitibus, Baronibus & Nobilibus multis stipatus; ubi quodam die cum staret inter plures super trabes cujusdam cloacæ: subito ædificium illud corruit, & omnes in cloacam ceciderunt, è quibus octo lutulentâ stercoreum suffocati perierunt, ipse verò Henricus Rex cum reliquis vix mortis periculum evasit.

Annus Christi 1186.

Prima in Livonia Episcopalis sedes fundatur, sub patrocinio Sanctissimæ Dei Genitricis. Ecclesiæ denuò rebellis, & legata Mathildis affectans Fridericus Imperator, cum Urbano Papa colliditur.

Henricus Germaniæ Rex Friderici Imperatoris filius, cum Regina Constantia filia Rogerii Regis Siciliae, Mediolani anno ætatis suæ vigesimo primo nuptias celebrat.

Isaacius Imperator Orientis expellit Basilium Gamaterum Patriarcham Constantinopolitanum, atque in locum ejus substituit Nicetam Mundanum.

Godefridus ex Comite Palatino Monachus Hirsaugiensis, non sine opinione sanctitatis decedit.

Moritur Sigfridus Episcopus Paderbornensis.

Decedit Petrus Abbas Claravallis, vir sanctissimus, ex Regio Gallia stemmate oriundus, abstinentiæ virtute mirandus, paupertatis simplicitatisque studio addictissimus; ad honores plurium Abbatiarum à Deo ipso vocatus, ne tergiversaretur, cum per alios viros sanctos, tum voce cœlesti, & ab apparentibus SS. Bernardo & Malachiâ admonitus est: stupenda universis semper visa in illo, omni omnino tempore frontis animique serenitas; cujus causam aliquandò rogatus: *Cum Novitius aliquando essem, respondit, quidam quasi Spiritus in me sensibiliber intrare visus ex tunc mihi dominatur, regitq, me ac deducit velut ovem Joseph: multa Deo revelante didicit.* Celebre illius est dictum, cum ex dolore capitis gravissimo alter oculorum ei defluxisset: *Unum ex inimicis meis evasi, plus autem timeo à residuo quam perditio: tanti sanè fuit Petrus meriti, ut & ipsius Dei Genitricis apparitione fruidignus extiterit.* Ex Vincent. Belvac. Henriquez.

Mortalitatem exiit B. Petrus Abbas Cisterciensis, & totius hujus Ordinis Generalis, Item S. Drogo reclusus Seburgi in Hannonia, in vita & post mortem miraculis clarus.

Henricus I. Brabantia Dux regnare incipit.

Fulco sive Pelca creatur Episcopus Cracoviensis.

Claret B. Haketus ex Decano Brugensi Monachus & Abbas Dunensis, sub regula S. Bened.

Decedit B. Josbertus Ordinis Benedictini Monachus, spectatissimus Deiparæ cultor.

Anni hujus hiems fuit temperatissima, & adeò calida, ut in mensibus Januario & Febuario plerisque locis arbores floruerint, sed & corvi cæteræque aviculæ dictis mensibus fœtus suos excluderint.

Henricus Rex castrum Brisacum construere cepit.

Decedit Godefridus, Episcopus Herbipolensis apud Antiochiam, & in Patriarchali Ecclesiâ S. Petri Apostolorum Principis, cum debito honore sepelitur. Cui in Episcopatu successit Henricus hujus nominis tertius.

Annus Christi 1187.

Infelicitè hoc anno à Christianis pugnatur contra Saladinum Babyloniam Regem, captâ S. Cruce, & Guidone Rege Hierosolymitano, plurimisque civitatibus, ac demum ipsâ Hierusalem eidem reddita. Mœrore exindè concepto moritur Urbanus Papa, succedit Gregorius VIII. vir sanctus, 2. tantum menses superstes. Sedem Papalem post hunc excipit Clemens tertius.

Guigo Lusitanus captâ urbe sanctâ, Regnum Cypri ab Henrico II. Rege Anglorum emit, summâ pro quâ Templariis erat oppignoratum, refusâ.

Moritur

Moritur Conradus II. Episcopus Wormatiensis; succedit Henricus.

Ubertus I. Archiepiscopus Mediolanensis se abdicat.

Atrehati, compositâ pace inter Comitem Flandriae & Atrebatenses, ante altare D. Andreae Apostoli inter orandum piissimè obdormit B. Henricus S. R. E. Cardinalis Albanensis Episcopus miræ sanctitatis & humilitatis vir, ex Ordine Cisterciensium, qui Summum Pontificatum constantissimè recusavit, & Crucem contra Saracenos prædicans summâ felicitate negotium confecit, Imperatoremque ipsum, Regesque Galliaæ atque Angliæ cruce signavit.

Mense Martio magna æris inclementia fuit, & algoris horrenda asperitas, quæ usque ad Calendas ferè Junii duravit. Ita ut in die Pentecostis nix magna ceciderit.

Annus Christi 1188.

Clemens Papa III. electus, Cæsarem & tres Reges Galliaæ, Angliæ & Siciliae cruce signat, adversus Saladinum in Oriente triumphantem.

Cum puellâ quâdam in partibus Thuringiaæ propè civitatem Erfordiam ærotante, Sacerdos post datum ei ex more viaticum, ablutionem digitorum faciens in calice vitreo, ut illam aquam puellæ bibendam traderet, inscienter portiunculam Sanctissimæ Eucharistiæ in eum excussit: confestim tota aqua mutata est in sanguinem, & portiuncula formam accipiens digituli versa est in cruentam carnem: sed & interim dum mittitur pro tanto prodigio ad Archiepiscopum Moguntinum, calice super altari reverenterposito, videntibus cunctis columba venit super labrum calicis, & diu sedit, non sine admiratione cunctorum, quòd mole corporis ipsum non everteret, quippe parte inferiori longe angustior erat quàm in superiori: undè creditum est, eam non corporalem, sed spirituale esse columbam. Spondan. ad hunc annum.

Mortuo Siciliae Rege Willelmo, Tancredus Regnum invadit.

Obiit Rabodo Episcopus Spirensis. Succedit Udalricus II.

Philippus ab Heinsberg Archiepiscopus Colonienis, Monasterium Heisterbacense Ord. Cisterciensis fundat.

Decedit S. Bertholdus primus Generalis Ordinis Carmelitani, in vita & post mortem miraculorum gloriâ illustris: hic inter cætera suæ sanctitatis indicia, animas quàm plurimum fratrum suorum, quos Saracenorum absumpsit gladius, cum corona Martyrii ab Angelis in cælum deferri vidit.

Claret sanctitatis famâ & laude doctrinæ Gunzelinus Abbas Morerolæ in Hispania.

Abalon Episcopus Roschildensis fit simul Archiepiscopus Lundensis in Dania.

Moritur S. Hildegundis Virgo Ordinis Cisterciensis Schonauia in Diocesi Wormatiensi: hæc simulato sexu in Monasterio vivens, à fratribus Joseph appellabatur, incognita ad mortem usque in Dei militia perseverans: hæc patrem Hierosolymam secuta, eodem sub via mortuo, fidei servi alicujus

credita, summo ejusdem scelere, ablati omnibus, peregrino in solo relicta, fame penè contabescens, idiomatis ignara, ostiatim stipem flagitare coacta est, quoad altero post anno, in Germanum nobilem quendam incidens, ejus beneficio in patriam reducta est. Haud procul Augustâ Vindelicorum, quidam furti reus, scelere deprehensus, cum ad supplicium se quæri procul videret, simulatâ brevi secessione, Hildegundem ad sarcinam manere rogans, inde profugit, pro quo innocens comprehensa, frustra se purgans, laqueo adjudicata & damnata est. Res mira! commendans se Numini, appensa patibulo, pependit prodigiòssimè incolumis biduum totum, nihil prorsus seu doloris seu noxæ experta, imò concentu Angelico recreata, & ab eo, qui sibi custos aderat Angelo edocta, eam inter Musicam, Agnetis sororis suæ animam in cælum deferri, quam & ipsa biennio post secutura sit: post biduum, pietate pastorum aliquot, ut sepeliretur deposita, inciso fune, cum minimè caderet, sed Angeli ministerio, paulatim demissa, erecta consisteret, illi diffugerunt attoniti: quo facto Hildegundis prædictum Cœnobium ingressa, tandem imminetent exitus sui diem prædicans, carne soluta ad immortalitatis gloriam transivit, Cæsar Heisterbac. Renatus Chopinus.

Regimen cum vita deponit Humbertus III. Comes Sabaudia. Item Henricus Episcopus & Cardinalis Albanensis.

Milo creatur Archiepiscopus Mediolanensis.

Alfonso Castiliae Regi nascitur Blanca filia, futura S. Ludovici Francia Regis mater. Eodem anno exeunte Alfonso Rex Legionensis, ab Alfonso Castellano Rege sumit cingulum militare, paulò post ducturus uxorem Tarsiam, filiam avunculi sui Sancti Lusitaniae Regis. Eodem adhuc anno Berengaria dicti Regis Castellani filia despondetur Conrado, tertio genito Friderici Imperatoris, cum spe successionis in Regnum Castellæ, ubi jam nonnisi fœminæ supererant.

Civitas Magdeburgensis in vigilia Pentecostes penè tota exusta est.

B. Joannes Archiepiscopus Upsalensis ex Ordine Cisterciensium, in propriis ædibus Almersteck ab infidelibus Estonibus piraticam excursionem facientibus trucidatur.

Raymundus Berengarius Aragonia Princeps, Provisor Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, Ordinem Monialium Melitenis instituit.

Annus Christi 1189.

Godefridus hujus nominis primus Episcopus Herbipolensis, Fridericum I. Imperatorem, cujus Cancellarius erat, per Bojariam, Bulgariam Thraciamque contra Saracenos proficiscentem comitatus, post septennium in Episcopatu actum, pestilenti morbo Antiochia decedit, ibidem in templo S. Petri sepultus. Erat oriundus ex nobili familia de Pisenberg.

Henri-

Henricus Leo Dux Lüneburgicus Barthepopolim excindit, eò quòd hujus loci cives ipsum ex exilio redeantem non exceperint, imò opprobriis affecerint.

Moritur Henricus Angliæ Rex, cui succedit filius ejus major natus Richardus, qui mox adversus Francorum Regem exercitum movit.

Bellum sacrum urget Imperator cum 150. millibus, Regibus Galliarum & Angliarum, ob privata odia tardantibus. Magnam edit Saracenorum stragem, & Syriam fere totam occupat.

Moritur Elisabetha, nata Comitissa ab Henneberg, Friderici Comitis à Beichlingen uxor. Item B. Joannes secundus Generalis Abbas Ord. Montis Virginis sub regula S. Benedicti, miraculis & dæmonum maximè ejectione clarus.

Gilchristus Princeps in Scotiâ, uxorem suam, Guilielmi Regis sororem, adulterii compertam occidit. Ei, cum in jus ad diem dictum non affuisset, aqua & igni interdictum; ædes diruta, bona in fiscum redacta.

Moritur S. Gilbertus fundator Ordinis Sempinghamensis in Angliâ. Item B. Pontius Episcopus Claromontanus ex Ord. Cisterciensium. Nec non Guilielmus Bonus Rex Siciliæ.

Conchæ nascitur Alfonso Castellæ Regi filius Ferdinandus.

Meritorum manipulis onustus, hilaris & exultans decedit B. Waltherus Abbas Dunensis ex Ord. Cisterc. qui liberalitatis & elemosynarum exemplis admirandus extitit.

Claret Guntherus Ligurinus Poëta celebris; scripsit opus pulchrum heroico carmine, de vitâ, moribus, gestis & bellis Friderici Imperatoris hujus nominis primi. Aliud item opus Solimarium dictum.

S. Otto Episcopus Bambergensis, Pomeranorum Apostolus, à Clemente III. SS. Albo describitur.

Annus Christi 1190.

Lüneburgum Inferioris Saxoniarum urbs insignis ortum sumit.

Philippus Rex Franciarum solvens è Galliis Orientem versus, tempestate maris pulsus in Siciliam die decimâ sextâ Septembris, illic invitus hiemare coactus est, unâ cum Richardo Rege Angliæ, qui & ipse Massiliâ solvens Messanam appulit die 23. ejusdem mensis.

Fridericus Imperator post victos sapissimè Turcas, Soldanique Iconii fermè incredibilem quadringentorum millium equitum exercitum ingenti prælio prostratum, post alia ducenta equitum millia fugata, opulentissimamque Iconii urbem expugnatam, cum solaris ardoris causâ post prandium in Armeniæ fluvio nando recreari vellet, casu inopinato submersus, nunquam amplius repertus est, Orienteaque ac Occidente complorante: successit illi in Imperio Henricus VI. filius.

Alter verò filius ejus Fridericus Sueviæ Dux, collectis in unum viribus, in terræ sanctæ auxilium properavit, & in obsidione Accontanâ diem clausit extremum.

Moritur Bertha Comitissa Palatina Saxoniarum, Bertholdi IV. Comitis Hennebergici uxori; item Poppo XII. Comes Hennebergicus.

Cum Guilielmus Scotiarum Rex, victor de la-

tronibus Æbudensibus rediret, & non procul à Berthâ abesset, tribus rusticis offensus, præter pannos & illuviem nihil rusticum præ se ferentibus, cum declinare viderentur multitudinis occursum, Rex adductos ad se diu contemplatus, institit quærere qui mortales essent. Hic Gilchristus senior, Regis sororis ob adulterium à se occisæ quondam maritus, dicto Rege adorato, miserabiliter de fortunâ suâ questus, quis esset indicat, adeoque memoriâ superioris vitæ, per summam dignitatem transactæ, qui aderant, omnes commovit, ut nemolachrymis abstinere se potuerit; Rex humo surgere iussit in pristinum & dignitatis & amicitiae gradum, hominem restituit.

Claret in Scotiâ B. Uardus ex Monacho Benedictino Episcopus Brechensis.

Claret sanctitatis fama in Hannonia in Monasterio Camberonensi B. Daniel ejus loci Abbas: dum in studia serâ etiam nocte incumberet, lucernâ non eguit, digitis ejus candelarum instar splendide collucens, & lumen prodigiosissimum viro Dei ministrantibus Henriq. Angel. Manriq.

Diem extremum claudit B. Carolus Abbas Villariensis ex familia Comitum de Seyn natus, cujus post obitum gloria cuidam sanctæ conversationis fœminæ divinitus fuit ostensa. Henriq. Angel. Manriq.

Obiit Henricus ab Hasenburg, Episcopus Argentoratensis. Cui unanimi eligentium voto succedit Conradus L. B. ab Hunenburg.

Mortalitatem exiit Adelockus Episcopus Hildesienensis: item Everhardus Episcopus Trecentensis.

Ad superos abijt S. Albertus Agricola in Italia, de cujus miraculis refertur, quòd inter cætera Padum fluvium tunc intumescens factis crucis signo, sine nave prodigiosè transierit.

Obiit S. Benno ex Monacho Benedictino Episcopus Hamburgensis, quintus Wandalarum Apostolus dictus.

Celebris habetur B. Engelbertus Ord. Cisterciensis Conversus, qui austerissimam vitam agens, spirititu insuper claruit prophético, ita ut mira cognosceret, ac futura distinctè ac disertè prænunderet.

Moritur Wilhelmus Adhemarus, nobilis ex Provincia Gallus, ob ingenii excellentiam magni à Friderico Imperatore habitus, cujus Augustæ librum de præstantia mulierum metricè conscriptum dedicavit.

Cum Arragoniarum Rex, & Comes S. Agidii graviter diffiderent, nulliusque intercurrentis valeret oratio ad pacem reducendam, Deus in urbe Anitio Gallicæ ditionis, cuidam humilis fortunæ viro chartam dedit, in qua erat effigies Beatissimæ Mariæ V. sedentis in throno, & charissimum filium amplexantis, cui inscripta erant hæc verba: *Agnus Dei qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem*; postquam se tam admirandæ visionis fama vulgavit, viri Principes ex variis mundi plagis, & ingens popularium numerus in feris Assumptæ Dei Matris Anitum conveniunt; porrò urbis Antistes hominem illum fabrilis artificii viventem, virtute plenum & fide (Durandò nomen erat) in medium cœcum venire & quæ vidisset audivissetque jubet effari; ille de

Ara-

Aragonum Regis & Comitis competitoris reducendâ pace divinum audaciter exponit & pervulgat imperium, imaginemque testem inducit obeuntibus oram litteris illis consignatam; auscultant duo illi Principes divino consilio ad Galliâ peregrinati, & pacem cælitus imperatam servaturos se esse interposito jurejurando confirmant; pacis obsidem virgineam illam imaginem adhibent, quam plumbeis sigillis impressam lineisque assutam tunicellis, quales alborum Monachorum Scapularis esse solent, & pectori applicitam pro symbolo, quoque pacis insigni circumgestant. S. Antonin. Archiep. Florentin. histor. 17. sect. 27.

Albertus, alii Albericus Aquensis, finit hoc anno historiam expeditionis Hierosolymitanæ sub Godefrido Bullionæ & aliis Principibus.

Claret B. Joannes de Belesme ex Archiepiscopo Lugdunensi Monachus Claravallis, Angelicâ vitæ innocentiam conspicuus.

Germaniarum Rex Henricus cum magno Nobilium Comitatu Romam ingreditur, à Clemente Summo Pontifice civibusque cunctis magno cum honore suscipitur, & Imperii Coronâ unâ cum conjugè Constantiâ decoratur.

Ida Comitissa de Spanheim, Eberhardo marito defuncto Monasterium S. Ruperti apud Bingium ingressa, Religiosum habitum assumit, & ad eximiam Sanctitatis gradum pertingit; claudit hoc tempore eodem in Monasterio soror ejus B. Margaretha miraculorum gloriam illustris.

Obiit S. Gilbertus de Sempingham Gilbertinæ Congregationis author, ferè centenarius, cum solus ipse mille quingentas Virgines, Monachos septingentos sub illo instituto collegisset.

Annus Christi 1191.

Monasterium Bebenhusanum in Ducatu Wirtembergico Cisterciensibus cedit.

Moritur Clemens III. Papa; succedit Celestinus III.

Imperator profectus in Apuliam, ut Regnum Siciliæ occuparet, tanquam uxori suæ debitum, multis receptis civitatibus, cum ad obsidionem Neapolis se conferens, uxorem Salerni reliquisset, illam Salernitani rebellantes prodicione captam, miserunt in Siciliam ad Tancredum; ipse verò Imperator, lue laborante exercitu, vix morbo liber, Mediolanum se recepit, ac intercessione Papæ uxorem à Tancredo in Germaniam remissam recepit.

Agit Papa apud Reges Hispaniarum, pro dissolutione matrimonii, quod Sancius Rex Portugalliæ conciliaverat inter Tarsiam filiam suam, & Adelphonsum Regem Gallicæ nepotem suum; refractarium se iste ostendens, à Papâ excommunicatur; quousque insurgens insuper in eum Adelphonsum Castiliæ Rex coëgit eum relinquere illam, & accipere filiam suam in uxorem.

Richardus Angliæ & Philippus Galliarum Reges in Oriente Christiano exercitui suum jungunt; mox inter dictos Reges ortâ dissensione R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Philippus in Gallias revertitur. Richardus autem aliquoties cum hostibus fidei feliciter conflictat; sed novis abortis inter exercitus Christianos discordiis, deploratis jam rebus discessionem cogitans, fœdus cum Saladino ad triennium statuit, Regnum Hierosolymorum Henrico nepoti tradit, Conrado competitore nece sublato; ac Guidoni olim Regi (quem Saladinus post anni unius carcerem, liberum certis conditionibus dimiserat) loco Regni Insulam Cypri concessit; his peractis Accone solvit, patitur in sinu Hadriatico naufragium, volensque viam compendiosiore per Germaniam instituere in Angliam, cum Viennæ territorium attingit, quantumlibet incognitus iter faceret, cognitus tamen à Leopoldo Austriæ Duce, olim à se offenso, captus est, & ad Henricum Imperatorem transmissus, interim Angliæ status vehementer perturbatur factionibus fratrum ejus, qui Wilhelmum Pro-Regem ac Episcopum Eliensem, conatibus suis adversantem dire exagitant, occultam eundem fugam capessere coegerunt, hinc quia ille simul erat Legatus summi Pontificis in Angliæ Regno, excommunicationis sententiâ puniti sunt.

Floridus Campus sive Monasterium vetus apud Bolluardiam Frisiæ oppidum, ædificatum est studio ac liberalitate trium fratrum Wommeliarum.

Philippus Comes Flandriæ in obsidione urbis Acconenensis obiit.

Fatis concedit Hermannus Episcopus Constantiensis.

Bruno III. Comes Altenanus Archiepiscopus eligitur Colonienensis, mortuo Philippo de Heinsperg.

Moritur Radulphus Episcopus Leodiensis non optimâ rerum gestarum famâ.

Similiter obiit S. Altmannus Episcopus Pataviensis, cui succedit Udalicus.

Conradus Friderici Imperatoris defuncti filius, futurus Dux Sueviæ, in Germaniam emigrat, spe successione Castellanae dejectus; cum illuc sequi nolens Berengaria, à sponsione absolvitur.

Decedit Balduinus Archiepiscopus Cantuariensis.

Moritur pestiferâ lue in terrâ Sanctâ Theodoricus II. Archiepiscopus Bisuntinus; cui succedit Amedeus de Tramelay defuncti Cancellarius.

Albertus frater Henrici Ducis Lotharingæ creatur Episcopus Leodiensis, & à Celestino Papâ confirmatur, frustra obnitentibus Balduino Hannoniarum Comite, & Henrico VI. Imperatore.

In Vigiliâ Nativitatis S. Joannis Baptistæ magna fuit eclipsatio solis, quam ingens in omni terrâ fames secuta est.

Friderico Sueviæ Duce in Palæstina mortuo, Ducatum obtinet Conradus, Henrici Imperatoris consanguineus.

Bertholdus Dux junior de Zähringen contra insolentiam quorundam Nobilium Bernam oppidum extruit.

Balduinus VIII. Flandriæ Comitatus possessionem adipiscitur.

Annus Christi 1192.

THimo Ecclesie Cathedralis Canonicus ac Præpositus Ecclesie Collegiate S. Stephani, Episcopus Bambergensis creatur. Otto Comes Hennebergicus eligitur in Episcopum Spirensis.

Agente Cælestino Papâ Clementiam conjugem recipit Imperator Henricus, Superiore anno captam à Tancredo Rege Sicilia; hic moritur.

Moritur Udalricus II. Episcopus Spirensis; item B. Cythardus primus Abbas Floridi Campi in Frisiâ Ordinis Cisterciensis.

In Episcopum Constantiensem eligitur Diethelmus Abbas Augiæ Divitis Ord. S. Benedicti.

Venerabilis Enfridus, Coloniae Decanus S. Andreae, simplicitate spiritus, misericordie operibus & miraculis illustris, migrat ad Dominum.

Pontifex in Galliâ obiit S. Guillelmus Presbyter, natione Anglus, animarum zelo ardentissimus.

Ordo Equitum Teutonicorum magnum sumit incrementum, his quoque temporibus Ordo Sanctissime Trinitatis de Redemptione captivorum exordium capit.

Baldinus VIII. Philippo Augusto Gallie Regi Flandriæ Comitatum cedit.

Miraculorum pattator mirificus Gallias illustrat B. Silvanus noster, cuius facies sole clarior, & vestimenta ut nix candida atque lucentia apparebant, dum Sacram Communionem acciperet.

Annus Christi 1193.

Henricus Imperator ingenti comparato exercitu, ulturus conjugis suæ injuriam, Salernum expugnat, diuque vindictam de civibus sumit. Apulis & Calabria in fidem receptis, Messanam se confert, ubi promissionibus ad se allectis Siculis, pactis quoque conventis, Rogerii defuncti Regis viduam cum filio & filiabus duabus in suam redigit potestatem.

Agit seriùs Papa pro liberando Richardo Angliæ Rege captivo, ferens sententiam excommunicationis in Leopoldum Austriæ Ducem.

Philippus Rex Francorum ducit uxorem, Bouldam filiam Regis Daniæ, eandemque cognitam dimittit sub prætextu sanguinis propinquitatis.

Isaaci Angelus Orientis Imperator Niceam Mundanum Patriarcham amovet, pro quo subrogavit Leontium, hoc quoque intra anni lapsum amoto Dositheum Studitam substituit.

Novus quidam tyrannus sedem Imperii Orientalis invadens, dormiens occiditur à quodam Sacerdote.

Moritur S. Baldinus Devonius ex Abbate Fordensî Ord. Cisterciensis Episcopus Wigorniensis, tandem Archi-Præsul Cantuariensis, Vir eruditione præstantissimus: scripsit

De corpore & sanguine Domini lib. 1.

De Sacramentis Ecclesie lib. 1.

De commendatione fidei lib. 1.

De orthodoxis dogmatibus lib. 1.

De Sectis hæreticorum lib. 2.

De vanitate charitatis lib. 1.

De amore lib. 1.

De Sacerdotio Joannis Hircani lib. 1.

De eruditione Giraldi lib. 1.

Sermonum triginta trium lib. 1.

Super historiis Regum lib. 4.

Contra Henricum Wintoniensem lib. 1.

De commendatione Virginitatis lib. 1.

De Angeli Nuncio lib. 1.

De Cruce lib. 1.

De Mythologiâ lib. 1.

Carmen devotionis lib. 1.

Epistolarum lib. 1. & alia multa.

Moritur S. Amatus ex familiâ Formâ, Nobilis Nuscensis, Monachus primùm Montis Virginis, deindè Episcopus Nusci, ætatis suæ 89, miraculis clarus.

Claret Mauritius Somersetus Abbas Fontanensis in Angliâ Ord. Cisterciensis: scripsit

De Schemate Pontificali lib. 1.

Epigrammatum & aliorum carminum. 1.

Decedit Saladinus Ægypti Sultanus bellicosissimus; item Wigmannus Archiepiscopus Magdeburgensis.

Moritur in Monasterio S. Bertini Ord. D. Benedicti, Sanctæ memoriæ Richardus conversus rigore vitæ, compassione erga pauperes & ægros admirandus.

Albertus Episcopus Leodiensis & S. R. E. Cardinalis, ab æmulo Rhemis tredecim vulneribus conficitur.

Constantia Imperatrix filium in castris ante civitatem Panormitanam in lucem edit, cui Friderici nomen fuit impositum, hoc ipso quoque anno natus est in Sueviâ Albertus Dux, postea Magnus dictus.

Annus Christi 1194.

Henricus Imperator Siciliam subigit, & incolas tam laicos quàm Clericos durius habet, magnumque avehit thesaurorum numerum.

Solutus in Angliam redit Richardus Rex. Moritur Saladinus Orientis domitor; item Casimirus II. Rex Poloniae, nec non Guido Rex quondam Hierosolymitanus.

S. Bernardus Hildesienfis Episcopus, à Cælestino Papa inter Sanctos refertur.

Humanis eximitur B. Benicafa Abbas Monasterii SSS. Trinitatis Cavæ, O. D. Benedicti.

Moritur Robertus Friso Flandriæ Comes. Sanctius fortis Navarrae Regnum cepit, mortuo Sanctio, cui cognomen Sapientis erat.

Obiit Desiderius Episcopus Tervanensis; item S. Lanfrancus Episcopus Papiæ in Italiâ: hic duodecim quotidie egenos mensæ adhibuit, & pauperes filiorum loco dilexit; ab iniquis civibus multas perpeffus injurias, in proximas urbes Clero comitante secessit. Monachus postea Benedictinus effectus, obitus sui diem prædixit & sanctissimè expiravit.

Alphonfus Lusitanus, Eques Ordinis S. Joannis de Jerusalem, filius naturalis Alphonfi primi Lusitanie Regis, Magister præfati Ordinis creatur, quam dignitatem suis invisus postea resignavit.

Bruno

Bruno Archiepiscopus ejus nominis tertius, soli DEO servire cupiens in Monasterio Montis Antiqui, vulgò Altenberg, Monasticum habitum suscipit, cui frater ejus Adolphus Majoris Ecclesie Canonicus in Archiepiscopali Cathedrâ succedit.

Saladini Regis Saracenorum filii inter se Regnum dividunt; quapropter Saphadinus Saladini frater nimium graviter ferens, quod nullam sibi Regni partem frater assignasset, ejusdem filios omnes de Regno expulit, quod ipse sibi solus usurpavit.

Annus Christi 1195.

Cælestianus Papa à Richardo Rege Angliæ interpellatus adversus Leopoldum Ducem Austria pro restituendâ pecuniâ, quam ille injustè ab eodem Rege pro ipsius redemptione exegisset, ac dimittendis obsidibus, qui adhuc in vinculis detinerentur; idem Pontifex post trinam admonitionem, quam Dux exaudire recusavit, eum nominatim excommunicavit, ejusque terram interdicto subjecit; cum verò ille hæc omnia contemneret, divina eum ultio apprehendens, totam ejus terram incendiis, inundationibus, sterilitate, peste dirissimè afflixit, ac denique cum nec sic converteretur, ipsemet terribiliter percussus est; siquidem equitante illo, equus, cui insidebat, violentè pedem offendens, tibiam cum pede illius insanabiliter contrivit, pede ergo abscisso, culpam tandem agnoscens, præcepta Pontificis implevit, & à sententiâ excommunicationis absolutus, cum intolerabili cruciatu spiritum exhalavit; ejus verò corpus diutius jacuit inhumatum, eò quòd filius ejus mandatum ipsius de reddendâ pecuniâ & obsidibus exequi nollet.

Idem Pontifex ob parem obstinationem anathematis sententiâ ferit Imperatorem Henricum, in quâ miser ad obitum usque permansit.

Idem Cælestinus, auditâ discordiâ inter filios Saladini, Christianos Principes ad unionem armorum contra infideles per Legatos animat.

Moritur Daniel Abbas Generalis III. Ord. Montis Virginis; item Theodoricus Episcopus Halberstadiensis; similiter Raymundus Comes Olini Tholosanus, post Tripolitanus, Sacre expeditionis adversus Saracenos promotor egregius.

Ex hac mortali vitâ ad immortalitatis gaudia emigrat B. Ascelina neptis S. Bernardi, ab ipsâ quasi infantia electa, quæ quinquennis etiamnum puella, si vel acum vel frustillum casei furaretur, monentem non solum, sed juxta per vestes trahentem audit; cessa, cessa, nequaquam expedit tibi; decennis puella visionibus jam & revelationibus illustrata fuit, & Cœlestes familiares habuit; sæcularis adhuc cum esset, Religioso cuidam Sacerdoti à S. Joanne Evangelistâ commendata fuit; ipsi & matri foras aliquando Ecclesie patuere; sollicita quandoque de Virginitate, ex Evangelistâ Joanne

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

audit: *Constans esto filia & certa, quia inter Christi Virgines & locum habebis & præmium.* Monialis facta, orationi & compunctionis lacrymis fuit deditissima.

Moritur Milo Archiepiscopus Mediolanensis, cui succedit Ubertus hujus nominis secundus.

Alfonfus Rex Legionensis cogitur dimittere Tarasiam cognatam suam, post susceptum ex eâ filium Ferdinandum citò mortuum.

Idem à Saracenis victus agrè aufugit.

Henricus Leo, Guelpho, Princeps Principum terræ dictus, vitâ excedit.

Insulâ Siciliae occupatâ, & rebus ibidem pro arbitrio dispositis Imperator in Germaniam reversurus Tancredi filium adhuc puerum cum cæteris Apulie Siciliaeque Nobilibus præmisit captivos; è quibus Tancredi filium in Rhætiâ exoculari fecit, ac deindè perpetuæ custodiæ in Castro Amfo mancipavit. Reginam verò Apulie Tancredi uxorem cum filiâ ad Parthenonem S. Othilie Ord. S. Benedicti misit, ubi ambæ Moniales factæ, reliquum vitæ tempus in spiritus devotione transegerunt.

Conradus Comes Palatinus Rheni, frater quondam Imperatoris Friderici I. Senio & conscientia gravatus, mortem seriâ vitæ penitentia prævenit, & constructo Monialium Benedictinarum Cœnobio Noviburgi, filiam suam Chunegundam primam illi Abbatissam præfecit.

Moritur Balduinus VIII. Flandriæ Comes.

Annus Christi 1196.

Obiit Egræ, quo ex consilio Medicorum ad aquas acidulas valetudinis gratiâ sese contulerat, Henricus Brzetislaus Episcopus Pragensis, Henrici III. Bohemie Ducis filius.

Eodem anno moritur Henricus hujus nominis tertius Episcopus Herbipolensis, oriundus ex nobili familiâ de Biebelrieth, postquam annos 7. providè rexisset; cui eodem hoc anno in dignitate Episcopali succedit Godefridus II. Comes ab Hohenlohe.

Episcopus Bellovacensis, contra Anglos armatus progressus, ab iisdem capitur; cum igitur Papa pro ipsius liberatione ageret; Rex Angliæ missa lorica Episcopi: *Vide, inquit, an tunica filii tui sit, an non?* Cui Papa: *Non filius meus est vel Ecclesia, ad Regis igitur voluntatem redimatur, quia potius Martis, quàm Christi miles judicatur.*

Henricus Imperator exempla crudelitatis fœdissima in Siculos edit, quòd pars illorum alium Regem elegissent; aliquibus enim diademate imposito, clavis acutissimis caput cum ipso diademate transixit, alios pedibus ad caudas equorum ligatos, per plateas tractos, patibulis affixit, alios suspendio vel incendio, aut aliis etiam atrocioribus suppliciis affecit.

Tt 2

Alphon-

Alphonfus Rex Legionensis Saracenis con-
föderatur.

Moritur Henricus Episcopus Wormatiensis;
similiter Otho Episcopus Aichtadiensis.

Guido creatur Episcopus Civitatis Lucanæ
in Italiâ.

Naturæ debitum solvit Ubertus II. Archi-
episcopus Mediolanensis, cui succedit Philippus.

Moritur Alphonfus II. Rex Aragoniæ.

Philippus Augustus Galliæ Rex repudiât
legitimâ conjugem Indeburgâ, ad thorum ad-
sciscit Agnetem Bertholdi Meraniæ Ducis fi-
liam, quam tamen Papali jussu dimittere com-
pellitur.

Moritur Alphonfus II. filius Raymundi
Berengarii Comitis Barcinonensis, Princeps Vir-
tuosus, prudens, castus, qui Saracenis egre-
gî resistit, & Regnum suum insignitar ampli-
avit Provinciâ adjecitâ.

Conradus Sueviæ Dux bellum movet con-
trâ Bertholdum Ducem de Zähringen propter
eundem Sueviæ Ducatum, quem juxta factam
desuper provisionem ab Imperatore Henrico
idem Bertholdus sibi usurpare conabatur; ve-
rùm antequam finem acciperet isthæc Ducum
dissensio, Conradus in Oppido Durlacensi diem
subitò clausit extremum; fuerunt qui dicerent,
ipsum à quopiam milite fuisse interemptum, cu-
jus uxori olim violentiam intulerat. Ducatu
Sueviæ ad Philippum Imperatoris fratrem devo-
luto, qui in Germaniam ex Sicilia reversus, ibi-
dem cum Herenâ Imperatoris Constantinopo-
litani filiâ nuptias celebravit.

Floret doctrinæ & pietatis laude Joachi-
mus Ordinis nostri Florentis Abbas in Calabria;
scripsit in Hieremiam Prophetam lib. 1. in Da-
nielem opus magnum, in Apocalypsin Joannis
lib. 7. plura Opuscula ad Henricum VI. Impe-
ratorem; de septem Sigillis in Apocalypsi lib. 1.
Psalterium decem chordarum lib. 3. Concordias
Temporum lib. 5. de quindécim Pontificibus
lib. 1. de futuris temporibus lib. 1. Epistolarum
ad diversos lib. 2. & alia plura.

Godefridus Viterbiensis Presbyter quon-
dâm Imperatoris Friderici I. Capellanus scripsit
Opus Historicum ab origine mundi usque ad
dictum Imperatorem in Partes XXXIII. divi-
sum, quod Pantheon Godefridi nominavit.

Obiit Mauritius Episcopus Parisiensis, Pa-
ter pauperum & Advocatus orphanorum, va-
riorum propriis impensis Monasteriorum fun-
dator.

Claret Albertus Patriarcha Hierosolymita-
nus; scripsit de statu Terræ Sanctæ longam &
plenam eruditione Epistolam ad Romanum Pon-
tificem, & alia plura; floret quoque Gilbertus
Abbas Ordinis Cisterciensis.

Tempora hæc quoque scriptis suis illustrat
Helinandus Monachus Cœnobii Frigidi Montis
Ordinis nostri; inter cætera edidit Historiarum
ab origine Mundi ad suam ætatem usque opus
magnum, in libros 48. divisum; de reparatio-
ne lapsi lib. 7. Sermones & Epistolas plures.

Vitam cum coronâ deponit Bela hujus no-
minis tertius Ungariæ Rex, qui Regnum diffi-
diis plenum pacificavit, Politiam & Judiciorum
ordinem meliorem induxit, dictus inde Pan-
noniæ Justinianus; prædones fugavit, & bel-
lum contrâ Venetos feliciter gessit; reliquit ex
conjugem suâ Margarethâ Philippi Galliæ Regi
sorore Andream & Emericum.

Admirandis splendoribus Sanctitatis reful-
get S. Ranaldus Fontis Avellani Monachus,
postea Niverinus Episcopus, Cælitibus & Cæ-
lorum Reginæ familiarissimus, hac & illis illum
sæpius visitantibus.

Annus Christi 1197.

Moritur Godefridus hujus nominis II. Epi-
scopus Herbipolensis, vir pius, justus,
affabilis; cum uno tantum anno præfuisset,
dictus Pater Cleri & Religiosorum; cui in Sede
Episcopali succedit Conradus I. Baro de Rabens-
burg Franco, trium Imperatorum Friderici I.
Henrici VI. & Philippi Cancellarius.

Imperator Henricus tributum ab Alexio
Imperatore Constantinopolitano exigit, cujus
filius Fridericus Rex Siciliæ à Papâ declaratur.

Monachi ab Hugone de Nonant Episcopo
Cestrensi vi & armatâ manu ejecti ab Ecclesiis,
introducitis Canonicis sæcularibus, jussu Papæ
istis expulsis, restituntur.

Decernitur bellum in Alphonsum Regem
Legionensem, & feliciter geritur à Castellæ &
Aragoniæ Regibus.

Obiit Thamo Episcopus Verdensis; item
S. Guilielmus Episcopus Pictavorum, à morte
miraculis gloriosus.

Berengaria, Alfonsi Castiliæ Regis filia,
nubit Alfonso Legionensi, annos nato circiter
XXXIII. ipsa annorum XXVI.

Moritur B. Bertholdus Abbas Monasterii
Montis Angelorum in Helvetiâ Ord. D. Bened-
spiritu prophetiæ & miraculis clarus, cui aqua
tertiò in vinum versa est.

Imperator Principum Imperii Conventum
Augustæ celebrat, in quo magnâ usus indu-
striâ Principum vota & litteras simul obtinuit,
quibus promiserunt se filium ejus quatuor an-
norum puerum Fridericum in Regem Romano-
rum assumpturos, sed post mortem Imperatoris
brevi secutam res se aliter habuit.

Annus Christi 1198.

Moritur Cælestinus Papa III. succedit in
Pontificatu anno eodem Innocentius III.
ex illustrissimâ familiâ Comitum de Signiâ,
Cardinalis tit. SS. Sergii & Bacchi.

Balduinus secundus, Rex Christianus
Hierosolymitanus, Saracenis urbem Tyram
eripit.

Papa Philippo II. Galliarum Regi præci-
pit, ut superinductam Agnetem Mariam repu-
diaret, repudiatam verò Gelbergam legitimam
conjugem reciperet; Conradum Suevum Duca-

rus Spoletani invasorem reprimit, sacramentum
fidei à represso accipit, Ducatum Spoletanum
Ecclesiæ Romanæ recuperat; castrumque mon-
tis S. Mariæ, in quo Conradus Octavianum
Cardinalem Legatum ex Galliis revertentem de-
tinerat, dirui præcipit; Marcovaldum Impe-
rii Seneschallum tyrannum, qui fidem multoties
Romanæ Ecclesiæ præstitam violaverat, & pa-
trimonium Divi Petri in Æmiliâ & Piceno in-
vadere ac detinere præsumperat, tum anathe-
mate percussit, tum armatis copiis profligavit;
Spirensi, Argentinesi, Wormatiensi & Sutri-
nensi Episcopis, ut Salernitanum Archiepisco-
pum à Wicelio Berceleio, Philippi Ducis Sueviæ
subdito, in carcerem conjectum liberare stude-
rent, perscripsit; quod si is, qui eum detinebat,
nollet dimittere, ut anathematis gladio illum
percelleret, & Ecclesias totius diœcesis, in quâ
Archiepiscopus injustè detinebatur, interdicto
Ecclesiastico supponerent; incestuosum inter
Alphonsum Regem Legionis & Berengariam
filiam Alphonfi Regis Castellæ connubium
dissolutum esse voluit; Regi Angliæ, ut bona
Episcopo Eboracensi ablata restitueret, & offi-
cium administrationis exercere permetteret, se-
riò imperavit: Regi Navarræ, ne prætextu jura-
menti, quod invitus fecerat, ad incestuosum ma-
trimonium inter Regem Aragonum & sororem
suam procedat, interdixit. Regem Hungariæ
ut Episcopo Vacienti pro injuriis violentis &
damnis illi atque Ecclesiæ illatis satisfaciatis seve-
ritate Apostolicæ potestatis hortatus est.

Valdensium hæresis Galliam magnâ ex parte
infcit, ad quam extirpandam idem Innocen-
tius Papa Archiepiscopos, Episcopos, Comites,
Barones Regni Galliæ scriptis litteris excitat:
Petrum Parentium contrâ hæreticos in Hetru-
riam ablegat.

In Parmensem & Placentinam civitates, quod
Gregorium S. R. E. Cardinalem, Sedis Apostoli-
cæ Legatum bonis spoliasset, privationem Epi-
scopalis dignitatis, in grassatores autem excom-
municationis sententiam Papa distringit, donec
ablata restituerent, & pro crimine Majestatis læ-
sæ satisfacerent; misit etiam Legatos Constanti-
nopolim, qui Imperatorem & Patriarcham ad
uniendam Ecclesiam Orientalem cum Occi-
dentali inducerent.

Archiepiscopus Coloniensis & Suffraganei
illius, plures Episcopi & Principes Allemanni
tam Ecclesiastici quàm sæculares, & inter hos
Dux Lovanii, Dux Lunæburgensis, Comes Pa-
latinus Rheni, Comes Flandriæ, & Landgravius
Thuringiæ, ægrè ferentes, quòd Philippus Dux
Sueviæ, frater Imperatoris Henrici defuncti,
non Aquisgrani, sed Moguntiz, non ab aliquo
Archiepiscoporum Germaniæ, sed à Taranta-
sensi, idque nullo Teutonicorum Episcoporum,
sed solo Sutrino sacris operante sine Comitii
suffragiis diadema Regni Romanorum suscep-
sisset, ipsi Conventu apud Aquisgranum indicto,
Otoni filio Henrici Ducis Saxoniz Regnum
Romanorum detulerunt, eundemque ritu so-
lenni inaugurârunt. Philippo Philippus Galliæ
Rex adharebat, Otoni Richardus Anglus &
Innocentius Papa favebant.

In Syriâ ac Phœnicæ Germani sub signis
Conradi Archiepiscopi Moguntini, & Henrici

Ducis Saxoniz, in Orientem profecti, Berytum
occupant muniantque cum urbe Joppen, ac
Saracenos repellunt.

Apud Rosetum in Umbriâ in sacrificio al-
taris vinum in sanguinem visibilitèr mutatum
est, & panis in carnem.

In Vermedesio miles, qui mortuus erat, re-
vixit, & postea sumpto cibo ac potu longo tem-
pore vixit.

Fulget miraculis post mortem S. Lucia Mo-
nialis Monasterii S. Christinæ Ordinis Camal-
dulensis.

Ex humanis abit B. Donatus Monachus Pe-
tinenfis Ord. Montis Virginis, qui inter cætera
miracula clibanum ardentem illæsus ingressus
est, & ursum ferocissimum illic reddidit man-
suetissimum, ita ut illum zonâ suâ ligatum Ab-
bati suo adduceret.

Urget Germaniam ingens fames, quo tem-
pore Abbas Monasterii Heisterbacensis indies
mille quingentis pauperibus stipem panis, car-
nium & pulmentorum distribuens; annonæ pro-
digiosum sentit augmentum.

In diœcesi Parisiensi Volco Parochus, vi-
tæ sanctitate ac miraculis lucet.

Cum auditâ Henrici Imperatoris in Germa-
niâ morte, Germani Principes ex Asiâ reversi
sunt, Barbari magnâ Cruce signatorum cæde,
Joppen statim expugnatam everterunt.

Claret Tullius Ursinus propter ingentia
merita inter Purpuratos Patres adscriptus.

In civitate quadam Genuensis territorii,
multi ob blasphemiam à dæmonibus obsiden-
tur, & ab Abbate de Luceio Ordinis Cisterci-
ensis liberantur.

Fernandus Jannez, creatur Magister gene-
ralis Ordinis de Avis.

Omnes ferè Judæi per Franconiam truci-
dati sunt.

Adalbertus Archiepiscopus Salisburgensis
à perfidis in itinere interceptus, atque in pro-
prium illi arcem Werffen deductus in arctam
custodiam compingitur, post aliquot autem se-
ptimanas liber dimittitur.

Moritur Berno Episcopus Hildesiensis.

Hugolinus Comes Anagninus ab Innocen-
tio III. Cardinalis creatur.

Bernardus Episcopus Bononiensis eli-
gitur.

Berengaria Alphonso Legionensi Regi pa-
rit filium S. Ferdinandum.

Decedit S. Hebertus ex Monacho Bene-
dictino Episcopus Redonensis, post mortem mi-
raculis gloriosus.

Annus Christi 1199.

Philippus Friderici Barbarossæ filius, in Ro-
manorum Regem Bambergæ coronatur.

Petrus Parentius acerrimus hostis persecu-
torque hæreticorum, prodente Rudolpho mili-
te ab illis capitur, compressoque ore noctu clam-
eductus, gladio impiorum occiditur, qui in-
signibus postea miraculis coruscât.

Innocentius Papa Reges Galliæ & Angliæ
ad opem Christianis in Palæstina ferendam con-
trâ Saracenos excitat, aliisque Christianis, ut
pecu-

pecuniam pro cruce signatis solvant, imponit: Joannis Patriarchæ Constantinopolitani superbiam elidit.

Alexius Imperator Constantinopolitanus fratrem natu majorem Isaacium, cujus nomine Imperium administrabat, dolo captum excæcat, & in vincula conjicit, & ad ejus filium puerum Alexium, vix annum duodecimum ingressum, omni studio necandum animos adjicit, qui autem amicorum auxilio adjutus, salutem sibi fugâ querens, Venetorum subsidia contra Tyrannum implorat.

Innocentius Papa Vulcario Rege Dalmatiæ & Diocliæ postulante, Legatos ad reformandas ejus Regnorum Ecclesias & hæreses extirpandas mittit.

Idem Religionem Teutonicorum militum recens institutam confirmat; ad Regem Maroci Miramolinum Religiosos SSS. Trinitatis, ut ejus populis Evangelium prædicarent, misit. Reges Legionensem & Portugallensem propter incestas nuptias anathemate percussos ad satisfaciendum juxta Canones coëgit, inque eodem negotio Legatum à Latere misit; Regem Hungariæ propter injuriam ab eodem Vacienti Episcopo illatam coarguit, & ad satisfaciendum adstrinxit; ad Magnum Jupanem Serviz Principem pro informandis ejus Ecclesiis nuncios direxit. Ducis Bohemiæ, qui repudiata uxore alteram superinduxerat, causam Magdeburgensi Archiepiscopo ad inquirendum imposuit. Saxoniz & Westphaliæ Principibus, ut opem Livoniensibus Christi fidelibus recentè conversis contra paganos infestantes ferrent, præcepit. Leonis Regis & Gregorii Patriarchæ Catholicorum Armenorum Legatos, obedientiam exhibentes & spondentes, audivit, & ad diadema Regium eidem imponendum, atque reformandas Armenorum Ecclesias Legatum Archiepiscopum Moguntinum misit; & ut Comes Tripolitanus cum Magistro & militibus Hospitalis Templi, ab ejus oppugnatione desisteret, injunxit: Homobonum Cremonensem Albo Sanctorum inscripsit.

Mortuâ Imperatrice Constantiâ, Imperii Seneschallus Marcovaldus, sive quod Philippo gratificari, sive quod se de Innocentio Papâ ulcisci vellet, qui eum anathemate percusserat, exercitu comparato Regnum Siciliæ pupillo à dictâ Constantiâ relicto invadit; ac in ejus urbes & incolas sævit, quem proinde Papa denuò anathemate ferit, & à cæpto avocatur.

Philippus Rex contra Ottonem æmulum arma sumit; & quod Andernacenses cives DEO Sacratæ Virgini male illussent, eorum urbem igne concremari iussit.

Floret vitæ Sanctitate S. Franciscus de Assisi, & Joachimus Abbas Florentis Ord. S. Benedicti, Prophetiæ dono & doctrinâ illustri, de quo jam supra.

Historicus hujus ævi existit insignis Rogerius de Hoveden, qui scripsit duos libros Annalium Anglicanorum, & pervenit usque ad Joannem Regem, qui hoc anno regnare cœpit, postquam Richardus Angliæ Rex factâ excursionem ad Calatum Castrum Lemovicense sagittâ ictus occubuit. Arthurus Britanniz Dux Gothofredi filius, ad se pertinere Regnum asserbat, adeoque se Regni hæredem dicebat, sed Joannes Comes Morento-

nus illum prius oppressit, quam Franci auxilio subvenirent.

Albigensium hæresis ingens augmentum caput apud Tolosates.

Augustæ Vindelicorum Eucharisticus panis in carnem primò mutatus, deinde notabili etiam incremento coram omni populo & Clero luce clarâ auctus fuit; Sacra hæc hostia plurimis deinde miraculis ad nostra usque tempora in Monasterio S. Crucis coruscavit.

Moritur Poppo X. Comes Hennebergicus, Balduinus de Bockla Monachus Blandiniensis Ord. S. Bened. vitam eremiticam ducens, per revelationem B. Mariæ Virginis cœpit ædificare Monasterium de Baudeloo.

Abbas Urspergensis, dictus Conradus de Lichtenau Chronicon ab Orbe condito ad hunc usque annum conscripsit.

Haraldus, Orcadum & Cathanesiz Comes, Episcopo Cathanesiz infensus, quod per eum stetit diceret, quò minus apud Regem Scotiz, quæ vellet, obtineret, eum comprehensum, oculis & linguâ privavit. Guilielmus Scotiz Rex, ex Angliâ domum reversus, seditiosi Comitum magnâ ex parte copias variis congressibus delavit; illumque è fugâ retractum, oculis orbatum, per carnificem strangulavit, totamque stirpem ejus masculam emaculandam dedit; reliquos ejus propinquos & scelerum administratos magnâ pecuniâ multavit. Buchan. hist. Scot. lib. 7.

Corpus S. Zenonis Martyris, Româ ad Monasterium S. Margaritæ Bononiense Ord. D. Benedicti transfertur.

Moritur Ulricus Abbas S. Galli in Helvetiâ, postquam Abbatiam ob senii molestias jam resignârat.

Diem supremum obiit Richardus Rex Angliæ; item B. Bertholdus Abbas Benedictinus Monasterii Garstensis in Superiore Austriâ miraculorum gloriâ in vitâ & post mortem illustrissimus; Torrentem Garsten alveum, nimia inundatione egressum, claustrique officinas pervadentem, oratione cohibuit, & abstinere Monachorum rebus prodigiosè coëgit; ejus benedictione paucitas piscium seu vini ita crevit, ut in omnes mense sufficeret.

Almanzor II. Marocciani, Fessani & Tunetani Regni in Africa occupator, nobilem apud Alarcos victoriam reportat.

Magnæ hoc anno inter Episcopum & cives Wormatienses oriuntur dissensiones.

Ottocarus Bohemiæ Dux unâ cum conjugè Coronâ Regiâ insignitur, ex voluntate Philippi Regis Germaniæ, qui illius auxilio contra Ottonem æmulum utebatur.

Annus Christi 1200.

LUCA in Hetruriâ, Sacræ Emilii Ducis reliquæ inveniuntur.

Eligitur in Episcopum Leodiensem Hugo de Petra-Ponte.

Moritur Adalbertus Archiepiscopus Saliburgensis, Vladislav II. Bohemiæ Regis filius; ei succedit Eberhardus II.

Deducitur ad Milovicense cœnobium prima Religiosorum colonia ex Strahoviensi in clyto cœnobio.

Innocentius Papa ut Terram Sanctam à Saracenis vexatam Christianis vindicaret, decimam reddituum partem à Romanâ Ecclesiâ in subsidia detraxit atque assignavit, & ut sua quoque conferrent, reliquos Ecclesiasticos ac fideles animavit; Sanctorum quoque albo inserit Chunegundam Imperatricem Virginem.

Idem Novarienses in Lombardiâ, qui Episcopum suum injustè expulerant, anathemate ferit.

Samuel Judæus abdicato Judaismo Christianam fidem amplectitur, & contra suos contribules Messiam expectantes multa subtilitèr disputat.

In Galliis & Britannâ inter Philippum secundum Galliarum Regem, & inter Joannem Anglum variâ fortunâ certatum, quos Pontifex summus conciliare studet.

Volaterris in Hetruriâ corpora SS. Virginum & Martyrum Actinæ & Græcinianæ prodigiosè reperiuntur; aderat ibi fortè quidam immundo spiritu correptus, qui disertè alteram securi percussam, alteram jaculo pro Christi nomine confixam fuisse testatus est.

Moritur S. Raymundus Confessus Placentinus.

Religiosis quibusdam petentibus & instantibus, ut sub utraq; specie sumerent Sacramentum, Sacerdote quodam pio celebrante, cum faceret fractionem, concavum patenæ totum visum est repleri sanguine, ad quod obstupuerunt ipse & circumstantes; sed cum conjungeret partes hostiæ, totus visus fuit reintrare, & tùm petitioni eorum, tùm tentationi remedium datum fuit. Alexander Hallens. part. 4. summæ Theolog. q. 1 r. membro 2. 2. 4. 9. 3.

Hubertus Cantuariensis Archiepiscopus Londini apud West-Monasterium Generalem Synodum celebrat.

Moritur S. Hugo Lincolnensis Episcopus.

Mense Decembris paulò antè natalem Domini in Provinciâ Eboracensi apparuerunt de nocte in cælo quinque Lunæ, circa primam vigiliam noctis; prima apparuit in Aquilone, secunda in Meridie, tertia in Occidente, quarta in Oriente, quinta in medio quatuor illarum, & habebat secum multas stellas, & illa cum stellis circumibat quinquies, vel sexies præfatas quatuor Lunas.

Moritur B. Balduinus fundator Cœnobii Bodoloensis in Flandriâ, Vir magnæ sanctimoniz, cui in annonæ penuriâ Angelico ministerio panes oblatis, & tres ejus capræ à lupis defensæ sunt, agnovit insuper cogitationes cordis in aliis.

Circa hunc annum obiit B. Joachimus Abbas Coratii ex Ord. Cisterciensium, Vir miræ eruditionis & Prophetiæ Spiritu clarus; scripsit sequentia:

De concordia veteris ac novi testamenti lib. 5.

In Isaiam Prophetam lib. 1.

In Hieremiam Prophetam lib. 1. in quod videntur nonnulla corrigenda.

In Daniele Prophetam lib. 1.

In Evangelium Joannis lib. 1.

In Apocalypsim ejusdem lib. 8.

Psalterium decem chordarum lib. 3.

De septem Sigillis contra Judæos lib. 1.

In nonnulla capita Nahum, Habacuc, Zachariæ & Malachiæ lib. 1.

De futuris temporibus lib. 1.

De quindecim Pontificibus lib. 1.

Epistolarum ad diversos lib. 1.

De Consolatione lib. 1.

Sententiarum lib. 1. & alia, de quo jam supra mentionem feci.

Floret B. Eustachius Abbas de Flay in Normanniâ Ord. Cisterciensis, miraculorum gloriâ illustris; inter alia fontem de petrâ elicit.

Claret Adamus Dorensis in Angliâ Abbas, vir mirâ pietate & doctrinâ præditus; scripsit:

Contra Speculum Ecclesiæ Giraldi lib. 1.

Rudimenta Musices lib. 1. & alia.

Floret pariter sanctitatis & doctrinæ laude B. Gilbertus Abbas Cœnobii Suinfetenensis in Angliâ Ord. Cisterciensis; scripsit:

In Cantica Canticorum lib. 1.

Super Psalterium lib. 1.

Super Matthæum lib. 1.

Super Epistolas D. Pauli lib. 14.

In Apocalypsin S. Joannis lib. 1.

Theologicarum Sententiarum lib. 1.

De statu animæ lib. 1.

De vitâ S. Bernardi lib. 1.

Homiliarum diversarum lib. 1.

Epistolarum lib. 1.

De casu diaboli lib. 1. & alia quædam.

Floruit quoque circa hunc annum Saxo Grammaticus, Danus ex Sialandiâ oriundus, Roschildensis Ecclesiæ Præpositus, ac historicus.

Circa hunc annum decedit S. Obitus Confessor Brixiz in Italiâ; erat is Eques Brixianus, vir fortissimus, qui dum in conflictu cum Mediolanensibus anno 1191. commisso interfuisset, & dum hostibus animosè instisset, inque Ollii ponte dimicasset, eò ob nimium commistæ multitudinis pondus subito cellabente, ipse quoque in amnem corruit, & nocte totâ peculiari Numinis beneficio, inter cætorum merforumque acervos servatus est illæsus; tùm à civibus suis extractus, in castellum quoddam, ut refocillaretur, deVectus est, in forum incidit, & expectatus, retulit deportatum se se fuisse ad inferorum loca; atque innumerabilem in illa vidisse animarum multitudinem deturbari, itaque densam, ut decidere è cælo nix solet, ac variis planèque horrendis lanari cruciatibus; postis igitur armis rediit Brixiam, secumque singulare illud DEI ergà se beneficium reputans, deinceps religiosissimam vitam egit, pluribus post mortem miraculis gloriosus.

Ad cælos commigrat S. Aldricus ex illustrissimâ Principum Franciæ prosapia ortus; hic à pueritiâ suâ evidentibus virtutum signis, futuræ sanctitatis indicia dedit, & integritatem mentis ac corporis incorruptam conservans, &

ad Sanctum solitudinis otium anhelans in cœnobio Wilsenrich Ordinis Præmonstratensis conversus & subulcus factus est, sic ut alter Alexius mundo incognitus mansit, sed gravissimis tentationibus exagitatus, forti easdem animo superavit; à dæmonibus sæpè flagellis durissimè exceptus est, & horrendis eorumdem apparitionibus territus, tandem cœlo maturus, gravis meritis eò commigravit; ejus corpus loco communi sepultum, tertid exhumatum inventum, & tandem in Ecclesiâ Monasterii loco illo, quem cælesti luce DEUS aliquoties designaverat, conditum est. Bolland, in Act. SS. die 6. Febr.

Joannes de Bethuniâ ordinatur Episcopus Cameracensis.

Nascitur Rolandinus Patavinus, insignis historicus, qui res sui temporis duodecim libris descripsit.

Premislaus, Uladislai Regis II. filius, Rex Bohemiæ coronatur.

Floret Mechtildis Virgo, ex Regibus Scottorum oriunda, quæ cum fratre juniore in Franciam secretò peregrinata, eoque in Monasterio Ordinis Cisterciensis constituto solitaria in magnâ austeritate vixit.

Obit circa hunc annum S. Hadvvigis Virgo Magistra cœnobii Marensis Ordinis Præmonstratensis, filia fundatricis Hildegundis Comitissæ.

Ad Superos abijt B. Meingosus Abbas Weingartensis; excelluit rarissimâ in omnes charitate, & per insigni animi demissione; vigiliarum, orationis, lectionis scriptionisque studio intensissimus, juratus sempè otii hostis extitit; claudit pluribus statim à morte miraculis, cæcis, claudis, surdis aliisque variè ægris beneficia contulit sanitatis; ex Chron. Weingart.



Sanctum paritèr circa hunc annum vitam finem sortitur B. Amatus Saludecii in agro Italiæ Ariminensi, qui sub oratione sapius in terra rapi & cælesti circumdatus lumine visus est.

Blanca Alfonsi Regis Castellani tertid genita duodennis, despondetur tredecenni Ludovico Franciæ Principi, mox adducta in Franciam eidem nubit proximâ feriâ secundâ post festum Ascensionis pace cum Anglo reformatâ.

Floret B. Albertus ex Monacho Ord. Cisterciensis Episcopus Rigenis in Livoniâ.

Decedit in Monasterio Hemmenrodensi Ordinis Cisterciensis Venerabilis Sigerus Monachus rigidus sui corporis domitor, & exactissimus Regulæ observator; visa est ipsa Despera clientis sui curam in morte agere, ejusque egredientem animam expectare. Chryostom. Henricu.

Moritur Henricus de Soliaco Archiepiscopus Bituricensis; ex Ordine Cisterciensium.

Claret S. Rodolphus ex Monacho & Abbate Monasterii Aberbrothæi Ord. S. Benedicti Episcopus Aberdonensis, vir & prudentiâ insignis, & Sanctitate admirabilis.

Conradus Archiepiscopus Moguntinus, à Papâ ad Hemmeradum & Andream fratres, ob Hungarici Regni Coronam dissidentes componendos Legatus missus, ex Ungariâ redux moritur; post mortem ejusdem magna in electione novi Archi-Præsulis facta est discordia; una parte Diepoldum Wormatiensem Antistitem, alterâ Sifridum eligente, quem etiam Papa confirmavit, confirmationem Philippo Rege indignè ferente.

Valedicit mortalibus B. Henricus Borbonius, dictus de Soliaco, Archiepiscopus Bituricensis, Carlilocensis Abbas.



MEMORABILIMUM MUNDI CHRISTIANI SÆCULUM XII.

Annus Christi 1201.

IN Germania Philippo & Ottonem de regno Romanorum certantibus, Principes nutant & variant, Papâ autem Ottonis partes constanter tenente, illum proindè magnis tentat promissionibus Philippus.

Idem Papa dictum Ottonem legibus solvit, ut Brabantia Ducis filiam gradu propinquitatis sibi junctam in matrimonium assumeret.

Pro defensione terræ sanctæ idem Abbates ferè omnibus in Germania, Gallia, Anglia, Hispania, Normandia, Burgundia, Lotharingia, Brabantia, Flandria, & reliquis regnis ac Provinciis subsidia pecuniaria indixit.

Moritur Conradus Archiepiscopus Moguntinus: cui ut succederet Lutpoldus Wormatiensis tunc Episcopus, Philippus Suevus suffragatores Canonicos induxit, aliis Bingæ Sifridum eligentibus Bruno Coloniensis Archiepiscopus ab eodem Philippo in vincula conjicitur, Coloniâ post obsidionem captâ.

In Anglia S. Ulstanus & S. S. Moduvenna crebris miraculis clarent. Ibidem Simon cognomento Thurnacus Theologus nimis altè sapiens, sibi quæ præfractè fidens, repente memoriâ caruit, ita ut neque nominis sui, neque primorum elementorum recordaretur.

Bavarus ex Monacho Strachoviensi Olo-mucensis Episcopus, vir gulæ & ventri totum deditus, cum in Monasterio quodam sacris operaretur, & intra Canonem primum supra calicem benedictionem extenderet, apoplexiâ correptus concidit, omni quæ membrorum destitutus officio, animam exhalavit.

Moritur Guido Episcopus civitatis Lucanæ in Italia.

B. Humbertus ex Sabaudia & Mauriana Comite Monachus Alæ-Cumbæ Ord. Cisterc. decedit, cujus merita eximio miraculorum fulgore Numen comprobavit.

Anno ætatis 73. Absolomius Archiepiscopus Lundinensis in Scania, naturæ debitum solvit.

Philippus Rex à Guidone Apostolica Sedis Legato, Coloniæ denunciatur excommunicatus, simul quæ omnes cum eo consentientes. Philippo interim Bambergæ in Fran-
R. P. Brentano Epitome Chronologica.

conia Principum Conventum celebrante; ubi Corpora SS. Henrici Imperatoris & Chune-gundis conjugis ejus & Virginis de terra levata sunt, quæ infinitis ferè miraculis coruscârunt.

S. Dominicus Ordinis sui jacit fundamenta. Clarent quoque hoc tempore Cyrillus Presbyter & Monachus Ordinis Carmelitani, natione Græcus, ejusdem quæ Ordinis in Terra sancta tertius Prior Generalis, vir magnæ sanctitatis & Prophetico spiritu illustris. Scripsit ex Angelica revelatione prognosticon. Item de initio & progressu Ordinis sui librum unum, & alia. Adelredus Abbas Ordinis Cisterciensis, edit librum Speculum charitatis dictum. Homilias & Sermones ad Fratres plures. Papias natione Lombardus homo Græcè & Latine peritus; scripsit de Ordine dicendi librum unum. Dictionarium Linguae Latinæ.

Petrus Cantor Parisiensis Doctor inter alia edidit Volumen, quod nominavit Verbum abbreviatum. Librum Distinctionum. De Sacramento Altaris libros tres. De miraculis sui temporis librum unum. Sermones & Epistolæ varias.

Eodem tempore floret pietatis & doctrinæ laude Petrus Abbas Cluniacensis: Scripsit de vita & conversatione Eremitica librum unum. Revelationes in miracula suo tempore facta. Epistolæ librum unum. Sermones & Homilias plures.

Stephanus Anglicus, extitit hoc tempore Gymnasii Parisiensis moderator & decus. Scripsit supra libros Moysis totidem præclara volumina. Commentaria in librum Josue. In Judicum lib. 1. In libros quatuor Regum totidem libros.

Wernherus S. Blasii in Nigra Silva Abbas, vir singularis litteraturæ, congestit opus præclarum ex dictis SS. Patrum super Evangelia.

Vivit sub hunc annum acceptissimus ille Cœlorum Reginæ clientulus, Beatus Petrus Villariensis Conversus, quem sapius suo alloquio est dignata.

Annus Christi 1202.

Conradus I. Episcopus Herbipolensis, se-verus scelerum vindex, dum cognato etiam sanguini non parcat, à propinquis suis, Pothone de Rabensburg & Henrico Hund à Fal-
Uu ckenberg,

ckenberg, propè Ecclesiam Cathedralē proditorie occiditur: in cuius locum eodem hoc anno eligitur Henricus IV. nobilis de Caës ex Osterdorff, Academiae Parisiensis Doctor & Professor, qui ex amore patriæ Herbipolim rediens, ob eximiam virtutis & doctrinæ præstantiam, primò Ecclesiæ Cathedralis Decanus electus erat.

Conradus ex stemmate Ducum Silesiæ, Ecclesiæ Bambergensis Episcopus electus, alterâ post die moritur.

Innocentius Papa electionem Luitpoldi Episcopi Wormatiensis in Archiepiscopum Moguntinum, adminiculo Philippi Suevi Romanorum Regis factam irritat, & promovetur Sifridus. Idem Papa in defensionem Friderici pupilli & Regis Siliæ, Comitem de Brenna cum exercitu mittit, illique Regis Aragonum sororem pro sponsa procurat.

Benedicente Petro Episcopo Portuensi & Cardinali, præfati Comitis exercitui, visa est crux aurea splendidissima ante Comitem miraculose deferri, quâ hostes perterriti terga dederunt, & tum in acie, tum in fuga plurimos perdidit.

Henricus Dux Silesiæ cum Mecislao suo patre post diuturna dissidia in gratiam redit.

Rex Armenorum & Sifensis Archiepiscopus ejusdem gentis, per nuncios consensum suum cum Romana Ecclesiâ Papæ insinuant.

Andreas Ungariæ Rex contra Saracenos in Asiam exercitum movet.

Claret pietatis laude Willelmus Rex Scotiæ, cui Papa enses, & purpureum galerum cum titulo fidei defensoris mittit.

Moritur Marcovaldus, Friderici Siliæ Regis pupilli persecutor.

In Dania obit S. Willelmus Abbas Roschildensis, 98. annos natus, vitâ & miraculis clarissimus.

Ex hac quoque vita migrat Mecislao senex Princeps Poloniæ, eligitur loco ejus Lesco cognomine Albus.

Zinges Cham Tartaricus, unâ cum suis jugum Regis Indorum excussit, & postea Imperium magni Chami Chitaini constituit.

Diem claudit extremum Beatrix Friderici Barbarossæ conjux.

Tanta hoc anno fuit in Scotia asperitas hiemis adeoque prolixa, ut ante Martii dimidium nemo terram aratro proscindere valeret, cerevisia congelata pondere venderetur, nix continua per multos dies caderet, eaque maxima pecudum strages fieret. Terræ motus verò quotidie ab Epiphania Domini, usque ad Calendas Februarii contingerent.

Die 30. Maji fuit terræ motus, quo vox etiam terribilis audita est, incerto auctore. Magna ex eo pars urbis Achonenis cum palatio Regis corruit. Tyrus penè subversa est. Acha oppidum munitissimum ad solum usque corruit. Tripolis maxima pars ruit, & magna hominum multitudo suffocata est. Eum terræ motum secuta est magna agrorum sterilitas, apud externos ingens fames, famem autem horrenda pestis.

S. Guilielmus Aquitaniæ Dux Sanctorum albo adscriptus est.

Conradus III. Comes de Scharpfeneck Episcopus Spirensis eligitur.

Benedictus Sugiz Magister Generalis Ordinis de Alcantara creatur.

Fernandus Ruyz Monterus, creatur Magister Generalis Ordinis de Avis.

Moritur Stephanus Tornacensis Episcopus, Item S. Ludanus Peregrinus in Diocesi Argentinensi, quem ante mortem Angelus divino viatico refecit, eò mortuo omnes campanæ in villis circumjacentibus sine adjutorio humano compulsatae sunt.

Vitæ quoque finem sortitur Conradus L. B. ab Hunenburg, Episcopus Argentoratensis, Item Eittelschalckus Episcopus Augustanus, Nec non Bernardus Episcopus Paderbornensis,

Ottogarus I. Bohemiæ Rex, repudiata Adelâ, Marchionis Misniæ filiâ, ducit Constantiam filiam Belæ Regis Hungariæ.

Moritur Adelhaidis Galliarum Regina, Ludovici VII. conjux, mater Philippi Augusti.

Otto, Philippi æmulus, colloquium cum Principibus suas partes sequentibus habet apud Trajectum, ubi pacem inter Ducem Brabantiarum, & Comitem Geldriæ reformatur.

Tartari, Mediam, Persiam, Assyriam, Armeniam & Sarmatiam pervagantes, circa littora tandem Mæotidis Paludis sedes figunt.

Brabantiam illustrat B. Gilda Virgo, quæ cum Deiparam unice diligeret, eam omnium opum suarum ex asse & semille hæredem scripsit, sanctissimoque ejus nomini illustre Cœnobium, Camera B. M. V. condidit, & ne reservare sibi quidquam videretur, seipsam quoque in eodem Deo & Dominae suæ emancipavit.

Decedit Beatus Guido Abbas Cistercii, & totius familiæ Cisterciensis Generalis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Archiepiscopus Rhemenensis.

Annus Christi 1203.

Eckenbertus frater Ungarorum Regiæ, Episcopus Bambergensis creatur.

Constantinopoli, Gallorum, Venetorum & Belgarum Crucē signati, in Syriam navigantes, Alexium juniorem Isaacii Angeli filium, in Imperium restituerunt. Sub via Veneti Cretam Insulam occupant.

Excommunicat Innocentius Papa Crucē signatos, qui Jaderam urbem Andree Hungariæ Regi eripuerant.

Galli & Angli bello colliduntur. Mortuo Patriarchâ Hierosolymitano, subrogatur Sifredus tit. S. Prædix Presbyter Cardinalis.

S. Vulfstanus Episcopus, vitâ & miraculis insignis, Sanctorum catalogo adscribitur.

Innocentius Papa Regi Castellæ sub pœnis & censuris præcipit, ut permitteret dissolutionem matrimonii incesti, inter ejus filiam & Regem Legionis contracti.

Calen-

Calendis Aprilis, in Anglia, in prima noctis vigilia, tantus rubor apparuit in cœlo versus Orientem & Aquilonem, ut videretur firmamentum succendi, in quo tamen vehementissimo rubore, quod mirabilis & terribilissimum fuit, stellæ micantes apparuerunt; duravit autem hæc visio usque ad medium noctis.

Moritur Bartholdus, seu ut alii scribunt Gardolphus, Episcopus Halberstadiensis. Item Milo S. Mariani juxta Altiissiodorum Abbas Ordinis Præmonstratensis, genere, virtutibus operibusque illustris.

Henricus Barbatus & uxor ejus S. Hedvigis Monasterium Trebnicense in Silesia condunt.

Nata est Borislava Ottogari I. Bohemiæ Regis filia, postea Udalrici I. Carinthiæ Ducis conjux.

Moritur S. Wilhelmus Abbas Roschildensis in Dania Ord. Canonorum Regularium S. Victoris. Item Petrus ex Abbate Cisterciensi, Episcopus Atrebatensis.

Cum magna sanctitatis opinione spiritum Creatori suo tradit Petrus Episcopus Atrebatensis, Monachus Ord. Cisterci.

Philippus Rex valido exercitu Thuringiam invadit, & contra Hermannum Landgravium, qui à sua parte desciverat, bellum movet, ferro & incendio omnia vastans. Cum videret Ottocarum Bohemorum Regem Comitemque Palatinum cum multis copiis Ottoni ad auxilium venire, pugnam cum illis detrectans, se cum suis in Erfordiam recludit, quam urbem Hermannus illic obsidet diebus novem. Philippus autem nocte cum paucis clam exiens, ad Marchionem Misnensem se contulit, ejusque auxilium pro liberandis de obsidione militibus imploravit.

Quibus oppidum fortiter defendentibus, audientes obsidentes Philippum effugisse, obsidionem solverunt, militesque Philippi liberi abierunt. Interim Otto cum Principibus sibi faventibus conventum generalem in Merseburgo habuit, ubi Guido Prænestinus Episcopus, qui aderat titulo Apostolici Legati, Ottonem vice & nomine Innocentii Papæ in festo S. Bartholomæi in Regem Romanorum coronavit.

Vitâ excedit Theodoricus Hollandiæ Comes, unice filiâ relicta, quam Comes de Lo uxorem sibi violenter rapuit, Comitatumque Hollandiæ sibi usurpavit. Quod moleste ferens Wilhelmus frater Comitis defuncti, amicorum congregato exercitu, consertis manibus Lohensem Comitem de Hollandia vi expulit, sui que fratris filiam reduxit.

Claret B. Sigerus Hemmenrodensis Monachus, ad quem supremum decumbentem dignata Cœlorum Regina per semetipsam invisere, quam non multo post ad Regna aeterna consecutus est.

Annus Christi 1204.

Innocentius III. Procopium Ord. S. Bened. in Bohemia Abbatem, e cœlis eo petente, Sanctorum numero adscribit.

Murzophilus Alexium Imperatorem Græcorum, benefactorem suum maximum strangulat, R. P. Brentano Epitome Chronolog.

ut Imperatoriam dignitatem ipsemet consequeretur, sed Gallis ac Venetis urbem Constantinopolitanam occupantibus, fugâ salutem quaerit: & constituitur primus ex Latinis Imperator Balduinus Comes Flandriæ; qui splendidissima munera Romam Pontifici destinat.

Paulò post interfectores Alexii dignas crudelitatis pœnas dederunt, inter quos Ducas, in altissimam columnam, quæ in Tauro stabat, Constantinopoli productus, iadè præcipitatus est.

Henricus Dandalus Dux Venetorum, ob occupatam Jaderam excommunicatus, à Papa absolvitur.

Moritur in Ptolemaide Maria Balduini Flandrensis uxor.

Papa Comitem Namurcensem, qui Episcopum Cameracensem expulerat, excommunicat.

Calo Joannes Bulgariæ & Valachiæ Princeps, ab eodem Regis titulo insignitur.

Idem Innocentius prædicatores in Livoniam destinat, qui eandem gentem ad Christi fidem erudirent. Hæreticos Arimino eiecit, Romæ solenni ritu Petrum Aragonum Regem coronat.

Abbatem Cisterciensem unâ cum duobus Monachis Fontis frigidi Legatos contra Albigenes hæreticos designat.

Petrus Monachus de Castro Novo, à Raymundo Comite Tholosano hæretico per sicarios interficitur.

Contra eosdem Albigenes S. Dominicus, prædicatione ac miraculis pugnat; socios Apostolici laboris habens duodecim Abbates ex Ordine Cisterciensium unâ cum Didaco Episcopo Oxoniensi.

Iconii Sultanus, neptem Andree Regis Hungariæ in sponsam petit, promittitque Christianismum suscipere.

Colomanus dicti Regis filius Haliciensium Rex inauguratur.

Imperatrix Constantia ex humanis abit, & Panormi in Ecclesia Cathedrali juxta Henricum maritum Imperatorem sepelitur.

Obiit Isfridus Episcopus Raceburgensis, cui succedit Philippus.

Lucem mundi aspicit Anna Ottogari I. Bohemiæ Regis filia.

Alfonso Castellæ Regi nascitur filius Henricus.

Lupoldus, sive ut alii nominant Diepoldus, quem Philippus Rex ad Sedem Moguntinam intruserat, à Papa deponitur; qui postea tamen Philippo mortuo sedi Archiepiscopali est restitutus.

Philippus Thuringiam denuò invadit, ferro & igne grassatur, Ottocari Bohemicas copias militares fugat; quâ clade fractus animo Hermannus Thuringiæ Landgravius accepto suorum consilio, pedibus Philippi provolutus gratiam petit, impetrat, seque cum tota ditione sua victori submittit; Adolphum insuper Coloniensem Archiepiscopum Philippus ad suas partes trahit, qui eum Aquisgrani solenni pompâ coronat.

In oppido Legœnsi Reliquiæ S. Catharinæ Virginis in Hospitali quodam continentur, quas aliquot devotionis causâ ad aliam Ecclesiam transferebant, accidit hoc anno, ut in via positi, fluxum maris, juxta morem obviam sibi venire viderent, nullus erat effugii locus vel tempus. Tunc unus ex novem confidentiâ plenus cum capsâ, in qua erant Reliquiæ, fecit circum, adjutorium simul S. Catharinæ invocans. Mirares! veniens inundatio maris, circum circuit, elevavit se mare, & spumans intumuit, ita ut patulo desuper cœlo ascenderet ad cubitos quadraginta; in circulo autem facta, nec una aquæ gutta defluxit. Viri autem, qui intus erant, expectaverunt, quousque mare cursum resumeret, tunc exeuntes, per totam illam terram inauditum miraculum divulgârunt. Joan. Alæid. in Chron. Belgic.

Fulget sanctitatis famâ B. Bertramus Monachus de Carixto, Deiparæ cultor & amator præcipuus, cujus honore & gloriâ ita est delectatus, ut non sine magno cruciatu audiret, si quis de corporali ejusdem in cœlos assumptione vel in minimo dubitaret, undè raptus aliquando ab Angelo, non in visione, sed realiter templum intravit, in quo Deiparam, Patriarcharum, Apostolorum, aliorumque cœlitum cuneis stipatam vidit, à qua humaniter exceptus audit: *Scias pro certo Bertramme, me in utraque substantia, id est, corpore & animâ, glorificatam, & die quadragesimo à mortuis suscitaram.*

Annus Christi 1205.

Nascitur S. Agnes, Ordinis S. Claræ, filia Przemislai Ottogari I. Bohemiæ Regis.

Balduinus Orientis Imperator, contra Græcos rebelles Hadrianopolim profectus, ab hostibus victus & in vincula conjectus, non multò post diem clausit extremum, pro quo imperat Henricus frater.

Adolphus Archiepiscopus Colonienfis à Romanæ Sedis Legatis excommunicatur, ac cum censuras has contemneret, gradu Pontificio dejicitur, inque locum ejus subrogatur Bruno Seynius Præpositus Bonnenfis.

Cum Wernerus de Boulant, vir potens & dives, castrum S. Goaris oppugnaret, imaginem Crucifixi ligneam, hi qui de intus erant contra hostes in quandam fenestram posuerant, sperantes quòd ob illius reverentiam loco & personis parceret. Quidam verò ex hastariis, de cruce non curans, imò locanti illam indignans, telum misit, & Sacram Iconem in brachio satis profundè vulneravit, mox mirum in modum adinstar venæ humanæ, sanguis de loco vulneris cœpit stillare.

Cum Otto Imperator contra Philippum Suevum cum exercitu Herbiopolim usque pervenisset, satellitibus ejus Ecclesiam quandam intrantibus, unus ex illis Crucifixum, in eminenti loco positum, tunicâ lineâ & cum multo studio consutâ tectum vidit & concupivit. Quam cum manu non potuisset contingere, lanceâ nisus est extrahere; & quia firmiter imagini connexa fuit, in diversis lo-

cis illam pupugit, indè de singulis punctonibus sanguis ubertim emanavit. Cæsar. lib. 19. c. 19. & 20.

In Gallia Judæi Christianis infesti, viribus hæreticorum freti Christianam religionem irridebant; hinc præcipiebat Innocentius Papa Philippo Gallorum Regi, ut & Judæos compesceret, & contra hæreticos in partibus Tholosanis validioribus armis insurgeret, quos etiam oppugnat Petrus Aragonum Rex.

Viterbium Patareni hæretici inficiunt.

Placentini suum Episcopum ejiciunt, hinc ab Innocentio Papa diris devoentur.

Leo Armeniæ Rex multa damna Templariis infert, atque cum Tripolitano Comite inimicitias ducens, vires Christianorum in Syria dirimebat & labefactabat, ipsum tamen à cœpto Papa revocat.

Lescus Polonorum Princeps contra Romanum Vladimiriensium Ducem feliciter pugnat.

Ordo militaris apud Livones erigitur per Albertum Episcopum.

Moritur Diethelmus Episcopus Constantiensis, succedit Wernerus Liber Baro de Stauffen.

Diem obit Emericus Rex Cypri: item B. Benedictus cognomento de Rustico Monachus Congregationis Vallumbrosanæ sub regula S. Bened. miraculorum gloriâ illustris, visitur etiamnum corpus ejus incorruptum, dormienti similis quàm mortuo.

Andreas II. Ladislao defuncto, in Pannoniæ solio succedit.

Mirando inprimis miraculo Sacerdoti cuidam Sabbatho ex itinere ad Ecclesiam quandam divertenti, & Missam celebranti, exsectam ab Albigenibus linguam Deipara restituit, quia inquit, propter *fidem filii mei, & honorem mihi exhibitum, linguâ tuâ privatus es, ecce novam tibi restituo, aperi ergo os tuum.* Quod cum fecisset, digitis sacris ori ejus immisissis, radici linguæ præcisæ eandem carnem conjunxit, & disparuit, qui mox invocem laudationis cum Gabriele erumpens, clarâ voce stupentibus universis clamavit: *Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum &c.* usque in finem.

Annus Christi 1206.

Mactato in carcere Balduino Imperatore Orientis, Henricus frater coronatur; interim plurimi Imperium inter se partiti sunt: Theodorus Lascaris Bithyniam aliasque Provincias Asiaticas, Alexius Comnenus Colchidem, Michaël Comnenus veterem Epirum obtinebant.

Innocentius Papa Abbatem de Lakere mittit, qui gentilibus in Livonia & Prussia verbum vitæ prædicaret. Parem curam de Saracenis in Sicilia gerit, eò delegando prædicatores.

Ottocarus Bohemiæ Rex legitimam conjugem, maximo scandalo Christi fidelium repudiavit.

2. Calend.

Annus Christi 1207.

Philippus & Otho conciliantur, illo huic filiam dante cum jure successione.

Excluditur à Ducatu Poloniæ Uladislavus cum Ottone filio.

In cœlum migrat S. Julianus, Episcopus Burgenfis.

Martyrio coronatur Petrus de Castro Novo, Monachus Cisterciensis, ab Albigenibus hæreticis occisus.

Triumphat de Lascari Orientis Imperator, & pacem concedit.

Vitam mortalem exuit B. Didacus Azebes Episcopus Oxomensis, Ord. Cisterciensis, vir insigni animi fortitudine & spiritus fervore, qui contra Albigenes hæreticos gloriosè decertavit, claruit post obitum insignibus miraculis.

Andronicus senior Imperator, schismaticorum summus fautor, à Clemente V. excommunicatur.

Diem obit Fulco Episcopus Cracoviensis. Item Philippus Archiepiscopus Mediolanensis, cui succedit Ubertus III.

Modoetiæ ad cœlos migrat B. Gerardus Tinctorius fundator & magister Hospitalis, miraculis gloriosus: frumentum quippè ac vinum oratione multiplicavit, Lambrum fluvium exundantem pallio desuper instrato transiit, præter alia plurima, quibus Deus ejus post mortem sanctitatem declaravit.

Ad instantiam Philippi Regis, Apostolicæ Sedis Legati Adolphum depositum Ecclesiæ Colonienfis Archiepiscopum à vinculo excommunicationis absolvunt, quem tamen pro satisfactione commissorum ad Apostolicæ Sedis examen remiserunt. Bruno similiter Romam profectus pallium à Papa obtinuit.

Annus Christi 1208.

Philippus Imperator animi divertendi causâ Bambergam commigrans, post adhibitam ibidem venæ incisionem, noctu à sicario occiditur. Ei succedit Otho IV.

S. Petrus Legatus Apostolicus Raymundum Comitem Tholosanum, Albigenium hæreticorum factorem anathemate ferit, quam ob rem ab ejus assensibus interceptus occiditur. Ex defuncti corpore mira cœlestis odoris fragrantia erupit.

Innocentius Papa Crucem adversus Albigenes prædicari jubet, & his qui contra illos arma sumerent, indulgentias plenarias concedit.

Ad cœlestem patriam abit S. Bona Virgo Pisana, spiritu discretionis cordium, & Prophetiæ dono illustris.

Nunnius Fernandez, Magister Generalis Ordinis de Alcantara creatur.

Moritur S. Julianus Episc. Conchenfis in Hispania. Item Hartvicus II. Episc. Augustanus: nec non Hervardus Episc. Hildesientis. Similiter Rudolphus Episcopus Verdenfis.

Decedit S. Petrus Abbas Cavenfis Ord. S. Benedicti.

Tota Anglia & Wallia generali Interdicto subjiciuntur à Summo Pontifice.

U u 3

Urraca

2. Calend. Martii, horâ diei decimâ solis deliquium fuit: multi humanum caput in sole se tunc vidisse testati sunt. Chron. Hirsaug.

Migrat è vita apud Pisam S. Ubaldesca Virgo Ord. S. Benedicti, cujus anima inter Angelorum conventus & sodalium in cœlos ferri visa est.

Philippus prælio vincit Ottonem IV.

Natus est Wenceslaus Ottogari I. Bohemiæ Regis filius, qui postea patri in regno successit.

B. Villanus Monachus Benedictinus Cœnobii S. Crucis Fontis Avellanæ, ob vitæ merita ad Eugubinam Cathedralium Ecclesiam evehitur.

Moritur Otto II. Elector Brandenburgicus.

Albertus II. Comes de Kevenberg sive Kirberg, Archiepiscopus Magdeburgensis, arcem Lichtenbergicam à Wilhelmo Duce Brunsvicensi obsessam, liberat.

Obiit Henricus Episcopus Herbiopolensis, Princeps doctus, cui in Episcopatu succedit Otto de Ladenburg, qui singulari prudentiâ præditus, Ecclesiæ suæ utiliter præfuit.

Philippus Rex fines Colonienfium denuò ingreditur & vastat.

Bruno loco depositi Adolphi Archiepiscopus designatus, per Moguntinensem Archiepiscopum consecratur, duobus Episcopis per Angliæ Regem ex Britannia missis assistantibus, cum id nemo Teutonicorum præsumeret, metu Regis Philippi, qui tandem cum Ottone acie congressus eundem vicit & in fugam egit, ac præter plures Nobiles Brunonem etiam Archiepiscopum cepit, quem manicis ferreis constrictum, captivum abduxit, & ultra annum in arcta custodia detinuit, donec tandem interventu Principum dimitteretur.

Interea cives Colonienfes deteriora sibi futura metuentes, ac videntes sibi totum penè adversari Germaniæ Regnum, ex consilio Ducis Brabantiæ Philippum Boppardiæ commorantem accedunt, commissorum in eum veniam humiliter postulant ac impetrant. Paulò post etiam Conrado Spirensi Episcopo, Regis nomine missò, juramentum fidelitatis deponunt. Otto verò ex Colonia discedens, intrat Saxoniam, indè rebus suis utcumque ordinatis navigat in Angliam, ubi ab avunculo suo Rege honorificè susceptus, aliquanto tempore mansit.

Philippus Rex ut sibi regnum amicorum cognatione firmaret, filiam suam natu majorem Regi Bohemorum dedit uxorem, aliam verò ætate minorem filio Ducis Brabantiae matrimoniali fœdere copulavit.

Claret B. Euphemia Virgo Monialis Beatæ Mariæ Virginis de Ovenes, Deiparæ ab ipsa infantia devota admodum & dilecta, viris & cœlestibus visitationibus à tenella ætate assuefacta, metuenda dæmoni, qui viris artificis ipsam impedire, sed frustra conatus est, ne in prædicto Cœnobio cœlorum se Regiæ devoveret.

Urraca Alfonsi Castellæ Regis filia secundò genita, nubit Alfonso Lusitanæ tunc Principi & post quadriennium Regi. Sub idem tempus nascitur Alfonso Castellano quarta filia Alienor.

Vitâ fungitur Ladislaus II, Ungariæ Rex.

Sifridus Moguntinus Archiepiscopus occiso Philippo Rege, exul à patria, jubente Papâ Cardinalis S. Sabinæ titulo auctus ad sedem suam revertitur, eje&toque Diepoldo intruso, civitatem Moguntiam ingreditur, & tam à populo quàm Clero cum honore & læticia suscipitur. Idem contigit Brunoni à Colonienfibus Româ reduci.

Otto Comes de Wittelspach, Philippi Regis interfecto, ab Henrico de Kalidin Philippi quondam Mareschallo, non procul à Ratispona in quadam curte occiditur.

Conventu Principum apud Francofurtum durante, Conradus de Scharffeneck Spirensis & Metensis Ecclesiarum Episcopus, Philippi quondam Regis olim Cancellarius, in castrum munitissimum Trifels se contulerat, metuens nimirum à facie Regis Ottonis, & nec venire ad ejus conspectum voluit, nec Regalia præsentare insignia quæ secum habuit, nisi Cancellarium se facturum Otto suum promitteret, quod cum Rex libenter admitteret, Regalia illi insignia restituit.

Decessit sub hunc annum Beatus Ladislaus Cænobii cujusdam Ordinis nostri in Polonia Conversus, eâ simplicitate homo, ut nullam penitus orationem posset condiscere, quam Dominæ nostræ salutationem, cujus deinceps usum in ore perpetuò habuit, quam servuli sui erga matrem devotionem insigni miraculo DEUS à morte Ladislai honoravit, pulcherrimâ quamprimùm arbore è tumulo ipsius enatâ, cujus radicem principem terrâ egestâ è corde defuncti prodire, viderunt, qui aderant universi, & ne dubitarent, quânam id causâ evenerit, per singula arboris folia distinctis inscriptum prodigiosè litteris: *Ave Maria*, cum admiratione legerunt.

Convertitur ad meliorem frugem ope Deiparæ Beatus Henricus, Uteris montis Monachus, luxioris laxiorisque vitæ apud Sanctum Heribertum Colonæ Canonicus, voce primùm cælo delapsâ: *Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra &c.* suaviter monitus, de hinc per visionem quandam de nocte territus, visus sibi in suæ domûs Capellâ Dominæ suæ imaginem verbis Angeli salutare: *Cui illa: ut quid me salutas? homo perditus es, & nisi vitam tuam emendaveris, citius peribis. Ego enim & S. Benedictus intercessimus pro te.* Accedente dein infirmitate, non differre amplius coactus, Dominæ tantæ manus dedit, & professus Monachum, magnis deinceps virtutibus effulsit.

Annus Christi 1209.

Simon Comes Monfortius feliciter bellum gerens contra Albigenes, Biterras occupat, in Castro Minervæ 180. hæreticos in sua perfidiâ pertinaces vivos comburi jubet.

Martyrium subit Abbas Elnensis Ord. Cisterciensis 36. vulneribus confossus, socium Martyrii habuit Monachum, qui per 24. plagas obiit.

Almerici impietas Parisiensem urbem contaminat.

Moritur S. Guilelmus ex Monacho Cisterciensi Archiepiscopus Bituricensis, miraculis illustris.

Conradus Episcopus Halberstadiensis, fit Monachus Cisterciensis in Monasterio Sittichenbacensi.

Decedit Ubaldus Lanfranchus Archiepiscopus Pisanus.

Palentinæ Scholæ, à Rege Sancio sub annum 1030. institutæ, ab Alfonso Castellæ Rege in Universitatem eriguntur. S. Ferdinando puero Regio ægrotanti sanitas apud Deiparam Onientem redditur, ad votum matris Berengariæ.

Decedit B. Daniel Abbas Schonauigiæ in Germania Ordinis Cisterciensis, contemplationi deditissimus, divinis hinc replebatur favoribus, sacrasque consolationes experiebatur, præcipuè dum Sacrificium immaculatum impollutis manibus Deo offerret, cui alia inter, formam humani sanguinis in calice videre contigit. Menolog. Cisterc. Cæsar.

Vitam cum morte commutat Alphonsus sive Ildephonfus Provinciæ Comes, filius Alphonsi II. Aragoniæ Regis.

A Cruce signatis obtentâ urbe, cui Castro nomen, insigne miraculum obtigit. Duobus enim hæreticis, quorum alter pervicax, alter pœnitens erat, sed de cujus conversione, an ficta esset dubitabatur, flammis injectis, obstinato statim exusto, alter illæsus ex flammis emerfit. Odoric. Rainald.

Innocentius Papa mittit in Germaniam ad Regem Ottonem duos Legatos Cardinales, qui matrimonium inter ipsum, & filiam quondam Regis Philippi Apostolicâ sanctione confirmant, & super consanguinitatis impedimento dispensant.

In principio Mensis Julii idem Otto cum valido exercitu iter in Italiam aggreditur, ubi in transitu magno ubique cum honore excipitur. Romam progrediens ab occurrente sibi Papâ cum universo Clero & populo exceptus, magno cum honore ad S. Petri Ecclesiam deducitur, ubi die 4. Octobris Imperii coronam de manibus Innocentii III. suscipit, frustra coronationem Philippo Gallorum Rege impedire volente. Altero post die factus est inter Romanos & Germanos propter debitum coronationis magnus tumultus, in quo multi sunt occisi, desideratis ex Germanis 1100. mox insolentiæ dans locum Imperator urbe discessit.

Ætas hoc anno fuit tonitruis, exundationibus fluminum & imbribus valdè impetuosa. Hiems quoque nimis dura & asperissima, quæ diutius solito duravit; unde in multis Germaniæ locis alimenta defecerunt jumentis, & inopia diù pressit mortales, & eos maxime quos pecunia destituit.

In Arn-

In Arnburgensi Germaniæ Cænobio celebratur B. Thomas Monachus, qui æger quandoque cum ægritudine amore Deiparæ solaretur, adeò exarsit, ut ægrè lecto se continens, ab eo denique se abriperet, & in hortum egressus illic confidens, oculis cordis & corporis defixissimus cælum intueretur. Occurrere è cælis prænunciæ primùm SS. Agnes & Catharina Virgines, cœlesti altera post alteram Cantico Thomæ præludentes, quas paulò post subsecuta cœlitum Augusta inter Angelorum agmina, inæstimabili circumfusa splendore, propius accedens, & benignè Thomam compellans: *O frater charissime*, inquit, *si placuerit, qualitercunque recompensabo devotissimum famulatum tuum dulci melodiâ.* Occinit confestim prodigiosissimum canticum; nec sustinuit vehementiam jubili Thomas, factusque in ecstasi in faciem corruit, donec inventus à fratribus levaretur, jussuque Abbatis rem ex ordine recitaret.

Claret eodem tempore B. Simeon Monachus Hemmenrodensis, frequentioribus Deiparæ visitationibus & alloquio honoratus.

Annus Christi 1210.

Moritur Hedvvigis Theobaldi I. Bohemiæ Ducis filia, Friderici I. Lusatiæ Marchionis vidua, Monialis in Monasterio Bremensi Ordinis Cisterciensis, quod prædictus Marehio construere inchoavit, ipsa filiis adjuvantibus absolvit.

Innocentius Papa Othonem Imperatorem jam Neapolim invadentem, excommunicat.

Fratribus pluribus de Ducatu Poloniæ contententibus, Innocentius Papa in eo primogenitum confirmat.

Mauri Hispanias infestant.

Rex Sueciæ à subditis in prælio occiditur, cui in Regno succedit Ericus Canuti Regis filius.

Urbevætanæ, Perusinate ac Tudertini armis se invicem perentes, à Gualfredo Summi Pontificis Legato reconciliantur.

Moritur S. Martinus, Seguntinus ex Monacho Cisterciensi Episcopus. Ex cujus defuncti corpore suavissimus odor emanavit.

Claret Joannes Fordon Abbas Fordensis in Anglia Ord. Cisterciensis, vir excellenter doctus: scripsit

In Cantica Canticorum.

Homilias 120. lib. 1.

Introductorium Threnorum lib. 1.

In ipsos Hieremiæ Threnos lib. 1.

Expositiones in Hieremiam lib. 1.

Lectiones ordinarias lib. 1.

De triplici Cruce lib. 1.

Sermonum duodecim lib. 1.

Vitam S. Wolfrici Episcopi lib. 1.

De contemptoribus mundi lib. 1.

Acta Joannis Regis lib. 1.

Scoti Chronicon lib. 1.

Opusculorum lib. 1.

Diem obit Wernerus L. B. de Stauffen Episcopus Constantiensis. Succedit in sede Episcopali Conradus Comes ab Andechs.

Claret B. Mamertus Monachus Cisterciensis, S. Dominici Ordinis Prædicatorum institutoris frater germanus. Item B. Henricus Monachus Hemmenrodensis.

Vitam mortalem exiit S. Martinus Munnoz de Finoxofa, ab eventu post mortem mirabili Sacerdos dictus; fuit is Monachus Ord. Cisterciensis, & Episc. Saguntinus; cujus sanctitatem DEUS per miram è corpore procedentem odoris fragrantiam & crebra miracula declaravit.

Moritur Beatus Guido ex Monacho Ordinis Cisterciensis, Episcopus Garcafonensis, Apostolicis laboribus contra Albigenes celeberris.

Cum recederet Comes Montfortius à Castro Minerbæ; pedites exercitus, mansuiculis quas fecerant peregrini de ramis & frondibus, ignem applicuerunt; cellulae autem quæ erant siccissimæ, ita statim accensæ sunt, & tanta in altum per totam vallem flamma erupit, ac si aliqua civitas maxima comburetur; erat autem quædam cellula de frondibus similiter, in qua Sacerdos quidam tempore obsidionis celebraverat, aliis mansuiculis circumclusa, quæ ita miraculosè ab igne est illæsa servata, ut nec etiam aliquod ex ea adustionis indicium appareret. Odor. Raynald.

Moritur sub hæc tempora B. Mengofus Monachus Hemmenrodensis; à B. Giselberto ad vitam revocatus, miranda quæ in cælo viderat Fratribus nunciavit, aliaque inter, sedem sibi auream ad pedes Deiparæ positam affirmavit, cum certa promissione, eam sibi, donec reverteretur, certò asservendam. Proindè qui compellente obedientiâ mortuus revixerat, annuente Abbate obdormiit denuò, & ad dulcissimos Dominæ suæ pedes, locumque paratum rediit.

Annus Christi 1211.

Moritur Adela vel Abda, Ottonis divitis Marchionis Misnensis filia, quam Przemyslaus Ottogatus I. Bohemiæ Rex, è thoro suo proscrisperat. Mulier erat animo inter tot adversa & injurias infracta: sepulta est in Ecclesia Wasserburgensi, marmore altè elato.

Fridericus neo-electus Imperator, ex Sicilia in Germaniam venit, quem Otho armis persequitur; ejusque fautores totum Archiepiscopatum Moguntinum, incendio ac rapinis devastant.

Joannes Angliæ Rex, ob varia crimina à Papa excommunicatur.

Mauri in Hispania à Regibus Castellæ, Aragoniæ, Legionis ac Navarræ junctis armis oppugnantur.

Comes Simon Monfortius contra Albigenes rem armis fortiter agit; cui se ingens Cruce signatorum numerus ex Germania, Belgio, Gallis & Hispania jungit.

Lava-

Lavaurum à Catholicis expugnatur, Dominus Montisregalis qui castrum praesidio tenebat resti suspenditur, innumerique haeretici exuruntur.

S. Dominicus Guzmanus, dictos Albigenes doctrinâ plurimisque miraculis insigniter confutat.

Moritur Bertholdus VI. Comes Hennebergicus, Burggravius Herbipoli.

Obiit B. Henricus Monachus Claræ vallis Ord. Cisterciensis; tanto in Deum ferri solebat amore, ut sæpè Angelos attraxerit, quin ab Angelorum Rege visitari meruerit.

Gerardus creatur Archiepiscopus Mediolanensis.

Albertus II. Archiepiscopus Magdeburgensis Othonem IV. Imperatorem pariter excommunicationis sententiâ innodat, ex quâ causâ durum inter ipsum, Imperatorem ejusque confederatos Principes bellum exortum est.

Claret hoc anno S. Wilhelmus, è Nivernensi Comite Grandimontensis primùm Monachus, Cisterciensis dein, demum Archiepiscopus Bituricensis.

Illustrat Heisterbacense Cœnobium B. Christianus juvenis Deiparæ dilectissimus, quem ipsa sæpius visitavit, claruit multis illustratus revelationibus, & eâ imprimis gratiâ, ut manus ejus cœlestem odoris fragrantium redolent.

Annus Christi 1212.

Reges Christiani confederati, in Hispaniis ducenta Maurorum millia trucidant.

Joannes Angliæ Rex pœnitens ab excommunicationis vinculo solvitur.

Petrus Aragoniæ Rex ob repudiatam uxorem Mariam à Papâ excommunicatur.

Universumque Galliæ regnum, ob Regis injuriam in Episcopos Antiodorenses & Aurelianenses commissam interdicto subditur.

Ex hac luce migrat Azo Marchio Estensis.

In Angliâ crudeli morte extinguitur pro dignitate Ecclesiasticâ decertans Gaufridus, Nordovicensis Archidiaconus.

Cremonenses parvâ manu, insignem victoriam ope SS. Petri & Marcellini de Mediolanensibus reportant.

B. Arnoldus Abbas Cistercii, contra Albigenes haereticos Inquisitor Generalis, Archiepiscopus Narbonensis renunciatur.

Martinus Martinez Magister Generalis Ordinis militaris Calatravæ creatur.

Berengarius de Palatio, ad Episcopalem Cathedralam Barcinonensem evehitur.

Isimbardus Comes Cœnobium Ord. Cisterciensis Neti in Sicilia condit.

Obiit Sanctius I. Portugalliæ Rex.

Claret in Monasterio Bonæ vallis Ord. Cisterciensis, B. Joannes ejusdem loci Abbas, vir humanarum rerum peritiâ insignis, Angelicâ autem conversatione præcipuus, ac Mysteriorum divinorum contemplationi mirè addictus, qui orationis efficaciam & fervore multa à Domino impetravit, & contra Albigenes missus, æterno cum merito, assiduo prædicationis labore, & vi-

tæ sanctissimæ exemplo, strenuam Sanctæ Mariæ Ecclesiæ operam navavit, & non paucos ad fidem convertit, super quem aliquandò magno fervore concionantem, crux ingens in ipso aëre apparuit. Philip. Seguinus.

Alphonfus IX. Hispaniæ Rex Mauros rursus memorabili prælio proffigat.

Henricus I. Brabantia Dux Leodium ex improvise occupat, & crudeliter in ea agit.

Otto licet à Papâ Imperio privatus, nihilominus se gerens Imperatorem, Conventum Principum suas adhuc partes sequentium Norimbergæ celebrat, cum quorum auxilio in Thuringiam adversus Hermannum Landgravium, qui cum Romanâ Ecclesiâ sentiens ab ejus se fide subtraxerat, vertit arma, & duas illius munitiones fortissimas Rotenburgum & Salzungem capit funditusque destruxit.

Magnus hoc anno fuit fidelium utriusque Sexus & Statûs concursus ad mare, qui crucem sibi propriâ autoritate assumentes, ad recuperationem Terræ Sanctæ transfretare volebant, cum autem neminem qui eos navigio traduceret haberent, serò imprudentiam considerantes alii fame & inopiâ perierunt, alii capti à pyratibus venditi sunt aut in mare demersi, ceteri cum damno rerum & confusione redierunt.

Otto Imperator depositus, Northuffi in Saxoniâ desponsatam sibi dudum neptem, Philippi Regis filiam ducit uxorem, & nuptias regio apparatu celebrat: quartâ ab hinc die nova uxor subito infirmata vivis valedixit, variam suæ mortis opinionem, ne dicam suspicionem relinquens.

Germaniam illustrat B. Wernherus cognomento junior Monachus Eberbacensis, cui cum morte conflictanti Deiparæ visibiliter adfuit, & dæmones, quos jam ipse intrepido contempserat animo, fugans, ipsum secum ad æternæ patriæ gaudia deduxit: quo ipso tempore B. Wilhelmus generis & virtutum splendore illustris juvenis, cum in Heisterbacensi cœnobio monachalem habitum induisset, alterâ mox post Professionem die gravi tentatus infirmitate, eadem non multo post exhaustus in pace requievit, quem B. Conradus Prior pallio B. M. V. amantissimè foveri vidit, & fratribus indicavit.

Obiit Bernardus Saxonie Dux, Ballenstadii & Ascaniæ Comes, filius Alberti Ursi, duos ex se relinquens filios Albertum & Henricum, quos ex Judithâ, Canuti Danorum Regis filiâ susceperat, quorum ille Stemma Saxonum usque ad Albertum III. hic Anhaltinum propagavit: ex conjugè secundâ Sophiâ Ludovici Thuringiæ Landgravii filiâ duas filias & filium suscepit.

Annus Christi 1213.

S. Procopius Abbas Sulislao & Dobromila conjugibus, Ecclesiam suo nomine insignem in minore urbe Pragensi ab eisdem erigi, per quietem insinuat.

Ab

Ab Othone excommunicato Imperatore, plures deficiunt: hic tamen prælio copias Alberti Archiepiscopi Magdeburgensis fundit.

Innocentius Papa Archiepiscopum Consentinum in Calabria criminis læsæ Majestatis & Simonie accusatum ab officio suspendit.

Regem Portugalliæ à communionem fidelium segregavit, & Regno illius universo sacris interdixit, quod is fororibus suis graves injurias intulisset.

Cruce signati licet numero longè inferiores, Albigenium ac eorum fautorum exercitum cædunt, 20000. desideratis; ex ipsorum autem parte unus tantum occisus est ex nobilioribus, cum quibusdam paucis aliis. Hâc victoriâ bene usus Simon Monfortius oppida circumjecta cepit, præcipuè in Aganensium & Ruthenorum finibus non parva, nec pauca in ditionem redegit.

Pax inter Joannem Anglum, & Philippum Gallum, Reges stabilitur.

Indicitur à Papa Lateranense Concilium, & Christianos Principes Papa pro ope ferenda terræ sanctæ animat.

Judæorum quàm plurimi in Galliis, ex quodam miraculo excellenti sacrosanctæ hostiæ, ad Christum convertuntur.

Obiit S. Stephanus ex Carthusiano Monacho Episcopus Diensis.

Aldobrandinus Atestinus Picenos prælio fudit, ac Piceni totius possessionem à Papa in feudum accipit; paulò post tamen, veneno à quodam suorum familiarium perimitur.

Extendunt se ulterius Tartari, & Ruthenos grandi clade afficiunt.

Moritur Bernardus Bononiæ Episcopus.

Inter Reges Castellani & Legionenses fœdus instauratur, salvâ Berengariæ dote & filiorum jure ad successionem in Regnum, per juramentum patris & Pontificis assensum. Saraceni à Christianis, in planitie dicta Las Navas de Tolosa, immani strage funduntur.

Moritur B. Maria de Oignies admirandæ sanctitatis fœmina, abstinentiæ, paupertatisque studio addictissima, Angelorum & Sanctorum colloquiis assueta, eventura & latentia multa didicit, sed & Christum ipsum intueri frequenter, cumque ipso colloqui meruit. Claruit eximiam miraculorum gloriâ.

B. Godefridus Silvanectensis Episcopus, relicto Pontificatu fit Monachus Caroli-loci sub instituto Cisterciensium.

Adamus Atrebatensis creatur Morinorum Episcopus.

Fridericus Suevus Rex Siciliæ & Apuliæ, annos agens ætatis 20. missos ad se Oratores Principum Germaniæ cum Decreto Electionis ad Imperium audiens, vix Imperatoriam dignitatem accipit, tandem consensu dato uxore cum filio parvulo in Sicilia relicta, sese ad iter in Germaniam accingit, ubi à Principibus cum honore ingenti suscipitur, exercitu Othonis vix non ex integro disfluente; videns se igitur derelictum à cunctis Principibus in Saxoniam revertitur. Friderico autem Imperii Principes Moguntia juramentum fidelitatis præstant.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Lupoldus Wormatiensis Episcopus in odium Philippi Regis olim depositus, excommunicatus, & ab Ottone proscriptus, interventu Friderici Regis, Papâ permittente, ad Sedem suam revertitur. Idem Fridericus Aquisgrani Imperii coronâ insignitur.

Otto Episcopus Monasteriensis Coloniam veniens, à fautoribus Ottonis Imperatoris capitur, & Werdam missus jubente eodem Imperatore vinculis mancipatur, ob quod Archiepiscopus Moguntinus, qui Legati Pontificii munere fungebatur, Colonenses excommunicavit, & civitatem interdicto supposuit.

Mortuo Brunoni Colonensium Archiepiscopo, successit Theodoricus Præpositus Ecclesiæ Apostolorum.

Philippus Galliæ Rex sinistro Marte contra Ferdinandum Flandriæ Comitem pugnat, plurimis suorum captis, vulneratis & occisis. Cum illo tamen Fridericus Imperator fœdus perpetuum inicit.

Claret in Galliis B. Wilhelmus, Claræ vallis Monachus, qui Christum aliquando intuitus mundo interitum minantem, supplicena ipsi Virginem Matrem hæc ipsa interponentem & obsecrantem audiit; *Parce, dilecte fili, est non propter illos, saltem propter amicos meos, personas Ordinis Cisterciensis.*

Sub hoc idem tempus vitam hanc deserit B. Gosbertus Conversus, mirè, dum ipsi ex more à fratribus justa exsolventur, resuscitatus, triduum dein superstes, paratam sibi ad pedes Domine suæ sedem asseverans, ad quam post egregia exhortationis verba, tertiâ die denuò extinctus revertit.

Annus Christi 1214.

Eppinghofen Monasterium Nobilium virginum Ordinis Cisterciensis in Archidiaconatu Colonensi conditur.

Occiso Petro Aragoniæ Rege, filius ejus Jacobus adhuc puer regnum capeffit.

Simon Montfortius Albigenes fortiter oppugnat, ac in provinciis Aginensi, Lemoicensi, Cadurcensi & Petracoriensi, multa illorum castella munita expugnat.

Summi Pontificis Legatus apud Montempeffuli Concilium celebrat.

Philippus Galliæ Rex, parvâ militum manu, contra Ottonem quondam Imperatorem apud Tornacum, ingentem victoriam obtinet. In prælio cum multis nobilibus captus est Ferdinandus Flandriæ Comes.

Ludovicus ejus filius arcem Monæci liberat obsidione.

Fridericus Neo-electus Imperator, Philippi victoriâ bene usus contra Ottonem, urbes sibi hætenus rebelles ad deditonem, Ottonem autem ad veniam petendam cogit.

Willelmus Scotiæ Rex, annos natus 74. diem Sterlingi obiit: ante mortem ejus mense Martio duo Cometæ, humano aspectui terribiles visi sunt, alter solem præcedens, alter sequens. Ei in Regno successit Alexander filius.

Xx

Ray.

Raymundus Comes Tholosanus, Albigen-
sum hæreticorum fautor, fratrem suum Baldui-
num Principem strenuum, qui pro Ecclesia
multa præclara gesserat, per prodicionem inter-
ceptum ac in vincula conjectum, paulò post
ex arbore suspendit.

Decedit Daniel II. Episcopus Pragensis, cui
succedit Andreas, antea ejusdem Ecclesiæ Præ-
positus.

Ad superos abit B. Albertus ex Canonico
Regulari primùm Vercellensis Episcopus, dein
Patriarcha Hierosolymitanus & Legatus Apo-
stolicus.

Relaxatur interdictum generale, cui tota
Anglia & Wallia fuit subjecta; mox Regem in-
ter & Optimates ob negationem privilegiorum,
quæ illi prætendebant, magna oritur dissen-
sio.

Henricus fit Archiepiscopus Mediolanen-
sis.

Moritur Alfonsus Rex Castiliæ. Succedit
filius undennis Henricus I.

Albertus II. Magdeburgensis Archiepisco-
pus, à Friderico de Kare captus Gronbergam du-
citur. Quem locum Burchardus, Dominus de
Querfurt, Burggravius Magdeburgensis obsi-
dione premit, & post sex dies ad deditionem cogit,
Archiepiscopo libertati restituto. Otto
Imperator cum exercitu obsidionem solvere
volens, serò venit, hinc plenus indignatione,
omnia circa Magdeburgum loca flammis con-
secrat, & Hallam obsidet.

Sifridus Archiepiscopus Moguntinus Apo-
stolicæ Sedis Legatus Theodoricum Colo-
niensem Archiepiscopum litteris & nunciis monet,
ut Ottonem præfatum depositum & ex-
communicatum desereret, & Friderico Canoni-
cè electo & coronato adhereret, qui monita
contemnens ab eodem Archiepiscopo autori-
tate Apostolicâ primò excommunicatus est,
cùmque sententiam anathematis is parvi fa-
ceret, postea mandato Summi Pontificis Archi-
episcopali dignitate orbatus est. Tandem serò
pœnitens, videns se à plerisque derelictum,
Romam pro impetrandâ gratiâ restitutionis pro-
fectus, diu multumque laborans exaudiri non
meruit.

Felicissimè decertat contra Albigenes S.
Fulconoster Archiepiscopus Tholosanus.

Ad supera concedit sub hæc tempora B.
Paulus Conversus Monasterii Beatæ Mariæ Vir-
ginis de Luka, qui supremam jam agens ani-
mam, in risum suavissimum resolutus, miran-
tibus exultationem: *Cur non viderem?* respon-
dit: *cur non exultarem? ecce Domina Nostra præ-
sens est, & jam animam meam suscipiet.* Dixit, &
cum dicto animam exhalavit.

Quo eodem tempore decessit etiam B. Isenbar-
dus Hemmenrodensis Sacrista, qui sub mor-
tem raptus in estasm, stupenda intueri meruit,
retulitque inter alia: *Vidi Dominam nostram in
immensa claritate cum suis sacris virginibus, quæ
se mihi promisit in necessitate adfuturam.*

Annus Christi 1215.

Galli Joannis Regis Angliæ exercitum ad
Bovinas cædunt.

Celebratur Romæ Concilium Lateranen-
se, cui interfuere Patriarchæ Constantinopo-
litani & Hierosolymitani, septuaginta Ar-
chiepiscopi, 400. Episcopi, Monachorum sacri
Patres undecim, Primores cœnobiorum octin-
genti, Oratores Regis Romanorum octin-
genti, Henrici Græcorum Augusti, aliique plurimi
Catholicorum Regum Legati.

Hujus Concilii decreto Simoni Montfor-
tio heroi Catholico jus Comitatus Tholosani
dono datum est; subditi verò Albigenium fau-
tores, Raymundum Comitem suum priorem
hæreticum, ex Hispaniis evocant, qui Sara-
cenorum manu sub Miramolini signis armatus,
Pontifices & Sacerdotes Catholicos exturbat.

Divus Dominicus & Franciscus Ordinis
sui confirmationem à Papa Innocentio petunt.

Concilium Provinciale in Gallis per Lega-
tum Pontificium indicitur.

Sæva pestis in Hannonia grassatur, illis ab
ea præservatis, qui voto peregrinationis Tun-
grensis in honorem Deiparæ se obstrinxerant.

In Monasterio Reinhartsbornensi moritur
B. Siffridus monachus miri vitæ rigoris, cujus
sacrum corpus profundis cicatricibus, variis
multisque catenarum ac nodorum nexibus re-
pertum est implexissimum atque exesum; cla-
ruit plurimis à morte miraculis. Bucelin, in Me-
mol. Rened.

Rudigerus de Radegkh, eligitur in Episco-
pum Chiemensem, translatus postmodum ad
Ecclesiam Passaviensem.

Rudolphus Abbas S. Galli creatur Episco-
pus Curienensis.

Reginaldus seu Renaldus Episcopus Tul-
lensis, procurante decessore deposito, occiditur.

Moritur cum sanctitatis opinione Joannes
Simplex, Conversus Assisii.

Nascitur S. Ludovicus Galliarum Rex.

Adolphus Comes Montensis cum Friderico
Rege fideliter sentiens, Cæsaris-Werdam obsi-
det, capit, & Ottonem Episcopum Monasterien-
sem manu validâ liberans, abire facit.

Theodoricus Archiepiscopus Treverensis
Coloniã veniens, juxta mandatum Apostolicum
sibi transmissum cives ad subjectionem Frideri-
ci induxit, eosque pace refirmatâ ab excommuni-
catione & interdicto absolvit. Paulò post Frideri-
cus Imperator ipse eò deveniens, summo honore
à civibus excipitur, eiq; fidelitatis juramentum
præstat. Interim re infectâ Theodoricus eo-
rumdem Archiepiscopus depositus Româ re-
vertitur, & in ejus locum juxta Papæ manda-
tum Engelbertus filius Comitis Montensis ma-
joris Ecclesiæ Præpositus, vir optimus, concor-
diter in Archiepiscopum eligitur.

Walterus Episcopus Basileensis Romam ci-
tatus, cùm se à Simonia & aliis criminibus pur-
gare legitimè non posset, à Pontificatu deponi-
tur, & subrogatur ei Henricus.

Multi hæretici, Albigenium sequaces fa-
cti, & qui Germaniam, Italiam Galliamque in
locis plurimis sædaverant, per Inquisitores Apo-
stolicæ Sedis igne cremantur.

Annus

Annus Christi 1216.

In Scepusiensi Ungariæ Comitatu, Mona-
sterium de Gandelis, Ordin. Cisterciensis
conditur.

Moritur Joannes Rex Angliæ, cui in Re-
gno succedit filius ejus Henricus, Ludovico Phi-
lippi Galliarum Regis filio, cui plures Proce-
res Angliæ sceptrum detulerant, spe suâ fru-
strato, & in Gallias revertente: in Hungaria
B. Eusebius Strigoniensis, Ordini Eremitarum,
S. Pauli primi Anachoretæ titulo, ini-
tium dat.

Moritur Henricus Græcorum Augustus,
in ejus locum sufficitur Petrus Antiodorensis
Comes, ejus gener.

In Hispaniis Henricus Castellæ Rex hu-
jus nominis primus casu interiit; & in ejus
locum successit ex Berengaria sorore nepos, Fer-
dinandus eo nomine tertius, filius Regis Legio-
nensis.

Vitam deponit Innocentius tertius Papa, è
purgatorio à S. Ludgarde liberatus; successit
Honorius, qui hoc anno institutum Ordinis D.
Dominici approbat.

Florent Stephanus tit. S. Adriani, & De-
cius tit. S. Apollonii in Monte Aventino Urfini
Cardinales.

Moritur Ericus Sueciæ Rex.

Floret B. Alachrinus ex Cœnobii Casæ
Mariæ Priore Episcopus, Apostolico zelo ple-
nus, qui velut alter Elias falsos Prophetas, hæ-
reticos scilicet, in ore gladii, quod est verbum
DEI, potenter exterminavit, & Catholicam
veritatem stabilivit.

S. Engelbertus Archiepiscopus Colonien-
sis ordinatur.

Albertus Archiepiscopus Magdeburgensis
rursus capitur à Cæsaris Tribuno, & arci We-
desdorf includitur, Hojerus de Fridsburg verò
cum Burchardo Mansfeldensi Comite aliisque
arcem præfatum tantâ vi obsident, ut incolæ
Archiepiscopum extradere coacti fuerint.

Fridericus Imperator sub initium Mensis
Maji conventum Principum celebrat Norim-
bergæ, cui quoque interest Apostolicæ Sedis
Legatus, Petrus Cardinalis tit. Sanctæ Puden-
tianæ.

Annus Christi 1217.

B. Hroznata ex nobilissimo Regni Bohemiæ
Primate, Canonicus Ordinis Præmon-
stratensis, fundator cœnobiorum Teplensis &
Chotieslaviensis; pro tuendis Ecclesiæ suæ ju-
ribus fortiter agens, ab æmulis captus, inter
diuturna vincula Martyr occumbit.

Honorius Papa Petrum Comitem Antio-
dorensis, & Jolantem ejus conjugem Augusta-
li nomine salutat, & Imperii Orientalis coronam
insignit.

Polonia bellis intestinis inter duos Prin-
cipes Uladislaos flagrat, quæ tamen brevi Pa-
pa sopit. Idem conventiones inter Fridericum
Imperatorem & Valdemarum Danorum Re-
gem confirmat.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Rex Bohemiæ Ottocarus à Nepote turba-
tur, qui multa castra & oppida occupabat.

D. Francisci Ordo confirmatur. Itemque
Carmelitarum institutum, in quo floret Simon
Anglicus, verbo & opere potens, nec non Spi-
ritu prophetiæ illustris.

Papa Mediolanensium atque Placentino-
rum aliquos anathemate ferit, & utramque
civitatem interdicto supponit, quòd Cremonen-
sium plurimos cepissent & in carceres con-
jecissent.

Insignis rursus Christianorum exercitus
in Orientem mittitur.

Moritur Leupoldus, Episcopus Wormatiens-
is. Cui succedit Henricus filius Comitis Sara-
pontani.

Claret B. Guillelmus Abbas Claravallen-
sis, Ecclesiasticæ libertatis vindex acerrimus,
nec ipse quidem Imperatoris Friderici vul-
tum reveritus, à quo post varios pro Ecclesia
Dei exantlatos labores interceptus, & carceri-
bus inclusus, in iisdem gloriosissimo fine con-
summatus est, Martyrum procul dubio meri-
tis æquatus & coronâ donatus: cujus corpus
exanime, mirâ claritate circumdatum, dum il-
lud lavare conarentur, visum est; ejusque spi-
ritus magnâ gloriâ & divino splendore coru-
scans, cuidam sanctæ fœminæ apparuit. Ex
Menolog. Bucel.

Ad cœlos migrat B. Werricus Prior Mona-
sterii Alnensis ex Ord. Cisterciensi, orationis
studio, spiritu prophetiæ, mirâ in pauperes
charitate, ac miraculorum gloria celebris.

In ludicro certamine tegulæ ictu perit
Henricus Castiliæ Rex, succedit sororum ejus
primogenita Berengaria, quæ coronam trans-
fert in suum Primogenitum S. Ferdinandum.

Natus est Balduinus II. Petri Imperatoris
Constantinopolitani, & Jolantæ Hannoniensis
filius.

Andreas Rex Ungariæ, Leopoldus Dux
Austriæ, pluresque Principes, Comites, Episco-
pi, Nobiles &c. cum ingenti exercitu Cruce si-
gnatorum pro Hierosolymitanæ urbis recupera-
tione in Palæstinam proficiscuntur.

Vivit sub hæc tempora B. Joannes Con-
versus in Monasterio Veteris montis, dono prophe-
tiæ & variis visionibus à Deo illustratus; cui
Deipara super injuriis Dynastæ ejusdem que-
sta his verbis est: oportet me recedere à loco
isto, dicente Joanne: *Et quò ibis, o Domina? ad
filium meum*, respondit, *conqueri de Wilhel-
mo de Helfenstein, qui me non sinit quiescere
in loco isto.* Wilhelmus autem designatâ à Jo-
anne die lanceâ transfossus, sacrilegii pœnas
dedit.

Annus Christi 1218.

Petrus Imperator Orientalis Româ revertens,
cùm spe Dyrrachii à Theodoro Prætorè Græ-
co recipiendi in adversam oram transmississet, ab
homine vafro per simulationem amicitiae dece-
ptus, post mensam hospitalem extractus, com-
prehensus, vincus, ad extremum cæsus est.

Christianorum militares copiæ in Oriente
inter Cæsaream & Cajapham promontorium oc-
cupant, item Damiatam urbem.

X x 2

In

In Gallis Ludovicus Philippi Regis primogenitus, Henrico Angliæ Regi negotium facit.

Simon Montfortius, heros Christianissimus, in obsidione Tholosanâ, coniecto ex urbe saxo occumbit.

In Hispaniis Henricus I. Castellæ Rex, contra Alfonso Legionensem arma sumit; pacem postea mediante Papâ iniens, paulò post humanis rebus eximitur, cui in Regno succedit Ferdinandus dicti Alfonso filius à Proceribus electus.

Honorius Papa Guilielmum Bituricensis Archiepiscopum in Sanctorum numerum adscribit.

Mare terminos suos in Frisia transiens, villas & oppida plura delevit, & plusquam centum hominum millia consumpsit.

Clarent circa hæc tempora ex D. Francisci familia B. Bernardus à Quinta valle, Beatus Petrus Catanus, & B. Moricus.

Placentiæ in Æmia obit S. Francha Virgo & Abbatissa ex Ord. D. Benedicti.

Otto IV. à Friderico Imperatore electo aliquot præliis superatus, & ab omnibus derelictus, in vera pœnitentia beato fine decedit.

Quidam Sacerdos Belga in Rubrok, dum latrunculis ludens D. Bertino malam imprecaretur pestem, accepto divinitus colapho, concidit, triduumque semianimis jacuit. Annal. Fland. l. 8.

Nascitur B. Sitta Virgo Etrusca miraculis plurimis insignis. Item Rudolphus I. Imperator.

Milites Religiosi S. Juliani de Piro in oppido Alcantara domicilium & cœnobium extruunt, ex quo, tanquam ex arce munitissima atque firmissimo propugnaculo in hostium fines excurrerant, eorumque impetus propulsabant, & ab oppido novo Alcantaræ milites dicti sunt.

Moritur Bertholdus V. Comes Hennebergicus.

Enguerrandus vir nobilis ex Comitum Ambianensium familiâ, cum conjugæ sua Ada Paracleti Monasterium Ambiani fundat, cui duæ ipsius filiarum, una ut Abbatissa, altera ut Priorissa præfuerunt: ita la Morliere.

Ad cœlos abit B. Dominicus Vernagalli Ordinis Camaldulensis, Pisis in Hetruria.

Honorius Papa confirmat Ferdinando Castiliæ Regi jus in successione Legionensem, ei à patre juratam, & approbatam à suo decessore Innocentio III. Capitur Comes Alvarus dicto Regi rebellis, & usurpatis cedens Legionem se recipit.

Claret vitæ sanctimoniâ B. Caducanus Episcopus in Britannia sub regula D. Benedicti, & habitu Cisterciensi.

Claret B. Frescendis Virgo Ordinis Cisterciensis Duaci in Belgio.

Moritur B. Burchardus Archiepiscopus Bituricensis Ord. Cisterc. signis & virtutibus illustris.

Obit in Frisia B. Gerbrandus Abbas Claricampensis Monasterii Ord. Cisterc. qui visus est ab Angelis in cœlum deferri.

In civitate Segoviarum magnum incendium invaluit in domo cujusdam piæ fœminæ, à quo

cum cuncta incensa fuissent, arca, in qua vestem S. Dominici Confessoris devotè conservabat, mirabiliter præservata fuit. Thom. Malvenda in Annal. Prædicat.

Deipara apparet S. Petro Nolasco, & institutionem Ord. Redemptionis Captivorum suadet. Vitæ mortalis cursum absolvit Bertholdus Dux de Zehringen, vir fortis & bellicosus.

Annus Christi 1219.

URbevetani adversus Campigliam tendunt, grandia damna inferentes: Senenses obviam eunt, commissaque pugna Andreas Galeranus Nobilis Senensis, interficit Andream Martinelli, præcipuum Urbevetanorum Ducem, qui de victoria desperantes, viam reliquunt.

Cruce signati aliquamdiu in Oriente prosperè pugnant, ita ut Coradinus Damasci & Hierosolymorum Sultanus pacem peteret, quam tamen Summi Pontificis Legatus respuit; sed dum Damia obsidetur, pestilentia in Christianum Exercitum grassari incipit.

Cruce signati in Hispaniis contra Reges Maurorum quatuor insignem victoriam obtinent, cruce sub pugna tempore in aère apparente, quæ Mauros mirè exterruit, visa quoque est candida militum armatorum multitudo, quæ sagittarum imbrem in barbaros fudit, qui cæsi ex acie fugiunt, occumbentibus Regibus eorum duobus Cordubensi & Genesi.

Albigenses quoque & Tholosanus Comes à Simonis Montfortii filio & Ludovico Principe vincuntur.

Reges Galliarum & Angliarum quatuor annorum armistitium ponunt.

Honorius Papa Valdemarum Danorum Regem ad Gentiles circumvicinos armis reprimendos excitat.

Vincentius Cadlubeus Episcopus Cracoviensis Episcopatu se abdicans ad Monasterium Andrejoviense, ibidem vitæ reliquum transacturus, concedit. Successit ei Ivo, qui multa Monasteria ac templa erexit.

S. Dominicus prædicatione verbi Dei, miraculisque claret.

Moritur Henricus Archiepiscopus Gnesnensis.

Gartias Sanchez Magister Generalis Ordinis de Alcantara creatur.

Floret Gualterus Morganensis Abbas in Anglia Ord. Cisterciensis. Scripsit

De animalibus terrestribus lib. 1.

De volucribus lib. 1.

Carmina de rebus variis lib. 1.

Moritur Tholosa, in expeditione contra Albigenses hæreticos, Joannes de Bethunia Episcopus Cameracensis.

Honorius Papa S. Ferdinandum Castiliæ Regem & Regnum ejus suscipit in specialem suam & Sedis Apostolicæ protectionem: dictus Rex sub finem anni uxorem ducit Beatricem filiam Philippi Ducis Sueviæ, cognatam Friderici II. postea Imperatoris, seque ipse Baltheo militari accinxit.

Tartari urbem Am in Armenia post 12 dierum

dierum obsidionem expugnant; continet urbs hæc ad 100000. incolas, & templa 1000.

Coradinus Saladini Ægyptiorum filius, post captam à Christianis Damiatam, Hierosolymæ retinendæ spem penitus abiciens, muros & turres in circuitu destruxit, domos & Ecclesias penitus desolavit, ut venientes Christiani urbem vacuum & desertam invenirent. Turrim verò David, templumque Dominici sepulchri, sive precibus fidelium inibi commanentium flexus, sive civium potentiâ deterritus, sive aliâ quâlibet ex causa non destruxit.

Dux Lotharingiæ injuriam quorundam ulturus Alsatiam cum exercitu intrat, & devastat.

Construitur Cœnobium Monialium Cisterciensium in Valle S. Catharinæ Archidiocesis Moguntinensis.

Claret B. Catharina ex Judæa in Parco Dominarum Brabantiarum Monasterio, Monialis Cisterciensis, quæ puellula etiamnum, solo audito Mariæ nomine mirificè affici cœpit, & pueris ostiatim per hoc nomen stipem rogantibus, panem furata parentibus elargita est, tantum ut sæpius dulce illud nomen exaudiret. Ipsam Deipara à Judaismo & sæculo extraxit, & per noctam apparens virgâ splendidâ donavit, utq; resurgeret monuit, cui nimirum grandis restaret via, ita per noctis tenebras ope Presbyteri cujusdam Parcum profugit. Fuit Dei parenti Virgini addictissima, sic vicissim dilectissima, sæpius familiari ejusdem alloquio recreata.

Annus Christi 1220.

FRidericus Imperator Romæ coronatur. Prussii gentiles, conterminos Chelmenenses & Masovios infestant, ferro & igni longè latèque grassantes; equites ensiferi ex Livonia in auxilium vocati in biduano prælio ab ipsis pariter ad internecionem delentur.

S. Dominicus Ordinem suum insigniter propagat; & unâ cum S. Francisco plures suorum Ordinum alumnos ad convertendos in Hispaniis Saracenos mittit; ipse verò S. Franciscus ad Saracenos & Sultanum in Ægyptum abit: cujus focii quinque Marochii in Africâ glorioso Martyrio coronantur.

Forent ex Ordine Dominicanorum Jacobus de Vitriaco Episcopus Achonensis, & postea S. R. E. Cardinalis, Vincentius Episcopus Belvacensis, & Guilelmus Episcopus Parisiensis.

S. Angelus Presbyter Carmelitanus, Panormi ab hæreticis trucidatur, multis à morte miraculis gloriosus.

Fridericus Imperator Saracenos in Apulia comprimit.

Robertus Vesprimiensis ad Strigoniensem Archiepiscopatum evehctus, cruceque insignitus, ad quindecim millia Comanorum sacro fonte tingit.

Robertus Petri Imperatoris filius, Constantinopolim veniens, ab omnibus Imperator salutatur; cum ante ipsum Joanna relicta duobus serè annis Imperium administrasset.

Carolus Præpositus Frisacensis instituitur primus Episcopus Seccoviensis.

Nati sunt Senis B. Ambrosius Sanfedonius, Aquini S. Thomas, Mevaniæ Jacobus, tria Ordinis Dominicani illustria sidera: eâ nativitatibus nocte tres in cœlo lunæ apparuere.

Moritur B. Guido 14. Abbas Cistercii S. R. Ecclesiæ Cardinalis, qui cultum Augustissimi altaris Sacramenti insigniter auxit.

Fatis item concedit Luitgardis Alberti Palatini Saxoniarum uxor.

Circa hunc annum diem etiam obiit Donatus septimus Generalis Abbas Ordinis Montis Virginis. Qui concessione Episcopi Casertæ, Monasterium in oppido Martalonæ ædificavit.

Circa hunc annum mortuus est B. Ethelredus Abbas Wardenensis in Anglia, ex Ordine Cisterciensium: Scripsit

Expositiones in quædam Sacræ Scripturæ loca lib. 1.

De Vinculo perfectionis lib. 1.

Homilias in S. Lucam. lib. 1.

Conciones notabiles lib. 1.

Epistoliarum ad diversos lib. 1.

Circa hunc annum fatis quoque concedit B. Walterus de Birbecke, sanguinis splendore & Sanctitatis titulo celeberrimus, qui sæculari militiæ valedicens in Hemmenrodensi Ordinis Cisterciensis cœnobio vitam religiosam amplexus est: & à Beatissima Deipara, quam summo colebat affectu, cœlestibus favoribus nobilitatus, multis etiam miraculis extitit gloriosus.

Item B. Beatrix Monasterii Spinosi loci inchoatrix, Ord. Cisterciensis: nec non Ludovicus ex illustri familia de Ara Monachus Heisterbacensis, cui Bucelinus & Henriquez Beati titulum adjungunt.

Mortalitatem quoque exiit Constantia Bohemiæ Regina.

Floret in Monasterio Alnensi Ord. Cisterc. B. Simon, ex illustrissimo Geldriæ Comite, humilis Conversus, spiritu prophetico clarus, Innocentio Papæ III. charissimus.

Vitam mortalem cum immortalis commutat B. Nicolaus de Arcu, Monachus Ord. Cisterciensis, Neti in Sicilia. Item B. Villanus Episcopus Eugubinus.

Hugo de Pierrepont creatur Episcopus Leodiensis. Joannes Abbas de Fontibus Ord. D. Benedicti ad Sedem Episcopalem Eliensem evehitur.

Rodericus de Camberis Ferdinando Castiliæ Regi refractarius, compescitur.

Decedit B. Hertvovicus Prior Monasterii Hemmenrodensis, Ordinis Cisterciensis, qui mortis suæ horam prædixit, & in cujus transitu Angelorum voces suavissimè concinentes sunt auditæ.

In Monasterio Villariensi Ordinis Cisterciensis, B. Udalricus claruit variis signis & virtutibus.

Floret vitæ sanctimoniâ & doctrinæ laude Ven. Joannes Gersen de Canabacco Abbas S. Stephani prope Vercellas Ord. S. Benedicti, cui multi libellum illum percelebrem de imitatione Christi adscribunt.

Floret item in cœnobio Heisterbacensi Ordinis Cisterc. Casarius insignis scriptor: cujus

opera sunt; Libri duo de muliere, quæ apparuit in sole. Sermones 22. de muliere forti. Diversarum visionum & miraculorum lib. 12. Super Dominicalia Evangelia Homiliæ 64. Vita & passio Engelberti Archiepiscopi Colonienfis. Vita S. Elisabethæ Landgravie Thuringiæ. In festiuitatibus Sanctorum Homiliæ 33. in Laudes Deiparæ lib. 1. De Transfiguratione Domini lib. 2. Super Dominicam Passionem Homiliæ octo. Contra hæreses sui temporis lib. 1. De Miraculis & visionibus alii libri 8. Ad Cononem Monachum lib. 1. Homiliæ feriales in Quadragesima 36. In Psalmum Beati immaculati, sermones 22. In Psalmos graduales lib. 1. Super Ecclesiasticum lib. 8. Sermonum ad Novitios lib. 1. & alia plura.

Transfertur S. Thomæ Archiepiscopi & Martyris corpus, cum celeberrimis miraculis ejus sanctitatem Numen commendaret.

Annus Christi 1221.

Christianorum exercitus dum Cairum obfidere molitur, circumventus, pacisci indigna, & Damiatam Ægypti Sultano cedere cogitur.

Fridericus Imperator Regno Siciliae se abdicat & dat filio, quem in Regem quoque Romanorum Aquisgrani coronari facit, eique Leopoldi Archiducis Austriae filiam in matrimonium collocat.

Æmuli Honorium inter ac Imperatorem Fridericum, discordias seminare contendunt.

Isabella Joannis Angliæ Regis vidua, pietatis maternæ oblita, filium Henricum comparato exercitu persequitur, quam à cæptis revocat Pontifex summus.

Idem ad Saracenos convertendos submitti ab Episcopis vult verbi Dei prædicatores.

Apud Septem Mauritanie septem Monachi Franciscani, Daniel, Samuel, Angelus, Dominus, Leo, Nicolaus & Hugolinus ob Christianæ fidei prædicationem à barbaris occiduntur. Eodem anno Martyrii areolâ potiuntur Berardus, Otto, Petrus, Adjutus, Accursius ex eodem Ordine.

Novus contra Albigenes Catholicorum exercitus comparatur.

Ad cælestem gloriam emigrat S. Dominicus.

Densi atque continui per æstatem imbres, ingenti aquarum inundatione vehementer Poloniam afflixerunt: plurimos pagos ac vicos abripuerunt atque everterunt: Segetes vernas & hibernas vastaverunt, sementemque hibernam fieri passi non sunt. Inde fames & pestis per triennium sævientes maximam vim pecudum, jumentorum atque hominum absumpsere.

Transfertur in Cœnobio S. Winoci corpus Divi Osvaldi Regis & Idabergæ Virginis, filie quondam Pipini Regis.

Stephanus Archiepiscopus Cantuariensis celebrat apud Oxonium Provinciale Concilium.

Corpora SS. Modesti & Viti ex æde S. Andreae in Lavanth, Juvavium transferuntur.

Martinus Fernandez, Magister Generalis Ord. de Avis creatur.

Moritur B. Walterus de Trajecto, cœnobii

Villariensis Abbas Ord. Cisterciensis: Item S. Dominicus Ordinis Prædicatorum institutor.

Item Legione in Hispania B. Martinus Presbyter & Canonicus Regularis, qui scientiâ divinitus haustâ plures libros scripsit.

Diem obit Sigfridus ex Monacho Fuldensi Ord. D. Bened. Episcopus Hildesienfis. Item Guilielmus à S. Lazaro Episcopus Nivernensis, vir insignis in pauperes charitatis.

Alexandri Regis Scotiae soror, Huberto de Burgo nubit.

Claret S. Eadmerus seu Edmerus, ex Monacho Benedictino Monasterii S. Augustini, Archiepiscopus S. Andreae in Scotia, qui ante annum absolutum ad Monasterium sponte rediit.

Nascitur Boleslaus IV. Poloniae Dux.

Ex mortali hac vita discessit Everardus ex Archidiacono Lingonensi, Ordinis S. Dominici Monachus, sanctioris vitæ famâ percelebris.

Floret B. Petrus Solitarius, inter primos Tertiarios S. Francisci aggregatus. In cujus obitu omnes campanæ nullo trahente consonuerunt.

Gonsalvus de Molina Ferdinando Castiliæ Regi rebellis, coercetur: Alienor dicti Sancti Regis matertera, Jacobo Aragoniæ Regi nubit Turriazone.

Damiata civitas Ægypti, quam Christiani ante parvum tempus occupaverant, Saracenis magnâ rei Christianæ jacturâ restituitur.

Civitas Wormatiensis magnum patitur incendium, domibus plurimis in favillam redactis.

Theodoricus Archiepiscopus Trevirorum, Archiepiscopus Mediolanensis, Episcopus Faventinus, Rhegiensis, Brixienfis denique, cum magna classe & copiâ pro auxilio Christianorum ibidem degentium in Syriam navigant.

Claret B. Cæsarius Heisterbacensis Monasterii Prior, vir pietate & doctrinâ celebris, cujus præclara ingenii monumenta extant.

Annus Christi 1222.

Moritur Wladislaus Marchio Moraviae, Wladislai II. Bohemiæ Regis ex Juditha Thuringica filius, Princeps subditorum Dei que amantissimus.

Honorius Papa Isabellam Cyprî Reginam cum filio Henrico, decimarum jus atque bonorum immobilium possessionem Clero adimere volentem, sententiâ excommunicationis terret.

Fridericum iterum Imperatorem immunitatem Ecclesiasticam in multis violantem, à cæptis revocat.

Moritur apoplexiâ Raymundus Comes Tholosanus, hæreticorum Albigenis fautor, sepulturâ asini sepultus; Papa ad dictos debellandos hæreticos omnes in Germania & Gallia excitat.

PP. ex Ordine D. Dominici multa millia infidelium inter Cumanos convertunt, Bosnenses & Dalmatas hæresi infectos reducunt.

Moritur Constantia Friderici Imperatoris uxor. Item Theodorus Lascaris, qui Imperatoris nomen in Asia minore usurpabat.

Ex

Ex hac pariter vita decedit Joannes Rex Sueciæ, succedit Ericus cognomento Balbus.

Terræ motus Coloniam, aliâque loca circumjacentia concutit, multaque ædificia subvertit, quod & duabus civitatibus in Cypro contigit, quæ cum magna hominum strage corruerunt; in Italia ob similes terræ motus homines relictis civitatibus, in tentoriis habitabant. Brixia ferè tota cum populo subversa est.

Romæ terra sanguine mixta pluere visa est. Visa est stella crinita.

Luna defectionem memorabilem passa est.

Inaudita aquarum inundatio, pecora, tecta, arboresque pluribus in locis absumpsit.

PP. ex Ordine Divi Dominici in Palæstina mittuntur.

Spiritum Deo reddit S. Verdiana Virgo ex Ordine Vallumbrosano, quæ vino perpetuò abstinent, pavementum pro lectulo habuit, ferreo cingulo & cilicio corpus cinxit, in crastinum nil reservans, in pauperes omnia, quæ frugalissimæ mensæ detrahare poterat, erogavit. A colloquiis hominum ita abhorruit, ut nec vocata responderet: claruit eximiâ miraculorum virtute, quæ inter aquam prodigiôsè in vinum convertit, fracta pueri genu & brachium illicò curavit, cæcampuellam palmâ impositâ videntem reddidit; ejus mortem campanæ spontè sonantes manifestarunt; concursu proin Cleri populique ad cellulam factò, & muro diruto, sacrum ejus corpus repertum est in genua erectum, sublatis in cælum manibus, & miram efflans odoris cœlestis fragrantiam. Hugo Menard, Sylvan. Razzius.

Ex hac vita abit B. Adolphus ex Canbnico Cathedralis Ecclesiæ Colonienfis factus Monachus in Monasterio Veteris Campi Ord. Cisterc. postea Episcopus Osnabrugensis: mirâ sanctitate, erga pauperes & leprosos charitate claruit.

S. Ferdinandus Castiliæ Rex auxiliatur patri suo Alfonso Legionis Regi contra rebelles quosdam, & 20. Novembris gladium ac labarum benedictum contra Mauros de manu Mauritii Burgensis Episcopi suscipit.

Obiit Beatus Jacobus Monachus Monasterii S. Galgani in Tuscia crebris miraculis & cœlestibus revelationibus insignis, qui frequenter Salvatorem nostrum ejusque Genitricem intueri meruit, eorumque dulcissimâ præsentia frui.

Obiit B. Hermannus Abbas Waldsassenfis Ord. Cist. vir Angelicæ conversationis, unde & Angeli ipsi frequenter visibiliter apparuerunt.

Barnimus I. Bogislai II. filius, totius Pomeraniæ anterioris regimen suscipit.

Baldemar II. Daniæ Rex, cum filio suo captus à Comite Henrico Schvverinensi per biennium in Castro Dannenberg custodiae mancipatus detinetur.

Husen Monialium Monasterium, ob laxiorem inhabitantium vitam à Conrado Episcopo Spirensi, Monasterio virorum Limburg. traditur.

Philippus Berruierus, fit Episc. Aurelianensis.

Cœlos triumpho implet B. Waltherus Baro de Bierbaht, Henrici Lovaniensis Ducis consanguineus, qui sæcularis etiamnum Deiparam impensius diligens, cum ad ludos equestres cum focis pergeret, & ex itinere ad Ecclesiam quandam diverteret, queritantibus impediri eâ morâ fortunam suam focis, Missam nihilominus de

B. M. V. sibi cantari curavit, cum absentis à ludo vices Patrona optima prodigiôsè supplevit, ita ut cum procul abesset Waltherus, interessè tamen ludis, & palmam omnibus præripere videretur, omnium laudibus & plausu publico celebratus. Aliâ vice cum sacris operanti Waltherus adesset, insolenti iterum favore honoratus est: Sacerdos quippè cum post consecrationem elevaret calicem, sub eo crucem auream reperit, cum adjuncta ipsis his verbis scriptâ schedulâ: *Crucem hanc deser ex parte mea, Maria scilicet matris Christi, amico meo Walthero militi propè Bierbaht.* Obstupuit Presbyter, inquisitioneque factâ, si quis eo nomine Missæ interfuisset, crucem cum charta tradidit, quæ diu deinceps in Monasterio Hemmenrodensi servata, tanti fulgoris fuit, ut orane aurum in ejus comparatione palleceret.

Annus Christi 1223.

Moritur Vincentius Cadlubeus ex Episcopo Cracoviensi Monachus factus Cisterciensis. Historiographus rerum Polonicarum insignis. Similiter fati cedit Otto hujus nominis primus, Episcopus Herbipolensis, in vigilia S. Martini, post annos regiminis 16. completos. Cui in Episcopatu hoc ipso anno succedit Diethericus Comes de Hohenburg.

Bertholdus filius Conradi Ducis Spoletani, contra S. Pontificis jura, à Fulginensibus, Eugubinis atque Lucerinis juramentum fidelitatis extorquet, quem proinde Honorius anathemate ferit.

Saraceni in Oriente Christianos arctius premunt. Hinc Joannes Rex Hierosolymitanus venit in Italiam, auxilium à Papa petiturus.

Moritur Philippus Gallie Rex, succedit in regno Ludovicus filius.

Poloniæ ac Bohemiæ turbatissimum statum Honorius Papa in ordinem meliorem revocat, illic Legatum mittens Gregorium de Crescentia.

Pestilentia pecorum permagna, ab Ungaria in totam Germaniam & Galliam pervasit, totoque triennio durans, tertiam pecorum partem interemit.

Henricus Comes Veringensis, Episcopus Argentinensis, vir præclarissimus, diem obit.

In Hispania restituitur Ordo B. M. V. sub titulo Redemptionis Captivorum.

Olivarus Episcopus Paderborn. vir doctus, sacrâ purpurâ decoratur à summo Pontifice.

Fridericus Cæsar mortuâ Constantiâ Aragoniâ uxore, secundam ducit Jolam sive Jolantem, & castra movens contra Turcas, Albertum Magdeburgensem Archiepiscopum Imperii Vicarium in sua absentia denominat.

Decedit B. Guillelmus ex Episcopo Parisiensi Monachus Pontiniaci Ord. Cisterciensis.

Albertus I. Saxonie Elector suadente Volquino Episcopo exercitum ducit contra infideles in Livoniam.

Moritur Alphonfus II. Lusitanie Rex, postquam dura cum Rege Legionensi bella gessisset & Mauritanis urbem *Alcacar do Sal* eripuisset.

Vitam quoque deponit Diethmarus fundator Stemmatis Comitum, nunc Principum Althanorum.

Decedit Henricus Episcopus Argentinensis, cui succedit Bertholdus vir magnæ prudentiæ, opere & sermone strenuus.

Cele-

Celebratur Northusii Conventus Germaniæ Principum, ubi Engelbertus Coloniensis Archiepiscopus multum laborat pro liberatione Baldemari Danorum Regis.

Papa Honorius ad instantiam Joannis Regis Hierosolymitani, missis Nunciis & Legatis crucem ubique fidelibus contra Saracenos prædicari facit. Idem de consilio & consensu Cardinalium Ordinem Fratrum Minorum confirmat.

Annus Christi 1224.

Moritur in Cassanæ Italiæ urbe, in exilio B. Andreas Pragensis Episcopus, acerrimus Ecclesiasticæ libertatis adversus Regem Przemyslum Ottogorum I. vindex, innocentia vitæ præstans, victu frugalissimus, in pauperes beneficentissimus, miraculis in vita & post mortem clarus.

Robertus Imperator Constantinop. virginem insignis formæ, nobili natam genere ac divitis matronæ filiam sibi despondit uxorem; haud ignarus prius eam Burgundo cuidam proceri, qui ordines in Latinorum ductabat exercitu, à matre puellæ fuisse desponsatam; prior itaque sponsus contumeliæ impatiens, irâ atque furore accensus, ope suorum noctu facto impetu in regiam irrupit, puellæ palatium effractis cubiculi foribus ingressus est, dehonestatamque naribus puellam cecidit; genitricem autem, quæ novi nubii auctrix erat, vi domo abstractam, in mare præcipitavit; nec ausus Imperator ad injuriam mutire; cujus quoque copiam à Græcis in acie profligantur. Fridericus Imperator Joannis Brenni Hierosolymorum Regis filiam sibi matrimonio jungit, & Saracenos levioribus aliquot præliis in Apulia reprimat.

Anglus Gallusque configunt, ille profligatur.

Joannes Brennus Hierosolymorum Rex Totum veniens, à Ferdinando Rege pompâ regiâ exceptus, postea D. Jacobi sepulchrum Compostellæ invens, in reditu Berengariam Ferdinandi sororem conjugem ducit. S. Franciscus in corpore suo sacra Christi stigmata accipit.

Moritur Aretii B. Benedictus Aretinæ Ord. Franciscanorum; item S. Gualterius Laudensis.

Beringerus Baro de Entringen Spirensis Episcopus eligitur. Floret Ruggierus, vel Rogerius Guiesvvaldus, Monachus Montis Virginis, & Episcopus Nusci.

Moritur Herdevicus Episcopus Aichtadiensis, cum sedi 28. annis utilissimè præfuisset.

Circa hunc annum decedit S. Cyrillus tertius, Prior generalis Ord. B. Mariæ de Monte Carmelo, natione Græcus, vir sanctus & prophetico spiritu illustratus.

Nascitur B. Isabella soror S. Ludovici: Ferdinandus Castellæ Rex, primâ in Mauros expeditione Beatæ & Ubetæ fines vastat, capit Cascaam: quando etiam Zeyt Abuzeyt, Valentia atque Murcia Rex, Concham ad sanctum Regem venit, in ejusque clientelam se dedit.

In provincia Reatina pestis invaluerat valde gravis, quæ oves & boves omnes sic consumebat crudeliter, quod nullum potuerit remedium adhiberi; vir autem quidam timens Deum, nocte fuit per visionem comonitus, ut ad eremitorium Fratrum Franciscanorum festinanter accederet, & loturam manuum & pedum famuli Dei Francisci, qui tunc temporis morabatur ibidem, acceptam super animalia cuncta aspergeret. Manè itaque

surgens, venit ad locum, loturâque hujusmodi perfocios sancti viri latenter obtentâ, oves & boves languentes ex ea respergit. Mirabile dictu! statim ut aspergio animalia languida & in terra jacentia, quantumcumque paululum attingebat, continuo, & tanquam nihil mali sensissent, pristino recuperato vigore, surgebant continuo, & ad pascula festinabant. Ex Annal. Minor.

Ex hac ad vitam alteram transit Conradus Episcopus Spirensis, cui in sede Episcopali succedit Beringerus de Entringen.

Henricus Germaniæ Rex Principum Conventum Francofurti celebrat, ad quem missi ab Imperatore Nuncii cum litteris prænucciabant, ipsum de Apulia quantocius esse venturum.

Rex Danorum liber dimittitur ex captivitate sub certis conditionibus, quas autem Albertus Comes Orlamundanus filius sororis ipsius Baldemari & ceteri Danorum Principes rejiciunt.

Evolat ad æternos triumphos S. Christina cognomento mirabilis, quæ semel & secundo mortua, talia stupenda perpetravit, quæ hominis sensum planè exsuperant.

Annus Christi 1225.

Moritur Diethericus Episcopus Herbipolens, postquam anno uno & aliquot mensibus præfuisset, à grassante tunc lue extinctus.

Succedit in sede Episcopali Hermannus Baro de Lobdenburg, electus 27. Februarii.

Fridericus Imp. Francofordiæ Principum Conventum celebrat; cogitur Biturigibus Concilium.

Avenio à cruce signatis expugnatur, nudatur mœnibus, fossæ explentur, privatorum aedre, centæ solo æquantur. Interim pestilentia in castris exorta est, quæ in omnem postea Galliam sese effudit. Occupatâ Avenione Cathol. exercitus plurima Albigenis loca recipit, Tolosâ exceptâ.

Ferdinandus Sancti Lusitanæ Regis filius, agente Papâ, à Ludovico Galliarum Rege à captivitate dimittitur. Idem Papa Comitem Tripolitani occupantem anathemate ferit.

Coloniæ celebratur Concilium à Conrado Episcopo Portuensi, S. R. E. Cardinale ac Legato Pontificio.

S. Engelbertus Archiepiscopus Coloniensis à Friderico Comite de Isenburg, cujus ille injustas exactiones de Ecclesiasticis arguerat, immaniter trucidatur, & mox miraculis ad sepulchrum coruscare incipit. Dictus Fridericus paulo post captus, rotæque extra muros Colonienses implexus, pœnas sacrilegii dedit.

Nebulo quidam astutus se Balduinum octavum Byzantii Imperatorem, Flandriæ Hannoniæque Comitum regens, detecto dolo strangulatur. Ad cœlos emigrat B. Joannes Salernitanus ex Ord. D. Dominici. Per terræ motum in Alpibus, genteque Salviorum, quina hominum millia ædificiorum ruinis obteruntur.

Obiit Caducanus Episcopus Banchoensis, vir propter singularem pietatem, & omnium scientiarum Theologicarum maximè peritiam valde celebris, fuit professus instituti Cisterciensium. Hos ingenii pii factus post se reliquit.

Speculum Christianorum lib. 1.

Homiliarum lib. 1. & alia quædam.

Moritur S. Raynaldus Episcopus Nucernus, ex illustrissimo Umbriæ Comite, Fontis Avellana

næ Ord. D. Benedicti Monachus, vir Apostolicus, verbo, exemplo, miraculis potentissimus.

Diem vitæ extremum obiit Sigfridus II. Baroab Epstein, Archiepiscopus ac Elector Moguntinus. Item Philippus Raceburgensis Episcopus, cui Henricus ejusdem Ecclesiæ Præpositus succedit.

Claretin Monasterio Aquiriensis B. Hermannus Conversus à patientia & humilitate plurimum commendatus. Chrysof. Henriquez.

Moritur Magdeburgi B. Jacobus Tarvisinus ex Ord. Minorum.

Henricus I. Comes de Molenarck creatur Archiepiscopus Coloniensis.

Natus est Veruculi in finibus Urbinatum B. Gregorius Ord. Eremitarum S. Augustini.

Joannes Abbas de Fontibus, vir simplex & justus, S. Benedictinæ familiæ alumnus, consecratur in Episcopum Eliensem.

S. Angelus Presbyter ex Ordine Carmelitarum, dum fidem Christi in quadam domo oppidi Licate in Sicilia fervidè prædicat, infidelium gladiis occumbit.

S. Dominicus à Gregorio IX. Papa Sanctorum albo adscribitur.

S. Ferdinandus Castellæ Rex Tervelæ cum Jacobo Aragonio paciscitur pro quinta parte reddituum pendendâ.

Blanca Regina Franciæ circa ætatis suæ annum XXXVI. parit Stephanum, inter libros undecim ultimum vel penultimum.

Rex Beatæ Mahumad prædicto Ferdinando Regi se subjicit.

Moritur Bela IV. Rex Ungariæ. Similiter Amalricus sive Amaldus primùm Abbas Populeti, deinde Grandis Silvæ, demum Abbas Generalis Ordinis Cisterciensis; factus postea simul Inquisitor contra Albigenes, munere suo zelosissimè functus est, Hispanos quoque Principes contra Mauritanos conciliare studuit, ob quæ præclare gesta Narbonensis Pontifex creatus est.

Albertus Comes Orlamundanus, exercitum ducens contra Henricum Comitem Schvverinensem, in prælio succumbens capitur.

Fuit hoc anno hiems dura simul ac longissima, quam fames biennio durans subsequuta est, quâ multi miserè perierunt.

Henricus Romanorum Rex Francofurti rursus Principum Imperii Conventum habet, in quo multa & varia pro communi pace tractantur.

Henricus de Molenarck Præpositus Bonnensis ad Sedem Archiepiscop. Colon. sublimatur. Quimox ut ordinatus fuit, mortem Antecessoris ulturus, Castellum Isenberg funditus evertit.

Henricus præfatus Romanorum Rex nuptias pompâ regiâ, Norimbergæ celebrat, cum filiâ Leopoldi Austriæ Ducis.

Annus Christi 1226.

Galli Rupellam Anglis post acrem obsidionem eripiunt.

Civitates Lombardiæ fœdus ineunt contra Imperatorem, quem etiam Honorius Papa ob usurpatam jurisdictionem Ecclesiæ excommunicat.

Pestifero morbo consumitur Ludovicus Galliæ Rex, succedit Ludovicus cognomine Sanctus duodennis.

Laurentius Archiep. Dublinensis, & Wil. R. P. Brentano Epitome Chronolog.

helmus Archiep. Eboracensis Divis adscribuntur. Episcopus Wormatiensis Henricus urbana sibi inobedientem interdico supponit.

Tarvisini longâ pace florentes, cum ludis & lasciviis oblectarentur, castellum mediâ in urbe pellibus murorum loco munitum, virginibus tuendum tradiderunt. Adolescentes nobiles arcem oppugnabant, misilia quibus utrimque utebantur, poma, pira, similiaque id genus in pilarum speciem destinaverant; ad id spectaculum non pauci Veneti & multi Patavini confluerunt, & cum ad loci oppugnationem omnium animi intenti essent, Veneti primùm in castellum irrumpentes signa erant illaturi; quod cum Patavini quidam conspexissent, Venetorum gloriæ invidentes, vexillum cum D. Marci effigie, à Signifero captum turpiter infregerunt, continuoque ad arma concursum, fuissetque non sine cruore dimicatum, nisi ludorum Præsides, soluto spectaculo, certamen diremissent: iratis animis utrimque discessum, pugnam postea in invasione Bebianæ turris: capti quadringenti Patavini Venetias missi, & pace postmodum ab Aquilejensi Patriarcha conciliatâ alii viginti quinque, qui in Tarvisino spectaculo primi injuriam intulerant, in carceres conjecti sunt.

Conditur Vallis Comitis, Monasterium Cisterciensis Ordinis in Diœcesi Ruremundensis.

Joannes Bulgariæ Princeps, Angelum Theodorum Constantinopolitanum Imperium sibi usurpantem ac Bulgariæ quoque inhiantera prælio vincit, oculisque privat.

Moritur S. Franciscus Seraphicus.

Bromhamæ in Angliâ cœnobium, licet alioqui obscurum, propter miracula plurima à particula salvificæ Crucis sibi patrata, illustre redditur.

Obiit Rudolphus Episcopus Curiensis, & Abbas S. Galli in Helvetia. Item Fridericus Episcopus Aichtadiensis. Nec non B. Beatrix Atestina, filia Actii Marchionis, & Leonoræ Sabaudia Principis, quæ S. P. Benedicti regulam in Monasterio Salariorum professâ, maximis enituit virtutibus. Post ejus mortem per longum temporis spatium est observatum, quod quoties novi quid Atestinæ familiæ suæ immineret, toties, multis ante diebus, in sacello ejus strepitus prægrandis audiretur, & sacrum corpus ejus, quod de more supinum in sepulchro jacebat, videretur in alteram se partem revolvissè. Ex Joan. Baptist. Pigna.

Venit in Hispaniam Legatus Apostolicus ab Honorio Papâ IV. missus, Reges contra Mauros animaturus, Synodum in singulis Regnis cogit.

Circa hunc annum obiit B. Arnaldus Archiepiscopus Narbonensis, fuit Professor & Abbas Monasterii Grandis-Silvæ Ord. Cisterciensis, cultor Deiparæ devotissimus, fortissimusque hæreticorum expugnator.

Aquisgrani denuo Principum Conventum celebrat Rex Henricus, in quo de bello contra Saracenos actum est, & Regis conjux in Regnam coronata.

Baldemarus Danorum Rex juramenti oblitus Henricum Comitem Schvverinensem bello petit, sed in prælio superatus, vix per fugam evasit, suorum 4000. interfectis & captis.

Ludovicus Landgravius Thuringiæ sub viâ in Palæstinam moritur. Cujus ossa in

Y y Thu-

Thuringiam relata in Monasterio PP. Benedictinorum Reinhardsbronn honorificè sepulturæ mandantur.

Ordo Teutonicorum Equitum in Germaniâ plantatur.

Henricus Comes Palatinus Rheni filiam suam Gertrudem, Ottoni filio Ludovici Ducis Bavariz dat uxorem.

Molitur jussu Deiparæ Ecclesiam Marianam eodem ipso loco, quo olim eidem S. P. N. Benedictus struxerat, B. Laurentius Sublacensis, cui Regina Cælorum dixit: *Hic habitabo propter tuam erga me devotionem.* Quæ dum conderetur, multa prodigiosa evenerunt, 628. annis postquam diruta prior fuit à Longobardis.

Annus Christi 1227.

Moritur Honorius Papa tertius, succedit in Universalis Ecclesiæ regimine Gregorius IX, vir sanctus, Comitum Signiæ sanguine ortus.

Decedit Woyslavva Ottonis Cracoviz Ducis vidua, in Chotiessoviensi Bohemiæ cœnobio, ubi se marito defuncto Christo consecrârat.

Obiit B. Gerlacus primus Præpositus cœnobii Milovicensis in Bohemiâ, spiritu prophetiæ, & miraculis clarus. Item Joannes II. Episcopus Pragensis.

Imperatoris Friderici negligentia & avaritia expeditionem pro recuperandâ Terrâ sanctâ impedit, cui ideò Gregorius Papa sacris interdicit.

Theobaldus Campaniæ, Hugo Marchiæ Comites, & Petrus Britannorum Dux, factâ conjuratione à Ludovico Galliz Rege deficiunt: coacto proinde exercitu Blancha Regina in Britannum movit, Theobaldus verò rebus diffidens veniam petiit & impetravit.

Imperator & Lombardiæ civitates reconciliantur.

Monachi Cathedralis Ecclesiæ Cantuariensis Waltherum Hameschamum post obitum Stephani, in Archiepiscopum eligunt, quem ut minùs doctum Papa rejicit, & Richardum designat.

Sex Monachi ex Ord. D. Dominici ab hæreticis capitibus plexi, illa abscessa suis manibus ad Monasterium referunt.

Florent in sancto Ordine Dominicano quoque Robaldus miraculorum gloriâ insignis: Petrus Veronensis; & B. Albertus Magnus.

Londini in Angliâ celebratur Concilium Regni Episcoporum.

Floruit hoc etiam anno Bernardus Comes de Lippiâ, qui relicto sæculo primùm Abbas, deinde Leathensis Episcopus, duos filios quos ex justo matrimonio susceperat, alterum Ottonem Episcopum Ultrajectinum, alterum Gerhardum Archiepiscopum Bremensem vidit, cumque duobus filiis Episcopalia munia egit.

Odulphus Presbyter, & S. Plechelmus innocentiam vitæ clarent. Arias Perez Gallecus, Magister Generalis Ordinis de Alcantarâ creatur.

Joannes de Abbatis-Villa Episcopus Verfontinus, factus est Cardinalis Episcopus Sabiniensis.

Diem obit Sigfridus III. Episcopus Auguranus.

Item Bruno Monachus Ordinis Cisterciensis, à morte miraculis clarus.

Jola Brenni Regis Hierosolymitani filia, Friderici Cæsaris uxor, in puerperio moritur. Decedit Henricus Marchio Misnensis, cognomento illustris.

Reginaldus Episcopus Ostiensis & Viteranus Cardinalitiam purpurâ decoratur.

Amisâ Murciâ, Rex Carabacæ & Valentiz videtur hec anno miraculosâ crucis apparitione conversus.

Joannes Archiepiscopus Bisuntinus Cardinalitio galero decoratur.

Ferdinandus Castiliæ Rex Mauritanis Bletiam urbem eripit, & oppida alia.

Annus Christi 1228.

Moritur Albero hujus nominis primus, Episcopus Leodientis, vir sanctitatis famâ celebris.

Franciscus Seraphicus à Papa Sanctorum Catalogo adscribitur.

Finem accipit bellum Albigense, Raymundo Comite Tholosano à Rege Galliarum victo, & pacem petere coacto.

B. Conradus Theutonicus Ordinis Prædicatorum ab hæreticis occiditur.

Christus plagis vulneratus & sanguine circumfusus apparet claro cælo.

Claret vitæ sanctimoniâ & doctrinâ Joannes cognomento Parens Ordinis Seraphici Generalis Magister.

Item Radulphus Abbas Coggeshalensis in Anglia, vir doctus, scripsit:

Additiones ad Radulphum Nigrum lib. 1. Chronicon terræ sanctæ lib. 1.

Super quibusdam visionibus lib. 1. Sermonum lib. 1. & alia quædam.

Moritur B. Ivetta sive Jutta vidua reclusa Huji in Belgio, Deiparæ patrociniâ speciali, charitate in proximos, donoque prophetiæ insignis.

Item Henricus Episcopus Raceburgensis, cui Lambertus Canonicus Bremensis succedit.

Guilielmus creatur Episcopus Parisiensis.

Obiit B. Stephanus Archiepiscopus Cantuariensis, S. R. E. Cardinalis, vir insignis eruditionis: mirum, quantas calamitates injuriasque sit perpeffus, cum ob ejus electionem Joannes Angliæ Rex graviter offensus, eam omninò evertere moliretur. Admissus tandem, cum pro libertate Ecclesiæ libidini Regis constantius obniteretur, exactus in exilium, Pontiniaci permittente Romano Pontifice, Monachum Cisterciensem professus, inde tamen postea repetitus, Cantuariensem Cathedralam insignibus meritis præcipuè adornavit. Reliquit ingenii subtilissimi & profundissimi monumenta quàm plurima, doctissimi in omnes & singulos veteris Testamenti libros inque Apostoli Pauli Epistolas Commentarii celebrantur. Nicol. Harpsfeld.

Wladislaus Poloniæ Dux Boleslaum IV. adoptat.

Garinus ex Abbate cœnobii S. Apri Ord. Benedictini, creatur Episcopus Tullensis.

Decedit B. Arnulphus de Bruxellis in Monasterio Villariensi, frequentiore Dei apparitione, miraculorumque gloriâ in vitâ & post mortem honoratus.

S. Jac.

S. Jordanus Abbas Ord. D. Benedicti, post multas ab Ezelino Tyranno perpeffas injurias, in Domino obdormit.

Alphonfus Comes Pictaviensis & Tholosanus, Ludovici Octavi Galliz Regis filius, sponsalia contrahit cum Joannâ, unicâ Raimundi Comitis Tholosani filiâ.

Moritur Robertus Imperator Constantinopolitanus.

Gravis inter Bertholdum Episcopum Argentinensem & Comitem de Pfirt suborta est dissensio, ex quâ postea per triennium tota penè Alfatia ferro, incendio, deprædationibus vexata fuit. Post multa tandem suorum incommoda memoratus Pontifex, vocato in auxilium Comite Habsburgico prælium cum hoste tentavit, & victor extitit, multis occisis, vulneratis & captis.

Fridericus Imperator & Papa bello collisi, tandem pacificantur, postquam ille restituitis Ecclesiæ urbibus ablatis, centum insuper & quinquaginta Ducatorum millia pro damnis, multipliciter illatis, Papæ rependisset, mox tamen iterum Ecclesiæ Romanæ ditiones vexat, undè de novo excommunicatur.

Annus Christi 1229.

Equites Teutonici Hierosolymis pulsi, à Conrado Masloviz Duce contra rebelles sæpius Prussos vocati, eos armis subigunt, & ad sacra orthodoxa compellunt.

Moritur Hugo de Petra-Ponte Episcopus Leodientis.

Item B. Simon ex filio Geldriz Comitis humilis Conversus Ordinis Cisterciensis, secretorum cordis agnitione, & sanctitate vitæ illustris.

Fridericus Imperator Hierosolymam recipit, sed turpi cum Turcis fœdere inito.

Roberto Imperatori Constantinopolitano defuncto, succedit filius Balduinus adhuc puer, qui Joannem Brennum Regem Hierosolymorum Cæsarem creat, & ejus filiam Martham conjugem ducit.

Jacobus Aragoniæ Rex Saracenos prælio vincit, & Majoricam recipit.

Floret sanctitatis famâ Michaël de Fabrâ Ord. Prædicatorum.

Ad præmium cælestis vitæ assumitur S. Fulco Episcopus Parisiensis.

Adam Morinorum Episcopus, vir inculpatæ vitæ, ætate jam confectus Præfulatu se abdicavit, professusque est Monasticum in Claravalle, subeunte in ejus locum Petro Flandriæ Archidiacono. Petrus autem cognomento à Collemedio factus est Antistes D. Audomari, vir conspicuâ religione, magnâque litteraturâ.

Conditur Waltheri Brania, cœnobium virginum Cisterciensium, primo lapide ab Halls Hannoniæ oppido.

Moritur Henricus à Zupplingen Episcopus Aichstadiensis.

Decessit Waltherus Abbas Viconiensis in Hannoniâ, qui cum ad sepulchrum deferretur, tanta lux divinitus immissa ejus corpus irradiavit, ut religiosi adstantes eam vix ferre potuerint.

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Rex Zeyt Abuzeyt ob Christianismi suspicionem ejectus à Valentinis, Zahenum Regem assumentibus, in fidem Regis Jacobi Aragonii se se tradit cum filio, suscepto baptismo dictus Ferdinandus.

Regina Beatrix Conchæ ægrotans, miraculo Deiparæ convalescit, præfente filio Alphonso, qui postea eâ de re hymnum composuit.

S. Ferdinandus Castellæ Rex quintum contra Mauros excurrens obtinet Capellam: nova Cathedralis Toleti fundamenta ponit: patrem nudò arma moventem scriptâ epistolâ utcumque placat. Jacobus Aragoniæ Rex divortium facit ab Alienorâ Castellana, titulo consanguinitatis, salvo tamen jure nati ex eâ Alfonso filii.

Fridericus II. Imperator Augustam nobile Siciliæ emporium condit.

Joannes & Otto Marchiones Brandenburgici, bellum contra Albertum Archiepiscopum Magdeburgensem movent, ejusque copias prælio vincunt.

Claret Petrus de Vineis patriâ Suevus Friderici II. Imperatoris Cancellarius, scripsit ex personâ memorati Cæsaris Epistolarum volumen in sex libros divisum. Item de Potestate Imperiali lib. 1. postea indignationem Cæsaris, nescio cujus facti ratione incurrit, à quo eratis oculis in Monasterium detrusus est.

S. Thomas Doctor Angelicus, septuennis etiamnum puer, Pandolpho patruo suo, Casinensi Abbati educandus traditur.

Annus Christi 1230.

Venit in Italiam Fridericus Imperator, & simplex factus Papæ à vinculo excommunicationis solvitur.

Die 30. Decembris Florentiæ in D. Ambrosii Ecclesiâ, sacerdos quidam Hugocio nomine, cum sacrosanctum Missæ sacrificium celebrasset, nonnihil sanguinis Christi in sacro calice per negligentiam reliquit, postridiè revertens, eas vini species, in verum, vivum purumque cruorem conversas aspexit, populoque renunciavit & ostendit, populus Episcopo retulit, Episcopus autem maxima cum reverentia crystallinæ ampullæ infudit, & inter sacras reliquias recondidit. Joann. Vilan. lib. 6. c. 8.

Floret vitæ sanctioris laude Michaël Benezarus ex Ordine D. Dominici, nec non B. Ægidius Divi Francisci Seraphici comes olim individuus, & B. Ægidius Rodericus Valladarius ex dicto Ord. Prædicatorum seu S. Dominici.

Rebus humanis eximitur F. Bertrandus à Gariga, socius D. Dominici Prædicatorum conditoris; tanta huic fuit compunctio lachrymarum pro peccatis quæ commississe se ajebat, ut S. Dominicus illi, ne ampliùs ploraret, injunxerit.

Circa hæc tempora D. Dominici Ordinem pariter ornat Nicoalus Juvenatius miraculorum signis illustris.

Alfonfus Legionensis Rex immensâ clade Mauros fugat.

Obdormit in Dominò B. Villanius Episcopus Eugubinus in Umbria, pauperum amantissimus ac miraculis gloriosus.

Y y 2

Item

Item B. Helena Paduana institutum D. Francisci professā: cujus corpus per aliquot sæcula mansit incorruptum, & dum Paduanæ urbi clades ulla imminet, multo cum strepitu se movet.

Die decimā Februarii orta fuit maxima tempestas ventorum, procella fulgurum, coruscatio & fragor tonitruī, quæ passim multas ædes vel incendit vel subruit; insuper magna maris inundatio, quæ omnem terram maritimam Frisiæ & Hadelariæ involvit, quā multa millia hominum & sine numero jumenta periēre.

Locus S. Bernardi Monasterium Ordinis Cisterciensis ad Scaldim fluvium secundo ferè lapide ab Antverpiā conditur.

Circa hunc annum vivendi finem facit B. Odo Carthusianus Taliacotii in Italia, miraculis in vitā illustris. Moriturus Christum coram intueri promeritus est, hinc lætus dicebat: *Expecta me Domine, ecce venio ad te*: Et interrogantibus quid videret, respondit: *Jam Regem meum video, jam in conspectu ejus assisto*, porrigendoque manus sursum, erectus de strato, migravit è vitā, nunquam aliquā carnis pollutione inquinatus. Corpus ejus post 40. annos incorruptum inventum est, multisque à Deo prodigiis in curatione infirmorum honoratum.

Claret in Monasterio Salsinæ sub reformatione Cisterciensium B. Himmana Abbatisa, Conradi Archiepiscopi Colonienfis, familiā de Hoisteden, germana soror, splendore sanguinis, charitatis fervore, & divini cultus zelo admirabilis. Jacob. Meyer.

Nova Cella Ordinis Cisterciensis cœnobiū in Lufatiā, ab Henrico Marchione Misniæ & Lufatiæ, nec non Landgravio Thuringiæ, ejusque uxore Catharinā filiā Leopoldi Archiducis Austriæ fundatur.

Orbem sanctitatis famā illustrat B. Ida de Lovanio, quæ corpus suum magnis austeritatibus exercuit, inexplicabili affecta desiderio erga Augustissimum Altaris Sacramentum, promeruit sæpius Angelicis manibus communicari. Fuit inflammatissima divinis amoribus, ita ut ardor ipsum etiam corpus quasi accenderet, visique non semel radii ex oculis ejus emicare, mirificā etiam cœlestis odoris fragrantia ad fororum solatium ex ejus corpore se diffundente: ei non semel Deipara cum filio apparuit, & quandoque dum Missæ interesset, filium in sinu deposuit: multis insuper miraculis & revelationibus eam Deus glorificavit: cerevisiam quandoque in vinum generosissimum mutari imperavit: horribili morbo laborantem, solo contuitu sanavit; sororem defunctam ad vitam revocavit. Wofveid. Chrysof. Henriq.

Fulco creatur Archiepiscopus Gnesnensis. Moritur B. Garinus ex Abbate Benedictino S. Apri Monasterii, Episcopus Tullenfis.

Item sub anni hujus exitum Alfonso Rex Legionensis, hæredibus institutis duabus ex Tarasiā Lusitanā filiabus, sed frustra, Berengariā Ferdinandum inducente in Regnum.

Decedit in Lusitania B. Joannes Abbas B. M. V. de Salseda, sanctitate & doctrinā conspicuus Ordinis Cisterciensis.

B. Adamus Episcopus Cathanensis in Scotia, cum decimas forte more consueto à popula-

ribus exigeret, & obstinatiùs recusantes, latè Pontificali auctoritate sententiā diris devoveret, exarsit tantopere in sanctum virum pervicacium hominum furor & immanitas, ut in Christum Domini violentas & sacrilegas injicere manus minimè dubitarent, quin & in ædes ejus irumperent, Pontificem innocentissimum flagris scædè conciderent, ac demum in culinā propriā immaniter concremarent. Erat tunc temporis Iedburgi Alexander Scotorum Rex, qui sceleris atrocitate compertā haud immeritò graviter offensus, contractis illicò copiis, eò contendit, & comprehensis statim sceleris auctoribus, qui supra quadringentos erant, in omnes omnino supremo supplicio animadvertit, sed nec impubes quidem filios supplicio exemptos voluit (nam puberes eundem cum parentibus exitum habuerunt) quos testiculis privavit, ne hominum sceleratorum proles successione multiplicata diu superstes esset, sed & Comitum Cathanensium, quòd nec opem imploranti præstò fuisset, nec Sancto Episcopo trucidato, de parricidis supplicium mox sumpsisset, Comitatu exiit. Hector Boëth. Bamab. de Montalbo.

Floret B. Eva, quæ unā cum B. Juliana solennitatem Corporis Christi miro fervore promovit. Fuit cœlestibus revelationibus & charismatibus mirè illustrata, voluntariis autem corporis afflictationibus insigniter expolita, plurimasque inter injurias patientiæ virtute probata.

Albertus II. Misniæ Marchio positus armis, pacem cum filiis init.

Pax reducitur inter Episcopum Argentinensem & Comitem de Pfirt.

Inter Archiepiscopum Colonensem & Ducem Limburgensem discordia gravis suboritur propter Advocatiam Monasterii Segebergensis, undè rapina, incendia & rusticorum spoliationes subsequutæ sunt.

Moritur Leopoldus Dux Austriæ: extinguitur eodem anno B. Joanna Comitissa Flandiæ, Balduini Constantinopolitani Imperatoris filia, Deiparæ devotissima, cujus honoricum celebre cœnobiū B. M. V. Reclinatorium extruxisset, & diversas ejus familias locupletasset, seipsam tandem consentiente religiosissimo marito Principe, eidem Domine suæ in cœnobio emancipans, magnis virtutibus emicuit.

Idem annus terris abstulit, cœlo dedit B. Simeonem, Monasterii Alnensis Conversum, dono discretionis spirituum à Deo imbutum, quem Innocentius Papa tanti proinde fecit, ut ad Concilium Lateranense, rudem cætera hominem solenniter evocaret.

Annus Christi 1231.

Moritur S. Elisabetha, Andree Ungariæ Regis filia, Thuringiæ Princeps, vidua contemptu mundi, amore & liberalitate in pauperes, corporis proprii mortificatione admiranda.

In cœlum hoc quoque anno abijt S. Antonius Paduanus Ordinis S. Francisci.

Ezelinus Patavii Tyrannus, non tantum ferro & igni, verum etiam hæresi omnia hoc anno scædat, Ecclesias spoliat, Sacerdotes & Clericos persequitur, bona & possessiones eorum diripit, & reliqua tyrannidis in omnes promiscuè exercet.

Gregorius Nonus Græcam Ecclesiam cum Latinā unire nititur, scriptā ad Patriarcham epistolā magni momenti.

Florentiæ incunabula fortitur Ordo Servorum Beatissimæ Mariæ Virginis.

Aragonum Rex Jacobus, regni sui fines contra Mauros armis victricibus extendit, captā Insulā Majoricā.

Cum apud Toletum quidam Judæus gratiā ampliandæ vineæ, suam rupem comminueret, in medio saxi reperit concavitatem, in qua erat liber ligneis foliis compactus, tribus linguis, Hebræā, Græcā, & Latinā descriptus. Hic liber de triplici mundo differebat, ab Adami principio initium sumens, usque ad tempora Antichristi. Tertii porrò libri primum caput à Christo exordiens ita differebat: in tertio, inquit, mundo filius Dei in mundo nascetur ex Virgine Mariā, patieturque pro salute hominum. Quod cum Judæus ille perlegisset, & non nisi divini alicujus Prophetæ manu ea descripta credidisset, statim cum universā suā stirpe ex sacro fonte renatus est.

Otto III. Geldriæ Comes Ruræmundam muris cingit.

Fridericus Imperator Ducem Baviaræ è Syria redeuntem occidi curat per servum subornatum. Succedit in Ducatu Otto Ludovici occisi filius.

Roffensi Ecclesiæ præficitur Henricus Stanfordius, vir ingentis sanctitatis.

Hæretici occulti in Germania deteguntur & extirpantur.

Moritur Fridericus Marchio Kirchbergensis, Episcopus Halberstadiensis.

Ex ruina maceriæ veteris opprimitur B. Dodo de Hascha, Ordinis Præmonstratensis in Frisia, vir miri vitæ rigoris, miraculorum gloriā illustris; in mortui manibus pedibus & latere ad modum quinque vulnere Domini, stigmata inventa sunt.

Moritur Præmislaus Bohemiæ Rex.

Circa hunc annum vivere desiit B. Hermannus Josephus Ord. Præmonstratensis Steinfeldiæ in Germania, Deiparæ addictissimus, & ab ipsa vicissim specialissimo amore honoratus.

Guilielmus creatur Archiepiscopus Mediolanensis.

Navarræ Rex Sancius jam deceptus, & Jacobus Aragoniæ Rex juvenis, mutuo se se adoptant in successionem regnorum, bellum illaturi Castellanis, successu nullo, ob mortem Sancii mox secutam.

Post mirabiles & cœlestes visiones decedit Rameiæ in Brabantia B. Ida de Nivella Ord. Cisterc. miraculorum gloriā etiam à morte illustrata.

Ad cœli quoque coronam capeffendam ex hac vita abijt S. Antonius Patavinus O. S. Francisci, plurimis in vita & post mortem miraculis gloriosus. Scripsit inter cætera ingenii sui monumenta sermones de tempore lib. 2. sermones de Sanctis lib. 1.

Maximo cœli applausu carne soluta excipitur B. Ida de Nivella, Monialis Cisterciensis, Deo & Deiparæ charissima, ab illo mirificè illuminata, & admirabili divinitatis & SSS. Trinitatis, quantum fas homini erat, cognitione eminentis-

simā; à Deipara autem maxime benevolentia signis honorata. Cui alia inter filium spectabili forma, benè diu amplexandum & tractandum tradidit.

Annus Christi 1232.

Abrahamus Gradicensis cœnobiū in Moravia Abbas, Eremita deinceps devotissimus in silva Strzelna, diem vitæ extremum claudit.

Pax inter Fridericum Imperatorem & civitates Lombardiæ stabilitur: ille & Andreas Rex Ungariæ de Austria, & præcipuè Vienna, digladiantur. Externo milite in Germaniam introducto Sodomiticum vitium passim grassari incipit, quod extirpare studiosè laborat Pontifex summus

Germanus secundus Patriarcha Constantinopolitanus, unionem quærit Orientalis Ecclesiæ cum Romana.

Claret sanctitate miraculis ac doctrina Petrus Veronensis Ord. D. Dominici.

In Gallis hæresum monstra repullulant, item in Taraconensi provincia, hinc inquisitionis ibidem Officium instituit Papa.

Sancius Lusitanæ Rex feliciter contra Saracenos pugnat.

In Russia, Volhinia, Podolia, per S. Hyacinthum & socios Dominicanos fides magnum capit augmentum.

In Anglia sole eclipsante, medio die obscuritas immensa extitit, ita ut nox tenebrosa appareret, deinde cœlum aspidis flammis coruscavit, turres & templa de cœlo tacta, grandine omnia obruta, fame & peste laboratum est.

Soldanus Babylonis Friderico Imperatori tentorium mirabile 5000. Florenorum æstimatum dono misit, in quo imagines solis & lunæ artificiosè motæ cursum suum certis ac debitis spatiis peragebant, horarumque diei ac noctis citra errorem indicavit.

Conradus IV. Comes de Truchburg & Than Episcopus Spirensis eligitur.

Moritur B. Fulco ex Abbate Grandisylvæ Ordinis Cisterciensis Archiepiscopus Tholosanus, super cujus celebrantis caput columba nitidissima apparuit, annis 28. indefessè concionatus est contra hæresim Albigenisium.

Fridericus II. Imperator Catanensibus iratus, eos armis opprimit, & atrocem fert sententiam, ut urbe funditus excisā, incolæ omnes neci traderentur. Cum tam crudeli edicto nemo intercedere, aut nefariam ejus rabiem mitigare verbis auderet, ecce tibi dictā internecionis die, dum ad preces horarias Deiparæ Virgini persolvendas libellum aperit, hæc verba aureis characteribus scripta occurrerunt: *Noli offendere patriam Agathæ, quia ultrix injuriarum est*. Attonitus eo viso librum claudit, iterumque alio loco aperit, iterumque eadem objecta illi Scriptura est. Tertio apertus alibi liber eandem rursus comminationem ingerit. Territus Imperator, deliberatā internecione abstinuit, ac reædificari urbem imperavit. Ne temerè autem mutasse decretum videretur, edixit, ut cives per medium districtorum gladiatorum, illæsi tamen, transirent. Bolland. in vit. S. Agathæ 5. Febr.

Henricus I. creatur Episcopus Seccoviensis. Fit Thomas Episcopus Wratislaviensis.

Gerardus Ordinis Prædicatorum fit primus Episcopus Ruthenorum.

Berengaria S. Ferdinandi Castellæ Regis foror Joanni Briennio Regi Hierusalem, perdit in Syria rebus auxilium ex Europâ petenti, uxor traditur.

Moritur B. Tudecha Abbatissa Ord. Cisterciensis apud Seefeld in Germania item B. memoriarum Bertholdus Abbas Weingartensis Ord. S. Benedicti in Suevia: item S. Balsamus Abbas Cavenensis ejusdem Ord.

Conditur arx munita Augustæ in Sicilia Regno.

Mortuo Magno hujus nominis IV. in Norvegiæ Regno succedit Haquinus primus.

Magnæ inter Archiepiscopum Moguntinum & Conradum Hassiæ ac Thuringiæ Landgravium discordiæ fuerunt subortæ, propter fines & terminos quosdam terrarum, quos uterque voluit suo dominio esse subjectos. Dicitur Conradus contracto suorum exercitu terras Archiepiscopi hostili prior incurfione vastavit. Oppidum Fritslariense cum multis in circuitu villis, incendio & ferro evertit: quo facto provocatus Archiepiscopus magnum quoque suorum congregavit exercitum, & contra Landgravium procesfit: commisso prælio victor extitit Conradus, & Henricus Ecclesiæ Wormatiensis Episcopus cum multis Ecclesiæ suæ Canonicis à Landgravio captus est; quousque tandem partium bellantium dispositione pax restabilita fuit.

Erfordiæ quatuor hæretici ad ignem condemnati ac combusti sunt.

Laurissense cœnobium Principale O. S. Benedicti ob Monachorum ac Abbatum discordiam à Friderico Imperatore, cum omnibus vassallis, ministerialibus, castris, oppidis, nemoribus, teloniis, proventibus, dominiis ac juribus Archiepiscopali Moguntinæ Sedi addicitur.

Ordo Sylvestrinorum sub Regula S. Benedicti instituitur.

Conditur Seligentalense cœnobium haud longè à Landshuto per Ludmillam Baviaræ Ducissam.

Annus Christi 1233.

S. Agnes filia Przemislai Ottogari I. Bohemiæ Regis cœnobium Ordinis S. Claræ (quod S. Francisci dicitur) in veteri urbe Pragensi, de suo, fratris tamen auxilio usa fundavit.

Gregorius Papa mittit Constantinopolim Hugonem & Petrum ex Prædicatorum, Aymonem verò & Rudolphum ex Minorum Ordine, viros virtute atque religione conspicuos, morum honestate præclaros, & Scripturarum sacrarum scientiâ eruditos, ad perficiendam unionem Ecclesiæ Græcæ cum Romanâ.

S. Hyacinthus in Rusiâ & conterminis Evangelium prædicat Thaumaturgus.

Florentini & Senenses inter se tumultuantur, occasione Montis Politiani, quem per id temporis Florentinis fœderatum, Senenses invadentes, armis occuparant, atque muris dixerant. Florentini porro exercitu comparato ad 43. castra Senensibus eripiunt.

Fridericus Imperator in rebelles Siculos grassatur.

Floret B. Joannes Vicentinus mirâ concionandi vi & miraculorum gloriâ insignis.

In Germaniâ condormientium hæreticorum secta pullulat, contra quos Fridericus Imperator multa supplicia sanxit.

Bosniæ Rex Nicolaus unâ cum filio ad fidem orthodoxam convertitur.

Milites Teutonici ope PP. Prædicatorum Pruthenos convertunt.

Albertus Præpositus Salisburgensis fit Episcopus Chiemenfis.

Floret in Ordine D. Dominici Tancredus, magnâ vitæ sanctitate illustris.

Moritur Ferdinandus Dux Flandriæ, postquam mundo valedicens sanctioris vitæ studio in Monasterio quodam Syria se se conclusisset.

Ferdinandus Castellæ, Jacobus Aragonum, Sancius & Theobaldus Navarræ Reges insignem victoriam de Mauris: Veneti de Græcis Constantinopolim obsidentibus retulere.

In Lombardiâ gelu omnia adeò riguerunt, ut à faucibus Padanis usque Cremonam per glaciem Pado flumine onustissima plaustra commearent, & vina etiam generosissima in dolis gelarent, unde non modicum hoc anno à fame laboratum, nam etiam molæ gelu impeditæ cessabant, vites ac reliquæ arbores frigore adustæ, homines in lecto rigentes inventi.

Magna pestis in homines pecudesque debacchata est.

Univerfa flumina gelu constiterunt acuto, vernoque demum calore soluta, casae, horrea, pontes, mœnia, arbores subverterunt.

Rathstadio oppido, infans comatus natus est, vagitus ejus atque ploratus quatuordecim antè dies quàm ederetur auditus.

In agro Fruxinensium murium agrestium ingens vis messes populatur, segetes, herbas, fœnum radicitus depascitur, hinc agricolæ avitos lares deferere coacti sunt.

Luna sex angulis versus orientem protensis visa est.

Horrenda fuit solis eclipsis, ut in meridie stellæ quasi noctu colluxerint.

Floret in Hetruriâ S. Guido Ordinis Minorum.

Molinese Ordinis Cisterciensis cœnobium in Comitatu Namurci conditur. Item Sartensis Virginum Abbatia ejusdem Ordinis.

Moritur Asparagus sine Asparagus Archiepiscopus Tarraconensis.

Offertur Archiepiscopalis Sedes S. Raymundo de Pennafort, quam verò ipse recusat, ejusque voto subrogatur Guilielmus Mongrinus Ædilis Ecclesiæ Gerundensis, vir egregius.

B. Ulboldus Conversus Veteris Monasterii, Aulam Dei, vulgò Novum Monasterium, apud Snecam Frisiæ oppidum, pro Ordine Cisterciensi fundat.

Virgilius ex Monacho Benedictino Episcopus Salisburgensis, Sanctorum catalogo adscribitur.

Wolfkerus Abbas S. Lamberti in Stiriâ, Ord. D. Benedicti, post Monasterium laudabiliter aliquamdiu administratum, ut expeditior Deo vacaret, eo honore se abdicat, reliquum ætatis, vigiliis, jejuniis, orationibus, & pio manuum opere transigens.

Joannes de Nivellâ ex Doctore Theologo, &

& Decano Ecclesiæ S. Lamberti Leodii, Canonicus Regularis, in Ogniacensi cœnobio sancto sine decedit.

Berchtoldus Episcopus Curiensis occiditur.

Moritur Wildbrandus Comes Oldenburgicus & Episcopus Ultrajectinus. Similiter Albertus II. Archiepiscopus Magdeburgensis, cujus successor fuit Burchardus.

Ad superos abit S. Brithunus sive Berethunus Abbas Beverlacensis in Angliâ ex Ord. D. Benedicti, miraculis à morte coruscans.

Multa hoc anno per diversa Germaniæ loca fuerunt incendia.

Conradus de Marpurg Ordinis Prædicatorum, qui pluribus annis Inquisitoris Officio functus fuerat, à quibusdam nobilibus in itinere interficitur.

Principum Imperii Conventu Moguntinæ finito, Henricus Romanorum Rex cum exercitu Baviarum invadit, & in prælio contra Ottonem Ducem commisso victor existens, eundem ad obedientiam revocat.

Theodoricus Comes Montis Belardi ditionem Abbatis Murbacensis rapinis & incendio infestat; cum prædâ onustus viam relegeret, ab Alfatis eum persequentibus interceptus, & receptâ prædâ custodiæ Argentinenfis Episcopi traditus est.

Vivorum numero subrahitur Berengerus Episcopus Spirensis, cui Conradus de Than unanimibus votis substituitur.

Rutheni Idololatæ à Cruce signatis in prælio cæduntur, adeò ut pacem peterent, & se fidem suscepturos Christianam promitterent.

B. Ulboldus Aulam Dei, vulgò Novum Monasterium, apud Snecam Frisiæ oppidum erigit, ipsamque ex assè hæredem instituit.

Ordo Montesiæ Militum & Equitum Religiosorum instituitur.

Annus Christi 1234.

S. Dominicus albo Sanctorum inseritur.

Papa Romæ Concilium celebrat pro expeditione in terram sanctam, cui interfuere ipse Fridericus Imperator, Patriarchæ Constantinopolitanus, Antiochenus & Hierosolymitanus.

Cruce signati militiæ Jesu Christi, auctore Divo Petro Veronensi Florentinos hæreticos oppugnant & vincunt ad Arnium fluvium.

Apud Cremonam in Monasterio S. Gabrielis, lapis grandis glacialis cecidit, habens signum crucis & imaginem Christi expressam: desuper autem aureis litteris scriptum fuit, *Jesus Nazarenus Rex Judæorum*. Hoc lapide liquefacto, unxerunt oculos Monachi cæcutientis, & visum recepit.

S. Ludovicus Franciæ Rex, Regni administratione susceptâ, duxit uxorem Margaritam, Comitissæ Provinciæ filiam.

Nordovici in Angliâ Judæi quendam pauperum Christianum furto abstulerant, & totum annum nutrierant, ut adventante festo paschatis illum cruci affigerent, sed paucis ante diebus, quàm homicidium committerent, criminis convicti, meritis pœnastulerunt.

Waltherus Grajus Archiepiscopus Eboracensis, tempore pestis & inopiæ magnos frumenti cumulos toto quinquennio sordidè & avarè reservarat. Accedentibus ministris ad horreum seu granarium aperiendum, horrendi se se serpentes ostenderunt, qui illos præcipites in fugam agebant, cùmque alii postea accederent, fumus inde & odor teterrimus prodivit, & diræ quædam contra Waltherum voces auditæ sunt, ita quidem ut totum granarium Vulcano commiserint.

Jacobus Sancti Bertini Abbas, relicta Abbatia fit Monachus Cisterciensis Clarimarensis.

Petrus Vannez Magister Generalis Ordinis de Alcantarâ creatur.

Moritur Conradus Comes ab Andechs, Episcopus Constantiensis. Succedit Henricus à Thanneck (aut ut alii) Thannen.

Decedit Henricus II. Episcopus Vormatiensis. Item Henricus II. Episcopus Aichstadiensis. Similiter Iso Comes à VVelpen Episcopus Verdenfis. Item Abundus Monachus Villarii in Brabantia Ord. Cisterciensis, qui magnâ cum opinione sanctitatis vixit, in ecstasi sæpe raptus, & spiritu prophetiæ clarus.

S. Ferdinandus Rex Castellæ & Legionis occupat Ubedam: moritur ei uxor Beatrix.

Alfonfus Mauros ad Xeres vincit.

Pax inter Aragoniæ & Castellæ Reges sancitur, assignatâ Alianoræ ab illo dimissæ, dote competenti.

Belgæ Ducibus Henrico Brabantia Principe & Florentio Hollandiæ Comite illustrem victoriam de Stadingis reportant. Erant Stadingi palustres populi circa fluviorum ripas in Archiepiscopatu Bremensi, qui libertate Ecclesiæ calcata, responsa dæmonum quærebant, & nulli parcentes sexui vel ætati, in excidium Christiani nominis conjurati, Religiosos & Clericos impiè tormentis lacerabant, & quoscunque poterant, agrestis maximè turbæ in foveam suæ perfidiæ trahebant: contra eos nimium prævalentes, Gregorius Papa IX. Bullam cruciatam promulgavit.

Cum hoc anno diutina fames populos affligeret, pauperes ad agros frugiferos catervatim concurrentes, frugum spicas, licet non maturas carpentes, iisdem vitam protrahere satagebant. Contigit autem quòd homines villæ quæ dicitur Alboldeslea in Cantebriensi Provinciâ, hoc malè ferentes, tumultuosus clamoribus rogaverint Presbyterum Ecclesiæ, ut omnes eos qui spicas furati fuerant, anathematis sententiâ innodaret. Hunc ad tam impiam sententiam ferendam paratum cernens vir pius

& religiosus ejusdem villæ, avertere verbis precibusque conatus est. At instantibus pertinaciter cæteris in stulto proposito suo, cum Presbyter die Dominicâ, quæ tunc fuit XVII. Kal. Augusti ferre sententiam compulsus, eam inchoasset, tanta subito exorta est in aëre tempestas, tonitruum scilicet ac fulminis, concussio ventorum, ac turbinum conflatio, pluviarum ac grandinum inundatio, ut quasi in momento, turbine ac flatu diabolico, agitata, fruges in agris, armenta cum arboribus ac cæteris quibusque crescentibus, & avibus in campis penitus contriverit. Et quod admiratione dignum fuit, nec porci, nec aves, nec aliud genus animalis spicas vel grana, licet matura essent, urgente tamen fame gustare voluerant. Visi sunt in aëre, ingruente eadem tempestate, Angeli Sathanæ specie nigrorum Satyrorum volitantes, & per agros cursitantes, peractâ tempestate cum omnibus vicinis vir ille simplex, qui Sacerdotem anathema proferre volentem dehortatus fuerat, visitavit agros, suos planè invenit indemnes, terris licet aliorum permixtis, Parisus apud Raynaldum.

Comes Hollandiæ in torneamento propè Corbiam occiditur.

Diemensis Junii 22. Wormatia casuali-gne magnâ ex parte absimitur.

Moritur eodem hoc anno Henricus dictæ urbis Episcopus, cui succedit Landolphus.

Henricus Rex contra Patrem Fridericum Imperatorem, magnâ sibi Principum parte adhærente conspirat, quod ei tandem causa interitus fuit.

Comes Fridericus de Pfirt, post multas tribulationes, à proprio filio in carcere strangulatur. Quam necem divina justitia satis severe postea vindicavit, quoniam parricidam crudelissimum in manus persecutorum tradidit, & Comitatum in possessionem aliorum transferens, totam progeniem impiissimi hominis penitus extinxit.

S. Tarasia sive Theresia Regina Legionis Alphonfi Regis uxor, Sancii primi Lusitanæ Regis filia, Hispanias egregiâ vitæ sanctitate illustrat, quæ post trium susceptionem librorum ob propinquitatem sanguinis à marito disjuncta, & Monialibus in Monasterio Lorvaniensi adjuncta, magnis cepit coruscare miraculis, quæ inter duos morti proximos solo complexu suo prodigiose restituit, cujus ipsa, quæ manus abluerat aqua, febricitantibus remedium attulit: mortem instare sibi præcognoscens ad templum deduci voluit, & in conspectu Venerabilis Sacramenti, dulcissimis verbis sororibus valedicens, flexis genibus Canticum *Magnificat*, cantari rogans, ad versum: *Suscipit Israel &c.* caput super manus inclinans suaviter exspiravit. Cujus sacrum corpus post trecentos & amplius à morte annos, reperiuntur est adeo incorruptum, quasi tunc primum terræ fuisset commendatum.

Ordo B.M. V. de Mercede per Gregorium Nonum Pontificem maximum approbatur.

In Metropoli Cordubensi sub Mauro-rum adhuc jugo gemiscente, apparuit Deipa-

ra captivo cuidam Christiano ferâ nocte ipsam precibus sollicitanti, ipsum & mox nobilem urbem servitutis jugo liberandos pollicita, pignoris loco imaginem esse suam jussit, quam defossam in heri sui villâ, sub cespite virenti, arbutis undique circumdato, esset reperi-turus, quæ deinceps imago universæ Hispaniæ maximo in pretio sit habenda. Mox altero die Maurus captivos suos ad prædictam villam laboratum misit, qui ignorante Domino, designato loco imaginem reperere, adeo jam læti, ut certi de futurâ redemptione, quæ altero mox anno evenit, Mauris Cordubâ totâque Provinciâ expulsis.

Annus Christi 1235.

Claret miraculis Trajecti ad Mosam Winandus, sive Guinandus, Prior Cœnobii Prædicatorum, qui ut vas vacuum vino divinitus impleteretur, impetravit, Bolland, in act. SS. 19. die Februar.

Poppo Dux Meraniæ Bambergensis Episcopus creatur.

Hæretici Albigenes, Inquisitores fidei magnis injuriis affectos, è Galliæ partibus expellunt. Et paulo post Narbonense S. Domini-cœnobium solo æquant, Monachos capiunt multisque injuriis afficiunt.

Romani rebelles ad obedientiam Romanæ Ecclesiæ per Legatos revocantur.

Cruce signati in Palæstinâ tumultuantes per Gregorium Papam comprimuntur.

Afanes Rex Bulgarorum cum Vatacio, comparato exercitu, cum Gallipolim omnibus in eâ trucidatis cepisset, Constantinopolim quoque obsidet.

Elisabetha Sanctorum catalogo inseritur.

Miecislaus Cujaviæ Princeps, inopum viduarum ac pupillarum oppressor, cum quodam tempore convivium multis invitatis præberet, ab ingenti multitudine murium invasus, frustra que navi fugiens, muribus etiam per aquas eum persequentibus, miserabiliter corrosus perit.

In humanis esse desierunt B. Monetus, B. Laurentius Anglus, & B. Didacus Lombardus, omnes ex Ordine D. Dominici.

Moritur Anna Comitissa Hennebergica, Comitissæ Helfenstein uxore.

Conditur Monasterium Vallis S. Bernardi in oppido Distemio, diocesis Mechlinensis. Similiter Monasterium Rothemense, ambo Ord. Cisterciensis Monialium.

Ordo S. Mariæ de Mercede confirmatur.

Guilielmus puer Nordovici in Angliâ, integro anno à Judæis interceptus & nutritus, adventante paschate in cruce affixus, Martyr occumbit.

Obiit Godescalcus Episcopus Raceburgensis, cui Petrus ejusdem Ecclesiæ Præpositus succedit. Item Henricus I. Brabantia Dux.

Fridericus

Fridericus Cæsar ad tertium matrimonium transiens, uxorem ducit Isabellam sororem Henrici III. Regis Angliæ. Idem Henricus hoc eodem anno contrahit matrimonium cum Alienora filia Comitis Provinciæ.

Floret Grimoardus, ex Abbate Monasterii Silvæ Majoris Episcopus Convenarum.

Christiani occupant suburbium Cordubense.

Moritur in Comitatu Namurcensi B. Johannes Abbas Ordinis Cisterciensis, vir eximie sanctitatis. Similiter Andreas II. Ungariæ Rex, qui in Palæstinam profectus, Sultanum prælio vicit, & Damiatam urbem expugnavit. Pater fuit Sanctæ Elisabethæ Landgraviæ Thuringiæ. Ei successit in Regno Bela IV. filius.

Friderico Imperatore ex Apulia in Germaniam redeunte, omnes penè Principes, qui ejus filii Henrici rebellis partes sequebantur, timore percussi ab illo rursus deficient; quod advertens Henricus patris faciem fugiens in munitissimum Castrum, Trifels dictum, se recipit. Consilio tamen Hermannii Magistri Equitum Teutonicorum persuasus ad patrem venit in Wormatiam veniam commissorum & indulgentiam ab eo petiturus. Imperator verò mox ut venientem ad se filium audit, repletus irâ, custodiæ illum mancipari præcepit, nec ullis emolliiri precibus, ut misericordiam postulanti impenderet, potuit, inquit: *Commissa luat, oportet, ut ejus penâ filii mortalium discant omnes suis genitoribus constitutum lege naturali honorem impendere, & in eorum perniciem nullatenus conspirare.* Captus itaque Henricus imperio patris primò in domo lapideâ quâdam fortissimâ propè S. Andreæ Basilicam in Wormatia custodiendus ponitur. Post hoc in Castello Heidebergensi sub custodia Ottonis Palatini Comitis mancipatur; deinde apud villam Alzen carceri includitur. Postremò in Siciliam deportatus, usque ad mortem captivus in vinculis detinetur.

Idem Imperator copiosissimum Imperii Principum Conventum Moguntia summâ pompâ & munificentia celebrat, in quo Otto Saxonie Dux eidem Imperatori reconciliatur. Eodem anno alius habetur Conventus Augustæ Vindelicorum, in quo multa pro pace Imperii sunt tractata: venerunt quoque eò Legati Regis Hispaniarum, qui præter munera pretiosissima amicitia litteras Imperatori porrexerunt.

Annus Christi 1236.

Joannes II. Pragensis Ecclesiæ Episcopus moritur.

Floret Sanctitatis laude in Steinveldensi Cœnobio B. Hermannus miris Mariæ Deiparæ favoribus honoratus.

Ad cælos quoque commigrat B. Ulricus Frisacensis, ex eodem Prædicatorum Ordine.

Floret ex eodem instituto B. Arnoldus Treverensis.

Novi inter Fridericum Imperatorem & civitates Lombardiæ tumultus & dissidia ori-
R. P. Brentano Epitome Chronologica.

untur. Idem Imperator filium Henricum ob gravissimas sibi illatas injurias catenis oneratum in Apuliam mittit, inque carcere terrore inedia & pœdore mori cogit.

Regis Tunetani in Africa nepos ad Christianam fidem conversus, dum Romam tendit sacro baptismatis fonte abluendus, à Siculis intercipitur, rebusque spoliatur, quo facto illi gravem summi Pontificis indignationem incurrerunt.

Robertus Comes Atrebatensis, & Alfonso fratres Ludovici Galliæ Regis, sponsalia celebrant, ille cum filia Lotharingiæ ac Brabantia Ducis, hic cum filia Comitis Tolosani.

Cruce Signati in Galliis per Andegavensem, Pictavensem, Cænomanorum, Turonum & Briocensium Provincias discurrunt arma, quæ contra Paganos devoverant, in Judæos convertunt, & bis mille quingentos diversi gradus & sexus occidunt.

Hoc ipso anno Calendis Maji, præcipue in Anglia, visæ sunt in cælo variæ hominum formæ, velut instructis aciebus dimicantes. Istud portentum immensi imbres secuti omnia aquis oppleverunt, & multa hominum millia demerserunt.

Pax inter Florentinos, Pisanos ac Senenses sancitur.

Theobaldus Montis Falisci Episcopus, cum Volturnenses Episcopatu suo se se submittere vidisset reluctantes, per vim ad id compellendos ratus, hinc mediocri equitatu instructus Vulturnum accessit, ab incolis per jocum exceptus, hoc præter repulsam assecutus est, ut præcis omnium equorum caudis, magno decore ad suos reverti debuerit.

Elevatur Marpurgi corpus S. Elisabethæ viduæ, quod plurimis miraculis coruscet.

Fuldæ Judæi quosdam pueros Christianos ut sanguinem eorum elicerent, in quodam molendino clam occiderunt: detecto scelere, Judæi quàm plurimi ad incendium condemnati sunt.

Monsonii Comitissa Regni Aragoniæ celebrantur, in quibus actum de Valentia urbe Mauris eripiendâ.

Decedit Theodoricus de Cellis, qui religiosa & solitaria vitæ studio Canonicatum Leodiensem opimum inprimis ac nobilem dimisit, atque aliquot sibi junctis focis, Clarum locum, ubi S. Theobaldi facellum erat, propè muros urbis Huensis expetiit, ibique piè ac laudabiliter vixit, atque instituti regularis Crucigerorum fundamenta jecit.

Obiit Sanctus Conon Monachus Ordinis Sancti Basilii Nesi in Sicilia, vir miri vitæ rigoris, quem cum puella ex impuro adolescente prægnans, pro imprægnationis auctore accusasset, à Præfecto oppidi flagellari jussus est; sed indignè tulit servi sui injuriam DEUS, puella enim à dæmone arrepta, clamitabat, non nisi per Cononem liberari posse, sed ob contumeliam torqueri se, quam in Sanctum falso conjecisset: igitur ad Cononem adducta, ab eo liberata est: defuncti animam

Zz

Ange-

Angelus illicò ad cœlos deportavit, mortemque ejus campanæ suâ spontè compulsantes manifestârunt. Ex Bolland. in act. SS. die Martii.

Diem vitæ extremum claudit Petrus Episcopus Raceburgensis, cui Ludolfus ejusdem Ecclesiæ Camerarius succedit.

Claret in Cœnobio Vallicellensi Ord. Cisterciensis B. Hugo, qui sanguinis nobilitatem & honores contemnens, Monachus hic factus, vitam sanctissimam egit, & in morte multorum Angelorum stipatus cohorte ad cœlos abiit.

Fatis concedit B. Moricus Seraphici Patris S. Francisci discipulus, qui mirâ abstinentiâ, & vitæ austeritate insigniter refulsit. Item B. Rogerius discipulus ejusdem S. Francisci.

A mortali ad immortalem vitam transit B. Radolphus ex Abbate Claræ-Vallis Episcopus Agennensis, postea Archiepiscopus Lugdunensis.

Corduba deditionem S. Ferdinando Castellæ Regi facit: campanæ anno 990. ab Almanfore sublata, Maurorum humeris referuntur Compostellam.

Hæreticos Palentiæ deprehensos præfatus Rex Ferdinandus castigat.

Zeyt Abuzeyt, Christiano nomine Ferdinandus, Cæsaraugustæ uxorem Christianam ducit, unde nata filia, Arenosæ familiæ origo.

Moritur in Monasterio Vallis Umbrosæ B. Benignus Abbas, cujus sanctitatem insigni miraculorum gloriâ Numen declaravit, excelluit simul insigni eruditione, & reliquit præter alia præclara ingenii monumenta tractatum de clastro animæ & corporis.

B. Jordanus navigans cum sociis duobus in Terram Sanctam, obortâ ad Ptolomaidem tempestate & navi elisâ, ex his mundi fluctibus ad cœlestem portum evasit. Cùm supra demortui corpus quædam è cœlo lampades noctu apparerent, hoc indicio Anconam denique relatum est, atque ibi sepultum. Enimverò ne hæc repentina mors sinistris interpretationibus daret locum, meritis viri sanctissimi complura contigere miracula. Jansen, in comm. ad vit. S. Dominici.

Rex Bohemorum & Baviaræ Dux cum aliis Principibus, congregato numero exercitu, Austriam ob Ducis Cæsari illatam injuriam hostiliter aggrediuntur, Duceque fugato, terram suis belli Officialibus primoribus idem Imperator gubernandam ac custodiendam tradit.

Philippus Berruyeris ex Episcopo Aurelianensi fit Archiepiscopus Bituricensis.

B. Gregorius IX. Pontifex Maximus fideles universos studio erga Deiparam incensurus, pulsus æris campani ad salutationem Angelicam instituit.

Annus Christi 1237.

Fridericus Imperator rursus in Lombardos arma movet, ex insidiis Mediolanensium exercitum adortus profligat, Laudem Pompejum capit, Papâ se interim pacis mediatorem offerente.

Henricus Angliæ Rex militem quemdam

fat gravi affecerat injuriâ, quam cùm ille vindicare cogitaret, destinavit in animo, noctis silentio cubiculum penetrare, atque Regem obtruncare, & ut sine suspitione tempus & locum edendi facinoris liberius observaret, amicum se simulavit; & nocte impetâ per fenestram in cubiculum insiliens, ad lectum Regium rectâ contendit, lævâque manu remotis stragulis, ferro pulvinar frequentibus ictibus percussit, arbitrans se Regem fodere, qui autem tunc alio in lecto dormiebat: cognitâ re ab una puella Reginæ cubiculariâ, quæ vigilabat, excitatus fuit clamor, sicarius comprehensus, & ad supplicium datus est.

Ad Superos abit Ven. Volandus ex Ordine D. Dominici, in contemplatione Dominicæ Passionis assiduus; item Lanfranchinus ex eodem Ordine; nec non Robaldus, quibus tribus sociis aternitatis beatæ adjunctus est B. Frugerius Pennensis, dono lachrymarum, vitæ austeritate ac animarum zelo admirandus.

Defuncto Conrado IV. Episcopo Spirense, succedit in Sede Episcopali Conradus V. Comes de Eberstein.

Monasterium Loci S. Bernardi conditur.

Moritur Udalricus ex Monachò Benedictino Einsidlensi, Episcopus Curienfis. Item Henricus III. Liber Baro à Rabensperg, Episcopus Aichtadiensis; nec non Henricus I. Archiepiscopus Colonienfis, ejus Successor fuit Conradus de Hoensteden.

Sanctus Ferdinandus Castellæ Rex, secundam uxorem ducit Joannam Comitissæ Pontivi filiam.

Lucas Tudensis finit suum mundi Chronicon.

Decedit Romæ Joannes Archiepiscopus Bisuntinus, & Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis.

Mahometes Abusartus, aliis Alahamare, Maurorum Granatense in Hispania regnum firmat, usque ad tempora Ferdinandi Catholici, qui posteros ejus plenè debellavit & expulit.

Vivis eximitur Andreas, Comes Alibionensis, filius nati minor Hugonis III. Burgundiæ Ducis.

Fridericus à Bartensleben creatur Episcopus Sverinensis.

Imperator Conradum filium ex Jola uxore, adhuc puerum, in locum Henrici captivi cum Principum Imperii consensu, pro Romanorum Rege constituit.

In diversis regionibus Germaniæ multis temporibus latrocinia & devastationes fuerunt. Vini paucitas pretium ejus summo pretio augmentavit in tantum, quòd sedecim denarii pro una mensura vini apud Alsatos dabantur, ubi anno præcedente tanta copia fuit, ut mensura una pro denario uno venderetur, & ob nimiam vini abundantiam & vasa deficerent & emptores.

Annus Christi 1238.

Moritur Henricus Barbatus, Silesiæ Dux, S. Hedvigiis maritus.

Fride-

Fridericus Imperator in Italia omnia rapinis, cædibus ac tumultibus implet: plures Episcopi cæde, alii exilio affecti sunt, frustrâ illum dehortante Papâ; prævalente autem consiliis Ezelino tyranno.

Pacem idem Papa firmat inter Venetos & Genuenses.

Moritur Joannes Brennus Rex Hierosolymitanus, postquam S. Francisci institutum amplexus fuisset.

Dux Pomeraniæ Daniæ Regis filiam uxorem ducit.

S. Rainoldus Professor Monasterii S. Pantaleonis Colonæ, Ord. D. Benedicti, Martyrio coronatur.

Jacobus Aragoniæ Rex, Valentia regnum Mauris extorquet.

Henricus Angliæ Rex filium Eduardum ex Eleonora conjuge suscipit; sub ejus ortum apparuit stella immensæ magnitudinis, quæ per aliquot dies ante solis ortum, per longum cœli tractum veloci crebroque cursu ferebatur, modò ignem præ se ferens, modò post se fumum relinquens.

B. Leodatus Ord. S. Dominici à Deipara ad cœli gaudia evocatur.

Guiardus de Lauduno, aliàs Guido renuntiatur Episcopus Cameracensis.

Nicolaus ex Decano Lingonensi creatur Archiepiscopus Bisuntinus; erat Prædicator & Theologus insignis.

Afan Bulgariæ Rex, relicta Latinâ, Græcæ Ecclesiæ dogmata amplectitur; Papa Gregorius IX. proinde Ungariæ Regem ad bellum illi inferendum exhortatur.

Vitam mortalem deponit Henricus ultimus Landgravius Alsatiæ, nullis ex se prolibus relicta.

Mediolanenses cum confœderatis civitatibus, resumptis viribus ad Nonam curtem cum Imperatoris exercitu prælium ineunt, in quo superati, magnâque clade affecti sunt. In eo conflictu filius Ducis Venetorum, qui Potestatis Mediolanensis civitatis eo tempore gessit officium, cum multis Longobardis Nobilibus captus est, & jussu Imperatoris in Apuliam ductus, ubi super eminentem ad littora maris turrim fuit laqueo suspensus, cæteris concaptivis ejus diversis cruciatibus interemptis, ut nec unus quidem evaderet. Quod factum ægrè ferens Papa fœdus cum Venetis init, & Imperatorem excommunicationis vinculo stringit; quod iste non curans bello Venetos premit arctius & vincit. Sed cùm ultrâ contra illos ire non posset, aquâ impediende & stagnis, Paduam revertitur, & obfides pro confirmatione fidei servandæ à Paduanis accipit. Deindè Veronam & Mantuam se velle obsidere simulans, eductis copiis Parmam petit, inde Luccam, & ultimò Pisas.

Obit Henricus Episcopus Basileensis, in cujus locum Lutholdus communibus votis eligitur.

Tartari eum ingenti exercitu, Moraviam, Ungariam, Poloniam, Lithuaniam, omnesque adjacentes Provincias Christianorum ferro incendioque devastant. Contra quos multi Principes aliique viri illustres Cruce fuerunt

R.P. Brentano Epitome Chronologica.

signati, & apud Merseburgam cum magno exercitu adversum illos feliciter pugnaverunt.

Supremus hic annus fuit B. Jordano Ordinis Prædicatorum illustrissimo Syderi & Generali.

Annus Christi 1239.

Fridericus Imperator Montem Clarum Brianorum oppidum expugnat ac incendit, dumque exercitum Romam versus ducere parat, à Papa denuò excommunicatur & exauctoratur; quo factò efferatus redditus Fridericus cum exercitu in Campaniam transit, Beneventanam urbem partim dolo partim vi captam deceptamque mœnibus nudat, Asculum obsidet, agrumque ejus vastat, inde Entium filium, Sardinia Regem in Æmiliam mittit, qui ibidem ubique incendiis & depredationibus grassatur; dein parte exercitus in Siciliam traductâ crudeliter agit, præsertim in Ecclesiasticos, quorum plurimos partim occidit, partim carcere detinuit, partim relegavit.

Cruce Signatorum exercitus in Palæstina à Saracenis cæditur.

Ericus Daniæ Regis filius, Juttam Saxonie Ducis filiam, dispensante Papâ, uxorem ducit.

Papa Auximanum civitatem Episcopatu privat.

Hoc anno tertio Nonas Junii solis defectio fuit, omnium, quæ unquam visæ sunt, obscurissima, quam ingens pestis subsecuta est.

Boleslaus Poloniæ Princeps, Belæ Hungariæ Regis filiam Cunegundam conjugem ducit, quam tamen intactam relinquit, idè dictus Boleslaus Pudicus.

B. Helgherus ex Ord. D. Dominici, Comitum sanguine satus ad cœlum abit; ejusdem instituti & obitus felicitis socios habens B. Conradum, qui tres mortuos suscitasse legitur; Gualterum miro in demones imperio præditum; item B. Cristinum, qui sæpius in aère altius quam uno cubito elevatus visus est.

Conradus Dux Massoviæ ex mala fundata suspitione Joannem Gaplum Uladislavensem & Plocensem Canonicum, suumque simul Cancellarium, captum causâ non cognitâ in carcerem conjecit, ac mox questionibus subjectum eodem furore in patibulum egit: propter quod crudele factum Petrus Archiepiscopus Gnesnensis universæ Plocensi Diocesis sacris interdixit.

Saracenorum exercitus Chum arcem obsidens, à Christianis numero paucissimis repellitur.

In Valentini Regni urbe Darocca in sacris mappulis sanguineæ guttæ ex Sacramento Eucharistiæ apparuere, quarum aspectu paucissimi Christiani incredibilem Barbarorum multitudinem straverunt, Bzovius ad annum hunc.

Moritur Berchtoldus Episcopus Argentoratensis, vir laudatissimæ vitæ. Cui succedit Henricus Comes à Sicheleck.

Berengaria filia Regis Legionis in Monasterio Holgenfi propè Burgos habitum Cisterciensem suscipit. Idem Rex Palentinam

Universitatem Salamanticam transfert, Biscayæ dominium compefcit, ac per Legatum suum Abbatem S. Facundi plenas reverentiâ litteras dirigit ad Gregorium Papam nonum, eique commendat secundò genitum suum Fridericum, pro materna hæreditate recipiendâ missum ad Imperatorem cognatum.

Claret in Monasterio S. Joannis Baptistæ Gemmulæ B. Beatrix ex Andree II. Ungarorum Regis conjugæ Monialis sub regula S. Benedicti.

Balduinus II. Imperatoriam Constantinopolitani Imperii coronam cum uxore, Joannis Hierosolymitani Regis filiâ accipit.

Admirabili vitæ Sanctimoniam effulget B. Aleydes à Scarenbeca, Monialis Monasterii B. M. V. quod Cameram appellant Ord. Cisterciensis.

Annus Christi 1240.

Sienis circa hunc annum instituitur Societas Misericordiæ, alumni ejus cervini coloris veste utebantur, cui assutum ad humeros symbolum litteræ M, Crucem impositam sustinentis.

Enthius Rex Sardinia, Friderici Imperatoris nothus, Ecclesiæ Romanæ Legatos, plures Archiepiscopos ac Episcopos ad Concilium à Gregorio IX. indictum tendentes, capit & carceribus mancipat.

In Saxonia sylvis capta sunt quædam animalia monstrosa, ferè in omnibus habentia hominis figuram. Ex his fœmina quidem mortua est canum moribus ac venatorum vulneribus, masculus autem captus & factus domesticus, super pedes interdum erectus gradiebat: didicit loqui imperfectè valdè, & non multa verba, habuit vocem exilem sicut capreolus. Rationem nullam habuit, de secessu atque egestione ac aliis talibus verecundabatur, mulierum congressum vehementius appetens, quas potuit consequi, opprimebat. Albert. Magn. Histor. Animal.

Berengaria Ferdinandi Regis filia Olgis Deo virginitatem sacravit, velum sacrum à Joanne Oxoniensi Episcopo suscipiens.

Moritur Hermannus de Saltza Ordinis Militiæ Teutonicorum in Prussia Magister, vir fortis & magnanimus, rerumque præclare gestarum laude celebris: postquam Ordini triginta annorum spatio præfuisse, eidemque plurimas arces & bona in Armenia, Italiâ, Ungariâ & Germaniâ adjecisset.

Bonessense Virginum Cisterciensium in Comitatu Namurci Cœnobium conditur.

Mirâ mentis perfusus suavitate ex hac vita decedit Beatus Guillelmus, Olivetani in Hannonia Cœnobii conditor, qui Angelicâ admonitione edoctus, eremum adiit, ubi à Christo ejusque gloriosâ Genitrice & Angelis Sanctis frequenter visitatus est: dæmones variis larvis sibi apparentes velut alter Antonius triumphavit, fuit rigidissimus sui corporis hostis, claruitque insigni miraculorum gloriâ. Ex Monim. Cœnob. Olivet. apud Buccellin. in Menolog.

Circa hunc annum decedit Sanctus Gil-

bertus Episcopus Catherrensis in Scotia, qui muto crucis signo loquelam reddidit, aliisque claruit miraculis.

Obit B. Everhardus Monasterii Salernitani Abbas, vir sanctitate vitæ præcipuus, editus ex perillustri familia vetustissimorum Comitum de Rhordorff, alia inter dona divinis revelationibus illustratus: vitam deposuit, cum Monasterio annos 51. præfuisse.

Ad cœlos migrat Beatus Petrus Gonzalez Ordinis Prædicatorum, Tudæ in Gallæcia, qui ab impudica muliere ad concubitum sollicitatus, igni pallium insternens, desuper jacuit illæsus, ipsamque hoc exemplo ad penitentiam convertit; vinum miraculosè auxit, sociis famelicis cibum cœlitus obtinuit: ejus porrò sanctitatem post mortem pluribus Deus manifestavit miraculis.

Vitam terrenam cum cœlesti commutat Sanctus Bartholomæus Conversus Ordinis Vallembrofani, qui exemplo vitæ sanctioris plurimos Christo lucratus est. Ex Monument. Vallumbros.

Claret B. Joannes ex Monacho Regii Monasterii S. Dionysii Parisiensis, Cisterciensium reformationem amplexus, Igniacensis primus, postea Claravallensis Abbas electus, inde ad Archiepiscopalem Mithelenensis Ecclesiæ dignitatem subvectus est, fuit inculpatis moribus, mirâ eruditione, omnibusque virtutibus optimo Pastore dignis celebris, vacavitque continuis ferè orationibus ac jejunii.

Naturæ debitum circa hunc annum exsolvit B. Gerardesca Pisana Ordinis Camaldulensis Tertiaria, visionibus ac miraculis plurimis gloriosa: item B. Nicolaus Abbas Villarii in Brabantia, vir sanctissimis moribus clarus.

Murciæ Rex in potestatem Ferdinandi Regis Castellæ se tradit.

In Saxonia cum Sanctitatis nota decedit Joannes Luneburg, Ordinis S. Francisci. Item Bonifacius Abbas Cisterciensis, & totius sacre familiæ Generalis.

Sub hunc annum in Hispaniis decedit B. Lucia reclusa, quæ maritum in castris secuta, prægnans à Turcis intercepta fuit: appropinquante partus horâ ipsâ Nativitatis Christi solennitate, mediâ nocte, inexperta partus, obstetricante & juvante ipsamet Cœlorum Regina, puerum enixa fuit, quem admirabili dignatione ipse Virginis filius Christus sacro baptismo expians, Marianum appellavit, fuit deingrandi prodigio è Turcia translata Compostellam, Menol. Bucel.

Moritur S. Edmundus ex Ord. Cisterciensis Archiepiscopus Cantuariæ, Christo ejusque matri charissimus, & miraculis celebris. Femoralia sua cilicina nimio usu attrita, cubiculario ignibus cremanda cum tradidisset, ille exequi conatus, nullo modo potuit, quod quasi sacrilegii notam ignis vereretur, quæ Contactu suo Edmundus sacra verat, incinerare: relatum sacrum ejus corpus Pontiniacum, ibique conditum, quartò post mense elevatum, repertum est totum flexile, molle atque incorruptum, quod insignibus deinde prodigiis Deus illustravit.

Claret B. Adam ex Abbate Chalifii Episcopus Sylvanectensis.

Albertus,

Albertus, Stadenfis ex ordine Benedictino Abbas, S. Francisci Ordinem amplectitur. Scripsit Chronicon, ex quo se multa decerpisse meminit Kranzius.

Floret hoc anno in Cœnobio Villariensi Monachus quidam; cujus corpus, dum Missam celebraret, lucidari cœpit, & Sacre vestes, quibus indutus erat, miro decorari candore, cumque Sacram hostiam elevaret, duo Angeli hinc inde adstantes brachia ipsius sustentabant. Arnoldus Rayffius in Hierogazophyl. Belgico.

Conspirantibus omnibus Transpadanis civitatibus Duce Gregorio quodam Montelongo Bononiensi, Apostolicæ Sedis Legato Ferraria cum Cæsare sentiens obsidetur, & tandem astu capitur. Salinguerra loci Governator captivus Venetias transmissus, & ibidem occisus fuit.

Imperator verò omnem Hetruriam seditionibus & discordiis replet, Beneventum vi capit, spoliat ejusque mœnia ac turres evertit, idem egit cum pluribus Samnii oppidis & Castellis, nec melius actum in Piceno, Bononiam aliquantulum sibi resistentem, uti & Ravennam vi occupavit, obsidionem verò Romanæ urbis ob pertinacem civium propugnationem solvere coactus fuit; paulò post vitæ diem ultimum claudit Gregorius Papa IX, cui in sede S. Petri postea successit Cælestinus IV.

Moritur B. Guilelmus Olivetani in Comitatu Hannoniæ Monasterii conditor, Deo, ac Deiparæ dilectissimus, qui ipsum crebrò & familiarissimè spectabili formâ visitare ac recreare dignati sunt, magnâ miraculorum gratiâ illustrissimus.

Annus Christi 1241.

Tartari ingenti exercitu Poloniam invadunt, ipsamque Cracoviam Metropolim occupant, & magnâ ex parte devastant, longius se effulsi, nisi S. Lutgardis Abbatissâ, illos ab Imperio averti, precibus impetrasset. Lignicum quoque incendunt.

Infeliciter & fato quidem suo suorumque cum barbaris præfatis arma conserit Henricus II. cognomento Probus, Silesiæ Dux S. Hedviggis filius, cadaveri Principis barbari caput amputarunt, illudque hastæ infixum circumtulerrunt.

Iisdem Barbaris Wratislaviam obsidentibus & occupationi jam proximis, B. Ceslaus precibus columnam è cœlo igneam ad hostium castra deducit, unde hi territi obsidionem illic solvunt.

Conradus à Winterstetten, locum-tenens Imperatoris Friderici in Sueviâ & Burgundiâ, Bountum, Cœnobium Virginum Ord. Cisterciensis condit.

Ungari cum Tartaris infauktè pugnant, eorumque exercitus à barbara gente ad interuersionem cœditur.

Cœlum illustant duo humanis rebus exempti, alter B. Julianus Ordinis Prædicatorum, alter B. Gerardus instituti S. Francisci.

Hoc eodem anno vitam hanc mortalem exiit in minori Britannia Wilhelmus Briocensis Episcopus.

Joanna Regis Navarræ filia in Parisiensi monasterio servitium DEI aggreditur; idem agit Isabella S. Ludovici Regis soror.

In Burgundiâ mons à monte dehiscens, vallesque coarctans, multa agrorum millia absorbit.

Obiit mira mentis suavitate B. Guilelmus fundator Cœnobii Olivæ in Hannoniâ, Vir miraculis & insigni vitæ rigore celebris.

Item Paulus Spolerinus Minister Provincialis Marchiæ à S. Francisco institutus, miraculis clarus.

Joannes Teutonicus 4. Generalis Ordinis Dominicani eligitur Parisiis.

Leo ad Cathedram Archiepiscopalem Mediolanensem evehitur.

Obiit non sine opinione Sanctitatis in Monte Venda five Veneris, cœnobio S. Joannis Baptistæ, Venerabilis, Albericus de Burgurico, qui vitam agens eremiticam, duos & triginta annos in magno rigore exegit.

Ungari ad Leitam fluvium à Friderico Austriaco cæsi sunt.

Obiit cum insigni Sanctitatis famâ Stephanus ex Abbate Monasterii S. Justinae de Padua solitarius: cui in ore illud perpetuò fuit: Inquietum est cor meum, Domine, donec veniat, ut requiescat in te.

Cum aliquandò S. Petrus Martyr Ravennam ingressus, manè sequenti esset coram populo prædicaturus, nocte sequenti ingens flamma in vertice turris campanariæ miraculosè accensa est, quodque magis miraculi rationem adauxit, neque nivibus abundè cadentibus fuit extincta. Bzov. in Annal. Eccles.

Alphonfus Comes Picaviensis & Tholosanus, Ludovici Octavi Galliarum Regis filius, matrimonium consummat cum Joannâ, Raimundi Comitum Tholosani filia.

Pastor Ecclesiæ Parochialis in Roxheim nomine David, haud procul à Crucinacio à rusticis villæ Sommerloch curæ suæ commissis Parochianis occiditur, quorum aliqui fugâ elapsi, alii comprehensi & rotati sunt.

Mortuo Papâ Gregorio IX. succedit Cælestinus IV. qui diebus tantum octodecim præfuit.

Annus Christi 1242.

Moritur B. Ceslaus Ord. Prædicatorum, S. Hyacinthi frater germanus, miraculorum dono illustris.

Henricus, dictus Schmiedefeld, Episcopus Bambergensis creatur.

Tartari Poloniam & Hungariam adhuc vexant.

Concilium Tarraconense contra hæreticos celebratur in Arragoniâ.

Martyrio pro fide orthodoxâ apud Avenionem ab hæreticis trucidati occumbunt Guillelmus Arnandus Vir in jure Pontificio versatissimus, hæreticorum censor à Gregorio Papâ IX. institutus, & Bernardus de Rupé forti, Garfias de Aura, duo Patres Minoritæ Stephanus & Raimundus, item Raimundus Canonicus, & Scriptor Sedis Tolosanae, Petrus Arnaldus, Bernardus, Fortunerius & Ademar, Martyrium subeuntes cantarunt: *Te DEUM Laudamus.*

Pontius Hispanus Ordinis Prædicatorum apud Urgellam Cataloniae urbem veneno ab hæreticis propinato interiit.

Ob eandem fidei causam jugulati sunt iussu Comitis Tolosani sex Fratres ex Ord. Dominici: nim. Nicolaus, Petrus, Joannes, Robertus, Edmundus & alter Joannes, qui capita sua resecta, post mortem singuli tulerunt, & usque ad Convantum detulerunt, præcedente singulos lumine cœlitus demisso.

Prandota Bialaczovius fit Episcopus, Cracoviensis.

Moritur B. Orlandus Conversus Vallumbrosæ in Hetruriâ: eo die, quo ex hac ad supernam vitam migravit vir beatus, quidam obsesus à dæmone antè ejus corpus illicò liberatus est.

Ferdinandus Castellæ Rex capit Argonam vastatæque fines Granatenfes magno Maurorum damno.

Fridericus Imperator ad intercessionem Balduini Imperatoris Græcorum Cardinales, quos detinebat captivos, liberè abire permittit.

Magnum ex incendio casuali damnum sentit Wormatia, majori ex parte absumpta. Flammi plus quam trecenti homines perierunt.

Die 28. Maji obiit Theodericus Archiepiscopus Trevirorum, anno Pontificatus sui trigesimo, ætatis suæ septuagesimo secundo, cui in Archiepiscopatu successit Arnoldus Cathedralis Ecclesiæ Præpositus, filius Comitis de Ysenberg.

Annus Christi 1243.

Moritur S. Hedvigis, Ducissa Poloniæ, quæ ex Henrico Barbato Poloniæ Principe, Filios tres totidemque Filias suscepit: Fundatrix extitit Trebnicensis in Silesiâ Monasterii, prophetiæ & miraculorum dono illustrissima.

Ad Cathedram Papalem evehitur Sinibaldus Cardinalis, patriâ Genuensis gente Flisæ, ex Comitibus Lavanæ, qui nomen Innocentii IV. assumpsit. Episcopum Parmensem bonorum Ecclesiæ suæ dilapidatorem ab administratione Sacrorum suspendit, & viros ex Ord. Dominici Apostolicos ad Ruthenorum conversionem misit.

Ferdinandus Rex Castellæ à Granatenfium Rege Mauro Giennam ex fœdere recipit.

Ad Nuffiam oppidum quamplurimi Duces, Comites & Nobiles convenerant, ut torneamento decertarent, interfuit inter eos & Comes de Castris, & F. Bernardum Ord. D. Dominici insignem per id temporis divini verbi Præconem, cum lachrymis, ut omnia deponerent, momentem irrisit, torneamentumque primas inchoavit, viderunt qui adfuerant, in aëre quasi glebam quandam latissimam superferri, ac plures volucres generis corvini circumvolitando crocitare, creditum est, stygios spiritus species volucrum assumpsisse, & permissione divinâ homines illos immanes castigasse, præter trecentos enim sexaginta quatuor cæcos, plurimi spectatorum in vesaniam, alii in ægritudines

incurabiles inciderunt, ut nullus tunc ambigeret, ludum illum cruentum ultione divinâ dignum extitisse; inter eos primus Comes de Castris pii Bernardi irrisor occisus est: eadem nocte juxta Ischam Villam Brabantie in speciebus militum armatorum multa agmina dæmonum apparuisse, lætitiâque ingentem ex eâ clade præ se tulisse, cognitum est: Thom. Cantiprat. lib. 2. c. 49.

Moritur S. Bernardus Calvonius Episcopus Vicensis & Colsonensis in Hispania, Professus Ordinis Cisterciensis in Monasterio Crucium, qui inter cætera à se patrata miracula aviculam cantu suo lectionem sacram interpellantem jussu solo tacere, & lectione peractâ, datâ licentiâ rursus canere fecit; incendium exortum particulâ S. Crucis extinxit; expugnavit Mahometanis in Valentia Regno, ad sedem suam revertentem campanæ ultrò sonantes festivè exceperunt.

Rodericus Toletanus historiæ suæ finem imponit.

Joannes II. creatur Archiepiscopus Bisuntinus.

Obiit sanctissimè apud Sublacum B. Laurentius Ord. S. Bened. Eremita, miræ austeritatis Vir, silentii observantissimus, Festo Parasceves singulis annis ferrum candens fronti impressit: claruit prophetiæ Spiritu, à cujus agonizantis pectore suaviter sonus velut consonantium parvulorum tympanorum auditus est, ex Monim. Sublac.

Claret in Brabantia Simon Monachus Ordinis Benedictini ex Monasterio Afflingensi pietate & doctrina celebris. Scripsit Sermonum in Cantica Cantorum lib. I. in Regulam S. P. Benedicti lib. I. de visione cujusdam conversi admirabili lib. I. & alia plura.

Floret quoque Joannes Teutonicus ex Ord. S. Dominici, scripsit ad eruditionem simplicium Sacerdotum insigne opus Casuum, libros quinque super Decretis Gratiani.

Tartari cum exercitu 50000. virorum Pannoniam invadunt, quibus se adjungunt Cumani, quos Bela Rex paucos ante annos pro Ungariæ indigenis susceperat.

Annus Christi 1244.

Innocentius Papa Colomanno in Bulgaria imperanti, ut Schismaticos ad unitatem Ecclesiæ Romanæ, missis ad eos doctrinâ & pietate illustribus viris, reduceret, injunxit, idem Fratres aliquot Ordinis Minorum ad Principem Tartarorum destinat.

Raymundus Comes Tolosanus paulò antè à Ferrano Guillelmo & Raymundo Ordinis Prædicatorum contra hæreticam pravitatem iniquitatoribus propter relapsum & facinora multa commissa à cætu fidelium segregatus, & anathemate damatus, Papæ supplex & penitens Ecclesiæ reconciliatur.

Dux Saxonie Albertus Ludolphum Ræceburgensem Episcopum martyrio afficit.

Fla.

Florent ex Ordine D. Dominici Petrus Saendra Cathalanus, Isnardus Vicentinus, & Gualla Bergomensis, miraculorum gloriâ illustres.

Fridericus Imperator à Summo Pontifice ad Concilium Lugdunense citatur; idem Imperator Theobaldum, Franciscum & Guillelmum Comites S. Severini, pluresque alios Proceres, qui ac ipso ad Innocentium Papam defecerant, captos immanibus adscripsit judiciis, pluresque eorum comburi jussit: exinde Viterbium diripuit, Montem Faliscum & Aquam pendentem expugnavit.

Octavianus Episcopus Bononiensis S. R. E. Cardinalis creatur, loco ejus ad Bononiensem Cathedram Episcopalem evehitur F. Jacobus Boncambius ex Ord. D. Dominici.

Locustarum ingens multitudo Tusciæ agros insedit, omniaque virentia exedit.

Laudæ infans gemino capite natus est.

Mediolani peste & fame ita laboratum, ut repletis urnis ac locis sacris passim per agros cadavera humarentur.

Chorasmani pulsi à Tartaris Jerusalem occupant.

Conradus à Lichtenau, Abbas Urspergensis inter omnes Germanicos Scriptorum veteres lectu utilissimus, omnium rerum gestarum tempora annotavit à Nino Rege Assyriorum Magno usque ad Fridericum II.

Hugo de S. Caro, primus ex Ordine Prædicatorum Cardinalis creatur, Vir doctissimus, qui in omnes Sacræ Scripturæ libros commentarios breves, sed moralis succi plenos edidit, eadem dignitate ornatus Joannes Archiepiscopus Bisuntinus.

Ad cælos evolat S. Torphimus Episcopus Hamariæ ex Ordine Cisterciensi assumptus, miræ patientiæ vir, cujus sepulchrum cum post centum ab obitu annos Abbas quidam aperire statuisset, divinitus prohibitus est, atque erumpens è sepulchro cælestis fragrantia templum universum implevit. Joann. Molan. Chrysof. Henriquez.

Fatis concedit B. Anna virgo & Abbatissa Monasterii Poundensis, sive Paind in Sueviâ. Menolog. Cister. Henriquez.

Otho de Castro Rudulphi vir rebus gestis & Scriptis clarus, ex Cancellario Parisiensi creatur Cardinalis; ad eandem dignitatem promovetur Petrus Capoccius.

Margaretha Balduini Imperatoris Constantinopolitani filia succedit sorori Mariæ.

B. Albertus creatur Episcopus Placentinus.

Joannes Cajetanus Ursinus fit S. R. E. Cardinalis.

Ad cælestia migrat S. Guala Bergomensis Episcopus, ex Ordine Vallumbrosano sub regulâ S. Benedicti.

S. Galtherius ex Abbate Quinciæ Ord. D. Bened. Episcopus Antisiodorensis, miraculorum gloriâ pollens, cum justitiæ terrorem adversus Ecclesiæ hostes zelo sacerdotali assereret, pastor pro grege occiditur.

Decedit B. Joanna Flandriæ Comitissa, Monialis Marquetensis Ord. Cisterc.

Almonstacen Califus Babylonie moritur, Innocentius Papa metuens incidere in manus Friderici Imperatoris venit in Galliam, ubi à Ludovico Rege summâ cum veneratione susceptus est; interim Imperator Italiam devastare pergit.

Annus Christi 1245.

Oppolii decedit è vitâ B. Hermannus Teuto Ord. S. Dominici, quem suæ passioni devotissimum Christus sacratissimis suis vulneribus admovit.

Innocentius Papa Lugdunum Concilium generale convocat; Cardinalibus rubeû galerum assignat, & sententiâ communi Concilii Fridericum Imperatorem exauctorat, qui simul triumphum canens antè Victoriam, castris exiit à Parmensibus.

Prussi Germanos & Polonos omnes Christianos, qui vel negociabantur apud ipsos, vel etiâ domicilia in Prussia fixerant, constitutâ die certâ trucidant. Theodoricus autem Equitum crucigerorum Magister, Suentopolci Pomeraniæ Ducis Zartaviciam arcem nocte quadam astu intercipit, atque dictum Ducem in auxilia suorum advolantem vincit, fugat.

Mittuntur ad Tartaros convertendos duo ex Ordine Minoritarum, quatuor ex Ordine D. Dominici; quibus magnam animarum messem facientibus, plures alii Operarii Evangelici submissi sunt.

Ex hac mortali ad immortalem vitam abeunt Henricus, & duo Petri ex dicto Ordine D. Dominici.

Otto primus ex Ducibus Bavariæ Comes Palatinus Rheni, in pervigilio S. Andreae, cum uxore, filiis & familiâ ingenti lætitiâ oblectatus, noctu morte subitâ extinguitur.

Cæditur à Saracenis Christianorum exercitus in Palæstinâ.

Circâ hunc annum Porta cœli Ordinis S. Guillelmi Monasterium, sub regulâ S. Benedicti extra Sylvam Ducis conditur.

Moritur Poppo XIII. Comes Hennebergicus.

Circâ hunc annum Imperator Tartarorum, Regis Armeniæ suâ ad Christum convertitur & baptizatur, Haït. Arm.

Conradus V. Episcopus Spirensis moritur, item Luitolphus Comes à Schlâden, Episcopus Halberstadiensis.

Decedit B. Albertus Abbas Ordinis Vallumbrosani in Italia, in vitâ & post mortem miraculis clarus.

Moritur Berengaria Ferdinandi Sancti Castellæ Regis mater, annos nata septuaginta quinque; item Alexander Alefius Monachus Anglus, docuit Parisiis Philosophiam & Theologiam, scripsit in libros quatuor sententiarum Lombardi, expositiones in Psalmos & Epistolas Pauli, super Apocalypsin aliosque S. Scripturæ libros; similiter vitam S. Thomæ Cantuariensis & Richardi Regis, libros 4. in Metaphysicâ, unum de animâ, vitam Mahometis &c. Sepultus Parisiis in æde Sacrâ PP. Franciscanorum, inter alios sui Epitaphii titulos vocatur Doctorum gloria, decus & flos Philosophorum.

Cum

Cum Brixie igne accenso in Sacello Cathedralis Ecclesie, in quo pie colitur cum aliis Reliquiis particula Dominicæ crucis, omnia combusta fuissent, simulque arca lignea & ferrata, in qua Sacra pignora conservabantur, ea solum ab igne illa remanserunt, sicut & baculus pastoralis ligneus S. Filastri Episcopi Brixiani, qui ibidem reperiebatur.

Die 12. Januarii circa vesperum audita sunt apud Francos Orientales horrenda tonitrua cum ventis adeo impetuosus, ut multa subverterent ædificia, unde homines complures miserabiliter sunt oppressi. Herbipoli & in viciniâ sapius terræ motus simul sunt animadversi.

Henricus Comes à Lyingen vacanti Episcopali Sedi Spiræ præficitur.

Beatrix utriusque Siciliæ Regina, filia Raymundi Berengarii V. Provinciæ Comitis & Beatricis Sabaudæ, Carolo Ludovici Octavi Gallie Regis filio nubit.

Gallias celebritate famæ ob insignem vitæ Sanctitatem implet S. Theobaldus Baro de Marly: Abbas Vallium Cernay, Mariophilus insignis, ut vel solo nomine audito totus liquefactus, in hæc erumperet: *Nomen dulce Virginis gloriosa, nomen venerabile, nomen benedictum, ineffabile, & amabile in æternum.*

Annus Christi 1246.

Rebus humanis eximitur S. Ludgardis virgo, Ord. D. Benedicti, extasibus, miraculis in vitâ & post mortem celeberrima.

Floret in Angliâ S. Richardus Episcopus Cicestrænsis Thaumaturgus.

Ex hac vitâ abeunt tres illustres ex Ordine Dominicano viri, Petrus Consalvus, Bernardus & Guillelmus.

Petrus de Vineâ Capuans, inter Oratores & Jurisconsultos hujus sæculi non difficile Princeps, morte turpi obit, vel sponte adscitâ, ut volunt aliqui (vel gutture per laqueum fracto iussu Friderici Imperatoris exauctorati) à quo tanquam fautor Papæ considerabatur.

Henricus Landgravius Thuringie contra Fridericum Imperator electus, Conrado dicti Imperatoris filio victo, in obsidione Ulmæ cadit.

Apparatum Decretalibus adjicit Innocentius.

Moritur Raymundus Provinciæ Comes, propter amorem litterarum, & Poëtices studium celebris, eodem ferè tempore Raymundus Comes Tolosanus senior obiit, licet sapius Romanæ Sacre Ecclesie contumax, extremo tamen vitæ tempore, varia pœnitentiæ indicia edidisse, à plurimis fertur.

Fridericus Marchio Misnie nuptias celebrat cum Catharinâ Comitis Hennebergici filia, quam tamen ob non extraditam juxtâ promissâ dotem remittit, unde cruentum inter utrumque bellum emerfit.

Decedit è vitâ Eberhardus Archiepiscopus Salisburgensis, ei succedit in Sede Philippus.

Vitam Mortalem cum cœlesti commutat B. Amiliana sive Humiliana vidua, tertii Ordinis S. Francisci, Florentiæ in Hetruriâ; miræ patientiæ dono, charitate in proximos, extasibus, miraculis illustris, nec prophetiæ dono caruit.

Diem obit Fridericus II. Episcopus Aichstadiensis, Vir doctus & prudens, item B. Joanna reclusa in diocesi Trecenti.

Alphonfus, Ferdinandi Castellæ Regis primogenitus uxorem ducit Violantam, filiam Jacobi Arragonii.

Naturæ debitum solvit Alix, Henrici II. Campaniæ Comitis filia, quæ primitus Hugoni I. Lusignano Cypri Regi, deinde Boemundo IV. Antiochiæ Principi, tertio Ranulpho Duci Sueffionum nupserrat.

Fridericus Imperator audiens se sententiâ Papæ & Concilii depositum esse, irâ vehementer commotus necessariorum Papæ, ac familiarium amicorumque ædes Parmæ, ac villas speciosissimas in circuitu solotenus evertit, tandem autem commissa Italicarum rerum administratione filio Regi Sardinie iter Lugdunum aggreditur, in quo constitutus, inopinato accipit nuntios, Parmensium extorres, superato Henrico, quem Parmæ præfecerat, ope & auxilio Placentinorum Parmâ potitus, plurimos Imperio studiosos occidisse, hinc iter & mentem mutans in Lombardiam regressus, vocatis ex Marchiâ Tarvisanâ copiis, ex Apuliâ quoque & Siciliâ non minus sexaginta millibus armatorum urbem Parmensem obsedit, quæ obsidio annis duobus duravit. Fridericus Castra sua in urbem modum vallô fossâque munierat, durante obsidione plures ex hostibus captos majoribus balistis impositos quasi lapides in urbem projecit, quam crudelitatem non solum in viros, sed etiam in fœminas exercuit.

Bela IV. Ungariæ Rex recollectis viribus, novoque comparato exercitu Fridericum Austriæ Ducem oppugnat, ipsum in prælio vincit & occidit, ope quoque Equitum S. Joannis & Familiæ Frangipaniæ folio perdito restituitur.

Innocentius eo nomine quartus, è Monacho Fructuariensi Pontifex maximus, Octavam Nativitatis Beatissimæ Mariæ Virginis in Ecclesiam introducit.

Annus Christi 1247.

Guillelmus Comes Hollandiæ contra Fridericum Imperator eligitur.

Chorasmani victi & deleti sunt à Christianis.

S. Ludovicus Galliarum Rex prodigiis à gravissimo morbo reconvalescens, bellum Sacrum contra Saracenos parat.

Guillelmus Ebroicensis Episcopus catalogo Sanctorum inscribitur.

Crucigeri in Prussia, dum Paganorum terras excursionem facta vastarent, & cum prædâ onusti reverterentur, in insidias à barbaris præparatas incidere, ubi cum propter iniquitatem loci, & circumfusorum multitudinem, neque recipiendi se facultas, neque ex æquo pugnandi copia esset, hostibus sese, frustra dissuadentibus Magistro & Marescalco dedentes, ad unum omnes trucidati sunt, ii qui Balgæ & Elbingæ in præsidii fuere.

Moritur Landolphus Episcopus Wormatiensis, succedit Conradus III. qui eodem anno naturæ debitum solvit.

Vivere desit Guiardus de Lauduno Episcopus Cameracensis.

Hispalis die 20. Augusti à Ferdinando Castellæ Rege obsideretur.

Moritur Maurorum Rex Valentie, eique in nudum titulum succedit Filius Zeyt-Abomahomad, nœdum Christianus.

Decedit S. Theobaldus Abbas Monasterii Vallium Cemai sub regulâ S. Bened. & constitutionibus Cisterciensium; inter plurima miracula quæ in vivis & post mortem patravit, precibus fontem cœnobio suo impetravit febricitantibus salutarem.

Decedit B. Bertha illustrissimo stemmate orta, Marchetensis Parthenonis Ord. Cisterciensis prima Abbatisa, ab eximiâ inprimis animi demissione commendata.

Gibertus IV. Corregius Gibellinos gravitate triumphat, & Parmâ potitur.

Ludovicus Comes Palatinus Rheni, Princeps & Elector Imperii Baviaræque Dux, Castrum Fridburgum construit & firmiter munit. Idem uxorem suam nomine Mariam Ducis Brabantie filiam ob frivolum adulterii suspicionem crudeliter occidit; eâ de causâ maximæ inter eum & Brabantie Duces subortæ fuerunt dissensiones, ad quorum instantiam Papa Innocentius IV. Ludovicum excommunicavit; postea tamen in concordiam per amicos revocati sunt, & Ludovicus pro expiatione sceleris commissi, Monasterium Fürstenfeld nuncupatum in Baviariâ construxit, quod multis bonis atque preventibus magnificè dotavit.

Extinguitur B. Juliana Comeliensis, quæ multis præcedentibus revelationibus festum SS. Corporis Christi impetravit institui.

Annus Christi 1248.

Otto Merania Dux, benefactor insignis Monasterii Banthenis, ab Aulæ suæ præfecto, in arce Nieften impiè trucidatur, sui stemmatis ultimus.

Floret insigni vitæ sanctitate in Germaniâ Servatius Theutonicus ex Ordine D. Dominici, Octavianus Ubaldinus Legatus Summi Pontificis, Ravennam, Cæsenam, ac Forum Livii, Friderico Imperatori exauctorato, vi armorum eripit Mauri ab Hispanis triumphantur, expugnantis urbibus Hispali & Valentia.

S. Ludovicus Galliarum Rex in Palæstinam cum exercitu navigat, à Lusignano Cypri Rege humanissime excipitur.

Cum hoc anno Parisiis Synodus Episcoporum celebraretur, & Clericus quidam verba ad Patres facere compulsus esset, anxio quid diceret, apparuit Sathanas, & ista, ut iussu divino, in confesso diceret, verbis disertis asseveravit, & signo quodam adjuncto approbavit, dices eis istud, nec aliud. Principes inferiorum tenebrarum, Principes Ecclesiarum salutant. Lætitiâ sumâ perfundimur, & gratias ingentes vobis habemus, quia per negligentiam Ecclesie Prælatorum, & ipsi ad inferna devolvuntur, & plures animæ eis subditæ damnantur. Hæsitabat Clericus an referret, cum Sathanas: *Invitus, inquit, tibi istud dico, quod dico; Sed tamen altissimi iussione coactus di-*

R.P. Brentan Epitome Chronologica.

co; tu si quid, dubitas, ecce signum tibi in maxilla, (& livore atravit,) quod cum concione peractâ, lustrali aquâ ablueris, elues ac delebis. Dixit ea omnia Clericus, & multo horrore univerforum corda percussit. Th. Cantiprat. l. 1. c. 10.

In humanis esse desit Conradus II à Reysenberg Episcopus Hildesheimensis, magnus Christianæ Religionis propugnator; erat acerrimus custos disciplinæ Clericorum, & gravissimo schismate inter Summum Pontificem & Imperatorem exorto, Episcopatum renunciaverat, quietoris vitæ studio Prædicatorum Hildesheimensium cœnobium ingressus.

Moritur Sigfridus III. Archiepiscopus & Elector Moguntinus: item Henricus Episcopus Constantiensis: nec non Conradus Episcopus Hildesheimensis.

Mortalem vitam deponit Guillelmus Episcopus Parisiensis.

Fridericus II. Imperator ad Parmam profligatur.

Apulia ingenti terræ motu concutitur. Moritur Odo ex Abbate Ursicampensi Ord. Cisterc. S. R. E. Cardinalis.

Albertus Dux Neapolitanus nobilium prædonum plurimas arces oppugnat & demolitur.

Cilicium S. Edmundi Cantuariensis Archiepiscopi vetustate consumptum, hoc anno incendio injectum, mansit incombustum.

Conradus Archiepiscopus Colonienensis sumptuosissimam structuram illam majoris Ecclesie Colonienensis inchoat; idem Ecclesiam S. Clementis Papæ & Martyris nimia vetustate collapsam à fundamentis reparavit, præbendas Canonicorum suâ munificentia non parum adauxit.

Magna fames & inopia victualium Germaniam penè totam miserabiliter afflixit, & plures antea mediocriter divites patrium vertere solum coëgit.

Ad secundum jam annum Fridericus exauctoratus Imperator Parmam arctâ obsidione presserat, dum Gregorius Montelongus Apostolicæ Sedis Legatus Philippi Longobardorum Vice-Domini & sociarum civitatum eruptione subito factâ, obsidentes nil metuentes adoritur, fundit & fugat, castrisque exuens multis eorum exercitu interficit. Fridericus autem dispersum exercitum citò redintegrans, in Hetruriam movit, Erico filio cum parte copiarum Faventiæ relicto, ut Ravennam & urbes circumfisas in patris obedientia retineret.

Guelfi de Florentia ejiciuntur, quorum pars in dicti Friderici manus incidit, ex quibus nonnullos trucidari iussit, reliqui oculis erutis in Apuliam relegati sunt, ubi vitam miserè clausurunt.

Annus Christi 1249.

TAm calida erat hujus anni tempus æstivum, ut exusto gramine, magnus pabuli defectus exoriretur.

Ingens locustarum numerus, etiam frondes in Apulia depastus est.

Fridericus Imperator exauctoratus in Siciliam trajicit, & cum intolerandis exactionibus, tum insolenti crudelitate, Insulanos, & maxime Ecclesiasticos afflixit.

S. Ludovicus nullo suorum desiderio ex-
scensionem facit, & Damiatam expugnat; ubi
copia ingens cæterarum rerum, & imprimis ma-
gnus numerus frumenti repertus: duplici præ-
lio vincuntur à Christianis Saraceni, in quo-
rum ultimo Robertus Dux Sancti Regis frater
occumbit.

In Germaniâ in lucem prodit Circumcelli-
onum hæresis.

Florent ex Ordine D. Dominici Sanctitatis
notâ Joannes Waldehusenius Saxo, ex Episcopo
Bosnensi Generalis Magister Ordinis Prædicatorum:
F. Henricus Colonienfis.

Diem obit S. Contardus ex antiquâ & illu-
strissimâ Ateſtinorum Principum familiâ natus.

Ad superos quoque abibit B. Joannes Ordinis
Eremitarum S. Augustini, re & cognomento Bo-
nus, qui aliquando stimulis carnis fortiter ten-
tatus, fudes arundineas sub unguibus digitorum
utriusque manus illigatas, ita fortiter ad saxum
quoddam impingens, sibi infixit, ut præ dolore
in terram ceciderit, & à copiosa sanguinis ex vul-
neribus digitorum effusione ferè exanimis triduo
jacuerit; non illum deseruit castitatis amator, sed
in quiete illi apparens eum persanavit; confir-
mavitque dicens: quia benè incepisti, benè per-
severabis, & optimè vitam tuam consummabis.
Bzovius ad hunc annum.

Duo fures Erfordii noctu è S. Martini tem-
plo hierothecam, in qua erant novem consecra-
tæ hostiæ, furati sunt, argentum retinuerunt, ho-
stias verò sacratas in olidam quandam lacunam
abjecerunt, quæ post aliquot deinde menses
in linteolo integro & sicco prodigiosè repertæ
sunt.

Margarita Flandriæ Comitissa domum de
Wafinâ, Monasterium Ord. S. Guillelmi, ad
Bierfletum Flandriæ oppidum condidit. Fundatur
pariter Domus Fratrum Mariæ dicta ejusdem
instituti. Similiter Domus Paradisi juxta Mar-
codurum.

Ad cælos abibit S. Petr. Nolascus fundator Or-
dinis S. Mariæ de mercede Redemptionis Capti-
vorum.

Philippus trigesimus quintus Archiepisco-
pus Salisburgi creatur.

Moritur cum opinione Sanctitatis Ludolphus
Ord. S. Francisci: Item Bremæ Electus ejusdem
Ordinis: nec non Guillelmus Parisiensis, Scriptor
in signis.

Obdormit cum sanctitatis notâ Nicolaus ex
Monacho Ord. Cisterciensis, Episcopus Roschil-
denfis, qui pro Ecclesiasticâ libertate multa per-
pessus est.

Vitam exiit Alexander II. Rex Scotiæ, Vir sa-
piens & benignus; Angliam quidem invasit, non
tamen ex ambitionis stimulo sed justitiæ zelo, ut
ab incolis invitatus, Joanni tyrannicè regenti per
arma sua merum & saniora consilia adferret: hoc
eodem anno Alexander III. secundi filius regni gu-
bernacula apprehendit, vix annorum octo puer,
cùm autem ejus minorennitas potentiorum regni
libidini fræna laxare videretur, restrinxit hanc
connubium Alexandei cum filiâ Henrici Regis An-
gliæ, qui tutorem simul & protectorem Scotiæ us-
que ad Regis majorennitatem se fore promisit.

Ericus Sardinæ Rex filius Imperatoris Frideri-
ci, rerum potestate in Lombardiâ positus, con-

tractis undique copiis contra Bononiam proces-
sit. Bononienses audito ejus adventu coaduna-
tis viribus contra illum processerunt, commisso
que prælio Ericus captus est, multisque de suis
cadentibus ac plurimis interceptis, ipse caveæ
ferreæ includitur, in quâ brevi mortuus est.

Mortuo priori anno Sifrido hujus nominis
tertio Archiepiscopo Moguntino, eligitur Chri-
stianus.

Vitam cum morte commutat Henricus
Landgravius Thuringiæ & Hassiæ, qui ante pau-
cos annos à plerisque Principibus Papâ consenti-
ente in Romanorum Regem fuit electus; eo mor-
tuo convenientes Imperii Principes Francofurti
ad Mœnum, Wilhelmum Hollandiæ Comitem
elegerunt, qui eodem quoque anno Aquisgran-
i est coronatus: Castellano Cæsaris verè ipsi
homagium negante, urbem hanc obsidet quidem,
sed frustra.

Admirando fulgore Sanctitatis Gallias & Ger-
maniam illustrat S. Bonifacius noster Episc. Lau-
sanensis, Mariæ amator insignis, cui ægotanti
aliquando illa adfuit, divino splendore circum-
fusa, cùmque affusus ad pedes ejus æger, in hæc
verba erumperet: *Sancta Maria sanctifica me;*
mox illa: *& sanctificavi*, inquit, *& iterum san-
ctificabo te.*

Annus Christi 1250.

S. Ludovicus Galliarum Rex in Palæstinâ capitur,
& pactus decennii inducias dimittitur, de
exercitu 32000. sex millia virorum cum illo do-
mum redierunt, cæteris aut morbo aut hostili
gladio interemptis.

Papa Legatum mittit ad Regem Rutheno-
rum, ut eum ad unitatem Ecclesiæ Romanæ in-
vitaret. Idem Venetos in Ezelinum Tyrannum
conciat, qui proinde Patavium aliaque oppida
occupant: audiens Ezelinus Patavii amissionem,
irâ accensus, duodecim Patavinorum millia, quos
in castris habuisse dicitur, ad unum necavit.

Diem vitæ extremum claudunt quidam
Viri illustres ex Ord. D. Dominici: Ferdinandus
Diaz, Deiparæ apparitione & alloquio dignatus.
Mauritius, Vir sermone atque opere promptus,
humilitate, mansuetudine, paupertatis amore
& puritatis candore commendatus, qui precibus
ex aridâ fontem elicuit. Edmundus Mascha
Pisanus, nobilitate illustris, illustrior tamen
doctrinâ & vitæ innocentia.

Petrus & Arnoldus Montepessulani, gemeli
uno partu in lucem effusi, uno die ad studia ad-
discenda Lutetiam missi, uno die Philosophiæ
addicti, unâ horâ in Prædicatorum Religionem
adscripti, unâ pariter die vitæ functi, pari humili-
tate, devotione & sanctitate vixerunt, virtuti-
busque inter se certarunt.

Die 13. Decembris Fridericus Impera-
tor, à Manfredi filio, quem ex nobili con-
cubinâ susceperat, compresso per vim ore
ac spiritu suffocatur; alii alias mortis hujus
circumstantias adstruunt.

Moritur B. Theobaldus, post obitum
sponte omnibus campanis sonantibus, quæ
non ante cessarunt, quàm corpus ejus sepul-
tæ traditum fuerat.

Hoc

Hoc anno apud Castrum Virgiacum in di-
ocæsi Aduensi, insigni vindictâ ex duobus sum-
ptâ DEUS docuit, quo in honore parentes
habendi sint: unus eorum bonorum materno-
rum decoctor, matrem ad tantam iracundiam
provocavit, ut illi imprecata fuerit, ut malo
gladio confoderetur, atque in feretro exanimis
domum reportaretur: alter verò parentem cor-
rectorem cùm manu dexterâ percussisset, im-
precationem patris talem audivit, ut ei manus
amputaretur, & in patibulo ipse suspenderetur.
Factum brevi: duo illi juvenes, diris à parenti-
bus devoti, cùm postero die in tabernâ aliquâ ge-
nio indulissent, ex temulentia cœperunt litiga-
re, & mutuo sese percutere; hic, cui pater
imprecatus est, gladio exerto alterum occidit,
cùmque patrato scelere in silvam proximam
effugeret, & se à persequentibus strenuè defen-
deret, manum imprimis gladio abscissam amisit,
deinde interceptus, & patibulo affixus, meri-
tas violati patris pœnas dedit. Annal. Belg.

Floret Gerardus ex illustrissimâ familiâ
Comitum ab Hoyen, Episcopus Verdensis,
Princeps pacificus, virtuosus, erga omnes mi-
tis & benignus, atque ad res Ecclesiæ tractan-
das, amplissimaque Reipublicæ Christianæ ne-
gotia agenda aptissimus.

Udalricus, primus Lavantiniæ in Carinthiâ
Ecclesiæ Episcopus moritur.

Ludolphus Episcopus Raceburgensis in
Germaniâ, pro Ecclesiasticâ libertate decertans,
Martyrio coronatur.

Circa hunc annum vivendi finem facit
S. Duthacus Episcopus Rossensis in Scotiâ, cu-
jus precibus milvus frustum carnis cum annulo
aureo à se ablatum illicò reportavit: modico
pane 7. viros famelicos exsatiavit, collectisque
insuper fragmentis ac infirmis porrectis, illos sa-
nitati prodigiosè restituit.

Obiit Nicolaus Bandinellus Eremita Sacræ
Silvæ Illicetanz propè Senas, magnam pro se re-
linquens opinionem sanctitatis.

Circa hunc annum fundatur Abbatia de
Precibus B. Mariæ Ord. Cisterciensis in diocæsi
Venetensî sita.

Circa hunc annum secundùm quosdam
obiit S. Francus ex Abbate Benedictino Ere-
mita; in solitudine fontem prodigiosè elicuit, va-
riis dein morbis salutarem, & favorem mellis ab ur-
so recreatus fuit, lupo è dentibus puerum eri-
puit, & ne quid eo loco à bestiis incolæ pateren-
tur impetravit, aliisque miraculis mirè effulsit:
migravit è vitâ campanis spontè sonantibus, odo-
reque suavissimo ex ejus corpore emanante.
Ferrari.

Ex Ordine Cisterciensî in Monasterio Ca-
meræ à B. M. Virginis decedit B. Aleydis a Scaren-
beca virgo, quæ septennis monasterium ingres-
sa, dein leprâ percussa & à cæteris Monialibus
separata, Christi amplexu & conspectu perfrui
meruit; aliis insuper pluribus vexata morbis do-
loribusque, nunc in inferno, nunc in purgatorio
se torqueri exclamabat; Deum interim perpe-
tuo laudans. Claruit admirandis prodigiis, nam
leprosa ipsa, omnes tamen leprosos solo tactu cu-
ravit. Arnold. de Raiffe, Angel. Manriq.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Confudit Divinum Numen Judæorum per-
fidiam ingentibus miraculis, quæ in illustran-
do Martyre suo Dominico puero septenni, quem
Cæsaraugustæ Judæi ex immenso, quo fla-
grant in Christum odio, parieti clavis confixe-
rant, latusque hastâ crudelissimè transfoderant,
explicuit; cùm enim ad tegendum scelus, sa-
crum corpus in littore sepeliendum curassent,
noctu clarissimo fulgore locus radiavit, quo pro-
digio commoti Christiani, eò accurrere; inde-
que erutas Sacras Reliquias magnâ religiosâ
pompâ in princeps templum extulere, ubi plu-
ra miracula patrata sunt: qui bus visis Judæus
Moyes Albayhuaactus, qui innocentem puerum
rapuerat, Christo nomen dedit. Odericus
in Annal. Eccl.

Fuit anni hujus hiems asperissima & nimis
diuturna, glacie nivibusque abundans, quibus
resolutis inundatio maxima fuit secuta, cujus
impetu plura in diversis locis ædificia subver-
tebantur.

Annus Christi 1251.

Moritur B. Andreas de Galleranis Senis in
Hetruriâ, miraculis gloriosus.

Extincto Friderico, Conradus legitimus,
& Manfredus spurius Friderici, inter se de re-
gno Siciliæ, Neapolitano & Italiæ dominio
decertare cœperunt: interim Innocentius Pa-
pa tum Siculis, tum Neapolitanis, ne cuiquam
alteri, quàm Sedi Apostolicæ, cujus ea regna
hæreditaria essent, obedirent, neve alterius, quàm
ejus quem Romanus Pontifex designasset, do-
minium agnoscerent, mandat; quod mandatum
observantes Aquinates, Neapolitani atque Ca-
puani, Manfredum mœnibus excludere: mox
Conradus Neapolim obsidet, & octavo demùm
mense fame in deditiorem acceptam direptam-
que muris discinxit; eandem fortunam & Ca-
pua tulit, Aquinum etiam incendio scædatum.

Idem Conradus contra Willelmum Im-
peratorem arma capit, Ratisponam occupat &
exspoliat, Imperatore autem cum exercitu in
suppetias veniente, fugam capeffit.

S. Petrus ex Ord. D. Dominici Como Medio-
lanum revertens, à sicariis hæreticis occiditur.

Ericus, Daniæ Rex, à fratre Abele inter-
ficatur, hinc Innocentius Papa Guidonem Cardi-
nalem Legatum in Daniam misit, qui fratri-
dam castigaret, & Daniam universam in ultio-
nem sceleris à sacris arceret.

Inter Jacobum Aragoniæ Regem, & Al-
phonsum ejus primogenitum discordiæ gliscunt,
ob Regni provincias inter cæteros filios à Rege
malè divisas, unde Alphonsum se gravatum af-
ferebat; nec minora dissidia inter Belam Hunga-
riæ Regem, atque Stephanum ejus filium interce-
dunt.

Ademarus Regis Angliæ germanus, Eccle-
siæ Wintoniensi præficatur.

Papa Græcis in insula Cypri recens ad uni-
tatem Ecclesiæ reductis Episcopos præficit, & re-
gulas fidei atque ceremoniarum præscribit: idem
ex Galliâ in Italiam revertitur.

Postquam Ericus Sueciæ Rex sine liberis
obierat, & Birgerum Jerlium inter primos qui
Regnum vel ambirent, vel mererentur,

Aaa 2

contra

contra Tavestios cum gloriâ militanter reliquerat, eo tamen præterito, regni Proceres, totius rei summam ad Valdemarum ejus filium, præmortui Regis ex sorore nepotem, quanavis minorem detulerunt.

Moritur Christianus II. Archiepiscopus Moguntinus, postquam ei dignitati, amore quietioris vitæ renunciasset. Scripsit pro Summo Pontifice historiam exauthorationis Henrici V. Romanorum Imperatoris: in ejus locum eligitur Gerhardus.

Eboraci Henricus Angliæ & Alexander Scotiæ Reges conveniunt: ibi ipso Natalis Domini die, Scotus ab Anglo in Equestrem Ordinem est allectus, ac postridie de nuptiis cum Margaritâ Henrici filia conventum.

Moritur Volckardus Episcopus Curienfis, succedit Henricus Comes Montfortius.

Diem obit Bonaspermus Perusinus, Episcopus Fanensis, miraculis clarus.

Egidius Auræ Vallis Monachus Ordinis Cisterciensis, historiam suam Leodiensem finit.

Innocentius Papa IV. Legatum de Latere mittit in Germaniam, monens Imperii Principes, ut abjurato Conrado, Friderici demortui filio, tanquam Tyranno excommunicato, Wilhelmum ut Romanorum Regem agnoscerent.

Claret David Ord. S. Francisci natione Teutonicus, doctus, devotus & Sanctus, qui multis in vita & post mortem fertur coruscasse miraculis: Scripsit librum de institutione Novitiorum, similiter sermones plures de Sanctis & de tempore.

Nobilis quidam de Hohenfels, videns & dolens vices exspoliatae Ratisponæ ac præcipuè Ecclesiarum, Conradum præfatum statuit occultè interficere, itaque conclave dormientis gladio armatus ingreditur; sed industriâ Nobilis de Evisheim cubicularii suscitatus, absconditur & salvatur.

Annus Christi 1252.

Obit Hermannus Episcopus Herbipolensis, post Episcopatum & Franciæ Orientalis Ducatum annis 28. gloriosè administratum. Fuit invictus jurium Ecclesiæ suæ defensor & auctor felicissimus, supra viginti arces, oppida, urbeculas & pagos vel ære numerato cœmit, vel Comitum & Virorum illustrium donatione, aliisque transactionibus acquisivit: nundinarum habendarum privilegium ab Henrico VII. Imperatore exoravit, fundavit Monasteria Portæ Cœli, & Fontis Parthenii, utque cœnobium Vallis Beatæ in Sylvâ Ottonicâ conderetur, consensit: in bona, quam contra vicinorum Principum infestationes pro Episcopatu suo egit, causâ semper triumphans, propriis demum civibus vix non succubuit; cum enim non minori studio Christianos à subditis mores, quam illæsa ab exteris ditionis suæ jura exigeret, ab impiis seditionem moventibus captus, & feretro turpiter illigatus, ad arcem deportatur, rebellibus jussu offensi Principis tradendam: Sed ingeniosa Ottonis à Wolffkeel & Richolphi ab Eifernhofen fides ereptum pio dolo Principem cum arce servaverat: successit Hermannus in Episcopatu Iringus nobilis à Reintsein.

Wilhelmus Imperator Comitibus indictis Francofurti ex voto Principum Imperii, Conradum Friderici filium, hæreticorum communionem atque perfidiâ pollutum, necnon Ecclesiæ universæ persecutorem, diris jam ab Innocentio Pontifice & à Ratisponensi Episcopo devotum, atque à Sacrorum communione interdictum, Ducatu Sueviæ atque aliis bonis, quæ in Germania hæctenus possederat, privatam pronunciavit.

Petrus Martyr ex Ord. D. Dominici SS. catalogo adscribitur.

Floret Vitus ex dicto Ordine primus Lithuanorum Episcopus, miraculorum gloriâ & sanctitate illustris.

Mendego Lithuanorum Dux Sacra Christiana suscipit, mox rursus deserit, & Christianos variis calamitatibus affligit.

Salis fodinæ apud Bochnam in minore Poloniâ inveniuntur valdè lucrosæ.

Ezelinus Tyrannus malè suspicatus contra se omnes milites & electos populares Marchiæ conjurasse, Veronæ, Patavii, Vicentiæ, imò totâ in Marchiâ inauditam hominum stragem edit: catervatim enim milites & majores natu in foro necabantur: filii nobilium & aliorum civium oculis privabantur, & eorum genitalibus amputatis concludebantur in carceribus, fame necandi; paucis ut dicam, impiissimus Tyrannus sacra & profana susque deque vertit.

Ferdinandus Rex Castellæ & Legionis Hispaniæ extinctus est, vir omnibus animæ ac corporis dotibus, morum probitate tantâ, ut Sancti cognomen tulerit: ei in Regno succedit filius Alphonfus eo nomine X. Princeps Philosophiæ, Historiæ, Astronomiæ peritissimus.

Blancha D. Ludovici Galliæ Regis mater in vivis esse desiit, raræ fœmina prudentiæ atque Sanctitatis.

Eodem tempore in cœlum emigravit S. Clara, Divi Francisci regulam professa. Paulò post sequitur ad vitam immortalem ejus soror B. Agnes, idem vitæ genus inter Moniales professâ.

Conradus Landgravius Thuringiæ Ordinem Teutonicorum ingreditur; fertur in ejus benedictione Spiritus S. in igne super caput ejus apparuisse, ex quo tantam consecutus est gratiam, ut peccata hominum mortalia occultâ cognosceret.

Floret Alexander Ales, Sanctitatis & doctrinæ laude celebris.

Obiit S. Virgo Jutta, multis miraculis in vitâ & post mortem clara.

In Germania visi sunt tres soles.

Henricus Theologus Ordinis Prædicatorum fit Episcopus Chiemenfis.

Sibothus resignat Episcopatum Augustanum, & fit Monachus Cisterc. cum fratre suo Henrico L. B. de Gundelshagen, in Monasterio Casarensi.

Marinus creatur Archiepiscopus Capuanus.

Ad Superos abit B. Mafalda, Sancti Lusitanæ Regis filia, Monialis Ordinis Cisterciensis.

Post mortem Melech-Sala Sultani in Egypto, Mamluchi sibi Regem ex suo collegio constituunt.

Arsenius Monachus & Abbas, ab Imperatore Theodoro Lascare, Patriarcha Constantinopolinatur in vitus, & post annos aliquot resignat.

Poloni

Poloni & Barnimus I. Pomeraniæ Dux bello colliduntur.

Papa ex Gallia in Italiam redux, Romani tamen intrare noluit, nisi Romani binos Senatores, quos ex more quasi Regiam potestatem exercentes quotannis constituebant, aut deponerent, aut se præsentem moderarent; quod facere Romanis omninò recusantibus, Pontifex Perusium perrexit, ubi comparato exercitu Apuliam primùm contra Conradini tutores, deinde Neapolim sibi subegit. Manfredus autem hæc videns, cum post Tarentini Principatum jam diu ad Siciliæ Regni fastigium callidè aspirasset, Pontificis partes contra Conradini tutores fovere constituit, unde Papa Salernitanum Principatum ei confirmat.

Obiit S. Guta Divæ Elisabethæ Thuringiæ Landgraviæ olim pedisequa & secretorum conscia, multis miraculis in vita & post mortem coruscans.

Claret B. Mafalda Castellæ quondam Regina, quæ cum celeberrimum B. M. V. de Arouca Cœnobium restaurasset, in eo se Deo & Deiparæ devovens cucullo purpuram mutavit, cujus sacrum corpus priore modò saculo repertum est incorruptum, præter pauculas partes, quibus ossium aliquid apparebat, facie tamen ita floridâ, ac si ipsâ horâ vivere desisset, cœlesti odoris fragrantia universos recreante, Angelorum etiam Musicâ à nonnullis auditâ, multis insuper prodigiosè curatis.

Annus Christi 1253.

Innocentius Papa Stanislaum Martyrem, Cracoviensem Episcopum, Sanctorum albo adscribit.

Conradus Friderici exauctorati filius censuras Ecclesiasticas spernens, Henricum 12. annorum fratrem ex Sicilia accitum, ut cum thesauris puero à Friderico relictis, unâ quoque & Regno Siciliæ potiretur, Joanni Mauro Capitano occidendum dedit: at ipse non multo post Calabriæ, Apuliæ Capitanatæ, & Principatûs Tarentini multis civitatibus occupatis, veneno in clystere à Medico infuso occubuit; moriturus Conradinum filium triennem, quem ex Margarita Ducis Austriæ Leopoldi filiâ susceperat, hæredem, regni que Successorem reliquit: mortui cadaver fortuito incendio semiustum est.

Emergunt magis magisque Guelphicæ factionis Itali.

Ezelinus Romam evocatur, sed non comparens excommunicatur.

Moritur Joannes Teutonicus Ordinis Prædicatorum summus Magister, miraculis gloriosus.

Ex dicto Ordine sacro florent Bertholdus, insignis verbi divini præco. Petrus maximâ vitæ perfectione illustris, Philippus apud Clarum Montem in Provincia eximie sanctitatis ac doctrinæ vir. Wilhelmus qui tres mortuos suscitavit.

In Conventu quoque Assisienti multi ex sociis S. Francisci, sanctitate atque miraculis effulgunt.

Ad cœlos abit S. Fina Virgo Hetrusca, cujus corpus tabe luridum ac fœtidissimum, post mortem suavissimum odorem exhalavit: cum sepulturæ tradenda esset, manum attollere visa, nutricemque suam tactu ab insaniabili morbo curavit.

Ezelinus Tyrannus Veronæ, imò in Marchia universa, rursus cæde & carceribus in incolas immaniter sævit.

Amoris erga maritum & castitatis insigne exemplum hoc anno dat Blanca Scardeonia Italica Matrona. Captum Bassianum erat, in agro Patavino municipium, ab Actiolino immanis sævitæ tyranno; atque ibi dum fortiter repugnat maritus Blanca, interficitur; ipsa etiam in armis virilibus marito juncta, & simul pugnans, capitur. Adducta igitur ad tyrannum, & armis exuta, formosissima mulier apparuit, & accensus libidine eâ statim potiri voluit: illa abnegabat, precibus, minis & terroribus immobilis, donec ad vim tyrannus se parat, quod intelligens, astu ad fenestram se subducit, & præcipitem ex ea jacit. Non tamen vel sic obiit, ad aliud facinus supervixit, quod fuit tale. Cum enim sanguine fœdata & semianimis, sublata Actiolini jussu esset, & in lecto reposita, curataque; post dies aliquot iterum tentata recusavit, & eundem animum vitæ potius quam pudicitia perdenz, sibi esse testata est. Ab irato itaque constringi ligari que jussa, violata, non contaminata est, sed tamen dedecori huic superesse noluit, & fortius quam aliqua Lucretia, cum ad mariti sepulchrum isset, allevato & suffulto lapide, super fœtidum cadaver se projiciens, atque id amplexa: *Teneo te, inquit, mi anime, quis tyrannus ultra avellet? maneo, accipe fidam tuam Blancam, corpore & funere nunc junctam.* Dixit, & fulcrum revellens, caput sibi contrivit, spiritumque tenuem emisit. Lipsius in monitis.

Moritur Wenceslaus Bohemiæ Rex, succedit in Regno Primislaus Ottogarus. Item S. Clara.

Decedit S. Richardus Episcopus Cisterciæ in Anglia, mirè liberalis in pauperes, hinc Deo subindè annonam multiplicante; claruit quoque insignibus post mortem miraculis.

Alphonfus Sapiens Rex Castellæ & Legionis, condit tabulas de urbis & agri Hispanensis inter Christianos partitione.

Theobaldus Navarræ Rex decedit.

Manfredus quò sibi & liberis suis Monarchiam Apuliæ perpetuò stabiliret, post patricidium fratricidiumque, etiam nepotidium machinatur, nuncios itaque ad matrem nepotis Conradini cum variis donis atque muneribus in Sueviam destinat, qui dicerent omnia in Regno esse pacifica, nihilque restare aliud, nisi ut filium mitteret quantocius ad Regni solium conscendendum, se interim tutorem nepoti fore in cunctis fidelissimum omni tempore promittebat. Verùm Conradini mater fraudis Manfredi non penitus ignara, quoniam ad filium delata munera suspecta habuit, alium quendam Conradino filio cœtaneum puerum

vestibus pretiosis indutum Legatis quasi filium proprium videndum exhibuit, cui cum inter cætera dona missa, quasdam venenatas confessiones obtulissent, ille more infantum partem confectionis intoxicatæ rapiens, avidiore gustu comedit, ac paulò post mortuus est. Quod Oratores missi videntes, simulatâ tristiâ in Italiam reversi, nepotem Manfredum nuntiârunt extinctum.

Impetuosis hinc anno fuerunt venti, quorum vis multa ædificia & fortissimas turres diversis in locis subvertit, arbores cum radicibus de terra evulsit, & cum infinitis damnis plures etiam in domibus homines oppressit.

Annus Christi 1254.

Moritur Innocentius Papa, alter Franciscanorum & Dominicanorum fundator habitus.

PP. Dominicani pro propaganda fide Christiana in Thraciam mittuntur.

Ezelini tyranni bona Alberico ejus fratri à Papa assignantur.

Terræ motus Italiam concutit.

Manfredus Pontificis copias cædit, castris exiit, & spargens rumorem de Conradini pueri morte, Siciliam invadit, sed diris devotetur.

Mendocus Litthuanorum Princeps ex Christiano Paganus, Massoviam & Cruce Signatos exhaurit.

Ad cælum transit B. Vigorofus Gallus Ordinis Prædicatorum, magnæ sanctitatis, & ingentium pro animarum salute laborum, cui Christus ante agonem apparens, ipsum à peccatis absolvit.

Ad Superos quoque evolat B. Carinus Mediolanensis, ejusdem Ordinis, miraculis post mortem coruscans. Item S. Rosa Viterbiensis, frequentibus Deiparæ visitationibus dignata, miraculorumque gloriâ illustris.

Fatis concedit Joannes Flandriæ Comes. In Germania Cometa per aliquot menses visus est. Ventus insolitus, silvas, casas, domos, arbores evertit, mortalibus universis ac pecoribus maxima detrimenta invenit. Cælo sereno tacta fulmine castra. Cum ad montem Attinum collatis Florentinorum & Pisano- rum signis decertatum esset, monstrum in agro Veronensi editum ex equa, quadrupes fœtus capite humano.

Gartias Fernandez Barrantes, Magister Generalis Ordinis de Alcantara creatur.

Moritur Otto II. Comes Hennebergicus. Item Bernardus Episcopus Paderbornensis; nec non Ludertus Episcopus Verdensis.

S. Arnaldus Abbas S. Justinæ Patavii Ord. S. Benedicti, post octennem carcerem & vincula, quibus ab Ezzelino tyranno addictus fuerat, migrat in cælum.

Angelus à Florentia Ordinis Prædicatorum ad Tartaros & alios barbaros, Evangelii promovendi causâ, proficiscitur, qui postea post plurimas calamitates toleratas, crudeli morte interfectus est.

Moritur B. Hugo ex Monacho Benedictino Episcopus Eliensis in Anglia.

Cives Moguntini & Wormatienses, post longam dissensionem ad pacis unitatem reversi, fœdus inter se perpetuæ unionis litterarum robore firmant.

Emicho Comes de Lyingen contra Richardum Episcopum Wormatiensem hostilem diu gerens animum, totis laborat viribus, ut eum per insidias quovis modo posset captivare. Episcopus de perfidia Comitis certior factus, ad cives Wormatienses cum quibus antea dissidebat se confert, à quibus honorificè exceptus & contra Comitem præfatum est defensus. Quod beneficium proinde revolvens, ne civibus munificis foret ingratus, in concordiam cum illis mox rediit, & reciproca beneficia exhibuit.

Sede Papali vacante magnis Germania dissidiis & rapinis laborat, quæ maximè civitates Imperiales ad partes Rheni vexabant, proinde fœdus inter se ineunt & aliquot prædonum castella occupant ac evertunt.

Annus Christi 1255.

Ottocarus Bohemiæ Rex, Sittavium urbem Lusatiæ superioris exstruit.

Quatuor lumina Religio PP. Dominicanorum hoc anno cælis dedit, Petrum & Benedictum à Montepessulano, Petrum Divionensem, & agnominem huic, natione Podiensem; hic extremum spiritum agens, Deiparam ad se venientem, & se ad cælum evocantem aspexit, demisso capite adoravit, plausu manuum & vocis alacritate salutavit, Fratribus adstantibus illam advenisse renunciavit, & tandem exspiravit: Petrus & Benedictus Montepessulani, uterini, ejusdem civitatis, instituti atque integritatis, eodem planè die correpti infirmitate, eodem die pariter animas DEO reddiderunt: cum à Petro in altero cubiculo decumbente Prior inquisivisset: ecquid valeret benè, respondit: nam mihi decretum ad Dominum Salvatorem discedere: Porro, hoc vobis argumenti loco esto; quia frater quoque meus Benedictus, hâc ipsâ die paulò post me sequetur: Benedictum quoque conveniens Prior, cum de valetudine interrogasset; se summâ alacritate imbutum, & ineffabili lætitiâ perfusum dixit; statim ac penitus considerasset, quàm bonum esset dissolvi à corpore & esse cum Christo. Tandem cum præmortuum Petrum præsensisset Benedictus: Trahe me post te, exclamavit: O dulcis frater, quos una Religio nutrit & sanctitate informavit, una dies terris eripiat, & cælis sistat; dixit, exspiravit, ad regnum immortalitatis post fratrem ascendit.

Guillelmus Imperator Principum Conventum indicit Colonæ, paulò post contra Frisones rebelles Hollandiam igne ferroque vastantes castra movens die 8. Decembris in prælio cum ipsis habito infeliciter pugnat, nam equo in uliginem aliquantum glacie concretam delatus, cum neque progredi neque egredi posset, à supervenientibus hostibus occiditur.

S. Ludo-

Sanctus Ludovicus Rex à Syria in Galias redit, & multa præclare ordinat.

Præmislaus majoris Poloniæ Princeps, in gratiam Conradi Silesiorum Ducis in Wratislaviensem regionem duxit exercitum, & omnem eam oram, quæ est circa Olefniciam, Sytzo- viam, Trebnicium, & Cerequiciam oppida, usque ad Vidavam uno à Wratislavia milliaro, deinde & ultra Viadrum vadato flumine depopulatus est; propterea Henricus Dux Wratislaviensis neque ipse partem patrimonii Conrado reddebat, neque ad repetendam eam à Boleslao fratre opem ei ferebat. Pax deinde interventu Episcopi Wratislaviensis inter fratres Duces Silesiæ composita est.

Lincolniæ Copinus Judæus puerum ostentem nomine Hugonem, Christianæ mulieris filium clam abduxit, cumque Judæi qui Lincolniæ habitabant, diem præstitissent quo puerum mactarent, ad omnes ferè civitates Angliæ, in quibus Judæi versabantur, nuncios miserunt, accersitum aliquot, qui illi carnificinæ interessent, qui cum frequentes convenissent, puerum diris verberibus excruciatum, acutisque telis punctim confossum, coronâ spineâ redimitum, sputis deformatum, multis cachinnis irrisum, felleque eum potantes, dentibus in eum frendentes, eumque JESUM Pseudo-Prophetam contumeliosè & cum insultatione appellantes, cruci tandem alligârunt, ac lanceâ latus ejus confixerunt, evisceratumque (ut extis & visceribus ad damnatas & magicas artes abuterentur) humi condiderunt. Mira res accidit, cadaver paulò post ab humo ejectum viderunt; ad quod obstupescens in puteum præcipitârunt. Sed nec ibi potuit diutius latere, mater enim apud quam Copinus in aliquam suspicionem venit, subito in domum irrumpens, reperit filii corpus in puteum projectum. Copinus porro à Magistratu comprehensus, cum scelus confessus, etiam illud quoque adjecisset, Judæos singulis annis hoc se infanticidio maculare, meritas cum primariis Judæorum pœnas luit. Mathæus Paris.

In Comitatu Namurcensi fundatur Domus de Wallencuria, Monasterium Ord. S. Guillelmi, sub Regula S. Bened.

Obiit Joannes Cala, Anachoreta prope Castrum-Villare in Calabria, cui à pluribus ob vitæ sanctimoniam Beati titulus adscribitur.

Henricus de Segusia Episcopus Ostiensis & S. R. E. Cardinalis claret, qui tanquam fons & splendor juris honoratur, Primus omnium Summam scripsisse dicitur multâ eruditione Canonica plenam.

Moritur in Monasterio Hortensi Ven. Garzias de Vera, ex Imperatore exercitûs Jacobi Aragonum Regis contra Saracenos felicissimo Monachus Cisterciensis.

Alexander Papa diffusus viribus suis cum omni Curia se Anagniam confert.

Hermannus Marchione Badensi, & filio fororis occisi Friderici Ducis de Austria certantibus, Ottocarus Bohemiæ Rex Ducatum cum exercitu invadit, sibi que usurpat, utque

sibi possessionem firmaret, Margaretham Ducis Henrici viduam sibi matrimonio copulat, quam postea tamen sub prætextu sterilitatis repudiavit, & neptem quandam Betæ Ungariæ Regis superinduxit.

Annus Christi 1256.

S. Bonaventura, Ordinis sui Generalis creatur.

Manfredus Barlettas cum pompa insigni ingreditur: 700. civibus palmas in manibus ferentibus, & benedictus qui venit in nomine Domini, occinentibus. Margaritæ Conradini matri Neapolitanum & Siculum Regnum per Nuncios filio suo reposcenti, cedere illud noluit, sub prætextu quod utrumque jure belli acquisivisset; insuper Manfredoniam ex suo nomine urbem condit.

Ezelino sacrum bellum infert Papa, & Patavium occupat; quod tamen paulò post Tyranno rursus cedit.

Alphonso Rex Lusitaniæ adulterio & divortio pollutus, excommunicatur à Papa, & totum Regnum interdicto subicitur.

Genuam miraculosè illata sunt ex Catalonia corpora SS. Fructuosi, Augurii, Eulogii, & unâ cum corporibus SS. Justinii, Procopii, Martialis, Panthaleonis & Georgii, in Monasterio urbis collocata.

Vincentius Bellovacensis ex Ord. D. Dominici, summam totius historiæ mundi ab initio usque ad annum Christi 1250. completitur libris triginta tribus.

Moritur Hermannus ex Ordine Divi Francisci, miraculis in vita & post mortem clarus.

Albertus Abbas Stadenfis Chronicon suum ad hunc usque annum deduxit.

Decedit Bernardus Carinthiæ Dux, cui succedit Udalricus filius. Item Margarita Navarræ Regina.

Hoc anno facta est divisio Ducatus Bavarie inter Ludovicum & Henricum filios Ottonis.

Homo quidam in Asia magicis artibus imbutus, se JESUM Salvatorem mundi appellans, multa prodigiosa per magiam operando plures homines decipiens, Regna non paucis suis erroribus infecit.

Florentinus occisi Wilhelmi Imperatoris filius, infans sex mensium, Hollandiæ Comes declaratur.

Annus Christi 1257.

Tezolinus Rubeus, Neapolitanus, juvenis insignis formæ & nobilitatis, dum leporem insequitur, cervicem frangit.

Moritur S. Hyacinthus, Ordinis Prædicatorum insigne decus.

Bertholdus Comes Leiningensis, Episcopus Bambergensis creatur.

Principes Electores Francofurti congregati diversis studiis Augustum creant: Archiepiscopus Colonienfis suo & Moguntini nomine, unâ cum Palatino Comite Richardum Angli

Angli Regis fratrem elegerunt, Præsul Treverensis & Dux Saxonie Alphonsum Castellæ Regem collatis suffragiis prætulērunt. Richardus autem expedire in Germaniam accurrens, Aquisgranum de manu Colonienſis Electoris Imperii coronam ſuſcipit.

Manfredo Principe Tarentino, & Ezelino tyranno à Papa diris devotis, tanquam cæſtro percuſſi in Italia latè omnia deſtant. Manfredus Siciliae Rex ſalutatur, Florentinorum tria millia cædit, quatuor millia in captivitate abducit.

Ezelinus Cruce Signatos prælio ſuperans, Brixiam ſui juris facit.

Præmiſlaus majoris Poloniae Dux, immature morte extinguitur, miſiſſimus ſui temporis Princeps, & juſtitie ſtudioſiſſimus.

Ad cælos quoque abiit S. Hyacinthus ex Ordine D. Dominici: item B. Berengarius Episcopus Leridenſis: Pelagius Caſtellanus, magnâ charitate in proximos, & miraculorum gloriâ illuſtris: Alvarez Hispanus, tantâ linguæ cuſtodia, ut à curioſis obſervatoribus, nonniſi unicum verbum quodam anno auditus fuerit protuliſſe.

Hoc anno Benus Gozanus Mediolani Præſecturam adminiſtrabat, qui cum magnas & iniquiſſimas exactiones in Prætura feciſſet, peracto Magiſtratu rationem geſtorum reddere compulſus, ac decem millibus librarum condemnatus, cum ſolvendo non eſſet, per urbis foſſas canis more raptatus eſt.

Fernandus Suarez, Magiſter Generalis Ordinis de Avis creatur.

Moritur Reichardus ſive Richardus Episcopus Wormatienſis. Item Henricus Episcopus Hildeſienſis.

Cum à Clementia nobili ſæminâ ad relaxandas curas in agrum invitatus fuiſſet S. Hyacinthus ex familia S. Dominici, paulò ante quàm accederet, ſæviſſimâ grandine circumjacentium agrorum ſegetes, quæ jam flaveſcebant, attritæ omnino fuerunt. Venienti ergo, populus ejus ſanctitatis opinione imbutus, ad eum confluit, crebrisque ſuſpiriis enixè exorat, ut Deum pro levanda accepta calamitate, ſegetibusque reſtituendis deprecaretur; nec irrita eorum ſpes; aſſurgente enim die poſtero, integræ ſegetes ſummâ omnium admiratione conſpectæ ſunt. Odoric. ad ann. hunc.

Conradus de Durckheim unanimi conſenſu Wormatienſis Episcopus creatur, qui 22. die poſt electionem obiit, & Moguntia in Cathedrali Eccleſia, ubi Decanus fuerat, ſepelitur, cui in Sede Episcopali ſufficitur Eberhardus de Badenbergo.

Admirabili gratiâ cælo ſe terrisque commendat B. Beatrix Monasterii B. M. V. in Nazareth propè Liſam Prioriſſa, quæ cum ſe Deo per profeſſionem Monachicam devoveret, in prædicto Cœnobio in oculis Episcopi rapta ſpiritu, ea omnia quæ Episcopus in corpore ſuo peragebat, Virginitatis ſponſam interius operari in ſua anima, clarè perſpexit, legentem nimirum, benedicentem, coronam capiti imponentem, digitum annulo aptantem &c.

Annus Christi 1258.

Alphonſus Caſtiliæ Rex, à quibusdam Germaniæ Principibus Romanorum Rex electus, electionis hujus juri ſpontè renunciat. Richardus ſimiliter proſuſis large pecuniis ſe à Principibus demum contemni ſentens, in Angliam redit.

Joannes III. ex Draziciorum illuſtriſſimâ familiâ natus, Episcopus Pragenſis creatur.

Gabbanus Theutonicus, Fridericum Malectam, à Manfredo Siciliae præfectum, inter Drepanum & Erycem adortus conſecit, atque mox Erycem accendit ac oppidum cepit, ſimulque cum oppidanis à Manfredo deſecit; Fridericus Lancea his cognitis contra eos movit, ac magnâ cæde factâ, Gabbanoque interfecto oppidum recepit, ac incolas in alia Sicilia loca inhabitanda tranſtulit.

In Hetruria Gibellini contra Pontificios tumultuantur, Senenſes præcipui fuerant, qui negotium Guelphis faceſſerunt & Manfredo adhærerent: ſed & Florentini urbe exactis Pontificiis, fœdus cum Manfredo pepigerant, atque Guelphos oppreſſerant: hinc quia utraque gens refractariam ſe ostendebat, contra eos Papa tum excommunicationis, tum interdicti ſententiam promulgavit.

Genuenſibus & Venetis inter ſe pugnantibus, Latinorum Imperium in Oriente perſum datur; dicto Manfredo belli incentore.

Joannes Parmenſis, in libello, cui titulus Evangelium æternum, ſædiſſimos errores promulgat, quem libellum proinde Papa ſtammis addidit.

Boleslaus Sileſiæ dux, cognomento Calvus, Thomam Wratislaviensem Episcopum, templum Gorcenſe dedicantem, cum quibusdam aliis Clericis capit, & carceri mancipat; quam ob rem à Fulcone Archiepiscopo Gneſnenſi diris devovetur. Hic tamen Fulco paulò poſt moritur.

Moritur in Hispania Ferdinandus Ordinis Prædicatorum, inſigni ſanctimoniâ & doctrinâ; mortui facies mirum in modum ingenti lumine reſplenduit.

Claret ex Ordine D. Franciſci Accuſus, repetitâ Deiparæ apparitione dignatus.

B. Bonajuncta Florentinus, Ordinis Servorum Magiſter Generalis, cum Ordinem biennio adminiſtrâſſet, ad cælos exceſſit, in vita verò corporis ſui caſtigatorem ſevereſiſſimus.

Subigunt penè Perſiam Tartari.

Lascaris filio datur tutor Michaël Palæologus, qui Michaëlem Theſſalum tyrannum proſtigat.

Godefridus Nobilis à Soldberg Monasterium Portæ Beatæ pro Monialibus Cisterciensibus fundat.

Moritur B. Juliana Virgo Prioriſſa Montis Corneliæ apud Leodium, promotrix feſti Corporis Chriſti, plurimis adverſis eam ob cauſam agitata.

Carolus Andegavenſis, Rex Neapolitanus, Podium Bonitii in Hetruria occupatum in pote-

in poteſtatem Florentinorum tranſfert, & hi, Senenſium partiumque Gibellinarum tacti jam odio, ipſum funditus evertunt.

Decedit Sevvallus Archiepiscopus Eboracensis, ſanctimoniâ vitæ illuſtris.

S. Theſaurus ex Abbate Monasterii Vallis umbroſæ Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Legatus Apoſtolicus ad Florentinos ut Guelforum ac Gibellinorum factiones componeret, ab iſdem truncatur.

Tartari Bagdat urbem occupant, & Almonſacen Califaſum ultimum trucidant.

Gerardus Archiepiscopus Moguntinus Eccleſiam Sanctæ Catharinæ in oppido tunc Imperiali Oppenheimio in Parochiam erexit, Diœceſimque ſuam Moguntinam à Wormatiensi, quæ in eodem oppido conterminabant, diſtinxit.

Ezelinus Tyrannus audiens Paduanos deſeciſſe, & ad Guelphos declinâſſe, vehementer iratus, duodecim millia Paduanorum, quos penès ſe non tam militum, quàm obſidum loco habebat, diverſis cruciatibus miſerabiliter interemit.

Annus Christi 1259.

Divino ulciſcente Numine Ezelinus tyrannus extinguitur, accepto in prælio vulnere; ejus cadaver in locum profanum projectum eſt.

Ezelino ſublato, parùm ſe ultra tutum credens Albericus, Tarviſio cedit, ſed horrendum priùs ibidem exemplum reliquit: quippe ſæviſſimo odio adverſus Tarviſinos accenſus, viginti quinque ex urbis Primoribus ſuſpendio ſædiſſimo deſtinavit; ac mox triginta nobiles mulieres illorum aut matres, aut filias, aut ſorores, aut uxores in forum produxit, atque vix filii ſui nothi rogatu ab earum amputandis naribus temperavit; demùm in exilium eas amandavit.

Mortuo Theodoro Vatazio Græcorum Imperatore, ejus filio impuberi Michaël Palæologus tutor datus, invadit & expugnat Conſtantinopolim: deploratis rebus Balduinus & Patriarcha Latini Græciâ decedunt.

Terras cælis commutant Petrus Fernandez virginitatis flore illibato conſervato, Deiparæ, Sancti Joannis Baptiſtæ, ipſiusque Salvatoris apparitione ac alloquio dignatus. Item Conſalvus Amaratha, qui deſiciente vino operariis duos icſtus baculo in quandam caudem dedit, & ab uno icſtu vinum ſuaviſſimum, ab altero autem aqua limpidiſſima è duro faxo cepit; claruit plurimis aliis in vita & poſt mortem miraculis.

Vitam pariter cum morte commutat Laurentius Mendefius Luſitanus, ingentis ſanctitatis & doctrinæ vir, cui aliquando concionanti viſibili ſpecie adſuit Angelus, ac vaſculum quoddam plenum ſacris Sanctorum Reliquiis, è Mauritaniæ quadam civitate ab Afris occupatâ ſublato dedit, utque in ſuo cœnobio Guimarenſi reponeret, mandavit. Ad ſuperos abiit Beatus Rolandus Cremonenſis, vir doctus,

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

ad mortem uſque virgo, hæreticorum ac demonum expugnator acerrimus. Omnes præfati fuere ex familia Divi Dominici.

Moritur Cæſar-Auguſtæ Venerabilis Nicolaus de Orbita Ordinis Minorum laicus, cujus corpus 19. annis poſt obitum incorruptum inventum eſt.

Item Carolus Episcopus Lavantinus. Nec non Henricus IV. Episcopus Aichſtadienſis.

Fatis concedit Mainhardus à Kranchſfelden, Episcopus Halberſtadienſis: Item Gregorius de Monte-longo Patriarcha Aquilejenſis, cui ſuccedit Philippus.

Vitam mortalem cum immortalis commutat B. Stephanus Abbas Obazinienſis in Gallia Ordinis Cisterciensis, miraculorum gloriâ illuſtris: triticum enim divinitus augeri impetravit, ſicut & panes inter 10000. pauperum diſtribuendos.

Beatus Martinus Generalis Ordinis Camaldulenſis inter illa verba: *Domine dilexi decorem domus tue*, & cæleſtem odoris fragrantiam extinguitur, ſtatim à morte miraculis coruſcans.

Pars media urbis Wormatienſis conflagrat.

Aldenburgum Holſatiæ urbs ab Alberto Brunſuiceniſi Duce expugnatur.

Monasterium S. Diſibodi Ord. D. Berediti à Gerardo Archiepiscopo Moguntinenſi Cisterciensibus traditur.

Albertus Ordinis D. Dominici ſcientiâ verè Magnus, anno ætatis ſuæ ſexto ſexageſimo ſexto proviſione Alexandri Papæ quarti fit Episcopus Ratiſponenſis.

Obiit Arnoldus Archiepiscopus Trevirenſis, anno Pontificatus ſui decimo ſeptimo, vir inſignis, qui multa pacis bellique tempore ſtrenuè geſſit. Poſt cujus mortem duo per Canonicos in diſſenſione fuerunt ad Archiepiscopatum electi, Arnoldus videlicet de Sleyda, & Henricus de Bolandia. Qui poſtquam coram Summo Pontifice aliquamdiu contendiſſent, & neuter alteri cedere vellet, utriusque electionem caſſavit, & Henricum Vinſtingen Decanum Eccleſiæ Metenſis in Archiepiscopum Trevirorum ordinavit.

Alexander IV. Pontifex Summum Sylveſtrinarum Ordinem confirmat.

Annus Christi 1260.

Thomas Regni Ungariæ Palatinus, Erchiannum Ordinis Cisterciensis Monasterium in Diœceſi Veſprinienſi condit.

S. Adelbertus Episcopus Martyr, è cælis, ſuper Bohemorum aciem aſpectabilis ſtetit, & Ungaròs in fugam egit, Hugock. in Annal. Bohem.

Moritur Lugduni Hugo de S. Caro Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, vir inſigniter doctus & pius.

Eberhardus Comes à Schluſſelberg, Virginitatis Benedictinarum cœnobium in Schluſſelau condit, eique Giſelam filiam ſuam Abbatiffam primam præſicit.

Bbb

Mori-

Moritur Jacobus Boncambius, vir vitæ sanctitate & doctrinâ excellens, Episcopus Bononiensis.

Albericus Tarvisii Tyrannus, tandem victus ac captus Tyrannidis pœnas luit; inprimis filii ejus sex mares producti, tibiis brachiisque in conspectu patris matrisque truncantur: dein uxor ejus & filia duæ nobiles ad stipites alligatæ subiecto igne cremantur: Albericus ipse ultimus, cui tam dirum spectaculum morte ipsâ acerbius fuerat, postquam peccata sua ritè confessus est, ipso, ne loqui posset, ore occluso, pedibus ad equi caudam alligatis, sic per publicam viam tractus est, ut unusquisque forcipibus bolum ex carnibus ejus excerpserit, quo in tormento exspiravit.

Jordanus Manfredi copiarum Dux, factionis Pontificiæ Florentinos apud Arbiam ingenti clade afficit.

Cum Michaël Palæologus, Balduino Imperatore & Patriarchâ, unâ cum reliquis Latinorum ejectis, Imperium Orientis occupasset, Veneti ad tuendas Ægei maris insulas Marcum Michaëlem cum decem & octo triribus misere, eique in mandatis dedere, ut omnia Palæologi infesta redderet, quod itâ strenuè factum est, ut ille rerum desperatione, non parum de relinquenda Constantinopoli cogitaverit, nisi Genuenses jam Venetorum inimici Palæologo suppetias misissent, hinc Papa Alexander Genuensium Proceres anathemate percillit.

Tartari Poloniam Russis adiutoribus infestant, & longè latèque grassantes, multos mortalium incautos opprimunt. Zavichostense Clarissarum, & Lyssecense Cluniacensium cœnobia violant. Præfectum arcis Sendomiriensis dolosè ad se vocantes, cum ejus fratre Sligneo & primoribus ex nobilitate immaniter obruncarunt, & confestim sublato clamore, effuso cursu in arcem, nihil tunc ejusmodi expectantibus prædianis, investi, promiscuâ cæde in perterritos & latebras querentes grassati sunt; matronas tantum & puellas formosiores ad contumeliam & explendam libidinem asservarunt, defessi autem cædendo, reliquum vulgus hominum gregatim in Vistulam impulerunt: tanta verò cædes in arce tunc facta fuisse dicitur, ut sanguis cæso- rum ad Vistulam usque deflueret. Occisi sunt & tunc quadraginta novem ex Ordine D. Dominici, quorum futurum Martyrium DEUS ipsis pridè significabat: nam cum Tyro quidam indiculum Martyrologii ad diem sequentem in choro pronunciare vellet, extemplo litteris aureis novos & insolitos characteres exaratos aspexit, ita sonantes: Sandomiriæ passio quadraginta novem Martyrum: lectione inauditâ obstupuit B. Sadochus Prior ac cæteri Fratres, diariam lectionem postulavit ille videre, desiderarunt & reliqui; porrexit librum Tyro, aureæ interim litteræ cum notis Sandomiriæ, inter manus Fratrum legentium sensim evanescere: ex quo indicio felices Monachi ad instantem Martyrii areolam se devotissimè præpararunt, Ab iisdem Barbaris omnes

Monachi Caprunicensis Cœnobij Ordinis Cisterciensis interfecti sunt. Et Poloniæ Metropolis Cracovia ab iisdem fuit expugnata.

Alexander Papa condemnat errores ac peccatas blasphemias Raymundi Lulli, fuere numero ultra 500.

Moritur Ludovicus primogenitus Ludovici Galliarum Regis.

Quidam ex Ordine D. Francisci hoc anno apostatavit, secuti sunt eum duo fratres, ut charitativè reditum persuaderent, renu- obstatè miser, at fratres atrum canem illi imminere viderunt, eoque spectaculo territi in- nuerunt ut ab informi bestia sibi caveret: is ve- rò magis insaniens, habitum exiit, procul abje- cit, in fugam se dedit: ecce paucis confectis passibus monstrum infernale in eum insillit, ad terram detractum strangulavit tam subito, ut fratres accurrentes, mortuum jam repererint.

Floret post mortem miraculis Dominici Mugnoz: item Dominicus Valerianus: Bern- arduus Transversanus: Guillelmus Cavalloni- canens & exultans moritur: omnes præfati fuere ex Ordine D. Dominici, quibus mor- beata junxit Bartholomæum Episcopum Vico- tinum, & Conradum Suevum ex eodem Ordine, qui virginitatis florem illibatam servavit, at Deiparæ alloquio dignatus est.

Cum universa Italia, ac præsertim Ho- truria, Emilia atque Lombardia bellis civili- bus jactaretur, admirabilis populorum peregrinatio, Perusinorum exemplo instituta fuit: cruce- nem prælatam, innumerabiles populo- rum catervæ, à civitate usque ad circumvi- cinam, & ab hac ad alteram civitatem seque- bantur, profusis cum lachrymis misericordi- am divinam, & finem tantorum malorum im- plorantes, tumultuantesque cives ad pacem & concordiam invitantes.

Moritur B. Bonifacius Episcopus Lau- fanensis, Deiparæ cliens addictissimus, quæ in ægrotantis lectum, JESUM infantem deposuit, Bucel. in Menol.

Natus est Othomannus I, Rex Turcarum patre Ertugula.

Adolescens quidam Freibergæ in Misnia, ut suis potiretur amoribus, à Mago in locum ædium desertum deducitur, cui cum spe- ctrum puellæ illius, quam amabat, imagine, per Magi incantationes se obtulisset, amator ille perditus, manum ei porrigens, à malo da- mone parietibus allisus, miserabilem in mo- dum necatus est; cadaver quoque illius tanto impetu in Magam Sathanas projecit, ut semina- nimis longo tempore jacuerit. Annal. Germ. & Siffridus in Epit. lib. 2.

Floret in signi eruditionis laude Bertholdus Ratisponensis Ord. S. Francisci, qui tantâ con- cionandi vi pollebat, ut sæpius ad illum audi- endum plusquam sexaginta hominum millia concurrerent.

Ad cœlos abijt B. Jutta Pruthena ex illu- stri familia de Sangershausen, post mortem mi- raculis gloriosa. Nec non B. Bonifacius ex Episcopo Laufanæ Monachus Cisterciensis, spiritus prophetiæ, apparitionibus Deiparæ & Angelo- rum, nec non miraculis illustris.

Solis

Solis Campus nobilium virginum Ordinis Cisterciensis cœnobium conditur.

Claret sub hoc anno B. Bernardus Episco- pus Lealensis Livoniæ Apostolus, ortus ex il- lustrissimo Lippia Comitum sanguine, factus Monachus Cisterciensis. Henriquez.

Moritur Erfordiæ Gerardus Archiepiscopus & Elector Moguntinus, ex Ordine D. Francisci. Item Henricus Comes à Sicheleck Episcopus Ar- gentoratensis, ei succedit Waltherus Baro à Ge- rolsek.

Decedit B. Benedicta Assisensis Abbatissa Ordinis S. Claræ. Item B. Luchsius tertii Or- dinis S. Francisci, pluribus post mortem mira- culis illustris. Et Albertus I. Saxoniarum Ele- ctor.

Floret propè Perusiam Ranerius Fagianus Eremita, author Confraternitatis Disciplinato- rum, dein Minorita.

Moritur in Monasterio S. Fridiani Ordinis Camaldulensis B. Bartholomæus, multis à Deo miraculis illustratus. Cujus corpus adhuc ostenditur incorruptum.

In locum defuncti Archiepiscopi Mogun- tini eligitur Wernherus de Falckenstein, Eccle- siæ Cathedralis Præpositus, vir prudens & stre- nuus, qui reditus Ecclesiæ non mediocriter auxit.

Ludovicus Bavariarum Dux post longum vi- duitatis statum, ad secundas nuptias transit, cum Anna Conradi Poloniæ Ducis filia.

Exarsit hoc anno bellum inter Ottocarum Bohemiæ & Belam Ungariæ Reges, primus mi- litum centum millia in acie habuit, qui alte- rum cum 40000. millibus occurrentem, primò congressu vulneravit, ac in fugam convertit, in qua Ungarorum 14000. in flumine submersi fuerunt. Ottocarus potitus victoriâ, Ungari- am intrare properat, Bela igitur videns se illi non posse obistere, missis Legatis pacem rogavit, & obtinuit.

Magnæ & nimium periculose inundationes multis multa damna intulerunt, circa Rhe- num maxime, ubi domos & ædificia plura sub- verterunt, cum magnâ hominum & armento- rum necè.

Annus Christi 1261.

Ottogarus II. Bohemiæ Rex repudiata Mar- garitâ Austriacâ, Cunegundam Hostislai Russiæ Regis filiam in uxorem accipit.

Jordanes Generalis Gibellinorum Ductor Florentiâ potitur, Guelphos inde ejicit, deinde cum Lucensibus confliens, agros depopulatur, pluresque arces occupat.

Inter Venetos & Genuenses, totius Rei- publicæ Christianæ, & Italiæ præsertim da- mno bellum geritur, quos ut componeret, Papa se Viterbum contulit, qui quod minus suc- cederet bellum sacrum, paulò post ex mœrore moritur. Succedente Urbano IV.

Bernardus Cantius Tholosanus ex Ordine D. Dominici, vir venerandus, & Divini Verbi præconsignis, hostisque acerrimus hæretico- rum, apud Agenum præcipuâ cum devotione defunctus est, vivens ac post mortem multis

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

miraculis illustris. Proximus in morte illi fuit B. Romeus Lyvianus ejusdem instituti, magni zeli in conservanda religiosâ disciplina, & cul- tu D. Virginis promovendo, cujus in honorem in dies mille salutationes Angelicas persolvit: in afflictionibus illud semper in ore habebat: *Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini*, quæ verba ante ejus mortem Angelus illi apprensus decantare auditus est; claruit mor- tuus insigni miraculorum gloriâ, vigesimo quarto postea anno refoffum corpus integerrimum repperitum est.

Bellum Maurorum in Hispania recrudescit magno Christianorum damno, cum Arago- num Rex, Alphonso Castellæ Regi suppetias ferre recusabat.

Fundatur Ordo militum S. Mariæ, legibus his fultus, ut ejus milites tunicam albam & subcinericiam togam gestarent, crucem purpu- ream in campo albo duabus suprapositis stellis præferrent, ut viduarum ac pupillarum tutelam susciperent, paci & concordia inter homines componendæ servirent; & quia quisque in æ- dibus cum uxoribus ac filiis vitam agebant, hinc *Fratres gaudentes* dicti sunt.

B. Bonifacius Ordinis Servorum post ma- tutinas horas voce cœlesti evocatur, accurren- tes fratres exanimem illum, vultu splendorem proferente, corporeq; odorem suavem emitten- te reppererunt, & dum illi iusta persolvere para- rent, voces cœlestes cantantium: *Subvenite, Sancti DEI &c.* auditæ sunt.

Joannes de Toletis ex Ordine Cisterciensium Professor, S. R. Ecclesiæ Cardinalis, ab Ur- bano Papa Episcopus Portuensis creatur.

Obijt B. Haseka virgo reclusa in West- phalia, quæ juxta Ecclesiâ in Schermbecke, in finibus Ducatus Clivienfis annis 36. separata ab hominum consortio vixit, in multa simplicitate & patientia Domino DEO serviens: quodam tempore butyrum vetustate corrump- tum, oratione reddidit recentissimum.

Moritur Engelhardus Episcopus Aichsta- diensis. Item Joannes Episcopus Hildesien- sis.

Ludolphus Comes à Schladen, Episcopa- tum Halberstadtensem resignat.

In Oppido Pfortzhemio Marchiæ Badensis oppido quædam vetula puellam septem an- norum vendidit Judæis, qui collum ejus stro- phio colligantes, acubus venas pupugerunt, & inde sanguinem expresserunt; sic enecatæ cor- pus in profluentem projecerunt, & lapidibus obruerunt. Piscator postea, piscibus captan- dis intentus, divino permisso corpus illud inve- nit, cum manu ad cœlum erectâ: corpore ad urbem allato, ipse Badensis Marchio advenit, quo præsentè exanime corpus surrexit, manum prætendens ad Principem, velut justitiam postulare, & post diimidium horæ iterum decubuit. Adducto ad corpus illud Judæo, statim ex omnibus venis sanguis emanavit: videntes Judæi prodigium, confessi sunt facinus, & unâ cum vetula acti in rotam, præter duos, qui suis sibi manibus mortem consciverunt.

Bbb a

B. Al-

B. Albertus Episcopus Placentinus transfertur Ferrariam.

Otto Vicecomes creatur Archiepiscopus Mediolanensis.

Decedit B. Laurentius Monachus Dunensis ex Ordine Cisterciensium. Henriquez in Menologio Cisterciensi 28. Septembris refert, quod sui Ordinis Religiosus ac pius, Laurentius nomine, devotissime orationi insistens, tempore, quo alii Fratres reficiebantur, decadem Rosarii ab Angelo suo custode sibi oblatam acceperit, paucisque postea mensibus in Dunis obierit.

Moritur Conradus Archiepiscopus Coloniensis, vir prudens & industria singularis. Post mortem ejus Engelbertus, hujus nominis secundus, ex Comitibus de Falckenburg, Præpositus Ecclesie S. Gereonis eligitur.

Manfredus comparatis novis Saracenorum copiis agrum Picenum occupat, & quidquid ad Ecclesiam spectabat, vastavit. Verum Papa cum aliter subvenire oppressis fidelibus non posset, Legatum misit in Galliam, qui opem contra Saracenos & Manfredum postularet. Cruce signati Duce Guidone Antifiodorensi Episcopo in Italiam descendentes, accepta à Papa benedictione digressi per Umbriam, Saracenos fortiter aggrediuntur, vincunt & in fugam vertunt, multis ex eis captis & occisis.

Romani cives antiqua instabilitate moti, Urbano Pontifici se temere opposcentes, Magistratus in urbe juxta placitum suum creant, inter alios Barcelonem Bononiensem magni animi & consilii virum instituunt. Hunc tamen brevi postea in vincula conjecerunt, ob quod Bononienses graviter indignantes contra Romanos insurgunt, plures eorum capiunt, nonnullos etiam occidunt.

Gravis inter Argentinensem Episcopum Henricum & cives dissensio super quibusdam juribus Episcopalibus suborta est. Cujus rei indignitate Præful permotus, omni Clero sub privatione omnium beneficiorum civitatem exire mandavit, quibus egressis civitatem interdixit suppofuit. Et mox contractis copiis urbem obsidione vallavit. Post multas vastationes in circuitu factas, cives tandem inopinato facientes irruptionem, sat magnam in Episcopi exercitu fecerunt stragem, & inter reliquos sexaginta viros nobiles occiderunt. Inter quos etiam fuit peremptus Hermannus Comes de Gerolzeck, frater ipsius Episcopi. Porro sex & septuaginta alii viri nobiles capti in civitatem ducti sunt, qui se magna pecuniarum summâ redemerunt. Episcopus vix vitam fugâ salvavit: quamdiu postea ipse vixit, pax stabiliri cum civibus nequivit, nec Clerus in urbem redire permittebatur, quod tamen post ejus mortem factum est.

Decedit Philippus Berruyer Archiepiscopus Bituricensis.

Annus Christi 1262.

Papa Imperii diadema Alphonso Castellæ & Legionis Regi id petenti conferre recu-

sat. Ebrodunensem & Narbonensem Archiepiscopos in Collegium S. R. Ecclesie Cardinalium adlegit.

In cælum migrat B. Ferdinandus Ulyssiponenfis ex instituto D. Dominici, cui tantafiducia ex meritorum, & gratie divinæ efficaciam, ut extremum spiritum agens diceret, scio infernum mihi claudi, & cælum patere.

B. Pontius Hispanus ejusdem instituti, Cenfor fidei apud Urgellum institutus, veneno ab hæreticis propinato extinguitur.

In multis Provinciis visum est cælum flammam emittere, & quasi ardere, portento certissimo imminentium bellorum.

Sybutio Præfule Augustano vitâ fundo sufficitur Hartmannus ex Comitibus Kiburgi & Dillinganis, Episcopus laudatissimus.

In Germania Theodo Magus & præstigiatopopulum seducit: in oppido Creuzenach coram omni populo publice in foro caput famuli sui amputavit, quod post spatium dimidiæ horæ corpori jacentis restituit. Cum canibus in aère, quasi ad venandum ambulare videbatur, ascendens & descendens. Curvus quoque lignis & feno oneratos, atque equos devorasse visus est. Chron. Spanheim.

Henricus Marchio Misnia Ilenacum subitò occupat, pepercit tamen civibus inermibus, solo vitâ multato Velsbachio Senatore & JC, qui atrocibus calumniis dictum Marchionem lacefferat.

Moritur IIX. Comes Hennebergicus.

E carcere corporis ad palatia æternitatis evehitur B. Beatrix Atestina sine Estensis, filia Azonis, eo nomine IX. potentissimi Ferrariæ, Mantuæ, Veronæ, & Anconæ Marchionis, Ferrariæ in Monasterio S. Antonii Monialis, miraculorum gloriâ à Deo honorata, insigni sanè Ordinis Benedictini suo ævo decus.

Moritur Venetiis B. Juliana virgo & Abbatissa; fuit ex perillustri Collaltorum genere oriunda, admirabilis & in vita & post mortem omnibus visa, cujus corpus post quinque & triginta annos, purissimum, integerrimum atque incorruptissimum repertum est, & tale adhuc reservatur ab omni corruptionis labe alienissimum, plurimis miraculis coruscum Scardeonium.

Michaël Palæologus Græcorum Imperator, Joanni Lascari Theodori quandam Imperatoris filio oculos erui jubet, ob quod factum ab Arsenio Patriarchâ Constantinopolitano excommunicatur.

Alexis Cæsar Strategopulus, belli Dux Michaëlis Palæologi, Balduino II. Imperatore, in obsidendo Daphnifum occupato, Constantinopolim astu intercipit.

Decedit S. Richardus Monachus, Presbyter & Eremita in Alsatia, qui multos vitæ exemplo & sermone ad sanctioris vitæ normam reduxit, Spiritu prophetiæ clarus.

Ad frangendam Manfredi superbiam ac pertinaciam Papa Carolum Andegaviæ & Provinciæ Comitem, Fratrem Regis Gallorum ad solium Apuliæ & Siciçiæ invitat, quod cruenti postea belli multorumque malorum causa extitit.

Claret

Claret aquid Suevos Comes Wirtembergicus Udalticus, animo & viribus etiam Romano Imperio formidabilis, qui cum civitatibus & Principibus multis bella gessit, & semper victor extitit. Conradino quoque Jesuque tutoribus multum fuit contrarius.

Memorabili prodigio ædem Deiparæ Dunensem in solenni ejusdem dedicatione honorat DEUS, loco ipso cælesti quadam luce adeo illustrato, ut remotissimis è locis, velut grande urbis alicujus incendium spectaretur. Neque hoc solummodo miraculo Domicilii Mariani sanctitatem probante, sed plurimis prodigiosis à diversissimis morborum generibus curatis, prodigiosis etiam tunc piscium affluente copia, cum innumera penè mortalium eo confluxisset multitudo.

Annus Christi 1263.

IN Germania studio partium res inquietæ. Urbanus Papa ad Urbem veterem profectus, Monaldenses & Philippenses præcipuos urbis cives bello civili inter se laborantes reconciliat, urbemque variis ædificiis tum publicis, tum privatis exornat.

Per Legatum seditionem Procerum & populi adversus Henricum Angliæ Regem sopire studet.

Turcæ in Oriente invalescunt, dissidentibus Græcis ac Latinis.

Michaël Palæologus filium Andronicum Imperii consortem renunciat.

Becus Chartophylax excellenti vir ingenio, Patriarcha postea Constantinopolitanus, Latinæ Ecclesie se associat; eandem unionem petit ipse Imperator Palæologus à Papa.

Rutheni recidivi ad fidem per PP. Dominicanos reducuntur.

Mindacus Lithuanie Dux à Stroinato fratris filio, per insidias dormiens cum filiis interficitur, & Stroinatus dominatu potitus, non minus quam mille in Christianos sævit, mox tamen à Voisalco Mindaci interfecti filio superstitite, venationi vacans capitur, excruciatum atque necatur.

Boleslaus Pudicus Poloniæ Princeps, Jazyges populum ferocissimum & Christianis infestum, in acie insigni strage delet.

E vivis decedit B. Gaspar Vulosus insignis Theologus & Ecclesiastes, in vita & post mortem miraculis illustratus. Item Petrus Lucitanus, rarâ patientiâ, singulari humanitate, & in consolandis afflictis juvandisque infirmis incomparabili charitate, quem Diabolus in specie Monachi apparens calcem percussit in pede, unde exorta fistula, eum morti tradidit; morientis facies cælesti lumine radiavit.

Ad superos quoque abeunt Dominicus & Martinus Lusitani, æquales inter se puritate, humilitate, simplicitate, obedientiâ, ac reliquis virtutibus, nisi quod Dominicus incontaminatæ virginitatis candore præstabat; alteri autem ægrotanti Diva Agnes Martyr apparens, horam mortis in crastinum imminere annunciavit. Quibus annumerandus est B. Gonsalvus Lusitanus Conversus, eadem integritate, demissione,

promptitudine, ac reliquis animi ornamentis excultus; ægrotanti, longiorem vitam medici promittebant, cum is in crastino diluculo se moriturum, & in cælum se abiturum prædixit.

Lombardia denuò maximos motus perfert, Manfredo Tarentino, & Uberto Palavicino civicum bellum concitantibus, in quos proinde Urbanus Papa excommunicationis fert sententiam.

Mortuo Archiepiscopo per disceptationem civium, Mediolanenses duos pariter Archiepiscopos eligunt, Raymundum Turrianum & Septalam. Dum autem magni exinde motus fierent, re ad Urbanum Papam delatâ, is electionem civium reprobans, Ottonem Vicecomitem Desii Canonicum, Archiepiscopali Ecclesie præficit: offendit hæc creatio Martinum Turrianum, quod is fratrem suum ab Urbano præteritum ægrè ferret, itaque offensus Pontifici, fines Ecclesie invasit, Pontifex autem eum diris devovit, & Mediolanensi Urbi sacris interdixit.

Obit Waltherus Episcopus Argentoratensis.

Zeyt-Abomahomad, Exrex Valentinus, dictus in Baptismo Vincentius, de sua filique ac nepotum duorum conversione Urbano Papæ IV. scribit, qui respondens, ipsos in Sedis Apostolicæ tutelam recipit.

Acho Norvegiæ Rex classe hostili Scotiam invadens, à Scotis vincitur, suorum 24000. desideratis.

Pax inter Archiepiscopum & Prælatos Ecclesie Moguntinæ, ac Philippum Comitem de Hohenfels restablitur.

Cives Colonienfes post longas contentiones & lites cum Engelberto Archiepiscopo suo habitas, in toto tandem pravo consilio, die quadam in ipsa urbe existente Archiepiscopo cum Theodorico fratre suo Comite de Falckenburg, domum in qua erant, nihil tale metuentes, armatâ manu cingunt, & Archiepiscopum conditiones pacis, quales ipsi voluerunt, suscipere compellunt. Verum pax illa temeritate præsumptâ stare non potuit, sed majoris displicentiæ causa fuit.

Eodem anno bellum exortum est inter eundem Archiepiscopum & Comitem Juliensem, in quo ipse Archiepiscopus auxilio Henrici Trajectensis Episcopi & Hollandorum victor extitit, cujus exercitus multos adversariorum delevit, ipsumque Comitem ad pacem in eundem compulit.

Urbanus Papa festum Corporis Christi Domini quottannis post Octavam Pentecostes proximâ feriâ quintâ per universum orbem Christianum sollemniter cum octava celebrandum instituit.

Claret ex Ordine D. Francisci Alexander de Ales, natione Anglus, Theologus scelestissimus, Joannes de Rupella, Item Galtherus Episcopus Pictaviensis, S. Bonaventura Episcopus Albanensis & S. R. Ecclesie Cardinalis, Joannes de Escholo Minister ejusdem Ordinis Generalis, Rupertus de Rhufia, Hayno Anglus, Joannes Walensis, Wilhelmus Warro, Richardus

Bbb 3

Archiepiscopus Rhemensis, Wilhelmus Lamarenfis, omnes Theologi insignes.

Gravis nutritur discordia inter Iryngum Episcopum, & ejus cives Herbipolenses, quæ in primo anno promotionis suæ ad Pontificatum incepta, non sine multorum hominum sanguine & animarum periculo, Clerique damnis, per annos XVI. quibus præfuit, continuata.

Bendocdar Babylonæ Sultanus, Christianorum sævus persecutor, Acræ urbem obsidet, & Armeniam armis infestat.

Annus Christi 1264.

BEndokarus Beibarius Syriæ & Ægypti Rex Cæsaream Palæstinæ expugnat, & ferè penitus devallat.

Urbanus Papa Legatos mittit Constantinopolim, ad faciendam unionem Orientalium cum Occidentalibus. Idem festum Corporis Christi, ut priori anno diximus, instituit: occasionem dedit Sacerdos quidam apud Vulturnos diœcesis Urbevetanæ. Is enim cum sacra missarum solennia celebraret, Sacramento Eucharistiæ jam perfecto, de panis & vini transubstantiatione, & Christi corporis sub speciebus panis & vini præsentia dubitavit; cum autem ambigeret, dictu & visu mirum, statim ex sanctissimâ, quam manibus tenebat hostiâ, sanguis copiosissimus manavit, & totam eam mappam, quam Corporale vocant, tinxit: pro instituta itaque festivitate S. Thomas Aquinas Officium composuit.

Rex Angliæ Henricus, & Regni Proceres, armis depositis, arbitrio Ludovici Galliarum Regis controversiam permittunt.

Præfatus Urbanus ætate & morbis confectus, diem claudit extremum, verus Pastor Urbis & Orbis. Ejus obitum portendere visus est Cometa, qui die Dominico 6. Calend. Augusti, in undecimo gradu Leonis apparuit.

Operâ Episcopi Oscensis & Cæsaraugustani motus civiles inter Regem, ejus filios ac proceres in Aragonia sopiuntur.

Poloni contra Russos pugnant feliciter, insigni victoriâ potiti.

In eadem Polonia Salomea Haliciensis Regina, Boleslai pudici soror, in Monasterio Scalenfi moritur. Fertur corpus ejus multis diebus post mortem servatum, suavem odorem spirasse, & oleum sudasse, quo inuncti ægroti convaluerint.

Moritur B. Ambrosius Sanfedonius Ord. D. Dominici, mirâ in pauperes charitate commendatus, quâ dignum se reddidit, ut quinque Angelos sub pauperum schemate hospitio suscipiens, cœlesti eorum cantu recrearetur; dæmonem sibi sæpius sub diversis formis apparentem, solo signo Crucis in fugam egit.

Diem vitæ extremum christianissimè claudit Azo Matchio Estensis, nepoti Obizoni regimen relinquens.

Floret Petrus Pataviensis Episcopus, propter vitæ integritatem & doctrinæ præstantiam ei Ecclesiæ, ex Parocho Viennensi prælatus.

Moritur B. Amideus ex Ordine Servitarum, qui puerum in lacuna præfocatus signo crucis

& oratione ad vitam revocarat. Eo autem à vita abeunte, mira odoris fragrantia percepta, & flamma super ipsius caput descendens visa est.

In Monasterio S. Justinæ de Padua, Deiparâ revelante, puteus SS. Martyrum ossibus plenus reperitur.

Gillebertus Abbas Benedictinus S. Bertini, fit Monachus Cisterciensis Clarimarefci.

Moritur B. Andreas Hispellas Presbyter Ordinis Minorum in Umbria, prædicationibus & miraculis clarus; nec non S. Compagnus ex Ordine Camaldulensium, cujus corpus ad hæc usque tempora penitus incorruptum servatur.

Claret B. Guillelmus Archiepiscopus Eboracensis, Ord. Cisterciensis postea Monachus factus, cujus merita Dominus Deus à morte evadentibus miraculorum signis demonstravit.

Acho Norvegiæ Rex, dum rursus armâ hostilia contra Scotos parat, morte prævenitur.

Moritur Comes Udalricus Wirtembergicus, Princeps potens & bellicotus.

Floret Guido Bonatus Astrologus insignis, qui multa scripsit ad Astrologiam spectantia, inter quæ meritò præcellit opus illud decem Tractatum, quod introductorium ad judicium stellarum prænotavit.

Clarus hoc quoque tempore habetur Bernardus Presbyter Compostellanus, in utroque jure doctissimus. Edidit imprimis Commentariorum super Decretum inigne volumen, & alia plura.

Obit Vincentius Bellovacensis natione Gallus, Ordinis S. Dominici, in omni varietate Scripturarum versatissimus, Historiographus & Theologus insignis, qui Rege Gallorum petente sumptusque largiter ministrante, arduum illud & magnificum opus Historialis, naturalis, doctrinalis, & moralis speculi, in libris octoginta non sine maximo labore comportavit. Scripsit præterea de gratia Dei lib. 4. De laudibus Beate Mariæ Virginis lib. 1. De institut. filiorum lib. 1. De laudibus S. Joannis Apolloli & Evangelistæ lib. 1. Consolatorium ad amicum super mortuo lib. 1. Sermones de tempore & de Sanctis lib. 2. Epistolatum lib. 1. &c.

Celebris quoque habetur Humbertus Ordinis præfati quintus Generalis, vir solidæ doctrinæ & pietatis. Scripsit supra Regulam S. Augustini lib. 1. Summam Prædicatorum lib. 3. De initio sui Ordinis atque progressu gestisque Fratrum lib. 5. De Consuetudinibus & officiis sui Ordinis lib. 1. De tribus substantialibus votis Monastiæ Religionis lib. 1. Sermones tam de tempore, quam de Sanctis per annum plures.

Decedit B. Compagnus primus Prior Monasterii S. Mariæ de Porcilia, cujus usque hodie virgineum corpus perseverat penitus incorruptum.

Annus Christi 1265.

Eligitur in Pontificem Summum Clementis hujus nominis IV. natione Gallus, dictus antea Guido, Cardinalis & Episcopus Sabinus.

Moritur Anna Przemislai Ottogari III. Bohemiarum Regis filia, Henrici II. cognomento Probi, Silesiæ

Silesiæ Ducis conjux, plurimum sacrarum ædium fundatrix liberalissima.

Diem vitæ extremum hoc pariter anno obit Otto Episcopus Passaviensis, sufficitur Wladislaus Henrici Probi Silesiæ Principis & S. Hedvigis filius.

Papa noviter electus Carolus Ludovici Galliarum Regis fratrem contra Manfredum evocat, eique Regna Sicilia & Neapolis infeudat.

Ad vitam æternam transeunt quidam viri illustres ex Ordine D. Dominici. 1. B. Ægidius Poncellanus Lusitanus, ex juvene dissolutissimo & mago religiosus sanctus & miraculis clarus. 2. B. Albertus Sabaudus, qui mortis tempus clarè prævidit, & innumerabiles animas Christo acquisivit, miraculis similiter post mortem à Deo honoratus. 3. Beatus Gualterus maximâ charitate fervens erga animas purgatorii.

Floret Herthinodus Gothus, vir inter Eremitanos instituti Augustiniani summâ præditus religione, Jesu & Mariæ apparitione dignatus.

Alexander Rex Scotiæ Ecclesiasticos viros eorumque bona vexat, ad cor tamen postea rediens, damna illata reparat.

Hispani Mauros vincunt.

Burdegalis obit B. Simon Stock Ordinis Carmelitarum Prior Generalis, Deiparæ singulariter devotus, ac miraculis patris gloriosus.

Dantes Aligerius, Florentinus, Poëtarum sui ævi in Italia Princeps nascitur.

Spectatissimum Cælorum Imperatrici monumentum ponitur, Monasterium B. M. Virginis à Regali valle, quod in Diœcesi Nolanâ condit hoc anno Carolus Sicilia Rex.

Annus Christi 1266.

Moritur Iringus Episcopus Herbipolensis, postquam annis 14. præfuisse. Cui in Episcopatu hoc eodem anno succedit Conradus hujus nominis II. Comes à Trimberg.

Accitus Romam Carolus, Rex Sicilia & Hierosolymæ coronatur, à quo mox victus Manfredus in acie cadit. Ejus cadaver juxta ripam fluminis Celoris, qui Beneventum præterfluit, absque funebri aliquo officio sepultum, jussu Clementis Pontificis erutum, dejectumque & extra Neapolitanum Regnum ad ripam fluminis cognomento Viridis, qui Picentes ab Aprutinis dividit, sub dio conditum fuit, eò quod fidelium communionem privatus occubisset. Carolus tantâ victoriâ receptâ, Beneventum ivit, urbemque civibus ultro dedentibus ingressus, eam Pontifici restituit. Multam tamen à victore injuriam urbs passa est, quamvis enim Episcopus pompam Episcopalem indutus, crucibus & reliquiis Sanctorum prælatis, unâ cum Clero & populo universo supplicum in modum in processione ordinata, Carolo obviam ivisset, & hymnis canticisque spiritualibus decantatis, unâ cum imbelli sexu, supplex, claves urbis illi protulisset, sævitum est tamen in omnes; ipse Episcopus primò vapulavit spoliatusque est;

Sacerdotes reliqui nudati & plagis sauciati, sacra vexilla concisa, cruces & pignora Sanctorum terræ allisa; virginum & matronarum pudor violatus, pueris corrupta integritas, templaque profanata direptaque, civium fortunæ in prædam datæ, denique omnia ferro flammisque vastata.

Guido etiam in Sicilia pro Carolo rem feliciter agit contra Conradum Principem Antiochiæ, totam enim recepit Insulam, Conradumque ipsum in Centoripe oppido munito obsidens & expugnans capit, & cum pluribus Proceribus primò oculis, deinde suspensos vitæ privat.

Jacobus Aragoniæ Rex Mauros profligat, Murciam occupat.

Reynerius à Massa, Aldrovandus in monte Abeto, ejusque filius & Mainetus, Guidonem Sassinatem Episcopum interficiunt in Lombardia, eò quod concedere illis Episcopatus sui jura renuisset, propter quod facinus tum Legatus Pontificius, tum Philippus Ravennas Archiepiscopus, multis Provinciis sacris interdixere.

Alanus Brixiâ potitus Paganinum Turrensium Vercellenfi civitati Prætozem destinârat, hunc ad Præturam proficiscentem quidam ex Mediolanensibus exulibus, qui sub plaustris fœni latitabant, humi stratum, ac multis confossum vulneribus crudeliter occiderunt; hujus mortem Turrenses iniquissimè ferentes, totam mentem ad vindictam converterunt, itaque Embarra Mediolani Prætor ex Primoribus Turrensium apprehensos interfectorum filios ac fratres numero quatuor ac quinquaginta, impositos plaustris, omnes minus duobus trucidavit, quæ res cum pluribus civibus tum ipsi Napo vehementer displicuit, qui cum Accursio Cuticâ fremens ac dolens urbem egressus est dicens: *Horum innocentium sanguis, capitibus filiorum meorum vindicabitur.* Paulo autem post regressus, Embarram Caroli Vicarium urbe ejecit, seque urbis Principem constituit.

Alphonfus Rex Castellæ contra Mauros Granadenses feliciter exercitum ducit, eorundemque Regem sibi tributarium facit.

Post diuturna inter Belam Hungariæ Regem patrem, & Stephanum filium dissidia, pax & concordia stabilitur.

Fundatur Domus Montis rubei Ord. S. Guilielmi, sub regula S. Benedicti, extra Parisios.

Acho Rex Norvegiæ, cum 160. navibus in Scotiâ ad Aëram, oppidum Coilæ maritimum applicuit, ac 20000. militum exposuit. Causa belli prætebatur, quod majoribus suis à Machetho Scotiæ Rege aliquot Insulæ promissæ nondum essent traditæ, Bota videlicet, & Arania, & utraque Cumbra, sed quærenti bellum satis erat, eas esse Insulas. Duas maximas earum direptas, captis arcibus, antequam obviam iri posset, Acho in suam potestatem redegerat. Hoc successu elatus, in Cunigamiam proximam continentem, ex adverso Botæ descendit, eam in partem, quam Largas vocant. Ibi duplici infortunio, eodem ferè momento, percussus fuit. Primum, cum Alexandro Stuardo congressus, à multitudine Scororum propè

propè circumventus, trepidè ad naves refugit. Deinde navibus fœdissimâ tempestate vexatis, cum paucis, qui superfuert, agrè ad Orcadas delatus est. Desiderata in eo prælio fuerunt, de Norvegiis ad 16000. de Scotis quinque. Achromore amissi exercitûs, morte confectus, diem obiit.

Uladislaus Boleslai Probi Silesiæ Ducis filius, Archiepiscopus Salisburgensis creatur.

Daniel Romanovicus, Rex Russiæ Schismaticus, & Ecclesiæ Romanæ apostata, vitam finit, duobus filiis Leone & Romano relictis.

Diem obit Prandota Bialaczovius Episcopus Cracoviensis.

Gibellini mortuo Manfredi jam sine capite existentes, Conradinum Ducem Sueviæ ad repetendum paternum Regnum, in Italiam per nuncios solenniter invitant, promittentes se illi fideliter in omnibus & ubique affuturos corpore & rebus. Quod audiens Clemens Papa, Carolum Regem per totam Hetruriam Vicarium constituit, mandans universis Christi fidelibus sub pena excommunicationis, ne Conradinum pro Sicilia Rege agnoscerent, contra quod editum hic graviter protestatur.

Tandem pax inter Iringum Episcopum Herbi-polensem cum suis Clericis, & cives memoratæ urbis stabilitur. Quia verò cives Monasteria & domus Clericorum omnibus frumentis & bonis spoliaverant, multa eis, restituere, confracta reformare, & satisfacere pro damnis coacti sunt, & sic tandem ab excommunicationis sententia fuerunt absoluti. Episcopo verò pro damnis multipliciter illatis, in ducentis & duobus millibus argenti marcis condemnati fuerunt. Quibus solutis denuò in ejus obedientiam perpetuam juraverunt. Mox Episcopus vivis valedicit.

Mortuo Hispaniarum Rege, tres filii ejus contendebant pro Regno, natu major fratres suos Fridericum & Henricum de Hispaniis expellit, & solus regnare incipit. Qui duo Fratres per diversa regna vagantes coram multis Regibus & Principibus suas conquerebantur injurias, ut aliquos ad sui commiserationem & auxilium traherent. Fridericus in Africam se tandem conferens, auxilia Saracenorum implorat.

Pisani partes Conradini secuti, classem triremium triginta mittunt in Africam, ad evendendum Saracenos adversus Carolum in Siciliam.

Annus Christi 1267.

UBerlinga liberis Imperii Romani civitatibus adscribitur.

Conradinus hujus nominis secundus, Episcopus Herbi-polenensis, Româ à sua Confirmatione redux, in via obit. In cujus locum eligitur Bertholdus à Sternberg.

Moritur B. Parisius Bononiensis Ordinis Camaldulensis, 116. annis natus. Miraculis post obitum à Deo honoratus.

Ad cœlos evolat B. Pinamontius primus Prior cœnobii Bergomenis Ord. Prædicatorum, cui ferè 40. annis ingenti cum laude sanctitatis præfuit.

Inter Martyres recenseri possunt Nonaginta Fratres milites Hierosolymitani, & complures Christianorum, à Saracenis in obsidione Assur, pro Christi gloria certantes, trucidati.

Papa Regem Galliarum, Imperatorem Palæologum, & Aitonem Armeniæ Regem, ad bellum contra Saracenos animat.

Genuenses apud Drepanum atroci cum Venetis pugna certant, quatuor tunc & viginti illorum triremes captæ, reliquæ combustæ, & mediis fluctibus depressæ sunt: duo millia & quingenti Genuensium capti, mille & ducenti cæsi, plurimi fluctibus absumpti.

In Italiam vocato Conradino à Gibellinis, ad eum mox plurimi deficiunt; cujus etiam partes tenuit Henricus Aphonsi Castellæ Regis frater, qui in Pontificios insurgit; cujus fautores quoque Reynerius & Squarcialupus, viarum ab eo missi infessores, Episcopum Silvanensem occidunt: prædictos tres idè diris devovit Pontifex.

Conradinus Guelphos & Gallos Caroli Siciliae Regis nuncupati auxiliares copias, propè Aretium ingenti clade afficit. Fridericus, ejus nomine per Saracenos totam ferè Siciliam occupat.

Comitem Spanheimensem, Ecclesiæ suæ bona diripientem, prælio fundit Wernerus Archiepiscopus Moguntinus.

Floret in Brabantia Thomas Cantipratanus ex Ord. D. Dominici, Græcè & Latine doctissimus: Aristotelis Stagiritæ Philosophorum Principis libros in Latinam linguam transtulit: scripsit porro de rerum natura, atque de bono universali; itemque librum de apibus, in quo res gestas & nonnulla miracula sui sæculi ad posteritatis memoriam reliquit.

Guido Cardinalis Apostolicæ Sedis Legatus, Viennæ Austriæ Concilium celebravit, cui interfuere Joannes Pragensis, Petrus Passaviensis, Bruno Brixienis, Conradus Frisingensis, Leo Ratisponensis, Almaricus Lavanthienis Episcopi, & alii quàm plures Ecclesiarum Prælati.

In cœlum transfertur S. Sylvester Abbas, qui ex inspecto cadavere adolescentis nobilis ac elegantis turpiter deformato, à vanitate ad vitam religiosam conversus, Ordinem Sylvestrinorum instituit; insignibus claruit miraculis, nam saxum immane, quod plurimi machinis dimovere nequiverant, ipse solo signo crucis adhibito facilè movit: aquam in vinum convertit: claruit insuper spiritu prophetiæ: ac triduo postquam è vivis excesserat, ex digito alterius pedis sui sanguis mirum in modum profluxit.

Moritur Henricus secundus Episcopus Spirensis.

Obiit Patavii S. Antonius cognomento Peregrinus, Congregationis Camaldulensis sub regula S. Benedicti Monachus, illustri Manziorum genere natus, Ezelini tyrannidem fugiens, Romam, Compostellam, Hierosolymam, Coloniã, aliaque sacra loca visitavit, reversus denique in patriam, cum ignotus omnibus esse volebat; sed sanctitatem ejus benignissimum Numen, magnis à morte miraculis manifestavit. Ex his for. Patav. & Camaldul. Hugone Menardo.

Grego-

Gregorius Aquilejæ Patriarcha, à Comite Goritiæ per injuriam captivus abducitur, mox tamen Uladislai Archiepiscopi Salisburgensis operâ libertati restituitur.

Fatis concedit Thomas Episcopus Wra-tislaviensis.

Obiit Venetiis S. Juliana Abbatisa Monasterii Virginum S. Blasii de Cataldo nuncupati, Ordinis Divi Benedicti, miraculis gloriosa: ad ipsam cum mater quædam, captum filium de vita periclitari quæta recurret, Juliana quamprimum DEUM precibus fletere conata, priusquam finiret orationem meruit, ut juvenis liber, ferrum quo tenebatur, manu præferens, oranti se sisteret, & liberatrici suæ summas gratias ageret; ejus corpus adhuc incorruptum visitur. Arnold. Duacen. Marchesius.

Moritur Jacobus I. Rex Valentia, Maurorum domitor.

Beatrix Neapolis & Siciliae Regina Nuceriae obit.

Coloniae inter Cives & Senatam magna & periculosa seditio oritur. Murmurabat enim plebs contra Magistratum, gravari se ultra solitum & vires, novis importabilibusque taxis, unde tandem post multa injuriosa & contumeliosa verba, ventum est ad verbera, vulnera & necem.

Annus Christi 1268.

AGnes Wenceslai I. Bohemiæ Regis soror, Ottogari I. filia, matrona pietate insignis, Henrici I. (illustri & liberalis cognomine) Saxoniarum Palatini conjux secunda moritur.

Papa Conradinum Siciliae regnum sibi vindicare volentem, excommunicat.

Dictus Conradinus prælium init cum Carolo exercitu, primò fat fuit in confictu felix; occiso Carolo belli Duce qui se Carolum finxerat, hinc jam victoria conclamatur. Sed repente Carolo Andegavensi ipso met, cum novis militibus apparente, redintegratum est certamen, versaque belli alea, victoriâ jam Conradinum fugiente, ad duodecim enim millia ex hujus exercitu ceciderunt, fugati reliqui. Fugiunt & Conradinus & Fridericus Austriacus, agasonum se habitu occultantes. Asturam ventum, ubi consilium ceperunt navis conscendendæ, & Pisas dirigendæ, sociam & fidam urbem. Convenerant cum nauta, & jam in navi erant, sed panis ac comæatus deerat, pecunia quoque deerat, ergo anulum alter è manu detrahit, sive pignus naviculario, sive pretio ab eo permutandum. Is anulus gemmam raram & æstimatam habebat: itaque artifex miratus à sordido homine deferri, & suspectans, unde habeat? quærit; ille candidè: *A duobus juvenibus, iugenui vultus & sanguinis, sed habitu & veste squalidis, neque ultra se scire*: deferretur res ad Dynastam urbis (qui tunc illi propius erat) Joannem è gente Frangipanum: atque is ex eventu prælii & famâ tale suspicans, navem instrui jubet; adolescentem retrahi, & ad se duci: dictum; factum, sistuntur, agnoscentur, indicantur

R. P. Byentano Epitome Chronologica.

Carolo, qui captivos suos Neapolim abducit, ubi morti addicuntur, producti in scenam publicam, Conradinus animosè loquitur, Carolum accusat; se excusat, DEUM vindicem invocat, & jus suum in Sicilia ac Neapolis regna Henrico Castellano, amita suæ filio donat. Huic rei thesseram, chirothecam exuit, abjicitque. Tum Fridericus primus ingeniculare jubetur, & caput inciditur, quod sublatum è tabulato Conradinus (quis sine motu audiât) pectori appressum, deinde ori applicuit, & tortem miseram ejus deflevit; cui author ipse esset. Tum & ipse in genua provolvens, fortiter carnificem expectat; qui caput amputat; & cum fecisset, statim alius hunc interficit; ne extaret; qui jactaret generosum illum sanguinem à se sublatum. Hoc unum Carolus magno in speciem animo, cætera feritatem habent, etiam illud, quod ipse spectator supplicii esse sustinuit, in altâ quadam turri occultus: illi obierunt: nec diù vitoriâ ac Regnis Caroli posteri gavisi sunt, & Hispani (annon morituri voce & voto) ejecerunt.

Partâ insigni victoriâ, annuâ obsidione Carolus Nuceriã obsidet, fame domiti cives incolæque, non habitu modò reorum, sed damnatorum specie, resti collo circumjectâ, portis patefactis, egressique mœnibus ad pedes Caroli procubuerunt pro vita servanda supplices, quam & obtinuerunt: ast in Siculos agit sævius, Proceribus, aliisque, partim exilio, partim bonis multatis, unde multorum sibi paravit odium & insidias.

Hedvvgis Ducissa Poloniae Sanctorum catalogo adscribitur.

Archiepiscopus Narbonensis, qui Corpus Christi essentialiter in altaris Sacramento non esse affirmaverat, à Clemente Papa errorem ejurare cogitur, & gravissimis pœnis multatur: paulò post idem Clemens moritur.

Ludovicus IX. Galliarum Rex sanctissimus, concessionis investiturarum diploma lacerat, sibi satis curæ in administrando Regno dicitans.

Ingens numerus Martyrum in Syria cœlestes sedes implet: Saladinus enim Bonducard ducenta millia in exercitu habens Saracenorum, plusquam centum viginti millia Christianorum Antiochiæ occidit, ad quadraginta millia in captivitatem duxit: inter cæcos palmas obtinent virginitatis & Martyrii quamplurimæ Vestales cujusdam Cœnobii, quæ, ne virginitatis jacturam incurrerent; nasum sibi novaculis præsciderunt, hinc barbari in rabiem acti, omnes ad unam ferro peremerunt: inter alios hic cæsus est à barbaris B. Christianus Antistes, unâ cum quatuor sui Ord. Prædicat. Fratribus, cum enim Saracenos in cædibus occupatos accepisset, Pontificales vestes indutus, insulâ capiti impositâ, ante aram majorem templi procubuit, ibidemque cladem civitatis deploratis; atque Deo commendans, unâ cum illis quatuor confectus occubuit.

Geo

Guido

Guido Summi Pontificis Legatus Christophorum Daniæ Regem, ob incarcerationum à se Archiepiscopum Lundensem, excommunicat, regnoque universo sacris interdicit.

Cum Trajecti, juvenes, puellæ, viri, fœminæ frequentes in ponte choreas ducerent, nec coram Venerabili Christi Sacramento, quod eo loci deferebatur, aut procubissent, aut inclinassent vel caput aperuissent, in ultionem sceleris mox ponte desidente, ducenti propè ex eis perierunt.

Exhausto propter bellum diuturnum ærario, novum vectigal Senatus Venetus imponendum curavit, illud cum populus publicari audivisset, in Curiam impetum fecit: Reynerio Principe ad sedandum tumultum egresso, plebs Ducali Majestate neglecta, eum lapidibus incessit: ille autem plebejo cedens furori se è medio tulit; quo abeunte furibunda plebs magis ad grassandum incensa, aliquot Nobilium domos diripuit; tumultu ad extremum sedato, in fontes gravissimè animadversum est.

Moritur Henricus Episcopus Trajectensis anno Pontificatus sui vigesimo quinto, qui diu cum Hollandiæ Comitibus propter Ecclesiasticam libertatem in contentione hæsit. Succedit ei Joannes ex Comitibus de Nassau.

Inter Genuenses & Venetos induciæ ad quinquennium pactæ sunt.

Agrum Toleranum in Hispaniis locustarum agmina adeò vastarunt, ut etiam arborum frondes, non tantum herbas aut segetes depastæ fuerint: incolæ institutâ Processione Divum Augustinum Episcopum Hipponensem pro avertenda plaga præ cæteris Sanctis supplices invocârunt, qui cunctis visibiliter apparens, pedo pastorali agmina dictorum animalculorum abegit, & mortua in Tagum demersit.

Testatur Albertus Magnus vidisse se anserem monstruosum cum duplici collo, quaternis pedibus & alis, dorso uno, ut videretur anser unus alium deferens, sed non diu vixit.

In Hollandia nocturno tempore in aëre apparuerunt milites armati inter se pugnantes, quod prodigium secuta est seditio rusticorum, qui contra Principes & Nobiles terræ insurgentes, se in libertatem asserere decreverant, sed apud Harlemum profligati sunt.

Domus S. Ursuari, Monasterium Divi Guilielmi Ordinis, sub regula S. Benedicti extra Alostum Flandriæ oppidum fundatur.

Moritur Udalricus Archiepiscopus Salisburgensis.

Joannes de Exonia Episcopus Wintoniensis, quod Baronum seditiosorum contra Regem Angliæ factioni adhæsisset, à Legato Pontificio suspensus ab officio, Viterbii extinguitur.

Reginaldus ex Ordine S. Dominici creatur Archiepiscopus Meilanensis.

Moritur Beata Beatrix Ordinis Cisterciensis, Monasterii B. Mariæ in Nazareth Priorissa, admirandis virtutibus & cœli favoribus spectatissima.

Obiit item B. Salomea ex Ord. D. Francisci; in emissionem ultimi halitus viderunt omnes, qui adstabant, quasi stellam parvam ex ore ejus in cœlum progredi.

Annus Christi 1269.

Angli, Franci, Aragones in Orientem movent contra Saracenos, quos & Tartarorum Chiamus bello impetebat.

Margarita Conradini mater Neapolitani venit, cum in casum filium non aliud maternæ pietatis officium præstare, neque in loco cædis, negante id Carolo, tumultum erigere potuisset, istud unicum impetravit, ut in alium locum cadaver occisi transferret, ibidemque Oratorium ædificaret ac redivitibus ditaret, quod paulò post amplificatum est, tit. S. Eligii & Martini, nova Ecclesia extructa, & magnis opibus ditata.

Floret P. Pontius Sant - Egidianus ex Ord. D. Dominici qui Monachis Ordinem suum insigniter auxit, multos labores multasque calamitates pro fidei defensione tulit, post mortem miraculis coruscans.

Apud Insulres castrum Mozanigum hæreticis refertum diruitur, soloque æquatur, sumpto de hæreticis ex lege supplicio.

Moritur B. Manettus à Clemente IV. Servitarum Ordini Prælati: qui solo signo crucis demones ab energumenis eiecit, multos peccatores famosos ad meliorem frugem convertit, eodemque signo Crucis morbos insanabiles curavit.

Celebrat Synodus Andegavensis.

Turcæ Antiochiam Syriæ expugnant.

His temporibus visi sunt nocturno tempore apud Hollandos in aëre milites pugnantes, ita ut etiam strepitus & collisio armorum audiretur, quæ visio genti præsagium fuit calamitatis mox secutæ. Gens enim infima civium & rusticorum Hollandiæ, conspiratione factâ contra Principes terræ urbiumque Rectores, maximè contra Nobiles Provinciæ, jugum subjectionis omnino abjicere voluerunt. Convenientes itaque ex urbibus & villis, ingentem armorum eduxerunt exercitum, & per regionem diffusi omnia vastare cœperunt quæ ad Nobiles pertinebant, eorumque etiam insidiabantur vitæ, quemadmodum intronissi Trajectensem in urbem, Nobiles statim omnes quotquot poterant reperire primo furore vel occiderunt, vel spoliatos omni substantiâ ignominiosè è civitate statim eiecerunt. Spolia verò & quidquid ex Nobilium bonis rapuerant, ut non livore, non odio, sed justitiæ amore, fideique zelo moti viderentur, pauperibus sunt elargiti.

A Trajecto moventes, in omnem circa regionem discurrerunt, multa Nobilium castra, munitiones & vicos ceperunt & funditus destruxerunt. Eò deinde devenerunt temeritatis, ut dictarent se novis legibus mundum reformaturos. Præ omnibus Nobiles, deinde Principes, postea Pontifices cum omni Clero & Monachis, Mendicantibus exceptis, forè extirpandos. Intranses demum Geldrensiæ fines, magnâ multitudine Harlemum

Annus Christi 1270.

Moritur Wladislaus Archiepiscopus Salisburgensis, Henrici Probi Silesiæ Ducis & S. Hedvigis filius, Princeps admirabili morum innocentia, & in omni vita gratissimâ omnibus præditus suavitate: castimonie sæculis rarum exemplum edidit juvenis, & adhuc in Paduanis scholis diversans. Nam cum ei inops pater filiam formosam clanculum adduxisset, tantum abfuit, ut ex ea malum gaudium quæreret, ut etiam præsentem patre, misertus inopiæ, tantum argenti, quantum ad dotem & honestum conjugium satis esset, confestim numeraret. Uno in facto Josephum castimoniam, Nicolaum beneficentiâ repræsentans.

Circa hunc annum Moyses Ungariæ Palatinus unâ cum fratre suo Monasterium Abram Ordinis Cisterciensis condit. Rosenthal in Act. S. O. Cisterc. fol. 11.

Cum Eduardus Regis Angliæ filius copias ad Ptolemaidem exposuisset, & solus in cubiculo esset, sicarius eum adortus, uno atque altero vulnere ex insidiis affecit, & certè confodisset, nisi cubicularius accurrisset, & sic insidiator in vestigio trucidatus est.

S. Ludovicus Galliarum Rex occupatis Africae littoribus decem Barbarorum millia in acie fundit, hinc Carthaginem obsidet, quam illi acerrimè defendunt, astu tamen primò arcem, urbem deditione capit. Dein ad Tunetum castra sunt mota, in itinere cum Rege gentis pugnatum, ad decem rursus Afrorum millia sunt caesa: durante jam sex mensibus obsidione dum hostis de deditione agendi per Oratorem jam initium fecerat, lues pestilens exercitum Christianum adortur: decedit ex ea præter gregarios plurimos Joannes filius Regis, mortis socium nactus Nivernensem Comitem, quos paulò post ipse Rex Sanctus Ludovicus sequitur; lue aucta obsidio quidem soluta, & decennes induciæ cum barbaris initæ hisce conditionibus, impensas omnes præsentis expeditionis Saracenus auro compensaret, quadragena aureorum millia Sicilia Regi Rex Barbarus quotannis numeraret, captivos Christianos liberos dimitteret, Fratres Ordinum D. Dominici atque Francisci urbibus reciperet, hisque de Christo publicè verba faciendi jus esset & baptizandi.

Paratâ classe & recepto milite in Siciliam decurritur, Isabella Philippi uxor in itinere moritur: Drepani extinguitur vi morbi Guillelmus Comes Flandriæ: Theobaldus quoque Navarra Rex extinctus est.

Regni Proceres ob Alphonso Regis severitatem in Hispaniis tumultuantur.

In Italia & Gallia ob Inter-Pontificium seu vacantem Sedem Papalem, & Principum absentiam, Manichæorum recentium & Waldensium hæreses, non minus licenter quam impudenter omnia Sacra temerabant.

In Aragonia Petrus Caderita & Guillelmus Colonicus hæreticæ pravitate Inquisitores Arnoldum Castellbonium Vice-Comitem

temium adoriuntur, firmatâque obsidione fortiter impugnare cœperunt. At Harlemenses strenuè locum defendentes acceptis à Joanne Episcopo Trajectensi & Geldriæ Comite copiis auxiliariis, irruentes inopinatè ex urbe in castra, obsidentes magnâ ex parte obtriverunt, cæterosque in fugam egerunt, quo factò tota conspiratio illico finem est sortita.

Clemens IV. Papa moritur Viterbii, vacat ob nimiam Cardinalium discordiam Sedes Petri biennio.

Inter Episcopum Herbipolensem & cives novum denuò succrescit bellum. Senferunt cum civibus contra Episcopum Comites de Hennenberg, de Castello & Hohenloe cum quibusdam aliis oppidanis & Nobilibus. Consertis tandem haud longè à Kitzinga armis, victoria stetit ex parte Episcopi, & ex parte ejus adversariorum occisi sunt viri quingenti, capti plures, vix reliqui fugâ salutem invenire valuerunt.

Eodem tempore inter Engelbertum Archiepiscopum Colonensem & cives ejusdem urbis ingens factum est dissidium, cujus occasione omnes cum Archiepiscopo sentientes, & qui vel modicè essent de familiaritate ejus suspecti, per Senatum de civitate fuerunt ejei. Ibi autem vim & injuriam conati vindicare, hominem quendam astutum ingenio & Coloniensibus ignotum in urbem miserunt, qui per diem cum cæteris mendicis ostiatim stipem emendicabat, noctu autem, murum civitatis quodam in loco suffodere, & sat amplum pro ingressu locum excavare cœpit; quo perfectò cum expulsi acceptis ab Archiepiscopo militum subsidiis nocte quadam urbem per dictum foramen ingredi constituerunt, sortitum fuisset consilium exitum felicem, nisi unus seclatim subducens, civibus insidias detexisset. Hinc instante jam noctis horâ quâ dictum foramen hostis intrare debebat, Colonienses præparati magno in numero occultati & armati eum expectabant. Veniunt interea ad murum copiarum Archiepiscopi, datoque, ut moris, simbolo per foramen ingredi cœperunt. Latitabant in silentio cives, hostes autem quotquot ingrediebantur, juxta murum intrinsecus aliorum expectabant introitum. Summum fuit ex omni parte silentium. Cum jam tempus adesse civibus videbatur (non enim sibi tutum rati intrmittere omnes) cum tubis & ingenti clamore de insidiis prorumpentes, subito in hostes irruunt, omnesque ad unum occidunt. Præoccupato etiam foramine, ignem injiciunt, & præ tumultu non valentes retrocedere, flammis suffocârunt. Fertur, non minus 600. viris de parte Archiepiscopi interceptis, reliquos fugâ salutem quæsisse.

In Claravallis Monasterio corpora nongenta & amplius, sanctitatis opinione celebrum ibidem Monachorum corpora elevantur, & in sacellum quod Flandriæ Comitum appellant, transportantur, quem locum sæpè visus est cœlestis & prodigiosus splendor illustrare, multis deinceps illi patratis miraculis.

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

& Ermesendam Fuxensem Comitem ejus filiam impietatis condemnarunt, ossa eorum erui & comburi jusserunt.

Rogarium Ermesendæ nepotem, eodem crimine in judicium accerserunt; hæreticorum fautoribus & sectatoribus graves pœnas inflixerunt.

Guido Longimellus Ordinis Prædicatorum magnâ sanctitate præditus, unâ cum socio, Saracenis verbum vitæ disseminans, gladiis eorum pro fide Christi cæditur.

Ex Ordine eodem ad cœlos abeunt Guilelmus Anitiensis Gallus profundâ humilitate, qui supremum spiritum agens Angelos sibi obvios & gloriam cœlestem vidit. Metis quiescit P. Bonaspennius, Alexandri IV. Pontificis olim Confessarius miraculis clarus.

Perusæ moritur B. Thomasellus, tantæ austeritatis in carnem, ut pro cilicio lorica in nudo corpore gestaret, Prophetiæ dono præditus.

Claret Beatus Jacobus Casertanus S. Thomæ Aquinatis discipulus & virtutum æmulator.

Item B. Helena, quæ à Christo ob contemplationem ardentissimam Passionis Dominicæ, stigmata in manibus & latere dextro, quæ poterant videri Christo imprimente recepit: tantæ efficacitatis fuit hujus Virginis tactus, ut non tantum ægritudines corporis à plurimis depelleret, sed & herbas aridas virori pristino restitueret.

Pari vitæ sanctitate luxit B. Margarita Belæ IV. & Mariæ Hungariæ Regum filia, quæ duos tantum annos nata, ac penè infans, casum Friderici Austriæ Ducis, & paterni exercitus internecionem prædixit: Monialium Divi Dominici habitum induta, corpusculum suum durissimè habuit, sub meditatione Dominicæ Passionis sæpius in extases raptâ est; expirans hæc verba dixit: *In manus tuas commendo spiritum meum.*

In Cracoviensi regione Virboslai Comitissæ uxor triginta sex pueros vivos uno partu edit.

Die sextâ Decembris sub crepusculum ingens splendor in figuram Crucis efformatus eandem regionem illustravit.

Calissæ natus est vitulus cum duobus caninis capitibus atque dentibus, & septem pedibus vitulinis: caput autem majus quidem antrorsum in loco suo, minus verò retrorsum ad caudam situm erat; ab ejus cadavere canes abhorruere.

In Silesia apud Michalovum pagum, & inter Viadrum ac Nyssam fluvios triduo sanguine pluisse dicitur.

Ætas hujus anni tota ferè continuis pluviis, & insolitâ aquarum inundatione non modò segetibus, verum etiam pecudibus & jumentis, pagis oppidisque plurimum incommodi attulit.

In Hetruria pace inter Senenses & Florentinos conciliatâ, Guelforum extorres Senas redierunt, quidam autem Gibellinarum Procures urbe relicta in exilium abierunt: aliqui eorum retracti, & majestatis violatæ accusati, capite luerunt.

Fundator Domus S. Catharinæ, Monasterium Ord. Guilelmi sub Regula Sancti Benedicti, extra Nivellam Brabantæ oppidum. Moritur Volradus à Kranchsfelder, Episcopus Halberstadiensis. Item Gerardus Episcopus Verdensis.

Claret virtutibus & prodigiis B. Gertrudis Abbatisa Trebniacensis Cœnobii, filia S. Hedviggis Polonorum Ducissæ.

Obiit Benedictus de Saxoferrato Monachus Sylvestrinus, vir eximie morum sanctitatis.

Item B. Bartholomæus Episcopus Vicentinus.

Reformatur pax & concordia inter Engelbertum Archiepiscopum & cives Colonenses.

Claret Rudolphus Comes Habsburgicus, Alberti filius, animi fortitudine & religione illustrissimus. Cùm die quadam per campos veheretur, Sacerdotem SS. Eucharistiam ad ægrotum ferentem obvium habuit, cui mox equum suum concessit ad insidendum, ipse verò eundem pedestris secutus. Brevi vaticinium accepit consequendæ supremæ in terra Majestatis, quam post biennium accepit ab Imperii Principibus Electoribus Cæsar salutat.

Elevatur solenniter corpus magni Episcopi, S. Brulionis nostri.

Annus Christi 1271.

Mense Septembri post longum Sedis vacationem Gregorius X. Papa eligitur.

Moritur Vitus Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis Decanus, vir sanctitatis famæ, charitate in pauperes, zelo pro domo Dei inclytus.

Carolus Rex Neapolitanus Luceriam rebellem obsidet, & post acrem oppugnationem ad deditionem cogit.

Guido Comes Montfortius, Viterbii in aede summa Henricum Richardi Anglorum Regis filium coram omni populo interfecit: causa cædis fuit, quòd Richardus Simonem Comitem Montisfortis, patrem Guidonis per dolum interim sive jussisset, sive ad eò tolerasset. Frater Henrici Eduardus, cor occisi balsamo imbutum, in Angliam retulit, & pyxidii aureæ inditum in fastigio columnæ, ad pontem Londinensem erectæ collocavit, ut memoria ejus occisionis ante oculos Anglorum versaretur, quæ eos ad vindictam sumendam excitaret.

Floret Eberhardus Episcopus Constantiensis, ex illustri familia Baronum Walpurgiorum, vir felicissimi ingenii, eruditione, sobrietate, & pietate præstans, qui reditus Ecclesiæ suæ magnopere auxit.

Par huic licet non Ecclesiasticâ, Sæculari tamen dignitate atque pietate Christianâ Nicolaus Comes Holsteinius, omnis pompæ orator, unicum ei studium erat pietati operam dare, & religionem promovere.

Apud Posonium inter Ottocarum Regem Bohemiæ & Regem Ungariæ pax stabilitur.

Sancto

Sancto sine coronata ad cœlos ex terris abit B. Margarita, Andrea Ungariæ Regis filia, Monialis Ord. S. Dominici, miraculis & spiritu prophetiæ illustris.

Henricus sive Enzius Friderici II. Imperatoris Filius 22. annis captivus, paulo antè mortem filium suum Bentivolum Bononiensibus commendat, à quo illustrissimæ Bentivolorum familiæ origo.

Floret Guilelmus, Durandus, vulgò Speculator dictus, ab utilissimo ac doctissimo opere, quod is Speculum juris appellavit. Scripsit etiam Rationale Divinorum Officiorum: item de Origine jurisdictionum, & de modo Generalis Concilii celebrandi.

Moritur Alphonus Comes Pictaviensis & Tholosanus, Caroli IX. Galliarum Regis frater, sine hæredibus relictis.

S. Bonaventura à Gregorio Papâ ad Cardinalitiam dignitatem promovetur.

Magna & DEO dilectissima Gertrudis, cœnobii sui Abbatisa eligitur.

Annus Christi 1272.

Moritur Bertholdus Magnus Prædicator ex S. Francisci Ordine, ad cujus concionem dicuntur aliquando centum hominum millia confluisse: fuit insuper multis à Numine revelationibus illustratus.

Inter Venetos Liguresque pacem promovet Pontifex; idem Concilium œcumenicum indicit.

Moritur Henricus Angliæ Rex, item propè centenarius B. Christophorus Ord. Minorum, ingens sanctitate & austeritate vitæ, aliquando DEI Mater visibiliter ei apparuit: semel ceceus igne cælitus demisso illi sacrificaturo accensus est; sæpè super celebrantis caput columba candida conspecta est, similiter vitæ finem facit Cremonæ B. Facius virtutibus & miraculis clarissimus.

Per id temporis Paulus Episcopus Cracoviensis Pontificiam Cathedram non uno scelere contaminavit: Verum, cùm hanc cælitus delapsam vocem audiit: *Va tibi, Paule Episcope; melius tecum actum esset, si natus non fuisses,* fertur scelera sua majorem in modum deplorasse.

Mago sive Meto Scythæ post susceptum baptismi lavacrum infideles bello victoriosè petit, Persidem subigit, & Babylonem Caliphæ Mahometani sedem expugnat.

Moritur Annibaldus Romanus Ord. S. Dominici, S. R. E. Cardinalis Vir profundissimæ doctrinæ, & vitæ incontaminatæ, Item Henricus Bartholomæi de Susa S. R. Cardinalis & Episcopus Ostiensis, ob insignem Juris scientiam dictus fons & splendor juris. Scripsit summam utriusque juris, item Expositiones in libros VI. Decretalium.

Cracoviæ in Polonia tres fratres uterini ex Ord. D. Dominici, Wenceslaus Presbyter, Uladislaus Diaconus, Vislaus Subdiaconus post sumptam in die cœnæ Domini sub Sacro Synaxin ante aram cum reliquis Monachis prostrati, simul animas exhalârunt.

Sinistra mox apud præsentem opinio orta est, mortem hanc ob indignè sumptam Eucharistiam divinitus pro pœnâ immixtam fuisse, quamobrem sine Ecclesiasticis ceremoniis & precibus sepulturâ a fini sepulti sunt; verum non permisit DEUS tam sancta corpora despectui haberi; defuncti enim fratres Priori Cœnobii tertio apparuerunt gloriâ cœlesti circumdati, jubentes, ut eorum corpora transferrentur in Ecclesiam, utpotè quorum animæ illic cælestes in egressu suo sedes petissent; paruit monitis Prior, & cælestis postea splendor sæpius ad tumultum visus est.

Natus est Bertholdus X. Comes Hennebergicus.

Obiit Henricus Comes Monfortius, Episcopus Curiensis, item Eberhardus Episcopus Wormatiensis, nec non S. Zita virgo Lucæ in Italiâ, mirâ in pauperes munificentiam prædita, quorum uni aquam è puteo afferens eam in vinum convertit; varios insuper DEI favores in se experta, sæpius sub oratione in ecstasi raptâ est, magno animarum æstuabat zelo: ipsâ moriente stella lucidissima in pleno die super urbem Lucanam apparuit, & mortem virginis ipsam pueri nemine nunciantè, sed Domino revelante renunciârunt: claruit insignibus post obitum miraculis.

Ad cives cœlestis Jerusalem emigrat B. Guido S. R. E. Cardinalis Ordinis Cisterciensis Generalis, eruditionis & virtutis laude celeberrimus, item B. Albertus Abbas B. Mariæ de Cliva ejusdem Ordinis.

Facta est hoc anno dissensio gravis inter Episcopum & cives Basileenses ex unâ parte, & Rudolphum Comitem Habsburgicum, undè hic Basileam urbem obsedit, & omnia circum sita igne feroque vastavit, qui eodem hoc anno in Romanorum Imperatorem eligitur.

Decedit Engelbertus Archiepiscopus Colonienis, vir strenuus, libertatum, juriâ & privilegiorum Ecclesiæ suæ defensor sæpè accerrimus, hunc simili mortis fato sequitur Henricus ex Comitibus de Lyningen Spirensis Ecclesiæ Præsul, cui succedit Fridericus L. Baro de Bolandiâ.

Cælo gaudens invehitur B. Albertus Abbas Monasterii B. M. Virginis de Olivâ, qui Prussiam radiis sanctitatis mirificè illustravit.

Annus Christi 1273.

Gregorius Papa Florentiæ dissidentes cives reconciliat, & Basilicam dedicat Gregorianam trans Arnum juxta supremum pontem; cum verò Florentini paulò post nova in Gibellinos molirentur, urbi sacris omnibus interdixit.

Guido Comes Montfortius interfectus Henrici filii Angliæ Regis, serio pœnitens, funem collo imponens, calceos & reliqua pedum tegumenta detrahens, vestimenta omnia deponens, solâque subuculâ & femoralibus Papam pro solutione ab excommunicationis vinculo convenit, à quo absolutus, carceri mancipatur.

Oritur in Germaniâ hæresis flagellantium, ad quam extirpandam Ottocarus Bohemiæ

Rex, plures illi addictos partim comburi, partim aquis submergi, alios Bohemiâ exturbari præcepit.

Quo die Rudolphus, insignia Imperii suscepit, spatio unius horæ apparuit nubes candida, in modum crucis formata, quæ postea in ruborem sanguineum mutata est; istud cum Principes illi retulissent, dixit, si Dominus vitam prosperitatemque mihi concesserit, transmarinas partes adibo, & pro peccatis meis maximis Domino JESU CHRISTO sanguinem meum consecrabo: Annal. Colmarienses; inter ejusdem coronationem, cum Germaniæ Principes Sacramento fidelitatis se obstringere deberent, neque Sceptrum adesset, quod manu contingerent, Rudolphus arreptâ cruce ad eos dixit: *ecce signum, in quo nos & totus mundus redemptus est, & hoc signo utamur loco Sceptri, ipse deosculatâ imagine Cruci affixi, omnes Proceres tam Clericos quam Sæculares aded commovit, ut Sceptro non expectato, in signum Crucis manibus positus, ei homagium præstiterint.*

Apud Rodenburgium in Belgio Deiparæ imago miraculis clarescere incipit. Annal. Fland. lib. 9.

Moritur Henricus Baro à Gerolfeck Episcopus Argentoratensis, item Otho de Castro Radulphi S. R. E. Cardinalis.

Bernardus, aliis Bandinus, creatur Episcopus Senensis.

Guillelmus de Blavia fit Episcopus Engolismensis.

In Germaniâ cum Sanctitatis opinione decedit Coleta Monialis Ord. S. Francisci.

Decedit Helena Alberti Saxonæ Ducis uxor, filia Ottonis Ducis Brunsvicensis: cui hoc eodem anno matrimonio copulatur Agnes, filia Rudolphi I. Imperatoris.

Obiit eodem anno Balduinus II. Imperator quondam Constantinopolitanus, à Michaële Palæologo sede pulsus.

Beatrix Neapolis & Sicilia Regina filia, Philippo de Courtenay, qui Imperatoris Constantinopolitani nomen gerebat, nubit.

Rudolphus neo-electus Imperator, quominus conceptum in Saracenos bellum prosequatur, ab inquietis quibusdam & contra se conspirantibus Imperii Statibus impeditur; erant inter hos conspiratores Odoacer sive Ottocarus Rex Bohemiæ. Henricus Dux Bavariz, Marchio Badensis, Comes Eberhardus de Würtemberg, Comes de Montfort, Comes de Helfenstein, Comes de Tockenbourg, & alii Comites adhuc septem.

Celebrat idem Rudolphus Conventum Principum Generalem Norinbergæ, ubi omnes ipsi exceptis prædictis juramentum fidelitatis præstiterunt.

Ludovicus Comes Palatinus Rheni secundâ uxore mortuâ ducit tertiam, Mechildem filiam Imperatoris novi.

Annus Christi 1274.

Obiit S. Thomas Aquinas, Doctor Angelicus, Monachus ex ordine Divi Dominici, Comitum sanguine, & virginitate perpetuâ commendatus.

Ipse Gregorius Papa Concilio Lugdunensi præsidet: ubi 500. Episcopi, Abbates sexaginta convenere: adfuit quoque Balduinus secundus Latinorum Orientalium Imperator cum Legatis Imperatoris Michaëlis Palæologi, qui ejurato Schismate nomine dicti Imperatoris Romanorum Catholicam fidem professi sunt.

Moritur B. Humbertus, Ex-Generalis Ordinis Prædicatorum.

Post terræ motum in Angliâ, quo multa ædificia corruerunt, sanguine in Walliâ pluit.

In Germaniâ propè Lauffenburgum, oppidum in finibus Helvetiorum ad Rhenum fluvium, natus est infans manibus ac pedibus anferinis, capite horrendo.

Joannes de Toletto S. R. E. Cardinalis & Episcopus Portuensis, ad Concilium Generale Lugdunense missus, in humanis esse desit.

Joannes de Enstal creatur Episcopus Chiemensis, postea ad Infulam Gurcensem promotus.

Monasterium Michaël - Buranum Ord. D. Benedicti in diocesi & territorio Salisburgensi, fortuito igne consumitur.

Decedit Eberhardus, Truchsesius à Waldpurg Episcopus Constantiensis, item Simon Episcopus Paderbornensis.

Ad Superos abit B. Genta Abbatissa Vallis Florida Ordinis Cisterciensis, ante cujus mortem globus igneus propè fenestram cubiculi, in quo decumbebat, apparuit, ipsaque Christum in vitâ tuâ sapius intueri meruit Thom. Cantiprat.

Moritur B. Albertus Episcopus Ferrariensis; item B. Radolphus Freburnus ex Ordine Carmelitarum, miraculis illustris.

Diem obiit Joannes ex Archiepiscopo Bisuntino, S. R. E. Cardinalis.

Ingens eclipsis lunaris visa est, quo tempore tota Germaniâ ardebat latrocinii, seditionibus, tumultibus ac bellis.

S. Petrus de Morono novam sub Regulâ S. Benedicti familiam instituit, quæ Cælestinarum vocatur.

Annus Christi 1275.

Mellis ob imbrium continuam inundationem in campis relicta, magnam Franco-niæ famem & annonæ caritatem, cum ingenti hominum pecorumque nece inducit.

Patriarcha Constantinopolitanus Josephus & Andronicus Cæsar unionem cum Romanâ Ecclesiâ levitèr contemnunt, quam tamèn Palæologus Imperator promovere satagit; tantaque fuit dicti Patriarchæ obstinatio, ut potius sede relicta, se in Monasterium contulerit, ubi reliquum ætatis exegit.

Multis contra Rudolphum Imperatorem insurgentibus, Comitibus Augustæ coguntur, & illi hostes declarantur.

Moritur S. Raymundus de Pennafort, qui inter cetera plurima miracula in vitâ gesta ex Insulis Balearibus, super pallio super aquas maris expanso 160. milliaria navigans, sex horarum spacio Barcinonem appulit, ubi resumpto pallio, quod nequidem aquâ perfusum erat, januis clausis Monasterium intravit.

Obiit

Obiit Lugduni S. Bonaventura Cardinalis & Episcopus Albanensis, doctrinâ & vitæ sanctitate celeberrimus.

Ipso hoc anno Pelagius Correa, Equitum D. Jacobi Magister, extinctus est, annis gravis, omni laudum genere bello paceque clarissimus: item Philippus Sabaudia Comes.

Ferè hoc anno duo portenta in Regno Polonia, in territorio Cracoviensi extitisse memorantur: puer dentatus, eodem quo natus est die, distinctè & articulatè locutus est, donè baptismi initiatus, dentes & sermonis usum amisit: alius verò semestris in urbe Cracoviensi prolocutus, Tartaros adventuros, & Polonorum capita præcisuros esse respondit, atque prædixit, rogatusque, divinitus id se scire, & sibi quoque id malum impendere dixit: quod post duodecimum annum impletum est.

Eodem anno Novesii in Germania obiit P. Nicolaus Minorita, Sanctimoniâ insigni plurimisque miraculis clarus.

Item fatis cessit Mathildis, filia Florentii Comitissæ Hollandiæ, ea quæ unico partu filios peperit numero 365. qui omnes ab Othone Episcopo Trajectensi sacro lavacro, in pelvi simul jacentes abluti, obierunt.

Vitam deponit Amalricus Episcopus Lavantinus, & Bela IV. Rex Ungariæ.

Moritur in Belgio B. Memoriz Margaretha vidua, Monialis Flinensis sub instituto Cisterciensium, ex Regibus Cypri oriunda.

In lucem editur Balduinus, filius Henrici III. Blondelii, Comitissæ Luxemburgici filius, postea Archiepiscopus Treverensis.

Rudolphus Ottocarum Bohemiæ Regem, qui possessionem Ducatus Austriæ iniquè usurpabat, bello petit, omnia in Bohemiâ ferro, igne & rapinâ devastat, comisso prælio superat, & ad subjectionem compellit; juravit itaque Ottocarus ei obedientiam, & se staturum Principum judicio promittit, sed non servavit.

Annus Christi 1276.

Decedunt uno hoc anno Gregorius X. Innocentius V. & Hadrianus V. Romani Pontifices, succedente Joanne XX. sive XXI. Græcorum exercitus à Turcis magnâ strage afficitur, barbaris indè portâ ulterioris victoriæ aperta.

Moritur Jacobus Aragoniæ Rex, cum trigentesies cum Mauris signa contulisset, secundo semper præliorum eventu.

Henricus Daniæ Princeps, in Syriam profectus, cum ad prædam cum aliis exisset, à militibus Saladini capitur, & per totos sex ac viginti annos in servitute permanet.

In Polonia scenam tragicam exhibet nobilis quidam in proprios æquè ac externos crudelis, qui pœnitentiæ Sacramentum parvi pendens, in lethalem morbum incidit; Sacerdotes quidam ex Divi Dominici Ordine eum ad pœnitendum solubritèr adhortabantur, quibus miser rēponebat: Serius me ad pœnitentiā impellit, serius confessionem judicato & jam damnato suaderis, cum pœnitentiæ & gratiæ elapso confessionis & pœnitentiæ spatio mihi subrepto, iusto DEI judicio, in potestatem traditus

sum Spirituum tenebrarum; urgentibus deinde majori instantiâ ægrum Sacerdotibus ne desperaret, & opem divinam si pœnitere & confiteri vellet pollicentibus, extremam edidit vocem: frustra, inquit, ingeritis de confitendo monita, proprio damnato arbitrio, & jam in dæmonum potestate consistenti, à quorum catervis supereminentibus torquendus & flagellandus jam appetor: auditæ illic sunt percussiones horrendæ, ictus frequentes, & atrocissima ex sonitu & collisione, atque ex reciprocatione flagellorum verbera, & in ægri corpore livores, plagæ vulneraque à præfatis Sacerdotibus ac aliis circumstantibus, visibiliter ab invisibilibus tortoribus illata, conspecta, inter quæ infelix nec vocem nec gemitum edens, miserabiliter exspiravit.

Diem obiit Hildebrandus Episcopus Aichstadiensis: item S. Benvenutus Auximi in Piceno, qui vivus & mortuus miracula patravit: nec non B. Arnulphus Abbas Villarii.

Claret B. Balduinus Monachus Dunensis, Ord. Cisterc. in Flandriâ, cujus egregia merita, multis ab ipso editis miraculis Dominus comprobavit. Chrysoft. Henriq.

Floret item Sanctitatis famâ B. Robertus Episcopus Sylvanectensis, ex Ord. Cisterciensium.

Naturæ debitum solvit Alphonsus III. Lusitaniæ Rex, anno ætatis sexagesimo quinto, regiminis trigesimo secundo.

Annus Christi 1277.

Johannes vigesimus primus, Papa, tecti clavibus ruinâ Viterbii oppressus, sexto post casum die occubuit: ejus loco electus est Nicolaus III. familiâ Ursinûs, à modératione animi dictus Compositus, licet ille hanc dignitatem cum lachrymis deprecaretur.

Veneno ab ignoto tollitur Ludovicus primogenitus Philippi Galliarum Regis.

Stephano Ungariæ Rege defuncto, Ladislaus Chonus, vir atroci ingenio & animo magno, sed vitis deditus, omnium consensu Regnum suscipit.

Ottocarus Bohemiæ Rex Rudolpho Imperatori fidem datam servare recusat, quare iste cum Ladislao Ungariæ Rege fœdere inito illum armis petit, quæ timens Ottocarus, pacem petit, & Sacramentum præstare promittit, si modò honoris sui causâ, intra Augustale tabernaculum id faceret; accepit conditionem Imperator, illiusque lepido commentò pudorem elusit: in medio enim spatio Augustale tentorium extendi jussit, fellamque in suggestu sublimi collocari: mox ipse Imperatoris insignibus conspicuus, confidentibus Imperii Electoribus, cæterisque Proceribus, Ottocarum accivitis cum paucis Optimatibus tentorium ingressus, perreverenter suggestum ascendit, ac supplex ad Imperatoris genua constitutus, dum ex more solenne Sacramentum præstaret, ecce tentorium ex industria compositum in partes quatuor ex improviso solutum decidit, callidæque ruinâ Ottocarum ad Rudolphi genua supplicem, utriusque exercitus spectatum exhibuit; quod factum ægrè ferens Ottocarus, bellum denuò cum Imperatore machinatur.

fin

In Sicilia, Galli superbiâ, luxuriâ & crudelitate omnia implent.

Valdemarus Sueciæ Rex in Magnum Sudermannia Ducem, fratrem suum, arma infeliciter capit, sed amisso exercitu, in potestatem illius ex fugâ retractus venit, ille tamèn clementiâ usus, illi totum regnum Gothorum assignavit, contentus in regno Sueonum, sopitis domesticæ discordiæ fomentis, regnare; brevi autem post moritur, totum fratri Magno Regnum relinquens.

Paganus Bergomensis sacra fidei Inquisitor ex Ord. D. Dominici, ab hæreticis unâ cum duobus Notariis laicis multis vulneribus confossus, Martyrii laureolam adipiscitur, quam & reportat in Aragoniâ Petrus Caderita ejusdem Ordinis alumnus.

Claret vitæ sanctitate atque miraculis Sanctia Aragonum Regis filia.

Fundatur Domus de Hubergis, Monasterium Ord. S. Guilielmi sub regulâ S. Benedicti juxta Bergas ad Zomam in Brabantia.

Poppo hujus nominis XIV. Comes Hennebergicus, Sophiam Henrici Bavaricæ Ducis filiam, ducit uxorem.

Sæva fuit hujus anni hiems, ut flumina & lacus maximi gelu glaciæque rigescerent.

Galeacius Vice-Comes nascitur.

Wenceslao Ottocari filio parvulo Jutta Imperatoris filia desponsatur, sed cum paulo post Ottocarus fidem datam fregit, Imperator injuriam ulturus 26. Augusti prælium cum eo iniit, Marte ancipiti per horas aliquot certatur, cessit postremò victoria Rudolpho, Ottocarus verò fugam capellens à quodam Bertholdo de Ermenvverch equo dejectus, & gladio transfossus interiit, quem alii tamen ab ipso Rudolpho occisum esse perhibent, quidam prælium anno sequenti contigisse referunt.

Henricus de Finstingen Archiepiscopus Trevirensis arcem Berncastell ad Mosellæ ripas novam à fundamentis construit, & villam propè adjacentem muris circumdans in oppidum commutat.

Eberhardus Episcopus Wormatiensis moritur in Italiâ, cujus corpus in Germaniam relatum à familiaribus, in Monasterio Otterburgo Ord. Cisterciensis sepelitur, succedit illi in Pontificatu Fridericus.

Wilhelmus Comes Juliacensis Aquisgranum nocte inopinatè armatis copiis ingreditur, ut illud sibi subiceret, quem tamèn cives astute circumvenientes ipsum cum tribus filiis & totâ militiâ interficiunt.

Brabantia Dux & Archiepiscopus Coloniaensis periculosè colliduntur.

Claret Udalricus de Argentinâ ex Ord. Divi Dominici Philosophus & Theologus insignis, scripsit Summam Theologiæ volumine uno. De animal. 1. Varios sermones ad Clerum & populum. Itèm Thomas Brabanticus ex eodem Ordine, scripsit inter multa de naturâ & proprietatibus Apum. Opus Myticum, & miraculis suâ tempestate in Germaniâ factis refertum, lib. 2. De rerum naturâ lib. 1. Vitam cujusdam S. Christianæ. lib. 1.

Moritur Bendoedar Babylonie Sultanus non sine suspitione propinati veneni.

Annus Christi 1278.

Nicolaus Papa tertius, coronatur: pacem reintegrare studet inter Imperatorem Rudolphum ac Carolum Regem Sicilia.

B. Cunegundis Ottogari secundj Bohemie Regis filia, Parthenonem S. Clare ad Salvatorem in antiquâ urbe Pragensi ingreditur.

Ladislau Ungarie Rex impiè vivens à Legato Summi Pontificis anathemate feritur.

Joannes Beccanus ex instituto Divi Francisci ad Archiepiscopalem Cathedram Cantuariensem evehitur.

Circa hoc tempus Divina justitia tragicum in avaro sacerdote exemplum ostendit: fuit hic è diocesi Cantuariensi, qui cum periculose ægrotasset, Franciscanos aliquot Patres, quos de animæ suæ salute consuleret, accersivit, hi cum properè advenissent, ille tempus extrahens, quoniam, inquit, de itinere fatigati estis, reficite paululum vos, ego verò paulo post vos evocabo, dimissis interim omnibus ex cubiculo, præterquam puerulo quodam, eundem ad se accersens; aperit, ait, hanc arcam, ac defer mihi argenteum discum quem in eadem reperies; erat autem totus auro & argento oppletus: quem acceptum & in sinum positum, fixo continuatoque obtutu, magnâque cum voluptate intuens, acceptos nummos in os demittere cœpit, ibi puer motum mente existimans Sacerdotem, citato cursu è solario, alios famulos advocaturus descendit, qui cum in continenti advenissent, repererunt hominem jam mortuum, cadaverque illius prorsus nudum humi projectum, nummisque quasi undequaque contextum. Bzovius.

Moritur B. Sita virgo Hetrusca, quæ inter cætera miracula aquam signo crucis in vinum convertit, cum panis frustra pauperibus eroganda portaret, eadem in flores pulcherrimos conversa vidit, insignita erat à DEO lachrymarum dono, in orationibus & corporis afflictationibus assidua, ei urbis porta mirabiliter suâ sponte est aperta; sapius nungente ac pluente cælo domum egressa, non madebat, defunctæ cadaver fragrantissimum odorem exhalavit, & medicum quendam liquorem omnibus infirmitatibus sanandis sudavit.

Lacum quendam peramplum in Craoviensi tractu dæmones infestabant, quamobrem piscationibus usibusque hominum exemptus fuit: ad eum hibernâ glacie concretum vicini cum Sacerdotibus vexilla, cruces & reliquias sacras, quibus vis dæmonum propulsaretur, ferentibus, piscandi gratiâ convenerunt: immisso autem reti, primo quidem tractu contendentibus piscatoribus tres pisciculos, altero nil nisi rete convolutum, tertio denique monstrum horrendum caprino capite, & in speciem ignis ardentibus oculis extractum est: territis autem & diffugientibus cunctis, spectrum illud sub glaciem sese demersit, ac toto lacu discursans, terribilem strepitum ac sonitum edidit, afflatique ab eo nonnulli homines fœda ulcera retulerunt.

Moritur

Moritur Episcopus Compostellanus, loco ejus à Papa præficitur Nunio Salvesius.

Archiepiscopus Corinthi declaratur Guilielmus ex Ord. D. Dominici.

Obiit Petrus Passaviensis Episcopus, cui succedit Wichardus.

Gerardus Abbas S. Pauli in Carinthia Ord. D. Benedicti, creatur Episcopus Lavantinus.

Bartholomæus ex Ordine Minorum, fit Episcopus Grossetanus.

Moritur in Monasterio Hydruntino Ord. D. Bened. B. Werdinus Abbas, prophetiæ spiritus clarus.

Alberti II. Saxonie Ducis exercitus à Marchione Ottone cæditur.

Ex hac vitâ post annorum 56. regimen decedit Barnimus I. Pomerania Dux.

Die 17. Junii Trajecti super pontem Mosæ fluminis nonnulli choreas ducebant, contigit interim sacerdotem SS. Eucharistiam ad infirmum portantem transire, quem licet advertentes nullum sanctissimo Sacramento honorem exhibuerunt, nec à choreis cessarunt. Verum, contemptum sui non diu dissimulavit Altissimus. Mox enim ut Presbyter cum sequentibus Venerabile Sacramentum transisset, contractus in flumen pons decidit, & chorizantes simul cum spectatoribus omnes usque ad unum in aquis sunt præfocati.

Claret doctrinæ laude Gerardus Monachus S. Quintini Ord. D. Benedicti.

Bentivengæ de Aqua Sparta Nicolaus III. Papa Galerum imponit Cardinalitium, Monachumque ornat Purpurâ ex Ord. Divi Francisci, quem postea Episcopum quoque Albanensem & magnum Pœnitentiarium creavit.

Floret admirabili vitæ sanctitate B. Mechthildis nostra.

Gerardus Bianchi creatur S. R. E. Cardinalis.

Annus Christi 1279.

Moritur Boleslaus Pudicus Poloniae Rex. Rudolphus Imperator, Vienna Austria, Principum Germaniæ Conventum celebrat.

Nicolaus Papa prædictum Imperatorem cum Carolo Sicilia Rege, Carolum eundem cum Hugone Lusignano Cypri Rege, item Philippum Gallie cum Alphonso Castellæ Rege pacare nititur.

Ladislau Ungarie Rex, melioris vitæ propositum arripiens, ab anathemate solvitur.

Tarracone in Aragoniâ Conciliū celebratur.

In cælos abit B. Palmerius Eugubinus Ordinis Prædicatorum, admirandâ sanctitate & charitate.

In Belgio vitulus biceps natus est.

Naturæ debitum solvit Otto Dux Brunsvicensis, Episcopus Hildesheimensis.

In humanis esse desiit Aldobrandinus Cavalcantes Urbis veteris Episcopus ex Ord. D. Dominici, devotione, animi magnitudine, jejunandi consuetudine, zelo honoris divini celebris.

In Lombardiâ & reliquâ Italiâ Calend. Maji terra sævissimo ac periculossimo tremore concussa, omnium animos insolitâ formidine consternavit.

Gibellini Bononiam readmissi, ibidem non R. P. Brentano Epitome Chronolog.

vas turbas movent, Guelphos armis impetentes pluresque occidentes, sed tandem concurrente plebe victi, ac urbe ejecti sunt.

Inventum corpus S. Mariæ Magdalene, per Carolum Principem Salernitanum.

Obiit Conradus Episcopus Frisingensis, cui Fridericus succedit. Conradus de Hintperg fit Episcopus Chiemensis.

Moritur Hildebrandus Episcopus Aichstadiensis, item Otto Episcopus Hildesheimensis.

Tobias urbis Pragensis Episcopus creatur.

Inter Nicolaum III. Papam & Carolum Apulie Siciliaeque Regem magnæ suboriuntur discordiæ. Similiter inter Wernherum Archiepiscopum Moguntinum, Comitumque de Spanheim, commisso prælio victor existit exercitus Archiepiscopi. Capti fuere, Comes Rheni, Comes de Leiningen, Comes de Feichingen &c. Inter Episcopum quoque Herbipolensem & Cives urbis Imperialis Rothenburg cis Tuberam magna orta est contentio; ratione judicii Provincialis, quod Pipinus quondam Francorum Rex Episcopo concesserat.

Wernherus præfatus Archiepiscopus Moguntinus Castellum Rhinberg prædonum Sedem obsidet, capit & funditus evertit.

Tanta hoc anno frumentorum copia in Suevia partibus crevit, ut modius siliginis unus pro duobus solidis Hallensium emeretur, modius verò speltæ pro viginti Hallensibus, modius vero avenæ pro Hallensibus sedecim; vini quoque maxima copia fuit, ita ut mensura pro uno solido venderetur.

Margarita Flandriæ Comitissa Fliensis virginum Cisterciensium Monasterium condit, quod Petrus Archiepiscopus Rhemensis dedicavit.

Annus Christi 1280.

Moritur Albertus Dux Megapolitanus. Florentina urbs Guelphorum & Gibellinorum factionibus multum exagitatur, quos motus tamen Latinus Ursinus, Cardinalis Legatus, suâ dexteritate componit.

Mediante Papâ pax inter Carolum Siciliae Regem, & Rudolphum Imperatorem firmatur.

Diem obiit Nicolaus Papa. Item Albertus Magnus Episcopus Ratisponensis anno ætatis suæ 75.

Tiberinus fluvius adeo insolenter exundavit, ut ad Phanthæon (nunc in Roma Deiparæ Virginis est templum) aram maximam quaternis pedibus & amplius, supergressa sit illius alluvio.

Ad cælos abit B. Robertus Saxo ex Ord. D. Dominici; huic perpetua consuetudo fuit, triplici catenâ ferreâ, aculeis acerrimis distinctâ, in singulas noctes sese flagellare: ejus defuncti funus cum à Religiosis curaretur, audite sunt voces Angelorum in aëre psallentium.

In Insulâ Majoricâ, operâ Inghetii Genuensis Mercatoris, multi Hebræi Christianæ Religionis se addixerunt.

Transfertur corpus S. Hugonis Episcopi Lincoliensis, quem Honorius III. Pontifex max. albo Sanctorum adscripsit. In eâ elevatione corpus quasi integrum, vestes verò incorruptæ

D d d

pland

Idem Pseudo-Fridericum qui se pro Friderico II. Cæsare gesserat, Nusisæ obsedit, & urbe deditâ maleficum igne concremavit.

In agro Ferrariensi, cui nomen Vallis de Aquâ, quædam salutaris unda, terræ visceribus dies noctesque effluens, lacum confecit quem Gatulam appellârunt, cujus aquæ virtute, cuiuscunque generis infirmi pristinam sanitatem recuperabant.

Obiit B. Torellus Eremita Vallis Umbrosæ, qui olim lascivam vitam ducens, cum Galus ex fenestrâ in humeros ejus devolasset, terque cantasset, eâ re commotus, ad meliorem frugem conversus, magno in rigore vitam duxit, ac miraculis claruit.

Moritur Sophia, filia Henrici Ducis Bavariz, Popponis Comitis Hennebergici conjux. Item Conradus Episcopus Curiensis. Nec non B. Agnes Monialis virgo Ord. S. Claræ, filia Przemislai Ottogari I. Bohemiz Regis, austeritate vitæ, ac revelationibus divinis celebris: moritura cælesti luce circumfusa est, & à morte insignibus claruit miraculis.

Joannes de Castro Cæli, Monachus Casinensis, creatur Archiepiscopus Beneventanus. Aquis in Galliâ cum sanctitatis opinione decessit Rostagnus ex Ordine Minorum S. Francisci.

Burchardus de Avenne filius Comitis Hannoniz fit Episcopus Metensis.

Hoc anno in agro Ferrariensi, cui nomen Vallis de Aqua, quædam salutaris unda terræ visceribus dies noctesque effluens, lacum confecit, quem Gatulam appellârunt, cujus sanæ aquæ virtute illi divinitus infusâ, cuiuscunque generis infirmi pristinam sanitatem recuperabant; ad hunc locum varia hominum generantâ frequentia confluxere, ut eo die quo D. Joannis Baptistæ sacra solennia celebrantur (eo enim festo die agris unda salutaris erat) ibi triginta hominum millia fuerint reperta.

Cives Moguntini Judæis nescio quod genus sceleris imponentes, seditione commotâ in illos irruunt, comprehendunt, tormentis exponunt, plures occidunt, reliquos cunctis bonis spoliatos de civitate expellunt. Hinc generalis persecutio Judæorum per totam ferè Germaniam secuta est.

Tartari junctis sibi Armenis Persidem aggrediuntur, & commissio contra Babylonios eruentissimo prælio, centum eorum millia in fugam agunt, pluribus occisis.

Imperatore ad laborantem pax inter Archiepiscopum Moguntinum & Comitum Spanheimensem restabatur.

Ope S. Mariæ Cellensis in Stiria Henricus Moraviz Marchio usu membrorum destitutus desperatusque à medicis, cum Agnete conjuge suâ paralyti decumbente prodigiosè curatur, & quod plus est, spectabili formâ Henrico visus, quem invocaverat S. Wenceslaus, Cellam invitat, atque illic suæ sospitatrici utrumque gratias persolvere admonet. Restituti proin magno prodigio, magno suorum plausu & comitatu in Austriam profecti, locum inquirunt, eò usque minus cognitum, & à rectâ aberrantes viâ cælestis genii ductu peregrinum simulantis eò delati, gratiosissimam sospitatricis suæ imaginem pro-

ni venerantur, & locum multis donant munitibus.

Annus Christi 1283.

Martinus Papa Petrum Aragonium perditionis convictum Regno additionibus omnibus mulctat, & Catholicis Principibus occupandas exponit, dumque Guillelmus Maniacis Abbas Siciliam ad obsequium Pontificis reducere satagit, à Jacobo Petri Aragonii filio capitur, & Melitam relegatur, nepotibus ejus & plerisque aliis Messanæ furcâ mulctatis.

Rogerus Auria exul Apulus, Præfectus Classis Aragonensis, Carolum Claudum Principem Salernitanum Caroli Regis Siciliæ filium, fugatâ ejus classe capit.

Moritur Michaël Palæologus Imperator Orientis; succedit in Imperio Andronicus, à verâ fide, quam in Concilio Lugdunensi juraverat, apostata, hinc bellum Ecclesiasticum contra Latinos ab adversâ factione renovatum est.

Celebratur Concilium Herbipoli Præfide Legato Apostolico à Latere, ipsomet præfente Rudolpho Imperatore.

Florentini urbem suam novâ ædificiorum adjunctione, ad alteram fluminis Arni ripam producunt.

In agro Moguntino quædam nutritrix, filium cuiusdam militis, Judæis ad interficiendum vendidit. Re ad Magistratum delatâ, antequam quidquam decerneretur, tam illa, quam plures Judæorum à Christianis interfecti sunt.

Eldad Danius Hebræus historicus, scripsit suam historiam de Judæis clausis in Ethiopia.

Godefridus Episcopus Passaviensis inauguratur; item Leopoldus Episcopus Seccoviensis, Vacanti quoque Sedi Gurcenli Hartvivicus de Walden Parochus Welfensis, Episcopus datus est.

Bellum gliscere cœpit inter Albertum Austriacum filium Cæsaris, & Ottonem Bojorum Ducem, sed antequam ad manus veniret, Menhardo Tyrolis Comite & Duce Carinthiz, unâ cum Episcopis Passaviensi & Ratisponensi mediantibus, res composita & arma deposita.

Moritur Aldobrandus Episcopus Sutrinensis in Hetruria, & Fridericus Episcopus Wormatiensis.

XII. Calend. Martii Bononiz Fratres Prædicatores caput S. Dominici ex arcâ, Philippo Magistratibusque præsentibus extraxerunt, & nobili loculo argenteo condiderunt. Mirum verò illud oculis mortalium accidit, quòd interim dum arca patuit, stella supra Ecclesiam clarissimè fulserit, quæ res animadversa, civitatis religionem erga sanctum Confessorem mirificè accendit.

Comites de Hennenberg & Comes de Castello bellum movent contra Bertholdum Episcopum Herbipolensem, ejusque terras miserabiliter devastant, inter alia Monasterium S. Felicitatis in Schvarzach spoliant, etiam Ecclesiam in favillas redacturi, nisi Equitis nobilis Udalrici de Havvno sagacitas furorem cohibuisset, Schvarzacam interim oppidum incendio subvertunt.

Rudolphus Imperator Conventum Principum celebrat Moguntiz.

Annus

Annus Christi 1284.

Moritur Carolus Rex Siciliæ, ex mœrore ob cladem Vesperarum Sicularum.

In finibus Alfatiz melle pluit. Annal. Colmariens.

Defunctus est in Angliâ apud Bivelium in Diocesi Dunelmensi usurarius, quem morti propinquum sacerdos admonuerat, ut suprema sua disponderet; ille verò nihil se in bonis habere jurjurando respondit, undè testamentum conficeret. Cum autem sacerdos perurgeret, vix tandem eò perductus est, ut voluntatem suâ de modicis quibusdam rebus explicaret, quod, inquit, quicquam præterea superfit, damoni lego. Sic eo defuncto, cum ad Ecclesiam funus deportaretur, mox in domo defuncti ignis exortus, illam & reliquas ex utroque latere vici, duasque parochiales Ecclesias, eamque ubi humatus est, adeò ut vix sacra absolvi corpusque humo mandari potuerit, exuffit, quin & vehementiori vento vicinum flumen transgressus, duos pagos ad dimidiatam leucam inde distantes misero spectaculo absumpsit.

Obit Alphonfus Castellæ Rex, qui Alphonsum & Ferdinandum nepotes inter se substitutos regni hæredes nominavit, præterito filio suo Sanctio, qui tamen post patris mortem, non obstante illius testamento, Regis nomen continuo defumpfit.

Birgerus Magni Suecorum Regis filius, Margaritam Erici Daniz regis filiam, matrimonio sibi copulat, & Henricus Landgravius Hassiz, Theodoram Comitis Clivensis sororem conjugem accipit.

Henricus Dux Wratislaviæ in bona Ecclesiastica & Thomam ipsum Episcopum durè agit, cujus patrocinium Dux Casimirus suscipit, ob quod Henricus Ratiboriam obsidet, sed Episcopum quibusdam sacerdotibus sacras vestes indutis, ad castra ex urbe prodeuntibus, Henricus quasi Numine afflatus de Papilione exiliit, & obviam procurrens, ad pedes Episcopi se abjecit, culpamque supplex deprecatus, insignis postea Ecclesiæ Wratislaviensis benefactor extitit. Qui dum postea structuram Collegii Canonicorum in Insulâ Wratislaviensi moliretur, cum fundamenta foderentur, reperta est ex radice arboris in terrâ, enata imago CHRISTI cruci affixi, tantâ proportionem singulorum membrorum, ut quasi, à perfectissimâ sculptoris arte facta esse videretur.

Hugo Lusignanus Cypri Rex defunctus est.

Floret ex Divi Francisci familiâ B. Rogerius, divinis revelationibus & oraculis dignus, miraque vitæ puritate nitens.

Osvvaldus Mulser nobilis Baro, in Comitatu Tirolensi, profestivitate Paschali, non ut cæteri laici minori, sed majori hostiâ in pago Seefeld communicare volebat, Sacerdos ex timore huic assentiri volens, obtulit. Sed cum Venerabile Sacramentum supra ejus ligam poneret, ante altare terra se aperuit, ac si Osvvaldum deglutire veller: ibi Osvvaldus maximo timore percussus, cum in terram procumbens cornualtaris apprehendere niteretur, altare instar ceræ mollescere cœpit, manibusque apprehendentis ces-

sit: hinc vindictam Dei sentiens, mox pœnitentiâ ductus, hostiam quam deglutire non poterat, sacerdoti reposuit: is porro eam in sacario deposuit, quæ etiam nunc hodie sanguineo colore divinitus tinctâ, & ex linguæ salivâ non nihil contracta conspicitur. Ubi etiam jam inde ad nostra usque tempora plurima sunt miracula. Tillman, Bredenbach. Collat. Sacrar. l. 1. c. 55.

Felicem ac beatum vitæ finem sortitur B. Torphimus Episcopus Hamariæ in Norvegiâ, qui cum jura Ecclesiastica zelo Domini inflammatus contra infractores & contemptores sacre & Ecclesiasticæ libertatis defenderet, plurimis potentum exagitatus persecutionibus, propriam sedem reliquit, & exilium præelegit. Ex tumulo sanctissimi Præfulis post centum ab obitu annos emanavit. Ex astro Cisterc. Chrysof. Henriquez.

Moritur Bertholdus IX. Comes Hennebergicus. Item Fridericus Archiepiscopus Saliburgensis.

Alexander III. Scotiæ Rex, Joletam filiam Comitis Druidum conjugem accipit.

Diem vitæ supremum obit in Thosano Flandriæ monasterio B. Torphimus Episcopus Hamariensis in Norvegiâ, Ord. Cisterciensis professus.

B. Rudolphus viduatæ Ecclesiæ Saliburgensi præficitur, qui ex illustri stirpe Hochenekia in Suevia natus, exquisita ingenii & naturæ decora, egregiis virtutum ornamentis excoluit.

Moritur Gerardus Episcopus Lavantinus prius S. Pauli Abbas, ex Ord. D. Benedicti: item Vernerus ex familiâ Comitum de Falkenstein oriundus, Elector & Archiepiscopus Moguntinus.

Stephanus Annius Vasconcellius, creatur Episcopus Ulysiponensis.

Galli ab Aragonibus victi, captis 42. navibus, & Carolo Salernitano Caroli Regis filio.

Vivis eripitur Rogerius Baco, Ordinis Discalceatorum in Angliâ, vir insignis industriæ & scientiæ. Inter plurima quæ reliquit scripta, extant specula mathematica & perspectiva. Speculum Alchymiz. De mirabili potestate artis & naturæ, & nullitate magiæ. Epistolæ notis illustratæ.

Vivis valedicit Fridericus Episcopus Vormatiensis, vir per omnia venerabilis; ei in Pontificatu succedit Simon de Schoenecks, homo miræ probitatis & honestatis.

Mortuo ut paulò ante diximus Archiepiscopo Moguntino, duo in dissensione fuerunt electi, Petrus Basileensis & majoris Ecclesiæ Moguntinæ Præpositus, & Gerardus de Epstein: his duobus de Archiepiscopatu contendentibus per biennium, tandem Papa electione cassatâ utriusque, Henricum Episcopum Basileensem ex Ordine Minorum Archiepiscopum constituit, Petrum autem memoratum Episcopum Basileensi Ecclesiæ præfecit.

Obiit hoc quoque anno Bertholdus de Sternenberg Episcopus Herbipolensis & Franconiz Dux, Princeps laudatissimus, post quem Manegoldus de Novo Castro majoris Ecclesiæ Pontifex electus est, vir & ipse præclarus, bonum

norum & libertatum Ecclesie sue defensor acerrimus, contra quem cives Herbipolenses veteri more suo conspirabant, in detrimentum proprium, utpote quos ipse prudentia simul & viribus superans ad subjectionem sibi debitam revocavit.

Annus Christi 1285.

Moritur Martinus IV. Pontifex summus, succedit Honorius.

Arnoldus Comes à Solm Episcopus Bambergensis creatur.

Petrus Aragonie Rex ex vulnere in conflictu cum Gallis accepto, apud Villam Francam Confluentium diem obit.

Rogerus Auriæ præfectus classis Aragonensis, classem Gallorum adortus cædit. Philippus Francie Rex æger, cum exercitu ex Hispania redux, Perpiniæ vitam deponit, succedit in regno Philippus Pulcher.

Galli Augustam Sicilie urbem in favorem Caroli II. Neapolitani Regis expugnant, Casam autem & ad internecionem ab Rogero Auriæ deletam eorum classe, urbs dicta fidem denuo Aragoniis jurare cogitur.

Philippus Pulcher in Regem Gallie inungitur.

Ægidius Romanus Theologus, conciliante litteraturâ ac sanctitate vitæ, creatus est Archiepiscopus Biturigum.

Valdemarus frater Magni Regis Suecie, qui multa in ipsum molitus erat, in ordinem redigitur; Rex ipse S. Brynolpho Episcopo reconciliatur.

Ad cœli gloriam evocatur S. Philip, Benitus miraculis clarus, quæ inter cum nudo leproso propriam vestem concessisset, ille ea indutus statim à lepra mundatus est: Aretii cum fratres propter maximam victus penuriam fame conficerentur, pius Pater accurrens, eos blandè consolatus, cum ante imaginem Deiparæ orasset, ecce duos cophinos candidissimorum panum plenos ad januam Monasterii divinitus delatos reperit.

Lucenses & Florentini datâ Rudolpho Imperatori pecuniâ redimunt libertatem.

Alexander Scocie Rex, ab equo lapsus excusatus, fractis cervicibus interiit.

Fridericus Episcopus Curienfis ex hostili carcere fugam querens, lapsu sibi mortem adsciscit.

Moritur Marinus Archiepiscopus Capuanus.

F. Munio natione Hispanus Ord. Dominicani Magister Generalis creatur.

Ad cœlos assumitur B. Philippus ex Comitè Atignani Monachus Benedictinus, postea Episcopus Nucerinus.

Ecclesia S. Mariæ Virginis in Moguntia, quam ad Gradus vulgò nuncupant, cum una turri majoris Ecclesie sibi proximiorè conflarat, non sine damno vicinorum.

Ludovicus Comes Palatinus Rheni Bavarieque Dux moritur, & in Monasterio Fürstfeld, quod ipse pro expiatione sceleris necatæ primæ uxoris construxerat, à filiis sepelitur. Ex his ei in Ducatu succedit Rudolphus.

Honorius Papa Ordinem Fratrum de Mon-

te Carmelo de novo approbat, multisque privilegiis ornat.

Henricus Moravia Marchio cum conjugè sua miraculosam Cellam in Stiria Deiparæ imaginem rursus invisens, cum ligneo tantum sacello inclusam certherent; conflagrationi obnoxiam metuentes, templum illic lapideum à fundamentis moliantur.

Hoc anno imago B. M. V. à S. Luca picta, & Troade ex Græcia Romam advecta per Angelum Frangipanem Equitem Romanum, inque PP. Olivetanorum æde collocata, hæc eodem anno gravi incendio exusta, permanet illæsa.

Annus Christi 1286.

Jacobus Sicilia Rex coronatur. Quem una cum Alphonso fratre Papa excommunicat.

Ladislavus Rex Ungarie Reginam conjugem repudiat, & adulteriis regiam Majestatem dehonestat, hinc severius cum comminatione censurarum Ecclesiasticarum à Papa terretur.

Tartari Poloniam devastant, & 21000. in nuptiarum puellarum inter captivos alios plurimos recensent, Sendomiriam frustra oppugnant.

In Hispaniis apud Licianos S. Joannis Hierosolymitani milites, unus ex eis F. Don Garfias Martinez moritur, miraculis à morte clarus.

Floret ex eodem sacro instituto Henricus eruditione ac multarum linguarum cognitione nulli suo tempore secundus, qui ad instantiam D. Thomæ Aquinatis, omnes ferè Aristotelis libros linguâ Latinâ vertit.

Item Conradus Halberstadiensis, qui in plures sacrorum Bibliorum libros commentarios doctissimos edidit.

Dux V. Vitenbergicus rebellis ab Imperatore triumphatur: hic Comitatus agit Augulæ, in quibus plura contra pacis & securitatis publicæ violatores decreta sunt. Hoc ipso tempore etiam observari cœpit, ut litteræ & instrumenta publica, quæ olim Latinâ ferè, imposterum vulgari & Germanicâ linguâ conficerentur.

Obiit Hartmannus Episcopus Augustanus, vir virtutum omnigenarum laude clarus, plurimum cœnobiorum ac locorum religiosorum conditor.

Artengæ in Armenia BB. Monaldus, Franciscus, Antonius, ex Ordine Minorum Martyri coronantur.

Honorius Papa IV. Episcopus Tusculanum S. R. E. Legatum suum à Latere mittit in Germaniam ad Rudolphum Imperatorem & Principes Imperii, pro quibusdam negotiis & Ecclesiarum utilitate communi. Qui Herbipoli generalem Synodum instituit, quæ anno sequenti celebratur, cui & ipse Imperator interfuit.

Annus Christi 1287.

Tartari rursus Poloniam hostiliter aggrediuntur, & Cracoviam capiunt magnaque ex parte vastant.

Eduardus Angliæ Rex pro Carolo Claudio Principe Salernitano, Caroli Siculi filio, apud Aragonie Regem agit, ut à captivitate dimitteretur. Sed quia conditiones in scio Papæ factæ huic præjudicabant, tractatus rescissus est: Pa-

pali

pali autem accedente consensu fœdus fit inter Sanctium Regem Castellæ & nepotes ejus.

In vivis esse desit Honorius IV. Papa. Item S. Thomas Episcopus Herfordiæ in Angliâ, sex diebus corpus ejus exanime infepultum, odorem suavissimum spiravit. Cum ejus dein sacra ossa Herfordiam transferrentur, & Gilbertus Claranus Gloverniæ Comes, qui propter jura Ecclesie virum Dei in vivis multum vexarat, illis obviam venisset, mox ab eis sanguis copiosissimus emanavit, ita ut vasa, in quibus ferebantur, sanguine tincta viderentur, quo sanè miraculo percussus Comes, jura omnia Ecclesie restituit, & de peccatis suis pœnitentiam egit. Sanctus hic sexaginta mortuos dicitur excitasse, 41. cæcos illuminasse, 52. contractos sanasse, 21. paralyticos restituisse, 23. surdis ac mutis auditum & loquelam tribuisse.

Illustri Martyrio à Judæis in Germaniâ coronatur Wernerus puer.

Similiter Pragæ in Bohemiâ die sacrâ Parasceves iidem Judæi foribus clausis, Christianum quendam hominem, Judæo ob inopiam ferventem crucifixerunt, adimpletis in eo omnibus quæ olim in Christum admiserant; istud postquam Christianorum populus comperisset, justâ indignatione armis arreptis in perfidos sævit.

Senis in Hetruriâ desiderata est inter vivos B. Nera Ptolomei tertii Ord. D. Dominici Monialis, quæ virginitatis votum edidit in laribus paternis, quam obrem durissimè à parentibus habita, & ab ancilla multis calumniis denigrata, non semel à Jesu & Angelis apparentibus recreata est. Quinque vicibus in dies singulos ferreâ catenâ se ad sanguinem usque cruentabat, super duram humum, ut erat vestita, cubabat. Dæmonem variis formis sibi apparentem sapissimè fugavit, intima cordium agnovit. Defunctæ corpus suavissimum exhalavit odorem, luxitque vivens & mortua miraculis pluribus.

Hoc anno Mediolani Præturam agit Mathæus Magnus Vicecomes vitæ sanctitate clarus.

In Germaniâ obiit B. Hermannus Ordinis S. Francisci, vir profundissimæ humilitatis, hic præter alia crebra miracula, multos mortuos ad vitam revocavit. Par huic sanctitate fuit alter Hermannus Fulgini sepultus, vivens & vitâ sanctus miraculis clarus. Ex ejus sepultura guttatim aqua emanat, cum tamen in lapide nulla appareat scissura.

Floret apud Minores B. Adamus in Piceno concionator miraculis coruscans; illum aliquando ad viam per loca devia aberrantem habitu lupus apprehensum, reduxit; aliquando etiam hirundines inter concionandum obstrepentes, facto illis præcepto ut tacerent, à clamore compescuit. Chron. Ord. Minor.

Moritur B. Bogumilus ex Archiepiscopo Gnesnensi Eremita Camaldulensis, sanctitate & miraculis clarissimus; qui adhuc Decanus diebus Dominicis ac festivis, ad pagum Dobrovo quintâ decimâ leucâ Gnesnâ distantem ex Metropolitanâ Ecclesiâ per miraculum translatus est, ut populo sacra expectanti rem divinam faceret; eò adveniens, cum Ecclesia in Insulâ Vartæ fluminis emereret, neque populus accedere præsu-

meret, aliquoties siccis plantis omnibus prævit populumque eodem planè modo traduxit, quo officio pietatis peracto Gnesnam horâ prandii per miraculum relatus est. Senio confectus, in præsentia Deiparæ, sanctorum Angelorum & Regni Polonie tutelarium Divorum, animam exhalavit, anima verò ejus in specie columbæ pulcherrimæ cœlos petiit. Bzovius ad ann. cit.

Senis in Tusciâ vivere desit B. Ambrosius Sanfedonius Ordinis Prædicatorum, sanguine, virtutibus, doctrinâ, nec non miraculis post mortem illustis. Ad superos quoque hoc anno abiit Eugubii B. Petrus Ordinis Eremitarum S. Augustini. Qui Fratribus in choro *Te Deum laudamus* concinentibus, alternis vocibus è sepulchro suavi concentu respondere auditus est, sepulchro proinde aperto sanctus vir genibus flexis & ore aperto inventus est. Ex vit. in act. SS. die 23. Martii.

Bernæ in Helvetia crudelitatem suam exerunt in puerum Christianum nomine Rudolphum, quem in domum divitis cujusdam Judæi abductum in hypogæo seu cellâ subterraneâ plurimis tormentis cruciatum trucidarunt; auctores necis comperto facinore rotæ impositi scelus luerunt, conscii reliqui in exilium acti sunt: Deo postmodum martyrem suum plurimis miraculis honorante.

Senatus Civitatis Argentinensis constitutiones quasdam contra libertatem Ecclesiasticam edidit, undè non parva Cleri turbatio facta est. Inter plures alios de Clero, qui propter easdem constitutiones de civitate recesserunt fuerunt etiam PP. Dominicani, & cum toto suo Conventu per triennium continuum foris manserunt.

Annus Christi 1288.

Nicolaus IV. ex Apuliâ ortus, Cardinalis & Episcopus Prænestinus, Papali dignitate decoratur, qui mox Carolum Salernitanum Principem è custodia Alphonfi Aragonie Regis liberare nititur, qui etiam Regibus Gallie & Angliæ mediatoribus dimittitur.

Ugolinus Guelpharum partium Princeps, omni fruens fortunâ, fortunæ jam fit ludibrium: Gibellini enim armis correptis ædes ejus circumstant, oppugnant, unum è filiis, unumque nepotum vim arcere conatos, occidunt, ipsum & duos præterea filios, tres nepotes comprehensos, in turrim includere, obleratis foribus, clavibusque in Arnum propinquum flumen dejectis. Ibi fame charissima pignora parens moriens morientia vidit, vociferanti exposcentique ut supplicis humanis exigendis inimici contenti essent, sacrosanctæ confessionis, sanctique viatici potestas facta non est.

Jacobus Rex Balearum Insularum Belvederum Calabria oppidum acriter oppugnat, parebat id Rogero Sanguinetto, qui sub Carolo Rege militabat, ejus hortatu oppidani fame & siti ad desperationem acti contra Jacobi castra machinis lapides emittebant. Jacobus quò oppidanos à ferociâ averteret, Sanguinetti liberos, quos obsides pro patre habebat, ad impetita maximè castrorum loca palo affixos imposuit, ratus filiorum amore, à lapidum immisione patrem cessaturum:

rum: sed Sanguinettus, ne quo modo à Rege Carolo desciscere videretur, Regi quam juraverat fidem, natorum amori prætulit, durioribusque in eadem partes saxi projectis percussis filii è vertice pali deciderunt. Horum altero extincto alterum illa sum fortuna servavit. Oppidani fiti superati, deditioem facere decreverant, sed præter spem obsessis consultum est, nam repente vis ventorum, pluvia & tempestas in mari exorta, & ipsis aquas desideratas exhibuit, & Jacobum Regem, qui cum tota classe jam penè fluctibus obruebatur, loco cedere coëgit. Ante discessum Sanguinetti dolori modum positurus, alterum filiorum obvolutum sericis vestibus ad sepulturam, alterum superstitem ad solatium genitori liberaliter transmisit.

Bellum exoritur Dandulo Duci & Senatui Veneto, cum Aquilegensi Patriarchâ, aliquot Histria civitatibus, castris & oppidis, se se in potestate Patriarchæ esse asserentibus, quæ Venetiarum Princeps sui juris esse volebat, & cum viribus impar esset Patriarcha, Parentinensis, Emorionensis, Justinopolitan, S. Laurent. Montonis, Grassimonæ, Pyrani, Insulæ Muglæ ac aliorum castrorum & villarum possessione exutus est. Papa verò ad restitutionem sub comminatione censuræ Ecclesiasticæ Ducem admonuit.

Sanctius Rex Castellæ apud Alfarum conventum Principum habuit, aderat Joannes Fr. & Lupus focer Regis. Mandabat Rex, arces quæ in Joannis & Lupi potestate erant, sibi continuo restitui, milite præfidiario Sacramenti religione soluto, tesseræque indicatâ, parere reculantibus vincula injici jubebat. Ibi Lupus districto gladio, involutâque sinistra sago, additâ etiam verborum contumeliâ, tyrannum, perfidum, impium, cæteraque quæ furor dabat, inclamans, Regem irruit interfectorus, sed è vestigio, facto astantium concursu, dexterâ primò obruncatâ confossus ipse est: Joannes uno aut altero ex Aulicis in Regis oculis vulnerato, postquam focerum occisum vidit, ad Reginæ cubiculum fugit, ejus precibus, insequentis cum gladio Regis manus, necemque evasit.

Moritur Arditi Solarius Mediolanensis Ord. D. Dominici, vir insignis vitæ pietatis, qui vivens & vitâ functus miraculis claruisse fertur.

Mare Frisiam, Hollandiam, Zeelandiam, & Flandriæ partem immaniter inundat.

Albertus Austriacus & Rudolphus Archiepiscopus Salisburgensis bello colliduntur.

Obit Henricus Elector & Archiepiscopus Moguntinus ex Ord. D. Francisci, ex humili genere, patre pistore natus.

Item Sigfridus IV. Episcopus Augustanus. Nec non Reginaldus Archiepiscopus Messanensis.

Ad cælos migrat S. Peregrinus Monachus Camalduli, in cujus transitu Sancti Angeli laudes Deo canere auditi sunt.

Joannes Brabantia Dux Coloniensem & auxiliaries gravi clade proffigat.

Cum grave incendium circumpositas Tuicenti cœnobio officinas corripere, atque absumeret, & parochialem etiam Ecclesiam consumeret, ita ut simul campanæ liquefierent, ar-

marium tamen ligneum, quo in pixide clausa Eucharistia habebatur, corrumpi adustione non potuit. Rupert. Tuiciens.

Decedit Henricus Archiepiscopus & Elector Trevirensis: quo sepulto Canonici Cathedralis duos per dissensionem elegerunt, ex quibus Gerardus à Papa Moguntinensi Archiepiscopi Sedi præficitur, Boëmundus autem Archiepiscopus Trevirensis confirmatur.

Moritur Dux Limburgensis sine liberis hinc magna pro ejus Ducatu inter Joannem Brabantia Ducem & Reinholdum Geldria Comitem fuit exorta contentio, quæ tandem gladio & prælio terminanda videbatur, quo commisso Comes victus & captus est, qui ut libertatem consequeretur amissam, non solum Ducatu Limburgensi renunciare, sed multis quoque de suis cedere coactus fuit. Ex illo tempore Ducatus Limburgensis Brabantia Ducatu junctus est.

Annus Christi 1289.

Moritur sacrorum Canonum Doctor insignis Ægidius de Fuscaris Bononiensis. Item Rudolphus Archiepiscopus Salisburgensis, cui succedit Conradus quartus Episcopus Lavantinus.

Sultanus Ægypti, Christianis Tyrum urbem & Accon alias Ptolemaidem eripit, cum 60. millium Christianorum clade, Multi irruptibus in illam Saracenis, fugâ elapsi, navibus in Cyprum trajecerunt; omnium postremis civitatis Antistes, haud ita magnâ navi, multos assidue ruentes potius in eam quam fugientes, excipiens, pessum eunte navi cum omnibus demersus est; pepercit Sultanus Christianis qui in rempla profugerant, non tamen parcebat pudicitia sceminarum, quâ de causa Christiani gladiis districtis impetu in Saracenos facto multos eorum obruncarunt, moxque in proximam turrim delapsi, se se in ea aliquamdiu tenuè tutati sunt, cæterum Saracenorum operâ tandem corruente turri, ruinâ qui evaserant oppressi interierunt.

Præclarum præ cæteris castimonie exemplum dedere Moniales S. Claræ, quæ cum adventare barbaros prænovissent, pro tuenda castitate mutuis vulneribus ferro sibi nasos præciderunt, Saraceni Monasterium ingressi tam horrendo spectaculo percussis, omnes ad unam trucidarunt. Sultanus post igne quatuor urbis locis injecto, penè totam absumpsit. Mox dein Sidonem quoque & Berytum cepit.

Nicolaus Papa Quartus, Christianos Principes Occidentis monet, ad opem ferendam Christianis Orientalibus. Idem monet Imperatorem Rudolphum, ut Coloniensem Archiepiscopum, quem Joannes Dux Brabantia, Henricus de Juliano, & Alphonus de Monte in vincula conjecerant, liberaret.

Mericus Narbonensis clarissimus belli Dux, Caroli Salernitani Principis castra gubernans, cum Aretinis Gibellinorum factioni adherentibus, pugnam committit, quorum 3000. circiter millia occisa, 2000. capta sunt.

Dictus Carolus ligio homagio summo Pontifici rectè factò, Regnum Sicilia & Neapolis recipit.

Annus Christi 1290.

Cum Parisiis quidam Judæus mutuasset cum usuris cuidam mulieri certam pecuniæ quantitatem, super pignus honestioris tunicæ suæ, quam in paschate gestare desideraret, & ab Judæo iterum repereret: hic totam pecuniæ summam illi remisit, modò sacram hostiam, quam reciperet, ad eum deferret; eam miserrima ore reservatam in sudarium eiecit, & ab Ecclesia recedens Judæo involutam dedit. Tunc perfidus ille hostiam sacratam super ignem in aqua bulliente posuit: at illa illæsa permanfit; tandem gladium arripuit, & aliquot ictibus eandem confodit; sed ea percussa sanguinem copiosum effudit, totamque aquam bullientem adeò infecit, ut ea sanguinea appareret. Tandem in aëra supernè evolans, & tabulam, quæ ibi inerat, infudit. Judæus timore percussus, è domo exiliens, factum nolens volens propalavit, atque Christianos ad spectaculum accurrentes evocavit. Cum verò sacram illam hostiam punctim cæsam, & ollam aquæ sanguineo colore imbutam aspexissent, Judæum flammis exusserunt, pretiosa verò pignora in Ecclesiam detulerunt, ac eo nomine ad perpetuam rei memoriam, magnificentissimum templum condiderunt.

Nicolaus Papa in Urbe veteri pulcherrimum templum ædificat, ad illius celeberrimi miraculi memoriam, quod sex & viginti jam annos in sacra Eucharistiæ hostia Vulturni acciderat.

Jacobus Aragonia Rex instructâ 40. trimium classe in Calabriam trajicit, & plura oppida capit: ideò Carolus Sicilia Rex cum Carolo Valesio fœdus inicit contra Regni sui invasorem.

In Galliis & Anglia Ecclesiastica immunitas valdè premitur, hinc Papa Bernardum Episcopum Grossetanum ad Eduardum Angliæ Regem, nuncium mittit, datis mandatis, ut tam eum, quam Procères & reliquos injurios pietatis Christianæ admoneret, temeritatis argueret, & ad vindicanda jura Ecclesiæ, etiam severiore virgâ disciplinæ Ecclesiasticæ compelleret.

Andreas cognomento Venetus à magna parte Procerum contra Carolum Martellum Rex conclamatur: Rudolphus verò Imperator Albertum filium suum Austria Ducem, Regem Hungaris destinat, Papa autem dictum Carolum contra utrosque pro legitimo Rege vult agnoscere.

Gregorius Patriarcha Constantinopolitanus schismaticus, à suis se desertum videns ac contemptum, Patriarchatu se abdicat, & in S. Andrea cœnobium transit, ubi paulò post moritur. Succedente Athanasio Monacho.

Clemens Prior Generalis Ord. S. Augustini Eremitarum, vir multis miraculis & summâ pietate clarus, apud Urbem veterem extremâ senectute animam egit.

Turbant Imperium Nobiles prædones, quos excindit Imperator.

Moritur Hermannus II. Comes Henneberg.

Circa hunc annum pulsus Saracenis potitus est Regno Syria Hiclon, sed post triennium, Soldanus Babylonis illud recepit. Sabell. Ennead. 9. l. 7.

Jacobus Aragonia Rex cum Francis prælium iniens cæditur; hinc Jacobus cum Carolo biennes inducias facit, mox iterum rumpit, & unâ cum Alphonso Castellæ Rege in Siciliam navigat, eamque insulam recuperare moliantur, hinc à summo Pontifice excommunicantur.

Occiditur Ladislaus Hungaria Rex, in cujus locum Carolus Princeps Salernitanus filium suum Carolum Martellum Regem nominat, eâ ex causa, quòd eundem ex Maria Stephani Regis Hungaria filia suscepisset, quæ dicti Ladislai soror erat; sed impigrum Regni æmulum habuit Andream Venetum Andream II. Hungaria Regis filium.

Mulier quædam Angla coram Joanne Romano Archiepiscopo Eboracensi quendam sibi in maritum vendicabat, cumque jam jusjurandum dare parata esset, subito mortua concidit.

Vir quidam Daltonii in Northumbria sacris parùm addictus, cum vicini diebus Dominicis templo supplices accederent, ipse pasqua & silvas gregesque invisere solebat, ob quam impietatem à dæmonibus vix non per aëra abreptus fuisset.

S. Gertrudis Abbatissa Benedictinæ familia, ex genere Comitum de Hackuborn, admirandis visionibus & revelationibus clara, mundum illustrat.

Moritur Camerini in Umbria B. Joannes Parmensis Minister Generalis VII. Ordinis Minorum, vir humilitate excellens.

Vitæ quoque finem facit B. Conradus Milianus Ordinis Minorum Asculi in Piceno; Spiritu prophetiæ, austeritate vitæ, & plurimarum animarum in Africa procuratâ salute celebris.

Guilielmus Ubertinus Episcopus Aretinus, postquam vitam penè omnem in armis egisset, eandem mediâ in acie pugnans ad castrum Puppii finit.

Circa hunc annum obiit Maurus, ex Abbate Sanctæ Praxedis Episcopus Amerinensis in Umbria.

Rudolphus Imperator contractis copiis denuò in Burgundiam movet exercitum, ad Comitum inobedientis atque perjuri contumaciam frangendam. Inprimis Paterniacum oppidum post obsidionem brevè expugnavit & cepit. Comitem deinde ipsum captivitati mancipavit; tandem restituens libertati, post datam sufficientem sibi & Imperio fidelitatis cautionem. In eadem expeditione Comes Montis Bellicardi pluresque alii, qui Burgundionibus in auxilium venerant, Imperatoris disgratiam incurrentes, luere debuerunt.

Emmicho Comes de Leiningen, Dietherus filius Eberhardi Comitum de Katzenelnbogen, Waltherus Comes de Gerolseck, Gerlachus Dom. in Limburg senior, Comes de Veihingen, Comes de Reneck, cum pluribus aliis in conflictu quodam apud Nigram silvam habito miserè perierunt.

Comes Juliacensis & Eberhardus Comes Marchia, ditionem Archiepiscopi Colonienfis, quem captivum tenebant, incendiis & rapinis miserè devastant.

Moritur Magnus II. Sueciæ Rex, cui succedit Birgerus filius.

Item Sancia Regina, Sancii I. Lusitaniæ Regis filia. Nec non Henricus Baviaræ Dux.

Præmislaus Silesiæ Dux in prælio occumbit.

Diem obit Aldobrandus Episcopus Sutriensis.

Cum sanctitatis fama decedit Franciscus de Villamizar Ord. Minorum S. Francisci.

Gerardus Archiepiscopus Moguntinus Joannem Comitem de Spanheim & Henricum Comitem de Veldentia bellum inter se meditates, reconciliat.

Rudolphus Imperator validâ manu per Sueviam & Franciam Orientalem plusquam septuaginta prædonum castra obsidet, capit, evertit.

Æternitatis iter aggreditur Henricus Dux Baviaræ, frater Ludovici Comitis Palatini Rheni, relinquens ex se quatuor filios, quos ex Elifabetha filia Belæ Regis Ungariæ suscepit, nimirum Ottonem, qui postea Rex fuit Ungariæ, Ludovicum, Stephanum & Joannem, qui fratres paternum inter se utriusque Baviaræ Ducatum divisere. Henrico se mortis socium Cardinalitiâ cum vita depositâ purpurâ jungit Benitivenga ex Ordine Divi Francisci, Cardinalis olim, Episcopus Albanus, & Nicolai III. Pontificis Maximi Magnus Pœnitentiarius.

Jussu divino laborat plurimum magna Gertrudis nostra in scribendis insinuationum Divinæ pietatis libris.

Annus Christi 1291.

Rudolphus I. Imperator in Thuringiam ad sedandas turbas movet, convocatque Erfordiam Principes, paulò post dum Spiram ad Comitiam properat, subitinerè è vita decessit.

Bohemi Cracoviam occupant.

Londini Concilium celebratur, cujus edito omnes Judæi cum bonis suis regno exire debent.

Nicolaus Pontifex Christianos Principes ad recuperandam terram sanctam fervidè hortatur.

Ugolinus ex nobili Malabranconum stirpe oriundus, vir verè doctus & pius, ex Episcopo Arimensi Constantinopolitanus Patriarcha moritur.

Deo dilecta domus, incarnatione Domini cæ illustri, Angelorum manibus è Nazaretho in Dalmatiam transfertur.

Res Christianorum planè pessumeunt in Palætina.

Alphonfus Aragoniæ Rex Barcinonæ moritur, cum Eleonoram Eduardi Regis Angliæ filiam desponsam advocare pararet, plenaque omnia lætitiâ essent; in extrema, quâ decubuit, ægritudine habitum Religionis D. Francisci assumpsit. Obiit natus 27. annos, & quia prolem non reliquit, successit in regno Jacobus ejus frater natu major, minor autem Fridericus Siciliæ se Regem dixit.

Blasfous Alagon vir genere factisque clarissimus, hoc anno in Brutiis strenuè rem gerens, Montatum obsidione liberat, Guidonem Caroli Regis copiâ ducem prælio vincit.

Jacobus Regis Majoricarum Jacobi primogenitus, institutam Divi Francisci amplectitur.

In agro Constantiensi, mulier humano capite leonem peperit.

Hadtadii in Germania, inventa est manus integra, in modum jurantis, reliquo corpore putrefacto, quæ cum secundò sepulturæ danda esset, sanguine manavit, hinc sine sepultura relicta, exemplar divinæ vindictæ in perjuros extitit. Annal. Colmariens.

Fundatur Domus de Nova terra, Monasterium Ord. S. Guilielmi, sub Regula S. Benedicti.

Moritur Poppo XIV. Comes Hennebergicus. Item Simon Episcopus Wormatiensis.

Rudolphus Episcopus Constantiensis Buchhorniam obsidet & occupat.

Obiit B. Clemens Eremitarum S. Augustini Generalis, à morte pluribus miraculis gloriosus. Item Bartholomæus Episcopus Grossetanus.

Bonincrontus fit Episcopus Veronæ in Italia.

Burgis in Hispania Lupus S. Francisci Discipulus circa hunc annum cum fama sanctitatis moritur.

Annus Christi 1292.

Adolphus Comes Nassoviensis in Imperatorum rem eligitur: Jacobus de Voragine ex Ord. Prædicat. in Archiepiscopatum Genuensem.

Moritur Nicolaus IV. Pontifex summus, cum Cathedram S. Petri insedisset annos quatuor, mensem unum, dies 14. erat ex Ordine Minorum D. Francisci.

Rogierus Auria, sive à Friderico Siculi Regni ambitione inflato, sive ab ipsis Siculis proceribus permotus, ad Crottonem verustam Brutorum urbem, Guillelmum Estandardum Caroli Regis Siciliæ copiarum Præfectum aggreditur & vincit.

In Italia & Aragonia hæreses passim volitant, hinc Venetiarum Dux & Jacobus Aragoniæ Rex in Hæreticos leges sanciunt.

E vivis excedit S. Chunegundis virgo, uxor Boleslai Pudici Poloniæ Principis, dum duodecim annis duram in Sandecensi cœnobio vitam exegisset, in vita & post mortem miraculis illustris.

Ad cælos quosque emigrat B. Albertus è monte Drepano, Carmelita, qui Dæmonem formâ venustissimæ mulieris sibi apparentem, & ad carnis illecebras allicientem, signo crucis fugavit, plurimos Judæos ad Christiana sacra traduxit, Messanæ urbi à Carolo Neapolitano obsessæ, annonam cœlitus obtinuit, fluvium siccis pedibus calcavit, dæmonia multa ex hominum corporibus fugavit, claruit insuper spiritu prophetiæ; ad ejus obitum campana suâ sponte sonuit, & odor suavissimus ex ejus cadavere manavit. Circa funus cum inter Clerum & Fratres Carmelitanos populumque gravis concertatio orta esset, quoniam missæ officio exequiæ celebrandæ essent, in aère duo Angeli puerorum specie venustorum, amici stolis albis auro intertextis, *Os justii meditabitur sapientiam*: cantandum esse denunciarent.

In humanis similiter esse desit Joannes Beccanus Cantuariensis Archiepiscopus, ex Ordine D. Francisci, insigni sanctitate, doctrinâ, & zelo Ecclesiasticæ libertatis vindicandæ.

Floren-

Florentiæ in atrio horti S. Michaëlis, imago Deiparæ miraculis coruscare incipit.

Fernandus Perez Gallecus, Magister Generalis Ordinis de Alcantara creatur.

Moritur Hermannus III. Comes Hennebergicus.

Joannes Balliolus Rex Scotorum declaratur.

Fridericus Fronauer Præpositus Chiemensis consequitur Cathedram Episcopalem Chiemensem, unicoque anno suum Episcopatum absolvit.

Henricus II. instituitur Episcopus Seccoviensis.

Ad Superos abit B. Jacobus de Certaldo Monachus ex Ordine Camaldulensi, vir miræ abstinentiæ, magnâ miraculorum gloriâ à Deo post mortem honoratus.

Guillelmus de Valle-Saure creatur Episcopus Leonensis.

Tradit spiritum Ven. Francus Grotti ex Ordine Carmelitarum octogenario major, monstrante cælo lætitiâ tanti illustrissimi civis, noviter suscepti, miro per totum cœnobium splendore diffuso, qui illico conglomeratus, & in cellula morientis inclusus, speciosissimam animam concomitans in cælos, suavissimo odore diffuso, totus ab oculis adstantium & videntium evanuit. Paradis. Carmelit.

Gebhardus Archiepiscopus Moguntinus Concilium provinciale celebrat Aschaffenburgi, in quo plures constitutiones salubres sanciuntur.

Hiems hujus anni fuit asperissima & nimis diuturna, hinc jumentis defecerunt pabula, magna pauperes pressit inopia, vineta quoque multis in locis nimio frigore læsa parùm fructificarunt.

Fridericus Episcopus Spirensis ex Concilio provinciali redux, in itinere à Gerardo filio Eberhardi Comitis de Cattimeliboco capitur, & custodiæ mancipatur. Re postea compositâ, brevi iterum liber dimittitur.

Adolphus novus Imperator Comites quosdam, Nobiles ac civitates aliquot suo recusantes subjici Imperio vincit, Colmariam capit, ejusque Capitaneum seu Advocatum captivum secum abducit.

Annus Christi 1293.

Bernardus Prambachius Episcopus Passaviensis condit cœnobium Cisterciensium in Engerscell, oppido Austriæ superioris.

Moritur B. Theobaldus Abbas Cistercii XXVI. qui morum integritate & facundiâ singulari fuit clarissimus.

Andronicus Græcorum Imperator, fratrem suum Constantinum Porphyrogenitum in vincula conjicit, ex sinistra regni affectati opinione.

Conradus Dux Glogoviensis, Henricum Nepotem Lignicensium Ducem, Lutici perfidiâ captum, in angustum vas ferreum inclusit, in eo erant duo parva foramina, alterum quo cibum sumeret, alterum quo alvum exoneraret. In eo vase sex totos menses asservatus, neque sedere, neque jacere potuit unquam; ad extremum ed redactus fuit, ut jam tabescente corpore, sanies & vermes de scapulis & femoribus ejus scaturirent. His malis victus, tandem numeratis Conrado triginta millibus marcarum

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

pecuniæ, datisque septem territoriis, dimissus est.

Atrocius in Galliis exemplum exhibuit Philippus Pulcher, Rex: erat Guidoni Dampetræ Flandrorum Comiti filia natu minor, quam ex fonte sacro susceperat Philippus, eamque Philippam vocaverat, hanc pater desponderat Eduardo Regi Anglo, qui Philippo hostis erat, itaque is puellam Parisios vocat, venientemque carceri tradit cum 20. pedissequis & 30. viris nobilibus, deinde strangulatas feminas projici jussit in Sequanam, atque viros suspendi ex furcis Montfalconis: persuasit nihilominus Carolus Valesius Philippi frater Guidoni, ut Regem conveniret, facilè se impetraturum esse pacem; credidit Guido, profectusque est cum filiis duobus, & 50. nobilioribus suæ Provinciæ, quos omnes idem Philippus statim in vincula conjecit, ac diversis custodiis mancipatos totis octo annis, prædore, squalore ac inediâ maceravit; sed Flandri injuriam ultri armis, Regis copias cæciderunt, proceres 30. Francos, & ter mille equites, cum maxima parte peditatus profigarunt, Regemque ad solvendo captivos coegerunt.

Florentius V. Comes Hollandiæ adulter, Gerardi Velsii uxorem constuprat, paulò post in venatione capitur & occiditur; Hollandi necem ulturi in ejus conspiratores arma movent, in captos tandem acerbissimè sæviunt, & in singulis ferè civitatibus præcipuè nobilitatis viros intolerandis cruciatibus occidunt; in Velsium præcipuè apud Leidam sævitum, quem valis ferreis clavis stipato inclusum per vias provolverunt: imò nec innoxiiis paritum est, Batavi enim præter fas & æquum, omnem ferè cognationem majoris nobilitatis totâ Hollandiâ expulerunt.

Decedit Obicius Atekinus Princeps, immortalitate dignus.

Albertus de Fontorf frater Conradi IV. Archiepiscopi Salisburgensis, fit Episcopus Chiemensis.

Vivendi finem facit Eberhardus Episcopus Wormatiensis. Similiter Simon Dammartinus, Comes Albæ Malæ.

Adolphus Imperator Conventum Principum celebrat Moguntinæ, in quo multa pro communi Imperii utilitate constituit, & pacem inter discordantes reformavit. Misniæ Marchionem Imperio rebellem armis comprimit & proscribit.

Wormatia nocturno tempore casuali igne correpta magnâ ex parte conflagrat.

Reges Galliæ & Angliæ bellis contra se mutuo sæviunt; Albertus Rudolphi Habsburgici Imperatoris defuncti filius, arma quoque parat contra Adolphum neo-electum Imperatorem.

Moritur Henricus de Gandavo Canonicus & Archidiaconus Ecclesiæ Tornacensis, Doctor Parisiensis, qui inter multa ingenii sui opuscula reliquit opus insigne, quod Summam Theologiæ prænotavit. Super sententias libros quatuor. Quodlibetorum libros 11. De Virginitate lib. 1. De pœnitentiâ lib. 1. Sermones plures, multosque in Aristotelis libros Commentarios. Eodem anno obiit Simon de Schœneck Wormatiensis Episcopus, post quem

Ecc 2

Canon-

Canonici Cathedralis Ecclesie Gerardum Comitum Hirsuti vulgari vocabulo Ruggraff in Antistitem unanimiter elegerunt.

Annus Christi 1294.

Joannes Duns Scotus ingenii miraculum, ex Ord. D. Francisci, spiritus deliquium passus, dum mortuus creditur, vivus sepelitur.

S. Cœlestinus V. ex Ord. D. Benedicti Monachus, in Summum Pontificem eligitur, & summam orbis dignitatem ad diem 13. Decembris hujus anni, in publico Patrum consensu, solitudinis pristinae amore rursus deponit: potestate eligendi Cardinalibus facta, in pervigilio Nativitatis Dominicæ eligitur Bonifacius VIII.

Moritur Latinus Episcopus Ostiensis & Cardinalis, ex Ord. D. Dominici.

E Dalmatia ab Angelis sacra Domus Nazarethana transfertur in Picenum, in silvam Lauretanae matronæ, inde Lauretana ædes dicta.

Hoc anno duæ philomelæ sexto Idus Februarii in maximo gelu cantarunt in templo Harlebecano apud Belgas.

Normanniam classe infestat Anglus, Rupellam & Bajonam expugnat. In Scotia item Barvicum actu occupat cæsis in urbe 7000. Scotorum.

Anna Alberti Ducis Austriae filia, Hermannus Marchioni Brandeburgico & Lusatiæ desponsatur.

Obiit anno ætatis 116. B. Alanus Doctor egregius & Monachus Ordinis Benedictini, honorum generosus contemptor, & hæreticorum oppugnator acerrimus: Item Rudolphus Comes ab Habsburg Episcopus Constantiensis.

Guilielmus Longus creatur Cardinalis.

Decedit Hugo Rex Cypri, & Gerardus Episcopus Wormatiensis noviter electus, cui succedit Eberhardus de Strahlenberg.

Ob avaritiam Adolphi Imperatoris, Principum Imperii animi ab ipso paulatim averuntur.

Annus Christi 1295.

Bonifacius VIII. Papali coronâ decoratur, qui Cœlestinum V. carceri mancipat: idem pacem tandem facit inter Reges, de Sicilia Regno, verum Siculi Caroli & Gallorum Imperium detrectantes, Fridericum Jacobi Aragoniæ Regis fratrem Regem salutant, Bonifacio Papâ Regnum Carolo vindicare omnimodis volente. Qui pacem interim inter Philippum Francorum & Eduardum Anglorum Regem conciliare studet.

Eodem anno cum apud Rionem Thomas Turbivilla Anglus à Philippo captus, magis vitæ usuram, quam famæ decus æstimaret, prodicionis noxâ se infamat; suavitè Philippo, ut se dimitteret, facillè enim sibi pollicebatur apud Eduardum Regem futurum, ut Anglicæ classi præficeretur, quam in manus Gallicas traderet. Credidit Philippus, hominis duobus acceptis filiis obsidibus, in Angliam ire permisit; ille, diem tradendæ classis à se dixit. Classis postea Gallica ad littus Anglicum applicuit, cumque Thomam loco & tempore designato non reperisset, in terram excensionem miles

Gallus fecit: Thomamque requirens in manus prædicatorum incidit, ac pœnas morte luit. Conatus est iterum Thomas, Regem Scotorum ab Anglico alienare, & Philippo Gallo consiliis patefactis, in eam partem inclinare, ut cum Scoto junctus, negotium Eduardo faceret. Verumtamen consilio intercepto, cum apud Eduardum accusatus esset, prodicionis pœnas dedit, Londini in publico patibulo gulâ fractâ. Ab hac prodicionis occasione, tum primùm Eduardus ad pacem, quam Papa suadebat, inclinare cœpit.

Inter Genuenses & Venetos post diuturnas dimicationes, inducias statui vult Papa Bonifacius, quas renuunt Genuenses: currentibus illorum vellicationibus, Andreas Dandulus Venetæ classis præfectus, ne captivus Genuam perduceretur, triremi capite graviter impaeto, vitam cum morte commutavit.

Joannes Jordanis Ursini filius, ex Ordine D. Dominici, Patavii Episcopus declaratur.

Judæi jam tertio à Philippo Pulchro spoliati, totâque Franciâ exacti, in Germaniam commigrant.

Præmislaus Rex Poloniae inungitur, & post paucos menses occiditur à Joanne & Ottonem Marchionibus Brandeburgicis.

Ex humanis excedit Otto Vicecomes Archiepiscopus Mediolanensis, vitæ integritate illustris, anno ætatis 88.

In Hispaniis insigni miraculo voluit Deus Judæos salutis eorum admonere. Duo eorum Rabbini tantam sibi auctoritatem apud reliquos comparaverant, ut Prophetarum nomine audirent, quod se occulta posse prædicere assererent. Inter reliqua indicarant, brevi tempore, id est, ad diem decimam Mensis septimi, universis Judæis redemptionem assecuram, miraculorumque signum illam præcessurum. Nec eos sefellit prædictio: hoc enim die, cum Judæi sindonibus albis induti in Synagogis orassent, in eisdem sindonibus signa crucis apparuerunt; qui à Synagoga abfuerant, in sindonibus, quas in arcis conservarant, eadem signa crucis repererunt, sed tamen pauci ex illis in Christum crucifixum credere voluerunt. Alph. lib. 3. fortaliter fidei.

Moritur Otto Vicecomes Archiepiscopus Mediolanensis, cui succedit Rufinus.

E vivis discedit Toleti Sancius, Alphonsi decimi filius, Sancti Ferdinandi Castellæ Regis nepos, succedit filius decennis Ferdinandus IV.

Thomas, S. Martini apud Doveriam in Cantio Monachus Benedictinus, exardescente bello inter Eduardum I. Angliæ, & Philippum Pulchrum Galliarum Regem, cum hostibus Gallicis thesaurum atque ornamenta Ecclesie perdere nollet, ab illis jugulatus est. Quem Deus variis & insignibus à morte miraculis nobilitavit.

Barnimus II. Pomeraniæ Dux, à nobili Viro Wigando Muckervvitz in adulterio cum conjuge sua deprehensus, occiditur.

Simon de Bello loco Archiepiscopus Burdigalensis Cardinalitio Galero donatur.

Mortuus est Eberhardus Episcopus Wormatiensis, decimo Pontificatus sui mense vix dum

completo. Cui per electionem succedit Emicho de Badenbergo Præpositus Ecclesie Cathedralis.

Albertus Austriae Dux nunc publicè quoscunque potest, Duces, Principes, Comites, Episcopos, Nobiles aliosque à fide Adolpho datâ avocatur.

Adolphus Comes Montensis, qui olim Archiepiscopus Coloniensem captivârat, nunc talionis pœnam sentit, & ab illo captus, dies vitæ in custodia debuit consummare.

Joannes Dux Brabantiae in hastiludio transfixus occumbit.

Claret Nicolaus de Bibra patriâ Francus Orientalis, vir tam divinis quam sæcularibus disciplinis excultus. Similiter Conradus Saxo Ord. S. Dominici, vir doctissimus: Scripsit super sententias libros 4. Summam Studentium lib. 3. De Trivio lib. 1. Commentarium in lib. Job, Sermones de tempore & Sanctis lib. 2. Concordantias Bibliæ Novi & Veteris Testamenti.

Annus Christi 1296.

Leopoldus Comes Grundlacenensis Episcopus Bambergensis creatur.

Siculi Papâ invito Fridericum Aragonium Siciliae Regem renunciant & coronant.

Ludovicus Caroli Regis Siciliae filius, ex Ordine Minorum, Ecclesie Tholosanæ Episcopus præficitur.

Angliæ Rex contra Gallos infeliciter pugnat.

Gondifalvus Perez, Magister Generalis Ordinis de Alcantara creatur.

Eduardus Angliæ Rex Bervicum urbem actu capit, & in ea miserabilem omnis generis cædem edit, occisa feruntur Scotorum supra 7000. flos Lothianæ & Fisanæ nobilitatis. Arx quoque paucos post dies deditionem fecit; deinde cum Scotorum exercitu, qui ad solvendum obsidionem venerat, magno prælio confligit. Victoriâ ad Anglos inclinante, Principes nobilitatis in Dumbari arcem confugerunt; quæ sive Richardi Guardi præfecti perfidiâ, sive comitatu non sufficiente multitudini in arcto conclusæ, dedita, in omnes captivos crudeliter sævitum; hanc secuta est deditio Edimburgi & Sterlini; ibi Angliæ Rex, Fortham transgressus, iter Forfarâm intendit, ubi tum se Joannes Balliolus Scotiae Rex continebat, qui ad Eduardum veniens, se Regnumque ei dedit; nihilominus Londini in custodiam traditus est, intercessione tamen Pontificis mox dimissus, Eduardo filio obside retento.

Uladislaus cognomine Locticus Poloniae throno potitur.

Tobias Pragensis Episcopus moritur.

Ægidius creatur Archiepiscopus Bituricensis.

Decedit S. Cœlestinus V. qui Papalem dignitatem spontè abdicavit, cœlestium spirituum visitatione, corporis severissimâ mortificatione, & miraculis plurimis celebris.

Vitam cum morte commutat Rufinus Archiepiscopus Mediolanensis. Cui in dignitate succedit Franchinus.

Sigfridus Comes à Westerburg septem annis à Comite Montensi incarceratus, postea li-

bertati redditus, hunc prælio victum, caveæ ferreæ inclusit, & nudum melle illinitum soli exposuit, & vesparum ictibus, quo in statu præfame, siti & calore exspiravit.

Andreas III. Ungariæ Rex, Agnetem Alberti I. Imperatoris filiam matrimonio sibi jungit.

Moritur Anna Comitissa Albonensis & Viennensis in Gallia, filia Guigonis XII. Delphini Viennensis. Similiter Burchardus d' Avenne Episcopus Metensis, & Manegoldus Antistes Ecclesie Herbipolensis, Franciæ Orientalis Dux, cujus sedem electione legitimâ occupat Andreas de Gundelfingen, vir strenuus & jurium Ecclesie defensor acerrimus.

Florentius Comes Hollandiæ, filius Wilhelmi quondam Regis Romanorum à Frisonibus occisi, homo nimium bellicosus, qui mortem patris multo tempore graviter ultus est, die 27. Junii à dictis Frisonibus in bello pariter occiditur, cui in regimine succedit ejus filius Joannes.

Bonifacius Papa Joannem Episcopum Trajectensem, per tyrannidem & bellicas turbas de sede sua pulsum, Tullensis Ecclesie Pontificem constituit, Ecclesie autem Trajectensi. Wilhelmum de Mechlinia in Romana Curia Auditorem causarum, præficit.

Guido Comes Flandriæ filiam suam filio Anglorum Regis desponsat. Quod Connubium Philippus Galliarum Rex ægrè ferens, Comitem cum uxore & filia sub prætextu lætitiæ hauriendæ in Galliam invitat. Quo cum venissent, custodiae mancipavit, in qua filia prædicta ut ferunt veneno interiit. Hinc atrox Gallos inter & Anglos bellum exardescit.

Annus Christi 1297.

Moritur S. Ludovicus Caroli Siciliae Regis filius & Episcopus Tholosanus. Item Simon de Bello loco Archiepiscopus Burdigalensis & Cardinalis.

Jacobus Aragonius Rex, Sardinia & Corsicæ Rex à Papa declaratur.

Idem Hugocionem Spoletanum Ecclesie Senogalliensis, Guillelmum Ochumium Dublinensium, Facium Donoraticum Sagoniensium, omnes ex Ord. D. Dominici Episcopos præficit.

Sacrum contra Gibellinos exercitum scribit idem Bonifacius PP. & Columnios hostiliter exagitat. Cardinalibus S. R. E. purpureas vestes dat, eorumque dignitatem magnoperè auget.

Ludovicus Franciæ Rex SS. catalogo inseritur. Guido Montis Feltrii Comes, militaribus Imperiis & gloriâ ubique florentissimus; Ordinis SS. Trinitatis habitum induit.

Floret iter Eremitas S. Augustini Ægidius Columnius Romanus, nobili Columnarum stirpe natus, insigni pietate & doctrinâ præditus, qui postea Archiepiscopus Bituricensis & Aquitaniæ Primas creatus est.

Floret Vitus Pannonius instituti S. Augustini, qui mortuus mortuum resuscitavit.

Theobaldus ex eodem Ord. D. Augustini, Episcopus Veronensis creatur.

Circa hoc tempus Petrus Episcopus Arosiensis in Suecia, totam Careliam baptizavit.

Roffus Auria, cum Andronico Græcorum Imperatori præclaram operam contra plurimos hostium

hostium navasset, in præmium militiæ, corpus S. Anastasiæ Martyris tulit, & Genuam intulit.

Scoti Duce Guilielmo Vallâ insignem de Anglis victoriam reportant.

Ad cæli regna discedit Cortonæ in Etruria, B. Margarita, per intuitum cadaveris occisi proci ad insignem pœnitentiam & vitæ sanctitatem perducta.

Garnis exuvias deponit Rainbothus Episcopus Aichtadiensis.

Amberga Palatinatûs superioris urbs præcipua conditur.

Carolus Apuliæ Rex pacem inter Galliæ & Angliæ Regna restituit.

Plures Comites, Nobiles & Urbes contra Adolphum Imperatorem cum Alberto Austriæ Duce conspirant; causa aversionis fuit apud Conradum de Lichtenberg Episcopum Argentinensem, quod per Cæsareos in Alsatia Præfectos cum suis nimium gravatus, post iteratas querelas exaudiri non meruerit.

Joannes Hollandiæ Comes cum exercitu Frisiam hostiliter aggreditur, & prælio decertans victor evadit, occisis Frisonum quatuor millibus.

Annus Christi 1298.

Jacobus Aragoniæ Rex cum triginta triremium classe Roman venit, à Papa summo honore excipitur: mox adversus fratrem suum Siciliæ Regni invasorem pergens, auctus Roberti Calabriæ Ducis classe quadraginta triremium, non procul à freto prælium navale init, victorque existens hostes fugat, & sex illorum millia cædit, Fridericus verò per fugam in scapha evasit.

Cardinales à Papa creati sunt Consalvus Hispanus ex Archiepiscopo Toletano Episcopus Cardinalis Albanus: Theodoricus Urbevitanus ex D. Andreæ Monasterii Priore tit. S. Crucis in Jerusalem, F. Nicolaus Bocasinus Tarvisinus ex Magistro Generali Ord. Prædicatorum tit. S. Sabinæ, F. Gentilis Monteflorius Picenus, Lucas Fliscus ex Lavaniæ Comitibus Genuensis, Richardus Petronus Senensis U. J. Doctor, ex S. R. E. Vice-Cancellario Diaconus Cardinalis S. Eustachii.

Menfe Aprili in Italia sanguinem pluit, quæ pluvia arbuta & arboreta arefecit.

Obiit piissimè Petrus Podiensis ex Ord. D. Dominici, qui in præsentia Deiparæ Virginis animam lætus exhalavit.

Per Legatum suum Papa pacem inter Venetos & Genuenses conciliat: hi Venetorum metu soluti, arma cum Friderico & Siculis contra Carolum Siciliæ Regem vertunt.

E vivis discedit Petrus Polonus Episcopus Caminensis Ord. D. Dominici. Item B. Henricus Abbas Loci S. Bernardi, admirandæ sanctitatis Vir. Nec non Bonincronus Episcopus Veronensis.

Petrus de Capellâ creatur Episcopus Tholosanus.

Obiit Sigefridus Archiepiscopus Colonienfis, cui in Sede Archiepiscopali succedit Wigbaldus.

Eodem anno exspirat Roëmundus Archiepiscopus Trevirensis, & in Monasterio Hemmenrodensi Ord. Cisterciensis sepelitur, cui sus-

ficatur Dietherus ex Comitibus Nassoviis, Adolphi Imperatoris frater.

Claret B. Sancia Regina Lusitanæ, Sancti Regis filia, soror Alphonfi, & SS. Tarasie & Mafaldæ Legionis & Castellæ Reginarum, quæ exstructo B. M. Virginis Cellensi cœnobio Monialium ibi habitum induit.

Annus Christi 1299.

Jacobo de Voragine mortuo, in Archiepiscopatu Genuensi sufficitur Porchetus Spinola.

Adolpho indignè Imperium Romanum administrante, idem abrogatur per Principes Electores, Alberto Austriaco subrogato; qui in agro Spirensi commisso prælio, per sex horas durante, illum vitâ & castris exiit.

Scotiam totam sibi subjicit Eduardus Rex Angliæ.

Cassanus Tartarorum Imperator Syriam Christiano nomine recipit.

Athanasius, qui Patriarchali Sede Constantinopolitanâ Joanni cesserat, hoc dejecto, eisdem Sedi iterum imponitur.

Floret S. Nicolaus Tolentinus Ord. Eremitarum S. Augustini.

Joannes Balliolus Rex Scotiæ, Bonifacio Papâ jubente, Anglicâ custodiâ liberatus, cum à Scotis non reciperetur, rediit ad suos in Gallias.

Sub hoc tempus vivebat S. Amatus Confessor in Æmilia, qui corpus suum durè habuit, & miraculorum gloriâ refulsit.

Judæi sacrum Christi corpus in nocte S. Paschatis, à Custode Ecclesiæ Rætingensis in Francia emptum, per diversas civitates & Castellâ aliis Judæis distribuerunt, qui illud acubus & subulis pungentes, & in mortariolis tundentes, cum sanguine manare viderent, in diversis locis sub terra suffoderunt; sed Deus illud multis prodigiis revelavit, quapropter Christiani contra Judæos insurgentes, eos per diversas civitates & loca turmatim occiderunt.

Conradus Baro à Lichtenberg Episcopus Argentoratensis, in obsidione Friburgi occumbit; in Episcopali sede succedit ejus frater Fridericus.

Moritur Emicho Episcopus Wormatiensis decedit cum famâ sanctitatis Palmerius Eugubinus Ord. Prædicatorum.

Mortalis corporis exuvias exiit Munio, Magister Generalis Ord. S. Dominici.

Albertus Imperator Conventum Principum Francofurti ad Mœnum celebrat, ubi Rudolphum Comitem Palatinum Rheni, & quosdam alios, qui semper cum Adolpho Rege seferant, ad gratiam recepit.

Bonifacius VIII. Papa hæresim Circumcellionum, qui se Fratricellos nominabant, damnat.

Moritur Joannes Comes Hollandiæ impropolis, vitâ functo Joannes Comes Hannoniæ, filius Adelheidis sororis Wilhelmi quondam Romanorum Imperatoris, succedit.

Annus Christi 1300.

Petrus Calo ex Ord. Prædicatorum duo ingentia volumina de Vitis Divorum in lucem edit.

Jubilæum à Bonifacio Papa primò instituitur, ad quod tanta populorum multitudo Romanam

confluxit ut aliquando ad 200000. homines indies numerarentur, præter indigenas, fuit tamen semper magna annonæ copia, & vilissimè pretio omnia ad victum necessaria comparari potuerunt.

Fridericus Siciliæ Rex Gallos magnâ clade afficit.

Gerardus Segarellus Parmæ hæresis convictus, flammis addicitur.

Flandri tributis nimium onerati Brugis seditionem concitant, & Francos crudeliter necant.

Papa per Guelfos & Gibellinos noviter concitatos in Hetruria tumultus per Legatum sopire studet, qui nihil apud seditiones efficiens, anathematis sententiâ primores percellit.

Aliquis civium Neapolitanorum compatri suo pecuniam nonnullam mutuo dederat, & hic perfidus cum solutio poscebatur, nihil se ab illo accepisse asserbat. Re inter duos actâ, cum non probari posset, creditor debitorem, ante eam imaginem Christi cruci suffixi, coram quâ pecuniam illi numeraverat, nactus, Christiana simplicitate: Is, inquit, qui pro nostrâ redemptione semetipsum Lytrum dedit, mihi testis est, me tibi mutuo eam pecuniam dedisse, neque exegisse. Mirum visu! imago Christi crucifixi caput, quasi veritati creditoris annueret, inclinavit. Perditus autem debitor furore percitus, saxo quodam arrepto, in faciem imaginis jecit, ea verò sanguinem copiosum ex vulnere stillavit.

Ottomannus I. Turcicum Imperium fundat.

Pulso ob socordiam Uladislaò, Wenceslaus Bohemus, Poloniæ Rex salutatur.

Sacra domus Lauretana multis miraculis claret.

Ex Ordine Divi Dominici hoc anno cœlis inferuntur, Dominicus Lusitanus, moriens Divam Deiparentem, Jesum parvulum in brachio gestantem aspexit. Hunc secutus est Gualterus Theutonicus, in ejus felici obitu, Lector quidam cœnobii Argentini, Angelos audivit concinentes illud canticum in translatione Divi Dominici solenne: *In Odoris mirâ fragrantia*: cumque unum ex beatis spiritibus quæsisset, cuiquam recinerent; atque is Gualtero eadem horâ defuncto, renunciasset, paucis postea diebus elapsis didicit, eodem momento illum fati functum esse. Gualtero comitem sese adjunxit F. Hermannus, gratiâ prædicationis & spiritu prophetiæ illustris, qui diem exitus sui spagè ante prædixit, & sacrâ hostiâ in altari consecratâ, maximâ cum devotione exspiravit; visa est ipso momento super Ecclesiam cœnobii ingentis magnitudinis & splendoris admirandi crux aurea, index divinitus apparens summæ illius sanctitatis. Non impar superioribus, Hecchardus SS. Theologiæ Magister, qui etiam ab obitu F. Henrico discipulo apparens, se in conspectu SSS. Trinitatis vivere significavit.

A Tartaris Martyrium consequuntur Bonifacius Florentinus, & Andreas Perusinus; illi caput medium usque ad auriculas serrâ dissectum est. Alter post immanes cruciatus, in illis verbis, *Te Martyrum candidatus laudat exercitus*, immaniter trucidatus est. Supra oc-

cisi cadaver infepultum, lumina cœlitus demissa apparuerunt, odoresque suavissimi ex corpore integerrimo divinitus emanarunt.

Floret B. Angela Tolomei Senensis, quam mortuam quondam ejus frater Joannes Baptista Tolomei, eâ conditione vitæ mortali restituerat, ut voluntario purgatorio maculas expiaret, hinc incredibili asperrimâque pœnitentiâ sese discruciat, aliquando in globis ignium sese volutabat, dolores acutissimos, & præsertim dentium summâ patientiâ tolerabat, frequentissimè in cavernas, & abdita receptacula se occultabat.

Floret item B. Agnes Politiana ex Ord. D. Dominici. In ejus nativitate cereæ faces complures cœlitus delatæ circa matris thalamum resplendunt.

Hoc anno tertio Nonas Julii Columbariæ in Germania in ipso crepusculo, pluribus viris ac mulieribus apparuit sub luna, Majestas Dei in cathedra sedentis, quasi in judicio extremo, gladium ex ore utraque parte acutum vibrans. Annales Colmarienfes.

Laurentius Alphonfus, Magister Generalis Ordinis de Avis creatur.

Universitas Ilerdensis in Catalonia fundatur.

In Monasterio de Firmitate Ord. Cisterciensis, unâ & eadem die ab hæreticis Abbas cum 50. Monachis trucidatur.

Floret Gervasius Ricobaldus Ferrariensis, Ravennatis Ecclesiæ Canonicus, qui opus historicum collegit in sex digestum partes.

Moritur B. Wernerus Abbas Offiacensis Benedictini Monasterii in Carinthia, miraculis coruscans. Item Volradus Episcopus Augustanus.

Obiit B. Bonizella Vidua Trequandæ in Senensi Diocesi, mirâ in pauperes charitate in vita celebris, cujus cadaver tribus apposis candidis marmoribus conditum, Superi bono publico detectum voluere: apes, per marmorum illorum, haud apprimè coëuntium, spiramenta, ultrò citròque sollicito discursu commeari conspexit, inclusi occulto alveari favi in spem aliquos excitârunt, & ad amovendos lapides induxerunt. Cum ecce Bonizellæ cadaver intuentur, in cujus obsequium apum studia fervebant; sed mortuum videri non poterat corpus illud, quod ab omni prorsus tabo eximium, & nullo cæmentorum aut vetustatis situ obrutum, etiamnum sanctissimi animi integritatem spirabat: apes prædictæ omiffi sui nectaris opificio, ceram inter sacras palmas confixerunt in calicem, aræ mysteriis destinato perfimilem: elevatum post hoc miraculum Bonizellæ corpus insignibus claruit miraculis. Henschen. in act. SS. die 6. Maji.

Moritur B. Jacobus, Monachus Monasterii S. Stephani de Parrano Ord. Benedictini in Italia: per cujus intercessionem multæ gratiæ devotis ejus concessæ sunt. Ex Monim. Congreg. Avell.

Item B. Onuphrius primus Abbas Generalis Ord. Cœlestinorum sub regula S. Benedicti.

Floret Guido de Bajisio Bononiensis Archidiaconus. scribens in totum Decretum, & ad Sextum.

Quarto decimo Kal. Martii, luna visa est habens & referens in seipsa crucem luminosam.

Obiit Joannes Archiepiscopus Rigenfis in Livonia.

Florent doctrinæ laude Alanus Magister Parisiensis, Theologus, Philosophus & Poëta celeberrimus. Wilhelmus & Henricus Monachi Haslingensis Monasterii in Brabantia Ord. S. Benedicti.

Sæculum hoc miris fulgoribus sanctitatis illustrat B. Joannes de Monte mirabili, ex Regum Galliarum descendens sanguine, pauperum,

infirmorum, leproforum Princeps advocatus, Deiparæ studio & amore accensissimus; cum equo aliquando ejus imaginem prætervectus tunc primum advertisset, & mox equo defiliens, reversusque ac provolutus in genua, errati veniam rogasset, imago Deiparæ, transverso cæteroquin vultu, grandi ut miraculo, sic dignatione, faciem illico convertit, tantique Principis studium accipiens grato commendavit. Factus exin Monachus in Longi Pontis Monasterio, innumeris post mortem miraculis coruscavit.



MEMORABILIMUM MUNDI CHRISTIANI SÆCULUM XIV.

Annus Christi 1301.

Moritur Gregorius Episcopus Pragensis, succedit Joannes hujus nominis IV. ex illustrissimo sanguine Procerum Draziciorum.

Fridericus Aragonius Siciliam cis & ultra Pharam infestare non desinit, contra quem Papa Carolum Comitem Andegavensem Philippi Regis Galliarum fratrem evocat.

Idem Papa Bonifacius Ludovico Philippi Galliarum Regis filio, ut cum Margarita Philippi Comitis Arebatensis filiâ, & Philippo alteri dicti Regis nato, ut cum Margarita Roberti Ducis Burgundiæ genita, in tertio & quarto sanguinis gradu jungerentur, indulgit. Præfatus autem Philippus Rex Franciæ favorem hunc filis suis exhibitum flocci pendens, Pontificias litteras igni tradi jussit.

Apud Compendium à Rhemenfi Archiepiscopo Synodus Provincialis celebratur.

Terræ motus in Creta Insula mare adeo concussit, ut aquas maris impulserit intra civitatem Candia tanto impetu, ut omnia ædificia prostraverit, & omnes ferme homines demerserit. Mox adeo retrocessit mare ex portu urbano, ut ubi aqua profunda fuerat, tunc nulla videretur: eodem pariter terræ motu totus Adriaticus Sinus concussus est.

Moritur B. Jacobus apud Mevaniam Etruriæ urbem, è Blancorum illustri familia natus: horâ ejus natiuitatis tres lunæ in cælo apparere, continentes singulæ imaginem viri veste prædicatoriâ amicti. Factus Monachus vinum & panem prodigiôsè aliquoties auxit, oleo, vino & aquâ benedictâ, nec non aquâ ablutionis manuum suarum plurimos ægros sanavit.

Coram Crucifixi imagine oranti, & scire cupienti an esset ex prædestinatorum numero, imago editâ voce respondit: *Sanguis iste sit tibi in signum.* Moxque, mira res, continuo profiliit de loquentis imaginis latere sanguis copiosus, & tum faciem, tum vestes illius ad eum modum resperfit, ut rubentes guttæ non nisi post multum temporis elui potuerint.

Obiit pariter ex eodem D. Dominici Ordine Valentia P. Joannes Puignentius, qui in convertendis Mauris multam operam navavit.

Vincit Scotos Rex Angliæ ipse occurrens, cum tertium Angli à Scotis victi essent.

Confirmatur tandem Imperium Alberto Austriaco.

Vitam cum sceptro deponit Andreas III. Ungariæ Rex, ultimus Stemmatis Sancti Stephani Regis surculus, filius Stephani V. Thomasiæ Maurocenæ Venetæ.

Cometa magnus per dies aliquot apparet, multa subsecuta mala, bella, famem & pestem tam hominum quam pecorum præsignans.

Wilhelmus Episcopus Trajectensis in prælio cum Comitibus quibusdam & Nobilibus Ecclesiæ suæ jura violantibus commisso miserè occumbit, ei sufficitur Guido frater Bötzardi Episcopi Metensis, Joannis Episcopi Cameracensis, item Joannis Comitis Hollandiæ & Hannoniæ.

In Festo S. Mariæ Magdalene Joannes Comes Luxemburgensis urbem Trevirensis obsidione vallat, & in circuitu omnia devastat, Civem viribus minores, clausis fortiter portis, Litanis & precibus, quâ poterant devotione insistentes, DEI

DEI & suorum urbis Tutelarium opem invocant; & ecce undecimâ nocte urbis obsessæ, milites obsessentium DEO mittente nimium perterriti, arma in se ipsos magno clamore convertunt, relictisque tentoriis fugam capessunt.

Bonifacius Papa ulturus Philippi Gallorum Regis contumaciam & Apostolicæ Sedis contemptum, eum regiâ orbare dignitate nititur, & eam Alberto Romanorum Regi conferre, quam hic tamen assumere recusat.

Referenda sub hunc annum vita an vitæ terminus B. Antonia Nunnez, nobilitate generis & virtutum splendore celebris, quæ Monasticen Benedictinam in Monasterio S. Benedicti de Castris professâ, DEI param summo cordis affectu coluit, quam & supremum lectulo decumbens intueri meruit, dulcem illum ventris sui fructum inter ulnas foventem, quæ eundem pro Antonia suâ affectuosè interpellans, pronissimus ad vota Matris promptè exaudit, & Antonia requiem & felicitatem æternam promisit, ad quam illa paulò post emigravit.

Annus Christi 1302.

Moritur Masovia Dux. Andrea III. Hungariæ defuncti Regis Viduum cum filiâ infante, Ugnari quidam rebelles custodia mandant.

Wenceslaus Bohemiæ Rex paucorum factione ad spem Regni Polonia excitatus, se illius Regem dicit, à quo titulo ut abstineat, eum admonet Papa: cum Uladislao Lothicum major atque melior pars Senatûs ac nobilitatis elegerint.

Domesticis factionibus & seditionibus Ungari diffident adeo vehementer, ut apud eos Ladislaus Wenceslai Bohemiæ Regis filius, quem pater Ungaris præferat, præter nomen Regis inane, vim regnandi nullam obtineret: interim Regnum prædictum sibi jure propinquitatis deberi asserit Carolus Siciliæ Rex, qui ad illud occupandum arma parat.

Siciliæ tandem pax restituitur his conditionibus, ut Fridericus Aragonius Eleonoram Caroli Regis filiam uxorem duceret, Siciliam cum adjacentibus Insulis dum vixisset possideret: Calabria omnis, Apulia & Campania Carolo liberè cederet: hinc inde utroque Regno capta oppida proprio Regi restituerentur: Philippus Princeps Tarenti & alii bello utrimque capti libertate donarentur.

Strage ingenti fusi ab Anglis Galli ad Gostracum: cladis authorem cum Papam crederet Rex Philippus, cum ipso magis collisus excommunicatur.

Ex imagine B. M. V. in Monasterio S. Ruperti propè Bingham à milite impio spoliata, lac & sanguis emanat.

Gerhardus Archiepiscopus Moguntinus, Dietherus Archiepiscopus Trevirensis, Henricus Archiepiscopus Colonienfis, & Rudolphus Comes Palatinus Rheni, Baviaræque Dux in unum conjurantes, pacem inter se fœdusque perpetuum fecerunt, quod, quia Alberto Imperatori displicuit, contra præfatum Ducem armâ assumens, cum magno exercitu terram ejus invasit, vastavit, & ad deditionem coëgit; dein hostiliter Archiepi-

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

scopi Moguntini terras invasens, eundem ad veniam petendam permovit, uti & Trevirensis.

Floret humilitatis & sanctitatis laude Georgius, ex Moravia Marchione Monachus Casinensis Ord. D. Benedicti: nec non Fridericus Lichtenbergius Argentinenfis Episcopus, doctrinâ, integritate, & virtutum amore commendatus.

Moritur Fridericus Episcopus Spirensis, succedit Sigebotho II. ex Baronibus de Lichtenberg. Hoc anno civitas Nemetum perniciosis intestinisque malis exagitur, unde Sibotho 13. Calend. Decembr. impulsu campanæ tumultuariæ plebe concitata, Consules publicè se se magistratu abdicare coëgit, æquioribus suffectis, qui Reipublicæ præessent.

Scoti insignem de Anglis victoriam reportant.

Natus est S. Andreas Corfinus Episcopus Fæsulanus.

Sanctè obiit Andreas dall' Isola, dictus Bastia, Ordinis Prædicatorum.

Jacobus de Viterbio ex Archiepiscopo Beneventano fit Archiepiscopus Neapolitanus.

Circa hunc annum obiit B. Antonius Ord. Eremitarum S. Augustini Monticiani in Hetruriâ, miraculis à morte gloriosus.

Flandrenses moliantur Gallorum dominium excutere, & Wilhelmum filium Comitis Rheni, Clericum licet, Ducem nominant, qui titulum acceptans, arma in Gallos parat, & prælio commisso vincit, & Gallos ope Guidonis, Gandavo, Insulis, Duaco, totâque Flandriâ expellit.

Claret mirâ Sanctitate B. Aldobrandesca Monialis S. Congregationis Humiliatorum, quæ longâ oratione DEI param intueri rogans, id alterâ vice impetrat; sed & particeps fieri gladii dolorum ejusdem meretur.

Decedit Gerardus Bianchi S. R. E. Cardinalis.

Annus Christi 1303.

Penedensis arx, Castellarum familiæ contra Scaligeros addicitur.

Moritur Manegoldus sive Mangoldus Episcopus Herbipolensis, postquam annis 16. præfuisset: multa tulit fecitque, bis cives seditiosos auctoritate Cæsaris compressit, multaque Ecclesiæ suæ bona coëmit; successit in eodem anno Andreas de Gundelfingen Præpositus Onolzbacensis & Oringaviensis.

Bonifacius Papa Friderico Aragonio Regnum Siciliæ, Carolo verò Straboni Caroli Regis Siciliæ primogenito Ungariæ Regnum dedit, repudiato Uladislao filio Wenceslai Regis Bohemiæ: in Philippum Pulchrum Galliarum Regem contumacem anathematis sententiam fert, Regno sacris interdicat, plures Galliarum Antistites exauctorat, potestatem creatorum Doctorum Academiæ Parisiensis adimit, illamque jure docendi privat; Philippus hinc

fff

furiis

furiis actus Bonifacium per Stephanum Columnnam à dicto Papâ anathemate pariter percussus, nec non alios Gibellinæ factionis homines Anagninæ capere jubet: verum Anagnini rei indignitate permoti post triduum arma corripuerunt, multisque casis, Sarram Columnnam & conjurationis socios civitate expulerunt: interim & Romani quadringenti cives equites, Ducibus Matthæo & Jacobo Ursinis ad Pontificem liberandum advolarunt, quibus ille stipatus Romam profectus est, Concilium adversus Philippum & conjuratos celebraturus, injuriamque acceptam gravissimè ulturus, sed paulò post moritur, proinde ad sedem Petri evehitur Benedictus XI.

Florentiæ pacem recusanti cum nobilibus, sacris interdicitur à Legato Papæ, quod & Prato Hetruriæ civitati contigit.

Eduardus Angliæ Rex ingenti denuò exercitu Scotiam invadit & occupat.

Udalricus II. instituitur Episcopus Seccovienfis.

Moritur Ebervvinus Episcopus Wormatiensis: item Conradus Dux Brunsvicensis, Episcopus Verdenfis.

Nicolaus Martini Episcopus Ostiensis & Viterenus Decanus, sacra purpurâ à Pontifice summo decoratur.

Obiit S. Yvo Presbyter Trecorii in Britannia Armorica, pauperum advocatus, jejunii, humilitate ac patientiâ celebris; inter crebra quæ patravit miracula, exundans flumen signo crucis divisit, eodem signo incendium restinxit, aliisque post mortem ferè innumeris coruscavit.

Carolus II. Comes Provinciæ, Avenionem Universitate ornat.

Helvetii contra Comitem Habsburgicum arma arripiunt, Castrum vallis obsidione cingunt, tandem capiunt, Castellatum crudeliter interficiunt, ipsumque Castrum supposito igne penitus exurunt, initoque inter se fœdere Habsburgicos Præfectos ab Helvetiâ expellunt.

Flandri Comitatum Artesiæ hosteliter invadunt, omnia per circuitum ferro & incendio devastant: suburbana quoque Artesis oppidi flammis donant: exinde castrametati sunt in nemore ultra fluvium Liscium. Galli autem qui erant in urbe, Equitum videlicet tria millia, Peditum sex millia, illis posuerunt insidias, nam pars illorum nocte quâdam secretè de urbe exiens, in quodam loco nemoris se occultavit, residui verò manifestè procedentes in Flandros insultum faciunt, pugna ingravescente Galli de latibus insidiarum subito erumpentes à tergo Flandros cedere incipiunt, hi cum se in medio Gallorum conclusos viderent fugæ subsidium quærunt, tribus suorum millibus desideratis. Nondum tamen finis belli: Guido enim Flandriæ Comes contractis rursus copiis Seelandiam, quam jure hæreditario sibi cum Hollandiæ Comitatu debitam affirmabat, vi occupat, Philippus autem Guidonis filius validâ suorum manu Comitatum Artesem rursus invadit, & per omnem discursans regionem, oppida incendio destruxit ac ferro, ac villas Regionis omnes usque ad mare ever-

tit, prædiarios autem Gallorum per Comitatus oppida positos partim interfecit, partim in fugam egit, quo præstito Tornacum obsedit. Interim Gallorum Rex Philippus non minus fagitatus multitudine negotiorum, quam impensarum nimiarum tædio affectus, Treugas à Flandris per annum duraturaspetit & impetrat, quibus initis Tornaci obsidio soluta est.

Annus Christi 1304.

Wülfflingus Liber Baro à Stubenberg ex Carinthia, Episcopus Bambergensis creatur. Benedictus Papa laborat pro expeditione in terram sanctam mittendâ, & in Christianos cum Saracenis confœderatos anathema stringit: reconciliatur Philippo Galliarum Regi; cum verò Perusii non procul à lacu Trasimeno mensæ accumberet, juvenis quidam mentitus fœminam se esse, & ancillam Abbatissæ Virginum Divæ Petronillæ, triclinium ingressus cum argenteo vase, ficus recentes, & varia florum genera illi oblita veneno obtulit, de illis cum comedisset, fato sublatus est octavo Pontificatus sui mense.

Cassano succedit in Regno Carbaganda, qui Christi fidem deserens infelix fuit.

Apoplexiâ tactus obiit Gerardus Elector & Archiepiscopus Moguntinus.

Decedit Otto Comes à Rietberg Episcopus Paderbornensis: item B. Joannes de Pontifera totius Cisterciensis Ordinis Generalis, Vir summâ animi mansuetudine præditus, metuentus nihilominus in scelere obstinatis; idem, insigni sanè magnanimitate, & studio Sedis Apostolicæ, in Concilio Parisiensi, Philippo Galliarum Regi in Bonifacium Papam rebeli, solus restitit, ob id ipsum Parisiis retentus, qui ne ob Regem offensum detrimento Ordini esset, honore se omni spontè exiit, & privatus vitam sanctissimè exegit: mortuus innumeris coruscavit miraculis. Philippus Seguinus.

E terris ad cœlos commigrat B. Pilingotus Tertiarius Ordinis S. Francisci, qui spectatâ mercaturâ dictum institutum assumens, totum se DEO tradidit, solitudini, orationi, elemosynis intentus: claruit prophetiæ Spiritu: apud piam mulierem prandenti aqua in vinum versa est: post mortem omnigenis coruscavit miraculis.

Hermannus ex equestri familiâ de Schœnstein, Abbas Benedictinus Monasterii Maria-Montani Vallis Venustæ in Comitatu Tyrolensi, cum jura suæ Ecclesiæ fortiter tueretur, ab Udalrico Dynastâ de Matich nefariè interceptus, in nemore quodam seductus, datis cervicibus gloriosè occumbit; qui post mortem gloriosus apprensus, perpetuum se Monasterii sui defensorem fore edixit. Ex Chron. Fabar.

Franciscus Petrarcha nascitur.

Moritur B. Elisabetha de Spalbecke, extasibus celebris, & Christi stigmatibus in manibus, latere & pedibus insignita.

Ex vita decedit Joannes II. Hannoniæ Comes.

Finitis trengis Philippus Gallorum Rex magno

magno exercitu Flandros adoritur; pugna navali hi vincuntur, & Guido Gomes captus cum aliis multis in Galliam mittitur, ubi carceri mancipatus fuit. Aliam exercitus partem Rex ipse Philippus in campum educens castra locavit inter Lillam & Duacum: Wilhelmus autem & Philippus Flandrorum Duces hæc inopinatè invadunt, tanto furore, ut usque ad Regis ipsius tentorium penetrarint, qui se agrè fugâ subducere potuit, non tamen fractus animo, ut pugnam fortius reassumant suos hortatur, eo effectu ut tandem victor evaserit; occisa sunt Flandrorum sex millia, Gallorum autem 1500 ceciderunt, ipse quoque Wilhelmus cum multis aliis nobilibus occubuit. Interea Joannes Namurcensis Comes audiens socios Flandros in angustiis constitutos, congregatis Brugensibus & aliis terræ populis multis in succursum Lillæ à Gallis obsellæ properavit, ducens exercitum 60000. virorum, qui omnes se juramento obstrinxerant, se nunquam in domos suas reversuros, nisi vel pacem sibi convenientem, vel emptam gladio victoriam & omnimodam libertatem obtinuisent: his inter se firmiter conclusis, animis concitati & veluti penitus desperati propius ad castra Gallorum acceperunt, illos ad pugnam provocantes. Philippus Rex hostium videns audaciam, consilium cum suis belli officialibus, quid nunc agendum sit, inquit, qui uno sensu affirmarunt, pacem potius quam pugnam esse ineundam, quæ & sub hisce conditionibus est subsecuta, quod Flandri suâ deinceps omnimodâ gaudeant libertate, & quod Rex Comites & nobiles Flandriæ quos tenebat captivos liberos dimitteret, nec Flandriam de cæterò amplius inquietaret, econtra Flandri sub certo temporis spatio in refusionem expensarum ei ducenta millia Parisiensium, eamque Flandriæ partem quæ linguâ Gallicâ utebatur in possessionem cederent sempiternam.

Die 29. Aprilis obiit Ebervvinus Episcopus Wormatiensis, cui sufficitur Emmericus de Cronenberg.

Annus Christi 1305.

ULadislaus Locticus Poloniæ Rex, Cracoviam à Bohemis ante quatuodecim annos occupatam, recuperat.

Vicesimâ die Mensis Februarii, fractis ex subitâ aquarum eruptione repagulis cum ponte, per quem itur ad S. Laurentium, defluit lacus supra oppidum Sublacum: cujus fossa tantum & cavitas nunc apparent.

Sævit horrenda hiems, fluviis omnibus gelu constrictis; quam annus uberrimus subsequitur.

Gediminus Lithuanæ Princeps Vilnam condit.

Eligitur Clemens V. Pontifex Maximus, natione Gallus & Archiepiscopus Burdigalensis, antea Bertrandus Gottus dictus, qui victus tædio factionum, sedem Romæ Avenionem transfert.

In cœlos abit B. Joachimus Senensis Ord. Servorum B. M. Virginis; mira fuit in eo R. P. Brentano Epitome Chronologica.

humilitas, obedientia, & assidua laborum permissio; insigni quoque in proximos charitate enituit, hinc epilepticum ut morbo liberaret, hunc sibimetipsi immitti à DEO impetravit: cum Senis ab ægroti cujusdam visitatione noctu domum rediret, nec janitorem excitare potuisset, statim ut orare cœpit, portam Monasterii ultrò apertam vidit: caput ejus in choro stantis visum est à fratribus splendore quodam coruscare: mortuus est in die sacra Parasceves, uti à DEO semper petierat, inter verba illa & inclinatio capite tradidit spiritum: pluribus à morte miraculis coruscans.

Piissimè obiit Wenceslaus II. Bohemia Rex: interim, Wenceslao III. ejus filio Bohemiæ administrationi prælato, cum Hungariæ Proceres illum propter ignaviam contemptui haberent, Carolo adolescenti Regnum deferre plures statuerunt, ab aliis tamen Otto Baviariæ Dux nominatus & coronatus est: verum hic postea in Transilvaniam deveniens à Waiyvoda Ladislao per dolum captus, in vincula conjectus, & folio deturbatus est, non enim potuit se captivitati eruere, priusquam potestati Regiæ renunciasset.

Cum ante annum ex humanis abiisset Gerhardus Archiepiscopus Moguntinus, subitaneâ morte, in conclavi suo, sellæ insidens defunctus, successit nunc ei Petrus Aichspadius Canonicus Moguntinus, & Episcopus Basileensis.

Hetruria intestino bello ardet.

Florentini & Lucenses post 11. mensium obsidionem Pistorium capiunt, & mœnia ejus undequaque diruunt.

Robertus Brusius contra Eduardum Anglum, Scotiæ Regnum obtinet.

Ad Vredeland oppidum Veteris Marchiæ Brandeburgicæ, grando de cælo cecidit, in qua igniti lapilli, qui plurima excitârunt incendia, ubi in stramina & paleas, aut aliam arsuram materiam inciderunt; ipsa etiam in agris pecora lædebantur.

Moritur Conradus II. Episcopus Aichstadiensis.

Obiit B. Santuccia Abbatissa, propagatrix Congregationis B. Sperandei sub regula Sancti Benedicti: de quâ refertur, quod immanem bestiam solo crucis signo mediam crepere fecerit. Ex act. SS. apud Bolland. 21. Mart.

Nicolaus Farinula, Confessarius Philippi Regis Francorum, Cardinalis creatur.

In Cataloniâ moritur Rugerius Doria Launenfis, Dux belli invictissimus.

Petrus Arnaldus Abbas Benedictinus Monasterii S. Crucis Burdigalæ Sacro Gardinalium Collegio adscribitur, simulque S. R. E. Vice-Cancellarii titulo honoratur.

Arthurus II. Britannæ Armoricæ Dux, Joannis II. & Beatricis Angliæ filius, patri in regimine succedit.

Die primâ Maji ingens nivium copia cecidit, ventorumque impetus multas arbores subvertit, & vineta graviter læsit.

Moritur Bohemix Rex, cujus exequias Albertus Imperator convocatis multis Episcopis in Cathedrali Ecclesia Spiræ celebravit, ubi inter pulsum diutius, major campana ob violentiorem tractum decidit, & jacta per duas Ecclesiarum testudines in pavementum, in tres partes fracta est.

Inter Dietherum Comitem Nassovium Trevirorum Archiepiscopum & cives Confluentinos maxima est orta discordia, unde Archiepiscopus exercitum conducens, vocatisque in auxilium Principibus amicis, Confluentiam obsedit, expugnavit, & Cives rebelles ad obedientiam reduxit.

Dulcinus Fratricellorum hæresim restaurat, qui post biennium per Novarienses captus, cum quadam Margarethâ aliisque erroris sui complicitibus igni traditus est.

Annus Christi 1306.

Moritur Perusii Mathæus Rubens Ursinus Prior Diaconus Cardinalis: item Fridericus Lichtenbergius Episcopus Argentinensis.

Clemens Papa ad juvandas res afflictas Christianorum in Syriâ per legatos suos laborat apud Principes Europæos: nec non Carolum Valesum ad Constantinopolitanum obtinendum Imperium, jure hæreditario per conjugem Catharinam ad ipsum pertinens, tum consiliis, tum opibus juvat; Venetosque terrâ marique potentes ad auxilia illi ferenda excitat. Ad Italiam autem pacandam Neapolitanum Ursinum Romanæ nobilitatis Principem, Legatum mittit, qui à Bononiensibus autem injuriosè tractatur, quos ille proinde anathemate ferit; idem contigit Florentinorum Primoribus, qui ipsum recipere noluerunt.

Idem Clemens adversus Pisanos Sardiniam & Corsicam infestantes Jacobo Aragonum Regi fert suppetias: Joannem Corvinum ex Ord. Minorum creat Archiepiscopum Cambalensem in Oriente, & novem ejusdem ex dicto Ordine suffraganeos consecrat.

Philippus Gallix Rex omnes Judæos de Regno suo ejicit, ob Sacram hostiam ab uno ex eis in bullientem aquam missam.

In cælos abit B. Conradus Offidanus Picenus, Evangelicæ perfectionis, & regulæ S. Francisci zelator fervens, sanctitate insignis, qui mortuos quinque fertur suscitasse.

Ex hac pariter vitâ excedit Tollentini in Piceno S. Nicolaus Ord. Eremitarum S. Augustini: sex ante obitum suum mensibus quâlibet nocte dulcissimas Angelorum voces, & cælestem quandam harmoniam audivit.

Moritur B. Joana Urbeveta Ord. S. Dominici, visionibus divinis, revelationibus conspicua, demones variis formis ad tentandum vel terrendum sibi apparentes animosè profligavit; Spiritu prophetico dotata, miracula quæ post mortem factura erat, prædixit: vivens, orationis suffragio multis ægrotis sani-

tatem impetravit: panis in eius gremio, in rosas & alios flores, converti visus est.

In die purificationis B. Mariæ semper Virginis, glacie ac nivibus resolutis, maxima circa Rhenum & Mœnum inundatio aquarum facta est, quæ penè infinita hominibus circummorantibus damna intulit, evergens domos & habitacula multa, hortos & vineas, agrosque & prata devastans.

Albertus Imperator Wenceslao juniori extincto Bohemiâ potitur.

Robertus Brussius Scotix Rex coronatur.

Moritur Henricus Episcopus Constantiensis: Item Fridericus Episcopus Argentoratensis: nec non Jacobus de Viterbio Archiepiscopus Neapolitanus.

Ad cælos è terris evocatus est B. Philippus Placentinus Ordinis Eremitarum S. Augustini, in vita & post mortem miraculis clarus.

Equites S. Joannis Hierosolymitani Rhodum insulam obsident, ac tandem fugatis Saracenis occupant.

Annus Christi 1307.

Philippus Rex Gallix Ordinis Templariorum everisionem procurat, & die Veneris unâ litteratum significatione omnes Equites totâ Franciâ comprehensi sunt, fiscusque in eorum fundos ac res manentes manum iniecit, Rex quoque Aragonix omnes ejus Religionis homines capi, bonaque conscribi imperavit.

Multi hæretici, quorum auctor erat Lohaldus Waltherus, in civitate Cremensi Austriæ, aliisque in locis comburuntur.

Moritur Ditherus Nassovius Archiepiscopus Trevirensis, subrogatur Balduinus Henrici Imperatoris frater.

Mortalitatis sarcinam deponit B. Gualterus Brugensis Ord. Minorum Episcopus Pictaviensis, ad quam dignitatem multum reluctans evectus fuit: cum magnum debitum pro indumentis pauperum apud mercatorem contraxisset, quidam qui Angelus DEI creditur fuisse, in specie Procuratoris illud absolvi facit & cancellari Viro DEI ignorante; ejus porro sanctitatem columba candidissima super caput ejus visa ostendit. S. Antonin. 3. part. tit. 24. c. 19. §. 8.

Diem obit Degenhardus Episcopus Augustanus.

Joannes Episcopus Aichstadiensis à Papâ ad Argentinensem Episcopatum transfertur.

Petrus de Capella Episcopus Tholosanus, Cardinalitiâ ornatur purpurâ.

Arnaldus à Papâ Clemente V. Pictaviensi Episcopali Sedi præponitur.

Sanctissima illa Virgo & DEI par familiarissima Domestica B. Mechthildis, orbem cum exemplo, tum scriptis suis egregiè demeretur.

Annus Christi 1308.

Albertus Imperator à Joanne Duce, fratruel suo, & Rudolpho de Warth, Walthero de Eschelbach, ac Ulrico de Palmâ immaniter trucidatur.

Philippus Gallix Rex à Clemente Papâ Imperii coronam petit, sed adversus ipsum à Principibus Electoribus eligitur Henr. Comes Lucelburgensis.

Exercitu in Bohemiam ducto, Imperator Henricum Carinthiæ Ducem à Regni administratione ejicit, & Joannem filium cum Elisabethâ ejus conjugem Reges coronat.

Moritur Eduardus Angliæ Rex, succedit Eduardus junior.

Robertus Cantuariensis Archiepiscopus ab Eduardo seniore Rege injustè ejectus, ab Eduardo juniore post patris mortem restituitur.

Magna in Regno Franciæ hoc anno fuit annonæ caritas, ac lues inficiens, quæ ferè terrarum ubique sæviit.

Floret Wichardus Archiepiscopus Salisburgensis, pietate ac doctrinâ insignis, qui Chronicon Austriæ ad sua usque tempora composuit.

Ad cælos emigrat S. Clara de Monte Falcone in Umbriâ, cui ardens in crucem Christi amor, cordique crucis impressa mysteria, de Cruce nomen dederunt.

In Italiâ floret B. Augustinus Teranus, doctrinæ splendore & sanctitate vitæ illustris, ex Ord. Eremitarum S. Augustini; claruit post mortem miraculis, ejus quippè intercessione, duo mortui ad vitam sunt revocati.

Gentilis Cardinalis in Hungariâ Legatus, Ordinem S. Pauli primi Eremitæ, sub Regulâ S. Augustini, auctoritate Papæ confirmat.

Inter Angliæ & Gallix Reges, pax connubio firmatur.

Hermannus Marchio Brandeburgicus moritur.

Fridericus I. de Mitterskirchen instituitur Episcopus Seccoviensis.

Umbertus creatur Archiepiscopus Neapolitanus.

Casonus ad Cathedram Archiepiscopalem Mediolanensem evehitur.

Decedit Colonix Joannes Duns Scotus, Theologus celeberrimus, Ordinis D. Francisci.

Balduinus Comitis Luxemburgici filius, unanimibus votis in Archiepiscopum Trevirensis, obtentâ à Papâ ætatis veniâ eligitur.

Papâ in Galliâ residente Ecclesia S. Joannis Lateranensis Romæ cum Palatio & universis Canonorum mansionibus igne consumitur, ad quam restaurandam ingentem pecuniæ copiam ipse Romam mittit.

Petrus Archiepiscopus Moguntinus Carthusianorum Monasterium extra urbem Moguntinam construit.

Claret B. Elisabetha de Spalbecke Monialis Ordinis Cisterciensis, quæ septennis quotidie horis Matutinâ, Primâ, Tertiâ, Sextâ, Nonâ, Vespertinâ & Completorii Mytheria Dominicæ passionis mirabili modo contuebatur & dolore intensissimo afficiebatur, nec non haud aliter atque Seraphicus Franciscus quinque Salvatoris stigmatibus insignita erat, quibus ex vulneribus sanguis frequenter, maximè sextis feriis erumpebat,

Annus Christi 1309.

Henricus VII. Imperator Aquisgranus ingenti pompâ coronatur.

Moritur. S. Angela de Fulginiis, miris Revelationibus à DEO honorata.

Florentini & Mediolanenses rebellant adversus Henricum Imperatorem, nec vult pati Guido Turrianus Mediolani Præfectus, ut Castonus Archiepiscopus illum coronaret, proinde dictum Archiepiscopum ejusque tres fratres Paganinum, Edoardum & Muschinum Angliæ in teterrimum carcerem conjecit.

Papa anathema stringit in Venetos, civitatem Ferrariensem ejusque Comitatum invadentes & occupantes.

Carolo Cunctatore mortuo, idem Robertum ejus filium Siciliæ & Hierosolymorum Regem, & Sanctiam ejus uxorem Reginam renunciat, & magnâ cum celebritate, regio diademate decorat.

Jacobus Aragonix Rex, sacrum Almeriense bellum contra Saracenos non infelicè progressu gerit.

Jacobo Aragonix Regis primogenito, ut Eleonoram Ferdinandi Castellæ Regis filiam, consanguinitatis gradu sibi propinquam, matrimonio conjungeret, concedit.

Venayfino Comitatu rectorem præficit Raymundum.

Concilia Provincialia plurima celebrantur in causâ Templariorum.

Simon cognomento Gandavus, doctrinâ & morum gravitate præstans, Sarisburiensi in Angliâ Ecclesiæ antistes à Papâ præficitur, cujus dicecesi fulgura, venti & aquarum inundatio ingens damnum adferunt.

Petrus Ganesto Italus, magnis corporis & ingenii ornamentis præditus, ab Eduardo Angliæ Rege maximi habitus, Regni que administrationem ex factu sibi vendicans, ab Angliæ Proceribus trucidatur, ipseque Eduardus ad deteriora spectis saniorum consiliis prolapsus, vindicante Numine, à Scotis in prælio, licet numero valde paucioribus, vincitur; cecidit eo prælio ex Anglis millia quinquaginta, equites aurati 200. cum Duce Gloverniæ, Rex Eduardus unicâ scaphâ vix evasit; cum duo tantum Scottorum equites aurati sint desiderati: præda ingens ex Anglis recepta, adeo ut ex spoliis auri & argenti, ac reliquæ suppellectilis, omnes affluentes evaserint.

Equites S. Joannis, Rhodo Insulâ potiuntur.

Ferrienses cives tumultuantes, à Deo, Roberti Siciliæ Regis copias in arcem Ferrariæ immittas gubernante sopiuntur, qui octo & viginti ex Primoribus, Venetis faventibus interfecit.

Seberthi Anglorum Regis manus dextera, post annos 700. ab ejus obitu integra inventur in Monasterio Westmonasteriensi.

Moritur Venerabilis Antonius Viterbiensis Ord. S. Mariæ Servorum, cum magnæ opinionis sanctitatis, cum prius solâ manûs impositione lunaticum quendam curasset.

Die 10. Maji nocte concubiâ ingens flamma ad modum triemis instructa, in aëre apparuit, neque uno in loco constitit, sed ab Aquilone versus meridionalem plagam ferebatur, tanto splendore, ut & ab Italis, & à Germanis, & à Galliarum populis cerneretur.

Floret Diva Elisabetha Petri Aragonum Regis filia, Dionysii Lusitanæ Regis conjux: item in Græciâ Barlæmus Episcopus Hieracensis; is, quod videret Græcos pertinaci odio ab Ecclesiâ Romanâ dissidere, pro eâ quâ pollebat doctrinâ atque eloquentiâ, multas ad eos de unione cum Ecclesiâ Romana scripsit epistolas.

Moritur Henricus Episcopus Lavantinus, dum 20. annis præfuisset. Item B. Aldobrandesca Sanctimonialis Ordinis Humiliatorum sub Regulâ S. Benedicti, admirandæ patientiæ ac sanctitatis fœmina: erat nobilibus parentibus Senis nata, quanta olim futura esset, etiam antequam nasceretur, matri prægnanti præostensa est, cum locum in quo jacebat parturiens divinis illustrari splendoribus, & multitudinem sibi servientium intueretur, hancque in somnis vocem exaudiret: *tene bonam curam Agnes istius creatura, quia DEUS eam elegit suam*: indè plena timoris donec pareret Agnes, tunc autem plena solatii, cum & absque dolore prolem edidisset: mortuo marito, cum quo perpetuam virginitatem coluit Aldobrandesca, Monialis facta, plurimis à DEO revelationibus & visionibus honorata est, inter mensam quandoque cum vinum deesset, rogata aquam benedicere, si fortè melior efficeretur, benedixit; quæ illicò in generosum conversa vinum fuit: obiit 26. Aprilis, tunc primùm cognitâ ejus morte, cum præter morem in templo non compareret, proin omnibus ad cellulam ejus occurrentibus, januâ apertâ, solis splendor indè emicuit, & admiranda cœlestis odoris fragrantia sese indè effudit, ipsa autem stabat, viventi quàm simillima, manibus junctis, capite elevato, ore aperto, quasi Crucifixum alloquens; ejus animam in formâ columbæ candidissimâ ab Angelis ad cœlos deduci B. Baptista Tolomæus Dominicanus conspexit. Maur. Marches. Bucellin. in Menolog.

Diem hoc anno supremum obiit B. Augustinus Novellus, Prior Generalis Eremitarum S. Augustini, doctrinâ in vitâ, & post mortem miraculis clarus.

Antonius Ursus creatur Episcopus Florentinus.

Henricus post coronationem suscepto à Principibus Imperii homagio, Spiram se confert, quò duorum prædecessorum suorum Adolphi & Alberti Imperatorum corpora deferri, & in Cathedrali Ecclesiâ cum debito honore sepeliri jubet.

Rege Ungariæ sine liberis mortuo, Status Regni Othonem Baviaræ Ducem Belæ Regis ex filiâ nepotem ad solium vocant; sed non diu duravit illorum fides, cum paulò post victum custodiæ manciparunt, fugâ autem elapsus brevi mœröre consumptus vitam finivit.

Imperator Principum Conventu habito, Comitatum Lucemburgicum Ducatus titulo honorat, & inter filium suum Joannem & Elisabetham Bohemiæ Regis filiam matrimonium conciliat: Joanni verò Henricus Carinthiæ Dux, qui defuncti Wenceslai Bohemiæ Regis filiam alteram uxorem habuit, de Coronâ litem movet & bellum, contra quem Henricus Imperator pro filii suppetiis ingentem in Bohemiam exercitum ducit, & Henricum Ducem occupatâ Pragâ metropoli ejicit, Joannem verò filium Bohemiæ coronâ insigniri facit: mox castra hoc quoque anno movit contra Comitem Wirtenbergicum, Imperii subditos multum gravantem, & cum is sententiæ Imperii Principum contumax se subtrahebat, plurimam ejus ditionem diripuit & vastavit, ipsumque Comitem in Castello Asperii obsedit, qui clam fugiens à Rudolpho Marchione Badensi sororio suo susceptus est, apud quem & latuit, quamdiu vixit Henricus: hic autem rebus in Germaniâ dispositis, cum magno Principum Germanorum, Comitum, Equitum, Nobilium Comitatu, in Italiam iter instituit.

Annus Christi 1310.

Wülfflingus Episcopus Bambergensis, PP. Dominicanorum cœnobium ibidem condidit, cujus Ordinis ipse membrum fuit.

Cœlos illustrat S. Humilitas, antea Roxanes dicta, Monialis Monasterii S. Perpetuæ propè Faventiam, inter cætera plura miracula puerum mortuum vitæ restituit.

Cœlitibus quoque adjungitur B. Alexius Falconerius Ord. Servorum B. M. V. natus annis 110. morienti apparens Salvator Mundi JESUS in formâ venustissimi infantis, sicut ex variis odoratis floribus contextum capiti ejus imposuit, cum etiam Angeli in specie candidarum columbarum advolâssent, & diverso genere florum, totam decumbentem, inque verbis illis sancti senis, *nunc dimittis Domine servum tuum in pace*, moribundum exorâssent.

Henricus Imperator in Italiam veniens à Gibellinis summo honore & applausu excipitur. Castonum Turrensium Archiepiscopus Mediolanensem, & Matthæum Vicecomitem, aliorque exules urbi & patriæ restituit: cujus ope freti Gibellini, Guelfos in variis Italiæ urbibus dirè exagitant: Florentini, Bononienses, Patavini vicissim Cæsareos expellunt.

Nova in Orientem expeditio paratur.

Papa Joannem Jacobi Aragoniæ Regis filium Ecclesiæ Toletanæ præficit.

Piissimè obiit Barcinone, Blanca Aragoniæ Regina, pudicitæ laude & cæteris virtutibus clara, fœcundaque prole, nam Jacobum, Alphonsum, Joannem, Petrum & Raymundum Regi enixa est; filias totidem, Mariam, Constantiam, Isabellam, Blancam, Violantem.

In Oriente, milites S. Joannis Hierosolymitani, auxilio Magni Amadæi Allobrogum Comitis, victoriam ingentem de Turcis Rhodum insulam obsessis retulerunt, hinc ab Imperatore Ducis titulo ornatur.

Berthol-

Bertholdus X. Comes Hennebergicus, Principis titulo ab Imperatore decoratur.

Brusius Scotiæ Rex irruptionem in Angliam faciens, maximâ prædâ ditatur.

Diem vitæ extremum claudit B. Oringa sive Christiana, virgo in Hetruriâ, vilibus parentibus nata, sed vitæ sanctitate illustris; ferunt eam boves pascentem, ut liberiori animo orationi se dederet, iis præcepisse, ut silvestres tantum carperent herbas, segete aliisque satis abstinerent, quod mandatum bruta observantes animantia, neque pedibus conculcârunt, neque ore atigerunt solum unicum aut segetis aut herbæ alterius sibi interdicta: nuptias ad quas à fratribus cogebatur fugiens, in Guscianam amnem insiliit, egressa tamen est vestibus ita siccis, ac si eas aqua non attigisset; dæmone illi horrendâ specie apparente, à S. Michaële Archangelo defensa est, ejusdem quoque ope ex manibus pudori suo insidiantium erepta; fuit aliis quoque Angelis familiaris: fabas suas tempore famis pauperibus distribuens, prodigiosè auctas vidit, prophetiæ dono plurimisque claruit miraculis, ex Bolland. ad diem 10. Januarii.

Moritur Sigfridus II. Episcopus Hildesienfis.

B. Nicolaus Eremita Neapoli injustè à quopiam Regiæ servo occiditur, reus homicidio patrato nunquam aufugere potuit, licet à nullo visibiliter detineretur.

Obiit Arnaldus Frangerius Archiepiscopus Burdigalensis.

Floret in Galliâ Arnoldus de Villâ novâ, Philosophus, Medicus, Theologus & Mathematicus excellens: ex ejus elucubrationibus prodierunt Speculum introductionum Medicinalium lib. 2. De diversis intentionibus medicorum lib. 2. De humido radicali lib. 2. Commentariorum super libello Galeni de malâ complexionem diversâ lib. 1. Quæstionum octodecim super eodem libello lib. 1. De regimine sanitatis lib. 1. De conservatione sanitatis ad Regem Aragoniæ lib. 1. De conservandâ juventute diutius & senectute retardandâ lib. 1. De considerationibus operis medicinæ lib. 1. De Phlebotomiâ lib. 1. Tabulas medicum informantes quandò morbi causam ignorat lib. 1. Aphorismorum particularium lib. 1. Doctrinam de parte operativâ Medicinæ lib. 1. De Regimine sanitatis eorum qui Castra sequuntur lib. 1. Commentarium super Salernitanum regimen sanitatis lib. 1. Breviarium practicæ Medicinæ à capite usque ad pedes volumen optimum lib. 6. Practicam Medicinæ summariam ad Clementem Papam V. lib. 1. Compendium Regiminis acutorum lib. 1. consilium sive regimen Quartanarum febrium lib. 1. Curam febris hecticæ lib. 1. Consilium sive regimen podagræ lib. 1. De curâ sterilitatis humanæ lib. 1. De procuratione conceptionis lib. 1. De signis lepræ lib. 1. De bonitate memoriæ conservandâ lib. 1. De amore heroico & curâ ejus lib. 1. Remedium contra maleficia lib. 1. De Cautelis Medicorum lib. 1. De graduationibus Medicinarum lib. 4. De simplicibus Medicinis lib. 1. Antidotarium lib. 1. De vinis lib. 1. De aquis medicinalibus lib. 1. De ornatu mulierum lib. 1.

De decoratione faciei lib. 1. Commentum parabolarum Medicinalium l. 1. De coitu lib. 1. De conferentibus & nocentibus principalibus membris humani corporis lib. 1. Repetitionum super Canone vitæ brevis lib. 1. Fabulam super eodem Canone lib. 1. Expositionem Hippocratis Aphorismi: in morbis minùs periclitantur ægrotantes: lib. 1. Regulas Generales de febris lib. 1. Expositiones visionum quæ fiunt in somnis lib. 3. De judiciis Astronomiæ l. 1. De incantatione & physicis ligaturis opusculum Lucæ Cossabeni Græco fecit Latinum. De Alchymiâ Theaurum Theaurorum lib. 1. Lumen novum lib. 1. Perfectum Magisterium lib. 1. De eadem materia ad Regem Neapolitanum lib. 1. De sigillis duodecim signorum Zodiaci lib. 1. De præservatione de epidimiâ lib. 1. Contra calculum l. 1. Contra catharrum lib. 1. De tremore cordis lib. 1. De morbo & curâ epilepsiæ seu morbi caduci lib. 1. De abstinentiâ carniū pro Carthusiensibus contra Jacobitas lib. 1.

Moritur stans B. Aldobrandesca, sic reperia viventi simillima, cellulâ ejusdem spendorum emittente, juxta cœlestis odoris miram fragrantiam.

Annus Christi 1311.

Joannes Bohemiæ Rex arces prædonum dejicit apud Moravos, & Nobilitatem compefeit.

Celebratur Concilium Viennense in Galliâ, cui interfuere trecenti Episcopi, Patres atque Prælati, præter Cardinales, & Alexandrinum, Antiochenumque Patriarchas, præside ipsemet Clemente V. Pontifice maximo; damnatur per hoc hæresis Beghardiana, liber Clementinarum Corpori juris adjicitur.

Ordo Templariorum extinguitur, quorum potissima bonorum pars, Equitibus S. Joannis Hierosolymitani addicta est.

Londini celebrantur Comitata Angliæ, in quibus universi Ecclesiastici & sæculares Proceres convenientes, Rege Eduardo præsentem, in Ecclesia S. Pauli decreverunt, ut alienigenæ à Curiâ, & ex universo Regno pellerentur: pessimi Consilarii à latere Regio excluderentur: Rex omnia Regni negotia, ex Cleri Magnatumque consilio transigeret: nullum bellum absque eorum consensu aut susciperet, aut inferret, neque extra Regnum, pedem, præter scientiam ac voluntatem omnium Principum efferret: Petrum Gaverstonium omnium malorum incentorem, non tantum Palatio arceret, sed & Regno ejiceret: & hæc omnia, aliaque quæ publicum Reipublicæ utilitatem stabilitatemque respicerent, Sacramento jurisjurandi confirmaret. Assensus est Rex omnibus, etsi non libentè volens: Archiepiscopus autem Cantuariensis Robertus, unâ cum cæteris suffraganeis, anathema dixit omnibus, qui articulos conscriptos aliquâ ratione violarent.

In humanis esset desinit B. Jordanes Pisanus, ex Ord. B. Dominici, vitâ & miraculis illustris.

Floret Joannes Guidonis Hannoniæ Comitis frater, Episcopus Ultrajectensis, vir tantæ modestiæ, ut Cardinalitiam dignitatem sibi à Papâ oblatam constantissimè recusârit.

Philes

Philes Palæologus pietate nixus, parvâ militum manu ingentem de Turcis victoriam reportat.

In Angliâ visum est fulgur horribile die 2. Septembris, quod duravit ab horâ nonâ diei per totam noctem sequentem, magno cum tonitru & crebris ictibus, exindè multis in locis arbores virentes aruerunt: nec multò post, pridè Nonas ejusdem mensis, turbo vehemētissimus exortus, plurimas arbores frugiferas & aliquot turres posttravit.

In Galliis minax insueti sideris facies visa: nec non lunæ tergemina, quæ species varias, & arcuos etiam cælo sparfos crucis imaginem continentes, referebant.

In finibus Patavorum equa novem pedibus edita est.

Per rura Galliarum Cisalpinæ insuetæ volucrum formæ apparuerunt, plumâ ut ferebant cineritiâ, sanguineis maculis, cristato vertice.

Per idem tempus intra Matthæi Vicecomitis vestibulum, conspectum memorant non mediocre prodigium: virum scilicet, ingentis speciei, & humanâ augustioris, infedentem equo naturalem quoque modum supergresso, eundemque cum circa primæ lucis tempus persistens, horæ unius spatio multis videntibus stuporem attulisset, raptim ex oculis sublatus: triduo autem interjecto, eodem loco ac tempore duos visos, ac ipso habitu & pari mole corporum consertis manibus horribilem pugnam miscuisse, atque horâ unâ, ex his motibus exactâ, stupentibus qui aderant, itidem evanuisse: ita Musatus Patavinus historicus.

Moritur S. Gertrudis magna Abbatissa familiæ Benedictinæ, visionibus & revelationibus plurimis illustris: item B. Adelbertus Monachus Benedictinus Monasterii Althahensis in Bavariâ, ex juvene dissolutissimo virtutum omnium exemplar, vigiliis, abstinentiæ & frugalitati mirè addictus, cujus anima in specie flammantis facis visâ cuidam cælum conscendere; visus & Abbatii ejus globus lucens ad sepulturam descendere, multis ope ipsius mutis, claudis, epilepticis curatis, captivis prodiosè liberatis. Raderus.

Henrici Imperatoris uxor prægnans Genæ febre correpta post paucos dies moritur.

Annus Christi 1312.

Romæ inter Guelfos & Gibellinos multæ oriuntur pugnæ, miserabiles cædes, plateæ sanguine rubent, opplentur cadaveribus: Ludovicus Sabaudiarum Dux Imperatorias partes tenens ab Urfinis interceptus, atque in carcerem conjicitur: sextâ & vigesimâ Maji denuò cruenta contigit pugna, in quâ ex Cæsarianis duo milia desiderati sunt, quos inter Duces quidam & Leodiensium Episcopus numerabantur: his non obstantibus Henricus absente Papâ, à duobus Cardinalibus ejusdem Legatis Romæ coronatur: post inaugurationem Româ discedens, & in agrum Florentinum divertens,

quocunque exercitu infesto progredere, cuncta ferro igneque vastavit, multaque Florentinorum castella evertit: cum Friderico autem Siciliæ Rege fœdus contra Robertum Neapolitanum iniri, frustra eum placare studente Clemente Pontifice Summo.

Ferdinandus Castellæ Rex à Carvajaliis duobus fratribus innocentibus, Petro & Joanne, de occultâ cæde Benavidii suspectis, & judicio præpropere ex altâ rupe præcipitatus, ad justissimum DEI tribunal die trigesimo citatus, eodem mortuus in lecto repertus est, ei succedit in Regno Alphonsus filius hujus nominis undecimus.

Rex Galliarum Philippus datâ recompensatione Archiepiscopo Lugdunensi pro juribus quibus eandem urbem nomine Ecclesiæ suæ possidebat, Lugdunum sui juris facit.

In agro Florentino puer bicorpori effigie, geminis capitibus, quaternis manibus, circa genitales partes connexus natus est, qui paucis diebus supervixit.

Circa idem tempus in agro Veronensi monstrum ex equâ quadrupes humano capite prodiit, ad cujus murmur & vagitum, confusumque humanæ vocis sonum occurrens ruris illius accola, & novo attonitus spectaculo, extum ingenti gladio monstri caput, præter callem acuto baculo suffixit.

Catalani insigni stratagemate, Gualterii de Brenna Athenarum Ducis exercitum fundunt, & cum equitatu usque ad Thebas & Athenas fugientes persecuti, ipsas urbes ex improviso aggressi, cum opibus, uxoribus ac liberis facillimè ceperunt.

Turcæ Græcorum exercitum cadunt & castris exuunt.

Moritur Franciscus Neapolensis Urfinus S. R. E. Cardinalis.

Ruyzius Velazquez, Magister Generalis Ordinis de Alcantarâ creatur.

Obiit Conradus Archiepiscopus Salisburgensis, ei succedit Wichardus familiæ Polhemis nobilis furculus.

Guillelmus Petri de Godino Episcopus Sabinus, sacrâ purpurâ decoratur.

Arnaldus ex Episcopo Pictaviensi, fit Cardinalis & Episcopus Albanensis.

Guilielmus Testa creatur Episcopus Condomiensis.

Berengarius de Salomedio creatur XIII. Generalis Magister Ordinis S. Dominici.

De tumbâ S. Joannis Beverlacenensis Archiepiscopi Eboracensis, oleum emanare, usque in horam diei sequentis tertiam non cessavit, & multi cæci indè illiti visum recepere.

Moritur Petrus de Capellâ Episcopus Tholosanus, S. R. E. Cardinalis, anno vitæ 120.

Templariorum præcipui, abrogato Ordine violenter occiduntur.

Celebratur Concilium Generale Viennæ in Galliâ.

Moritur Arthurus II. Britanniarum minoris Dux.

Henricus VII. Romæ in Ecclesiâ Lateranensi primâ die mensis Augusti in Imperatorem coronatur, post Româ discedens Florentiam cum valido exercitu obsidet.

Obiit

Obiit Joannes Dux Brabantiarum, cui Joannes hujus nominis III. filius ejus in Ducatu succedit.

Annus Christi 1313.

Henricus Imperator in Robertum Apuliæ Regem sententiam privationis omnium dominiorum, & decapitationis promulgat; & paulò post exercitum versus illum movens, ad Bonconventum Senensis agri oppidum, dysenteriae morbo & febre acutâ correptus, vitam deponit.

Principes diverso studio Ludovicum Bavarium, & Fridericum Austriacum, Imperatorem eligunt.

Clemens Papa, Petrum Cælestinum Sanctorum numero adscribit: Patriarchatui Constantinopolitano Ecclesiam Negropontinam jungit: Inquisitores contra hæreticam pravitatem in regno Majoricarum instituit.

Philippus Galliarum Rex, in habito Parisiis Statuum Conventu, postquam Regio indutus habitu atque coronâ redimitus, rei divinæ interfuisset, filios suos baltheo militari cinxit: ex quibus Ludovicum natu maximum, Regem Navarræ, Philippum Pictonum Comitum, Carolumque natu minimum Comitem Marchiæ constituit: Philippum præterea & Carolum, Caroli Valefii filios, equestri dignitate donavit; deindè magnâ conviviorum lætitiâ Principes excepit, sed hæc diuturna non fuit, nam eodem anno, idem Rex aprum in silva Vastinensi dum ardentius insequitur, equus ejus ita graviter à fera feritur, ut in pedes anteriores cadens, ipsum in terram à suis elongatum effuderit, hærentemque altero pede in stapeda per longum traxerit, laceratâque; adeò ut tandem semanimis inventus, & ad Fontem Belialdum relatus, statim spiritum exhalârit.

Circa hunc annum desinit esse in humanis Boso Carthusiæ Prior XVI. vir magnæ sanctitatis, discretionis erga suos & mansuetudinis, qui hominem è fastigio ædificii delapsus, toto corpore contractum ac mortuum, vitæ restituit.

Rudolphus Comes Montfortius, Episcopus Constantiensis, postulat simul ad Episcopatum Curiensem.

Spoletî cum sanctitatis fama decedit Antonius Tegrinus Ordinis Minorum.

Obiit in Monasterio S. Salvatoris de Aquapagana Congregationis Camaldulensis in Italia B. Angelus Monachus, ejus loci Converterfus, qui serviendo Missæ, orationis studio, & vilibus exercitiis plurimum delectatus, admirabili vitæ sanctitate refulsit. Mortuus est genuflexus, mox campanis Monasterii ultrò consonantibus: Sylvan. Razzi Histor. Camald.

Floret Henricus Antonius de Gouis, Italus Vicentinus, Jurisconsultus celebris.

Pestilentia per totam Germaniam crudelissima sævit, & vix partem hominum tertiam superstitem relinquit; semel lue illâ infectus die alterâ moriebatur. Post hominum tam immensam cladem sævissima fames & inopia victualium secuta est, cum arva cultoribus

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

destituerentur; malis his accessit nimia aquarum inundatio, quæ sementem terræ commissam penitus suffocavit. Debuere proindè mercatores frumentum ex Sicilia per mare in Germaniam adducere.

Clarus habetur Hugbertus Monachus S. Ferrutii in Blidenstad Ord. S. Bened. Scripsit Chronicon à tempore foundationis sui Monasterii usque ad annum 1320. Libros quatuor de inclinatione Ordinis nostri. De præminencia Ecclesiæ Moguntinæ lib. 2. Epistolarum ad diversos lib. 1.

S. Petrus Cælestinus Papa, Sanctorum albo adscribitur.

Annus Christi 1314.

Propè Sterlingam urbem 30000. Scotorum, precibus & meritis S. Filani Abbatis ex Ord. D. Bened. profligant 300000. Anglos cæsis 50000. ex parte Scotorum verò 4000. duntaxat desiderabantur.

Moritur Andreas Episcopus Herbipolensis: fuit justitiæ cultor eximius, hinc tribunalia tam Ecclesiastica quàm sæcularia; postquam ad omnem æquitatis normam constituisset, sententias latas invariabili constantiâ executus est. Caritatem annonæ, adveniens etiam ex Sicilia frugibus sublevavit: seditiones iterum cives armis compefcuit: Tribus opificum novo interdicto dissipatis, quæ, ut Gualderius ait, fuerunt hætenus & causa & fons atque irritamenta malorum: rexit Ecclesiam suam Andreas ad annos undecim. Cui hoc eodem anno succedit Godefridus Comes ab Hohenlohe.

Juvenis perditæ vitæ, Sanctissimam Eucharistiam cum Ciborio ex S. Martini Ecclesiâ Parochiali furtim auferens, Sacrosanctas Hostias in agrum urbi Bambergensi propinquum effundit, quæ prodigosè repertæ, Wulffingus Episcopo ansam præbuere, eò loci ad Virginum Cænobium, sub nomine Sepulchri Domini condendum.

Diem claudit extremum Clemens Papa. Ad hæc tempora Oxonium in Anglia, regnante Eduardo Arnovio, advenit quidam Joannes Poidrasius, coriarii cujusdam Exoniensis filius; is dæmonis promissione deceptus, Regem se verum Angliæ. Eduardum vero supposititium mentiebatur; cum nulla persuasione se ab hæc sententia dimoveri patiebatur, missus est ad Regem, & atrocissimum perduellium supplicium subiit.

In Anglia immanis pestis & fames sævit; continui imbres non modò segetem omnem, sed & herbas omnes quas humus suppeditat, ita corruerunt, ut & animalia passim tetram luem, unde confestim obiere, contraxerint: qui morte ob maleficia in carceres trudebantur, in eos reliqui inclusi statim irruerant, & semivivos devorabant: multi alienos liberos ad famem depellendam intercipientes, neque à propriis etiam natis sibi temperabant, hinc funera hominum ita cumulabantur, ut vivi mortuorum corporibus vix sufficerent recondendis: lues autem illa animalium, quæ boves

G g g

maximè

maximè infestabat, adeò fuit pestifera, ut canes & corvi exindè comedentes, tanquam ex veneno occumberent.

Vacat Papalis Sedes ob Cardinalium discordiam.

Plurium Principum voto nunc Imperator eligitur Ludovicus Bavarus.

Philippo Regi defuncto, Ludovicus filius, Hutinus dictus, in Galliarum regno succedit: qui Engerranum unum ex aulæ primoribus Carolo Valesii Comite falsò accusante ex furca suspendi jubet; ob quam necem Carolus Deo vindice insanabili morbo corripitur.

In cœlestem patriam emigrat B. Jacobus Venetus, Ord. S. Dominici, super cujus, sacro Pœnitentiarii munere perfungentis dexteram, cœlestis columba quiescere visa est; oleum per solam orationem auxit, Virginitatem illibatam conservavit. Obiit anno ætatis 83.

Floret B. Albertus Brixienfis ex eodem Ordine, D. Thomæ Aquinatis discipulus, nec non virtutum & sanctitatis imitator egregius.

Niphon è Patriarchali sede Constantinopolitana, propter sacrilegii & avaritiæ crimen, dejicitur: ei sufficitur Joannes Glycas.

Eadem in urbe hâc ætate floret Theodorus Logotheta sago, togâ, eruditione præcipuus, viva bibliotheca, & scire cupientium Oraculum.

Moritur Irene Imperatrix Orientis,

Tres simul lunæ in cœlo apparent, Cometa quoque tribus mensibus cernitur.

Moritur Sigebotho II. Episcopus Spirensis: Succedit in sede Episcopali Emicho ex familia Comitum de Leiningen.

Constantia urbs Episcopalis ferè tota in favillas redigitur ex fortuito incendio in domo Judæi cujusdam exorto.

Obiit Fridericus ab Honstetten; Episcopus Verdensis: similiter Emericus de Cronenberg Episcopus Wormatiensis, huic succedit Henricus Comes de Duna, Præpositus majoris Ecclesiæ.

Annus Christi 1315.

Motibus gravissimis Italia & Germania quatitur, Friderico pulchro Austriaco, ab Electoribus Colonienfi, Saxone & Palatino contra Ludovicum electo in Imperatorem & Bonnæ coronato.

Joannes Bohemiæ Rex secundissimo prælio Ungaricum bellum conficit.

Præfatus Fridericus Austriacus Isabellam Aragonii Regis filiam in matrimonium ducit, eamque sacro Pentecostes die, Basileæ insignibus Regiis ornari curat, frater ejus Leopoldus Catharinam Amadei Sabaudia Comitis filiam sibi despondet; cum ad ornandas hæc sponsaliorum solennitates hastiludia frequenti exhiberentur populo, semel & iterum suggestis præparatis ruentibus, multi utriusque sexus magno suorum luctu oppressi interierunt.

Gibellini Guelfos armis & præliis infestant, ceciderunt Florentinorum sociorumque ad duo millia, & inter hos præcipui Nobilium.

In Anglia reperitur vestis S. Albani

Martyris, ejus sanguine cruentata, multorum miraculorum operatrix.

Ex decem mensium pluvia cum in Brabantia & reliqua Germania neque frumentum, neque alia homini & pecudi necessaria marcescere possent, summâ omnium rerum caritate cœptum est laborari, ingensque famem denuò pestis subsecuta, est.

Magdeburgenses Burchardum Archiepiscopum suum, juris Ecclesiastici observantissimum, in carcerem conjiciunt, & atrocissimo modo interficiunt.

Joannis Bockii Decani Bremensis libertas in pauperes famis tempore, annonâ divinitus multiplicatâ compensatur.

Contagiosa lues etiam Poloniam & ferè omnes Aquilonares Provincias pervadit.

B. Andreas ex Ordine Servitarum, flexis genibus, manibusque junctis, ut alter Paulus primus Eremita animam Domino reddidit. Ferunt trium dierum noctiumque spatio ad defuncti corpus campanas per se sonuisse, & super ejus sepulchrum pulcherrimum cum palma liliam natum fuisse, quod cum quidam frater legere voluit, statim evanuit.

Hoc etiam anno defunctus est B. Henricus Eremita Bocusis, mirâ vitæ austeritate commendatus, quem pluvia copiosa descendens sub dio ante quasdam Sanctorum imagines orantem ne guttulâ tetigit. Insignibus post mortem quoque miraculis claruit.

Wichardus Archiepiscopus Salisburgensis moritur apoplexiâ; cui in dignitate succedit Fridericus Leibnizius Præpositus & Archidiaconus Metropolitanæ Collegii.

Moritur Werianus Abbas S. Pauli in Carinthia Ord. D. Benedicti, vir summæ prudentiæ, cujus intuitu ab Archiducibus Friderico & Leopoldo, Patris, nec non locumtenentis in Carinthia & Carniola titulo honoratus fuerat.

Fatis concedit Ægidius Archiepiscopus Bituricensis.

Fridericus Claudius Misnia Marchio telotrajicitur.

Floret S. Guilhelmus Abbas Monasterii S. Mariz Maniacensis Ord. D. Bened.

Prælium committitur magnum in agro Spirensi inter Ludovicum Baviaræ & Fridericum Austriæ Ducem, in quo multi ex utraque parte ceciderunt, victor tamen extitit Ludovicus. Fridericus mox suorum relictis exercitu movit in Sueviam, & Imperiale oppidum Eslingen gravi obsidione vallat, ad suppetias veniente Ludovico prælium denuò committitur, pluresque ex utraque parte occiduntur, multi que capiuntur, solvitur interim obsidio.

Plures hæretici in Cremenfi Austriæ urbe comburuntur. Erat inter illos puella nomine Gisle corpore speciosissima, cujus pulchritudo judicem traxit ad commiserationem, & cupiens illam servare, multis ei persuadere nitebatur sermonibus, ut abjuratâ hæresi ad Ecclesiæ gremium reverteretur; interrogata si adhuc esset Virgo? respondit: *Super terram Virgo sum, sub terra verò minime.* Putabat enim fatua virginitatem sub terra non posse auferri, etiam si

etiam si multis contigisset viris commisceri. Cum autem nullis posset rationibus induci ut renunciaret erroribus, læta & gaudens in ignem se præcipitem dedit.

Annus Christi 1316.

Nascitur Carolus IV. Imperator & Rex Bohemiæ, Joannis Regis Bohemiæ Luxemburgici, & Elisabethæ Wenceslai II. Bohemiæ Regis filii primogenitus.

Moritur Ludovicus X. Galliarum Rex, Regentis nomine Regnum obtinet Philippus Comes Picaviensis, qui dissidentes Cardinales specie Comitiorum Regni accitos, in conclavi apud FF. Prædicatores præparato conclusit, necessitatemque eligendi Summi Pontificis illis exposuit, pariterque imposuit, minis quoque adhibitis, inde eos non recessuros, antequam Catholicæ Ecclesiæ Antistitem eligerent: post 40. ergo dierum altercationem tandem Joannes XXII. Papa designatus est.

Italia per Guelforum & Gibellinorum factiones distrahitur. Mathæus Vicecomes à Mediolanensibus Gibellinis Dux declaratus, Richardinum Turrianum interficit, Simonem illius pernecessarium in fugam conjicit, hinc à Summo Pontifice anathemate feritur, atque universæ civitati Mediolanensi sacris interdictur.

Contra Joannem Vicecomitem Mediolanensi Archiepiscopali Cathedrâ intrusum Joannes Papa Richardum Antimianum Ord. D. Dominici præficit, hunc autem Mathæus Vicecomes, & Turrianos urbe profligat.

Cæsaraugusta & Tholosa Metropolitanâ dignitate à Summo Pontifice augentur, qui & Divonam Cadurcorum Episcopali sede ornat.

Petrus Castellæ Princeps, bellum contra Saracenos feliciter gerit.

Petrus Moguntinus & Balduinus Trevirensis Archiepiscopus, pacem inter Joannem Bohemiæ Regem, & Regni Proceres reintegrant. Quamcumque Anglis inire Scoti renuunt, & Legatos Pontificios ad hoc opus missos à finibus suis vi arcant. Hinc ipsi Legati anathema dixerunt, omnibusque sacris in tota Insula interdixerunt.

Patavii in Italia Petri Aponii Medici ante biennium mortui (qui à Petro Regiensi Medico hæreseos ac Necromantiæ jam accusatus fuerat, post mortem verò ex propriis lubricationibus impietatis erat convictus) imago publicè exurit. Parem ob causam Joanninus Sanguinacius itidem Patavii Medicus in Melitam Insulam ad perpetuum exilium relegatur.

Gulhardus de Mot Cardinalitiâ dignitate augetur, item Bertrandus de Bojeto seu Podietto, & Petrus d'Arablai Galliarum Cancellarius.

Elevatur corpus S. Deochari Abbatis Herriedensis, præfente Ludovico IV. Imperatore & Philippo Eystettensi Episcopo.

Moritur B. Henricus Abbas Cistercii. Ludovicus Imperator & Balduinus Archiepiscopus Trevirensis oppidum Wisbaden & arcem Scharfenstein frustaneâ obsidione tentant.

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Prælio rursus inter Ludovici & Friderici exercitus propè Argentinam commisso, victor evadit Ludovicus; ad vindictam Lupoldus Friderici frater Bavariam devastat, à Bavaris tamen repellitur.

Moritur Ludovicus Galliarum Rex, cum viginti duntaxat diebus regnasset. Cui in Solio Galliarum succedit Philippus V. cognomine Longus. Imago Mariana in Dympach Dioceseos Herbipolensis, miraculis claret, hinc sacra elegans Ecclesia eò loci constructa est.

Elevatur corpus S. Deochari Abbatis Hasenrietani.

Annus Christi 1317.

Hoc anno Cœlitibus adjungitur B. Agnes Politiana Ord. D. Dominici Professa: vitæ rigore, ecclâstibus & Dei favoribus præcipuis celebris, sapiens ab Angelo Divino & Eucharistico cibo refecta.

Ex hac vita migrat Robertus Avenionensis ex eodem Ordine, spiritu Prophetiæ ac miraculis ante & post mortem gloriosus: feretrum, in quo ad sepulturam deferebatur, à succollantium humeris in altum fuit elevatum, ad eumque modum usque ad tumuli locum virtute invisibili Angelorum haud dubiè delatum. Michaël Pius lib. I. de visis illustribus Ord. Prædicatorum.

Apud Insubres Novo-Comi, corpora SS. Virginum Liberatæ & Faustinae translata sunt.

Ludovicus Bavarus Guelforum factiones peritus excindere conatur, contra quos durius etiam agunt alii potentes Italiæ.

In Lusitania Pontifice annuente Ordo Militum Christi instituitur. Eodem ferè anno contra Saracenos duo alii Ordines Militares, alter titulo Montesiæ, alter sub invocatione S. Georgii, in Regno Aragonum à Rege Jacobo erecti sunt.

Exitiosum bellum in patrem Dionysium Lusitaniæ Regem & Alonsum filium conflatur, pacem demum ambobus persuadet S. Elisabetha.

Pax inter Robertum Siciliae, & Fridericum Trinacriæ Reges coalescit. Mox tamen inter ambos dissidia recrudescunt.

Inter Fulconem Villaretum Magistrum, & reliquos Equites Rhodianos ingens dissidium oritur, ad quod tollendum Papa Legatos mittit.

Apud Sylvanectum celebratur Synodus Provincialis per Archiepiscopum Rhemensem: in ea excommunicati fuere omnes Domini temporales, quicumque spiritualia invaserant & retinuerant bona; cessatumque est ab officiis divinis, ubicumque talia fuissent perpetrata.

Armeniarum Rex Legatos ad Summum Pontificem mittit, & in rebus fidei edoceri desiderat.

Ordo Militaris Montesiæ sub constitutionibus Cisterciensium fundatur.

Moritur Henricus nonus Comes Hennebergicus. Item Guido Castilianus Sancti Pauli Comes.

Jardinetana Abbatia, sive Hortulus Divæ Virginis nuncupata, in tractu Namurcensi conditur: magnum miraculum Cœnobio huic initium dedit. Arserat Deiparæ Walcuriensis ædes; Virginis imago Angelorum in sublimè transportata ministerio, procul in suburbano prato ab iisdem sistitur. Indè cum nullâ hominum industriâ posset auferri, Theodorici loci Dominus, voto concepto, Monasterium se in hortuli loco ædificaturum, divinitus iconem Walcuriam nullâ difficultate retulit. Chrysof. Henriq. in astr. Cisterciens.

Celebratur Concilium Provinciale Tarracone, cui præfuit Eximius Archiepiscopus Tarracomenfis.

Sarlatensis Diœcesis per Joannem XXII. Papam, à Petrocorienfi avellitur.

Vaurum Languedociæ urbs Episcopali sede ornatur.

Obiit S. Brynolphus Episcopus Scarenfis in Suecia.

Castra, vel Castrum aut Castrena, urbs ad fluvium Aguthum, detractâ parte ex Episcopatu Albigenfi ejusque redditibus, dignitate Episcopali à Joanne XXII. exornatur.

Diem obiit S. Guillelmus Politienfis Eremita juxta Castellum Bonum in Sicilia, qui farinam prodigiôsè auxit.

Joannes Papa XXII. cum cenfuisset Ruthenensem Diœcesim in duos Episcopatus dividendam, in Vabrienfi Cœnobio sedem Episcopalem constituit.

Joannes Papa XXII. S. Martini Abbatiam Ord. D. Benedicti Montalbani in Gallia, in sedem Episcopalem erigit; eodem honore insignit Monasterium S. Salvatoris Sarlati, ejusdem Ordinis.

Aicardus creatur Archiepiscopus Mediolanensis.

Sacra hostia in Monasterio Cisterciensium Herckenrodenfi propè Hasselertum in Belgio miraculis inclarescit, ad quam propter multiplices rerum formas, variasque figuras, quæ se prodigiôsissimè offerunt intuentibus, ex diversis provinciis maxima populi multitudo confluere solet: cum alii Christum in crucem actum, alii spineâ coronâ redimitum, seu flagellis cæsum, alii denique gloriosum, quasi tunc à mortuis surrexisset, alii alia intuentur. Arnold. de Raiffe in suo auctario ad Natales Belgii.

Naturæ debitum per mortem solvit Guido Episcopus Ultrajectinus, qui ex humilitate Cardinalitium accipere galerum recusavit; cui mox in Pontificatu succedit Fridericus de Syreck, majoris Ecclesiæ Præpositus.

Annus Christi 1318.

Mathæus Vice-Comes Mediolanensis ob rebellionem & nefanda flagitia anathemate percutitur à Joanne Papa, quo ille magis exacerbatus, arma contra Pontificios arripit.

Legati quoque Pontificii, cum Rainaldum Atestinum, & quàm plures Ferrariensium Atestinio adhærentes, mandatis Apostoli-

cis refragari, neque Ferrariæ dominium Ecclesiæ Romanæ concedere velle viderent, tam in illum, quàm in istos processu factò anathema similiter strinxerunt, atque urbem sacris privaverunt.

Idem Pontifex Joannes XXII. villas, Sarlatensem Diœcesis Petragoricensis, Castrensem Diœcesis Albiensis, de S. Floro Diœcesis Claromontensis, de Limoso & de Condono Agennensis Diœcesis, & alias aliis plurimis in locis in civitates erexit, Ecclesias earum Cathedralis esse voluit, atque singulis Episcopum præposuit.

Per Legatos, inducias belli inter Armeniæ & Cypri Reges facit. Ducem Lithuanorum ad fidem orthodoxam invitat. Plures Religiosos in Orientem & Aquilonem prædicandi Evangelii gratiâ destinat. F. Francum Perusinum Archiepiscopum Sultaniensem creat, utque is sex alios Religiosos ex Ordine Prædicatorum lectos, in Persidem, ad propagandam fidem Christianam destinatos, Episcopali dignitate exornaret, potestatem facit. Ordinem Grandimontensem quorundam improborum nequitia labefactatum, reformat, Ordinemque Monachorum de Monte Oliveto, sub Regula Divi Benedicti approbat.

Moritur Bartholomæus cognomento Parvus, ex Ord. D. Dominici, qui in Armenia minori insignem animarum messim ex infidelibus & schismaticis collegit.

In agro Volaterrano monstrum natum est: duo pueri uno umbilico juncti: ab uno latere bina crura sed invalida pendebant, ab altero unum tantum. Vixit dies non plures quadraginta sex.

Suerius Perez Maldonatus Magister Generalis Ordinis de Alcantara creatur.

Vascus Alphonsus, Magister Generalis Ordinis de Avis eligitur.

Wocho instituitur Episcopus Seccoviensis.

Moritur Gebhardus Episcopus Constantiensis. Item Emericus Episcopus Wormatiensis; nec non Henricus II. Episcopus Hildesimensis.

Angelus de Tineosis creatur Episcopus Viterbiensis.

Ptolomæus Lucensis ex Ordine Prædicatorum Historiographus, fit Episcopus Torcellanus.

E vita migrat Andreas de Gundelingen Episcopus Herbipolensis, ei succedit Godefridus de Hohenlohe.

Cives Colonenses vocatis in auxilium Joanne Bohemorum Rege, Wilhelmo Comite Hollandiæ, Joanne fratre ejus Comite Hanoniensi, Gerardo Comite Juliacensi, Adolpho Comite Montano, Joanne Comite Seynensi, & quibusdam aliis, bellum contra suum Archiepiscopum movent, & eundem in Castro Bruel per quatuor menses obsident.

Fridericus & Lupoldus Austriæ Duces denuò Bavariam hostiliter invadunt, sed veniente in occursum Ludovici exercitu fugam inire coguntur.

Rudol-

Rudolphus Imperatoris Ludovici frater, ei rebellis ex Palatinatu inferiori exulare cogitur.

Annus Christi 1319.

Henricus Leo Dux Megalopolitanus, condit Virginum Cœnobium in oppido Ribnitio.

Joannes Decretalium Doctor, & Episcopus Brixienfis, ad Episcopatum Bambergensem transfertur.

Genuam obsidens Mathæus Vicecomes Mediolanensis Præfectus, à Roberto Siciliae Rege profligatur, & Beltrandus Pontificis Joannis XXII. Legatus, Mediolanensi urbi sacris interdicit, ex quo factum, ut multi ex civibus potentioribus Mathæi partes deseruerint.

Atefîni ob bellum Patavinis indictum, denuò excommunicantur.

Papa Rodolphum Montfortium Constantiensis Ecclesiæ præponit.

Victi à Mauris Hispani, gravem cladem accipiunt.

Jacobus Aragoniæ Regis filius, administratione Regni relicta, militarem Ordinem Calatraviæ primùm, deindè Montefii professus est.

In India Martyrio coronantur Thomas Tolentinas, Franciscus Paduanus, Petrus Senensis & Demetrius, omnes quatuor ex Ordine D. Francisci, qui cum in medio ignis illæsi mansissent, capite imminuti sunt.

Magnâ sanctitate in Cœnobio Alanguerii claret B. Zacharias Romanus ejusdem Ordinis, cui imago Crucifixi locuta est; ab Angelo tantum panis, quantum quinque fratribus saturandis satis esset, impetravit. Petr. Thosignian. Histor. Francisc. l. 1.

Eodem tempore apud Carthusianos Parisienses B. Joannes Tornerius floruit, cujus cella cœlesti splendore illuminari, ipsiusque facies ut flamma ardere visa est. Ejus meritis rustici cujusdam litteræ, fortuitò in ignem conjectæ, illæse servatæ sunt. Ex Chron. Carthus.

Pari sanctitatis famâ celebratus est B. Simon ex Comitibus S. Archangeli, Ord. D. Dominici, qui otii acerbissimus hostis, corpus suum magnâ austeritate tractavit, sæpius à dæmonibus flagella & verbera expertus est, à copioso lachrymarum profluvio utrumque lumen amisit; ægrotanti Divus Dominicus, S. Petrus Martyr & S. Catharina Martyr sæpius apparuerunt, vivens denique, & hoc anno mortuus, miraculis claruit. Bzovius ad ann. hunc.

Egidius Martinez Magister Generalis militiae Jesu Christi creatur.

Moritur Guilielmus Longus S. R. E. Cardinalis. Item Boleslaus IV. Pomeraniæ Dux.

Fatis concedit Rudolphus I. Elector Palatinus. Item Bartholomæus de Pratis Jurisconsultus celebris Bononiæ.

Joannes Papa vigesimus secundus hujus nominis, Universitatem Alectæ in Languedocia fundat.

Vitam cum purpura Cardinalitia exuit Arnaldus Episcopus Piætavienfis.

Mortuus est Henricus Episcopus Wormatiensis, in cujus locum eligitur Cuno de Schœneck. Diem quoque supremum obiit Wolmarus sive Woldemarus Marchio Brandenburgicus, nullis ex se relictis liberis, hinc Principatus ejus ad Imperium devolutus, ut feudum, aliquamdiu sine Principe rectore vacavit, postea cum Imperii Principum consensu Ludovicus Imperator filium suum primogenitum Ludovicum Brandenburgi Marchionem instituit.

Cives Moguntini, Argentineses, Spirenses, Wormatienses, cum cæteris oppidanis cis-Rhenanis, qui mercaturis erant intenti, pro tutandis viis & itineribus publicis contra multitudinem tunc grassantium latronum, confederationem ineunt. Quo factò captis prædonibus pluribus viæ redditæ sunt tutiores.

Annus Christi 1320.

Moritur Petrus Archiepiscopus Moguntinus.

Vicecomes Italiam bello turbant, confortante eos Ludovico Bavaro, pacisque conditiones à Legato Pontificio propositas rident, quos proindè Joannes XXII. denuò anathematizat. Sed indè non melior factus Mathæus, Vercellis Episcopum Vercellensem comprehensum in vincula conjecit.

Fridericus Austriacus contra dictum Ludovicum Imperii inaugurationem à Papa petit, quam verò iste differt.

Mediolani, Placentiæ, Papiæ, Cremonæ, Bergomi, Novariæ, Vercellis, Dertonæ & Alexandriæ, sacra administrari prohibet Papa, quòd hæ civitates partes Gibellinorum secutæ, iniquiùs Guelfos habuissent.

Andronicus junior, contra Andronicum Imperatorem Orientis, avum suum, seditionem movet, Constantinopolim obsidet, hinc pacem ille petere cogitur, tam duris conditionibus, ut sibi vix Constantinopolim retineret.

Vintoniensis in Anglia Ecclesiæ Summus Pontifex Rigandum præficit.

Fridericus Siciliae Rex cum 40. trirremium classe contra Genuam solvit, Policastro oppidum evertit, in oppido Vulturò haud longè à Genua cives Guelfos trucidat, ipsamque postea Genuam adoritur frustra; in ipso postea Siciliae Regno, cum pecuniæ egestate coactus ad sacros proventus manus injecisset, & nequaquam monenti Pontifici obtemperaret, diris omnibus unâ cum Siculis universis execratus est. Fazell. de reb. Sicul. decad. 2. lib. 9.

Joannes Aragonii Regis filius, Toletanus Pontifex Ilerdæ consecratus, quia Primas Hispaniæ esset, mox Crucem præferebat: Simon Luna Tarracomenfis, & Petrus Luna Cæsaraugustanus, Præsules, qui inaugurationis cæremonia interfuerant, se se opponebant, quam oblocutionem cum Joannes non curaret, suæ Ecclesiæ dignitatem tueri certus, patrisque favore fretus, Cæsaraugustæ, ubi Regni Con-

ventus à Rege habebantur, à Cæsaraugustano Præsule anathemate notatus, clausa templa, sacrorum institium fuit, eò quòd constitutio superioribus annis anathemate sancita fuisset, si quis in alia Provincia Crucem præferret. Agrè tulit Jacobus Rex factam (ut putabat) filio injuriam, Papa autem ita factum accusavit, ut anathematis ignominia, si fortè esset iusta, dictum Joannem exsolvi jussit.

Ladislaus cognomento Locticus Poloniæ Rex, cum Hedvige conjuge ab Janislao Gnesnensi Archiepiscopo, sacro oleo inunctus, coronam & reliqua Regis insignia suscipit.

Cruciferi ob Pomeraniam dicto Ladislao ereptam, condemnantur ad restitutionem, ac centum quinquaginta millia marcarum pecuniæ pro perceptis fructibus, aliaque triginta millia in litem expensa numerare jubentur; cum non parerent Papali sententiæ, excommunicati sunt.

Ovium quidam pastores admoniti cœlesti, ut ipsi asseverabant, oraculo, in Syriam religionis Christianæ causâ profecturos se jactabant. Hi postquam magno numero aucti sunt, latrunculis non dissimiles, cum prædas agerent, Carcassonam usque progressi, ab incolis grege facto dissipati aufugerunt, compluribus interfectis & patibulo stragulatatis.

Judæi in Galliis antea à Philippo Pulchro exacti, & ab Hutino filio postea in Regnum recepti, ut pristinum exilium suum bonaque direpta ulciscerentur, leprosos qui stipe mendicandâ vagi circuibant, pretio conduxerunt, ut puteos intoxicarent: unde sat magna pestis orta est: unde jussu Regis plures eorum interfecti sunt. Quadraginta Judæi Vitriaci in custodiam conjecti, de mortis ferenda in se sententia certi, duos ex numero suo delegerunt, ut per eorum manum vitæ finem acciperent, neque à Christianis occiderentur. Alter eorum senio confectus, alter viribus & robore præstans, ad cædem perpetranda delecti, cæteros se morti ultro offerentes compressis faucibus necarunt; deinde senex juvenem, ut ejus manu caderet, exoravit: is deinde unus superstes, ad tignum editissimæ fenestræ partim revulsis, partim ita patefactis clathris, ut exitus liber foret, resti religatæ cervice insertâ se demisit suspendio. Sed gravi casu laqueo priusquam gulâ fracto, in subjectam fossam decidit crusque fregit. Ad strepitum excitati custodes eum excepere: qui postea furcâ interiit, Judæorum cadavera ignibus cremata.

Joannes XXII, Thomam Herefordensem Episcopum, Sanctorum albo inscribit.

Moritur S. Maria Venonensis cognomento consolatrix.

Hoc pariter anno ad cœlos concedit Beatus Joannes Baptista Ptolemæi, Ordinis Divi Dominici, ex juvene libidini multum dedito, pœnitentiæ & humilitatis exemplar: multa à Diva Dei Parente, & Sancto Joanne Baptista per revelationem didicit: in

pauperes liberalissimus, Christo sub forma pauperis, vestem superiorem dono dedit, quam is paulò post concionaturo restituit. Insidias ab hæreticis & malevolis paratas, per miraculum sapius evasit. Satanam in specie hæretici apparentem, & ad disputationem provocantem, agnovit & fugavit: Claruit in vita & post mortem insignibus miraculis.

Avenione duobus pro crimine pessimo commisso, uno fene & alio juvene, ignis incendio adjudicatis, eisque ad columnam ligatis & incensis, junior ille ad invocationem Beatæ Mariæ Virginis, seniore exulto, illæsus evasit. Quo in loco Joannes Summus Pontifex Capellam Divæ Genitricis, titulo De miraculis, ædificavit, & perpetuos Capellanos ibidem, proventibus assignatis, instituit. Richardus Cluniacens. in Joann. XXII.

Circa hunc annum subsecuta est Monarchiæ Russorum immutatio, dum Gediminius Lithuanæ Dux Jagellonis avus, homo ethnicus, Kyoviâ & Volhyniâ universâ occupatâ, exactisque Russi nominis Ducibus, ipse Dux supremus Russiæ à victis Russis victoribusque Lithuanis proclamatus est; qui tunc Russiæ Governatorem præfecit, religione Christianam, Mindoplum Ducem Holfanum.

Moritur Theodoricus Episcopus Paderbornensis. Item Umberto Archiepiscopus Neapolitanus. Similiter Arnaldus Episcopus Cardinalis Albanensis; nec non B. Margarita Virgo terti Ordinis Divi Dominici Tiferini in Umbria, miraculorum, & Prophetiæ dono à Deo illustrata.

Bertrandus de Turre Ordinis Minorum Sancti Francisci, Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, sit Episcopus Tusulanus.

Junio mense mediâ nocte Festi Pentecostes, tam horribiles Viterbi accidit tempestas procellavè, ut turbibus, ventis grandineque vehementer agitato aère, everisionem totius civitatis timuerint cives, timoremque adauxerit, quando innumeros per aërem conspexerunt volitantes dæmones, corvorum, vesperilionumque figuram præferentes, qui horribilibus vocibus exclamabant: *Infernus, infernus vos expelat bii-yes!* quo tempore, quid acturi essent, ignari cives, humiles Deo fundebant preces, intercessionemque Beatissimæ Deiparæ suppliciter inquirebant. Et ecce mirum! pia Mater multis visibilibus apprensæ præcepit, ut Ecclesiam SS. Trinitatis FF. Ord. S. Augustini adeuntes, ibidem in sacello D. Annæ dicato, supplices funderent preces ante imaginem ejusdem B. Virginis. Quo illico facto, statim dissipatâ procellâ, aëris serenitas apparuit, splendidaque lux, ex qua sensibilis vox audita est, quâ Tartaræ potestates ad inferos redire jubebantur. In memoriam autem tanti miraculi statutum fuit, ut quotannis tota civitas solenni ritu processionaliter ad Sanctæ Virgini gratias debitas solvendas, ad eandem Ecclesiam progredierentur. Bagatta de admirand. Orbis Christ.

Canonici Cathedrales Moguntini Baldevinum Trevirorum Archiepiscopum in suam Antistitem postulant, postulationem autem Papa non admittens, de consilio Cardinalium

Mathiam

Mathiam de Busbeck, Monachum Ordinis S. Benedicti, Archiepiscopum instituit, qui eodem adhuc anno Gieslam, pro tunc latronum diverticulum, obsidet & occupat.

Defunctus est hoc anno Patricius à Patriciis Ordinis Olivetani Generalis, cui succedit in Generalatu Ambrosius Piccolomineus.

Annus Christi 1321.

Moritur cum sanctitatis opinione, Chumegundis Ottogari II. Bohemiæ Regis filia, Parthenonis ad S. Georgium Pragæ Antistita Ordinis S. Benedicti.

Evocat in Italiam Fridericum Austriacum Papa contra Ludovicum Bavarum.

Raynaldus Archiepiscopus Ravennas, Joannis Summi Pontificis jussu & auctoritate Friderico Guidoni, & Sperantiæ Comitis Montefeltrani filiis, ipsisque Urbinatibus sacris interdixit, quòd cædibus indignissimis maximisque factis, Urbinum & pleraque alia Romanæ Ecclesiæ subjecta oppida occupassent, cives multos expulissent, reliquos durissimo Imperio opprimerent.

Fratricelli rursus emergentes denuò damnantur.

Philippo Longo Galliarum Rege sine virili prole defuncto, successit frater Carolus Pulcher.

Papa ad Imperatorem Tartarorum FF. quosdam ex Ord. Dominicanorum & Minoritas pro illorum conversione mittit.

Moritur Raynaldus Archiepiscopus Ravennas, cui succedit Raynaldus alter.

Jordanes Joanni Pontifici maximâ necessitudine affinitateque junctus, veniâ jam semel per tanti affinis preces obtentâ, cum denuò Regium apparitorem diem illi dicentem occidisset, eam ob noxam jussus sui copiam in jure facere, pari atque antea spe Lutetiam summis cum deprecatoribus venit, clausaque Regis gratiæ aures offendit, tandem non contradicente Pontifice, reite luit. P. Æmil. lib. 8. in Carol. IV.

Dantes Aligerius Philosophus ac Poëta insignis, Ravennæ supremum diem claudit.

Dum Angli quidam Proceres Monasterio S. Albani infensi, ad ejus deprædationem properabant, auctor malitiæ antequam eò perveniret, morbo inmedicabili percussus, propriis seipsum discerpens manibus, post duos dies miserabili spectaculo exspiravit. Thom. Walsing. histor. Angl. in Eduardo II.

Quatuor FF. Minores apud Tartaros Martyrio coronantur.

Floret in eadem Religione B. Valentinus de Narnia, qui 30. annis nonnisi pane & aquâ vitam toleravit, & annis decem abinthium aquæ commiscens, sitim nonnisi hoc amaro poculo extinguere consuevit.

Joannes Laurentius Magister Generalis militiæ Jesu Christi creatur.

Petrus Paschalis de Salente, & Catellanus Fabri ex Ordine Minorum, dum Pontificis Maximi jussu in Gallia de hæreticis quæstiones habent, ab iis in Castello Montefilii crudeliter trucidantur.

Thomas Comes Lancastriæ vir summæ integritatis & innocentæ, sub Eduardo II. Rege Angliæ patruæ suo, capitur & obtruncatur.

Obit Venerabilis Engelbertus Abbas in Monasterio S. Blasii Admontensi, virtute atque singulari doctrinâ præditus, fuit Deiparæ longè amanatissimus, de cujus gratia & virtutibus librum insignem scripsit; reliquitque plurima alia eminentissimi ingenii monumenta; è quibus Opus de SSS. Trinitate magnificum: *Commentaria in Aristotelem*: Opus item de *Imperii Romani sine & ortu* locupletissimum.

Claret Petrus de Palude Ordinis Prædicatorum, qui plures scripsit libros.

Decedit Antonius Ursus Episcopus Florentinus.

Balduinus Archiepiscopus Trevirensis contra Comites de Spanheim & Weckerburg feliciter bella gerit.

Fridericus & Lupoldus Austriæ Duces Bavarum miserrimè devastant, Ludovico se in munitum locum recludente.

Macellarius quidam Bingii ad Rhenum, canem juxta macellum liberius esculenta quærentem, sapius abactum clamore, fuste tandem in fugam egit, quod ubi Domino canis innotuit, qui nauta fuit, macellarium percussurus aggreditur, sed perimitur ipse. Mancipatur carceri homicida, hinc seditio in oppido ingens exoritur, concurrentibus in unum macellariis & amicis captivi, carcer per violentiam frangitur, libertati restituitur captivus, tumultum hunc auget concursus multitudinis confusæ, Magistratus tanquam injustus justî sui defensoris condemnator, ad pœnam quæritur, domusque Senatorum publicantur. Unde Consul & Senatores in Prætorium se recipiunt, ocluduntque januas; concurrens autem tumultuantium turba illas securibus violenter aperit, & quatuor è Senatoribus magis conspicuos per fenestras ad pavimentum plateæ lapidibus strata præcipites allidit, reliquos de oppido ejicit: eo in tumultu civium viginti quatuor perierunt, vulnerati sunt multi. Sed Imperator veniens Moguntiam tam cives Bingii potiores, quam expulsum Senatam ad se citavit, ubi plures tristem mortis sententiam tulerunt, plures quoque perpetuum subire exilium coacti sunt. Sic propter unum nautæ canem plures quam 140. homines partim sunt occisi, partim exilio perpetuo mulctati.

Bruchsalii tinctor quidam turpis vitæ, verè tamen pœnitens moritur, & secundo die ad vitam rediens, mira & horrenda de animarum statu, & inferni pœnis narrat, vitamque postea agit austerissimam.

Annus Christi 1322.

Moritur Philippus de Rathshausen Episcopus Aichstadianus, oriundus in Alsatia, olim Abbas Cisterciensis Parisiis, Concionator celebris.

Fatis item concedit Godefridus Episcopus Herbipolensis, oriundus ex illustrissima familia Comitum de Hohenlohe, in ejus locum eligitur.

eligitur Wolframus à Grumbach Ecclesiæ Cathedralis & Novi Monasterii Præpositus.

Joannes Papa XXII. denuò Mathæum Vice-Comitem, & Galeatium ejus filium eorumque affectas diris devovet. Mathæus Mediolanensibus ab ipso deficientibus, tandem periculorum timore fractus, absolutionem ab excommunicatione petit, sed morte prævenitur, ejusque filii Mediolani dominio privantur.

Urbinales Fridericum Montefeltrium pro Romanæ Ecclesiæ defensione, unà cum filiis ejus crudeliter trucidant.

Raynaldus Polentanus Archiepiscopus Ravennas, ab Hostasio Polentano, Bernardini filio, patruele, in ædibus suis impiè obtuncatur.

Joannes XXII. Papa Cassinensem Ecclesiam in Cathedralem erigit.

Carolus Pulcher Galliarum Rex repudiata Blanca Ottonis Comitis Burgundiæ filia, Mariam Henrici Lucemburgiæ Cæsaris filiam, Joannis Bohemiæ Regis sororem, sibi in matrimonium copulat, quæ verò paulò post obiit. Joan. Tilius Comment. de reb. Gallic.

Syrorum supra triginta Equitum millia Armeniam deprædantur, magnamque Christianorum multitudinem in servitutem abducunt.

Rebus humanis eximitur Nicolaus Præfens, ex Episcopo Spoletano Cardinalis Ostiensis ex Ordine Divi Dominici, vitæ sanctissimæ, eximie castitatis, ac profundissimæ in egenos liberalitatis.

Eodem anno ad cælos evolavit Beatus Joannes Firmanus, cognomento Lavernicola, ex Ordine similiter Divi Francisci; infans olim die Lunæ, Mercurii & Veneris semel mammam fugebat; puer loriam ferream triginta librarum ponderis ad nudam carnem ferebat, decennis totum corpus disciplinis lacerabat, urticis nudo collo circumdabat; miris visionibus & revelationibus sæpius à Deo fuit honoratus.

Piissimè obit Maria Regina Castellæ.

Lolhardus quidam nomine Waltherus, Magister & Princeps sectæ Beguardorum, vivus igni exurit.

Udalricus de Montparis fit Episcopus Chiemensis.

Moritur Ptolomæus Lucensis, Episcopus Torcellanus.

Martyrii palmam in India promerentur BB. Thomas de Tolentino, Jacobus de Padua, Petrus de Senis, & Demetrius Laicus ex Ord. D. Francisci.

Ad Superos abit Beatus Franciscus Ordinis Minorum, Fabriani in Piceno, plurimis miraculis in vita & post mortem illustris. Illud præ cæteris notatu dignum: dum mortuus jaceret triduo in feretro, accessit pia scæmina, sanctum corpus veneratura, & rosario, ut solet, tactura, hærentis cingulo rosarii partem extremam elevavit, & super sancti viri manum collocavit: cepit ille & manus strinxit, dum mulier, in vultum ejus intendens, orabat: ut recedere voluit, sensit se detineri, rosario à sancto viro apprehenso,

& repente clamavit, muliebri timore expavescens ad motum aut sensum defuncti. Accurrit frequens populi multitudo, viditque palmam contractam, & fortiter adstrictum rosarium; quod dum illa post aliquot preces devotè petiit dimitti, apertâ manu restituit.

Mulier quædam à dæmone correpta, ad Ecclesiam venit, ubi Beati Gregorii Episcopi Ostiensis corpus sepultum jacet, eâ horâ quâ Ecclesiæ Abbas Missæ Sacrificium celebrabat, usque ad eò à maligno spiritu tora & convulsa est, ut mortua crederetur. Verum paulò post mulierem dæmon reliquit, ac tantum fragorem stridoremque edidit, ut ruere templum videretur, abiensque tale edidit indicium, ut murorum fracturæ etiamnum adverti facillè possint. Ex vit. apud Henschen. 9. Maji.

Isabella uxor Eduardi Anglorum Regis, filia Philippi Regis Gallorum, maritum suum ob Regnum, ut dicebatur, inutiliter administratum in vincula conjicit.

Annus Christi 1323.

Galeatius à Germanis militibus ab exilio reductus, Mediolani turbas excitat, & Imperatoris ope fretus Gibellinorum agit Principem, hinc uterque à Joanne Papa XXII. excommunicatur, & Imperiali dignitate orbatus declaratur Ludovicus.

Athenienses pacem inire cum Summo Pontifice renuunt.

Ludovicus Bavarus, Fridericum Austriacum, Leopoldi fratris auxiliares copias non expectantem, post cruentam duodecim horarum pugnam vincit & capit.

Papa, Veneti & Carolus Galliarum Rex, arma versùs Turcas feliciter movent, expugnata à milite Pontificio Smyrnâ.

Scoti per sicarium, Eduardi Angliæ Regis vitam tentant; erat is Joannes Herklejus vir unus ex Angliæ primoribus, sed dum seculus attentat, interceptus, equis raptus, suspensus, & in quatuor partes divisus, perfidia pœnas luit.

Petrus Fulginas ex Cresciorum familia, sanctitate illustris, ab hoc sæculo emigrat. Hujus tanta fuit misericordia in pauperes, ut cum non aliud quod egentibus daret remansisset, se ipsum cuidam ad serviendum pactâ mercede, quam pauperibus distribueret, locaverit.

Moritur Amadæus hujus nominis quartus, Sabaudia Comes, qui primus Principis Imperii titulum ab Imperatore obtinuit, & vitæ bellicosus obsidiones 32. instituit.

Similiter fati concedunt Catharina Alberti Romanorum Regis filia, & Maria Hierosolymæ, Ungariæ & Siciliæ Regina.

Vivis valedicit Petrus Aureolus, Ordinis Discalceatorum Sancti Francisci, unus ex Theologis præcipuis Sancti Francisci, olim Professor Universitatis Parisiensis, cui Doctoris facundi titulus fuit attributus. Factus Archiepiscopus Aquis Sextiis, vix hanc dignitatem supra biennium possedit, morte ad æternitatem vocatus. Scripsit tractatum de immaculata conceptione. Breviarium Bibliorum, sive

sive epitomen universæ sacræ Scripturæ juxta litteralem sensum. Commentarios in Magistrum sententiarum.

Thomas de Aquino in SS. Catalogum à Joanne XXII. Papâ refertur.

Annus Christi 1324.

Bernardus Guido ex Ordine Prædicatorum, vir doctus, Lodevensis in Galliâ Narbonensi Episcopus creatus est.

Henricus à Sternberg Decretalium Doctor, ex eodem D. Dominici Ordine ad Episcopalem Bambergæ cathedram promovetur.

Ludovicus Bavarus se injustè diris à Joanne Papâ devotum asserens, ad futurum Concilium appellat.

Petrus Olerius cum complicibus ob hæresin vivus exurit.

Gibellini varia Romanæ Ecclesiæ bona invadunt.

Ægidius de Biffis Abbas Clarævallis & Beltramus de Vedamo, Abbas Morimundi diocesis Mediolanensis, quod necessaria subministrasset exercitui confœderatorum Modoëtiam obsidenti, anathemate feriuntur, & Hugo Petramala Episcopus Aretinus in publico Consistorio à Joanne Papa cœtu fidelium excluditur, ac dignitate Episcopali exuitur, quod Aretii dominium usurpasset, & fœderatis Lombardiæ conjunctus, civitatem Castelli & alia plurima Guelphis eripisset.

Leopoldus Austrius Carolum Galliarum Regem contra Ludovicum Bavarum concitare molitur, sed ille Anglum metuit.

Adamus Episcopus Herefordensis, ab Eduardo Angliæ Rege, in Parlamento Londini habito læsæ majestatis reus falso accusatur, eum defendunt Cantuariensis, Eboracensis & Dublinensis Archiepiscopi unâ cum Regina.

Florentiorum urbs, Joannis Villani civis & Historiographi, nec non præfecti ædificationum, operâ ac diligentia mœnis cingitur.

Pax inter Pisanos & Jacobum Aragoniæ Regem, ratione Insulæ Sardinia stabilitur.

Occasione crudelitatis Gesleri, Cæsaris Præfecti in Helvetiâ, Helvetii juncto fœdere, libertatem ac Rempublicam meditantur.

Alemanus Magister Generalis Ordinis militaris Calatravæ deponitur.

Agitur Conventus Nobilium Londini in Angliâ, ubi inter alia statutum est, ut deinceps suspendio strangulandi statim sepelirentur, qui mos etiam nunc durat in Angliâ. Polydor. lib. 18.

Obiit Arnaldus Burgetus ex Ord. S. Dominici, vir eximio zelo.

Henricus III. instituitur Episcopus Seccovienensis.

Moritur Marquardus Episcopus Aichstadiensis.

Bernardus Guidonis Ordinis Prædicatorum, creatur Episcopus Lodevensis.

Baldevvius Archiepiscopus Trevirorum, Joannes Bohemiæ Rex, Dux Lotharingiæ ac Comes Barenensis, confœderatione factâ Metensem urbem obsident: cives considerantes se tantâ mul-

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

tudini resistere non posse, consilio inter se habito pacem postulant & impetrant.

Annus Christi 1325.

Joannes XXII. Papa, Carolo Galliarum Regi frustra Romani Imperii coronam procurare studet, Electoribus Principibus in Conventu propè Confluentiam minimè comparentibus.

Basileenses Priorem Tholosanum, Ord. Hospitaliariorum, Pontificium Legatum ex Mariano Luco in præterfluentem Rhenum præcipientem agunt, & natatu evadere contendente, in ipso portu trucidant, Albert. Argent. in Chron.

Ludovicus Bavarus cum Friderico Austriaco captivo paciscitur, qui fide datâ de Imperio non invadendo, dimittitur.

Filia Gedimini Magni Lithuania Ducis, à Nanketo Cracoviensi Episcopo baptizata, Casimiro Regis Polonia filio nubit.

Moritur Dionysius Lusitania Rex. Fridericus Trinacria Rex, Robertum Sicilia Regem & Carolum Calabria Principem humanis rebus clam eximere tentat.

Ad cœlestem patriam Lutetia Parisiorum emigrat S. Elzearius Comes Ariani, in vitâ & post mortem miraculis gloriosus.

Obit Avenione Guillelmus Mandagofus, ex Episcopo Ebrodunensi Episcopus Cardinalis Prænestinus, juris utriusque peritissimus. Quem paulò ante præcessit F. Vitalis de Furno, Vafatensis, Vasco, Ordinis Minorum Theologus, ex Ministro Provincia Aquitania, Presbyter Cardinalis tit. SS. Sylvestri & Martini in Montibus, ac postea Episcopus Albanus.

Turbo igens Wormatiæ aliquot domos diruit, magnamque PP. Prædicatorum cenobiodaunum infert.

Moritur Berengarius de Salomedio XIII. Magister Generalis Ord. S. Dominici.

Ad cœlos abit B. Franciscus Senensis Ordinis Servorum B. Mariæ, Senis in Hetruria, mirâ in proximos charitate præditus, claruit post mortem plurimis miraculis, ex demortui ore fertur lilium crevisse.

Claret in Monasterio d' Odivelas Ordinis Cisterciensis B. Maria Dionysii Portugallia & Algarbia Regis filia, summæ demissionis, exactissimæ paupertatis, & absolutissimæ obedientia exemplar.

Cives Colonienfes iterum adversus Archiepiscopum suum insurgunt, ejusque Castellum Volmerstein post longam obsidionem capiunt, & solo æquant.

Baldevvius Archiepiscopus Trevirorum per copias suas militares Fürstenberg munitissimum Castrum expugnat, & Richenbergam à fundamentis erigit, sed paulò post à Comitissa de Starckenberg, cujus maritus tunc in Terra sancta degebat, dolose capitur. Quæ nullis precibus aut minis induci potuit ut ipsum dimitteret, nisi pecuniâ se more captivorum redimeret, & quod prætendebat jus in castrum Birckenfeld, abjuraret.

raret. Ex acceptâ pecuniâ mulier audax Castrum Frauenburg tanquam æternum trophæi sui monumentum construxit.

Carolus Gallix Rex Papam frustra sollicitat ad procurandam sibi Imperii Romani coronam.

Annus Christi 1326.

Joannes Cajetanus Legatus à Joanne Papâ missus anathema vibrat in Castrucium Lucensium tyrannum, & Guidonem Tarlatum Aretinum Episcopum, fautores Vicecomitum.

Cum nollet occurrere in Italiam Papa, Ludovicus Bavarus eò evocatur.

Irâ obanathema illatum Castrucius Florentinorum agrum ferro ignique vastat, castra eorum disjicit, arcem Signiam recens exstructam diruit, Montem Majum in potestatem suam redigit, dein se se Gibellinis adjungens etiam in Genuenses castra movet.

Polentia Malatestini uxor Ariminum Romanæ Ecclesiæ servat, cum enim Rampertus Malatesta ad 7. Idus Julii per speciem convivii Ferrantinum Prætozem ac Præfectum Arimini, Malatestinumque ejus filium, Galeotum item Pandulphi filium, ac plures præterea Ariminensium domi suæ cepisset, ipsamque civitatem ferè omnem, ratus eam sibi omninò subigere, occupasset, tumultu eam ob rem factò, Polentia districto ense, & manu suâ Ferrantini vexillo in forum prodito, diu viri nomen magnis sublatis clamoribus extulit atque sustinuit, factum ut victi è custodia dimissi, sociis noctu in urbem receptis, Rampertum expulerint.

Robertus Siciliae Rex 90. navium classem pro Guelphis juvantis mitit.

Tumultuatur Anglia Rege & Reginâ collis, illo denique capto, & à custodientibus strangulato.

Buchetus in suâ Aquitaniâ auctor est, Isabellam Eduardi conjugem non multò post à filio Eduardo necatam fuisse in carcere, postquam ex Mortimerio gravida esset facta: Mortimerium verò defectis genitalibus magnoque igni in conspectu ejus crematis, capite plexum.

Jacobus Peyt Præfectus plebeorum Bruggensium, homo sacrilegus, crudelissimè in quosque quietissimos sævit, quos utprehendisset, statim mori cogeat, haud aliam prætexens causam, quam quòd diceret, magis eos nobilitatem quam multitudinem diligere, sed & morituro cuique licetorem sanguine aut affinitate junctum perquirebat, sic frater fratrem, cognatus cognatum, focer generum coactus est interficere, neque pepercit sacerdotibus; omnes denique erat in nihilum redacturus, nisi à Furnensibus apud Hondescotam ferò fuisset occisus; ejus corpus postea exhumatum, & flammis concrematum est. Successorem tamen sibi similem pessimus homo invenit, qui tyrannidem per biennium continuavit.

Succedit in Regnum Gallix Carolo defuncto, Philippus Valesius.

Ladislaus Locticus Poloniae Rex ope Lithuanorum Crucigeros debellat.

In Hannoniâ Imago Deiparæ à Judæo pu-

gione confossa, sanguinem uberrimè fundit, mirabiliter sacrilegus postea proditus, judiciali sententiâ, vitam laqueo finit. Chron. Hist. saug.

Diem obit Albertus Comes Anhaltinus, Episcopus Halberstadiensis, cum 44. annis præfuisset.

Bernardus Albi patriâ Pamiensis, creatus Episcopus Rutenorum Ecclesiæ.

Amberga urbs præcipua Palatinatus superioris innovatur, & muris cingitur.

Celebratur Synodus Andegavi. Arnaldus quoque Archiepiscopus Burdigalensis Provinciale convocat Concilium.

Mortuo Friderico Trajectensium Episcopo, duo in dissensione eliguntur, Jacobus videlicet Cathedralis Ecclesiæ Decanus, contra quem pars altera Capituli Jacobum Sudensem Episcopum ad instantiam VVilhelmi Comitis Hollandiæ postulavit. Prævaluit jure potior Decanus, & in Episcopum Trajectensem canonicè susceptus est. Quo in brevi mortuo in Antistitem unanimi Canonorum voto electus est Joannes de Bruchhorst Præpositus S. Salvatoris, vir optimus. Duobus vix mensibus evolutis, cum nihil suspicaretur sinistra, supervenit ex Avenione Joannes de Dyest, Præpositus Cameracensis, in Episcopum Trajectensem à Papa Joanne XXII. provivus & ordinatus ad petitiones Joannis Ducis Brabantie, & VVilhelmi Comitis Hollandiæ, qui Trajectum armatâ manu ingressus, Joannem de Bruchhorst violenter expulit, & per annos ferme quatuordecim Episcopatum occupavit.

Annus Christi 1327.

Ludovicus Bavarus superatis Alpibus Tridentum usque penetrat, diemque confederatis Italiæ Tyrannis XIV. Calend. Martii Comitio celebrando designat; in quo fidem suam jurejurando obstrinxit, se in Italiam exercitum ducturum, ut diademate Imperatorio Mediolani, & Romæ coronatus, Imperium in Italiâ stabiliret, cunctosque clientes Imperii ab injuriâ Pontificiorum vindicaret, inque libertatem affereret. Vicissim confederati sacramentum fidelitatis illi præstiterunt.

Galeazius Vicecomes de fidelitate Cæsari suspectus unâ cum Luchino Joanneque fratribus & Actio filio capitur, & in carcerem arcis Modoniensis deportatur. Guillelmus verò Montfortius Mediolanensibus præficitur, quo utroque facto Ludovicus Gibellinorum sibi odium paravit: paulò post Luchinum & Actium eliberat, cum XXV. millia aureorum nomine redemptionis numerassent.

Moritur Guido Tarlatus Episcopus Aretinus, à Joanne Papa depositus, non mediocribus poenitentia signis antè mortem editis. Dicitur Papa decem Cardinales, viros natalibus, prudentiâ & usu rerum gerendarum commendatos creat.

Philippus Valesius Rex antea salutatus, summâ pompâ consecratur.

Papa rejecto Ludovico, Electoribus pro eligendo Imperatore diem designat.

Fl.

Florentiæ in vincula conjectus & flammis exustus est Franciscus Asculanus, impietatis, blasphemiarum, hæresis nec non damnatarum artium nomine convictus.

Barcinone Jacobus Rex Aragonum de vitâ excedit anno ætatis 66. Princeps optimus, Succedit in Regno Alphonsus IV. filius.

Felicianus quidam aulae Officiis deputatus Carolum Ungariæ Regem cum uxore liberisq; in Vissegradi suburbio mensæ accumbentem stricto ense invadit, sed frustratus ictu ejus dexteram levi vulnere lædit, deinde in Reginam conversus, dexteræ ejus quatuor digitos abscidit, nec adstantibus etiam prolibus regis pepercit, in quos dum vibrato ense grassatur, pædagogi continuò intercessere, & propriorum corporum objectu illos protexerunt, illis diffugientibus; Joannes Patochi filius, collum furentis Feliciani pugione confodit, & Prætoriani milites ad clamorem accurrentes humi prostratum, membra tum dissecuerunt. Post quem, omnes ejus affines ultimo affecti sunt supplicio. Bonfin, histor. Ungar. decad. 2. lib. 9.

Moritur S. Tochus, sive Rochus, qui totis quinque annis in carceribus à patruo suo detentus, velut olim Alexius Romam, is quoque Montem Pessulanum patriam suam, exemplis patientiæ atque sanctitatis adornavit; ferunt, cruce rubeâ insignitum in lucem prodissse; à parentum obitu hæreditariis bonis inter egenos distributis vitam asperam egit, laborantes epidimiâ solo crucis signo prodigiosè curavit, eum canes famelicum apportatis ad silvam panibus recrearunt: postea in patriam reversus, post quinquennem, ut dictum est, incarcerationem mortuus, & à patruo ex tabellâ secum portatâ cognitus, non sine lachrymis summo cum honore sepultus est.

Martinus Gonzalez Magister Generalis militiæ Jesu Christi creatur.

Garcias Perez verò fit Magister Generalis Ordinis de Avis.

Ad cælos abit B. Angelus à Furcio Ordinis Eremitarum S. Augustini.

Obit Gebhardus Comes à Gaisbach Episcopus Aichstadiensis.

Item Guillelmus Episcopus Leonensis; nec non B. Marquardus Ordinis Minorum in Bavariâ, vir miræ patientiæ & devotionis, à morte miraculis coruscans.

Coloniæ in Monasterio S. Pantaleonis corpus S. Albani Martyris post mille obiti Martyrii annos incorruptum reperitur & adeò recens, ac si non ita pridem pro Christo cæsus esset inclutus Martyr: cum factum hoc pignus publicè ostenderetur, multi paralytici, claudi, curvi, contracti, humi reptantes, gibbosi, cæci, muti, dæmoniacy, manci, febricitantes, aliisque diversis affecti morbis, non pauci etiam mortui, & in aquis extincti, quorum omnium numerus quingentos excedit, curati sunt. Surius ad diem 22. Junii.

Andronicus III. dictus junior Orientis Imperium capessit, à quo Andronicum II. avum suum depulerat.

Mathias Archiepiscopus Moguntinus Syn. R. P. Brentano Epitome Chronolog.

odum Provinciale celebrat, pro reformatione statûs Clericalis.

Obit Carolus Gallix Rex, cui succedit Philippus Valesius.

Annus Christi 1328.

Werintho Schenck à Rieneck Episcopus Bambergensis salutatur.

Ludovicus Bavarus magnâ civium cæde Romam ingressus, festivè à suis excipitur, & à Cardinale Columnio coronatur.

Galeatius Vicecomes è carcere ab Imperatore dimissus, paulò post moritur, cui in fato eodem succedit Castrucius.

Romani Germanorum militum audaciâ irritati, seditione factâ illorum plures occidunt, ob quod illorum aliqui pecuniâ, capite alii plectuntur.

Imperator depositionis sententiam fert in Joannem XXII. Pontificem, & Nicolaum V. Antipapam creat; quam insolentiam ægrè ferentes Romanorum primi, acceptis Roberti Siciliae Regis copiis auxiliariis, tantum timorè Ludovico incusserunt, ut fugientis in modum Româ excesserit; inter hoc dicti Roberti milites Bertoldo Ursino Duce, Præfectos urbi à Bavarò Româ expellunt. Spoletani 400. Equites, 1500. pedites Bavaros apud Narniam partim occidunt, partim intercipiunt, Ariminenses & Faventini plurimos Gibellinorum interficiunt.

Antipapa Pseudo-Cardinales creat, Joannem XXI. hæresarcham denunciat, eundem diris devovet, imaginemque illius igne comburit.

Passarinus Bonacosâ Mantuanorum Tyrannus, à Ludovico Gonzaga cive Mantuano cæsus occumbit.

Bononienses in Cardinalis Legati Joannis XXII. Papæ quòd ad coërcendam insolentiam civium, urbem mœniis cingere, & castrum erigere tentaret, necem conspirant, quorum aliquibus re detectâ capita præscinduntur.

Alphonsus in Regem Aragoniæ inaugurat.

VVladislaus Poloniae Rex Crucigeros in Polonia funditus delet.

Vascones implacabili odio in Judæorum fortunas grassantur, & aliquot eorum millia trucidant.

Alphonsus Aragoniæ Rex, Maurorum copias mari & terrâ profligat.

Oforius ejus familiaris, dignitatibus à Rege auctus, æmulorum invidiâ aulâ pellitur, quam ob injuriam ipse partes Emanuelis adversarii Alphonsi sequitur, sed à Ramiro Gufmannio, simulatâ ab Alphonso fugâ incautus obruncatur.

Simon Archiepiscopus Cantuariensis Concilium Provinciale celebrat, & communi Episcoporum suffragio anathema dicit omnibus qui VValtherum Stapletonum Episcopum Oxoniensem interfecerant, seu quocumque modo ad ejus necem cooperati erant.

Moritur Mathias Archiepiscopus Moguntinus, vir integerrimæ conversationis, ex Ord. D. Benedicti ad eam dignitatem evectus: eodem

functo Clerus Baldevinum Archiepiscopum Trevirensem postulavit, cum is verò Ecclesiam suam deferere nolleret, Joannes XXII. Papa Henricum Virnbergium Ecclesie Moguntinae citra Canonicorum electionem prapofuit, qui illis displicuit, hinc Papa prapofitum Baldevinum accersivit.

Neapoli in Campaniâ rebus humanis eximitur Carolus Dux Calabriae, justitiae ex aequo & recto administrandae, si quispiam alius studiosus.

Constantinopolitanus Patriarcha discordias gliscientes inter Andronicum Imperatorem ejusque nepotem sedare satagit, quem Imperator verò Patriarchatu dejicit, sed mox lethali morbo correptus, ope Deiparae prodigiosè reconvalescit.

Moritur Emicho Episcopus Spirensis, succedit Bertholdus de Bucheck, qui postea ad Sedem Argentinensem translatus est.

Philippus Valesius Rhemis coronatur.

Wernherus Episcopus Lavantinus mortalitatem exiit, cum annis novem rexisset; quem in fato secutus est Joannes Episcopus Argentoratensis, cui succedit Berchtoldus.

Vitam mortalem cum immortalis commutat Augustinus Triumphus Anconitanus, Ord. Eremitarum S. Augustini, vitae sanctitate & doctrinâ clarus. Item Albertus Paduanus ex eodem Ordine, vir doctus: edidit sermones de tempore, de Sanctis & Quadragesimales. Expositionem Evangeliorum Dominicalium totius anni. Commentaria in Pentateuchum. In Evangelia quatuor. In Epistolas Divi Pauli. In Magistrum Sententiarum. Pro aeternandâ viri memoriâ Paduani marmoream erexere columnam.

Baldunus Archiepiscopus Trevirensis à Lauretâ Comitiss Spanheimensis uxore captivatur, non dimittendus nisi 30000. florenos solvisset.

Obiit Eberhardus Comes Wirtenbergicus, succedit in Principatu filius Udalicus.

Sedecim Comites cum multis nobilibus contra Joannem Brabantiae Ducem conspirant, ino certamine diu pugnatum est ambiguo Marte, & plures ex utraque parte ceciderunt, postremo Rex Gallorum Philippus vices suas interponens, pacem restabilivit.

Annus Christi 1329.

Moritur Ratispona B. Fridericus Ord. S. Augustini alumnus, vir mirae simplicitatis & sanctimoniae, nec non charitatis in pauperes, ad cujus funeris contactum plures infirmi curati sunt.

Philippus Galliae Rex Avenione Joannem XXII. Papam convenit.

Pisani, Mediolanenses & alii, deficientes à Ludovico Bavaro, Joanni Papae sunt supplices, ab eoque anathemate exsolvuntur: iidem Pisani Nicolaum Pseudo-Pontificem custodiam mandant: e contra Joannes Papa Michaëlem Casenam ejusque sequaces damnat. Dicitur Nicolaus coram Simone Archiepiscopo Pisano, & Guillelmo Lucensi Episcopo aliisque Praelatis, errores suos & scelera spontaneè, cum ingenti cordis amaritudine confiteretur, se seque Joanni subjicit.

Cardinalis Lombardiae Legatus, Alberghe-

tinum, qui Bononiam Ludovico Bavaro tradere designarat, securi percussus jubet.

Sarra Columnus Pontificum ex professo habitis, morte praematurâ suffertur. Canis Scaliger, postquam Tervisio recepto epulum populo triumphale exhibuisset, inopinâ morte decedit.

Marcus Vicecomes, ab Actio, Luchino & Joanne Vicecomitibus in Arenâ Curia, post epulas elisis linteo faucibus strangulatur, cadaver ejus ex fenestra in publicum projectum est.

Joannes Papa expeditionem parat in terram sanctam, & Philippum Galliae Regem istius expeditionis Ducem designat: Patriarcham Alexandrinum, Alphonsum Regis Aragoniae fratrem, Nuncium Sedis Apostolicae in Aragoniam destinat, qui tum contentiones inter Ecclesiasticos & Optimates exortas componeret, tum juramentum ligium pro Regnis Sardiniae ac Corsicae nomine Romani Pontificis à praefato Alphonso audivit.

Castellae, Aragoniae & Lusitaniae Reges foedus contra Mauros inveniunt.

In Vandaliâ Judaei noctu effractis templi foribus plures sacras hostias cum pyxide furantur, quarum aliquas punctationibus laedunt, alias scissuris lacerant, reliquas ut conculerentur Christianorum pedibus in viâ publicâ spargunt, facinore detecto, ejus authores exquisitis suppliciis affecti sunt.

Crucigeri, cum Joannem Bohemiae Regem in auxilium vocassent, Ladislao Lothico Poloniae Regi bellum movent, arcem Dobrinensem, ejectis Polonis eripiunt, Uladislaviam deinde adorti, primo impetu capiunt & exurunt.

Edmundus Comes Cantiae in Angliâ, Regis Edovardi avunculus, calumniam passus innocens necatur.

Fridericus Austriacus Romanorum Rex contra Ludovicum Bavarum electus, hoc anno in humanis esse desit, sive animi aegritudine quam in captivitate sua contraxerat, sive poculo amatorio, à quadam porrecto, confectus. Cuspin. in Friderico.

Obiit Robertus Scotorum Rex, qui ferè in agone constitutus omnes nobiles oravit, ut dum ipse fatis concessisset, cor suum ad Hierosolymam ad Christi Sepulchrum deferri curarent.

Walramus Comes de Veldenz Episcopus Spirensis creatur, postquam Berchtoldus resignarat.

Joannes Nunnus de Prato, Magister Generalis Calatravae creatur.

Obiit Chuno Episcopus Wormatiensis, Barnimus III. Pomeraniae Dux, in praelio contra Ludovicum Electorem Brandenburgicum victor evadit.

Petrus Caëstinus à Joanne Papa Sanctorum numero inferitur.

Annus Christi 1330.

OBinnumera miracula B. Ceslai corpus humo ignobili erutum, magnâ veneratione sub altare sub ejus invocatione excitatum infertur Vratislaviae.

Mortalitatis sarcinam deponit Elisabetha Regina Bohemiae, Joannis Regis conjux, mater Caroli IV. Idem Joannes Rex Pontificem & Caesarem conciliare laborat.

Joannes

Joannes Papa à Ludovico Bavaro confederatos Principes abstrahere conatur, Actium Vicecomitem, Mediolanensibus Imperii Vicarium praeficit, qui prodigiosam victoriam ope S. Ambrosii in aëre apparentis, de Bohemiae Rege reportat.

Idem Papa à Rege Cyprio & Genuensibus arbiter electus, controversias partis utriusque ex aequo ac bono componit. Inter eosdem Genuenses & Aragonum Regem discordias tollit, & pacem stabilis.

Carolus Ungariae Rex Bozarado Valachiae Principi bellum injustè inferens, immani clade afficitur, vix enim regionem illam cum numerofo exercitu ingressus, inter montium ac silvarum angustias inedia oppressus est, cum pedem referre coepisset, ab hoste circumventus, amisso universo exercitu, partim inedia, partim lapidibus ac telis missilibus extincto, vix ipse mutato habitu evasit.

Nicosia in Insulâ Cypri plenus sanctimoniam quiescit Venerab. Nicolaus Vosmerius ex Ord. D. Dominici, vir mirae vitae austeritatis, qui loco cilicii, thorace ferreo corpus diu noctuque vestiebat, cingulo ferreo latera cingebat, flagris ferreis, singulis se noctibus cruentabat.

Baldunio administratione Moguntinae Ecclesiae se se abdicante, Henricus Buismanus illi praeficitur.

Turcae multas Andronici Imperatoris copias caedunt, pluresque Archipelagi Insulas ei eripiunt.

Alphonfus Castellae Rex 15000. Mauro-rum profligat, insignemque de ipsis victoriam refert.

Moritur Bertholdus IX. Comes Hennebergicus, Magister Ordinis Equitum S. Joannis Teutonicorum.

Natus est Fridericus cognomento Severus, Thuringiae Landgravius. Denascitur Maria Joannis Britanniae & Brabantiae Ducis, atque Beatricis Richimontii Comitissae filia, uxor Guidonis Castilliani S. Pauli Comitissae.

Conradus de Lichtenstein Praepositus Salisburgensis, fit Episcopus Chiemenfis.

Circa hunc annum moritur Gediminus supremus Russiae Dux, cui succedit Olgerdus filius.

Diem obiit Fridericus Speet à Faymingen Episcopus Augustanus. Item Fridericus Landgravius Leuchtenbergicus, ex Abbate Langheimensi Ord. Cisterciensis, Episcopus Aichstadiensis.

Eugubii cum opinione sanctitatis decedit Thomas ex Ordine Minorum S. Francisci.

Ordo militum Jesu Christi in Lusitaniâ, sub instituto Cisterciensi & Abbate Alcobatiae sumit exordium.

Tuderti in Umbria obiit B. Joannes Rainutius Monachus Benedictinus, vitae sanctimoniam & miram in proximos charitate excellens.

Moritur Wenceslaus Dux Plocensis. Item Florentiae S. Margaretha virgo & Abbatissa Ordinis Vallumbrosani, miraculorum splendore à Deo illustrata.

Wilhelmus d' Ausonne fit Episcopus Cameracensis.

VValramus filius Comitiss de Veldenz creatur Episcopus Spirensis.

Baldevino administrationem Ecclesiae Wormatiensis resignante, Gerlacus Schenck de Erpach Pontificatum obtinuit.

Post longam contentionem inter Henricum de Virneburg cognomento Buisman, & Clerum Moguntinum coram Papa, hujus sententiam Henricus praefatus confirmatur.

Ludovicus Imperator vocans ad se filios fratris sui Rudolphi, quem cum Friderico Austriae Duce sentientem ejecerat, in praesentiam quorundam Imperii Principum paternas inter eos ditiones distribuit.

Etalense PP. Benedictinorum cenobium per Imperatorem Ludovicum IV. construitur, in quo insignem illam ex alabastro Deiparae imaginem obtulit, quam ex Italia advexerat, addita Comitatus Meringensis donatione solenni.

Annus Christi 1331.

Moritur Utini Beatus Ordericus ex Ordine Minorum, Apostolicis peregrinationibus, & plurium Provinciarum Indicarum conversione illustris. Item Bernardus Guido Episcopus Lodevensis in Gallia Narbonensi. Similiter Theobaldus Episcopus Veronensis, Ord. Eremitarum S. Augustini, aetatis anno 90.

Joanni Bohemiae Regi omnia in Italia feliciter succedunt, Bergomum, Crema, Mutina se se illi dedunt, hinc Ludovico Imperatori fit suspectus, qui Fridericum Misniae, & Othonem Austriae Duces contra illum excitat: Joannes interim assentiente summo Pontifice Carolum filium suum sedecim annorum, praeclearae indolis juvenem, urbibus in Lombardia receptis praeficit.

Vacuata morte Episcopi Cathedra Caminensi in Pomerania, Canonici Joannem Gottingenium virum praestantem, è suo numero Episcopum delegerant, contra quem Joannes Papa Joannem ex Ord. D. Dominici praeficit; hujus assumptionem cum illi minimè gratam haberent, cesit postulationi eorum summus Antistes, & Gottingenium quidem Caminensibus concessit, Joannem vero Verdensi Cathedrae, non invitatis Canonicis praeposuit. Cranz, Vandalic. lib. 8. c. 15.

Florentiae Barducius & Joannes Vespignianus, magnam opinionem sanctitatis, & pietatis operibus commendati cives, ex hac vita decedunt miraculis à morte quam plurimis illustratis reperitur ibidem corpus Divi Zenobii Florentinorum quondam Episcopi.

Crucigeri Poloniam vastantes ad 40000. caeduntur, ex Polonis non nisi triginta ex promiscua multitudine, duodecim ex nobilioribus desiderati sunt.

Talerandus filius Comitiss Petracoriensis, ex Episcopo Antiffidorensi creatur Presbyter Cardinalis.

Orchanes Turcarum Rex Niczam Bithyniae expugnat.

Benefeldiam Alsatiae oppidum Udalicus Comes VVittenbergicus occupat & expilat.

Baldevinus Archiepiscopus Trevirorum

Monasterium Carthusianorum extra muros urbis construit, pontem item lapideum apud Confluentiam ædificat.

Claret inter Germaniæ Doctores Petrus de Lautra Ordinis Præmonstratensis. Scripsit super sententias libros quatuor. In Evangelium Joannis lib. 1. De prærogativa Trevirensis Ecclesiæ lib. 1. De Romani Pontificis eminentia lib. 3. Contra Michaëlem de Cæsena lib. 1. De forma & modo nuptiarum lib. 1. De columnis mysticis ad Cardinalem de Columna lib. 1. De Sacramento Altaris lib. 1. Epistolas ad diversos plures, sermones & varia synthemata.

Lupoldus de Babenberg Bambergensis Ecclesiæ Canonicus, scripsit de zelo & fervore Christianæ fidei antiquorum Germaniæ Principum lib. 1. De iuribus & translatione Romani Imperii lib. 1.

Florent porrò in Germania doctrinæ laude Petrus de Saxonia Ordinis Minorum. Conradus Saxo ejusdem Ordinis. Alanus de Insulis. Joannes Danck Saxo, Astronomus. Sibertus de Beka Carmelitanus. Joannes de Blumenthal. Simon de Spira. Ludolphus Carthusianus. Joannes de Gandersleben Franco, Astronomus & Mathematicus insignis.

Annus Christi 1332.

Constantinopoli Andronicus senior Imperator Græcorum, diem claudit extremum, solo dein imperante nepote.

In Sede Patriarchali ibidem defuncto Isaia succedit Joannes.

Venetiarum urbs ab inundatione cœlitus servatur.

Bertrandus Cardinalis Atestinum Principem Raynaldum, nova animo molientem armis reprimat.

Joannes Papa Aymericum Ravennatem Archiepiscopum, ad Carnotensem Ecclesiam transfert, & Cardinalem renunciat, in ejus locum subrogato Guidone Bayfio ex Regiensi Episcopatu assumpto. Rub. histor. Raven. lib. 6.

Joannes Vicecomes Episcopus Novariensis, cum Novariam è tyrannide Tornielicazini eripisset, urbem factionibus exagitata pacasset, jura Ecclesiastica à Tyranno violata recuperasset, à Joanne Papâ Mediolanensis Archiepiscopus declaratur, cedente sponte Aichardo. Donat. Bossius histor. Mediolan.

Idem Papa, Ludovico Dunelmensium in Anglia Episcopo mortuo, Richardum Angervillium, virum doctum, & doctorum amantem, eidem Ecclesiæ præficit.

Fratres ex Ordine Minorum, in Armenia & Persia magnam animarum segetem colligunt: quos inter præcipui fuere Gonzalus Sauratus ac Gentilis.

Rebus humanis eximuntur Jacobus Benefactius Episcopus Mantuanus, & Augustinus Ungarus Zagabriensis Præsul, uterque ex Ord. D. Dominici, vitæ sanctimoniam & miraculis illustris.

Eodem anno in vivis esse desit Philippus Princeps Tarentinus, Roberti Regis Siciliæ frater.

Mortitur Rudolphus Comes Montfortius, Episcopus Curienfis & Constantiensis.

Egidius Perez, Magister Generalis Ordinis de Avis creatur.

In Monasterium Jardinetanum situm in tractu Namurcensi, pro Monialibus, Monachi Cistercienses substituuntur.

Occiditur Joannes Episcopus Curienfis. Diem obit Gerlacus Episcopus Vormatiensis.

B. Eelko Abbas cœnobii Lidlumenfis Ordinis Præmonstratensis, Divini Numinis gloriam, & collapsæ disciplinæ zelans integritatem, impiorum manibus crudeliter trucidatur, Cujus sanctitatem & mortem pretiosam miraculis DEUS illustrare dignatus est.

Fatis concedit Arnaldus Archiepiscopus Burdigalensis.

Magna Argentinæ inter plebem seditio oritur; Senatores urbis, qui tunc temporis omnes erant nobiles, ad pacem volentes revocare furentem populum, cum non possent, dimissâ civitate in proxima se Castellâ receperunt, existimaverant enim, quod potestatis de urbe absentia tumultuantis populi animos facilius sedaret; sed aliter quàm putabant evenit, ut enim de urbe nobiles recellerant, cives audaci consiliosi, portas civitatis omnes clauserunt, publico statuente edicto, quod illorum nulli de cætero, qui temerè urbem exierant, in æternum pateret regressus; ac in libertatem conspirantes, novum ex se Consulatum instituunt, vetere penitus abrogato & prorsus in exilium acto.

Obiit Gerlacus Schenck de Erpach Vormatiensis Episcopus, cui Salmannus provisione Joannis Papæ successit; verùm Clerus cum civibus se fortiter opposuerunt, & cum pro Pontifice noluerunt admittere, propter quod Papa commotus civitatem interdicto sapsit, & plures ex Canonicis Salmanno rebelles præcæteris excommunicavit.

Annus Christi 1333.

Mortitur Wolframus Episcopus Herbipolensis, cum annis ferè 11. præfuisset; succedit ei hoc eodem anno in Sede Episcopali Hermannus II. è familiâ nobilium de Lichtenberg.

Ludovicus Bavarus à Papâ nil obtinet, reconciliari volens.

Carolus Joannes Bohemiæ Regis filius Atestinos & Florentinos prælio vincit, capto Ethenfi Marchione, & Etruscis phalangibus profligatis. Dubrav. histor. Bohem. l. 21.

Magna in Florentinorum ditione fuit aquarum inundatio, quæ Florentiæ mœnia magnâ ex parte evertit, & ad tria hominum millia submersit, everfis domibus plurimis.

Carolus Martellus Ungariæ Rex, cum Andream septenni filio in Italiam veniens, Neapoli ad diem 26. Sept. Joannam Caroli Ducis Calabriæ filiam, & Regis Siciliæ Roberti ex filio neptem, annuente summo Pontifice, impuberi Andream despondit.

In Anglia defuncto Archiepiscopo Cantuariensi Joannes Papa intercedente Rege, proprio motu succedit Joannem Strefordium, ex Episcopatu Vintoniensi translatum, in hujus ve-

rò Cathedram vacantem Adamum Ortelonium ex Episcopatu Vigornienfi transtulit.

Granatæ & Castellæ Reges colliduntur, Abomelico Regis Marocci filio, illi opem ferente, hinc Christiani viribus impares infelicitè pugnant; non diu tamen barbari gavisè sunt belli fortunâ, Alhamaro ex priori Granatæ Regem sanguine orto, dictum Granatæ Regem ferro obruncante. Mariana de rebus Hispaniæ lib. 16. c. 2. & 3.

Mortitur Uladislavus Poloniæ Rex, succedit Casimirus filius: defuncti autem relicta Hedviggis Divi Francisci institutum proficitur.

Bononiæ B. Frater Simon Tuders Ordinis Eremitarum S. Augustini, in Monasterio S. Jacobi multis miraculis claret.

Angli 14000. Scotorum in prælio cædunt, quorum nobilitas ferè tota simul extincta est.

Mortitur B. Imelda Bononiensis. Hæc claris orta parentibus, clara magis præcoci vitæ sanctimoniam, cum divino sacræ Eucharistiæ incensa desiderio, propter ætatis imbecillitatem (vix dum annum undecimum egerat) ad sacratissimam ejus mensam accedere vereretur, in piis precibus lachrymasque effusa, divinâ prorsus ope recreari meruit, hostiam cœlitus demissâ, post cujus sumptionem feliciter expiravit.

Diem obit Vitalis Archiepiscopus Bisontinus, ei succedit Hugo VI. de Vienna.

Archiduces Austriæ investituram accipiunt Ducatus Carinthiæ.

Maxima hoc anno in partibus Mosellanis, Cis-Rhenanis & Franciæ Orientalis, vini abundantia crevit, ita quod tempore vindemiarum multis defecerint vasa. Vas alterum vino plenum cum magnis precibus dabatur pro altero vacuo etiam minoris quantitatis, duæ quoque vini mensuræ pro uno vendebantur obulo.

Ludovicus Imperator Conventum Principum Imperii Spiram indicit, ubi multa pro communi hominum pace tractata sunt, & in raptos atque latrones, qui viatoribus insidiabantur, acies ordinatæ; plura etiam pro sui justificatione contra Joannem Papam Cæsar produxit in medium.

Magna inter Senatum & Clerum Vormatiensem hoc anno exorta est dissensio, plebe horum partes suffulcente, tandem autem amicorum interpositione pax reformatur.

Annus Christi 1334.

Evivis abit Joannes XXII. Papa, nonagenario Major, cum de novo legendo Imperatore tractaret: succedit Benedictus XII. ex Abbate Fontis Frigidi, Ord. Cisterciensis.

Philippi Galliarum Regis & Veneta classis, ingentem victoriam adversus Turcas Constantinopoli imminentes, in ipso ferè urbis aspectu tulit, ducentis & quinquaginta actuariis & quàm plurimis triremibus hostilibus demersis, quinque Turcarum millibus in captivitate abductis, reliquis partim cæsis, partim profligatis.

Floret vitæ sanctimoniam, B. Venturinus Bergomas Ordinis Divi Dominici, zelo Apo-

stolico, humilitate, miraculis clarus. Cum hoc anno ad limina Apostolorum visitanda pergeret, plures quàm 30000. hominum ipsum eò secuti sunt.

Diem extremum claudit F. Angelus Potafolius Perusinus ex Ord. eodem D. Dominici; cum ad baptismum deferretur, lumen cœlitus in aère apparens, illum usque ad Ecclesiam præcesit. Concionibus suis ingentem numerum peccatorum & Hebræorum convertit. Episcopatum Grossetanum adeptus, eum virtutibus illustravit, & mortis suæ horam longè antè prævidit. Michaël Pius de vir illustrib. Ord. Domin.

Mortitur Joannes Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus Tarracoenfis, Regis Jacobi filius, & Alphonsi frater, vir insigni pietate, summâque sacrorum librorum literaturâ illustris.

Ruyzius Perez Maldonado, Magister Generalis Ordinis de Alcantarâ creatur.

Alphonfus Mendez, eligitur Magister Generalis Ordinis de Avis.

Mortitur Otto II. Episcopus Hildesienfis, ex familiâ Comitum de Woldenberg ultimus, per cujus mortem totus Comitatus diocesis Hildesienfis adjectus est.

Obiit Nicolaus Episcopus Verdunensis. Stephanus Hungarus Minorita, illustre inter Tartaros Martyrium subit.

Mortitur Bertrandus de Turre S. R. E. Cardinalis, Episcopus Tusculanus.

Barnimus III. Pomeraniæ Dux, Ludovici Electoris Brandeburgici exercitum prælio fudit.

Mortitur Henricus Archiepiscopus Coloniensis, ei succedit Walramus filius Gerardi Comitum Juliacensis, Cathedralis Ecclesiæ Canonici & Thesaurarius, Leodiensisque Præpositus, vir in Utroque Jure suo tempore doctissimus.

Adolphus Comes Palatinus Baviaræque Dux cum pluribus sibi adhærentibus bellum parat contra Baldevinum Archiepiscopum Trevirensis, hoc ut primùm Baldevino innouit, contractis copiis terram Comitum de Spanheim sibi viciniorum aggreditur, omniaque devastat. Castrum Sprendlingem obsidet, capit, destruit, villas incendit, spoliat, incolas fugat. Castrum Spanheim postremò fortissimâ obsidione vallat, in quo tunc erat filia Comitum de Falckenburg, uxor Simonis Comitum de Spanheim senioris, neptis ipsius Archiepiscopi Baldevini. Hæc videns imminens periculum, foras cum suis puellis egreditur, & provoluta pedibus Archiepiscopi, pacem ac misericordiam precatur & obtinet.

Annus Christi 1335.

Benedicto Papæ XI. Pontificalis corona imponitur.

Mortitur Hermannus hujus nominis II. Episcopus Herbipolensis, à singulari humanitate & eloquentiâ celebratus. Cui in Episcopatu succedit Otto II. à Wolffskeel.

Leopoldus ab Egloffstein Episcopus Bambergensis creatur.

Invitat ad unitatem Ecclesiæ Imperatorem Benedictus Papa, & Clerum reformatorem idem

idem diras contra Fratricellos renovat. Luchinum Vicecomitem, & Joannem ejus fratrem, Archiepiscopum Mediolanensem, Mediolani, aliarumque urbium quas possidebant, Vicarios instituit. Eandem quoque dignitatem Mastino Scaligero Veronæ & Vincentiæ, Philippo Gonzagæ Mantuæ & Regii, Albertino Carrario Patarii, Obicioni Atestino Mutinæ attribuit.

Ludovicus Bavarus Legatos ad eundem Papam mittit, renunciare titulo Imperatoris paratus.

Morabatur hoc anno apud pagum Ringeslaum Vintoniensis diocesis in Angliâ mulier quædam Joanna dicta, perditis Gulielmi cujusdam amoribus miserè irretita. Admonita est inter hæc per somnum à quodam, ut Gulielmum, quem libidinoso amore deperibat, inviseret; postridiè dum illusa mulier ad eum pergeret, in silvâ quâdam quam Wolmeciam vocant à quodam qui Gulielmi amatoris speciem referebat, oppressa est: quem postea dæmonem, quem incubum appellant, fuisse constabat. Reversa domum in lethalem morbum incidit, qui eam post triduum consumpsit. Domus illa fœdis & non ferendis odoribus oppleta fuit, corpus autem mulieris in teterrimam nigredinem conversum, adeoque gravi pondere subsidens, ut vix ab octo hominibus ad tumulum efferri poterit. Ex Thomâ Valsignano.

In Poloniâ tanta copia locustarum visa est, ut volantes solis aspectum hominibus adimerent, humi verò strata equorum ungulas altitudine superarent, quæ depastæ maturescentes segetes, angustiore annona fecere.

Ferdinandus Lopez Magister Generalis Ordinis de Alcantarâ creatur. Moritur eodem anno, & succedit Suerius Lopez.

Moritur Sophia Comitissa ab Henneberg, Henrici Comititis ab Ortenburg conjux.

Joannes Dux Duratius & Princeps Albanæ obiit.

In die Apostolorum Simonis & Judæ ventus immanis in partibus Cis-Rhenanis obortus, domos plures & arbores sine numero subvertit, ac infinita mortalibus damna intulit.

In Sueviâ lupi immaniter grassantur, pecora hominesque plures occidunt; ferebatur eos mox visibiles fuisse, subito autem sicut spiritus evanuisse.

PP. Dominicani à Ludovico Bavaro excommunicato Spirâ & Francofurto ad Mœnum expelluntur, eò quod ipsum excommunicatum denunciassent.

Annus Christi 1336.

Ludovicus Bavarus denuò mittit Legatos ad Benedictum Papam, petens absolutionem ab excommunicatione.

Bellum atrox inter Philippum Galliæ, & Eduardum Angliæ Reges concitatur, huic opem ferente Ludovico Bavaro. Gallo autem suppetias tulere Reges Bohemiæ, Scotiæ, Navaræ ac Siciiliæ; belli hujus præsentia præve-

runt Cometa ignitissimus, & ventus immanis in festo SS. Simonis & Judæ, qui in diversis mundi partibus adeò fortiter ærem commovit, ut multa Ecclesiarum & domorum etiam plumbæ tecta aliorum transfulerit.

Benedictus Papa Henricum Ducem Bavaræ supplicem, anathemate propter societatem Ludovici damnatum, exsolvit. Comitem Allobrogum ad pacem cum Duce Britannæ minoris ineundum auctoritate impellit. Petrum Archiepiscopum Upsalensem Regni Sueciæ Primatem renunciat.

Moritur Fridericus Rex Trinacriæ. Item S. Elisabetha Lusitanæ Regina.

Pax inter Aragoniæ & Galliæ Reges Papâ mediante stabilitur.

Humanis rebus eximitur B. Mauritius Ungarus ex Ord. D. Dominici, Regio sanguine oriundus, mirâ mansuetudine & sui contemptu emicuit, corpus durissimè habuit. Januis clausis domo quâdam exivit, & Ecclesiam clausis item foribus intravit. Eodem aliâ in Ecclesia orante, jacebat tunc fortè ibidem in feretro aliquis mortuus summo mane sepeliendus, hunc Sathan, ut Mauritium orantem perterrefaceret, adeò commovit, ut is surgere, & è feretro egredi cerneretur, sed tantum abest, ut Mauritium stimuleret, ut etiam intrepidè ad locum accesserit, & signo Crucis munitus per Jesu Christi nomen mortuo imperaverit, ne se amplius moveret, aut è feretro egredi tentaret, paruit defunctus & requievit. Claruit & aliis post mortem miraculis.

Floret pietatis & doctrinæ laude in Angliâ Richardus Stradlejus Abbas Ord. Cisterciensis. Scripsit

Commentarios in Evangelia lib. 4.
In Orationem Dominicam lib. 1.
In quosdam sacre Scripturæ textus lib. 1.
Homiliarum lib. 1.

Moritur Udalricus à Schoeneck Episcopus Augustanus.

Magnæ hoc anno exortæ sunt turbæ inter Daniele Episcopum Verdensem, & cives, ille ut vitæ suæ consulere, fugit Coloniam.

Diem obit Jottus Florentinus, pictorum suæ ætatis Princeps.

Ignis de cælo ut ferebatur decidens in Mechliniam Brabantæ oppidum, ipsum penè totum cum Ecclesiis & locis sacris absumpsit, paucis valdè domibus exceptis.

Obiit V. Valramus ex Comitibus de Veldenzia Episcopus Spirensis, vir optimæ conversationis. Post cujus mortem vacavit Sedes Episcopalis mensibus fermè tribus, propter mandatum Imperatoris Ludovici, tempus electionis faciendæ prolongantis. Eligitur postea Gerardus de Ehrenperg, vir prudens in agendis, & in utroque jure non mediocriter doctus.

In villâ Rezbach Præpositura Ordinis nostri ob miraculosam Deiparæ iconem erigitur.

Claret

Claret insigni vitæ sanctitate B. Silvester Congregationis Camaldulensis, contemplationis studio addictissimus, à lachrymarum inprimis dono commendatus.

Annus Christi 1337.

Papa Benedictus in reconciliandis Philippo Galliæ, & Eduardo Angliæ Regibus frustra laborat: idem Bononienses plures, qui Legatum ejus urbe ejecerant, & plures familiarium illius in frustra dissectos canibus ad devorandum projecerant, anathemate percutit, bonaque eorum publicari imperat, ac universæ civitati sacris interdicit.

Archiepiscopatu Toletano, Semeno Lunâ defuncto, Egidium Carrilium, virum spectatâ prudentiâ probitateque, præficit.

Aulam Pontificiam, ac quosdam Ordines Religiosorum reformat.

Ab initio mensis Junii, duo Cometæ apparent quatuor mensibus integris, ferè usque ad meridianam lucem singulis diebus conspecti, prænuncii calamitatum famis & pestilentiæ, quibus DEUS Italiam, Galliam, Germaniam punivit. Villan, lib. 11. c. 67.

Floret sanctitatis famâ Henricus Sufo Ordinis Prædicatorum. Ætatem quoque hanc illustant Agnes Ludovici Bavari filia, Monialis Monasterii Fürstenfeldensis. Nec non Joanna Caroli Valesii Regis Aragoniæ designati filia, Philippi Galliarum Regis soror, Monasterium Fontanellæ ingressa, utraque sub vexillo S. Benedicti Deo militans.

In Carthusianorum quoque Ordine fulgent Jacobus de Vивиaco dicti Ordinis Generalis, & Ludolphus Saxo.

Moritur Avenione Neapoleon Ursinus Romanus, Archiepiscopus Montis Regalis in Sicilia.

Sanguinem cælum depluit.

Judæi veneficiis & sacrilegiis sacras Hostias furto auferentes, eas furnis ardentibus injicientes, incudibus contudentes, variisque ladibriis afficientes, famâ detestandâ orbem replent, hinc per universas Germaniæ urbes conquiriti, in vincula dati, ignibus exusti sunt.

Locustarum immanis copia ex Oriente delata, Germaniam per triennium depascitur. Annal. Bojor. lib. 7.

Gonzalus Nunnus de Oviedo, Magister Generalis Ordinis de Alcantara creatur.

Moritur Hermannus IV. Comes Hennebergicus.

Gotius Battaglia, Arimini ex vetusta & illustri familia natus, Cardinalitiâ dignitate ornatur.

Angli arcem Dumbari in Scotia per sex menses frustra obsident.

Fatis concedit B. Tomassus Eremita Ordinis Camaldulensis, apud collem Stacciarium in Umbria, vitæ austeritate & miraculis clarus, aquam enim in vinum convertit, ægrotos plures, herniosos præsertim, prodigiöse curavit.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Obiit Henricus Placidus Dux Austria. Oliverius Salahadinus creatur Episcopus Nannetensis.

Vitam cum morte commutat Gulielmus Bonus, Comes Hollandiæ & Hannoniæ.

Fuit hoc anno frumentorum magna ubique caritas, hanc per totam Europam ingens famis & pestilentia subsecuta est.

Ingentia rursus diffidia inter Clerum & Cives Herbiopolenses exoriuntur, per annos aliquot duratura.

Ludovicus Imperator Monachii subsistens virum quendam nobilem Theodoricum de Schvvinburg ob edictum pacis violatum cum famulis quatuor capitis damnavit; ille pœnam excepturus, positus ad terram genibus Judicem rogavit, quatenus famuli per ordinem ante faciem ejus statuerentur, & ipse post omnes in ordine ultimus, essetque inter singulos distantia pedum octo, deinde ei caput in ultimo consistenti ordine amputaretur, & quotquot sine capite currens sibi ordine fervorum faceret posteriores, Imperatoris clementiâ vitâ donarentur. Delatum fuit petitioni: mirum! excepto ictu & capite amputato in terram non cecidit, sed in instanti surgens juxta singulos cucurrit fervorum, & ante novissimum modò cecidit. Res ad Cæsarem delata, & ipsum & plures vertit in stuporem, servis verò vita donata, & amor Domini laudatus fuit.

Annus Christi 1338.

Imperator, impediendo ut videbatur Gallo, nil à Pontifice impetrans, de novo fit hostis, & excommunicatur, exauctoraturque, quibusdam tamen Imperii Principibus adhuc partes ejus tenentibus, cum magna Imperii collisione.

Moritur Otto Austriæ Dux, Alberti I. Imperatoris filius.

Eduardus Angliæ Rex, cum Ludovico Bavaro fœdus contra Philippum Galliæ Regem sancit, imò sibimetipsi Regis Francorum titulum tribuit, utpotè nepoti ex Philippo Pulchri filiâ orto, pacem frustra suadente Benedicto Papâ, Cameracum verò frustaneâ obfisione tentat.

Licet sæva hoc anno fuerit in Angliâ hiems, in mense tamen Januario, ibidem salices protulerunt flores, rosas in quantitate & colore persimiles.

Petrus Trinacriæ Rex à Papa excommunicatur, eò quod Ludovico Bavaro contra Sedem Apostolicam adhæsisset.

In Polceca Diocesis Passaviensis oppido, Judæi consecratam hostiam repetitis ictibus gladio feriunt, quæ sanguinem undique stillat.

Didacus II. Magister Generalis Ordinis Militaris Calatravæ creatur.

Joannes de Messia Abbas Alnensis Cisterciensis Ordinis, cum Monacho Sacellano, à nocentibus innocens occiditur.

Corpus Sancti Hadelini Presbyteri Celenfis, cum collegio duodecim Canonicorum Viferum transfertur, tum propter tyrannidem Advocati loci, tum propter favorem Vifeti, de novo muro lapideo cincti.

Fridericus Archipræful Salisburgensis moritur, cui succedit Henricus de Piernbrunn, doctrinâ æquè ac genere nobilis.

Ingentem hoc anno Germaniæ ac Italiæ inferunt cladem locustæ, senæ illis erant alæ, dentes præduri, quibus quæcunque contingerent, consumebant, atra & fœda corporum fuligo; diros hos prædones sæva pestis secuta, etiam homines magno numero assumpsit.

Rudmarus de Heideck instituitur Episcopus Seccoviensis.

Ad Superos abit Beata Elisabetha Hungara, filia Regis Andreae tertii, Ordinis Prædicatorum, Thosæ in Helvetia, ingentibus corporis doloribus ac morbis, generoso animo perpeffis, à Deo per aliquot annos probata; ad sanctitatem ejus manifestandam coactus dæmon ex energumeno dixit, Venerabilem Reginam singulariter à Deo electam fuisse, magnæque in cælis gloriæ destinatam: tanti etiam esse meriti, ut in hora transitus sui Deum orando ingentem animarum prædam è purgatorii flammis ad cælum traheret; corpus ejus triginta post sepulturam ejus hebdomadibus non tantùm incorruptum, corruptis licet vestibus, sed & suavissimum exhalans odorem repertum est. Henschen. in act. SS. ad diem 6. Maji.

Bernardus Albi Episcopus Rutenis, Galus, Cardinalitiâ purpurâ decoratur.

Rainhardus Geldriæ Dux, ob fugatum Episcopum cognatum suum, in Leodiensibus bellum parat, prælio factò plus quàm novem millia ex parte Leodiensium cecidisse perhibentur.

Copiæ Episcopi, civiles Herbipolensium apud Ochsenfordium in conflictu vincunt.

Claret in Italia Dantes Florentinus Poëta & Philosophus insignis.

Mandato Benedicti Papæ XII. constitutio illa Papæ Clementis V. de usuris, quæ incipit: *Ex gravi*, per totum penè Christianum orbem in Scholis & Gymnasiis fuit publicata, quæ magnam Judæis persecutionem in diversis mundi partibus suscitavit.

Annus Christi 1339.

Locustarum ingens copia Franconiæ agros depasta, magnam causat annonæ caritatem.

Isabella Luchinum Vicecomitem Mediolanensium Præfectum, maritum suum, lento veneno è vivis tollit.

In Aragonia Concilium Provinciale celebratur.

Victoriam insignem ex Mauris referunt Hispani, cæso Albomelico Principe; Maurorum ad decem millia precepta, Christiani castris hostium impedimentisque potiti sunt;

ad dicti Principis necem vindicandam quingenta millia Maurorum in Africa arma cepessunt.

Nunnius Alcantaræ Magister, multis criminibus appetitus, verè an falso ne facile dixerim, Madritum tamen in jus à Rege vocatus, diffidentiâ causæ, an Eleonora Gufmanæ fraudibus, potentiaque an par esset veritus, Regium Imperium contemnere visus est; scelus scelere cumulatam, Granatensi Maurorum Regi se se adjunxit.

Classis Aragoniæ Præfectus ad Algezira littus exscensione factâ, in tumultuaria pugna sagittæ ictu confoditur. Socii cum classe quasi infaustam militiam averfati, se se retulerunt in patriam.

Tenorius Præfectus, quasi culpâ suâ stetitset, quòd Albohacenus universas copias Maurorum impunè ad Algeziram exposuisset, proditiõnis à populo accusatus, non potens ferre contumeliam illatam, feroci animo cum universâ classe hostium dimicare ausus, insignem cladem accipit, perit ipse, classis Regia oppressa, quinque tantùm triremes celeri fugâ Tariffam evaserunt.

Ludovicus Bavarus relicto Eduardo Anglo, fœdus cum Philippo Galliarum Rege init.

Ad cælos emigrat Beata Maria Veneta tertii Ordinis Divi Dominici, quæ se in mira vitæ austeritate exercuit: in mortis articulo, ubi plurimos Sanctorum sibi apparentes aspexisset: *O quam pulcher cæus cælestium: eja, eja quoque tu mea anima ad cælos properare perge*; aliquoties exclamavit. In vultu defuncto, Angelica quadam venustas emicuit, & ab universo corpore suavissimus odor exhalavit. Michaël Pius de Feemin. illustr. Ord. S. Dominici.

Stephanus Gonzalez Magister Generalis militiæ Jesu Christi creatur.

Angli post quatuor mensium obsidionem Scothis Perthum tradere coguntur.

Oecumenicum Florentiæ Concilium celebratur.

Joannes Incontrius Eremita sacre silvæ Llicetanæ propè Senas mortalitatem exiit, magnam post se relinquens famam sanctitatis.

Florent Paulus de Leazaris, & Oldradus de Laude, seu de Ponte Laudensis, insignes Canonistæ, quibus addendus Lappus, S. Miniati Abbas.

Baldevvinus Archiepiscopus Trevirorum magnam pecuniæ summam mutuò dans Eduardo Angliæ Regi, pro pignore coronam ipsius Regiam accipit.

Prælio commissò inter Gallos & Anglos, ex illis 10000. cadunt, cæsa ingenti Nobilitatis Gallicæ parte.

Suicienses, Bernæ plures civium trucidant.

Udalricus Comes Wirtenbergicus ex hastiludio redux, à quodam Nobili Equite de Vinstingen prope Bensfeldiam intercipitur, & pro sui liberatione detentoribus immanem pecuniæ summam numerat.

Chri-

Christianorum exercitus Saracenorum Maurorum 10000. occidunt, & totidem in captivitatem ire compellunt.

Annus Christi 1340.

DE possessione Siciliae grave bellum inter Robertum & Petrum Reges geritur, inter eos ut Benedictus Papa pacem componeret, Robertum Constantinopolitanum Patriarcham & Episcopum Vasionensem Legatos ad Petrum misit; hi cum à Messanensibus missilibus & machinis repulsi essent, diplomate Pontificio ad littus relicto Siciliam totam diris execrati sunt.

Idem Papa pauperibus Romæ annonæ penuriâ laborantibus frumento providet, quod & per Laudunensem & Noviomensem Provinciam fecit.

Eduardus Angliæ Rex Gallicam classem ad Clusas superat. Tornacum obsidet, post decem autem septimanas obsidionem solvit, & annitente Papâ induciæ inter utrumque Regem ad duos annos prolongantur.

Tartari à Russis in Poloniam evocati irrumpunt, & promiscuè in sacra virosque religiosos sæviunt.

Quadringentis Maurorum millibus cæsis captisque, Christianus iterum Hispanorum exercitus triumphat; è Christianis ultra viginti non sunt desiderati.

In India Orientali vitæ sanctitate, magnæque miraculorum gloriâ refulget Pater Philippus Scevani ex Ordine Divi Dominici: Sacerdotio initiatus, cum primùm sacris operaretur, ab Angelo præparatam hostiam accepit, & duobus à terra in aère cubitis elevatus adstantibus apparuit, quadragesimali tempore jejuniis strictis servare solitus, singulis diebus ab Angelo vasculum mannae, quâ solâ reficeretur, accipiebat, idem pro triginta viris famelicis ab eodem Angelo precibus suis impetravit, duos mortuos resuscitavit; Regem concubinarium verbis corrigens primò in exilium eiectus, secundò idem faciens, vestibus spoliatus ad mortem usque cæsus est. Quo in cælos abeunte, Angelorum in aère contentus auditi sunt, ejusque corpus suavissimum odorem spiravit. Bzovius in annal. ad ann. hunc.

In Italia Secta Flagellantium à pellice cujusdam Presbyteri cœpit, quæ unâ cum ipso in carcerem detrusa, ignibus postea damnata fuit. Bernard. Cor. Hist. Mediolan. part. 3.

Apud Batavos sanctitatis famâ celebratur Beata Gertrudis ab Oosten, quæ hoc anno, ipsâ sanctâ Parasceves die, vulnera Christi suo corpori sensit impressa. Unde multis diebus quotidie septies manavit sanguis.

Diem claudit extremum Mathæus Ursinus Sacre Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Episcopus Sabinensis, ex Ordine Divi Dominici, sanctitatis, doctrinæ & integritatis laude præstans.

Miserandum incendium flagrat Spiræ, Monasterium Augustinianorum, unâ cum R. P. Brentano Epitome Chronolog.

tribus Fratribus flammâ absumptis, cæteraque ædificia contigua strætæ publicæ igne vastantur.

Moritur Bertholdus X. Comes & Princeps Hennebergicus.

Ingens carptionum copia ex Hungaria Danubio ascendens, incolas Bavaræ ad paucam penè satiat.

Decedit Bernardus Comes Lippiæ, Episcopus Paderbornensis.

Floret Joannes Andreae filius, Bononiensis, Jurisconsultus Doctissimus, dictus Lucerna Juris: Scripsit utilissimè ad Decretales. Item de Ordine & Processu Judiciali. De sponsalibus & matrimonio. Ad regulas juris in 6. & Additiones ad Speculatorem.

Eodem anno floret Federicus Senensis, Scribens in libr. 3. Decretalium, & de beneficiorum permutatione: de materia Quartarum: insuper Consilia & Disputationes.

Blanca Comitissa Ponthivii, filia primogenita & hæres Joannis Comitis Aimalienfis, Joanni V. Harcurtii Comiti nubit.

Lues per totam Germaniam sævit, famæ quoque magna fuit in omni terra.

Baldevinus Trevirorum Archiepiscopus contra Comites quosdam bellum gerit, eorumque ditones vastat.

Moritur Coloniae Simon de Spira Ordinis Carmelitani, SS. Theologiæ Doctor excellens, scripsit super sententias lib. 4. Contra Judæos lib. 1. In diversos S. Scripturæ libros Commentarios, & Sermones varios.

Claruit his quoque temporibus Conradus de Monte Puellarum Canonicus Ratisponensis, scripsit super sententias libros quatuor. Opus Oeconomicum libris tribus. Monasticum libro uno.

Henricus quoque de Firmaria Ordinis Eremitarum Sancti Augustini tempora hæc doctrinâ suâ illustrat. Scripsit super sententias lib. 4. In Cantica Cantorum lib. 1. De decem præceptis lib. 1. Epitomen seu brevium Collationum SS. Patrum Joannis Cassiani lib. 24. De incarnatione verbi lib. 1. Super Orationem Dominicam & Salutationem Angelicam lib. 2. De perfectione hominis lib. 1. De quatuor modis intelligendi Sacram Scripturam lib. 1. De quadruplici instinctu lib. 1. De septem vitiis capitalibus lib. 1. Sermones de tempore & Sanctis lib. 2.

Hermannus de Schildis ejusdem Ordinis reliquit varia ingenii sui præclara monumenta: nimirum de subjecto & divisione Philosophiæ Opus metricum. De vera & falsa religione lib. 1. De horis Canonicis lib. 1. De quinque sensibus lib. 1. Opus insigne de Sanctis. De confessione peccatoris Sacramentali lib. 1. Commentariorum in Genesim lib. 1. Contra hæresin flagellantium lib. 1. De mansionibus lib. 1. Sermones de Sanctis & tempore multos.

Cometa novus apparet hoc anno, pestis per Germaniam & Italiam prodromus.

Sueciam illustrat Beatus Gerekinus Monachus de Alvastra Ordinis Cisterciensis, orationis studio ferventissimus, sub quo novem

Angelorum Choros quasi continenter intueri meruit, uti & Christum sub elevatione puerili formâ crebrò conspexit.

Annus Christi 1341.

Conradus Inquisitor hæreticæ pravitatis, Ordinis S. Dominici. Pragæ à sicariis immaniter trucidatur; Bzovius testatur multis eum post mortem miraculis claruisse.

Catharina Zœlnerin à Brand, Virginum Cœnobium Ordinis D. Claræ Bambergæ condit.

Mediolanenses ad exemplum plurium Italiae civitatum à Ludovico Bavaro ad obedientiam Sedis Apostolicæ redeunt, & à censuris absolvuntur; impositum tamen pro pœna ipsi à Papa est, ut duo Oratoria titulo D. Benedicti Abbatis, alterum in Ambrosiana, alterum in Divæ Dei parentis Basilicâ extruerent, ornarent, ditarent, Sacerdotia perpetua instituerent, inque solennitate anniversariâ Divi Benedicti solenni sacro unâ cum urbis Præfide & Senatu populoque Mediolanensi interessent: nec non duobus millibus pauperum, panes singulos 12. unciarum, in singulos egenes perpetuò distribuerent.

Nankerus Wratislaviæ in Silesia Episcopus religiosissimus, & continentissimæ vitæ, veneno è vivis tollitur, cui Papa successorem dedit Prædislaum Pogorelecium.

Magnificentissimum Avenione struit palatium Papa Benedictus, & Tartaros Armeniosque ad fidem vocat.

Andronico Orientis Imperatore mortuo, invadit Imperium Joannes Cantacuzenus, Joanne Andronici filio submoto.

Naturæ concedit Dalmatius Moner Ord. D. Dominici, vir doctus, verè humilis, corporis sui castigatior acerrimus, nec non miraculorum gloriâ insignis; multa spiritu Prophetico prædixit, quinquagenarius defixis in Crucifixi imaginem oculis sancto sine quiete, & multa statim miracula à morte egit, cum & supra speluncam pœnitentis lux cœlestis apparuisset, & multis gloria animæ illius revelata fuisset. Franciscus Diagus in Historia Provinciæ Aragoniæ Ordinis Prædicatorum.

Integritatis laude circa hæc tempora floret Ivo, eruditissimus Juris Consultus, qui præter doctrinam & eloquentiam singularem, mirâ etiam pietate ac misericordiâ in pauperes usus, Advocati pauperum nomen promeruit, deinceps post mortem etiam miraculis illustris.

Moritur B. Robertus Cœlestinus illustre Ordinis Benedictini fidus; eo prægnans mater sphaeram sibi visa gignere quæ orbem universum cingeret; claruit insigni miraculorum gloriâ, quæ inter mortuum resuscitavit.

Vivis valedicit Lupoldus ab Egloffstein Episcopus Bambergensis, Princeps doctus, scripsit de juribus Regni & Imperii Romanorum: Tractatum de zelo & constantia

erga Catholicam fidem Dei que Ministros veterum Principum Germaniæ & Galliæ.

Moritur Rupertus Comes Palatinus Rheni Bavarique Dux.

Celebratur Colonia à Nobilibus ludium seu Torneamentum. Præ cæteris Comes de Isenburg & Stephanus de Oerbeck oculos spectantis populi in se converterunt. Postremò congregientes memoratus Comes dictum Stephanum impulsu hæcæ fortissimo feriens in equo sedentem occidit, tam verò tenax equo infederat suo, ut etiam mortuus non solum non caderet, sed penitus sederet erectus, quousque familiarium suorum manibus depositus, & in feretrum locatus est.

Obiit Georgius Comes de Veldenzia, vir optimæ vitæ.

Annus Christi 1342.

Moritur Benedictus X. aliis XII. Pontifex Summus, postquam sedisset annis septem, mensibus quatuor, diebus sex. Succedit Clemens VI, Lemovicensis Gallus; Abbas Fiscan. qui statim Hispaniæ & Christiani in Oriente subsidia mittit.

Wratislavia ob necem Joanni Schvvenckfeldio Sancti Dominici alumno, viro devotissimo, hæreticæ pravitatis Inquisitori, illatam prodigioso incendio in cineres redigitur: quo tempore visus est super urbem Angelus strictonse terribilis cum focis, qui ardentes prunas in urbem cœlo effuderunt.

Diem obit Robertus Siciliæ Rex, succedit Joannes.

Instituitur Pragensis Universitas.

Alphonfus Castellæ Rex Algezarum obfidens, ab emissariis Maurorum læpius ad necem quæritur, sed protegente Numine eorum insidias invadit.

Genuensium undecim triremes Alphonso in auxilium missæ novem onerarias & tres rostratas Boniacobi Mauritani Regis adortæ, post longum atque atrox certamen easdem profligant, & mox decensione factâ, exercitum terrestrem Christiani milites Itali invadunt, ac insignem victoriam cum ingenti præda referunt. Petr. Bizarus Histor. Genuens. lib. 6.

Decedit Boleslaus Princeps Brigenis ac Lignicensis.

Joannes Patriarcha Constantinopolitanus, pueri Imperatoris & Annæ ejus matris tutelâ susceptâ, invasorem Imperii Cantacuzenum anathemate ferit.

Defuncto Martino Edessenorum Archiepiscopo, Papa Joannem Davidem Armenum ex Monacho Archiepiscopum sufficit.

In vivis esse desit Amadeus ejus nominis V. Comes Sabaudiz.

Spiritum cœlo hoc anno etiam reddidit Simon Saltarellus Pisanorum Archiepiscopus, ex Ordine D. Dominici, vir omnium memoriâ dignissimus.

Obit

Obit apud Vissegradum Carolus Ungariæ Rex, Regni successorem habens Ludovicum filium.

Ciccus Asculanus, qui hæc ætate inter Astronomos excellentissimus habebatur, quia Joannæ Caroli Ducis Calabriae filia fata prædixerat, ab Accursio Inquisitore criminis convictus, extremo supplicio afficitur.

David Brussius Scotiæ Rex, cum conjugè, ejectis Anglis in Regnum ex Gallia redit.

Obiit B. Martinus Solitarius Genuæ in Liguria; ad cujus tumulum nocturno tempore cœlestes ignes sunt visi, corpusque ejus effossum suaviter redolens & incorruptum repperitum est.

Circa hunc annum Toleti cum sanctitatis fama obit Herveus sive Hermeus ex Ordine Minorum.

Petrus de Pireto creatur Episc. Mirapicensis.

Die 23. Januarii primâ horâ noctis in Suevia horrenda tempesta contigit, terrifica fuere tonitrua, fulgura & coruscationes, quibus in ætatis medio similia non fuerunt; grando simul & pluvia tanta, ut homines diem mundi adesse supremum putarent.

Claret Wilhelmus Abbas Monasterii S. Victoris propè Massiliam Ordin. Sancti Benedicti, Doctor Canonum insignis, quem propter magnam ingenii sui vivacitatem, & in agendis prudentiam Clemens Papa VI. cum aliis novem vitiis æquè doctissimis Sacræ Ecclesiæ Romanæ Cardinalem creavit.

Die vigesimâ primâ mensis Julii maxima fuit Mœni fluvii apud Francos Orientales exundatio: Herbipoli usque ad gradus Cathedralis Ecclesiæ ascendit, pontem pretiosum lapideum inter civitatem & suburbanum cum muris & turribus cunctis destruxit, muros quoque urbis ab Occidente subvertit, & plures in civitate domos funditus evertit. In agris quoque, pratis, hortis atque vinetis inundatio hæc infinita mortalibus damna intulit, multasque pauperum casas in villis cum omnibus Mœni pontibus evertit: ex præcedente nimia pluviarum copiâ aliæ aliis in Provinciis fluviorum similes exundationes factæ sunt.

Annus Christi 1343.

Moritur Joannes IV. Episcopus Pragensis.

Fridericus Comes ab Hohenlohe Episc. Bambergensis creatur.

Expetens rursus confirmationem Ludovicus Imperator, cum non nisi resignato in manus Papæ Imperio offerretur, & renueret, denuo excommunicatur.

Sanctia Roberti Regis Siciliæ defuncti vidua, S. Claræ habitum & institutum Neapoli assūmit.

Elisabetha Ungariæ Regina Romam veniens, honorificentissimè excipitur, largissimaque ibidem Ecclesiis donaria relinquit.

Moritur Henricus Lincolnensis Episcopus.

Alphonfus Castellæ Rex Maurorum classem numerosam ad Septam dissipat.

Cerveræ in agro Urgelitano infans gemino capite, quatuor cruribus natus erat; prodigium unde perniciousis rebus portendi superstitioso homines ingenio sibi persuaserant, infantis cæde avertruncari placuit, vivus proinde sepultus. In parentes, quoniam iis volentibus factum erat, parricidii lege actum est. Mariana de reb. Hispan.

Joannes Cantacuzenus ad stabiliendum sibi Orientis Imperium, Turcas in exilium vocat, ad quorum vires infringendas Clemens Papa sacrum fœdus cum Rege Cypri & Venetis, Equitibusque Hierosolymitanis init. Dicitur Cantacuzenus Adrianopoli coronam sibi imponi permittit, & Constantinopolim postea adveniens, Helenam filiam Joanni Palæologo desponsat, Imperiique consortem declarat; è contra Joannem Patriarcham eicit, & Isidorum Monachum Patriarchatu insignit.

Moritur Tuscanâ Veronensis miraculis carissima; inter cætera tres mortuos vitæ reddidit: antequam exspirasset, Angelicâ visitatione recreata in febrem incidit, & tum vocem de cœlo delapsam audivit quæ invitabat: *Veni Sponsa Christi Tuscanâ, accipe coronam, quam tibi Dominus preparavit in æternum*, in hac voce exspiravit.

Neapolis horrendo terræ motu concutitur, omnesque ferè in portu naves à sævientelittore submerguntur.

Petrus Alphonfus Pantoja Magister Generalis de Alcantara creatur.

Mortalitatem exiit Henricus Archiepiscopus Salisburgensis. Ei in dignitate succedit Ortolfus à Weisseneck Stirus, vir generosus & magnificus.

Diem obit Romæ Angelus de Tineosis, Episcopus Viterbiensis.

Nicolaus de Resia ex Episcopo Lemovicensi creatur Cardinalis.

Ad Superos abit B. Gregorius Ordinis Eremitarum S. Augustini, octo & decem annis centenari major; mortui corpus mulæ indomitæ impositum, campanis ultrò sonantibus Veruculum, nativitatibus suæ locum defertur.

Ad cœli quoque patriam migrat B. Nicolaus Albergatus S. R. E. Cardinalis & Episcopus Bononiensis ex Ordine Carthusiano.

Franciscus Tudertinus creatur Episcopus Florentinus.

Stanislaus Guardianus & plurimi Fratres, Leopoli à Tartaris occiduntur.

Petrus Siciliæ Rex moritur. Obiit eodem hoc anno Reinhardus primus ex Comite Dux Geldriæ magnanimus & bellicosus, duos relinquens filios, Reinardum primogenitum & Eduardum.

Magna oritur dissensio inter Austriæ Duces & Comitem Wirtenbergicum, propter quædam oppida & dominia, quæ Comes quidam de Schelklingen Austriæ præfatis Ducibus venderat, in quibus memoratus Comes Wirtenbergicus se non nihil juris habere contendebat.

Annus Christi 1344.

Fridericus Dux Austriae praematurâ morte vivis eripitur.

Ludovicus Bavarus in contumacia confitens, Francofurti ad Moenum Comitibus assentibus, contra Clementem Papam cogit; qui eundem verò denuò excommunicat, & deponit.

Magnis victoriis Christianorum illustrissimus annus. Smyrna à nostris capta, Turcis à filio Regis Cypri, Tartaris ab Ungaris, Scythiis à Genuensibus, Mauris ab Hispanis profligatis.

Rex Balearum Insularum, vi armorum ab Aragoniae Rege coactus, ex suorum suasionem se illi dat, cum spe regni retinendi, Aragonius verò ipsi Regium nomen honoremque aufert, nec nisi annuum vectigal assignat, undè vitam sustentaret; spe ergò suâ delusus, Papae Clementis opem implorat, venditque Galliae Regi Montis-Pessulani Principatu, arma in Aragonios infeliciter parat.

Ulyssippo ingenti terrae motu concutitur, cum magna domuum jactura, & fornacis templi maximi collapsione.

Eduardus Angliae Rex Ordinem Garteriorum instituit; ejus Equites utuntur pallio caeruleo, crus sinistrum parùm infra genu corrigiâ fibulatâ gemmis & auro ornatâ cingunt.

Clemens Papa, Joannae, Caroli Ducis Calabriae filiae, Regnum Siciliae jure fiduciario concedit, juramento ab illa praestito, Legatum suum à Regni administratione idem avocatur.

Ceccani, & Annibaldi Episcopi Tusculani nepotes ad invicem dissidentes, ferro & igni totam maritimam & Campaniam in Italia Provinciam defœdant.

Sanctius Suarez, Magister Generalis Ordinis de Avis creatur.

Diem obit Nicolaus à Kentzingen Episcopus Constantiensis, verè pater pauperum, quorum tempore caritatis annonae ad 3000. indiès pavit; succedit in sede Episcopali Udalricus.

Mortalitatem exiit Henricus V. Episcopus Aichstadiensis; item Ulpho Princeps Neiritiae in Suecia, maritus S. Birgittae.

Jordanus Curti Ordinis Minorum creatur Episcopus Triventinus in Italia. Joannes Vicecomes, Archiepiscopali tiarâ Mediolani decoratur.

Wilhelmus d'Aufonne Episcopus Cameracensis, Augustodunensem simul Cathedralam Episcopalem adipiscitur.

Reinherus Comes de Westerburg homo savus & contemptor bonorum, in odium Baldevini Archiepiscopi Trevirorum, conjunctis sibi latronibus multis, rapinas & incendia per terras Ecclesiae publicâ incursione patrat, quibus motus Archiepiscopus contraxit exercitum, & castella ejus Schadeck & Creutzenau obsedit, cepit, & ditioni suae subjecit.

Moritur Udalricus Comes de Wirtemberg, duos relinquens filios, Udalricum & Eberhardum.

Clemens Papa missis in Germaniam Le-

gatis, Crucem contra Turcas praedicari facit.

Magna rursus inter Episcopum Herbipolensem ejusque cives oritur dissensio, ipso partes Summi Pontificis, istis Ludovici Imperatoris excommunicati sequentibus; quae tamen hoc adhuc anno sopitur. Sicut & illa quae inter Archiepiscopum Moguntinum & Comitem Palatinum Rheni emerferat.

Annus Christi 1345.

Moritur Leopoldus secundus, Dux Austriae.

Similiter Otto secundus Episcopus Herbipolensis, expleto optimi Praefulidis & Principis per decennium officio: prima illi cura fuerat Episcopatum aere alieno ab antecessore contracto exsolvere, plura oppida & urbes Ecclesiae suae acquisivit. Judicia utriusque fori, facti & saecularis, inter civiles tumultus saepius perturbata, optimis sanctionibus ordinavit, ipse judicio Provinciali praesidere solitus. Successit eidem hoc eodem anno Albertus ab Hohenlohe summæ ædis Praepositus.

Ex pessimo consilio quorundam Siciliae Regnum ambientium, Joanna Regina, Andream Caroli Regis Hungariae filium, maritum suum, laqueo praefocari jubet, & ad fenestram suspendi: cadaver in horto fenestris subjecto aliquantum insepultum ad ludibrium jacuerat, neque quicquam Joannae de illo sepeliendo decreverat. Ursus Minutolus Canonicus Neapolitanus miseratione motus, illud aere collato Neapolim transtulit, & in Cathedrali Basilica, in oratorio Divo Ludovico dicato deposuit; diutius in ignobili sarcophago jacuerat, donec Franciscus Capicius Abbas ei tumulum candido-marmoreum erexit, cui sequens inscripsit Epitaphium.

ANDREAE CAROLI UBERTI PANNONIAE
REGIS FILIO

NEAPOLITANORUM REGI
JOANNAE UXORIS DOLO ET LAQUEO
NECATO

URSI MINUTOLI PIETATE HIC RE-
CONDITO

NE REGIS CORPUS INSEPULTUM SE-
PULTUMVE FACINUS POSTERIS
REMANERET

FRANCISCUS BERARDI FILIUS CAPI-
CIUS TIT. NOMENQUE

MORTUO ANNORUM XIX.

M. CCC. XXXV. XV. KAL. OCTOB.

Paulò ante piissimè obiit Sancia Regina,
Roberti Siciliae Regis vidua, S. Clarae Ordinem professa.

In sumptus belli Orientalis Clemens Papa decimationem triennalem omnium fructuum in Gallia, Anglia, Hispania & Italia omnibus Ecclesiasticis imperavit,

Mori-

Moritur B. Peregrinus ex Ordine Servorum Mariae, vir mirae patientiae.

Rebus quoque humanis eximitur Panorami Gerardus Valentinus ex Ordine Divi Francisci, vir insigni sanctitate, qui oratione plures aegrotos sanavit, ampullam fractam integritati restituit. Hist. Francif. p. 2. lib. 9.

Eodem anno & ex eodem Ordine ad caeli gaudia evocatur Algotus.

Infeliciorum vitae finem fortitus est Joannes de Monteforti in Gallia, qui impos mentis animam efflavit, apparentibus ipsi in ipso excessu daemionibus; tanta siquidem eorum copia aedibus morientis insedit, quantam esse in Gallia nemo judicasset.

Ast numerum caelitem auxit Jacobus Gerius Ordinis Camaldulensis, vir mirae patientiae, cujus animam in caelos conscendentem Angeli comitati, se videndos Sylvestro & Paulae Camaldulensibus exhibuerunt. Ad patrem caelestis gloriae participationem evolavit Gerechinus Ordinem Cisterciensem professus; qui hanc à Deo gratiam obtinuerat, ut novem choros Angelorum quasi continuè in oratione videret, & in elevatione Sacrosanctae Hostiae Christum in specie pueri sibi dicentem: *Ego sum Filius Dei, & Filius Virginis*, saepius audiret.

Rodericus Jannez, Magister Generalis militiae Jesu Christi creatur.

Moritur Guilielmus Testa Episcopus Condomiensis.

F. Joannes à Monte-Politiano, Ordinis Minorum, Cayri Babyloniae à capite deorsum per medium discissus, lauream Martyrii adipiscitur.

Armanovus creatur Archiepiscopus Burdigalensis.

Henricus infans Monachii, sexto Calendas Julii excruciat & crudeliter necatus est: qui dies erat Sabbathum post ferias, quae Christo triumphanti inferos caelumque ascendenti celebres sunt: corpus venis excisis, sexaginta vulneribus cultello confossum, in agro extra moenia repertum in urbem transfertur, funus omni honore atque apparatu celebratur.

Anna Comitissa Sabaudiae, Andronici III. Imperatoris Constantinopolitani uxor, moritur. Wilhelmus II. Hannoniae Comes à Frisonibus occiditur.

Decedit Goëtius Battaglia de Ariminis, S. R. E. Cardinalis titulo S. Priscae, & Patriarcha Constantinopolitanus.

Imperatrix, Ludovici uxor, praefati Wilhelmi Haanoniae Comitissae occisi soror, magno cum exercitu intrat Hollandiam, Ducemque Brabantiae Provinciam Hollandiae ad se trahere conantem abire re infecta cogit, & filium suum Wilhelmum Dominum terrae illius constituit.

Ad caeli gaudia evocatur B. Jacobus Gerius Monachus Camaldulensis, in cujus transitu BB. Sylvester & Paula Angelorum solennem Musicam exaudierunt, & Jacobo triumphum gratulati.

Annus Christi 1346.

Petrus Teutonicus ex Ordine Minorum, declaratur Episcopus Pattianae civitatis in Sicilia.

Apud Rensium solenni Principum Conventu Carolus IV. Imperator contra Ludovicum salutatur: iste interim quosdam Principes sibi addictos Spiram evocat, & in Superiore Germania dominium stabilire constituit, hinc magnam secutum est inter Germanos schisma, quibusdam Ludovicum, aliis verò Carolum sequentibus.

Eduardus Rex Angliae memorabili praelio Philippum Galliae Regem superat; succubuit in eo Joanens Bohemiae Rex, partes Philippi secutus, occidit & Carolus Alenconii Comes, Philippi Regis frater; ipse Rex vix fugâ evasit. Undecim Principes, octoginta Barones, 1200. Equites, & plus minus triginta millia ex gregariis Gallis sunt desiderati, stragem hanc Caleti deditio secuta est.

Post occupationem urbis Chio Simon Vignosius Ligusticae classis Praefectus, ingressum in civium praedia militibus edicto interdixerat; verum, unicus ejus filius Franciscus nomine, qui nondum ex ephelis excesserat, paternam indulgentiam se se adversus edicti severitatem factis munitum ratus, cujusdam civis fundum ingressus, nonnullos uvae racemos secum deportavit, qui proinde ab indigenis, utpotè incognitus deprehensus est, & ad Praefectum adductus. Et si verò, ubi primum ejus esse filium intellexerunt, ipsi unâ cum Primoribus totius exercitus apud eum multis ac demissis verbis instarent, ut hoc teneret aetati condonaret; nullius tamen precibus locum reliquit; sed statim illum, racemis collo ad majorem ignominiae notam suspensus, palam virgis caedi, totaque urbe circumduci iussit; memorabili sanè, rigidi ac invicti animi exemplo. Bizam. Hist. Genuens. lib. 6.

Deodatus Gozo unus ex nobilibus Equitibus Rhodiis, immanem draconem, mortaliū plurimorum nece jam satiatum, astu & fortitudine sternit: de qua re plura vide apud Bzovium ad hunc annum.

Fures sacram hostiam cum ferculo suo aereo inaurato noctu sublatam apud Cracoviam, in cœnosam paludem abjecerunt. Mox locus crebris ignibus atque faculis, per dies noctesque aliquot collustratus est, donec illa per Episcopum cum solenni pompa eò unde ablata, relata fuit. Cromer. Hist. Polon.

Moritur B. Venturinus Bergomas ex Ord. D. Dominici, miraculis ante & post mortem gloriosus.

Fernandus Perez Ponce de Leon Magister Generalis Ordinis de Alcantara creatur.

Davi' Comes Rossiae, Reginaldum, Abudaru Regulum, veterem inimicum, septemque Comitum ejus nobilissimos, noctu ex insidiis aggressus interemit.

Guilielmus de Agrifolio ex Monacho Benedictino fit Archiepiscopus Caesaraugustanus.

Petrus de Juge sive Judicis, Clementis VI. ex sorore nepos, è Caesaraugustano Archiepiscopo fit Narbonensis.

Obiit Avenione B. Guillelmus ex Ord. Cisterciensi, S. R. E. Cardinalis & Episcopus Albiensis

Albienſis. Similiter Joannes Baco, ſive Baccandorpius, natione Anglus, ex Ordine PP. Carmelitarum, Theologiæ Doctör, & Provincialis, inter plura ingenii ſui monumenta poſteris reliquit Commentaria, ſeu quæſtiones ſuper quatuor libros Sententiarum. Compendium Legis Chriſti. Quodlibeta.

Clemens Papa apud Avenionem in Conſitorio publico de conſilio & aſſenſu Cardinalium Henricum ex Comitibus de Virneburg, Archiepiſcopum Moguntinum, citatum, & non comparentem, per ſententiam deponit, & loco ejus Gerlacum Comitem de Naſſau, Archiepiſcopum conſtituit, unde octo annorum ſchiſma in Moguntina Eccleſia ortum eſt, cum uterque ſe pro Archiepiſcopo gereret.

Inter Reinhardum Geldriæ Ducem & fratrem ejus Eduardum graviffima hoc anno exorta eſt diſſenſio, quæ in magnum totius Principatûs ceſſit detrimentum; ſæpius namque inter ſe pugnantibus multi ceciderunt in ore gladii, villæ manſerunt abſque habitacionibus deſertæ, deſtructa igne caſtella, & terra colonis aut interfectis aut fugâ lapſis, ſuam inculta ſterilitatem deplorabat.

Quintâ decimâ die menſis Septemb. & diebus quinque immediatè præcedentibus, magnum frigus & gelu incidit, ex quo vineta per Franciam Orientalem, Sueviam, Auftriam &c. graviter ſunt læſa, hinc maxima vini penuria ſubſecuta eſt.

B. Michaël Aretinus Ordini Vallumbroſano Generalis præficitur.

Annus Chriſti 1347.

Mors familiam Comitum de Schließelberg, à longis ſæculis propagatam, extinguit.

Romæ Nicolaus Gabrinus Scriba publicus, Capitolium cum armatis hominibus conſcendens, libertatem populi Romani aliquoties conclamavit, & factò concurſu promiſcuae plebis, Senatores urbis Capitolio ejecit, illudque ipſe occupavit. Poſtea Tribuni Romani inſignia aſſumpſit; hoc porro uſus titulo: *Nicolaus Candidatus Spiritûs Sancti miles, & Clemens, libertatis, pacis, juſtitiæ, Tribunus, Sacra Romana Reipublica liberator illuſtris urbis, Zelator Italia, amator orbis, Auguſtus Gabrinus.* Eò audaciæ proceſſit, ut Carolum Romanorum Regem jam inauguratum, & Ludovicum Bavarum de jure Imperii armis decertantes ad ſubſellia ſua evocârît: ſed cum dictum Carolum arma contra ſe ſumpturum agnovit, mutatâ veſte, nocte intempertâ auſugit.

Clemens VI. Ivonem Sanctorum catalogo adſcribit. Ravennæ Archiepiſcopum creat Fortanerium Vaſſelli Generalem Miniſtrum Ord. S. Franciſci.

Ludovicus Hungariæ Rex Andreæ fratris necem ulturus, cum exercitu in Italiam, contra Joannam Siciliæ Reginam, quæ nunc Ludovicum Sobrinum, Roberti dicti Imperatoris Conſtantinopolitani ſecundò genitum, maritum duxerat, movet.

Dolonus Auximas cum Anconitanis rebellis Romano Pontifici factus, Auximum Piceni civitatem armis capit, & caſtrum obſidione cingit.

Venatu rediens Ludovicus Bavarus, aplexiâ tactus equo labitur, & paulò poſt moritur.

Obiit Henricus XII. Comes Hennebergicus.

Vitam finit Monachii Wilhelmus Ocham Anglus, hæreſiarcha.

Chriſtiana claſſis Umberto Præfecto Turcicam vincit, 118. navigiis interceptis, reliquis demerſis, & quinque millibus Chriſtianorum captivorum liberatis.

Eduardus Rex è Gallia in Angliam rediens, ortâ tempeſtate ventorum amiſſis aliquot navibus, vix ipſe periculum evadit.

Nata eſt hoc anno Sancta Catharina Senenſis.

Angli Scotos prælio fundunt, David Scotiæ Rex ipſe, duabus ſagittis ſaucius capitur.

Galfridus Fernenſis in Anglia Epicoſopus creatur.

Bernardus Albi Epicoſopus Rutenorum in Gallia, Clementis Papæ ſexti Legatus, inter Petrum quartum Aragonium, & Jacobum Majoricæ Reges bello hoſtiliter exardeſcentes, ſeptem menſium armiftitium impetrat.

Mortuo Ludovico Bavarò Rupertus Comes Palatinus Rheni, Ludovicus Marchio Brandenburgienſis, Henricus quondam Archiepiſcopus Moguntinus, cum Bavariæ Ducibus Oppenheimii convenientes, contra Carolum, Eduardum Angliæ Regem in Imperatorem eligunt; qui auditâ ex Legatis ſui electione hanc ad eos habuit orationem: *Benevolentia Principum veſtrorum & in me charitati gratias ago, & quòd me Romano dignum cenſuerint Imperio, non mediocriter exulto, Verumtamen tanta mihi cura eſt & ſollicitudo continua in gubernandis Regnis meis paternis, quòd Romano Imperio non poſſum intendere, Unde jus meum omne, ſi quòd mihi competit ad Imperium, in manus Electorum meorum, cum gratiarum actione, liberâ & ſpontaneâ voluntate reſigno.* His Legati auditis, benè remunerati ad ſuos in Germaniam redierunt.

Principes præfati cum auდიſſent Angliæ Regem Romani Imperii gubernacula ſuſcipere nolle, ſecundò Francofurti convenientes, Miſnenſem Marchionem in Romanorum Imperatorem eligunt, qui primitus electionem de ſe factam admittit, ſed à Caroli Legatis aliter perſuaſus, decem marcarum argenti millia à Carolo oblata accepit, & omne jus ſuum ipſi reliquit: hic in nocte Dominicæ Nativitatis in Baſileenſi Cathedrali Eccleſia ſacris indutus ornamentis Diaconi, gladium tenens aureum in dextra manu, & coronam geſtans Regiam in vertice, Evangelium legit ad Miſſam *Exiit editum à Ceſare Auguſto*, & poſtea Sacramentum Dominici Corporis accepit.

Ingen

Ingens Vapor à Boreali motus Regione magno aſpicientium terrore per ærem medium in terram dilabitur, hoc ipſo quoque anno minutas beſtiolas innumerabiles ab Oriente de cælo in terram deciſiſſe ferunt, quarum corruptio peſtem maximam poſtea induxit.

Annus Chriſti 1348.

Merania Comitatus Tirolenſis urbs inſignis, flammis tota conſumitur.

Wildenſteinium Carinthiæ arx, terræ motu funditus devaſtatur.

Moritur Simon de Caſſiâ, ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini, Vir pietate, ſpiritu prophetiæ & doctrina clariffimus.

Carolus IV. Imperator & Bohemiæ Rex, Carlſteinium muſitiffimum Bohemiæ caſtrum condit.

Quam celerrimè oppreſſâ Siciliâ fratrem ulciſcitur Ludovicus Ungariæ Rex, Joanna Regina auſugit; Carolus Duratii Dux occiditur, & ex eadem fenestrâ, quâ Andreas, præcipitatur; alii necis illius conſcii & conſpiratores carceri mancipati ſunt; dicta Joanna pro 80000. nummorum aureorum jus omne in Avenionem Papæ vendit.

Peſtis toto orbe graſſatur, Judæorum plurimi ejus authores crediti, igne cremantur.

Supradictus Carolus Imperator nuptias celebrat cum Anna filiâ Comitis Palatini ad Rhenum, & Principum Conventum Herbipolim indicit.

Pax Galliarum redditur, & Philippus Rex Delphinatum ab Umberto emit.

Clemens Papa Regem Aragoniæ fratremque ejus Ferdinandum reconciliat operâ Guidonis Abbatis Amerienſis.

Die 20. Decembris ſole orto, Avinione, ſuprà Palatium Pontificium columna ignea cælitus demiffa apparuit, totamque horam maximo hominum concurſu ibidem ſtetit.

In Diœceſi Oſnabrugenſi ob eleemoſynam pauperibus retentam glirium ingens copia enata eſt.

B. Bernardus Ptolemæus, Olivetani Ordinis conditor, ſancto ſine decedit; ad parva cæli gaudia evolat B. Sylveſter Ord. Camaldulenſis.

Die 25. Menſis Januarii cœpit horrendus terræ motus, qui totum terrarum orbem non minus terrore, quam agitatione concuſſit, dejectæ plurimis locis ædes, arces, oppida integra, dehiſcente tellure, apertæ velut in tumulos voragine, montes ſede moti, tranſlata flumina, fontes ſulphuris aëri & hominibus peſtiferi erupere, multa hominum millia periere.

Theodoricus Epicoſopus Lavantinus, expletis viginti regiminis annis vitam cum morte commutat.

Rogerus Friczie creatur Epicoſopus Gaetanus. Petrus Rogerii Monſtrius Comes Bellifortis à Papâ Clemente VI. ſacrâ purpurâ ornatur.

Bernardus creatur Archiepiſcopus Burdigalenſis, & Joannes de Coiordano ex Ordine Prædicatorum fit Epicoſopus Mirapicenſis.

Jordanus Curtiè Cathedrali Epicoſopali Tridentinâ tranſfertur ad Archiepiſcopalem Meſanenſem.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Ad cælos ex hac terrâ abiit B. Bartholomæa Virgo tertii Ordinis Servorum B. M. V. caput deſunctæ miraculis claruit; item Umber-tus Accarigiſ Senenſis Theologiæ Magiſter, ſanctioris vitæ notâ conſpicuus, nec non B. Claritus, fundator Monafterii S. Mariæ Reginæ Cæli, vulgò Clariti, ſub Regulâ S. Auguſtini Florentiæ in Hetruriâ.

Florentiæ in Monafterio Angelorum decedit B. Sylveſter Converſus, Ord. D. Benedicti multis poſt mortem clarus miraculis.

Joannes Andreas Juris Conſultus celebris, Mugelli in Ducatu Florentino natus, decedit Bononiæ peſte infectus, edidit Gloſſas in Clementinas, Commentarium in Decretales, Commentarium in Regulas Sexti, auxit quoque ſpeculum Durandi.

Homo quidam temerarius Volmarum ſe Marchionem Brandenburgicum, ante annos triginta jam mortuum fingit, aſſerens corpus cujusdam hiſtrionis tunc mortui ſecretiffimè ſublatum tunc ſuo nomine cum honore fuiſſe tumulatum, ſe verò cum uno duntaxat famulo ſe ſubdaxiſſe pœnitentiæ cauſâ, quod patui ſui filiam contra leges Eccleſiaſticas duxiſſet uxorem; nunc autem triginta annorum pœnitentiâ in viſitatione liminum Sanctorum peractâ monitu Angeli rediſſe; cum igitur homo iſte facie per omnia Volmarum referret, magnas excitavit turbas, pluresque in ſuam partem etiam Principes traxit.

Carolus Imperator ſecum habens Bambergenſem Epicoſopum, cui Papa vices abſolvendi pœnitentes, qui propter Ludovicum Imperatorem fuerant excommunicati vel interdicti, commiſerat, ad Wormatiæ descendit, ubi reperit populum ſeditioſè tumultuantem, unde neceſſitate compulſus fecit eos ſine juramenti interpoſitione abſolvi.

Horrenda per univerſum penè orbem peſtis deſæviens, infinita hominum millia extinguit, potiſſimum autem nocuit in Italiâ, & in ſolâ Florentiâ plus quam ſexaginta hominum millia delevit.

Judæi Herbipolenſes de peſte inveſtâ ſuſpecti, videntes ſe furentium populorum ſævitiam non poſſe effugere, ſuffoſſis in terram, atque projectis in cloacas theſauris ſuis, jannisque domorum firmiter occluſis omnes habitaciones ſuas incenderunt, & ſemetipſos cum uxoribus, & liberis manè quodam ante ſolis ortum combuſſerunt.

Comes Palatinus Rheni, Bavariæque Dux & Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Seelandiæ ac Friſiæ Dominus magno coadunato exercitu Epicoſopatum Trajectenſem invadit, ſpolians Eccleſias, nec monafteriis parcens, villas incendit, & plures incolas occidit.

Bernenſes Caſtrum Comitis Kyburgenſis, Hutvil nuncupatum obſident, illudque immiſſo tandem igne comburunt, incolæ paucis exceptis, penè omnes aut igne perierunt, aut gladio ſunt occiſi.

Conradus Dux in Teck, Ludovici quondam Imperatoris Conſiliarius intimus, à Syvikerò in Gundelſingen meridie in æſtuario ſedens proditoriè occiditur.

Kkk

Annus

Annus Christi 1349.

Moritur Fridericus Thuringiæ Landgravius.

Pestis adhuc per Europam universam sæviens, urbes, oppida, vicus, pagos, incolis evacuat, magnamque ubique causat desolationem, adeo ut omnia sine culturâ squallerent; cum malo hoc pessima Flagellantium secta se magis diffundit.

Extincto nunc Orchane, Turcarum res nutant, Rhodiisque Equites in Oriente adversus eos felices, Calabim rerum apud Saracenos potentem eò adegerunt, ut is Legatos Aventionem ad Clementem Pontificem miserit, ad inducias belli postulandas, & ad pacis conditiones stabiendas.

Alphonfus Castellæ Rex, Heracleam obfidet.

Multam apud Imperatorem Constantinopolitanum navat operam Clemens Papa, pro Ecclesiâ Græcorum cum Romanâ uniendâ. Tartari ab Olgerdo, uno de Ducibus Lithuanorum evocari, Podoliam devastant.

Didacus Gartia, Magister Generalis Ordinis de Avis creatur.

Obiit Salomon Episcopus Wormatiensis, Luchinus Vicecomes Mediolanensis lento veneno uxoris scelere perit.

Mortem oppetit Petrus Barrofus Lusitanus Episcopus Carthaginensis, & S. R. Ecclesiæ Cardinalis.

Guntherus Comes de Schvvarzenburg à quibusdam Principibus in Imperatorem electus Carolo facit negotium, mediante autem Ludovico Marchione Brandenburgico, sub certis conditionibus pacem cum Carolo legitime electo firmat, ac paulò post moritur. Fuerunt, qui dicerent, eum interiisse veneno à Medico in potione parato, quam cum is ægroto porrexisset, hunc dixisse ferunt: *Magister, ut potionem comprobem bonam, mihi convenientem, te primum ex illâ, me posterius bibere oportet.* Medicus necessitate compulsus & confidens in arte prior bibit, deinde, nihil cunctatus poculum infirmo porrexit, & sic mortui sunt ambo.

Clemens Papa VI. attendens vitæ humanæ brevitatē, & quod paucissimis contingere posset, annum vivere aut videre Jubilæum, habito Cardinalium consilio, illud de anno centesimo ad quinquagesimum revocavit.

Pestis per totam Europam adhuc sævit immaniter, cui malo alius se adhuc sociavit morbus, sacer ignis dictus, qui corpora hominum non solum viventium, sed quod mirabile est, etiam mortuorum usque ad ossa rodendo consumpsit, horrenda nimis & inaudita calamitas, ut ex unâ minutâ pustulâ, crus vel brachium successivè intra paucos dies totum incenderetur, carnibus quoque frustatim quasi assatis cum fetore decidentibus ossa nudarentur; & nisi à principio membrum amputaretur infectum, brevi totum corpus consumeret.

In vigiliâ S. Bartholomæi Apostoli potiores & ditiores Judæorum, qui habitabant in Colonia, cum audissent, quam crudeliter Gentis suæ homines Francofurti, Moguntia, Wormatiæ, Spiræ, Treviris, multisque locis aliis ob suspi-

cionem intoxicationis, à Christianis fuissent occisi, consilio inter se habito ignem domibus suis imposuerunt, & se unâ cum uxoribus ac liberis concremarunt: qui reliqui erant in Colonia, omnes ex decreto Senatûs cum rebus suis fuerunt expulsi.

In die Conversionis S. Pauli circa vespereum magnus & quasi Generalis terræ motus factus est per universam Germaniam & Italiam, præcipuè tamen in Ducatu Saxonie, Carinthie, Sclavonia, terrisque maritimis.

Obiit Walramus Episcopus Colonienfis, qui propter bella cum adversariis & multa & ferè continua, Ecclesiam suam ære alieno multipliciter gravatam, pauperrimam reliquit; huic in Archiepiscopatu successit Wilhelmus de Genep Vir sagax, industrius & prudens.

Annus Christi 1350.

Moritur in castris ante Heracleam Alphonfus Castellæ Rex; succedit in Regno Petrus ejus filius.

Moritur non sine suspitione accepti Veneni Annibaldus Cardinalis, Legatus Apostolicus.

Ludovicus Ungariæ Rex in Italiam revertitur, eò quod Regina Joanna ac Ludovicus Tarentinus receptâ Neapoli, Aversa & aliis urbibus, etiam Apuliam imminerent: in adventu suo mox Sipontum, Theanum, Barletum Barium recepit, in Canusii oppugnatione, cum scalas admotus primus subiret, lapidibus deturbatus, & ferè usque ad necem contritus, vitæ discrimen adiit; in expugnatione Aversa, dum inter conferta tela se ingereret, pedem reulit lethali sagittâ vulnere confossum, ex quo tamen ope Medicorum curatus, Romam pro lucrandis Jubilæi indulgentiis se contulit, ubi magna pietatis & liberalitatis specimina edidit.

Hugo Baucius Comes Avellini, Mariam Caroli Duratii occisi relictam viduam Roberto filio suo conjugem designarat; venit ergo in Castrum Ovi Neapolim duobus filiis & aliquot familiaribus stipatus, specie, quasi vellet merentem affinem consolari intromissus in Castrum, custodes portæ in custodiam duci iussit, & interim Mariam, ut Robertum in maritum acciperet, hortatus est: recusantem constanter, per vim despondit, & castitatem delibare, vel reluctante eâ, imperavit, moxque universâ supellectili pretiosâ convasatâ, plorantem tremibus imposuit, ut in Gallias aveheret, suo & stirpis suæ damno; namque ventorum vi ad portam Caetanum appulsus est, factum interim Ludovicus Tarentinus audivit, qui mox illum interceptit, cumque illi scelus exprobrasset, infelicem gladio confixit, Mariam cum universâ supellectili recepit, & dicti Hugonis Baucii duos filios in carceres conjecit. Matth. Villan. lib. 1. c. 93.

Pepulus Bononiæ Præfectus, Summo Pontifici infidelis, urbem Joanni Vicecomiti Mediolanensi Archiepiscopo vendit.

Carolus Imperator ex porrecto veneno vitæ discrimen incurrit.

Mori-

Moritur Philippus Gallie Rex; succedit in Regno Joannes filius; induciæ biennales inter Angliæ & Gallie Reges statuuntur.

Genueses & Veneti infestis semetipsos armis aggredientes, progressus classis Unionis contra Turcas impediunt.

Stockholmiæ in Sueciâ diem claudit extremum Matthias S. Birgittæ in spiritualibus instructor, cujus felicem illa transitum absens Romæ agnoscit.

Guilielmus de Agrifolio ex Ord. B. Benedicti Archiepiscopus Caesar-Augustanus fit Cardinalis.

Hugo de Juge ordinatur Episcopus Biterrensis.

B. Bertrandus Patriarcha Aquileiensis à subditis suis rebellibus occiditur, multis post necem suam prodigiis à Numine honoratus.

Albertus Comes ab Hohenberg declaratur Episcopus Frisingensis; erat Doctor Decretorum & Canonicus Ecclesiæ Constantiensis.

Alvarez Albornos creatur S. R. E. Cardinalis, qui postea resignato Toletano Archiepiscopatu ab Innocentio VI. Legatus in Italiam mittitur, ad gerendum contra Papæ hostes bellum, quod & feliciter inchoavit & finit.

Floret Joannes Beca sive Beka Canonicus Ultrajecti, Scriptor Chronici illius Ecclesiæ, cui simul acta Hollandiæ inseruit.

Claret his temporibus Henricus de Doldorf Ordinis PP. Carmelitarum, Provincialis per Germaniam inferiorem; scripsit super Sententiarum opus Petri Lombardi libros quatuor; sermones de tempore & de Sanctis plurimos &c.

Michaël de Leone patriâ Herbipolensis, Presbyter & Canonicus Novi Monasterii, metro excellens & prosâ scripsit præclara quædam opuscula, de quibus habentur, Gesta Ottonis de Wolfskel Episcopi Herbipolensis librum unum. Chronicon eorum, quæ suo tempore notatu digna in Germaniâ contigerunt l. 1. Commentarium supra Metricum opus Hermanni Fremita de divisione Philosophiæ lib. 1. carminaque plurima.

Thuringiam doctrinæ laude ornat Henricus de Erfordiâ, Philosophus, Jurista, Theologus & Historicus insignis: scripsit opus insigne de factis memorabilibus; Summam de casibus; lectiones in libros sententiarum libris quatuor; sermones varios ad populum & orationes.

Joannes quoque de Erfordiâ scripsit Repertorium Juris; Summam Casuum conscientiarum lib. 2. Sermonum popularium lib. 2.

Jacobus de Altâ villâ Abbas Monasterii Eberbacensis Ordinis Cisterciensis, SS. Theologiæ Doctor, scripsit super sententias notabile opus lib. 4. Quæstiones Theologicas varias; sermones ad Fratres; pluresque, non inelegantes ad diversos Epistolas.

Conflictus contigit copiarum militarium Episcopi Herbipolensis cum copiis Bertholdi Comitæ de Henneberg, in quo istæ succubuerunt.

Italiam fulgoribus Sanctitatis percellit & excitat B. Paula Florentina, Monialis Camaldulensis, DEI paræ ejusque filio dilectissima.

Annus Christi 1351.

Ludovicus Ungariæ Rex, mediante Summo Pontifice, pacem concedit Joannæ Regiæ R. P. Brentano Epitome Chronologica.

næ, & Neapolitanum illi rursus Regnum cedit.

Papa Bononiam à Joanne Archiepiscopo Mediolanensi repetit, quam cum ipse reddere abnucebat, Venetos aliosque Principes confederatos in illum concitavit; hoc medio fracta est Joannis pertinacia, veniam criminis precatus, transactionem accepit, & centum quinquaginta millia florenorum Papæ numeravit, ut tanquam beneficiario jure concessam à Papâ urbem retineret, & quotannis sexaginta pondo auri tributum nomine persolveret.

Genueses, Philippo Auriâ, Virò strenuo, & rei Navalis peritissimo Duce, Eubœam Insulam devastant, & Chalcidem urbem illius primariam Venetis eripiunt, copiosissimâ inventâ præda; movit hoc damnum Venetos, ut fœdus cum Rege Aragoniæ inirent, econtrâ Genueses cum Græcis ineunt armorum societatem: Clemens autem Pontifex Summus utramque Rempublicam placare viribus omnibus contendit.

Thessalonicam concedit Anna Imperatrix cum Joanne Palæologo filio Imperatore, cujus vitæ pluribus modis insidiæ struebantur; hoc suo discessu occasionem dedit Cantacuzeno, sibi, & Matthæo filio Imperium magis stabiendi. Matth. Villan. lib. 2. c. 26. 27.

Lubecæ nonaginta hominum millia pestis auferit.

Corpus B. Roberti Abbatis quondam Casæ DEI, ob frequentia ad ejus tumulum patrata miracula, consensu Clementis Papæ ab Episcopo Aniciensi honorificentissimè transfertur.

Vidua Ludovici Bavari, Hollandiam, Zealandiam & Hannoniam tenens, à filio armis petita, aperto Marte vincitur, & fugam arripere in Angliam, ad sororem Reginam coacta est, neque aliud à filio, etiam Pontifice intercedente, potuit obtinere, quam solius Hannoniæ in vitâ Principatum. Annal. Flandr. lib. 13.

Moritur B. Joanna Cremonensis Ordinem Servorum B. M. V. professâ, miraculorum gloriâ celebris.

Apud Netinos in Sicilia naturæ concedit B. Conradus Placentinus Eremita miraculis patris celeberrimus: inter alia infantem herniâ laborantem solo crucis signo sanavit; adveniente ad ejus antrum vacuum Syracusano Episcopo, quatuor placentas validas candidasque pro tanto hospite divinitus impetravit, carnes suillas, quæ sibi aliquandò ab itrisoribus in die jejuni apponebantur, in pisces mutavit. Vincent. Littara de rebus Nettinis.

Equites Teutonici Lithuanos triumphant.

Udalricus III. de Weissenegg, instituitur Episcopus Seccoviensis.

Moritur Udalricus Episcopus Constantiensis: idem Landolphus ex Caracciolâ familiâ, Minorita, Archiepiscopus Amalphanus vir pius & doctus.

Azzolinus Malavolta creatur Episcopus Senensis. Stephanus Audebrandus ex Episcopo ad S. Germanum Monachus Benedictinus, fit Archiepiscopus Tolosanus.

In oppido Witemburgo inopinatò incendium contigit ædium, furtim procuratum; quidam, quem tanquam incendiarium tenebant accusatum, K k k 2

fatum, negat se id sceleris fecisse, & purgationem sponte offerebat de ignito ferro; consentiente iudice, ferrum ignitum deportavit itinere non parvo, tum manibus excutiens, nihil lationis habuit. Albert. Kranzius.

Carolus Imperator Principum Conventum Francofurtum indicit, ubi se gratum volens exhibere suis ad Imperium promotoribus, Principibus Cis-Rhenanis multa circa Rhenum nova telonia contulit, per quæ autem Mercatores & Imperii cives se gravari conquesti sunt, hinc rebus suis consulentes, Rheni commeatum devitarunt; & quæ prius navigio civitatibus adducere vel abducere per alveum Rheni consueverat, nunc teloniorum gravamina declinantes, in curribus per terras deducebant. Argentineses, qui eo tempore inter omnes Imperii mercatores tenebant Principatum, postquam legationibus multis & precibus apud Imperatorem non poterant obtinere, ut nova Principibus collata revocaret telonia, Rhenum circa Argentinam catenis & trabibus ligneis fortiter occluserunt, ut nullus pateret navibus descensus vel ascensus, unde quatuor Cis-Rhenanis Principibus Electoribus magnum enatum fuit dispendium, hinc mutato consilio, contenti veteribus, novis teloniis renunciaverunt.

Cometa in Mense Decembri versus Septentrionem apparuit, post cujus extinctionem gravissimi ventorum flatus sunt subsequuti; nec multo post visa est per medium aërem volare trabs, parte anteriore vehementer ardente.

Ludovicus Marchio Brandeburgensis sororem suam Elisabetham Cani Mastini Scaligeri Veronæ Principis filio in uxorem dat; quæ plures illi proles genuit.

Annus Christi 1352.

Tugium à Confœderatis Helvetis diuturnâ obsidione pressum, Austriacorum partes deserere, & fœderi Helveto se jungere cogitur.

Ludovicus Tarentinus & Joanna uxor Siciliæ coronâ insigniuntur.

Matthæus Palicius Ludovici Siciliæ Regis tutor, Regniq̄ue administrator, eò quòd præfractè imperasset, multa que in rem suam constitisset Claromontanæ familiæ Principes & plebem ita in se concitavit, ut tumultu publico facto, ipsum Messanæ unâ cum uxore & liberis interfecerint.

Genuenses de Venetis navali pugna triumphant, triginta Venetorum & 18. Aragonum triremibus captis, ac nonnullis demersis, quatuor que millibus hostium cæsis, ex ipsorum verò Genuensium parte 700. desiderati sunt: partâ hac victoria hi Constantinopolim obsidione cingunt, quod Joannes Cantacuzenus Græcorum Imperator, subsidia Venetis misisset; paulo post Græcorum classis subsidiaria naufragium patitur, pax tamen inter utramque partem mox est restituta.

Joannes Wicleffus damnatæ memoriæ hæresiaracha emergit, & Angliam pravus dogmatibus fœdat.

Moritur Clemens Papa Sextus, succedit Innocentius VI.

Rainhardus ex Comitibus de Spanheim,

& Ernestus de Molenarck Cathedralis Ecclesiæ Colonienfis Canonici feriâ sextâ ante Dominicam Palmarum Coloniam in domo Officialis exvili causâ iussione Senatûs & furore civium crudeliter fuerunt occisi, hinc multi Nobiles arma arripientes per triennium multa Colonensibus damna intulerunt.

Eodem anno ingens in aëre latissimè excrescens flamma, magno cum murmure visa est.

Ex Urbe Helvetiæ Turegio fuerunt quidam cives Ordinis primarii pro suis in Republicam demeritis proscripsi perpetuò, qui ultionem spirantes in cives, qui remanserant, consilio inter se habito Joannem Comitem de Habsburg, Turegiensibus haud mediocriter insensum, accedentes, ipsum sibi in Capitaneum constituerunt contractisque sociis conspirationis suæ plurimis, urbem capere, cives interimere, & eorum substantiam inter se dividere, unanimi sententiâ secretè concluderunt; erant duo in urbe cives proscriptorum amici, quibus arcanum conspirationis fuit commissum, consilio igitur usi exules Comitis memorati, quoniam urbem neque manifestè neque cum multitudine armatorum intrare poterant, paulatim & successivè jam duo, nunc tres in habitu peregrinorum, de subtus armati, à festo Nativitatis Dominicæ usque ad quadragesimale tempus, non patiores octingentis, intraverunt, postremò intravit & ipse Comes, habitu peregrino transformatus, & omninò incognitus; qui omnes in domibus illorum civium fuere suscepti, & secretissimè detenti usque ad tempus præfinitum, quo erumpere statuerant, & oppidum sibi armis vindicare; in nocte itaque S. Matthiæ Apostoli, cum tempus illis optatum videretur, primores inter se seorsum habuere colloquium, & de civium necè tractaverunt, latuit in æstuario retrò fornacem adolescens dormienti similis, pistoris cujusdam famulus, qui panes intulerat pro hospitibus sibi ignotis, is cum conjuratorum audivisset consilium, & aliter non posset, domum per cloacam exivit, quæ & qualia viderit audieritque, domino suo enarravit, quod nimirum eâ nocte circa galli cantum omnes forent gladio perimendi, quibus perceptis mox pistor ad habitationem Consulûs currit & conspirationem detegit. Urbis proinde Præfectus illicò cives ad arma convocavit; quibus cognitis conspiratores in medium urbis prorumpunt, & cum civibus conflictum ineunt, sed Marte sinistro, pleraque enim eorundem pars occisa est, reliqui ad latebras fessi cedentes, protractique crurifragio pœnas sumpserunt. Joannes autem Comes de Habsburg evadere cupiens, de muro se demisit in fossam, sed captus, & per triennium in carcere detentus est, pro cujus liberatione Albertus Austriæ Dux Turegium bis obsedit, donec se interponens Imperator Carolus utrique parti diem Moguntiam constituit.

Annus Christi 1353.

Leopoldus Liber Baro à Bebenburg Decretorum Doctor, Episcopus Bambergensis salutatur.

Baron-

Baroncellus tumultum popularem in Româ excitat, & Imperium affectat; non potuit tyrannidis sementem & seminarem ferre Richardus Tancredi, itaque semel animi gratiâ prodeuntem adortus, aliquot vulneribus afficit, & hominem occidisse existimans fugâ sibi consulit, Baroncellus verò vires recolligens statim quinque ex famulatio Richardi in vincula connectos, & per varia tormenta frustra interrogatos, in quatuor partes dividi, illasque in diversis urbis locis affigi iussit; deinde Fabricium Corsum Equitem auratum capite imminuit, pluresque alios viros dignitate & sanguine præstantes extremo affecit supplicio. Tancredi verò ædes dirutæ sunt, & ipse imaginis contumeliâ notatus: verum ipse tyrannus à Pontifice anathemate percussus, paulo post à populo interfectus est.

Venetorum classis ingentem de Genuensibus Victoriam reportat; ex horum enim parte 40. triremes amissæ sunt, partim captæ, partim demersæ: 8000 hominum cæsa, 3000 & ducenti capti, quâ clade & internis dissidiis fracti, Joanni Vice-Comiti Mediolanensium Archiepiscopo sibi Dominum asciverunt.

Petrus Castellæ Rex in suos savit, Reginam legitimam conjugem deserit, pellici adheret, hujusque amicis se & Regnum gubernandum relinquit.

Maria Caroli Dyrrachiani Ducis vidua constuprationem sibi violenter illatam ultura, pugione arrepto, quatuor satellitibus comitata, in ergastulum, ubi Robertus Hugonis Comitis Avellini filius violentus oppressor detinebatur, accessit, & cum imprimis præposteram libidinem illi exprobrasset, tum deinde indignum se suo matrimonio addidisset, quatuor illis apparitoribus, quos secum adduxerat, ut proditorem sanguinis ac honoris regii confoderent, injunxit: aliquot ictibus confossum, capite reciso, corpus in mare projecerunt. Villan. lib. 3. cap. 66.

Henricus Elector Moguntinus moritur.

Ludovicus Princeps Hannoniæ violatâ thoris fide, vago se amori impendit; Margarita ejus conjux injuriam ultura, puellam quandam ex illo gravidam dolo ad se vocatam naribus truncat, unde intrâ dies ternos præpereo partu gemellos masculos enixa, statim unâ cum infantibus extincta est. Annal. Flandr. lib. 13.

In Poloniâ cum Martius, Aprilis & Majus ultra medium verno ac penè æstivo calore ad calamos & aristas segetes perduxissent, coorto derepentè acri frigore & gelu, nix duos cubitos alta terram operuit, & in sextum usque diem duravit, quâ solutâ postea cum corruptas esse segetes omnes existimarent, tanta præter spem ubertas frugum, quanta vix unquam aliâ, fuit. Cromer. de reb. Polon. lib. 12.

In Septentrionalibus plagis in cælo trabs priori ardente parte in Austrum labi visa fuit, & flamma cælestis post solis occasum, inter Zephyrum & Austrum latissimè excrescens, terribileque ostentans incendium, tandem ingenti fragore ruit. Chron. Belgic.

Joannes Alphonsus, Magister Generalis Ordinis de Avis creatur.

Berchtoldus Episcopus Argentoratensis in die festo S. Catharinæ, quo natus, & Episcopus factus est, moritur.

Innocentius VI. petente Imperatore Carolo IV. lanceæ Christi festum instituit.

Defungitur Bartolus à Saxo-ferrato, Lucerna juris dictus.

Obiit in Belgio, in loco S. Bernardi prope Antverpiam, Venerabilis Gozvinus, ejusdem loci Abbas, per multas tribulationes probatissimus, relictis magnæ patientiæ & humilitatis exemplis.

Vivendi finem facit Berchtoldus Episcopus Argentinenfis.

Moritur Henricus de Virneburg quondam Archiepiscopus Moguntinus, quem Clemens Papa VI. ut supra diximus, eò quòd Ludovico Imperatori excommunicato pertinaciter adhæsit, deposuerat, quo defuncto Gerlacus de Nassau, dudum ab eodem Papa Clemente substitutus & ordinatus Archiepiscopus, quietam obtinuit possessionem.

Confœderatis noviter Helvetis & pertinaciter in confœderatione suâ persistentibus Albertus Austriæ Dux bellum contra illos prosequitur, factus conflictus dubio Marte duravit, factus conflictus dubio Marte duravit, pluribus utrinque casis, donec nox prælium diremit: post pugnam Dux præfatus Turegum tertio obsidet, Rupertum Villam oppidum à confœderatis desolatum restituit, munit & præsidium imponit; oppugnatione Turegii aliquamdiu protractâ, obsessi pacem tandem postulare, & captivum Comitem Joannem de Habsburg in vitis omnibus confœderatis dimittere sunt coacti.

Walterus de Stadian jussu Austriæ Ducis, cum paucis armatis Glaronam, animo illam secretè capiendi ingreditur, ast præmoniti cives arma corripunt, Waltherum cum pluribus perimunt, reliquos retrocedere compellunt.

Confœderati ut animo & viribus crescerent, Lucernenses ad suas trahunt partes.

Annus Christi 1354.

Leopoldus Bambergensis Episcopus, Ecclesiam Collegiatam Vorchemi instituit.

Moritur Joannes Vicecomes Archiepiscopus Mediolanensis, post cuius mortem Vicecomitum cognatorum gens dominium partuntur. Matthæo secundo Bononia, Laus Pompeja, Placentia & Parma obtigit; qui tamen venenatis carnibus à fratribus sibi apposis, sensim intra annum ad mortem deductus est. Joanni in Archiepiscopatu successit Robertus, Talairandi Episcopi Cardinalis Albanensis nepos.

Diem quoque obit Balduinus Archiepiscopus Trevirensis.

Defuncto Andrea Dandulo Venetorum Duci succedit Marinus Falerius, cujus infastum fuit regimen: Genuenses enim Duce Paganò Auriâ plures de Venetis terrâ marique

reportarunt victorias. Parentium urbs vi capta, incendio tradita est; apud Oenufas classis oppressa, captis quinque millibus; foedavit hanc Genuensium lætitiā præpopera Pagani mors, cui etiam, quod sumptus privati non essent, publicis fuit parentatum: interim litigantes & decertantes partes Carolus Imperator componere laborat.

Oxoniz inter cives & Studiosos ingens exortus est tumultus & disfidium, eo quod unus ex Academicis ebrius civem percussisset; tanta fuit civium ira, ut accitâ in subsidium ex vicinis pagis multitudine in Scholasticos irruerint, domos illorum effregerint, libros cultellis & securibus disciderint atque discerperint, suppellectilem diriperint, & aliquot peremerint, qui casus vacuam & ferè desolatam ad multos menses, Studiosis aliò se subducentibus, Academiam reddidit, donec Eduardus Rex & Papa, suæ promissione tutelæ illos revocârunt; cives 250. libris Academiæ pendendis mulctati, hujus verò privilegia insignitèr aucta sunt. Villan. lib. 4. c. 35.

Ob Petri Castellæ Regis vagam libidinem, uxor ejus Blanca clam Regno excedit, & ad patrem in Gallias revertitur.

Proceres ex hoc discessu bellum à Gallis metuentes Petrum persuasionibus & comminationibus eò adigunt, ut is Mariam pellicem egeret, atque Blancam Reginam adhortante etiam Papâ revocaret: hic nocte tantum unâ cum illâ mansit, & statim Mariam Padiliam, pellicem in ejus locum rursus subrogavit; nec hic substitit Regis juvenis malitia, sed & in alios iniquitatem exercuit, hinc Regni Procerum in se provocavit malevolentiam, viamque ad Thronum Henrico fata monstrârunt.

Papa in Ordellaffum Forolivienfium Tyrannum, tanquam hæreticum & Romanæ Ecclesiæ hostem anathema pronunciat, sacris in omnibus locis, quæ occupaverat, interdicit, & bellum sacrum contra ipsum edicit; is verò omnia pro ludibrio habens, etiam Sacræ militiæ milites, si quos comprehendit, diris suppliciiis affectit.

Moritur Oliverius Salahadinus Episcopus Nannetenfis.

Floret Lappus de Castellione, Patritius Florentinus insignis Jurista.

Carolus Imperator Conventum Principum solennem habet Moguntiz, ad quem confluentibus Principibus multis, pacem omnes jurare compulit firmitèr servandam per totam Germaniam.

Duodecimâ die Mensis Martii circa mediam noctem inaudita exorta est ventorum tempestas, quâ non solum lignæ domus, sed etiam lapidea robustissimaque ædificia nutare videbantur, complura penitus corruerunt, arbores quoque fortissimæ nucum in agris, & quercus annosæ in nemoribus sine numero sunt evulsæ; quod & nocte alterâ evenit.

Sed; Archiepiscopi Trevirensi imponi-

tur Boëmundus de Edersdörff; Cathedralis Ecclesiæ Decanus.

Obiit Salomannus Episcopus Wormatiensis, anno Pontificatus sui vigesimo secundo: huic successit Theodoricus Beyer de Bopardiâ.

Orta nova dissensione inter Albertum, de Hohenloe Episcopum Herbipolensem, ejusque cives, idem Episcopus Herbipolim valido exercitu obsidet: Imperator tamen adveniens Herbipolim pacem inter utramque partem reformat.

Vitæ finem facit Walramus Comes de Spanheim, post cujus mortem Sacerdos quidam nomine Godefridus Capellanus in Castro de Spanheim, quadam nocte ambulans per campos audivit vocem in nemore proximo clamantis quasi venatoris canes post feram incitantis; anxiâ cogitatione, quid hoc esset, suspensum, subito circumstetit multitudo canum quasi venantium nigrorum ac terribilium, & in medio vir igne vestitus, sedens super equum nigrum ac horrendum; qui ad Sacerdotem dixit: *Domine Godefride, non timeatis, nihil vobis hac vice mali continget, quoniam hodie fuistis confessus, & cum emendationis proposito missam celebrastis pro defunctis, ego sum anima Walrami Comitis nuper defuncti, & hanc poenam patior, quamdiu voluerit Altissimus, pro vanâ & nimia delectatione, quam in venationibus quondam habui; per quas & pauperibus subditis meis, multa in agris atque Vinetis damna intuli, & propriam salutem turpiter intermisi: sed rogo te, loquere ad filium meum ex parte mei, ut per continuos dies triginta quotidie legi faciat missas triginta pro meâ liberatione, ac totidem pauperes nutriat singulis diebus, & de novo panno semel vestiatur, & ducentos auri nummos, quos pro poenâ parvi reatus à Petro macellario & cive in Creuzenach injustè, me consentiente, acquisitos restituat, & spero, quod misericordiâ DEI liberabor.* His dictis omnis illa visio spirituum evanuit, & Presbyter præ nimio terrore agrè ad suum domicilium pervenit, qui vultus immutatione, simul & capillis in canitiem subito conversis, docuit, quam fuerit vera terribilis illa apparitio quam conspexit, ab illâ horâ postea nunquam ridere visus, nunquam lætus, sed tristis semper fuit.

Annus Christi 1355.

Falerius Venetorum Dux Imperium Monarchicum affectans cum plurimis plebei Ordinis Viris ad perpetrandam Optimum eadem conspirat, & ex illis sexdecim conjurationis principibus negotium dedit, ut singuli cum sexaginta armatis statuto tempore in Curiam prorumperent, & ex Nobilitate obvium quemque conficerent, ipsum demum Falerium non Principem, sed Dominum proclamarent: verum Bertrandus ex plebe homo

homo conjurationis confcius, eandem Nicolao Leono detexit, unde sexdecim conjurationis Principes unâ nocte capti, sceleris convicti, suspensio necati sunt: Falerius etiam, super atrii scalam lapideam, securi percussus est.

Moritur Joannes Thaulerus Ord. S. Dominici, vir in humanis & divinis scientiis eruditissimus.

Carolus Imperator cum uxore Pisas adveniens, à perfidis incolis ad necem petitur auctore Francisco Gambacurtio, militum tamen suorum Bohemorum aliorumque Germanorum fortitudine servatur: Pisavorum civium multi ab eis sunt occisi. Franciscus cum quinque aliis Gambacurtiis nec non aliis decem complicibus morti pariter addictus est.

Petrus Castellæ Rex Blancam Reginam & conjugem suam custodiæ tradere tentans, Procerum suorum animos in se concitat, adeo ut sub matris custodia quasi captivus teneretur, sed inde ad libertatem se proripiens, plures è Proceribus morti designat.

Bellum inter Gallos & Anglos recrudescit. Ludovicus Trinacriæ Rex moritur, Fridericus ejus frater invito Papâ Regnum occupare tentat, unde iste in occupatorem anathema tulit, & sacris universæ Insulæ interdixit.

Cantacuzenus ejusque uxor resignato Imperio, Monasticum institutum amplectuntur; Palæologus econtrâ liberam & absolutam Imperii administrationem impetrat.

Lutetiam captivus rapitur Navarræ Rex, quod Anglo favisset.

Didacus Gutierrez de Zaballos, Magister Generalis de Alcantarâ creatur; eo hoc anno mortuo succedit Suerius Martinez.

Moritur Bartholus de Saxoferrato celeberrimus J. C. Mathematicus quoque & Hebraicarum litterarum peritus, item Ludovicus filius Philippi Principis Tarentini.

Gerhous de Waldeckh fit Episcopus Chiemensis.

Petrus creatur Episcopus Curienfis.

Moritur Albertus Episcopus Aichstadiensis.

Arnaldus Aubert creatur Archiepiscopus Ausciensis.

Diem obit Hugo de Viennâ, cognomento Salinorius, Archiepiscopus Bisontinus, vir piissimus, item Joannes Vicecomes Archiepiscopus Mediolanensis.

Floret Joannes Calderinus Bononiensis insignis Jurista.

Joannes V. Comes Harcourtii jussu Regis Galliz Rothomagi decollatur.

Carolus primum Mediolani Coronâ ferreâ, ut moris erat, cum suâ conjugè ab Archiepiscopo in Ecclesiâ Principali coronatur; deinde Romam profectus magno cum honore à Senatu & populo Romano, extra urbem sibi occurrente, suscipitur, & in die Resurrectionis Dominicæ per Cardinalem Ostiensem à Papâ Innocentio ex Avenione propterea missum Imperatoriâ Coronâ cum uxore insignitur, postea Mediolanum rediens, Vice-Comites, eatenus Romanis Pontificibus rebelles, Innocentio Papæ, & per illum Ecclesiæ reconciliavit, rebus in Lombardiâ dispositis, in Germaniam reversus est.

Veneti Ducem suum Martinum ante Palatium capite truncant.

Moritur Joannes Brabantiz Dux sine liberis, cujus corpus in Monasterio nostri Ordinis Veleer nuncupato in habitu Monastico sepultum est; post cujus obitum magna inter Wenceslaum Ducem Luzenburgensem, fratrem Carolum Imperatorem IV. & Ludovicum Flandriæ Comitem fuit suborta contentio, quorum uterque Ducatum Brabantiz sibi ut jure proximo deberi contendebat; postremo Wilhelmus Comes Hollandiz vices mediatoris subiit, & dissidentes ad concordiam revocavit. Ducatus autem Brabantiz Wenceslao cessit in possessionem.

In Mense Septembri maxima fuere tonitrua, coruscationes, fulgura & grandines ad magnitudinem Nucis Moschatae per totam Franciam Orientalem, Sueviam, Alsatiam & partes Cis-Rhenanas, ex quâ grandine in multis prædictarum Regionum locis vinum, quod jam maturaverat, in vitibus petiit, unde magna ejus penuria & caritas fuit subsecuta.

Annus Christi 1356.

A Uream bullam edit Carolus IV. Imperator, & Metis Generalem Principum Conventum celebrat.

Acer conflictus committitur propè Pictavium, inter 12000 Anglos & 50000 Gallos, Joanne horum Rege præsentè, victo, & cum filio natu minimo capto.

Lutetia propter adulterinum nummum non sublaturam, & propter novas exactiones Clero & populo indictas, factionibus civium laborat, Stephano Marcello rebellionis auctore: cujus tanta audacia fuit, ut ad pedes Caroli Regii adolescentis tres ejus fidiissimos Ministros & Consiliarios occiderit.

Papa laborat pro unienda Romanâ & Græcorum Ecclesiâ.

Barnabas Vicecomes, cum Lugum oppidum occupasset, Sacerdotem sacram militiam adversus Ordellaffum tyrannum Mediolani jussu Pontificio indicentem, comprehendit, & in cratèr ferream dolii instar fabricatam compactum, igne supposito torrerit circumvolutatione, atque cremari imperavit, propter quod enorme scelus ab Innocentio VI. diris devotus est. Villan. l. 6. c. 27.

Rebus humanis eximitur B. Michelina vidua Pisauri in Italia; cum mortuo viro; quadam die in Ecclesia Franciscanorum oraret, & quod propter curam filii, quem unice diligebat, se totum divino obsequio mancipare non posset, conquereretur, vocem ab imagine Crucifixi audivit: *te hac quoque curâ & amore levabo, moxque domum reversa, filium invenit defunctum, eo sepulto, facultates pauperibus distribuit, vilemque tertii Ordinis S. Francisci habitum induta, vitam planè cælestem vixit, & rigidissimam; inde miraculis clara, leprofos aliquot prodigosè sanavit.* Bzoyius in annal. ad ann. cit.

Ludovicus Hungariæ Rex Tarvisium obsidet.

Moritur Joannes Gradenicus Dux Venetorum.

Joannes Episcopus Constantiensis à Conrado Nobili de Honburg, mensæ cum amicis affidens occiditur.

Decedit Franciscus Tudertinus Episcopus Florentinus.

In Metensi Principum Conventu Imperator Comitatum Luxemburgensem & Barenssem Ducali titulo ornat.

Mense Octobri factus Basileæ & in multis aliis locis, maximè Cis-Rhenanis maximus & terribilis terræ motus damna mortalibus plurima intulit; complurium namque urbium turres & muros dejecit, domos lapideas & fortissima ædificia subvertit. Castella in montibus plura & firmissima corruerunt; primâ die decies fuit terra mota, & deindè per totum annum sæpius; undè multi homines nimio terrore percussi relictis urbibus & castellis ad campestria sese contulerunt, in tabernaculis habitantes.

Bertholdus Hæresiarca Spiræ capitur, & pertinaciter erroribus suis inhærens, comburitur.

Annus Christi 1357.

Magno furore armis congregiuntur Castellæ & Aragoniæ Reges, ad quos pacificandos Papa Legatum mittit, qui Petrum Regem Castellæ ob pertinaciam excommunicat, Castellæque Regnum interdicto supponit.

Carolus Imperator in Curia Metensi contra hæreticos, & pro libertate Ecclesiasticâ diversa statuta edit.

Palæologus Imperator Græcorum, Châlilem Orchanis Primogenitum, Turcam in potestatem recipit, & Matthæum Cantacuzeni filium Imperii titulum usurpantem reprimit ope Genuensium, quibus; ut gratum se ostenderet, Lesbium dono dat.

Martinus Avelar, Magister Generalis Ordinis de Avis creatur.

Ungari Zaram expugnant; Hispani Turiafionem.

Moritur Galhardus de Mot. S. R. E. Cardinalis.

Obit Alphonfus IV. Lusitaniæ Rex, bella multa cum Mauris gessit & Castilianæ, plerumque felix, hinc Generosi nomen adeptus est.

Thuregienses, Bernenses, Suitenses, Lucernenses, Tugienses, Untervaldenses, Glarenfes & Urienses iterum juramento sese colligantes, priorem confederationem innovant, contra Duces Austriæ & Comites de Habsburg; quæ nova colligatio memoratos Duces & Comites haud leviter offendit, licet eam impedire non possent; ad illorum ergo instantiam Carolus Imperator Thuregium profectus est, volens conjurationem memoratam Imperiali auctoritate dissolvere; at illi pertinaciter cœptis insistentes, in tantum exacerbaverunt Imperatoris animum, ut magno collecto exercitu Thuregium obsederit; at obortâ inter Episcopum Constantiensem & Ducem Austriæ dissensionem obsidionem solvere & cum Thuregiensibus treugas inire coactus est.

Die decimâ quartâ Mensis Maji horrendus iterum terræ motus in pluribus Europæ locis contigit, qui majora quàm prior damna causavit, in Hispaniâ quoque, & præcipuè Hispaniâ & Cordubæ, ædificia plurima corruerunt.

Annus Christi 1358.

Moritur B. Gertrudis ab Oosten, facti Christi Vulneribus insignita, & Prophetiæ spiritu clara.

Navarreus omnia in Gallis turbat, & rustici ibidem in Nobiles crudeliter sæviunt, illorum tamen 3000. apud Bellovacos cadunt; major eorum clades fuit Meldis; quo metuca-terarum civitatum plebs fracta Delphino se permisit; Lutetiam admissus, duobus seditionis authoribus gulam fregit, multitudinemque inermem ad concionem vocatam, ac gravibus verbis increpitam in potestatem recepit.

Rex Scotorum liberationem suam pactus ab Eduardo Angliæ Rege dimittitur.

In convivio permagnifico, pincerna dicti Angliæ Regis pocula distribuens, Joannem Galliarum Regem captivum, per contemptum præterierat, & alteri ex convivis, seu Eduardo ipsi, quàm Joanni prius potrexerat, injuriam non ferens Philippus Joannis filius, colaphum, ut erat mensæ accubus, pincernæ impexit, Regemque patrem quamvis captivum, tamen Regem Galliarum esse, & præ Rege Anglo haberi debere admonuit; volebat pincernam in oculis Eduardi pugione Philippum confodere, prohibuit id Eduardus, & Philippum quidem titulo Audacis insignivit, qui tam strenuè pro patre egisset: illum verò temeritatis redarguit, quòd Regem, etsi calamitosum præposterè habuisset. Annal. Flandr.

Moritur Joannes Schephius Rossensis Episcopus, successit ei in Pontificatu Guillelmus Witellesius.

Novæ inter Reges Castellæ & Aragoniæ turbæ oriuntur, ille etiam in fratres sævire incipit, Fridericum enim Hispali in oculis suis obruncari jussit, alter frater Tellius fugâ se subduxit, postea sævitum in Proceres.

Guillelmus Dux Bavarus, Hannoniæ & Hollandiæ Comes, post plura malæ notæ facinora justâ DEI vindictâ phrenesin & amentiam incurrit, adeò, ut à proprio fratre, & Primatibus patriæ in vincula conjiceretur, & in his 19. annis usque ad extremum vitæ diem fuerit detentus; ex magno Chron. Belgic.

Florent Sanctitatis famâ Guillelmus Anglicus Ordinem Servorum B. M. V. professus; & Joannes Columbinus Ordinis Jesuatorum institutor.

Nunnius Ruiz, Magister Generalis Militiæ Jesu Christi creatur.

Moritur Anna Comitissæ Hennebergici filia, Abbatissa Monasterii Solis Campi.

Ungari partem exercitus Veneti cadunt; mox tamen inter utrosque pax firmatur.

Joannes Balisterius in Capitulo Burdigalæ habito, Carmelitani Ordinis Generalis eligitur.

Joannes Liber Baro à Lichtenberg, Episcopus Argentoratensis, Landgraviatum Alfatiaë emptione sibi vendicat.

Decedit Albertus II. Dux Brunsvicensis Episcopus Halberstadiensis; itè Albertus cognomento Sapiens, Archidux Austriæ.

Vitab

Vitam pro liberatione Patriæ à Tyrannide Acciolini offert Bartholomæus Brixianus Juris-Consultus celeberrimus; scripsit Repertorium Decreti, Disputationes Decretalium.

Sava pestis totam ferè Germaniam occupat, quæ plurima hominum millia ab initio mensis Augusti, usque ad finem Decembris consumpsit.

Innocentius Papa VI. Philippum Episcopum Cavallicensem Legatum misit in Germaniam, ut pro subsidio Camere Apostolicæ decimum omnium proventuum à Clero denarium exigeret, Ecclesiarum autem Primores nil contribuere, scriptis Papæ causis concluserunt, qui his cognitis, metuens fieri dissensionem, à petitione desistit.

Annus Christi 1359.

Vitæ finem cum Sanctitatis famâ facit Euphemia, Virgo Ordinis Prædicatorum, Lesconis Ratisboriensis Ducis filia.

Innocentius Papa Carolum Imperatorem officii admonet ob usurpatam in Clericos auctoritatem.

Ordellaffus tot annis Sedi Apostolicæ rebellis, Legato Pontificio exercitum contra se ducenti se subdit; & Faventiam adductus, in publico omnium aspectu, errores, hæreses & omnia facinora in Sedem Apostolicam admissa serio deplorat veniamque deprecatur; peractâ impostâ pœnitentiâ, ad pristinum honorem restitutus, Forum-Popilli & Castrocarum jure beneficiario à Papâ obtinuit. Villan. lib. 9. c. 35.

Castellæ & Aragoniæ Reges Papa frustra componere laborat, triumphante non semel Aragonio; non fregit interim clades Petri Castellani ferociam, sed is arma & furorem vertens in suos Ferdinandum Aragonium, Henricum & Tellium fratres, nec non omnes, qui in Aragoniam confugerant, absentes quasi læsæ Majestatis & perduellionis crimine notatos insigni quadam ignominia damnavit, insuper Eleonoram Reginam amitam in custodia crudeli morte affecit.

Nicolaus Calaber in Aragoniâ hæreses spargens, igni addicitur.

S. Walpurgis ossa Aichstadii per quatuor septimanas oleum stillare cessant, eo quod fures, noctu intrantes monasterium, eustodem Ecclesiæ defendentem res Sacras graviter vulnerassent.

Eodem anno in Octavâ Pentecostes extralato corpore S. Wunibaldi apud Haydenheimium oleum quoque largitè fluxit. Bzovius ad ann. hunc.

Angli denudò in Galliam irrumpunt, Rhemos, Lutetiam obsidione cingunt, pluresque regiones depopulationibus, incendiis, libidine sædant.

Carolus Comes Alenconius inter turbines Regni Gallici Prædicatorum institutum amplectitur parentibus frustra reluctantibus.

Ad caelos emigrat B. Albertus Besutius Anachoreta, qui in monte quodam lacui Verbano imminente diu solitariam vitam egit, dirè à dæ-
R. P. Brentano Epitome Chronologica.

monibus tentatus, Angelicis frequentè apparitionibus dignatus est, cujus precum meritis sæva lues populum circumjacentem invadens aversa, & corpus ejus longè post mortem mirè fragrans repertum est.

Moritur Joannes Comes & Princeps Hennebergicus.

Hugo de Scheffenberg creatur Episcopus Chiëmensis.

Vivere desit B. Joannes IV. hujus nominis Abbas Cistercii, doctrinâ & miraculis illustris; similiter Albertus Episcopus Frisingensis.

Amurathes I. Orchanis Imperatoris Turcarum filius, patre mortuo, Ottomanni Imperii solium conscendit.

Vivis subtrahitur Bartholus Jctus sui avi celeberrimus.

Inter Senatum & Cives Norinbergenses magna oritur dissensio & seditio; dederat Imperator in mandatis nonnulla Senatui, quæ communi populo haud parum displicuerunt; unde convenientes turmatim in suis conventiculis, multis & variis se cohortationibus contra Imperatorem & Senatum armaverunt; in tantum brevi convaluit ista plebeia conspiratio, ut nonnulli ex eis omninò concluderint, Imperatorem, si possent, quocunque modo, tempore & occasione interficere; Imperatori, qui tum Norinbergæ fuit, conspiratio innotuit, qui nihil moratus auctorem seditionis factæ in populo jussit adesse, quem blandis sermonibus, & oblatione 1000. Florenorum aureorum in secreto sibi concilians maximum fecit esse fautorem; nam mox ut ab Imperatore tam largitè remuneratus discessit, mutavit consilium factis, & eos quos prius in odium Cæsaris concitaverat, jam nunc ad obedientiam & subjectionem revocavit; verum dum à complicibus nonnullis argueretur levitatis, respondit: *In turpi voto honestè mutandum consilium.* Cæsar autem ut omnem plebi occasionem deinceps conspirandi auferret, omnia conventicula, Collegia, vulgò *Zünfften*, interdixit; macellariis solis, qui in illa seditione fideles remanserant, suum permisit frequentare, quibusdam simul privilegiis concessis.

Annus Christi 1360.

Propè Carnutum subito coorta tempestas in Anglorum exercitu homines ac equos insolitæ magnitudinis grandine ac ignibus caelestibus prostravit, quod prodigii loco habens Eduardus Rex, animum ad pacem cum Joanne Galliarum Rege captivo adjecit, eumque libertati restituit.

Petrus Archiepiscopus Viennensis, de plurimis convictus sceleribus gradu movetur, Ecclesiæ verò Viennensis administrationem Francisco tit. S. Marci Presbytero Cardinali, Papa assignavit.

Hugo Lusignan Rex Cypri moritur, ei Petrus filius in Regni administratione succedit.

LII

Barna-

Barnabas Vice-Comes Bononiam obsidens, in Salaria vico à Papæ confœderatorum copiis superatur, ipseque in manu saucius vix fugâ evasit.

Petrus Castellæ Rex iterum in Proceres sævit, & plures eorum neci tradit.

Lollhardi hæretici Germaniam inficiunt & turbant.

In Angliâ diabolus humanâ specie apparet, locutus est Thom. Valling, histor. Anglor. in Eduardo III.

S. Andreas Corsinus creatur Episcopus Fæsulanus.

Obiit Eugubii in Umbriâ B. Francisca, sive Francischina, tertii Ord. S. Francisci, Miraculis fulgens.

Ludovicus Raikhover creatur Episcopus Chiemenfis.

Moritur Balduinus Comes à Steinfeld, Episcopus Paderbornensis.

Maria de Britannia Ludovico Andegavensi, qui se Siciliæ Regem dicebat, nubit.

Joannes de Dormano creatur Episcopus Bellovacensis.

Carolus IV. Imperator Alam sive Olam, antiquam Rhætiæ urbem, ad Comites Oettingenses quondam spectantem, liberis Imperii civitatibus annumerat.

Naturæ debitum solvit Euphemia Alberti Ducis Megapolitani uxor, filia Magni Suecorum Regis, ex quâ Albertum, Magnum, Annam & Ingelburgam proles suscepit.

Imperator Conventum Principum celebrat Eslingæ, contigit autem, dum die quadam ille cum Principibus in Refectorio Fratrum minorum habebat colloquium, cives ad seditionem conversos, contra familiam Cæsaris arma movisse, & furentibus persimiles, in ipsum Cæsarem contumeliis invasisse; qui declinans illo- rum insaniam, Eslingâ discessit; cum autem cives intrâ Menses aliquot commissorum in Imperatoriam Majestatem nullam peterent veniam, urbem cum sat valido exercitu obsedit, ejusque Ducem Eberhardum Comitem de Würtemberg constituit; igitur extremâ necessitate pressi cives, pacem, quam non merebantur, petunt & accipiunt; datis pro expiatione commissi sceleris Imperatori Carolo sexaginta millibus florenorum, ac Comiti Eberhardo triginta millibus pro refusione expensarum quas fecerat; ipsum quoque Cæsar Capitaneum super 24. civitates & oppida Imperii constituit, qui tamen suâ abusus potestate, subditos illicitis & inconsuetis exactio- nibus gravare incepit, à quâ violentiâ per Imperatorem monitus nequaquam desistit; quo viso Cæsar ipsum utpotè refractarium à Capita- neatûs officio deposuit, undè exacerbatus ipse totis se viribus fretus amicorum potentiâ ad rebellandum comparavit; quod causa fuit, ut Imperii Bannum Imperator in illum vibraret, nil inde tamen factus melior comparato exercitu arma cum copiis Cæsareis conferere non dubitavit; at sinistro decertans Marte victus, casus- que pluribus ex suis, reliquis in fugam actis pacem petere coactus est.

Imperator ipse doctus, & doctorum fau- tor, Universitatem fundat Pragensem in Bohe- miâ, & Sedem Episcopalem Pragensem Archi- episcopatus titulo à Papâ ornari impetrat.

Festum Lanceæ clavorumque Domini Sal- vatoris quotannis feriâ sextâ post Octavas Pas- chæ, devotus idem Imperator celebrandum ob- tinet.

Eduardus Anglorum Rex, videns Joannem Gallorum Regem non pacta servare, arma rursus arripit, & classem 150. navium in Gal- liam reducens, Parisium obsidet.

Cives Herbipolenses rursus tumultuantur, nobiliores & ditiores quosque civium, quibus Episcopus suas in Republicâ distribuerat vices, hostilitèr invadunt, alios vulnerantes, alios cru- delitèr occidentes, & reliquos in fugam agentes; sed paulò post armatâ manu veniens Antistes, vindictam in eos exercuit, quam meruerunt.

Annus Christi 1361.

Casimirus Poloniæ Rex, Cracoviæ Acade- miam condit.

Turcæ contra Rhodum & Cyprum fre- quentes excursiones faciunt.

Joannes Palæologus dum à Cantacuzenis Joanne & Matthæo premitur, divinâ adjuvante providentiâ Matthæum in ordinem redigit, & in carcerem conjicit, abdicato tamen per illum Imperio rursus dimittit & magnificè tractat.

Petrus Castellæ Rex Blancam Reginam conjugem suam infontem in carcere veneno perimit; obit hoc eodem anno Padilia dicti Regis pellex.

Eduardus, Angliæ Regis Eduardi filius in matrimonium ducit Joannam filiam Edmundi Comitis Cantii, paucis antè annis ob suspicio- nem seditionis capite multatus; ipse verò æta- tis suæ Jubilæum, seu annum quinquagesimum celebrans, exules revocat, perduellibus parit, captivos omnes dimittit.

Magnâ ex parte à Gibellinis occupatum Ecclesiæ patrimonium recipit Innocentius Papa.

Natus est Carolo Imperatori Wenceslaus filius, qui dum baptizaretur, aquam lustralem lotio suo maculavit, quod multi pro signo futuræ in illo malitiæ habuere; Imperator verò donum Aquisgranum Beatæ Mariæ Virgini mittit, pueri Wenceslai pondus, auri nimirum XVI. Marcas.

Vitalis Bononiensis, Ord. Servorum B. Ma- riæ V. quondam ab Innocentio Papâ Sexto Le- gatus missus ad Sultanum Ægypti, Asculanus postea Episcopus creatus, diem claudit extre- mum.

Gutierrus Gomez de Toledo, Magister Generalis Ordinis de Alcantarâ creatur.

Androinus de Roccam ex Abbate Mona- sterii S. Petri Cluniacensis Ord. S. Benedicti, ab Innocentio VI. Cardinalitiâ dignitate or- natur.

Petrus Corsinus fit Episcopus Florenti- nus.

Ægidius

Ægidius Isalnil ex Morinensi Episcopo ad Cardinalitiam Purpuram promovetur.

Gaufredus de Vayrolis ex Episcopo Car- cassonensi creatur Archiepiscopus Tolosanus.

Vitâ excedit in Maggiano Monasterio B. Petrus Petronus Carthusianus Senensis in He- truriâ, patientiâ, visionibus illustris; dono insu- per discretionis Spirituum mirabiliter enituit; exspiravit immensâ delibutus animi lætitiâ, & claritate quadam cœlesti circumfusus.

Vitæ finem facit Ademarus Episcopus Me- tensis, postquam durum cum Lotharingæ Duce bellum gessisset, & aliquot ejusdem fortalitia fuisset demolitus; item Albertus pulcher Burg- gravius Norinbergensis, maritus Sophiæ, Comi- tissæ Hennebergicæ, ex quâ duas suscepit filias Margaretham Balthasari Thuringiæ Landgravio, & Annam Schvivantiborio Pomeraniæ Duci nuptam.

In mense Februario nocte quadam cœlum Occidentem versùs ardere visum est; eadem nocte Wilhelmus Dux primus Juliacensis ex hac vitâ migravit, vir memoriâ dignus, cultor justitiæ, amator Cleri, pauperum defensor.

Gerardus Comes de Monte & Arnoldus de Blanckenheim, jam diu hostilem intèr se geren- tes animum torneamentum ineuntes, lanceis se invicem occidunt.

Eberhardus Comes de Würtemberg filiam suam Sophiam Lotharingæ Duci in matrimo- nium elocat, nuptiæ celebratæ magnâ pompâ; illis interfuit Albertus Dux Austriæ, Imperator autem invitatus non comparuit.

Floret Joannes de Hildesheimio ex Ordine Carmelitarum Vir insignitèr doctus, scripsit su- per Sententiarum Petri Lombardi libros qua- tuor, totidem volumina; de translatione trium Magorum librum unum; Chronicon sui tem- poris; Defensorium quatuor Ordinum Mendi- cantium; Opus Metricum de monstis in Eccle- siâ; librum, qui dicitur *Fons vitæ*; de Anti-Christo lib. 1. contra Judæos lib. 1. in quendam turpia pingentem lib. 1. Sermonum de tempore & Sanctis lib. 2. Epistolarum ad diversos lib. 1.

Joannes de Thambach Ord. S. Dominici tempora hæc doctrinâ suâ illustrat; scripsit Con- solatorium Theologicum libris quindecim; de sensibilibus deliciis paradisi contra Saracenos lib. 1. Sermones & alia plura.

Joannes de Emenhusen inter multas alias lucubrationes suas, edidit in libros 4. sententia- rum libros totidem; utiles etiam Commenta- rios alios.

Joannes Denock gente Saxo Ordinis Ere- mitarum S. Augustini, primus Doctor in Uni- versitate Pragensi promotus, vir ingenio & doctrinâ clarissimus, scripsit super libros 4. Sen- tentiarum insigne opus; variarum quæstionum lib. 1.

Annus Christi 1362.

Diversi Italiæ Principes contra Vicecomites Legato Apostolico fœdere junguntur.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Neapoli diem extremum claudit Ludovicus Siciliæ Rex.

Petrus Rex Castellæ à Papâ excommunica- tur, quod is pacta cum Rege Aragoniæ inita, & auctoritate Cardinalis Legati stabilita, non ser- varet; Rufum Granatæ Regem Maurum contra fidem datam cum omnibus suis is quoque hoc anno Hispali occidit.

Venetis extincto Duci Delphino Lauren- tius Celsus successit sex & quadraginta annos natus; Cretenfes contra Venetos rebelles, mox tamen ad fidelitatem redeunt.

Boemundo Treverensi Archiepiscopo ob senium à Papâ Coadjutor datur Cuno Falcken- keinius, Moguntinæ Ecclesiæ Canonicus.

Floret Joannes Arckel Episcopus Trajecten- sis, vir omnibus numeris absolutus; item in Sueciâ S. Birgitta, visionibus cœlestibus Vitæ- que Sanctimoniâ illustrissima.

Gravissimæ hoc anno tempestates multas Ecclesiæ, domos & oppida prostraverunt; solis defectio tanta, quanta post viventium memo- riam nunquam visa. Cometes quoque ingens apparuit, portendens mortem Innocentii Papæ, qui pridie Idus Septembris defunctus est; in ejus locum Urbanus V. ex Abbate S. Victoris Massiliæ Ord. D. Bened. eligitur.

Petrus Rex Cypri declaratur.

Moritur Henricus III. Episcopus Hilde- sensis; item Bernardus Archiepiscopus Neapo- litanus, nec non B. Ægidius tertius socius S. Francisci Seraphici, ecclasiis, divinis revelatio- nibus plurimis à DEO honoratus; Christum ipsum intueri meruit, dæmonem verò sibi ali- quoties horribili formâ apparentem ac tentan- tem gloriosè triumphavit; intèr plura, quæ ipso mortuo contingere, miracula puella mortua ad vitam revocata est, alia energumena ejus meri- tis ab inquilino Stygio liberata, ad mortem ægri aliquot sospitati sunt redditi.

Moritur Ludovicus de Montebeligardis Archiepiscopus Bisuntinus; cui succedit Aymo de Villario Sexel.

Obiit Albertus II. dictus junior, Dux Ser- veftanus, Alberti Senioris filius; anno 1333. ut proximus Bernardi III. Agnatus, à Cæsare investituram super Principatum obtinuit Anhal- tinum; anno 1341. unâ cum fratre arcem ex- struxit Anhaltinam; arma postea arripuit con- tra Theodoricum Brandeburgi Episcopum, quod bellum Otonis Magdeburgensis Archiepiscopi industriâ sopitum est; anno 1354. cum eodem, nec non Rudolpho Saxonæ Duce, Duceque Pomeraniæ contra Ludovicum Electorem Bran- deburgicum fœdus iniit; mortuus, ex Annâ conjugæ primâ, Wratislai Pomeraniæ Ducis fi- liâ Joannem, ex conjugæ secundâ Beatrice Ru- dolphi I. Electoris Saxonici filia Rudolphum, & duas filias ex se proles reliquit.

Amadeus VI. Sabaudia Princeps instituit militarem Ordinem de Annuntiatione.

Amurathes I. Turcarum Imperator Adria- nopolim Thraciæ urbem occupat.

Udalricus Comes de Wirttemberg uxorem ducit Elisabetham filiam Ludovici Ducis Bavariz, relictam viduam Scaligeri Veronæ Principis.

Reliquiæ magni illius exercitus, quem Eduardus Rex Angliæ contra Galliam duxerat, pace inter dissidentes Reges confirmatâ, in prædonum turmam cœunt, cum enim tot homines ex variis nationibus conflati, ultrâ non haberent, undè vi-
verent Hispaniam intrantes, villas, oppida, castella improvisè invadunt, spoliant, & interfectis habitatoribus destruunt; ex illo Regno pulsi per Galliam redeunt, ubique latrocinia exercentes; Trevirenses tandem aggressi Archidiccesim, paratas contra se invenientes Archiepiscopi & finitimorum Principum copias nil tentare ausi, in Alsatiam se conferunt, rapinis, incendiis, cædibus regionem implentes, mittente autem Alsatii Imperatore auxiliares copias, summâ cum festinatione se ex Regione illâ subdixerunt; prædonibus fugatis, ob annonæ defectum magnâ fuit fames subsecuta.

Decedit Wilhelmus Archiepiscopus Coloniensis, cui succedit Joannes Comes de Virnenburg per electionem, quam tamèn Papa non confirmavit.

Annus Christi 1363.

A Murathes Palæologum Imperatorem vectigalem facit, Philippopolim & Adrianopolim occupat, aliasque plures urbes; malo huic curando Urbanus Papa bellum sacrum contra barbaros, aliosque Ecclesiæ hostes indicit.

Fridericus Liber Baro à Trüdingen Episcopus Bambergensis creatur. Lampertus verò de Burne, vir miræ industriæ sagaciorisque ingenii, Abbas quondam Gengenbacensis, Ord. D. Benedicti, Ecclesiæ Spirensi præficitur, mortuo Gerardo.

Urbanus Papa graves inter Carolum Imperatorem, Ludovicum Ungariæ ac Casimirum Poloniae Reges ortas inimicitias sopit, insuper affinitatem inter eos conficit, Carolo Imperatore neptem Casimiri Regis, Elisabetham Boguslai filiam quartam uxorem ducente. Naptiis locus dictus est Cracovia. Cromer. de reb. Polon. lib. 12.

Idem Papa Comitum Sabaudia cum Marchione Montisferrati bella gerentem pacificare laborat; idem agit inter Aragoniæ & Castellæ Reges.

Constantia Trinacriæ Regina vidua moritur.

Joanna Siciliae Regina Jacobo Majoricarum Regi nubit.

Papa præcipit Duci Venetorum, ut Petro Archiepiscopo Cretenfi & Sedis Apostolicæ Legato, in his, quæ ad pacem Cretenfium attinerent, obtemperaret.

Albertus Alberti Megalopolitani Ducis filius, exauktorato & in Norvegiam profugo Magno, Rex Sueciæ salutatur.

Jacobus de Florentiâ Episcopus Zaitonenfis à Saracenis in Oriente occiditur.

Diem obit B. Alexander Vinciolus ex Ord. Minorum S. Francisci, Nuceriæ Episcopus.

Gabriel Adornius Genuensium Dux creatur.

Exiit vitam Godefridus Comes ab Arensburg, Episcopus Osnabrugensis.

Papa repudiât Joannis Comitis de Virnenburg electione, Adolphum de Marcâ Episcopum Monasteriensem, invitis & reclamantibus Canonis Cathedralibus Archiepiscopi Coloniensi Sedi præficit.

Mortuo Theodorico Episcopo Wormatiensi, promotione ejusdem Urbani Papæ succedit Joannes cognomento Landschad de Stejnach, Ordinis S. Dominici, Sacræ Theologiæ Doctor, Vir optimus.

Annus Christi 1364.

Moritur Ernestus I. Archiepiscopus Pragensis, succedit in dignitate Archiepiscopali Joannes Oczko de Wlaskim, Episcopus Olomucensis.

Diem quoque obit Joannes Galliarum Rex, cui in Regno succedit Carolus filius; interim plena est prædonibus Francia, qui & ipsum Papam Urbanum in itinere interceptè, undè libertatem multo auro redimere coactus est.

In Aragoniâ Bernardus Cabrera proditionis insimulatus, & nullius flagitii convictus, Reginâ, Navarræ Rege & Henrico Ripagorfa Comite in ejus necem conspirantibus, à Petro Rege capitis damnatur.

Totus iterum in retrahendis à bello Christianis Principibus versatur Urbanus Papa, & ad sacrum bellum concitat.

Barnabas Vice-Comes diu refractarius mediantibus Carolo Imperatore, Carolo Rege Galliarum aliisque Principibus, eidem Urbano reconciliatur.

Laboratum est in Italiâ sævissimâ locustarum peste, ab Oriente Occidentem versus migrantium, quorum tantus fuit numerus, ut & terram obducere, & solem obfuscare dicerentur, Bostius histor. Mediolan.

Adolphus Coloniensis Archiepiscopus, stemmatis sui ultimus, resignatâ Archiepiscopali dignitate, in matrimonium ducit sororem Comitis Montensis.

Martinus Lopez de Cordova Magister Generalis de Alcantarâ creatur.

Joannes, qui Rex postea fuit Lusitaniæ, eligitur Magister Generalis Ordinis de Avis.

Obiit Otto I. Abbas S. Petri Salisburgi, Ord. D. Benedicti, qui miram in expellendis demonibus potestatem habuit.

Circâ hunc annum vitâ excedit S. Alexis Metropolitani Kiioviensis in Russia.

Joannes II. Episcopatum Hildesienfem resignat, per Papam ad Augustanum translatus.

Moritur Agnes Andrea III. Ungariæ Regis vidua, Alberti I. Imperatoris filia, anno ætatis suæ octuagesimo quarto; cœlibatûs quinquagesimo circiter primo.

Carolus Blesia Comes, à Joanne hujus nominis quinto Britannia Duce apud Auracum prælio vincitur.

Post resignationem Adolphi Archiepiscopi Pragensis, Engelbertus de Marca Adolphi patruus eligitur, homo jam gravis ætate.

In Mense Augusto maxima & incredibilis per totam Sueviam & Alsatiam multitudo apparuit locustarum, quæ in modum nubis latissimè densissimèque aërem implevit, & viridia quæque

que consumpsit; territi homines insolito spectaculo, cum nil aliud potuissent, pulsus eas fugare campanarum conabantur; tandem verò per ventum dissipatæ, & putrefactæ circa litus Rheni magnam infecto aëre pestilentiam causarunt.

Facta est hoc anno dissensio gravis inter Gerlacum Archiepiscopum Moguntinum & cives illius, crevit cum tempore livor, & odium tantum, ut Clerus majore ex parte relicta civitate ad alia se loca transtulerit; citantur ad Romanum Pontificem cives, sed quia diutius comparere nolebant, excommunicantur; postremò Lambertus Episcopus Wormatiensis, Rupertus Comes Palatinus Rheni, Comesque de Spanheim suas rogati interposuerunt vices, pacemque inter dissidentes partes procurarunt, quo facto cives ab excommunicatione absolvuntur.

Annus Christi 1365.

Moritur Robertus, cognomento Imperator Constantinopolitanus, qui jure materno Catharinæ Imperatricis sibi Imperium vendicarat; item Ortolfus Archiepiscopus Salisburgensis.

Diem quoque obit Joannes Urbeveranus Episcopus, Summi Pontificis Romæ Vicarius.

Immensa locustarum copia apud Ligures, Insubros, & pleraque Italiae loca quidquid herbidum aut frondosum, depasta est.

Cometa per dies plures apparet radios Franciam versus protendens.

Urbanus Papa denuò exardescens bellum Gallos inter & Anglos componit, & Cæsarem arbitrum jubet; in sacri belli societatem Venetos, Milites Hierosolymitanos, Regem Cypri, Marchionem Montisferrati, Ducem Genuæ jungit.

Rex Cyprius Alexandriam Ægypti occupat, quam Christiani exurunt, & collectis ingentibus spoliis abeunt.

Diem in Germaniâ claudit extremum B. Henricus Suto Ord. D. Dominici mirâ in adversis patientiâ, visionibus, corporis mortificatione, miraculis post mortem clarissimus.

Humanis similiter eximitur Albertus Germanus ejusdem instituti alumnus, insignis Prædicator, & Sanctitatis notâ celebris.

Floret F. Berchtoldus Niger Ord. S. Francisci, natione Germanus, pulveris tormentarii & bombardarum inventor.

Moritur Joannes Episcopus Argentoratensis præ mœrore, quod Alsatiam cæterasque circumjacentes Provincias ab Anglis vastari cerneret.

Diem obit Berchtoldus Episcopus Aichstadiensis.

Aptæ Juliae trium Provinciarum Gallicarum Synodus celebratur in præsentia Wilhelmi de la Garde Archiepiscopi Arelatensis, Joannis Peisoni Archiepiscopi Aquensis. Bertrandi de Decio Cardinalis & Archiepiscopi Ebredunensis, prodierunt inde Constitutiones viginti octo.

Raymundus Berengarius, mortuo Rogerio Pinfio Magni Equitum Rhodiorum Magister salutatur, vir magni animi & ingenii.

Hyems anni hujus longa fuit & asperissima intantum, quod Rhenus tribus mensibus fortiter congelatus calcabilem se hominibus & jumentis cum vecturis & curribus præbuerit; fame plures, & peste non pauciores perierunt.

Albertus de Rickmerdorff fit Episcopus Halberstadenfis, vir tam in Divinis quam secularibus scientiis doctus, scripsit in sententias Petri Lombardi lib. 4. in Epistolas Canonicas libros septem; Commentarios quoque plures in libros Aristotelis.

Lupoldus Austria Dux ex Comitibus de Hapsburg uxorem ducit Viridem nomine, filiam Barnabovis Mediolani Vice-Comitis; à quo cum gravaretur Papa, Imperatorem rogat, ut arma in eum vertat, qui autem pacem bello præferens, Barnabovi suadet, ut se cum Papâ reconciliet.

Annus Christi 1366.

Ludovicus Marchio Misniae, Episcopus Bambergensis creatur.

Carolus Imperator & Wenceslaus filius, magno splendidoque comitatu in Gallias pergit, magnificentissimè ubique excipitur; infirmâ & morbis confectâ valetudine, Carolus Galliarum Rex, illis ad Dionysii portam in lecticâ occurrit, quæ res ne ei pudori foret, Carolus Imperator ætatem podagramque præterens, lecticâ & ipse Regiam Urbem ingredi voluit; filius necdum adultus patris latus in equo textit; festi dies adventu eorum celebresque acti, vincit dempta vincula, custodiæ referatæ; actum postea à Carolo Imperatore de pace inter Gallos & Anglos revocandâ, sed morte Galliarum Reginae compositio impeditur.

Urbanus Papa Sedem in Italiam referre cogitat.

Petro Cypri Regi contra Saracenos fortuna optimè favet.

Amadæus Sabaudia Comes ingentem Crucis signatorum numerum contra eosdem Barbaros conscribit.

Ludovicus Ungariæ Rex bellum contra Turcas parat, & Palæologum ad armorum Societatem invitat.

Cacinus Abuhalmalius Zababenus, Babylonius Sultanus, Christianos omnes in Asia & Ægypto negotiantes commorantesque comprehendit imperat, quod dictus Petrus Cypri Rex Ægypti oras invalisset. Petrus tamen Rex Aragonum missis Legatis, Catalaunenses omnes & Aragonios à barbaro, unâ cum corpore S. Barbaræ impetrat.

Moritur B. Avertamus ex Ordine Carmelitarum, ingentibus miraculis in vitâ & post mortem illustris; ex demortui corpore ingens splendor & odor fragrantissimus erupit.

Diem item obit B. Petrus Archiepiscopus Upsalensis.

Ad cœlos abit S. Petrus Thomas Patriarcha Constantinopolitanus, & Doctor percelebris ex Ordine Carmelitarum, qui plures conscripsit libros, nec non diem & horam obitus sui præsignavit.

Pilgrinus ex illustri familiâ Puechemiâ ortus, creatur Archiepiscopus Salisburgensis.

Petrus ab Orolpho Episcopus Lavantinus egit animam.

Joannes Comes Lucenburgenſis designatur à Papa Episcopus Argentinenſis.

Theodoricus Episcopus Wormatiensis hanc sedem resignans, transfertur ad Metensem.

Marcus ex Magistro Generali Ordinis Minorum fit Cardinalis; eandem dignitatem obtinet Ægidius Grimoaldus Abbas S. Rufi Ord. Canonicorum Regularium.

Magna oritur dissensio inter Episcopum & Cives Wormatienses, propter institutionem & destitutionem Consulatus, & quasdam jurisdictiones alias, quæ ad jus Episcopi olim pertinebant, civibus tamen reclamantibus, post longam contentionem Rupertus Comes Palatinus Rheni vices suas interposuit, & dissidentes ad concordiam revocavit.

Egeno Comes de Zähringen Friburgum, quod sine consensu suo confederationem cum aliis urbibus inierit, per insidias capere intendit, Friburgenses autem de insidiis sibi paratis certiores facti, auxilio Sociorum Basileensium, Brisacensium, Neuburgensium prævenientes Comitum omnes conatus ejus subvertunt, & Endingen oppidum Comitum obsidione cingunt; veniens obsessis in auxilium Comes prælium cum obsidentibus init, adeo feliciter ut 1400. Friburgensium ceciderint, plures in Rheno fuerint submersi, & capti trecenti.

Fit magna confederatio Civium Imperii contra Nobiles prædones, qui mercatores & alios itinerantes spoliabant, quorum illi multos ceperunt, capite truncarunt, & Imperatoris approbatione ex Provinciâ proscripserunt.

Thilmannus PP. Carmelitarum Provincialis in Germaniâ inferiore scribit super Sententias Petri Lombardi quatuor Commentariorum libros, in Evangelium S. Matthæi Commentariorum lib. 1.

Annus Christi 1367.

Nemetum Augustæ Spitz infestus insperatusque ignis in foro frugum exortus plusquam 60. ædium absumpsit, perque biduum efflagrando, extingui nullâ hominum arte potuit, donec fomentaria, domorum contiguitas, dissolverentur, atque locorum distantia finem mali imponeret.

Urbanus V. Sedem Avenione Romam transfert, ad quem occurrens Palæologus Imperator Orientis, obedientiam promittit.

Viterbii obiit Ægidius Cardinalis, vir domi militiæque clarus, tribus Pontificibus Clementi, Innocentio & Urbano charus.

Petrus Aragoniæ Regis filius, Divi Francisci institutum amplectitur.

Petrus Lusitanæ Rex, annos natus 46. menses novem, dies unum & viginti, ad Stremotium Lusitanæ municipium decedit, in Monasterio Alcobatiæ depositus; fuit æquitatis laude præstantissimus.

Joanna Siciliae Regina Barnabæ Vicecomitis copias acie protligat ad Aquilam, ejusque spurium Ambrosium captum vincumque Neapoli in carcerem conjicit.

Papæ, cum ingenti opinione Sanctitatis decedit B. Sibyllina tertii Ordinis S. Dominici, vitæ miro rigore commendata; JESUM Salvatorem in specie puerili, radios lucidissimos undequaque diffundentem intueri meruit, clatuit insuper Spiritu Prophetico, nec non miraculis in vitâ & post mortem peractis.

Hoc quoque anno fatis concessit Joanna Florentina, Servorum Beatæ Mariæ Virginis instituti, quæ dæmonis plurimas tentationes, mundumque heroicâ magnanimitate vicerat; ex Chron. Serv.

Ad capeſſendam cœli areolam ex mundo quoque transit Hemmingus Episcopus Alboënsis in Sueciâ, Vir in tantâ dignitate constitutus, mundo tamen erat planè mortuus, fulsitque Spiritu Prophetico.

Per hoc tempus apud Bythomienſes in Silesiâ metalla plumbi cum argento intermixta evanuerunt, post interfectos crudeliter ab Oppidanis publico consilio duos Sacerdotes Petrum & Nicolaum; Episcopus insuper Cracoviensis eos interdicto percussit damnavitque, ne qui ex posteritate eorum deinceps sacris initiarentur; ab hisce pœnis post biennium demùm à Pontifice maximo se redemerunt. Cromer. de Reb. Polon. lib. 12.

Fridericus II. creatur Episcopus Chiemensis.

Guilielmus de Sudre fit Cardinalis & Episcopus Ostiensis.

Decedit S. Joannes Columbinus; item Gallæciæ in Hispaniâ B. Ero Abbas Armentariæ, Angelicæ puritatis & admirandæ Sanctitatis Vir; cum hic religiosissimus Senex, contemplationis studio addictissimus, sedulâ secum meditatione revolveret, quoniam pacto Beatorum Spiritus idem semper objectum contemplantes, id item in æternum amantes, eadem beatitudine in æternum fruentes, contemplari, amare non cessarent, eamque inter contemplationem, finitis matutinis ad solitudinem proximam cœnobio suo more concederet; ecce tibi avem venustissimam, cantu prodigioso mirandam, quam dum mirificè resonantem, volatu ad solitudinem præcedentem inhiantissimè prosequitur, in interiora nemoris ductus, sub arbore quadam resedit, & dulcedine cælestis melodiæ raptus, ibidem ut sederat, ducentorum annorum spatio, divino munere conservatus, immobilis hæsit; cumque à cantu cessaret avicula, existimans se unum solummodò quadrantem cœnobio abfuisse, reversus est; occurrit ignoto ignotus portarius, miratur ipse novam Monasterii faciem, mutata ædificia, ignotos Abbates, Monachos cœnobii omnes, donec omnes prodeunte ipso nomen, Erum Sanctæ memoriæ Abbatem olim à majoribus suis tamdiu quæsitum ac deploratum, à suis annualibus repeterent, & insigni in oculis omnium miraculo agnoscerent, sanctissimoque Senijam

jam haud illubentes crederent; non tamen diu deinceps superfuit, munitusque Ecclesiasticis Sacramentis, plenus dierum & meritorum, ad desiderata cælestis patriæ gaudia nunquam deinceps finienda emigravit. Monim. Armentariæ prisca. Barn. de Montalbo. Ang. Manriq.

Finem vitæ fortitur Ægidius Alvarez Albornos S. R. E. Cardinalis; post conditum Bononiæ pro Hispanicâ juventute insigne Collegium; similiter Boëmundus de Saraponte Archiepiscopus Trevirorum.

Comes de Zähringen Friburgum Lupoldo Austriæ Duci pro magnâ pecuniarum summâ vendit.

Comites de Württenberg & Eberstein diffidiis mutuis colliduntur, contigit Eberhardum Comitem de Württenberg cum paucis esse in thermis lavandi corporis gratiâ; quod ubi Comiti de Eberstein innotuit, ordinavit insidias ad illum capiendum, verum consilio bubulci per invia densissimi nemoris abducitur, & incolumis ad sua revertitur, sic delusa fraus Comitis de Eberstein majoris dissensionis fomitem ministravit; quanquam autem dictus Comes maximam Nobilium partem per munera ab Eberhardo se junxerit; Rusticorum tamen hic ingenti copiâ congregatâ illum cum affeclis suis in Oppido Heimsheim obsedit, & captivavit; multi ex præfatis Nobilibus deficientibus ab Eberhardo, capite sunt truncati, & Castella eorum everſa.

Engelbertus de Marcâ Colonienſium Archiepiscopus senio gravatus ac paralyſi dissolutus, Cunonem Archiepiscopi Trevirorum in Administratorem Colonienſis Ecclesiæ Papâ consentiente assumit.

Annus Christi 1368.

Carolus Imperator cum ingenti Comitatu ex Germanis & Bohemis in Italiam veniens, splendè excipitur.

Præſente Urbano Papâ Viterbii, tanta orta est seditio, Bernabovæ suggestore, ut ille vix non violaretur, salutis fuit, in castrum se subduxisse, quo in loco Nicolaus Comes Ursinus, & Nicolaus Farnesius Princeps Bisentii, cum sociis eum tutati, seditionem represserunt; Montem Faliscum postea accessit, Viterbiumque solo æquare propter contumeliam acceptam constituit, nisi Carolus Imperator intercessisset, & tantum auctores conjurationis pœnas dare consulisset.

Tumultuatum & Perusiæ, quos idem Papa, missis illuc 12000. militum, repressit.

Moritur B. Paula Camaldulensis, Virgo Florentina, quæ Deiparam aspicere, ex osculo infantis JESU lactis rorem degustare, Angelicosque non semel audire concentus meruit; lachrymarum illi in meditatione tanta ubertas, ut pavementum, cui insitebat, inundaret.

In Angliâ obiit Philippa Regis Eduardi uxor.

Floret insigni doctrinæ laude Adamus Cisterciensis Ordinis Monachus, Sacræ Theologiæ Doctor Oxoniensis; scripsit:

De cavendo ab hæresi ad Simonem Archiepiscopum, lib. 1.

Ad Scotos Dialogum rationis & animæ, lib. 1.

Pro Ordine Monastico ad eundem Simonem, lib. 1.

Defensorium exemptorum, lib. 1.

Epistolarum ad diversos, lib. 1.

Joannes ex Ordine D. Dominici, vir doctus, à Papâ nominatur Episcopus Augustanus & Wormatiensis.

Obiit cum Sanctitatis fama Joanna Ordinis Servitarum Tertiaria Florentiæ; item B. Rogerius Archiepiscopus Bituricensis.

Joannes de Dormano Episcopus Bellovacensis, creatur Cardinalis.

Moritur Eberhardus Comes de Württenberg, similiter Engelbertus Archiepiscopus Coloniensis.

Capita SS. Apostolorum Petri & Pauli post longam inquisitionem jussu Urbani Papæ V. Romæ apud S. Joannem Lateranensem in loco, qui Sancta Sanctorum nuncupatur, inventa sunt, quæ reperta idem Pontifex cum magnâ solemnitate levavit, atque locellis argentis decentè inclusa ad majus altare S. Joannis collocavit.

S. Birgitta, Ulphonis Nericiæ Principis in Sueciâ relicta vidua, Ordinem suum instituit, qui à Papâ confirmatur.

Annus Christi 1369.

Ludovicus Ungariæ Rex Carolo Imperatori bellum indicit, & Moraviam infestis armis affligit, Casimirus insuper Poloniæ Rex cum illo fœdus init, pacem tamen inter utramque partem procurat Urbanus Papa.

Judæi Bruxellæ Venerabile corpus Christi pugionibus & gladiis transfixerunt, undè per miraculum cruor copiosè effluxit, propter quod scelus multi illorum in eadem urbe vivi sunt combusti. Annal. Flandr. lib. 13.

Consules & Majores Civitatis Colonienſis statuta ferunt privilegiis Clericorum contraria, hinc magna exorta est commotio; jubente Urbano Papâ sacris ablatis urbs per biennium mulctata; cum verò nec sic civium malitia vinci posset, Clerus universus ex urbe discessit; unde pudor injectus Magistratui & civibus, eundem honorificè revocârunt.

Petrus Castellæ Rex ab Henrico fratre, prælio vincitur, capitur, ejusque propriâ manu occiditur.

Melenius Suarez, Magister Generalis Ordinis de Alcantarâ creatur.

Petrus Corsinus Episcopus Florentinus, Cardinalis tit. SS. Laurentii & Damasi ab Urbano V. creatur.

Bellum Austriaco - Boicum sopitur hisce conditionibus, ut Tyrolis Austriacis cederet, exceptis civitatibus Kopfsleinâ, Kizbichelâ & Ratenberga, quæ Boiis manerent.

Quinque ex Ordine Minorum, Bidinii ad Danubium in Bulgariâ, ab hæreticis Græcis pro confessione orthodoxæ fidei in frustra discernuntur.

Waltherus Episcopus Augustanus in obſidione Mindelsheimii globo trajectus moritur.

ei à Papâ sufficitur Joannes ex Ordine Divi Dominici.

Michaël de Ricoma Episcopus Barcinonensis transfertur ad Sedem Dertonensem.

Moritur Guillelmus de Agrifolio Benedictinus, Archiepiscopus Cæsar-Augustanus & Cardinalis; item Nicolaus de Resla Episcopus Lemovicensis & Cardinalis; Marcus S. R. E. Cardinalis Ordinis Minorum Generalis Magister.

Obiit Neapoli B. Philippus de Aquetis Ordinis Minorum; item B. Guillelmus de Tolosano Ordinis Eremitarum S. Augustini, paupertati, orationisque studio addictissimus, à quo ut dæmon ipsum averteret, omnem navavit operam, pluribus Sanctus hic refulsit miraculis, maxime in præstigiis pellendis; corpus ejus post dies 30. refossum planè integrum, & suaviter redolens repertum est.

Cuno Archiepiscopus Trevirensis Castellum Hatstein receptaculum prædonum, obsidet, impugnat, capit & Ecclesiæ suæ subijcit.

Godefridus Comes in Arnsburg, Comitatum suum vendit Archiepiscopali Ecclesiæ Coloniensi.

Annus Christi 1370.

Urbanus V. Papa optimè meritis Sanctè defungitur, succedit Gregorius XI.

Thermæ Carolinæ in Bohemiâ deteguntur, Carolo IV. regnante, dum per hæc loca feras sequitur, canis venatici in has aquas lapsu, prodeunte ambustionem ululatu.

Obiit Casimirus Magnus Poloniæ Rex, cui succedit Ludovicus Hungariæ Rex.

Floret S. Catharina Senensis.

Vivere desinit F. Elias Gallus, Divi Dominici Ordinem professus, post plurimos annos in antro Divæ Mariæ Magdalenzæ in summâ austeritate consumptos.

Angli cum 12000. millibus ex Calesiâ irruptionem facientes in Galliam, suburbium Atrebatum incendunt, Veromandosque, Noviomagios, Parisiosque, vel ad portas urbis usque percurrentes, terrent, nulli sexui, nulli ætati, nulli Ordini parcunt, hinc nova inter Gallias, & Angliæ Reges dissidia.

David II. Bruffius Scotiæ Rex moritur, Vir sanè in omni virtutum genere, ac in primis justitiâ & clementiâ memorabilis, & cui, in bonis malisque rebus exercito, semper magis fortuna, quam industria defuisse videatur.

Floret Joannes de Faventiâ Paphiensis Guardianus ex Ordine S. Francisci vir magnæ doctrinæ.

Circâ hunc annum vivere desit B. Joannes seu Joagnolus, tertiarius Ordinis S. Francisci, Callii apud Urbinates in Italiâ, à morte pluribus miraculis clarus.

Cairi occiditur Bartholomæus Martinoz-zus.

Joannes III. Hispanus Tolonensi civitati Episcopus præficatur.

Jacobus Malavolta creatur Episcopus Senensis.

Moritur Aymo de Villario-Sixel Archiepiscopus Bisuntinus, cui successit Guillelmus III. de Vergeyo.

Genuentes Ducem suum Gabriel Adornium à dignitate suâ amovent.

Joannes IV. Comitatum suum Antifiodorensem Carolo V. Galliarum Regi vendit, qui cum aliis Coronæ eum adjungit.

Decedit Gerlacus de Nassau Archiepiscopus Moguntinus, Vir bonus, mansuetus atque pacificus, amator Cleri, pater & promotor Monachorum pietissimus, sustentator pauperum, defensor egenorum; post cujus obitum Canonici Cathedralis Canonem Archiepiscopum Trevirorum sibi pro Præsule postulant, postulationem sui eo non admittente Adolphum ex Comitibus Nassoviensibus Con-Canonicum suum eligunt, Virum moribus & eruditione Scripturarum satis idoneum, quò minus tamen succederet, Carolus Imperator impedivit, sed auxilio & favore quorundam Canoniorum Joannem fratris sui Wenceslai Ducis Luxemburgii atque Brabantie filium promovit, quem Gregorius Papa XI. confirmavit.

Cuno Trevirorum Archiepiscopus, qui Coloniensem Ecclesiam Administratorio nomine gubernabat, tædio multitudinis negotiorum affectus, cupiensque cum suâ Ecclesiâ habere quietem, à Canonicis Cathedralibus petit, ut Fridericum ex Comitibus de Saraverda Con-Canonicum suum in Archiepiscopum eligerent, qui & electus & à Papâ confirmatus, Ecclesiæ sibi concredita annis quadraginta quatuor utiliter præfuit.

Wenceslaus Luzenburgii Brabantieque Dux & Wilhelmus Dux Juliacensis bello collii, prælium in Vigiliâ S. Bartholomæi ineunt, ceciderunt ex utraque parte plusquam octo millia hominum, cessit Victoria Wilhelmo, qui Wenceslaum Ducem, cum multis Comitibus, Baronibus atque Nobilibus cepit, mensibus undecim captivum tenuit, sed metu Imperatoris postea liberum dimisit; laborat magnâ industriâ idem Imperator, ut filium suum Wenceslaum Principes Imperii Electores in Germaniæ Regem eligerent.

Annus Christi 1371.

Gregorius XI. Papa, coronatur, mortuo Urbano.

Wicleffus apostata erroris sui dogmata & hæreses in Angliâ spargit.

Margarita Flandria, Ducissa Burgundiæ Divisione, Joannem filium enixa est.

Barnabas & Galeazius Vice-Comites, veteres in Italiâ turbas excitant.

Regium Lepidi intercipit Barnabas, quem proinde Gregorius Papa communionem fidelium & omni dignitate privat.

Nubit Joanni Duci Gerundenfi, primogenito Regis Aragonum, Joanna filia Philippi quondam Galliarum Regis.

Lusitanæ Rex Eleonoram Menesiam, quâ antea pro concubinâ usus erat, uxorem ducit, multarum hoc calamitatum exitit causa, cives Olyssiponenses correptis præ dolore armis, in regiam impetum fecerunt, sigillari Majestatem eo conjugio dictitantes, fœdari gloriam nominis Lusitani; obstinatus tamen Regis animus mansit, Portum urbem clam se subducens, locis

Annus Christi 1372.

Floret Guillelmus Abbas S. Pauli in urbe, Ord. S. Benedicti; qui hoc anno Calendarium omnium Sanctorum Monachorum composuit.

Moritur Albertus Episcopus Herbipolensis, cum annis 19. præfuisset: varias arces ditioni suæ incommodas expugnavit & diruit; obsidione durâ pressit Herbipolim bis in se arma moventem, sed arbitro Cæsare in gratiam receptam, ereptis tamen Senatui portarum & turrium clavibus, multa Ecclesiæ suæ bona acquisivit.

Adolphus Comes de Nassau Episcopus Spirensis creatur.

Barnabas Vicecomes hostis Ecclesiæ Italianam turbat, Franciscum Pogliano pro Papa milites ducentem non incruento prælio vicit, eumque unâ cum Guillelmo nepote captum, Rhegiumque ductum, de pinnâ muri suspendi jubet; ad petitionem proinde Gregorii Papæ, multi Principes insigne illi subsidium militum transmisere.

Picardi & Fratricelli, Wicleffi hæresim in Germaniâ & alibi disseminant; Imperator Carolus hæreticorum diverticula dirui imperat.

In Hispaniâ sparguntur Raimundi Lulli errores.

Bellum enascitur inter Castellæ & Lusitanæ Reges, quod missis Legatis sopire studet Papa.

Angli ingenti strage à Gallis afficiuntur.

Petrus Rex Cypri à Jacobo Lusignano fratre, quem Imperator Turcarum ad id flagitium conduxerat, occiditur.

Moritur Rogerius Fricie Episcopus Gagetanus; item Marcus Hungarus Conversus apud Insulæ, Sanctitatis opinione venerabilis.

Circâ hunc annum vivendi finem facit Wipertus, qui propter minorennem ætatem à Pontifice Romano contemptus, sed immisissâ ei unâ nocte canitie, Episcopus Raceburgensis in Germaniâ creatus, Ecclesiam suam libertatis Ecclesiasticæ vindex præclare gubernavit.

Udalricus Comes de Helfenstein in Castro Nyberg, per insidias occiditur.

Carolus Imperator Ulmam propter inobedientiam & rebellionem civium obsidet, & fortissimè oppugnat, non tamen expugnat, sed reformatâ pace recedit.

Obiit Joannes ex Ducibus Luxemburgi Archiepiscopus Moguntinus; in cujus locum eligitur Adolphus ex Comitibus de Nassau. Papa autem Gregorius XI. Ludovicum Marchionem Misnensem, jam Antistitem Bambergensem, Moguntinæ vult Ecclesiæ præficere; annis sublite fermè octo exactis; Ludovicus igne interceptus perit, & Adolphus per Papam confirmatur.

Floret doctrinæ laude Joannes Fust Ordinis Carmelitani, qui inter cætera ingenii sui monumenta scripsit super sententias Quæstionum lib. 4. De schismate lib. 1. Sermonum de tempore & Sanctis lib. 2. De pace & Christianâ concordia lib. 1. Super Evangelium Joannis lib. 1.

Gerardus Gros Daventriensis his etiam temporibus varia scribendo nominis sui memoriam

locis publicè nuptias confecit; sic concubinæ nomen reginæ appellatione mutatum est, additâ amplâ ditione, jussisque omnibus novæ nuptæ manum osculo petere; quod Regii etiam fratres præstiterunt, uno excepto Dionysio, qui facere palam recusavit: tantâ Regis ex eo iracundiâ, ut pugione districto vindicare veller, & Dionysius latebras captare cogere, donec se totum ad Henrici Castellæ Regis amicitiam transfuisset: nova Regina ex eo tempore, Regis rerumque potens, omnia pro arbitrio gubernabat, ejus cognati & necessarii novis Principibus aucti sunt.

Lithuani adhuc Gentiles excursionem in Poloniam factâ, inter alia Lyscense seu Calvi Montis Monasterium diripere: unde cum inter aliam prædam portionem Crucis Christi auro inclusam asportarent, & ad fines Poloniæ pervenissent; plaustrum, quo crux cum cætera præda vehebatur, nulla vi, neque jumentorum neque hominum, loco moveri potuit; quin subito concidebant exanimati homines, equi & boves, quicunque id plaustrum attigerant; obstupescit re novâ Lithuanorum Duces, cum ex Russo quoque miraculi & cladis suæ causam cognovissent, mox crucem cum Chorabalâ, Nobili quodam captivo libertate donato, ad locum suum remisere, ipsi cum reliquâ præda ad domos suas salvi pervenere. Cromer. lib. 13.

Ruyzius Diaz de la Vega Magister Generalis Ordinis de Alcantarâ creatur.

Augustinus Ord. S. Augustini instituitur Episcopus Seccoviensis.

Petrus de Natalibus Episcopus catalogum Sanctorum absolvit.

Moritur Gerlacus I. ex familiâ Comitum Nassoviorum, Archiepiscopus & Elector Moguntinus; succedit Joannes Comes Luxemburgensis.

Fatis concedit Hugo de Juge Episcopus Biterrensis; item Arnoldus Aubert Archiepiscopus Aufciensis in Galliâ.

Albertus Nobilis à Steimbürg ex Moraviâ, creatur Archiepiscopus Magdeburgensis, Aulam ducebat splendidam, & Imperatori Carolo IV. Lusatiam vendidit.

Petrus Barrosus de Gomez Archiepiscopus Hispalensis Sacro Cardinalium Collegio inseritur.

Eduardus Dux Geldriæ in quodam tumultu à proprio servo, cujus uxore contra legem abutebatur, sagittâ percussus occiditur; loco ejus Dux salutatur frater ejus Reinhardus, qui de custodia decennali e ductus, aëris insuetus, vix tribus supervixit mensibus.

Carolus Imperator cum Augustâ suâ conjugem, Episcopis undecim, Comitibus, Nobilibus Ministris octoginta tribus, Equitibus mille ducentis, Peditum sex millibus ad Aquisgranum contra Wilhelmum Juliacensem Ducem descendit, qui se viribus imparem cernens, cum Imperatore transigit, & Wenceslaum illius fratrem Luxemburgi & Brabantie Ducem, quem captivum detinebat, liberum dimittit.

Rudolphus Comes de Hohenberg Comitatum suum cum Rottenburgo oppido ad ripam Neckari fluminis Austriæ Ducibus vendit.

posteris commendavit; edidit de contractibus & ufuris lib. 1. De institutione Novitiorum lib. 1. De Locatione Curæ pastoralis lib. 1. De conversatione internâ lib. 1. De incommoditatibus matrimonii lib. 1. De regimine monialium lib. 1. Sermones quoque & Epistolas ad diversos.

Conradus de Alzeia Ruperti Comitum Cancellarius, scripsit in laudem DEIPARÆ Carmina & Rythmos; de Præminentia Romani Imperii lib. 1. Epistolarum ad diversos lib. 1.

Annus Christi 1373.

Moritur S. Birgitta vidua Sueciæ decus, & insignibus post mortem claret miraculis.

Palæologo Orientis Imperatore opem rogante contra Turcas latè armorum suorum victoriam extendentes, Gregorius Papa negotium hoc Carolo Regi Galliarum, Carolo Imperatori & Regibus Septentrionalibus commendat: deinde cum Ludovico Ungariæ & Joannâ Sicilia Regibus, cum Venetorum & Genuensium Ducibus, nec non militibus Rhodanis societate armorum factâ, quantam potuit classem Palæologo misit.

Genuenses Venetos navali prælio vincunt, quindecim triribus interceptis, ad duo milia hominum captis, pluribus cæsis & vulneratis; ipso tamen Luciano Aurio Genuensis classis Præfecto desiderato.

Ardet & bellum inter Castellæ & Lusitanæ Reges; ille Olyssiponem tendit, suburbia occupat, pulcherrimis ædificiis ignem injicit, multas naves in portu partim comburit, partim capit, in captivitate multos trahit Lusitanos ingentesque alias facit prædas; Guidone tamen Cardinale Postuensi Summi Pontificis Legato agente pax inter utramque partem restauratur.

Monachorum Ordinis S. Hieronymi vivendi ratio, à Papa approbatur.

Moritur S. Andreas Corsinus Episcopus Fesulanus, ex Ordine Carmelitarum, religionis zelò, doctrinâ, miraculis gloriosus.

Anglia cum triginta millibus excursionem in Galliam faciunt; verùm Philippus Dux Burgundiæ palantes commeatu eos prohibuit, fameque adeò extenuavit, ut viris, equis, armisque perditis, ex triginta millibus, inedia, labore miseriâque absumptis, nisi sex millia superfuissent, vagabundi famem stipe medicatâ tolerant.

Quo tempore ex finibus Rheni & Mosæ, magni greges ceu amentium hominum venerunt in Flandriam, choreas ducentes ac continuo saltantes, & canentes haud secus ac furiis quibusdam agitati. Annal. Fland. lib. 13.

Gallias varii hæretici Begardi, Beguinae & Waldenses errorum suorum veneno inficiunt: aliud autem superstitionis genus qui se de societate pauperum vocitari gaudebant, finem ibidem conante Pontifice cepit, crematis eorum vestibus & libris Lutetiæ, simulque varii hujus sectæ complices exusti sunt. Guagninus hist. Gallic. lib. 9.

In Italiâ prosperè adversus Barnabam & Galeazium Vicecomites, hostes Ecclesiæ actum, multæ illis urbes ereptæ, copiæ eorum variis in locis fugatæ, adeò ut jam Barnabas pacis propositiones faceret, sed monuit Papa militiæ Præfectos, ne ampliùs cum illo de pace agerent, sed potiùs armis repetitam perfidiam vindicarent.

Magnus exitit in Aragoniâ terræ motus, ex quo multi homines perire, multaque turres & arces corruerunt.

Antonia Ducis Aridriæ filia cum Friderico Rege sponsalia init, & paulò post moritur, Lupus Diaz de Sousa Magister Generalis militiæ Jesu Christi creatur.

Diem obiit Joannes Comes Luxemburgensis, Elector & Archiepiscopus Moguntinus, item Joannes Episcopus Wormatiensis, necnon Guilielmus de Sudre Cardinalis & Episcopus Ostiensis; fatis concedit Joannes de Dormano S. R. E. Cardinalis & Episcopus Bellovacensis.

Joannes Etheus Ordinis Minorum, qui antea victus tormentis, fide abnegatâ triennio in Mahometismo vixit; facti pœnitens, nunc circa hunc annum, ob fidem Christi, inter varia tormenta vitam finit.

Abulæ in Hispaniâ cum opinione sanctitatis Eleonora à Cepeda Virgo Carmelitana.

Obiit Albertus de Hohenlohe Episcopus Herbipolensis, post quem electus est Joannes de Hessberg, contra quem Carolus Imperator Gerardum ex Comitibus de Schvvarzenburg apud Sedem Apostolicam commendavit & summis conatibus promovit, quem etiam Papa confirmavit.

Annus Christi 1374.

Lamprechtus à Brunn Episcopus Bambergensis creatur.

Gregorius Papa pro Ecclesiâ Orientali vigilat, & pro reductione Schismaticorum ad unionem laborat, Valachos misit Prædicatoribus Christo lucratur. Italicam profectionem molitur, sed impeditur.

Mallæus Canonicus Pragensis hæresin spargit.

Barnabæ Vicecomitis adjutorio, Guidus & Astor Ordellaffii, Faventiam Romanæ Ecclesiæ detrahunt, quam tamen Cardinalis Legatus mox recuperat, & Astorem percuti imperat, Guidone fugâ elapso. Cyprian. Manent. l. 3.

Pax inter Papæ Legatum & Vicecomites initur: Florentini econtra bellum adversus Sedem Apostolicam movent, multasque urbes ab ejus obedientia abstrahunt.

Guido Cardinalis Portuensis Pontificus Legatus in Hispaniis moritur.

Inter Galliarum & Angliæ Reges de pace conciliandâ, Brugis Conventus indictus est, præsentibus Summi Pontificis, aliorumque Principum Legatis; nihil tamen, propter annales inducias, confectum fuit, quia Anglus Aquitaniani pleno cum dominio possidere, non autem Gallus cedere volebat.

Alexan-

Alexander Spiering Prætorum in Flandriâ exercens, quendam, qui se innocentem dicebat, capite plecti jussit; iste intra octiduum ipsum citat ante tremendum DEI tribunal: octavo die Alexander pilâ ludit, inter confabulandum inquit; *eram vocatus ab illo reo intra octo dies ante thronum DEI, & ecce, hodie octavus adest dies, & videtis me adhuc incolumem: vix locutus ista in morbum incidit, & eadem adhuc die extinctus est; Annal. Flandr. lib. 13.*

Lues inguinaria Senas vastat, plures ex eâ ad mortem laborantes à S. Catharina Senensi prodigiòse curantur.

Obiit Joannes Balisterius Carmelitani Ordinis Generalis.

Floret Joannes de Lignano Bononiensis, insignis Jurista.

Moritur Franciscus Petrarcha Poëta laude clarissimus; similiter Petrus Barroffus de Gomez Archiepiscopus Hispalensis & S. R. E. Cardinalis.

In mense Februario maxima fuit inundatio aquarum, quæ juxta Rhenum & Moenum accolentibus maxima intulit damna, homines enim multos & jumenta nocte superveniens inopinatè submersit, domos, horrea & ædificia plurima funditus subvertit, villas, hortos, agros & campos, vinea, sepes & vias destruxit. Rhenus quoque muros civitatis Colonienfis prostravit; Bingium oppidum aquis tam Nahi fluminis quam ipsiusmet Rheni pro majore parte fuit repletum, & tantum non eversum penitus.

Anno hoc incepit morbus quidam hucusque incognitus, quem chorizationem S. Joannis nuncupabant, qui homines miserabiliter afflixit, à Brabantia incipiens, & per omnes Europæ regiones paulatim serpens annis dein plurimis duravit; quoscunque invasit pestis hæc, insanire fecit, primò in terram cadebant ore spumantes; post paulum verò surgentes, usque ad defectionem saltabant, nisi violentè tenti, aut funibus constricti fuissent: multos in furorem actos de cognatione suâ & patriâ exules fecit, multi ut pecunias otiosè mendicando perciperent, alii ut liberiùs voluptati carnis indulgere possent, se fingebant insanos, & dicto malo affectos.

Instigatione & ducatu Comitum de Cuffin, ingens Britannorum, Normannorum & Anglorum congregata multitudo ex odio contra Austriæ Duces, Alsatiam Helvetiæque partem ingreditur & devastat, successivè autem dispersa, ultra sexaginta suorum millia perdidit.

Annus Christi 1375.

ARX Villfordienfis in Brabantia conditur.

Joannes Cantacuzenus ex Imperatore Orientis Monachus, Primatum Romanæ Ecclesiæ acriter asserit.

Bello laborat Ecclesia & Italia, Papa Florentinos illius auctores, ut ad cor redeant, paternè monet, sed illi obstinati omnes Papæ R. P. Brentano Epitome Chronologica.

subjectas civitates ad rebellandum & se eis sociandum invitant, cui petito plures earum obtemperarunt.

Antonius Pavonus ex Ord. D. Dominici, hæreticæ pravitatis Inquisitor, in plateâ publicâ ante Ecclesiam, populo inspectante, à duodecim hæreticis multis vulneribus confossus, pro fide Catholicâ Martyrium subit, pluribus à morte miraculis illustris.

Hoc anno Prælati quidam, nescio quo spiritu ducti, de Ordine S. Francisci abolendo consilia inter se contulerunt, & ad eam rem perficiendam aliquot Episcoporum conventiculum coegerunt; erat autem in eadem urbe Ecclesia præcipua, & in Ecclesiæ fenestris vitreis duæ imagines pictæ, una S. Pauli, qui enses, altera S. Francisci, qui crucem manibus tenebat; nocte ædituus visus est sibi Paulum audire hæc dicentem: *quid agis Francisce? cur tuam non defendis familiam? cui ille: quid faciam? nihil habeo præter crucem, & hæc ipsa me admonet de patientiâ servandâ; tùm Apostolus hortari, ne tantam ferret injuriam, suumque illi offerre gladium; territus ædituus, simul ac illuxit, accurrit in templum, certòque vidit utramque imaginem insignia inter se commutasse, atque in dextrâ Pauli adhuc crucem esse, Franciscum verò gladium habere cruore stillantem, quod dum secum tacitus miraretur, increbuit rumor, Episcoporum illum, qui ejus consilii auctor fuerat, repertum esse mortuum præcis cervicibus, ipse quoque visum narrare cœpit, ac pro ejus fide ipsas imagines omnibus ostendere. Bzovius in annal.*

Catharina Senensis sacris Christi stigmatibus insignitur.

Didacus Martinez, Magister Generalis Ordinis de Alcantarâ creatur.

Moritur B. Bonavita tertii Ordinis S. Francisci, pœnitentiæ operibus addictus, & miraculis clarus, per signum enim sanctæ Crucis quam plurimos curavit infirmos, spiritus malignos ab obsessis fugavit: fluvium oppido Lugo adlabentem, in duas partes signo crucis à se divisum, sicco pede simul cum hobus, quos minabat, transivit: pauperibus alimenta divinitus ministrata exhibuit; & aliis plura dedit absque prioris substantiæ detrimento: ignem oppidum Lugense depascentem restinxit; *ex act. SS. apud Bolland. 1. die Martii.*

Petrus de Juge sive Judicis, Archiepiscopus Narbonensis, fit Cardinalis.

Franciscus Senensis Ord. B. M. V. de Monte Carmelo, concionator zelosus, cum in urbe Cremonâ acriter blasphemus infectatur, à facie plebis lapidibus obruitur.

Albertus hemiplexiâ tactus suadente Imperatore & annuente Papâ Archipræfulatum Magdeburgensem abdicat, rursusque acceptat Episcopatum Litomislensem in Bohemiâ, Petrus de Brunâ hujus loci Episcopo ad Archiepiscopalem Magdeburgi sedem translato.

Andronicus Palæologus ope Baiazethis Turcarum

carum Imperatoris Constantinopolim occupat, Joannem patrem & Emmanuelem fratrem carceri mancipat.

Magna oritur dissensio inter Fridericum Archiepiscopum & Cives Colonenses, quæ diù cum utriusque partis incommodo duravit, multi Principes cum Archiepiscopo sentientes: cum Colonenses extra civitatem nihil habentes lædere non poterant, eis confœderatos & amicos, rapinis, incendiis multisque incommodis sæpius afficiebant; nusquam civibus tutus patebat egressus, adversariis omnes exitus viarum per terram simul & Rhenum ex omni parte diù noctuque observantibus.

Quartâ Feriâ Pentecostes, civibus cum Cleo Thuregii apud Helvetos, Processionem per urbem agentibus, cecidit pons, qui homines octo confestim oppressit, præter multos alios, qui vulnerati & quassati fuere.

Claruit apud Treviros Joannes de Livaniâ, Canonicus Ecclesiæ S. Simeonis, Vir in scientiis tam divinis quam humanis optimè versatus.

Scriptit inter multa contrâ vanitatem Alchymistarum libros tres; contrâ indoctos Astronomos lib. 2. pro defensione facultatis Astronomicæ lib. 4. inductorium Astronomiæ lib. 1. De navitatibus judicandis lib. 1.

Petrus quoque de Novimagio Ordinis Carmelitarum laude doctrinæ florens, scripsit super libros Sententiarum l. 4. in Epistolas Pauli ad Romanos lib. 1. De censibus & decimis Laicorum lib. 1. De contractibus & usuris lib. 12. Sermones multos de tempore & Sanctis.

Philippus de Maseriis Regni Cypri Cancellarius, insignis Ordinis PP. Cælestinorum Monasterium condit in urbe Metensi sub titulo Præsentationis DEI paræ.

Annus Christi 1376.

Gregorius Papa undecimus, Papalem sedem ex Galliâ rursus Romam transfert.

Wenceslaus Caroli IV. Imperatoris filius, Romanorum Rex eligitur.

Hoc tempore in Germaniâ istud accidisse narrant memoriâ dignum: scilicet juvenem scholasticis disciplinis Lubecæ intentum, secretiùs, ut sine interpellatione dormitaret, se reclusisse nemine sciente: quum non appareret, quid de illo actum esset, requisivere: non inventes, arbitrati sunt clam urbe profectum in patriam: transferuntque septem illo sopore anni: postea per casum evenit, ut quispiam curiosè scrutaretur, quid concamerato in muro capsâ contineret, vidit juvenem soporatum, & cum ignotus illi esset, graviter excussus excivit de somno: jam redegerunt in memoriam, qui illum prodire viderant, antè septennium disparuisse juvenem, quem eundem, non mutatâ, nec maceratâ facie, certissimum judicaverunt; stupuerunt omnes ad insolitum spectaculum: disceptantibus Medicis, si poterat humidus ille locus fovère & continuare tam diuturnum somnum, sine cibo & corporis maceratione; Bzovius, ad hunc annum.

Gerardus Comes Mansfeldius Monasterium Cisterciensium Setichenbecke, funditus evertit, quod hostibus suis favisse, hisque hospitalitas non denegasse dicerentur, cum tamèn hospitalitas Ordini indicta, & qui venerant armati facile coëgissent, si non promptè impetrassent: Abbatem loci (dictu horrendum) perticæ alligatum inter duos jussit ignes torreret, fratribus per diversa supplicia crudeliter enecatis. Crantzius rer. Saxon. lib. 9. cap. 33. quam ob causam Gregorius Papa anathematis fulmen in dictum Comitem vibravit.

Joanna Neapolitana Regina, Ottonem Ducem Brunsvicensis in matrimonium ducit.

Cum Astorgius Manfredus Ecclesiæ Romanæ loca infesta redderet, turbatis undique rebus Episcopus Ostiensis, Æmiliæ tum Provinciæ Comes, qui Faventiæ morabatur, eam variis factionibus agitari conspicatus, Joannem Augustum cum Britannorum cohorte evocavit: postquam aliquot dies perstitissent, templa domosque militari licentiâ diripere, cumque Casenæ adversus cives ad arma cucurrissent, advocatis iis, qui nupèr ex Galliâ confluerant, simul in eos irrupere, & ingenti clade, tribus illorum millibus obruncatis, urbem cruentavere.

Domus de Wasinâ, Monasterium Ord. S. Guillelmi sub regulâ D. Benedicti, cum plurimis pagis Flandriæ submergitur.

Moritur apud Vallem Umbrosam S. Joannes ex Abbate Eremita, miraculorum gloriâ illustri; itèm Gaufridus de Vayrolis Archiepiscopus Tolosanus; necnon Petrus de Juge Cardinalis.

Cum quidam supradicti Astorgi Manfredi miles imaginem Divi Antonii nefariâ manu impiè tractasset, statim ignibus, quos Sancti Antonii vocant, arreptus, quanquam in mare sese deieisset, tamdiu ustulatus est à cœlesti vindictâ, donèc carnibus usque ad ossa consumptis animam exhalavit; ex Monum. Eccles. Raven.

Decessit Joannes Episcopus Wormatiensis ex Ordine Divi Dominici, cui electione legitimâ succedit Eckardus de Ders majoris Ecclesiæ Canonicus, Vir doctus & devotus.

Colonenses inopinatè urbe egressi transmissis Rheno Tuitiense oppidum Archiepiscopo fidele incendunt, pariterque S. Hereberti Monasterium destruant, ob quod malefactum per annos octo interdicto & excommunicatione puniti sunt.

Annus Christi 1377.

Gregorius Papa ex Galliâ in Italiam redit, Anagninæ inter populum Romanum, & Franciscum Vicanum Urbis Præfectum pacem stabilis. Romæ ingenti populi lætitiâ excipitur.

Hæresim Wicleffi strenuè debellant Benedictini in Angliâ.

Moritur Angliæ Rex Eduardus, succedit Richardus II. filius.

Dux Lancæstræ quinquaginta milites ad Ecclesiâ Westmonasteriensem Londini mittit, qui eò duos profugos extraherent; eò venientes unum

unum mox extrahunt, alter qui asylum inter Monachos choro adstantes quærebat, ab illis occisus est unâ cum famulo Ecclesiæ, qui eos conatus est à tanto scelere impedire; quâ propter omnes necis authores per Archiepiscopum publicè excommunicationis sententiâ sunt notati.

E vitâ excedit Fridericus Trinacriæ Rex. S. Catharina Senensis etiam cum maximo vitæ periculo Florentinos Papæ reconciliare laborat.

Moritur Alexandriæ in Italiâ B. Guilielmus Zucchius, vir profusæ liberalitatis & charitatis ergâ pauperes, miraculis à morte gloriosus.

Wilhelmus IV. Ludovici Bavari Imperatoris filius, Comes Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ post 26. annorum delirium diem vitæ extremum experitur, cui in regimine succedit Albertus frater.

Comes Wirtenbergicus & Cives urbis Reutlingæ in Sueviâ, inter se dissidentes armatè arripientes publico miscentur prælio, cives astu usi, Comitem cum suis repente circumdant, & præter pedites equitesque ejusdem, Comitum, Baronum, Nobiliumque ad octoginta quinque occidunt: Comes junior Wirtenbergicus vulneratus, vix fugâ vitam redemit; non diù post rursus instruens aciem, victor evasit in prælio, in quo tamèn telo percussus interiit Udalricus, Comitis Eberhardi Senioris de Wirtenberg filius.

Insignis structuræ Ecclesiæ parochialis Ulmæ cum turri mirabilis ædificii inchoatur.

Annus Christi 1378.

Vitâ fungitur Carolus IV. Imperator, & Bohemiæ Rex, succedit Wenceslaus filius.

Moritur Gregorius Papa XI. succedit Urbanus VI. contrâ quem Cardinales quidem impiè Clementem VII. eligunt, sed contra illos dictus Urbanus anathema pronunciat.

Elisabetha Imperatrix Caroli vidua habitum tertii Ordinis Minoritarum suscipit.

Trajecti infans ante diem quadragesimum ætatis disertè locutus est.

Ordo Canonicorum Regularium S. Salvatoris in agro Senensi, à Stephano & Jacobo Andrea Senensibus Ordinis Eremitarum professis initium sumit. Scopotinos vulgus appellat ejus alumnos.

Moritur Petrus Olai, Monachus Monasterii Alvaltræ, Ord. Cisterciensis, eximii vir spiritûs, multæque in rebus divinis meditationis.

Item Henricus II. ex Abbate Corbeizæ Saxonice Ord. Divi Benedicti, Episcopus Paderbornensis, necnon Ægidius Isalini Cardinalis & Episcopus Morinensis.

Obiit Galeatus II. Vicecomes.

Hyems hujus anni fuit asperissima & satè proluxa, undè frigore læsæ vites vini penuriam causaverunt ubique; secuta insuper fames homines gravitèr afflixit.

Turris Ecclesiæ Monasterii S. Martini Colonizæ nostri Ordinis in urbe Colonensi incendio perit, & multæ in circuitu domusigne fuerunt consumptæ.

Henricus Comes de Spanheim ad Sepulchrum Salvatoris peregrinationem instituit, reversurus cum suis in piratas incidit, quorum impetum armis refringens plures occidit, reliquos in fugam egit.

Varii hoc anno tumultus fuerunt in quibusdam Germaniæ civitatibus, Wormatiæ, Spiræ, Argentinzæ, Colonizæ & aliis, plebe contra Rectores se temerè erigente.

Artalus Mistretæ Comes Monasterium B. M. V. de Novâ Luce propè Catanam extruit, & nostri Ordinis Coloniam instruit.

Annus Christi 1379.

Urbanus de Clemente, & illius fautoribus triumphat, & Galliæ Regem illi faventem excommunicat: Joanna Regina cum Clemente fugit in Gallias. Urbanum verò legitimum esse Papam, Clementem verò Antipapam miraculo DEUS comprobavit. Aquilanus Episcopus à schismaticis Cardinalibus seductus, ut Clementi honores Pontificios exhiberet, processionem solennem in Urbe Aquilâ instituit, imaginemque illius depictam deferre decrevit; Urbani verò statuam ex ligno sculptam a fello cuidam imposuit, colloque illius funem crassum circumvolvitur, ut ad contumeliam extremam circumcirca in Processione traduceret, ista ad ludibrium instituta pompa, cum ante Divi Maximi Ecclesiam præparata fuisset, neque DEUS tantam servi sui Urbani injuriam tolerare sustineret, mox in aère hæcenus clarissimo, nubem quandam aterrimam dæmonibus plenam, super locum pompæ immisit; ex quâ tanta fulgura, fulmina, tonitrua, tempestates & aquarum defluvia eruperunt; ut plures domus everisæ, plures homines interempti, multa animalia demersa, majorque pars civitatis fuerit diruta; insuper dæmones vexillum imagine Antipapæ execrandum rapuerunt, discerperunt, & discerptum abstulerunt, statuâ Urbani relicta, nec quicquam læsâ aut madefactâ vel perfusâ; Chron. Pontif. Leodiens.

Elisabetha Ludovici Ungariæ Regis uxor Urbano tyaram Pontificiam auro & lapidibus pretiosis insignem, cum sacro apparatu pretii 20000 aureorum, dono mittit.

Carolus econtrâ Rex Galliarum Roberti sive Clementis Antipapæ vesaniam secutus, ne aliquis per univèrsum Regnum suum Urbano obediret, vulgato diplomate edixit, inque refractarios pœnam capitis sanxit, additâ publicatione bonorum, si quis Roberto contrairer; quapropter Urbanus illum cæterosque Robertianos anathemate percussit.

Henricus Rex Castellæ veneno, ut quidam asserunt, à Mauro quodam oblato extinguitur; succedit in Regno Joannes ejus filius.

Joannes Arundelius classis Anglicæ Duci Britanno contra Gallos auxilio missæ Præfectus, qui claustrum Monialium perfringens illas cum suis militibus ausu sacrilego incestarat, & insuper raptas trucidarat, redux naufragium patitur cum suis & submergitur. Thomâ Percijo, Hugone Caverleio & nonnullis, qui cum, ne classem sacrilegio contaminaret, fuerant dehortati, post tri-duanam jactationem, salvis evadentibus. In Richardo II. Thomas.

Partes Boreales Angliæ gravi peste laborant, ex quâ ferè tota illa terra fuit desolata.

In cœlum emigrat S. Joannes Prior Monasterii Bridlingtoniæ Canonicorum Regularium in Angliâ, vir miræ patientiæ & humilitatis, quinque viris maris tempestate jactatis, adhuc vivens apparuit, malumque navis manu firmans à naufragio liberavit, puellamque gibbosam solo jussu erexit.

Urbanus Papa ab æmulis suis petitus veneno ad mortem decumbit; sed mirè finè ul-lâ medicinâ sanatur; idem Guillelmum Montis Regalis in Sicilia Archiepiscopum exauctorat, quod Roberto Antipapæ adhæsisset.

Wenceslaus Romanorum Rex cum Principibus Regni & Apostolicæ Sedis Legato venit Coloniam, & à civibus quanquam interdictis magno cum honore suscipitur, inter quos & Archiepiscopum, ut pacem restabileret, frustra diu laborat; concordiam Archiepiscopus admittere noluit, nisi prius Cives Monasterium Tuitiense, quod impiè succenderant, in integrum restituerent, quod, priusquam à censuris & interdicto absolverentur, præstare sunt coacti.

Veneti se maris Dominos scribere inchoantes, multorum sibi Principum parant invidiam & indignationem, quos inter primarius fuit Ludovicus Hungariæ Rex, qui multâ illos clade affecit.

Moritur sine liberis Otto Marchio Brandenburgicus.

Annus Christi 1380.

VIta diem ultimum claudit Joannes Ozko de Wlaffim, ordine II. Archiepiscopus Pragensis; succedit in Archiepiscopali regimine Joannes III. de Genstein, prioris ex fratre Nepos, vir vitæ sanctimoniam & eruditione conspicuus.

DEUS Urbani VI. legitimum Pontificatum rursus admirando signo manifestat; nam cum apud Leodium pago Seranio Parochus sacram hostiam inter missæ solemniam elevaret, cœpit præter morem æditus vultum ab hostiâ cum fremitu avertere, unde Parochus in suspicionem ejus, quod erat, adductus, sacris mysteriis peractis, confestim illum exorcizavit, & inter alia permulta dæmonem adjurationibus pressum eò adegit, ut non Clementem, sed Urbanum legitimum esse Papam profiteretur: *nam & ego,*

inquit, cum aliis auctor fui, ut Cardinales Calli alterum, qui se modo Clementem nominat, eligerent. Bzovius ad hunc ann.

Idem Urbanus Joannam Reginam Clementis Antipapæ partes foventem Regno privat, bona illius alia publicat, subditos ab illius obsequio liberos pronunciat, & anathema in illam promulgat: Ludovicus Ungariæ Rex suppetias mittit Urbano.

Rursus bellum inter Genuenses & Venetos exardescit, ad caput Antii in maritima Latii orâ cruento utrimque Marte pugnatur, sed Genuenses vincuntur, triremes quatuor mediâ pugna dilapsæ sunt, reliquæ cum Ludovico Fresco Classis Præfecto captæ, & cum eo Nobiles Genuenses quàm plures, sociique navales 800, casti 600, Pisanus deinde classe admotâ Catarum expugnat, auctâ postea classe, Polam concessit, & cum hoste denuò congressus, à Luciano Auriò Genuensium Præfecto quindecim triremibus ab hostibus captis, profligatur, ad duo millia hominum capta, plures casti, plurimi vulnerati; ob rem proinde malè gestam Venetias accersitus in vincula conjicitur; Genuenses Victoriam proinde prosecuti Venetias contendunt, varias urbes occupant & igne absumunt, dictasque Venetias rerum omnium penuriâ laborare faciunt: in tantis rerum angustiis saniorum consilio Pisanus è carcere eductus classis solus præficitur, & superveniens Carolus Zenus, Vir bello navali peritissimus, cum triremibus quatuordecim, depressis duabus onerariis navibus antè Clugiensem portum, eò necessitatis Genuenses perduxit, ut obsidentes, quàm obsessi majore omnium rerum penuriâ laborarent, ex quâ etiam causâ deditionem postea facere coacti sunt, ad quatuor hominum millia capta, Venetias in custodiam adducta sunt; plures ferro & fame in ipsâ oppugnatione perierunt.

Megolus Lergarius Genuensis in aula Cæsaris Trapezuntini sub lusu à quodam Aulico alapa percussus, cum injuriam sibi factam à Cæsare dissimulari videret, Genuam reversus, comparatis duabus triremibus optimè instructis Euxinum ingressus, depopulationibus & incendiis omnem Cæsareanæ ditionis oram non solum brevi infestam fecit, sed & miseros à se captos auribus & naribus amputatis dimisit: Cæsar proinde quatuor in illum triremes armavit, quas tamen Megolus stratagemate vincens, captivos ex duabus earum captis pari faciei deformatione notavit, dimissosque nunciare Cæsari jussit, se ab ultione injuriæ sibi illatæ non destitutum, nisi se injurians in manus suas traderetur, quo itaque misso eundem calce prius ad consensum triremis in ore percussit, timenti verò mortem dixit benigne, bono animo esset, fortium Virorum non esse in mulieres sævire, sibi sufficienter satisfactum esse, unum restare, ut Cæsar Trapezunte ædes publicas negotiatoribus Genuensibus ædificaret, sanciretque, ne quis impostero illius nationis homines injuriâ afficeret; quæ omnia Cæsar quoque executus est, magnâ cum Megoli apud Genuenses gloriâ, Bizar, historiæ Geauens. lib. 7.

Martinus

Martinus Abbas Villariensis extirpator substantiæ Monasterii, volens se temerè justificare, in testes advocando DEIparam & S. Nicolaum, vix verba compleverat, illic in amenciam versus, ore ad tergum converso, instar bovis mugiens, miserâ morte perit. Radulphus Rivanus tom. 3.

Non minùs terribile est, quod circa hunc annum gestum refert Copensteinius ex Antonio Senense, apparuisse in Neapolitano Divi Domini Conventu plures ejusdem familiæ mortuos, qui allato per Priorem SS. Altaris Sacramento adjurati edixerunt: quod omnes fuissent ejusdem Ordinis Religiosi, & pro majori parte, Magistri, Priores, Superiores, Baccalarii, Lectores & aliis officiis donati, ob ambitionem autem, superbiam, invidiam, & alia hujus generis vitia æternum esse damnatos. Copensteinius lib. 2. De Rosario cap. 16.

Moritur S. Catharina Senensis.

Floret Sanctitatis laude B. Nicolaus Venetus ex Ord. S. Domini, ex miro vitæ rigore, concionandi efficaciam & ecstasibus commendatus.

Moritur Bertholdus XII. Comes Hennebergicus: item Fridericus Severus, Landgravius Thuringiæ, nec non Henricus Episcopus Verdenensis.

Fatis concedit Casimirus Poloniæ Rex, cui succedit Ludovicus Ungarus.

Obiit Ven. Bartholuccius Prior Ordinis Jesuatorum, Vir insignis Sanctimoniam laude clarus, item Carolus V. Sapiens Galliarum Rex, nec non Joannes Episcopus Tolonenensis.

Berlinum in flammis abijt.

Multi Principes & Imperii urbes fœdere inter se inito Bavaricæ Duces, aliosque quosdam Principes sibi, ut dicebant, molestos bello petunt, & raptorum copiam tollunt; infestati autem Principes, paulò post confœderatis talionis pœnam irrogarunt, & Pilgrinum Archiepiscopum Salisburgensem confœderatorum primipilum ceperunt.

Joannes Montefanus afferens in publicâ concione Mariam DEIparam in Originali conceptum esse peccato, Parisiorum Scholæ decreto, dicta publicè revocare compellitur.

Ludovicus Comes Flandriæ ultimus nullo relicto virili hærede moritur, post cujus mortem Philippus Burgundiæ Dux, qui unicam ejus filiam uxorem habuit, in Comitatu Flandriæ successit.

Diem vitæ supremum experitur Carolus Gallorum Rex, & apud S. Dionysium sepelitur, filios relinquens duos, Carolum & Ludovicum, in minore adhuc ætate constitutos, quos tutelâ Philippi Ducis Burgundiæ & Ludovici Borbonii educandos committit. Regni autem generalem moderatorem constituit Ludovicum Ducem Andegavensem; quousque Carolus, cui

ut primogenito Regnum debebatur, annum ætatis decimum quartum attingeret.

Wiclefi hæresi Angliam pervadenti, strenuè se opponunt Simeon de Langham ex Ordine nostro Archiepiscopus Cantuariensis, Uredus Bolton Dunelmensis, & Guilielmus Bingham Nordovicensis, Monachi.

Annus Christi 1381.

Clemens Antipapa ubique emissarios destinavit, ad Reges & populos in suas partes pertrahendum.

Urbanus Papa Carolum Dyrrachinum Siciliae ac Neapolis Regem declarat, qui Otho-nem Joannæ maritum prælio vincit, capit & in vincula dat; hinc urbes, oppida totumque Regnum deditione capit, ipsa Joanna quoque captiva ducitur, Otho verò liber dimittitur.

Castellæ Rex Clementis fautor anathemate percussus iteratò idem vibratur in Regem Galliarum.

Plures Cardinales, Episcopi, Abbates dignitate suâ exuuntur, quia Antipapam secuti essent, & palinodiam canere coguntur.

Wenceslai Imperatoris soror Richardo Angliæ Regi desponsatur.

Bellum Rusticum in Angliâ, à Joanne Balaio Wicleffi asseclâ excitatur: ab incultâ plebe & furiosâ, Ducis Lancastriæ ædes magnificentissimæ exuruntur, Archiepiscopus capite ab illis plebitur, sed percussor divinam mox sensit ultionem, in furiam actus, & cæcitate percussus; simili modo punitus quidam rusticorum, qui anulum ex digito detruncati voluit detrahere; magnis insuper miraculis post mortem DEUS Martyrem suum glorificavit: reticeo nefanda alia, quæ insanus populus rusticorum, tam in urbe regiâ Londini, quàm alibi peregit.

Pax inter Genuenses & Venetos componitur.

Ad Cælestem patriam migrat Petrus Abbas 20. Generalis Ord. Montis Virginis; item S. Catharina Sueca filia S. Birgittæ, miraculis in vitâ & post mortem gloriosa.

Ad æternitatem abijt Olgerdus Magnus Dux Lithuanicæ, pater Jagellonis.

Decedit cum Sanctitatis famâ Joanna Regina Castellæ.

Lambertus de Buren ex Abbate Monasterii Gengenbaccensis Episcopus Spirensis, Vir doctus & prudens, transfertur ad Sedem exemptam Episcopalem Bambergensem, Adolphus autem de Nassau Comes Spirensium creatur Episcopus.

Pestilentia Magna Bohemiam gravitèr affligit, hanc ob causam Wenceslaus Rex Romanorum & Bohemiarum cum Pileo Cardinali Legato Papæ Urbani discedit Moguntiam; luc hac in Bohemiâ, Austriâ, Ungariâ vix non media incolarum

colarum pars fuit consumpta; solum Pragæ mille centum & sedecim uno die sunt mortui.

Adolphus Archiepiscopus Moguntinus & Rupertus Comes Palatinus Bavariæque Dux, in alterutrum ferro & igne grassantur.

Urbanus Papa post fulminatas in Carolum Apuliæ Regem censuras cum parvo Comitatu Nuceriæ pro quibusdam causis Ecclesiæ tractandis venit, quem Carolus obsidere statuit, quod ubi rescisset Pontifex, Genuam se subduxit.

Annus Christi 1382.

Joanna Regina Neapolis jussu Ludovici Ungariæ Regis, eâ parte suspendio necatur, ubi ipsa viro Andreæ quondam gulam fregerat.

Ludovicus Dux Andegavensis ingentem exercitum adversus Carolum Siciliæ Regem ab Urbano designatum, educit, & Rex Neapolitanus coronatur.

Decessit Ludovicus Ungariæ Rex, cum majorem filiam Mariam, in spem Regni Pannoniorum, Sigismundo Caroli IV. olim Imperatoris filio, Wenceslao Romanorum Regis fratri despondisset; affectante econtra Regnum Carolo Duratio, cui bona pars militarium Procerum favebat.

Papa Bartholomæum Mezavaccam Cardinalem purpurâ privat, quod clam partes Caroli Regis Siciliæ contumacis fovisset; idem Carolus crudeliter in consanguineos & affines sævit, pluribus eorum in vincula conjectis.

Diem obit Zanilla Episcopus Cracoviensis, profanis negotiis & voluptatibus magis, quam divinis rebus addictus, successit ei Joannes Radlicius Regius Medicus & Cancellarius Poloniæ; decessere quoque Nicolaus Curnicius Posnaniensis Episcopus, & Joannes Archiepiscopus Gnesnensis, ejus loco electus Dobrogostus Noviduorius, Archiepiscopatum tamen assecutus non est adversante sibi Ludovico Rege; Urbanus interim Bozentam Seligium Archiepiscopum designat; Posnaniensis verò Episcopus Joannes cognomento Cropidlo, Boleslai Oppolensium Ducis filius, adolescens admodum, factus est.

Extinguitur Ludovicus Archi-Episcopus Magdeburgensis, qui ob altitudinem stematicum elatus, plus sæculi vanitati, quam divino cultui mancipatus erat; huic igitur ex gradibus scalarum præcipitato, & ex lapsu hoc post triduum mortuo, successit Fridericus Anistes Merseburgius; non diuturna huic fuit possessio Archiepiscopatus, cujus confirmationem ab Urbano Papâ obtinere contempsit; aliquot post menses successorem accepit Albertum Quernfurdiem, à Pontifice Maximo accepto pallio confirmatum.

Cometa circa festum S. Martini totis 14 diebus conspicitur.

Floret Wilhelmus Courtneus Cantuariensis Archiepiscopus, qui Wicleffi hæresi gloriosè & magnanimiter se opposuit.

Magnus terræ motus Angliam concutit.

Flandria contra Ludovicum Comitem tumultuatur, cui suppetias fert Rex Galliarum, & cruentam victoriam de rebellibus reportat.

Oppido Burburgo recepto, unus ex Fran-

cis sacrorum contemptor, templi foribus effraetis, dum Divi Joannis argenteum simulacrum rapere contendit, aversâ facie hoc dorsum illi vertit; nec mora sacrilegus sit mentis inops, atque in semet insanens in proprios artus desævit; cæteri milites hoc exemplo exterriti, templo abstinerunt. Bzovius ad ann. hunc.

Gandavenses infeliciter cum Gallis confligunt Duce Philippo Ardevelâ, in prælio triginta suorum millia desiderarunt, in fugâ plus 10000. caesa, Philippus ipse in cumulo exanguium corporum graviter saucius, sed adhuc spirans repertus, omnem curationem aspernatus, ac non superesse se civibus pro libertate cæsis velle prædicans, ruptis semel & iterum fasciis, sanguine cum tabo fluente decedit, corpus furcæ datum. Meyerus annal. Flandr. lib. 4.

Leodii tumultus contra Urbani VI. sequaces exortus, maturè reprimuntur.

Salisburgi Ecclesiam Metropolitanam, Monasterium S. Petri, mediamque civitatis partem superiorem, incendium devorat.

Moritur Joannes de Viennâ Episcopus Basileensis.

Albertus filius secundò genitus Imperatoris Ludovici Bavari, Ordinem S. Antonii instituit.

Annus Christi 1383.

St. Joannes Nepomucenus, dum Joannæ Imperatricis confessionem ejus marito Wenceslao impio detegere recusat, Muldavae flumini mergi jubetur: mortem quam Cæsar occultam volebat, statim ignes prodigiosi flumini oberrantes manifestarunt.

Didacus Gomez Barroso, Magister Generalis Ordinis de Alcantarâ creatur.

Carolus Siciliæ Rex Urbanum Papam aversâ captivat, & Neapolim duci jubet, totis 16. diebus in custodiâ Regis fuit: quousque iste, quæ voluisset, ab eo expressisset; Cardinalium tamen industriâ & consiliis Procerum pax inter utrumque reducta est.

Angli Urbani Papæ partes tenentes, Flandros oppugnant, cæsis eorundem in prælio novem millibus, totamque ferè Flandriam occupant; obsidionem Iprensis tamen urbis, metu appropinquantis Gallorum immensi exercitus solvere coguntur.

Biturigum Dux, in controversiâ de Comitatu Bononiæ, Ludovicum Flandriæ Comitem pugione in pectore lædit, quo ex vulnere, tertio post die 15. obiit.

In expugnatione Burburgi, sacræ Beatissimæ Virginis, puerperæ more paræciali in templo decumbentis, iconem, cum nefarius aliquis Brito gladio in pectore feriisset, largus cruor exivit ab ictu, atque fato extemporario cecidit lusor & læsor sacrorum; alius ibidem Brito in templum Divi Joannis Baptistæ irruens, truncum, in quo fidelium oblationes reponi solebant, bipenni in partes comminuit, ratus ingentem thesaurum ibi retineri, impos factus voti confestim in terram concidit, & tanquam à dæmonio obsessus, alienatâ mente terribiliter vociferabatur, caput pavimento

mento allidebat, labra mordebat, dentibus stridabat, calcitrabat, spumabat, exitum templi quærebat, non inveniebat, tandem propè baptisterium in pavimentum cadens crepuit medius, & dispersa sunt omnia viscera ejus.

Alius statuam D. Joannis Baptistæ, quæ in altari posita ex auro facta videbatur, auferre volebat, & ante altare deciduus infelicem animam efflat.

Lutetiæ malleatorum tribus aliisque ob nimias pecuniarum à Rege exactiones coivère, ex quibus Rex 300. capite plecti jussit, cæteri ære multati sunt.

Moritur Amadeus Sabaudia Princeps, hujus nominis sextus.

Simultates inter Venetos & Genuenses ratione Regni Cypri renascuntur. Christianis proinde dissidentibus Bajazethes Turcarum Imperator varias Provincias occupat: Leo Armeniæ Rex Romam pro ope occurrit.

Moguntia sacra Cruci affixi imago, unâ cum aliis Divorum iconibus, ab homine sceleratissimo impiè convulnerata, sanguinem ex vulneribus stillavit. Bzovius in annal.

Divæ Deiparentis imago, ut fama fert, à D. Luca Evangelista penicillo depicta, apud Clarummontem in Regno Poloniæ miraculis illustris esse cœpit.

Decedit cum sanctitatis fama Alexander Strozzius Ord. D. Dominici alumnus.

Moritur Henricus à Brandis, ex Abbate Einsidensi, Episcopus Constantiensis. Item Rhabanus Episcopus Aichstadiensis.

B. Panacæa virgo 15. annorum, ob Orationis studium à noverca impacta colo occiditur, cujus corpus post mortem miraculis à Deo illustratum est.

In Piceno cum sanctitatis fama vitam finit Marcus Bergomas Ordinis Minorum Sancti Francisci.

Floret Ægidius de Bellamera, insignis Jurista, scribens in totum Decretum.

B. Joannes Abbas Alentis Ordinis Cisterciensis cum alio ejusdem instituti & Monasterii Monacho pro pietatis & justitiæ defensione ab impiis occiditur.

B. Joanna Abbatissa Monasterii S. Benedicti à Castris sub instituto Cisterciensium in Lusitania, cum pro insigni pietatis zelo, militum in quos inciderat, gravissima scelera plenâ charitatis & sacri fervoris oratione constantissimè redargueret, ab iisdem immaniter trucidatur. In cujus etiam discipulas cum nimio furore succensu satellites, pari crudelitate desavire contenderent, & in cœnobium impetum facerent, insigni prodigio cæcitate divinitus percussæ sunt, & sponsæ Christi mirabiliter præservatæ. Corona Lucida Henriq.

Antonius Adornius ad Genuensem Ducatum evehitur, à quo postea tribus vicibus pulsus est.

Serenissima Respublica Veneta Argos Argolica Peloponesi regionis Metropolim à Petri Gomari vidua emit.

Obiit Joannes Comes de Spanheim sine liberis, nec diu post Henricus quoque, filios relinquens duos Simonem & Joannem. Quibus etiam post aliquot annos vitâ defunctis, cum

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

proles non haberent, Comitatus Spanheimensis, partim ad Comites Palatinos, partim ad Marchiones Badenses devolutus est.

Eodem quoque anno, die 7. Mensis Decemb. obiit Wenceslaus Brabantia & Luxemburgi Dux, frater Caroli Imperatoris IV. post cujus mortem Joanna uxor ejus vidua, consilio & auxilio Arnoldi de Horn Leodiensis Episcopi, Brabantia & Luxemburgi Ducatum per annos ferme viginti duos egregiè gubernavit.

Rursus contra Wiclefsum hæresiarum ex Benedictinis insurgunt Joannes Radinghal, Henricus Woodhil, Joannes Wellius.

Annus Christi 1384.

Mangoldus ex Ord. D. Benedicti, Abbas Augiæ divitis, & electus Episcopus Constantiensis, consensurus equum subitanè morte è medio tollitur, non sine porrecti veneni suspitione.

Gonzalus Nunnus de Guzman, Magister Generalis de Alcantara creatur.

Caroli Siciliæ Regis, & Ducis Ludovici Andegavensis exercitus dira in Italia peste invadit, ex qua plurimi Procerum & militum interierunt, ipse lue correptus Rex Carolus, mortis periculum propè adit; quotquot eâ contagione afficiebantur, non secus atque serpentes pellem exuebant & occumbebant: die 10. Oct. Ludovicus mœrore confectus inglorius in terra aliena obit, militibus suis miserè per Italiam partim peste absumptis, partim cæsis, partim dispersis, adeò ut vix duos simul reperires, qui in Gallias reduces mendicatò stipem quærentes redibant.

Cardinales Reatinus & Bartholinus Placentinus procurator, cum aliis schismaticis deperendo Urbano modos & vias omnes excogitant: in Richardum quoque Angliæ Regem, dicti Urbani partes tuentem, conjuratum est.

Duo nautæ Angli, in die D. Osvaldi Anglis sacro, ad resarciendam navem lignum aptare volentes, repetitis in illud securis ictibus, sanguinem ex eo manare vident. Polydor. de rebus Anglicis lib. 20.

Exercitus Regis Castellæ, ob spoliatum ab illo Guadalupeum templum Deiparæ sacrum, atroci lue punitur, magnaque illius pars extinguitur. Marian. lib. 18. cap. 8. 9.

Joannes Imperator Orientis à filio deponitur, & hic in verba Turcæ jurat.

Armericus de Magniaco Parisiensis Episcopus, & Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis tit. S. Eusebii, moritur.

Erant nonnulli in Wandalia habitantes vel hostes vel latrunculi, qui incensâ villâ Wilsenaco, Ecclesiam pariter in cineres redegerunt: tunc Sacerdos cum ad proximam villam confugisset, essetque noctu in strato, audisse fertur vocem: surge, præpara te sacris ministeriis, dicturus missam in altari nupèr exultæ Ecclesiæ. Primam vocem arbitratus ludificationem, contempsit. Repetitâ secundò & tertio, non potuit negligere ita firmatam denunciationem. Surgit, & ex more soluto laborum penso, ad Ecclesiæ locum proficiscitur. Stabat altare post

post incendium. Duo ibi cerei ex latere utroque, in medio mundam vidit Sindonem, in ea trinam hostiam, quæ videbatur in unam coaluisse, eamque cruentam. Stupefactus rei novitate, unde hostiæ cruentæ post incendium, reverenter inclinans, & componens quomodo poterat, subito petit loci Antistitem Havelbergensem, quid audierit, & deinde quid viderit enarrat. Omnes illuc abierunt, sacramque hostiam venerantes, mirabilia Dei ubique enarrarunt. Kranzius histor. Wandal. lib. 9. c. 11.

Joannes Viennensium Comes in Gallia cum navibus sexaginta navigat in Scotiam, ut inde bellum inferret Anglis, erant enim tunc inter Anglos & Scotos gravissimæ discordiæ. Scotorum ergo comiteatu Angliam invadit, & quasdam munitiones impugnat. Quo cognito Anglorum Rex magno cum exercitu occurrit. Videns autem Joannes se illi viribus impari, cum suis in Scotiam revertitur, ubi cum aliquamdiu moram ageret, mulieris cujusdam nobilis amore illectus, tempus omne in turpi carnis voluptate exegit, postremo ab ea admonitus, se Regi Scotorum esse suspectum, relicta Scotiâ in Galliam reversus est.

Annus Christi 1385.

Moritur Petrus III. Nunnus Magister Generalis Calatravæ, creatur ejus loco Petrus IV. Alvarus Pereyra, & hoc etiam anno occiditur.

Martinus Yannez de la Barbuda, Magister Generalis Ordinis de Alcantara creatur.

Carolus Siciliae Rex Urbanum Papam capere & in carcerem mittere molitur: Cardinales aliquot, & plures ex laicis varia de illo sceiera consinxere, has tamen insidias omnes & calumnias invicto animo Urbanus non solum sustinuit, sed insuper magnanimo ausu in publicis Comitibus Nuceriæ indictis, Cardinalibus perfidis infidelitatem ipsorum malitiamque publicè exprobravit, & in carcerem illos trahi iussit; qui in equuleo suspensi scelera sua sunt confessi: Urbanus in publico postea Cardinalium concessu reos excommunicavit, Carolum Siciliae Regem cum uxore Regno privavit, Cardinales autem præfatos simul dignitate exiit, Neapolitanæ denique urbi Sacramenta omnia & Sacramentalia ademittit: his in furias actus Carolus quosdam Ecclesiasticos Prælatos & Clericos, suspectos quod partes Urbani foverent, Neapoli capi, in carceribus tormentis subdi, nonnullos in mari submergi iussit, alii diutissimo pœdore & squallore conficiebantur, maxime illi, qui rem divinam Carolo jubente facere detrectabant: Cardinalis Reatinus depositus, à dicto Carolo Cancellarius declaratus & exercitui regio Præfectus, Nuceriæ obsidet, Papamque cum suis ad extremam impellit necessitatem, usque dum Ursinus cum Thoma Sanseverinate auxiliares copias angustiis montium superatis adducens, illum obsidionem solvere coëgit. Interim Neapolitani Carolum ad pacem cum Papa ineundam inclinare studebant, verum optimum hoc consilium adversariorum & reproborum ma-

chinationibus enervatum est; Dux autem Genuensis ad liberandum è manibus Caroli Urbanum decem triremes rebus omnibus instructas, Clemente Facio Præfecto, in Regnum Neapolitanum misit, qui Ursinæ familiæ ope Pontificem incolumem, cum magna Cardinalium ac Romanæ cohortis parte classe Genuam evexit, ubi ille summâ Urbis lætitiâ exceptus est: vix tamen & hic Christi Vicario fuit securitas, Cardinalium victorum fautoribus veneno propinato ipsum sapius è medio tollere conantibus.

Carolus Siciliae Rex in Ungariam pergit, Rex à maxima Procerum parte ac plebe proclamatur, Mariâ legitimâ Reginâ abdicatâ.

Wicleffus hæresiarcha paralyti correptus, miserè vitam finit.

Regis Castellæ exercitus à Lusitanis ceditur, desideratis decem armatorum millibus, ipse vix Rex fugâ evasit.

Barnabas Vicecomes gravis Ecclesiæ Romanæ hostis, ultore Deo hoc anno captus Mediolani à Joanne Galeatio, veneno in carcere extinguitur.

Judæi in Germania ob suspicionem fontium ab iis veneno infectorum, aut urbibus peluntur, aut majorem in modum vexabantur.

Prædo quidam cum centenis aliquot sociis per terram Stabulensem patrimonium Sancti Remacii spolians, rabiosus effectus, obvios quosque dentibus impetens, equi primum sui aures, deinde manus proprias manducavit, & paulò post morte terribili defunctus est. Radulph. de Episc. Tungrens. tom. 3.

Pileo Cardinali deposito, Cosmatius Melioratus Archiepiscopus Ravennas à Papa creatur, Moritur Ludovicus Andegavensis, qui se Siciliae Regem dixerat.

Margaretha Alberti Comitis Hannoniæ & Hollandiæ filia, Ludovici Bavari Imperatoris neptis, Joanni Nivernenâ, postea Burgundiæ quoque Duci nubit.

Wilhelmus Comes Hollandiæ, Hannoniæ, Seelandiæque, uxorem ducit filiam Philippi Ducis Burgundiæ.

Helvetii armati contra Nobiles terræ conveniunt, & eorum castra demoluntur.

Dux Lancæstræ, Angliæ Regis filius, classe comparatâ non modicâ, Hispaniam quasi Regnum sibi ut dicitur jure hæreditario debitum aggreditur, & ibidem igne & ferro grassatur, hinc à Regni Statibus hostis est proclamatus.

Lupoldus Dux Austriæ, ad instantiam Comitum de Kyburg, Grünenberg & Thorberg, Helvetiis bellum indicit.

Galeatius Vicecomes Mediolanensis dominandi libidine Barnabovem Vicecomitem patrum & focerum suum insidiosè occidit, ejusque principatum sibi usurpat.

S. Bernardus Clarævallis Abbas Mellisius cœlo evocatus, Lusitanorum Regi Joanni prodigiosè adest, hostesque Regni debellat, quam agnoscens gratiam Rex opt. quintâ post victoriam die in Alcobatiæ se monasterium contulit, & magnis muneribus Deiparam ac Bernardum honoravit. Ubi publicè pro corona Regni sui juravit, sensisse se miram Divini auxilii præsentiam,

sentiam, dum in maximo periculo positus Divi Patris Bernardi nomen & auxilium imploraret, & juxta tentorium Regis Castellanos, vidisse brachium erectum in aère cum rubro paludamento.

Nascitur decus illud Romanæ Nobilitatis S. Francisca nostra de Buxo, cognomento Romana.

Annus Christi 1386.

Moritur Petrus IV. Aragoniæ Rex. Wilhelmus Beuckelens sive Buckeldus piscator Birsletanus, modum haleces sale condiendi invenit, ut diu conserventur.

Fernandus Rodriguez, Generalis Magister Ordinis de Avis creatur.

Carolus III. Siciliae & Ungariæ Rex à Blasio Forgatsch lethali vulnere in capite sauciatus, in carcere paulò post strangulatur, & quia in excommunicatione obiit, corpus ejus diu infelictum jacuit; Succedente in Sicilia Ladislao filio, in Ungaria Sigismundo Wenceslai Cæsaris fratre, non tamen impunita mansit mors Caroli, nam paulò post Elisabetha Regina vidua cum Maria filia, Blasio Forgatsch & Nicolao Regni Palatino, à Joanne Croatiae Præfecto sub via intercepti sunt: Blasius statim cum Palatino accerrimè se & Regias mulieres defendente trucidatur, Elisabetha in Bozotha amne submergitur. Nec effugit Joannes necis causatæ vindictam, nam Sigismundi jussu revinctis ad palum manibus, per urbes, vicos & compita curru circumvectus, candentibusque frustillatim forcipibus passim discerptus, deinde ad Gemitorios usque gradus tractus, quadripartitoque dissectus est, frustra corporis singulis partibus imposita.

Jagello Lithuaniae Dux ad Christi fidem ex Gentilismo convertitur, ac nomen Uladislai assumit; sitque hoc anno Poloniae Rex.

Thomas Sanseverinas ab Urbano Papa deficiens, Antipapæ & Ludovici Andegavensis partes amplexus, Neapolim occupat.

Quinque Cardinales vitæ Urbani Papæ, ut priori anno dictum, insidias struentes, capitali sententiâ damnantur Genuæ; alii fractâ gulâ in carceribus enectos perhibent; alii fassis insutos, ac mari demersos referunt. Bzovius ad hunc ann.

Memorabili prælio Leopoldus Archidux cum flore Nobilitatis Suevicæ propè Sempacum occumbit, post cujus mortem ejus filius Lupoldus in Regimine succedit.

Natus est Albertus Dux Megapolitanus, dictus pulcher, qui corporis venustate omnes sui ævi Principes superabat, filius fuit Magni & Sophiæ, Erici II. Pomeraniæ Ducis filia.

Joannes Lusitanæ Rex propè Aliubarotam in Extremadura Provinciâ in lignem de Hispaniâ victoriam reportat.

In Gallia cum in quodam Pago ad fluvium Matronam sito, fulmen cœlitus lapsum Ecclesiam percussisset, ac sacra vasa, nec non pyxidem, quâ continebatur hostia, consumpsisset, sacramentales divinæ victimæ species nullam vim labemve sensere. Odoricus Raynaldus in Annal. Eccles.

Cum Sigismundus Rex præfatus Ungariæ R. P. Brentano Epitome Chronologica.

apud Budam Concilium Procerum convocasset, Regina plures primarios Ungaros de perfidia accusavit. Hinc duos supra triginta Rex capite plecti iussit. Erat Stephani Comitis puer adstans, & videns cædem tot nobilium virorum, cum etiam Dominum suum cæsum aspexisset, in lachrymas erupit amaras, ad quem Rex: *Noli flere, inquit, ego sum Dominus tuus, qui tibi & plura & majora donare possum, quàm Stephanus dederit unquam; cui puer intrepidâ voce respondit: Ego tibi pro Domino meo quem innocentem occidisti, Ungarus Bohemo serviturus sum nunquam. Quem Rex confestim decollari mandavit. Sed tantorum mors Procerum causam multis periculis & turbationibus, odioque in Regem dedit.*

Maxima hoc anno crevit abundantia vini, maxime in partibus Mosellanicis, cis-Rhenanis & Francia Orientali, plaustrum vendebatur uno floreno.

Annus Christi 1387.

Moritur Joanna, Wenceslai Imperatoris pessimi, conjux optima, Alberti Bavariz Ducis & Hollandiæ Comitis filia.

Robertus sive Clemens fictus, Antipapa, nihil non agit contra Urbanum, ipsumque Wenceslaum Imperatorem in suas partes trahere multum satagit.

Carolus II. Navarræ Rex, sexaginta annis natus, & libidine exhaustus viribus, dum linteis insuitur, aquâ vim Naphthæ habente perfusus, is qui insuerat, candelam ardentem filo ex acule exurendo admovet; inde flamma protinus fusa ita ambustum reddidit Regem, ut intra biduum exspiraret. Guagnin. lib. 9. histor. Francor.

Archiepiscopus Cantuariensis in Arundeliæ Comitem, quod ejus famuli nonnulla Ecclesiæ diripissent, judicium instituit, inque sacrilegos excommunicationis sententiam pronuncia- vit: idem Londini Synodum convocavit.

Rex Poloniae Ladislaus totus rebus fidei Christianæ amplificandis intentus, ingenti Procerum & Equitum Polonorum catervâ stipatus, unâ cum Hedvige Regina in Lithuaniam se confert, Vilnæ sacrum Gentilibus ignem extingui, delubrum aramque ejus dirui, & adytum, unde oracula à Sacerdote edebantur, everti, Lithuaniaeque incolas Christi sacra suscipere jubet, Ecclesias exstruit & dotat.

Robertus Antipapa, Aragonienses in suas partes trahit.

Obiit Avenione Petrus Cardinalis Luceburgensis, frater Valeriani Comitis Fani Pauli, filius verò Guidonis, clarus multis miraculis. Meyerus lib. 14. rer. Flandr.

Stephanus Bavariz Dux funesto bello finem inventurus, Pilgrinum Archiepiscopum Salisburgensem datâ fide publicâ invitavit ad monasterium Raitenhasense, ut illic unâ de pace tractarent; comparuit Archipræsul, & nil mali suspicatus Ducem convenit. Sed ecce! inter amicam, ut videbatur, tractationem adest insperatò cum armatis Stephani frater Fridericus, & Archiepiscopum cum suis comprehendit, captivumque Burghusum deducit; licet brevi postea in libertatem dimis-

dimissus fuerit, sacrilega tamen injuria sacro Præfili illata, aliis quoque accedentibus causis, novum belli incentivum sociis civitatibus præbuit, quibus etiam se contra Principes junxit ipse Cæsar Wenceslaus, copiasque submisit Pilgrinus. Post sævas grassationes hostiles in Wirtenbergia, Boicâ & Palatinatu, signa collata, & pugnam diu dubiam, victoria Eberhardo Wirtenbergico cessit.

Georgius de Neitberg instituitur Episcopus Chiemensis.

Henricus Krafft Episcopus Lavantinus 21. annis usus insulâ, è vivis abit: item Diana Stella Ordinis Servitarum Tertiaria Pistorii.

Bartholomæus creatur Episcopus Florentinus.

Oritur bellum inter Joannam relictam Wenceslai Ducis Brabantiae & Luxemburgici Ducatus, & Wilhelmum Comitem Hollandiae, verum interponente vices suas Archiepiscopo Colonienfi, tandem contentio ad amicabilem concordiam revocatur.

Monasterium S. Heriberti Tuitiense, quod Colonienfes cives ante decennium funditus destruxerant, reedificatur, & per Fridericum Archiepiscopum, unâ cum Ecclesia parochiali Monasterio proxima consecratur.

Ludovicus Dux Andegavensis arma capit contra Urbanum legitimum Papam. Clemens autem Antipapa ejus militibus & affectis licentiam iniquè concedit, ut calices, vasa & clenodia Ecclesiarum, quæ occupare possent, acciperent, venderent, aut conflarent in monetas, ad stipendia militibus inde eroganda.

Ex tot bellis quibus per plures annos Regnum Apuliae premebatur, maxima victualium penuria subsecuta est, multaque millia hominum & jumentorum fame perierunt.

Annus Christi 1388.

Universitas Coloniae ad Rhenum fundatur. Nicolaus de Wisbaden eximia ingenii nobilitate conspicuus, Episcopus Spirensis creatur. Numinis jussu Romam redit Pontifex.

Wenceslaus Imperator simulatâ Romanâ professione decimas Ecclesiarum impetrat & abligurit.

Ultrâ septuaginta in Suevia, Bavaria, Franconia, liberæ civitates inter se conspirant, quod se à Principibus & Nobilitate opprimi dicerent, nulloque in loco aut itinere, salutem ac fortunas suas tutas esse affirmarent: Principes Germaniae, quanto in discrimine versarentur cogitantes, cum à Wenceslao neque auxilii neque consilii quidquam esset, mutuis exhortationibus animati id unicum inprimis, ne vires suas possent civitates conjungere, curarunt: ac proximam quisque suis provinciis invaserunt, eas foederi renunciare coegerunt, & illis privilegia abrogarunt.

Cuno Falckensteinus Archiepiscopus Treverensis, successorem accipit Wernerum suum gentilem.

Thomas Arundelius Episcopus Eliensis à Papa ad Archiepiscopatum Eboracensem transfertur: Alexandro Nevile translato ad Episcopatum S. Andreae in Scotia. Item Joannem Fordanum, ex Dunelmensi fecit Episcopum

Eliensem: Walterum Skirlon ex Bathoniensi Dunelmensem: Radulphum Ergon de Sarum Episcopum Bathoniensem: & Joannem Waltham, citra electionem, autoritate plenariâ Apostolicâ creavit Episcopum Sarisburiensem, Walsingh. Antoniotus Dux Genuensium bellum contra Mauros instituit, & in Africam navigans, insulam Lothophagitin, nunc Gërbim appellatam, occupat, illam pro sex & triginta aureorum millibus Claromontio Siculo cedit, ipse verò largâ prædâ onustus Genuam revertitur. Folieta lib. 9.

In oppido Bopardiensi natus fuit infans, ab umbilico & sursum duplex existens, habens duo capita, manus quatuor, & cætera omnia, quæ ad perfectionem hominis requiruntur, dupliciter. Deorsum verò ab umbilico, cuncta membra in forma unius hominis erant disposita. Chron. Spanheim.

Tres milites Sulz pachii in templo Sacrarium effringentes, sacris manus injecerunt: aut sacrilegium eodem die DEO vindicante luerunt. Unus enim subito furis actus, miserè expiravit. Alter sceleris socius, dum aquatum equitat, ab equo excussus, aquis obruitur. Tertius ferro casus occubuit. Aventin, lib. 7. Annal. Bojor.

Joannes I. de Neuperge, instituitur Episcopus Seccoviensis.

Moritur Adolphus ex familia Comitum Nassoviorum, Archiepiscopus & Elector Moguntinus. Item Joannes II. Episcopus Verdensis.

Mons Regalis in Pedemontio Episcopali sede ornatur.

Conradus ex Comitibus de Winsperg creatur Archiepiscopus Moguntinus.

Leopoldus junior Austriae Dux, ingressus armatâ manu vallem Glarensium, in vindictam paternæ necis omnia devastat.

Civitates confederatæ Comitibus Wirtenbergicis rursus bellum indicunt, sed vincuntur iterum amissis suorum 1500. Equites omnes & primores aut cæsi sunt aut capti, pauci fugâ elapsi. Ex parte Wirtenbergicorum autem in acie cecidit Udalricus Comes de Lövvenstein cum 20. Equitibus, aliisque non multi.

Cives Moguntinenses, Wormatienses, Spirenses, cum 600. viris amatis terram Ruperti Comitum Palatini ingressi, omnia igne & ferro devastant, ille verò contractis mox copiis aciem contra eos ordinat, & congressione factâ haud procul à Wormatia ducentos eorum interfecit, trecentos abduxit captivos, centum fugâ elapsi sunt. Inter captivos fuere sexaginta prædones, qui multo tempore in territorio vagantes spoliaverunt itinerantes, multamque ruricolis incendiis & rapinâ pressuram intulerunt, quos ab aliis separatos in fornacem calcis ardentem conjici & concremari jussit.

Fraçti viribus cives per Principes, horum dissimulatione jam hostes experiuntur Nobiles, à quibus multa experti mala, pacem invenire nequiverunt, quousque Principum animos multis datis pecuniis sibi conciliassent.

Annus

Annus Christi 1389.

Movet omnia ad everisionem Urbani Clemens VII. eoque temeritatis processit, ut Ludovicum Ducem Andegavensem in præsentia Caroli Regis Galliae, Regem Siciliae & Hierusalem coronaret.

Urbanus Jubilæum indicit, & festum visitationis Deiparæ instituit, sed Idibus Octobris, non sine suspitione veneni defunctus est. Successit in sede Petri Bonifacius IX.

Quidam ex petulantia Cantabrigiae coram Venerabili in Processione publica saltans, inter jocandum repente corruit, & post pusillum spiritum exhalat. Bzovius in annal. ad ann. cit.

Pestis in Anglia sævit, quâ homines Cantabrigiae maxime sospites subito correpti, mentis phrenesi moriebantur sine sensu, sine viatico sacro, quo tempore in possessione regia de Schene repente tot cinifes confluerunt, ut ipsum aërem obscurare viderentur, quæ mox conflictum ineuntes pugnam confecere durissimam.

CæsarAugustæ dum templi pars reficeretur, & superstruendõ operi fundamenta effoderentur, gemina sepuchra vetustate obruta reperta sunt Divæ Engratiæ atque Divi Luperitii ejus urbis Tutelarium.

Ibat Pragæ Sacerdos sacram Eucharistiam deferens ad ægotantem, veniens autem ad propinquum vicum Judæorum, pueri Hebræorum, parentum blasphemis instructi, Sacerdotem luto lapidibusque insectati sunt. Indoluit plebs fidelis, quæ ex more sequebatur, irrogatam Christo & sacris ejus contumeliam, repulsi pueris & cum contumelia abactis, cum illos adulti Judæi tuerentur, primum rixa, deinde seditio exorta est, exanderunt Christiani vehementer, & concursu ex omnibus ordinibus factõ, in Judæorum domus impetu factõ, quidquid obvium fuit prostraverunt, domosque eorum incenderunt. Fœminæ metuentes, ne quoque necarentur, unâ cum parvulis in incendium irruentes semetipsas concremarunt. Krantzius rer. Wandal. l. 9. c. 23.

Natus est Florentiæ honestis parentibus S. Antoninus, hujus urbis postea Archiepiscopus.

In Monte Andecensi dum Jacobus Dachauer Ordin. Minorum sacra faceret, mus prorepsit, & schedam, in qua facer catalogus Reliquiarum describebatur, protraxit in publicum, qui lectus tantas à majoribus, ut servarentur, defossas opes, publicavit; unde extractæ, & probante postea Bonifacio nono, publicæ venerationi, quæ in celeberrimum cultum deinde excrevit, fuere expositæ.

Moritur Joannes Episcopus Curienfis, cui succedit Joannes, Eques Ord. S. Joannis.

Decedit Simon II. Episcopus Paderbornensis. Item B. Jacobus Abbas Cistercii.

Eligitur in Archiepiscopum Coloniensem Hermannus, Comes à Wolfershausen, cognomento dives, filius Comitum à Northeim.

Joannes Grossi Tholosanus fit Magister Generalis Carmelitarum, scripsit viridarium sui Ordinis, in tres libros distinctum.

Moritur Aycardinus Alvarotus Juris Consultus, Consiliorum editione clarus.

Amurathes I. Turcarum Imperator in præliis triginta septem victor, cum jam quoque Lazari Servia Despotæ exercitum ad interfectionem ferè delevisset, ipso cadente Lazaro, Milo hujus servus Domini mortem ulturus lanceâ Amurathem ipsum infracto animo petit, & transverberatum occidit. Solium Ottomanici Imperii conscendit Bajazethes hujus nominis primus Amurathis præfati filius.

Papa Bonifacius IX. Birgittam, Principis Nericia viduam, visionibus, virtutibus, prophetiæ dono illustrem, Sanctorum Albo adscribit.

Helvetii confederationem suam novam latè propagant. Castrum Nidovv tunc prædonum receptaculum oppugnant, & deditione capiunt.

Annus Christi 1390.

Ladislao Caroli Dyrachiani filius, unâ cum matre Margarita Regina Siciliae & Hierusalem, primi omnium ex Principibus Christianis Bonifacio Papæ inclinatur, qui Ladislao Regnum confirmat, & per Angelum Acciajolium Episcopum ac Cardinalem in Regem ungi curat, illumque Regi puero tutorem constituit, & ut defuncto Carolo nunc sepultura procuretur, mandat. Verum Ludovicus Andegavensium Dux 30. navium classè comparatâ Neapolim invehit, & à suis fautoribus Rex salutatus, omnia Ladislao iniquiora facit.

Joannes Galeazius Vicecomes Florentinus infestis armis petit, spondet illis auxilium Carolus Galliae, modò Roberti Antipapæ partes tueri vellent, quod magnanimitè denegant, ipse Pileus Pratanus Ex-Cardinalis Ravennas, jussu exercitum in Italiam ducere, jam Bonifacium respicit, qui Romæ Jubilæum annum ab Urbano antecessore indictum, solenni ritu celebrat.

Adornius Genuensium Dux cum validissimâ classe 40. triremium & 20. onerariarum, Mauritiam petit, ibi vario Marte cum Tunetano Rege certatum, ac tandem his conditionibus conventum, Afri sinibus suis se continerent, orâ maritimâ Italiae Galliaeque, ac Insulis Africae Europaeque interjectis abstinerent, captivos Christianos redderent, centum millia aureorum præsentia numerarent. In has leges fœdere isto, deportatus Genuam, unde solverat exercitus. Bizar, de reb. Genuens. lib. 8.

Bononienses, æmulatione Mediolanensium, Divo Petronio Episcopo, Urbis suæ Tutelari, ingentis magnitudinis Basilicam inchoant.

Bonifacius Papa Pileo Pratano Galerum Cardinalitium restituit.

Moritur Bartholomæus Abbas Generalis Ord. Montis Virginis.

Floret Henribus Boich, insignis Juris Canonici interpretis.

Fatis concedit Robertus II. Stuardus Scotiae Rex, cui in Regno succedit Joannes filius.

Fridericus II. de Perneck instituitur Episcopus Seccoviensis.

Albertus Episcopus Halberstadiensis in prælio occumbit.

Moritur Albertus Archidux Austriae.

Joannes, filius naturalis Joannis II. Comitum Armeniacensis, à Clemente VII. Papa Augustae Ausciorum Archiepiscopus contra Joannem Flandrinum nuncupatur.

Diethardus Comes de Catimeliboco Civis Colonenses graviter affligit, connivente Archiepiscopo.

Joannes Comes Palatinus Rheni, Bavariae Brabantiaeque; Dux &c. filius Alberti Ducis, annum ætatis agens decimum nonum, in Episcopum Leodiensis Ecclesiae postulatur.

Stephanus Bavariae Dux magnis precibus atque muneribus à Florentinis conductus, multis copiis Italiam intrat contra Galeatum Ducem Mediolanensem, obtentisque nonnullis castris viam cum pace relegit.

Annus Christi 1391.

Bonifacius Papa à Rege Galliae & schismaticis vexatur.

Ludovicus Dux Andegavensis, & Violanta Regis Aragoniae filia matrimonium contrahunt.

Martinus Regis Aragoniae ex fratre nepos, sponsam ducit Mariam, Friderici Trinacriae Regis filiam.

Bajazethes vi & astu multas urbes & oppida Christianis eripit: Widinum deditioe capiens hanc conditione, ut incolis & militibus liber daretur discessus absque ullo damno & injuria; illi nihil mali de Turcis praesumentes urbe & castello exeunt, mox Tyrannus Ferisem Begum eos insequi iussit, ac omnes interficere.

Cum Bozenta Archiepiscopus Gnesnensis mortuus esset, Joannes Cripido quemadmodum prius Pohnanensem, ac deinde Wladislaviensem sedem invaserat, Gnesnensem etiam, neque suffragiis Collegii, neque Regis commendatione adjutus, invadere conatus est; sed Rege adversante utroque excidit, Henrico Legnicensi Duce successore accepto: cum autem pertinacius de Archiepiscopo litigaret Cripido, captus à Sbigneo Brezio Mareschallo Regni, & omnibus facultatibus exutus, Regisque iussu dimissus, inopem vitam aliquot annis egit: donec Camenensis Episcopus in Pomerania, ac deinde Henrico mortuo, & Nicolao Curovio successore ejus ad Archiepiscopatum translato, Wladislaviensis iterum Rege indulgente factus est. Cromer. lib. 15. rer. Polon.

In Hispania ratione tutelae supra Regem undecennem gerendae, magnae enascuntur tricae.

Hispali & Cordubae in Judaeorum gentem saevitur à populo: illatae eis clades, domicilia synagogaque direpta; quorum harum urbium exemplo, & alibi similis persecutio in eos est concitata.

Albertus II. Ferratiensium Princeps Aeternus, Ferrariae Gymnasium erigit.

Erfordiana Academia à Bonifacio Papa privilegiis ornatur.

Joannes Ravennas eloquentiae studium in Italia restituit.

Incendiarius Monasterii in Emonia Scotiae

Insula Deo ultore amens statim effectus, propriam carnem mordet. Hector Boethius Scotor. histor. lib. 6.

S. Vincentius ex Ord. Divi Dominici praedicatione sua in urbe Valentiae permagnum animarum fructum per conversionem facit.

Carolus Galliae Rex phreneticus efficitur. Amadeus VII. Sabaudiae Princeps, in ventione aprum insequens, cum equo labitur, & moritur anno ætatis trigesimo.

Gerardus de Schvvarzenburg Episcopus Herbipolensis novum in civitate castellum adificare coepit, verum ob maximam dissensionem cum civibus perficere nequivit.

Florentini bellum adversus Galeatum Mediolani Ducem continuantes, Armeniacum Comitum ex Gallia proposito magno pecuniarum stipendio in Lombardiam vocant, qui collecta militum manu valida, superatis non sine labore Alpibus Alexandriam obsidione vallavit, sed Mediolanensium insidiis circumventus & caesus, ipse octo vulneribus faucibus cecidit.

Leprosi per Galliam in multis locis fontes in odium sanorum hominum intoxicarunt, quorum impietas detecta, ultimo supplicio punita est.

Annus Christi 1392.

Turbatur vix nuper composita Italiae pax, Galeazio & Carrario collis: istoque priore foedere cum sociarum civitates non essent solvendo militibus, hi facta societate, civitates Hetruriae infestant, & multam pecuniam omnibus imperant.

Bonifacius Papa Ladislaum Regem Neapolitanum summo honore excipit, & matrimonium ab ipso contractum cum Constantia Regina, sed necdum consummatum, solvit.

Martinus Aragonius Momblanci Dux, Fangosio Portu classem solvit, 100. actuariis onerariisque navibus ad undecim millia gravis amaturae Equitum, & ingentes peditatis copias in Siciliam, ejus obtinendae spe trajicit. Panormum obsidet, & Aragoniis fidem fallentibus occupat: ubi Andreas Claromontius Modicensis Comes Regni Almirandus à Bonifacio Papa positus, in foro Majestatis lege, capitis poenam ab eo afficitur, & Claromontia familia vetus admodum atque illustris extinguitur.

Moritur Mahomades Maurorum Rex Granatensis, qui amicitiam Hispanorum perpetuo coluerat, succedit in Regno Juzephus filius.

Bajazethes Turcarum Imperator Silitriam deditioe, pluraque alia Christianorum oppida capit.

Gnevossius Dalevitiussuccamerarius Cracoviensis Hedvigem apud Ladislaum Regem Poloniae maritum probri desert, sed falsae delationis reus inventus, contumeliam publice & cum infamia reclamare à iudicibus iustus est. Cromer. rer. Polon. lib. 15.

Fridericus à sede Episcopali Argentoratensi ad Ultrajectinam transfertur.

Stephano Bavariae Duce mortuo, Ducatus inter tres ejus filios dividitur. Joannes Monachium cum suis pertinentiis obtinuit, Stepha-

Stephanus Ingolstadtium & Rattenbergam, cum iis, quae illis adhaerebant, accepit, Fridericus vero Landshutum cum aliis consecutus est. Hic filiam Galeatii Ducis Mediolanensis uxorem ducit.

Gerardus Episcopus Herbipolensis castrum Reusenberga optimè munitum, praedonum receptaculum, frustra obsidet.

Varii haeretici in Germania conquiriti ignibus cremantur.

Circa festum S. Mathaei subito frigus intensum oritur cum nive haud modica, omneque vinum per totam Franciam Orientalem, Sueviam, Alsatiam, Thuringiam partesque Rheni & Mosellae destruit.

Festum Visitationis B. M. Virginis à Bonifacio Papa instituitur.

Annus Christi 1393.

Wenceslaus Caesar, & Bohemiae Rex, Joannecium, suffraganeum Archiepiscopi Pragensis & Vicarium, nullam satis probabili causa, id unum obtendens, quod Albertum Cladrubiensem Abbatem, legitime & sine controversia à fratribus electum, confirmasset, in Muldavam abjici & mergi jubet: ejus vero sanctimoniam & innocentiam, miraculis post mortem DEUS declaravit, nam, quoad insepultus in flumine diluit, tanta siccitas & ardor elementorum per Bohemiam fuit, ut Muldavam Pragae sine ponte, vado transirent viatores: aqua deinceps ipsa non alium, quam virentis herbae calorem, & quoddam quasi virus praetulit.

Neapolim Ludovicus Andegavensis occupat, Aquila Brutiorum urbs Ladislai Regis Imperium detrectat, Comites Sorae & Alviti & alii publice omnia in Regno Neapolitano miscent. Adversus hos Ladislao exercitum paranti, Bonifacius Papa Albericum Balbianum cum non contemnenda misit manu militum. Horum auctus viribus Ladislaus, Soranum & Alvitianum repressit, Manupellanum captum in carcerem conjecit, Aquilam & alias civitates recuperavit.

Quinto Calendas Februarias adulta virgo nubebat nobili & in aula gratissimo adolescenti: media nocte ludis adesse voluit Carolus Galliae Rex, ipse regio ornatu deposito, vultu in leonini oris imaginem personato, reliquum corpus pice delibutum, multoque limo depexo, ac in villos confecto ita contexit, ut hispidi ac semiferi portenti speciem spectantibus praerberet, eodemque habitu quinque praeter ea nihilò saniores, ad eum modum in coetum Principum Matronarum virorumque prodeuntes, choreas ducebant. Ludovicus Aurelianensis Regis frater studio clarius visendi, correptam faciem propius admovit. Scintilla exinde in Regem forte incidens, repentinum in omnes illos effusa flamma incendium conflagavit: duo inopes auxilii consiliique, pertinaci conflagratione, miserabili ululatu periére tostis, foedoque nidore; duo inter manus elati, cum biduum animam tra-

xissent, exspiravere; unus ruens in propinquam cellam, aqua vinoque se perluens, salutem sibi peperit: concursu ad Regem facto, uxor Biturigis, Regem, antequam ad vivum flamma jam corpus lambens pervenisset, veste ut caudata fluxaque erat involvit, ac ignem restinxit. Bzovius in annal. ad hunc annum.

Dux Philippus Audax, Flandros à Papa Bonifacio vult se jungere.

Cum Slusae in templo Beatae Mariae Ludovicus Episcopus creaturus erat Sacerdotes, ortum est magnum in Parochia Beatae Mariae incendium, talisque perturbatio totius populi, ut Episcopus ordinare Sacerdotes non posset, sed perplexus discesserit.

In Comitio Boloniensi agitur de pace Regum Galliae & Angliae, sed frustra. Moritur Lutetiae Leo Rex Armeniae, qui eò venerat, ut suppetias contra Turcas rogaret, sepultusque est apud PP. Coelestinos.

Bonifacius Papa Rigensem Ecclesiam & civitatem, Equitibus Teutonicis Marianis confert.

Insigni propè Nicopolim clade profligatur à Bajazethe Sigismundus Hungariae Rex, desideratis viginti millibus; caesa e contra sunt ex victorioso Turcarum exercitu millia sexaginta. Sigismundus in Thraciam Constantinopolim effugit, hinc classe Veneta navigavit Rhodum, & Aegeum Ioniumque mare emensus, in Dalmatiam, lustrataque Dalmatiae ora, in Croatiam, atque inde in Regiam se recepit. Joan. Niverniae Dux cum 300. Gallis Nobilibus captus est, & solus cum quinque aliis vitam CC. aureorum millibus redemit, caeteri omnes in frustra concisi sunt.

Smyrnam Bajazethes frustraneam obsidione tentat.

Inducis inter Castellae & Lusitaniae Reges promulgatis, Castilia magnis turbis domesticis agitatur. Rex ipse cum multis Proceribus ob injectas Toletano Archiepiscopo, Episcopo Oxoniensi aliisque viris Ecclesiasticis manus, anathematis sententiam feritur.

Humanis rebus eximitur Albertus Marchio Aeternus, qui vigesimo ante obitum die Isotam Albarefanam haud obscuro loco natam, moribusque egregiis praeditam, cujus antea consuetudine tenebatur, justam sibi uxorem ascivit, ut sic contractam animi labem elueret, & Nicolaum filium natalibus restitueret.

Duo lumina Ord. Dominicani caelitibus ajunguntur: Hieronymus Fulginas, cui morienti, quemadmodum antea promiserat, Christus cruci affixus, una cum D. Dominico apparuit: & Robertus Neapolitanus, vivens & vitam functus miraculis clarus.

Floret insigni vitae sanctimoniam Maria Spesalasta Pisana: infantem adhuc Angelus ab interitu servavit, adultior facta corpus suum variis mortificationis operibus castigabat, Angelorum, Christi, Deiparae saepius visione recreata, & spiritu prophetiae illustrata, pestilentiam & bella civilia Italiae longè antea praedixit. Michaël Pius lib. 1. & 3. de reb. Praedic. Ordin.

In Archiepiscopatu Trevirensi natus est infans,

infans, in inferiore corporis parte formam hominis, in superiore bufonis teterrimi referens. Chron. Spanheim.

Oppidum & Ecclesia Caravacensis à rebellibus Granatensibus Mauris capiuntur & incenduntur, salvâ sanctâ Cruce & miraculosâ.

Arthurus III. Britannia & Turonia Dux, secundò genitus Joannis V. in mundi lucem prodit.

Post longam diffensionem inter Fridericum de Sarverd Archiepiscopum & Cives Colonenses, mediante Comite de Mœurs & interpositione aliorum Principum concordia stipulatur.

In villa Berg Trevirensis Archi-Diœcesis mulier monstrum in lucem edidit, cujus inferior pars corporis hominem præferebat cum ventre, umbilico, pudendis, cruribus & pedibus. Superior verò pars, manus, brachia, collum, oculi, os, & caput erant bufonis, quod nemo sine pavore poterat intueri. Vixit triduo, & quia genitrix illud lactare nequivit, necessariò defecit.

Gerardus Episcopus Herbipolensis Popenhausen prædonum receptaculum per tres menses frustra obsidet.

Vigesimalâ quartâ die mensis Novembris in Francia Orientali tanta nivium copia cecidit, quantam nulla memoria hominum tunc viderat unquam. Quarum densitas ventis agitata fortissimas arbores & quercus annosas sine numero fregit, aut penitus evertit.

Floret doctrinæ laude Henricus Calcar Prior Carthusiæ Colonensis. Scripsit Exercitatorium Monachale lib. 1. Tractatum de Rhetorica & Musica. De ortu & progressu Ordinis sui lib. 1.

Claret quoque Joannes Rusbrochius Ord. Canonicorum S. Augustini: scripsit de Profectu Religiosorum lib. 1. De ornatu spiritualium nuptiarum lib. 3. Sermones & epistolas varias ad diversos.

Joannes Schœnhoven Prior Conventus Mechliniensis Ord. Carmelitarum edidit Polyodion, seu opus de vitiis & virtutibus, duobus voluminibus comprehensum.

Annus Christi 1394.

Fernandus Rodriguez de Villalobos, Magister Generalis Ordinis de Alcantara creatur.

Bonifacius Papa Romam redit.

Vitâ excedit Clemens Antipapa, cui Anticardinales Petrum de Luna sufficiunt, & Benedicti XIII. nomine salutant. Qui mox consilia de Bonifacio in ordinem redigendo agit, sed in cassum.

Pestis & motus domestici Castellæ Regnum turbant.

Bajazethes Castrum novum uno à Constantinopoli milliari Germanico distans exstruit, & iniquas conditiones à Græcorum Imperatore extorquet.

Prussienfes & Livonienfes Crucigeri Lithuaniam & Samogitiam universam suo subjicere Imperio contendunt.

Magnâ in Anglia, Londini præsertim, à Lollardis seu Wicleffitis turbæ concitantur.

In Germania multæ simultates inter Wenceslaum Imperatorem, & Sigismundum Regem Hungariæ fratrem gliscunt, magno Reipublicæ Christianæ incommodo; lacera perinde Moravia, incensæ domus & arces; hos ut ad concordiam revocaret Bonifacius Papa, nihil non fecit; laboravit quoque pro liberatione Magni, Sueciæ Regis, quem Regni Proceres è Solio ob vitæ suæ infamiam amoverant, everso Alberto Ducis Magnopolensis filio.

Moritur Guido Regiolanus Ord. D. Dominici, vir insignis vitæ sanctimonie, qui MARIAM JESUM infantem ulnis gestantem coram intueri meruit.

Vincentius Ulyssiponenfis ejusdem Instituti professor, totius Hispanicæ Provincie Provincialis & Inquisitor Generalis, in diversis oppidis, urbibus & castris hæreses validissimè exterminat.

Moritur Rupertus, Dux Montensis, Episcopus Paderbornensis. Item Joannes Agoultius Archiepiscopus Aquensis in Gallia. Nec non Albertus olim Rex Sueciæ, filius Alberti Ducis Megapolitani, cum à Margaretha Daniæ Regina devictus, & per septem annos captivè retentus, sceptro renunciasset.

Præfatus Wenceslaus Imperator & Bohemiæ Rex propter insolentias & fatuitates suas omnibus penè exosus, à suis in civitate Pragensi capitur, & aliquamdiu honestæ custodiæ mancipatur. Interveniente tandem Sigismundo fratre Ungariæ Rege, liber dimittitur, sed pristinæ conversationis mores non emendavit.

Ætas anni hujus fuit ferventissima, pluvie aut nullæ aut valde raræ, unde vinum crevit optimum & copiosum.

Miles quidam nomine Wernherus Schnovvlin in quadam simultate capitur, & in Castro Rappelbach custodiæ mandatur. Quod proinde Lupoldus Dux Austriæ obsedit, cepit, funditus destruxit, & captivum liberavit.

Annus Christi 1395.

Lamprechtus Episcopus Bambergensis, hospitale in Schesliz condit.

Bajazethes Turcarum Imperator per Ferrisem Begum, Nicopolim Bulgariæ Metropolitim actu occupat.

Carolus Rex Galliarum gravissimo morbo conflictatus, tandem de schismate tollendo ex animo cogitare cœpit, obnitente Aragonio, qui repentinè moritur. Excepit mortem Joannis Regni turbatio.

Martinus Momblanci Dux, ejus frater, ad successionem, lege, defuncti testamento & voluntate Gentis vocabatur. Mathæus Fuxensis Comes, quod Joannam Regis defuncti filiam in matrimonio habuisset, de Regno litem intendebat. Maria Joannis relicta dominatum pariter ambiebat, adeoque prægnantem se esse relictam simulabat.

Terra in agro Valentino horrendo fragore concutitur, magnâ ædificiorum strage.

Compostellanus Archiepiscopus ab Antipapa Petro Luna discedit, eapropter sibi à Rege Castellæ

Castellæ metuens in Lusitaniam abiit: ubi primum Conimbricensis, deinde Braccarenfis Episcopus, Lusitani Regis intercessione, à Bonifacio Papa creatus est.

Rebus humanis eximitur B. Margarita Septempedana; decimum quintum ætatis annum agens, cum gregem pasceret, Christo peregrini specie stipem poscenti, panem qui sibi in diem datus erat concessit, qui statim multâ ibidem odoris fragrantia relicta disparuit, Margarita domum reversa, cum mater panem in arca non esse affirmaret, illa confidenter ad arcam accedens, panem ingentem candidum & suavissimum invenit, qui familiaris & vicinæ distributus satis fuit: ad matrimonium dein coacta, viro mortuo vitam vixit austerissimam, dæmonum visibili forma apparentium sæpius victrix. Bzovius in annal. ad hunc annum.

Imago Crucifixi cum stigmatibus sanguinolentis apparet in Gallia, supra turrinam campanarum Cathedralis Ecclesiæ Laudunensis, per mediam ferè horam cernentibus Episcopo, Clero & populo manifestè. Idem ibid.

Eckhardus de Perneck instituitur Episcopus Chiemenfis.

Albertus Sueciæ Rex exauctoratur, qui in paternas ditiones Megalopolitanas se recipiens, locum fecit Margaritæ, Daniæ Norvegiæque Reginæ, quæ Haquino Magni filio nupta fuerat.

Floret Henricus de Knyghton historiographus Anglus, Leicestriensis Abbatie Canonicus, qui libros plures de eventibus Anglorum ad hunc usque annum deduxit.

Sphæræ quatuor æneæ turri Hispanensi impositæ à conditoribus Mauris, terræ motu dejiçuntur.

Albertus cum trica, Archidux Austriæ, post venationem nimio æstu ventre soluto moritur.

Albertus Magni cognomine Probi Ducis Brunsvicensis filius, & Archiepiscopus Bremensis, naturæ debitum solvit, nullâ aliâ re quam conviviorum frequentiorum luxu inglorius.

Petrus de Alliaco, vir doctrinâ illustrissimus, Caroli VI. Galliarum Regis Confessarius & Elemosynarius, creatur Episcopus Podii: Angelus de S. Anna Episcopus Laudis Pompejæ sacro Cardinalium Collegio adscribitur.

Nobiles in Comitatu VVirtenbergico contra Comitem Dominum suum seditionem movent, mox autem compescuntur.

Infra Octavam Festi Corporis Christi terræ motus factus est in partibus Mosellanis, Cis-Rhenanis, & in Francia Orientali, post quem ingens ventorum subsecuta tempesta, arbores, quercus & ædificia multa subvertit.

Die 5. Aprilis sol nube obvolutus, tenebrosus factus est Leodii & per unius milliari spatium aut amplius in circuitu, apparuitque mirabile signum in nube, quasi gladius sanguinem fundens & cum igne discurrens.

Nascitur in Portugallia Elisabetha Regis Lusitani filia, quæ postea nupsit Philippo Duci Burgundiæ.

Moritur Conradus de VVynsberg Archiepiscopus. R. P. Brentano Epitome Chronolog.

episcopus Moguntinus. Post cujus obitum Ecclesia Moguntina gravi iterum schismate laboravit. Capituli Cathedralis quippe majori ex parte Godefridum Comitem de Lyningen elegit, contra quem Bonifacius Papa Joannem Comitem de Nassu Archiepiscopum præfecit.

Annus Christi 1396.

Archiepiscopatum suum Pragensem resignat Joannes III. eumque cum Capituli consensu VVolfamo sororio suo dat in manus.

Moritur Nicolaus Episcopus Spirensis, succedit in Sede Rabanus de Helmstad.

Aliqui libertatis nomine pronunciato, populum Romanum concitant, ad Pontificiam dominationem excutiendam, & ad illum urbem pellendum. Sed advolat tempestivè Joannes Thomacellus Bonifacii Papæ frater non contemnendâ militum manu, & Pontifici tum Urbem, tum auctoritatem restituit, repressis rebellibus, ex quibus tredecim viros conjurationis auctores capitali supplicio afficit, & hoc terrore publico populum ad officium revocavit.

Genueses inter se tumultuantes, & ex occasione belli civici à Joanne Galeatio Duce Mediolanensi in prædam designatos, Papa conciliare studet; Montaldus & Adornius de principatu certantes, sopitas jam diu Guelphorum & Gibellinorum factiones in mutuam perniciem suscitarent, direptionibus, stupris, cædibus & incendiis urbs omnium magnificentissima deformabatur; Adornius melioris jam consilii sui que compos, pro patriæ tranquillitate Reipublicæ Regimen deponit, & Carolo Galliarum Regi deferretur.

Induciæ 30. annorum inter Gallia & Angliæ Regem statuuntur: Arderam uterque Rex usque advenerat, ubi non visi antè id tempus imbres, grandoque frequens, cum vehementi vento irruentes, quatuor sine intermissione horas, Principes in tentorio Caroli tenuerunt. Alterâ quoque insequentis diei nocte, insurgens subito imbrium & venti violentia, Franci Regis tentorii centum & quatuor funes & signa quæ tabernaculum sustentabant, Angliæ verò mansionis, quatuor etiam funes abrupti: visa est etiam non multò antè stella grandis, quam quinque minores stellæ hostili more persequi viderentur, & præterea juxta altare ære armatus homo, manu lanceam gestans, ignemque mittens, qui stellâ percussâ mox evanuit: in Aquitania quoque auditæ per cælum voces & armorum strepitus, velut hominum præliantium. Guagnin. histor. Franc. lib. 9.

Moritur VVilhelmus Courtenay Archiepiscopus Cantuariensis, huic successit Thomas Arundelius ex Metropolitana Eboracensi Sede Papæ Bonifacii auctoritate huc translatus, qui mox Synodum contra Wicleffitas convocavit, pluresque errantes ad veram fidei semitam reducit.

Teutonici Mariani Equites, arma contra Polonia Regem sumunt.

In Sueciâ inauguratur Rex Ericus, ex Pomeraniâ Ducibus assumptus.

Diem obiit B. Marcolinus Ord. D. Dominici, cui imago quædam Dei parentis sæpius respondit colloquente, orans aut sacris operans frequentissimè in ecclâ raptus est, post obitum ejus, & refosionem corporis jam sepulti, ex eo suavissima odoris fragrantia erupit, claruit ex tunc magnis etiam miraculis. Pius lib. 1. de viris illust. Ord. Prædic.

Vitam absolvit Pilgrinus Archiepiscopus Salisburgensis, cui succedit Gregorius Schenck de Osterviz.

Diem obit Conradus II. ex familiâ Comitum VVeinspergicorum Elector & Archiepiscopus Moguntinus.

In Ilicetano prope Senas Conventu, sanctè moritur B. Nicolaus Ordinis Eremitarum S. Augustini.

Romæ extinguitur Georgius Trapezuntinus, vir doctissimus.

Joannes Aragoniæ Rex mulæ lapsu oppressus repente extinguitur.

Petrus de Alliaco fit Archiepiscopus Cameracensis.

Comes quidam de Solms multa contra Trevirensis Ecclesiam mala committit, igne & ferro devastans patriam; tandem VVernherus Archiepiscopus Trevirorum validum colligens exercitum, manus conferit, victoriam obtinet, interfectisque adversariorum plurimis Comitem cepit, & vinculis ligari fecit, donec imperata omnia polliceret.

Magnæ iterum inter Episcopum Herbipolensem & Cives oriuntur contentiones, & quia ille exhaustis pecuniis non habebat, undè stipendia militibus solveret, Clerum insuetis & gravissimis exactionibus plurimum sibi reddidit infensum.

Annus Christi 1397.

Joannes de Genstein, qui anno præterito Archiepiscopatum suum Pragensem resignarat, à Bonifacio Papâ nono Patriarcha Alexandrinus creatur.

Laborat pro Ecclesiæ pace & Schismate tollendo Rex Galliarum, evocatumque ad solennem Conventum Cæsarem, similiter persuadet, licet hic nihil ageret.

Henricus Rex Castellæ frustra legationem ad Petrum de Luna pro tollendo schismate mittit.

Joannes Cetina & Petrus Dugnas è familiâ S. Francisci, Granatæ ob fidei Christianæ prædicationem verberibus affecti, tandem capite plectuntur.

In Angliâ plurimi Procerum à furore regio, vel gladio cecidère, vel in exilium abière: inter illos Dux fuit Glocestriæ, Galefiam missus & strangulatus, nec non Richardus Comes Arundelius, Londini capite truncatus.

Joannes Galeazius Mediolanensium Dux, perspectâ VVenceslai Regis Romanorum ignaviâ, ad regiam Italiæ dignitatem aspirans, Bononienses, Florentinos, Mantuanum atque Atestinum Marchiones armis infestat, contra quem Bonifacio Papæ suppetias mittit Carolus Galliarum Rex.

Tamerlanes Tartarorum Rex cum Bajazethem congressus, 140000. Turcarum delet, amissis quoque de suo exercitu CCM. Bajazethem ipsum sagittis confixum, cum vivum in potestatem accepisset, catenis aureis vinxit, & caveæ ferreæ inclusum per Asiam circumduxit, tanto opprobrio, ut conscendens equum pro suppedaneo uteretur, & mensæ aspidens canis loco haberet, cui micæ & frustilla projiceret. Bajazethis quoque uxori Lazari Despotæ Myssorum filia turpiter illudit, cum brevissimo militari sagulo induisset, & denudatis obscenis partibus antè oculos Bajazethis, Scytharum Proceribus unâ discumbentibus, pocula ministrare compulisset, quâ indignitate commotus infelix, capite innumeris ictibus ferreis caveæ elathris illiso, vitæ finem sibi imposuit.

Moritur Catharina Friderici Severi Thuringiæ Landgravii conjux, nata Comitissa de Henneberg.

Diem obit Laurentius Archiepiscopus Bracharensis, vir præstantissimæ virtutis. Item Albertus I. Dux Brunsvicensis & Dominus in Grubenhagen, post se relinquens Ericum filium ex Sophiâ Alberti Saxoniarum Ducis filia.

Henricus filius Ducis Lancæstræ, & Henrici Angliæ Regis frater, creatur Episcopus Lincolnienfis.

Moritur Adam Ektonius, ex Episcopo Londoniensi S. R. E. Cardinalis, vir eximiâ vitæ innocentia, & admirandâ eruditione clarissimus.

VVilhelmus Dux Montensis, terras Comitatus Cliviensis ferro igneque hostiliter devastat: hic obvius cum exercitu hosti, confertis armis primò vincitur, fugitivos autem revocans & animosè cohortatus, prælium renovans capto VVilhelmo victor evadit. Ceciderunt in eo prælio multi. Inter reliquos captivos fuere Dux Juliacensis, Comites de Solms, de Ilenburg, de Seyne, VVesterburg, & Rifferscheyd, alique ex Equestri Ordine complures, qui magnam Comiti pro sui liberatione pecuniam dederunt.

Herbipoli discordiâ inter Episcopum & Cives durante, Clerus non solum in urbe à civibus, sed etiam extrâ per totam Dioccesim à laicis perversis premitur. Crafftonem ex Comitibus de Hohenlohe Cathedrales Ecclesiæ Canonicum, virum conspicuæ pietatis apud Carthusianos extra urbem commorantem, in ipso Monasterio captivârunt, & carceri mancipârunt; idem contigit pluribus Canonicis, Vicariis & Clericis non solum majoris, sed etiam aliarum Ecclesiarum in civitate & extrâ. Eò tandem devenere tumultuantes cives, ut Monasteria, & domos Clericorum penitus expilârunt: Monasteria SS. Burchardi & Jacobi Ordinis Divi Benedicti post spoliationem igne devastârunt: ut verò se plenè Episcopi dominio subtraherent, Bohemiæ Regis & tunc simul Imperatoris opem implorant, qui ipsorum annuens petitis ipse venit Herbipolim, & Imperii Aquilam tanquam libertatis signum super mœnia urbis erigit: auditus super hoc factio Episcopi justis querelis, Imperii Principes durius scripserunt Imperatori, ut à male cæptis desisteret,

sisteret, nec subditos contra Dominum concitaret, alioquin se fore de negotiis Imperii aliter provisos. His litteris Wenceslaus territus se in Bohemiam mox recipit.

Annus Christi 1398.

Indicto in Galliis Concilio, cum rogatus Petrus de Luna per viam cessionis, Reipublicæ consulere nollet, deseritur, & in arce Avinionis obsidetur.

Genuæ pestilentia dirè grassatur.

Joannes Galeazius ad Italiæ Imperium adhuc aspirans, Mantuanum Ducatum inprimis, post Carrarienses superatos, in prædam sibi designat. Hunc Bonifacius Pontifex tuendum suscepit, & Carolum Malatestam, unâ cum auxiliariis copiis illi submitit; ejus adventu victoria penès Franciscum Gonzagam stetit, hostibus terrâ aquâque fugatis, capta illorum castra, equitum circâ duo millio in captivis relata, navigia omnis generis supra 120. in Eridano intercepta, capti homines supra VI. M. equorum duo millia, bombardæ plurimæ, commearius ingens copia, cæsi multo plures. Actum procul dubio tunc de Galeazio fuisset, nisi victores, quasi jam totum confecissent, dissociatis viribus discessissent. Itaque Galeazius refecto exercitu navigiisque comparatis fines Mantuanos rursus invasit, multaque de adversario recepit. Tandem Papæ convenientibus Pontificiis ac Venetorum Legatis, induciæ in decem annos inter dictum Galeazium & alios pactæ sunt.

Floret in Hispaniis Paulus Carthagena ex Judæo factus Christianus, postea Episcopus Burgensis, vir insigni eruditione.

Moritur B. Nicolaus Ravennas ex Ord. D. Dominici, eruditione & corporis castigatione, nec non ecclâ plurimis insignis, quem aliquando Cruci affixi imago brachiis extensis complexa sermones cum eo miscuit; mortuus est Venetiis vultu mirè radiante. Pius de viris illust. Ord. Prædicat. lib. 1.

Joannes Grossus Generalis Carmelitarum eligitur, scripsit Viridarium Ordinis de Monte Carmelo.

Moritur Burkardus Episcopus Constantiensis, cui succedit Fridericus, qui tamen Episcopatum nimis debitis gravatum, intra decendium rursus dimisit.

Diem obit Gerardus II. Episcopus Hildensis, erat Rhetor insignis. Item Rupertus II. Elector Palatinus. Nec non B. Antonius Hungarus tertii Ordinis S. Francisci. Item B. Placidus Ordinis Apostolorum Recineti in Piceno, miraculis post mortem clarus, cujus corpus adhuc integrum servari fertur.

Vitæ finem facit Ludovicus Comes Tornodorensis, relinquens filium Ludovicum secundum. Similiter Guntherus Comes de Schvarzenburg Thuringus, frater Gerardi Herbipolensis Episcopi, vir strenuus & bellicosus, qui amore fratris Ecclesiastici Dux fuerat exercitus contra cives rebelles, qui eodem hoc anno Episcopum suum in castro Montis S. Mariæ obsederunt diebus undecim, eo furore, ut jurârunt, quòd si eum comprehendere possent,

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

sine miseratione occiderent, verùm generositate præfidiariorum cedere coacti sunt.

Florentini cæptas contra Joannem Galeatium Mediolani Ducem dissensiones continuant, & Lupoldum Austriæ Ducem in auxilium vocant, Veneti quoque cum Florentinis armorum ineunt societatem, hinc territus Dux, decennales trengas petit & impetrat.

Annus Christi 1399.

Albertus Comes à VVertheim Episcopus Bambergensis creatur.

Rex Aragoniæ Bonifacio Papæ infensus in Siciliam movet, & Regnum in filii potestatem redigit. Idem Bonifacius pro suæ electionis justificatione Jubilæum indicit, magnis sumptibus erogatis.

Presbyter quidam hypocrita, sub larva pietatis plurima hominum millia attraxit, ut sibi viam ad Papalem dignitatem sterneret, quem Bonifacius Papa captum, Romæ rogo addixit.

Alexander Vitoudus Magnus Lithaniæ Dux cum centum millibus Tartariam invadit, bis feliciter cum Tamerlanis exercitu configit, tertio autem prælio victus, totus ejus exercitus deletus est à Tartaris, vix ipse octavus evasit: insuper Mariani Equites ex Livoniâ & Prussia Samogitiam ingressi, prædas ingentes egerunt, & 4000. Samogitarum occiderunt.

Moritur Regina Poloniæ Hedvvis, Elisabetham Bonifaciam primo partu enixa. Obiit pariter B. Dorothea vidua Pruthena, rigore vitæ conspicua, cui aliquando Deipara numerofo SS. Angelorum & sanctarum Virginum cœtu comitata apparuit, eamque verbis consolatoriis & planè maternis confortavit. Christum quoque ipsum cordi suo quinque sagittas leniter infigentem intueri meruit, idem moribundam sacratissimo suo corpore refecit: post mortem labia ejus liquore mirabili & odorifero sudare visa, corpus verò suavissimum ex se diffundebat odorem. Bzovius in annal. ad hunc annum.

Poloniæ in Poloniâ Judæi pretio Christianam servam corrumpunt, ut sacratissimam Eucharistiam surreptam ad illos deferret, quam illi cultris perfodientes, copiosum emanare sanguinem conspiciunt, miraculo deterriti tres sacras hostias extra civitatem in paludem conjiciunt, quæ super illam elevata à puero adorantur, jumentis itidem genua flectentibus; rei seriem bubulcus Magistratui indicat, sed ut delirus in carcerem conjicitur, ex hoc tamen spontè reclusis portis egressus fidem rei facit, quâ ad Episcopum delatâ ille cum Clero ad prata descendit, & sacratissimas hostias in Ecclesiam parochialem deportat: Judæi cum sacrilegâ muliere ad palum cum canibus eos lacerantibus alligata, vivi tandem combusti sunt: Saratissimæ deinde hostiæ infinitis propè coruscârunt miraculis. Bzov. ibid.

Equites Rhodiani Insulam Cariæ, Mausoleo Artemisæ Regiæ celebrem occupant, & adversus omnem barbarorum incursum ca-

stellum, Divi Petri Apostoli titulo, in eadem extruunt.

Moritur Petrus Tenorius Toletanus Archiepiscopus, vir bello pacēque clarus, præstantisque animi magnitudine, rebus adversis æque ac prosperis admirabilis.

Thomas Arundelius quem Richardus Rex Angliæ injustè in exilium proscriserat, à Papâ Bonifacio Sedi suæ Archiepiscopali Cantuariensi restituitur.

Richardus Angliæ Rex ob tyrannidem suis exosus redditur: hinc Henricum Lecestrium ab illo Angliâ pulsum revocant, & Regem salutant: Sexaginta armatorum millia numerabantur, qui novo Regi operam suam detulerant; ad tantum robur regii Ministri perterrefacti, alii aliò delapsi sunt, alii insignia Ministerii ad pedes Henrici posuerunt, & obsequium illi suum addixerunt.

Obiit Gerundæ Nicolaus Eymericus Inquisitor fidei Generalis in Regnis Aragoniæ, Valentia & Catalonia: Scripsit adversus hæreses complura opera. Directorium Inquisitorum. De Potestate Pontificis. De duabus Christi naturis. De tribus personis in Deo. Item aliqua de excellentiâ Christi & B. Mariæ Virginis.

Moritur Gregorius Archiepiscopus Salisburgensis.

Engelmarus Krall instituitur Episcopus Chiemenfis.

Decedit Fridericus Dux Brunsvicensis.

Moritur Joannes Britannia Minoris Dux, cui succedit Joannes filius hujus nominis V. & Sapiens cognominatus.

Item Joannes Eremita Massaci in Piceno: hic inter rusticos hæreticis parentibus natus, tanquam è spinis rosa, à consanguineis in fide Catholicâ eruditus, assiduè orationem repetebat Dominicam, & ad frequentes preces alios puerulos excitabat; puer ipse etiamnum æscensibus arvis æstivo calore & deficientibus pastoribus, educto in terram circulo & invocato nomine Jesu, venam aquæ abundantissimam siccantibus aperuit; adultior factus vitam elegit eremiticam, totumque tempus in sacris meditationibus, rigidis pœnitentiis & diris cum hoste conflictationibus exegit, attrito tandè laboribus corpore obiit; Deus ejus sanctitatem per mirabilem sonitum campanarum Abbatia Massaci Monachorum Camaldulensium indicavit, stupentibus omnibus ad occultum motum ac sonitum nullâ humanâ ope editum, quid hoc portenderet prodigium cœperunt interrogare: quibus casu respondit quidam, fortassis Eremitam Joannem decessisse, non enim per aliquot dies extra antrum suum prodierat: abierunt, qui explorarent, inveneruntque flexis genibus, manibus ad modum orantis antè pectus junctis, recto corpore, facieque ad cælum elevata. Ex actis SS. apud Henschen. 20. die April.

Obiit cum opinione sanctitatis Gerardus de Monte, in Piceno. Diem vitæ claudit quoque Albertus II. Bavaria Dux, ex parentibus Alberto I. & Margarethâ Clivia Ducissâ natus.

Ernestus Episcopus Halberstadiensis à Papâ excommunicatus & exauthoratus, mox decedit.

Vilhelmus Dux Montensis pacta violans, à Comite Clivia oppugnatur, terraque ejus igne & ferro vastatur.

Cives Herbipolenses pro gravibus suis sceleribus in Episcopum, Clerum & Monachos commissis, excommunicati & interdicti, ad cor serò tandem redeuntes, absolutionem postulant ab Episcopo, qui misericordiâ motus per litteras patentes omnibus & singulis per civitatem & diocœsin Abbatibus, Præpositis, Decanis & Parochis dat facultatem pœnitentes à censuris absolvendi, & Missarum solennia coram eis deinceps celebrandi. Verumstamen incendiarios Monasteriorum, invasores, percussores, captivatores Clericorum, ab hac gratiâ indultæ absolutionis excipiens, ad Sedem Apostolicam remisit. Et quia potiores civitates majores simul cum minoribus incendio Monasteriorum & captioni Sacerdotum consenserant, cum à nemine possent absolvi quàm à Papa, malum adjicientes malo, iterum de novo in Episcopum & Clerum conjuraverunt.

Annus Christi 1400.

Wenceslaus ob ignaviam exauctoratur, electo à potioribus in Imperatorem Ruperto Palatino. Fridericus autem Dux Brunsvicensis, quem quidam Imperii Proceres Imperatorem elegerant, inter Frizlarium & Arnsbrunnam occiditur die 5. Junii.

Moritur Joannes de Genstein Patriarcha Alexandrinus.

Similiter Gebhardus ex Comite de Schwarzenburg Episcopus Herbipolensis, Francia Orientalis Dux. Ut gravatam debitam Ecclesiam suam liberaret, varia à Carolo IV. & Wenceslao telonia, vectigalia, & non parva à Clero subsidia impetravit, quæ tamen vix in belli intestini sumptus suffecerunt. Tumultuantem sæpius Herbipolim sedavit; sed insurgentem iterum, & 11. urbes secum fœderatas in Episcopum armantem, ultimâ demum clade affecit, casis 1100. 400. captis. Oppida & bona alia Ecclesie suæ coëmit. Hæc Dux & Princeps gessit, non minor Episcopus. Charitatem annonæ apertis liberaliter granariis minuit: pro sacello B. V. in foro Urbis tam magnifico primum lapidem posuit, salubria Clero statuta edidit, ob rerum experientiam Abbatia Fuldensi & Episcopatu Bambergensi Administrator præpositus.

Ecclesia Deiparæ Spiræ conflagrat. Rupertus Imperator pro salute Italia & Ecclesie defensione fœdus cum Bonifacio Papâ percutit, & ab eo Romam accersitur.

Emmanuel Palæologus Imperator in Galliam & Angliam venit, ut lite inter eos compositâ, suppetias contra Turcas cervicibus suis jam propinquantes impetraret, sed mutuis inter se odiis dissidentibus nil impetrat.

Scoti Angliis bellum indicunt. Obiit Baldus Perusinus J. C. clarissimus. Joannes Bentivoglius antiquissimæ nobilitatis vir, Bononiam occupat.

Sacra

Sacra inprimis Cisterciensium familia hæreticis se se in Bohemiâ fortiter opponit, & ob hoc ipsum varia cœnobio bonorum suorum omnium jacturam faciunt: pluribus insuper Monachis fidem suam Deo suo sanguine consignantibus.

Cometa magnus versus Occidentem apparuit, per plures manè & serò dies visus.

Argentinenfis Episcopus, contractis multis militibus, auxilio Nobilium de Lichtenberg, Vinklingen, Ochsenstein & aliorum, obsedit

Gemer propè Colmariam, & expugnavit, Vice-Dominum de Hochstein cum aliis spoliatos abire permittit.

Hoc anno oriebantur subito pustulæ in corporibus humanis, & ulcere nimis horrenda, quibus infecti homines & jumenta, dolores patiebantur incredibiles. Erat morbus iste adeò contagiosus & formidabilis, ut leprosi quoque illo infectos homines detestarentur ac fugerent. Hujus mali causa & cura latebat medicos omnes, duravit annis duodecim.



MEMORABILIMUM MUNDI CHRISTIANI SÆCULUM XV.

Annus Christi 1401.

IOANNES ab Egloffstein, Præpositus Cathedralis Ecclesie Herbipolensis, ejusdem Episcopus eligitur.

In festo Epiphaniæ Domini Rupertus in Regem Romanorum Colonia solenni ritu coronatur. Aquenses Wenceslao abdicato addicti, noluerunt inaugurationem in suâ urbe admittere, instigante illos Ruperto Juliacensium Duce; contra hos Rupertus animadvertit, & inter proscriptos perduelles recensuit, deinde res in Germaniâ turbatas magno studio composuit. Veniens verò in Italiam cum magnis copiis, à Galeazio Mediolanensium Duce stragem magnam patitur.

Bononiæ imago Deiparæ in muro depicta miraculis clarescere incipit.

Norimbergenses in fide Wenceslai durant, ab ipsomet soluti sacramento pro cadis aliquot vini Bacharensis.

Sigismundus Rex à suis Ungaris capitur, & Ladislaus Rex Neapolitanus ad capeffendum Ungariæ Regnum ab illis invitatur.

In Angliâ indicto Comitio apud Londinum, promulgatum est edictum contra Wicleffitas, ut ubicunque deprehenderentur eorum pravam doctrinam amplexantes, caperentur, & diocœsano Episcopo traderentur, qui si perseverassent pertinaciter opiniones suas defendere, degradarentur, & jurisdictioni seculari committerentur: actum est hæc lege in quendam Pseudo-Presbyterum, qui apud Smithfeldium multis aspectantibus combustus est.

Henricus Angliæ Rex divinâ providentiâ à nece servatur. Aliquis proditor posuerat in occulto lectuli Regii ferrum quoddam admodum tricuspis fabricatum, habens tres longos aculeos subtiles atque rotundos, punctorum aculeis acutissimis sursum erectis, tali ingenio, ut cum Rex decubisset, & mole corporis stramenta pressisset, iisdem aculeis incumbens periret: sed inopinatò instrumentum mortiferum Rex deprehendit, & periculum evitavit. Bzovius ad hunc annum.

Moritur Joannes Bottleshamius Episcopus Rossensis, zelo fidei contra Wicleffitas celebratus.

Obiit Gregorius Landgravius Thuringiæ improlis.

Percius exercitûs Anglici Præfectus Scotos magnâ clade afficit.

In Turgoviz civitate Dieffenhofen, Judæi apud rusticum quemdam tribus florenis sanguinem Christianum mercati sunt: is, cum ex quadrimo puero eum effunderet, perterrefactus & captus, confessus est. Quare in rotam actus ipse, Judæi combusti sunt.

Cives Herbipolenses, ob persecutionem Cleri & spoliationem excommunicati & interdicti, à Papâ absolvuntur.

Claret Gerardus de Zutphaniâ Theologus insignis, edidit scripta super quatuor sententiarum libros, Enucleationem quoque super omnes Epistolas Pauli.

Henricus item de Hassiâ Canonicus VVormatiensis, scripsit in sententias Petri Lombardi

bardi libros 4. In prologum Bibliæ lib. 1. In Genesim lib. 4. De Antichristo & Schismate lib. 1. De contemplatione lib. 1. De animâ contemplativâ lib. 1. Speculum animæ peccatricis lib. 1. De Septem horis Canonicis lib. 1. Contra Astrologos lib. 1. Contra Prognostica Thelespori Presbyteri lib. 1. Super Oratione Dominicâ, Ave Maria & Symbolo Apostolorum lib. 3. De contemptu mundi lib. 1. Contra Joannem VViceffum & errores ejus lib. 1. Ad Canonicos Regulares lib. 1. Contra proprietatem claustralium lib. 1. Super Cantica Canticorum lib. 1. Sermones etiam varios & Epistolas plures.

Bonifacius Papa IX. Solemnitatem & Festum Visitationis B. M. V. confirmat, & per universam Ecclesiam promulgat.

Bogislaus XIII. Pomeraniæ Dux secundas nuptias contrahit cum Annâ Joannis Junioris Ducis Holstato-Sonderburgici filiâ.

Obiit Otto Episcopus Verdensis, ex Ducum Brunsvicensium stemmate oriundus.

Annus Christi 1402.

Moritur Nicolaus Pugnikius, electus Archiepiscopus Pragensis.

Evocatus Romam Rupertus à Papâ ad coronam, cum nupsiam fideret, regreditur.

Galeatus Bononiam obsidet, copias in subsidium missas cædit, & urbem in potestatem suam redigit, Bentivoglius urbi Præfectus in turrim conjectus, miserè interficitur: sed & paulò post Galeatus, spe Italiæ Regnum devorans, moritur; auditâ ejus morte Galeatorum seu Vicecomitum familiæ fortuna nutare cœpit, deficientibus ab eis qui erant amici ac fœderati. Malum augebat Mediolanensium civium discordia, Franciscus Barbavarius insidias patitur vitæ ab Antonio Vice-Comite, qui illum fugâ elapsus non inveniens, ædes ejus spoliât, fratrem plurimosque ex amicis interficit. Vulgatâ civili Mediolanensium discordiâ, Ugolinus ex nobili Cavalcaboum familiâ, motâ seditione, Cremonæ dominium occupavit, Laudenses ejectâ Gibellinorum hæcenus potentissimâ factione, pariter & ipsi tyrannum sibi creârunt, Joannem Vinialem unum ex civibus. Hos secuti Brixienfes, Bergomates & Placentini, à Joanne Maria Duce adolescente disciverunt.

Visus est dirus Cometes in Italia, qui per aliquot dies arsit, funebri & oblongâ caudâ.

Sigismundus Ungariæ Rex, ope Nicolai Palatini conjugis è carcere liberatus, in Moraviam venit, & postea in Bohemiam, ubi VVenceslaum fratrem ad recuperandam Regis Romanorum dignitatem, atque Imperii insignia capessenda excitavit. Mutius Chron. German. lib. 26.

Joannes Hufs hæresiarcha, hæresim suam in Bohemia spargere incipit.

Iterum aliqui in necem Henrici Angliæ Regis conspirant, confictâ fabulâ, quasi Richardus adhuc viveret, ac Londinum properaret, ubi justa præmia rependeret his, qui fideles ei hæcenus perseverassent: nec minus per artem magicam vitæ illius insidiæ struuntur: interim Henricus Edmundum Mortimerium acie profligat, in qua ex Maguatibus amplius quàm mille viros amisit, ipseque captus & in carcerem conjectus, aliquot post dies, sive tadio diræ captivitatis, sive metu mortis obiit.

David Regis Scotiæ primogenitus ob pessimam vitam custodiæ datus, fame perit. Serio de antea vita ibi pœnituisse dubium non est, cum à morte aliquot annis miraculis claruisse feratur. Verùm ubi Jacobus I. Rex mortem ejus ulcisci aggressus est, miracula exinde cessârunt. Hector Boëthius histor. Scot. lib. 16.

VViceffitæ Angliâ egressi, totum ferè orbem insicere conantur. Ex his unus cui Guilielmi nomen, alienâ veste incedens & Apostolum se profitens, jussu Magistratus Lubecæ exustus interiit. Bucholzerus in Chronologia.

Rex Aragoniæ & Ludovicus Dux Aurelianensis Antipapam è custodia liberare satagunt.

Famagusta in Cypro decem humilis sortis homines de urbe Jano Lusiniâ tradenda ac porta Nicosiensi occupanda conjurârunt, machinatione autem per socium detectâ, omnes per Prætoris sententiam jugo suspensi ac necati sunt.

Bonifacius Papa ob egregiam dictis & calamo contra VViceffitas navatam operam Joannem Scandellandum Hildesheimensem creat Episcopum.

Moritur Joanna Caroli Artesii Comitiss Longevillani uxor, Nec non B. Savinus de Campellis Ord. S. Francisci, signis & virtutibus admirandus.

Diem supremum vitæ obiit Albertus IV. Archiepiscopus Magdeburgensis.

Rupertus Imperator nuptias filio solennes & splendas Colonia celebrat, conjungens illi uxorem Blancam Mariam Henrici Anglorum Regis filiam. Idem Marchionem Badensem sibi inobedientem & rebellem armis compefcit.

Moritur Tamerlanes Imperator Tartarorum, qui gentis suæ Imperium valde dilatarat: natus erat loco humili, ingenio autem & viribus crevit supra omnes, ut plures quàm duodecimes centena hominum millia haberet in castris: quâ multitudine Bajazethem Turcarum Imperatorem superavit, captumque catenis aureis vinctum, curru suo quo vehebatur sequi jussit. Prostravit Armenos, vicit Ægyptios, evercit Damascum, & omnes in circuitu nationes subjugavit: pugnans cum Christianis uno die quadraginta millia occidit, & non paucos captivos abduxit.

A Wen

A Wenceslao Bohemorum Rege, ob inertiam & crudelitatem à Septemviris Electoribus Imperii Romani coronâ privato, studiosi Teutonici in Universitate Pragensi in centore Hufs hæresiarchâ, tunc Universitatis Professore publico, sinistro oculo animadversi, ultra duorum millium numerum Pragam deserunt, Lipsiam se conferunt, & ibidem auctoritate Apostolicâ universale ac novum erigunt Gymnasium.

Excellit hoc tempore Joannes Canardi ex Monacho Benedictino S. Dionysii Parisiis, Philippi Burgundionum Ducis & Artesiæ Comitiss Cancellarius, Atrebatensis dein Episcopus. Nec minore nominis celebritate efflorescit Bartholomæus Raimundus ex Monacho & Abbate S. Felicis Bononiensis Episcopus; sed & Joannes Episcopus Lincolnensis ex eodem S. Benedicti instituto.

Antonius Cajetanus patriâ Romanus, Patriarcha Aquilegiensis, Cardinalitio honore augetur.

Hoc anno Campanæ Ilerdæ sine adminiculo humano in morte F. Alphonssi Hispanensis pulsabantur.

Pascebat gregem subulcus propè Formellum in agro Romano, dum observat scropharum unam fortè vicinum collem subire nullo fugæ indicio, quia & ad gregem, & cum grege domum spontè redibat. Hoc cum pluries, & statâ horâ evenisset, curiosus ille, quod tenderet scropha, investigare statuit, eam secutus per loca sentosa, per mille vepreta, tandem vidit, eam antè arborem erigi sedentis in morem, os sublime gerere, cœlamque tueri, pedes item anteriores ita erectos tenere, ut solent, qui superis preces fundunt. Novitate rei percussus pastor, arborem fixioribus intuens oculis, in eâ deprehendit imaginem B. Virginis Deiparæ, cui brutum animal prosternebatur supplex. Felix Aulphus in Hist. Univ. Imag. B. Virg.

Annus Christi 1403.

Succedit mortuo Pugnikius, in Archiepiscopali Pragensi Cathedrâ Zbynko ab Hassenburg, vitæ sanctimoniâ & in Hussum odio celebris.

Petrus de Lunâ Antipapa, Avenione è custodia eripitur à Jacobo Pratenfi Cardinale.

Moriuntur Martinus Zalva Cardinalis Pampelonensis, & Petrus Curfinus Cardinalis Florentinus usque ad supremum spiritum Antipapæ addictus.

Calendis Januarii inter tertiam & nonam horam, adeò obscuratus est sol, ut stellæ cœli, ac si mediâ nocte, ab omnibus in meridie conspicerentur. Secuta est ingens pluvia, usque ad extremos Martii dies; & ad 17. Martii Roma terræ motu tremuit.

Ladislaus Hungariæ Rex coronatur; hinc à Sigismundo nunc è custodia libero, rapinæ, cædes & incendia per Regnum ferè universum

causantur. Ladislaus ex metu Sigismundi, cum ingenti Bohemorum exercitu in Hungariam reducis, reditum in Italiam accelerat.

Loca plurima in Italiâ recuperat Bonifacius Papa, inter quem & Mediolani Ducem pax firmatur.

Joannes & Bonifacius Gozadini, ad dominium Bononiæ aspirantes, coactâ non contemnendâ mercenariorum manu volebant tumultuari, sed populus Bononiensis armis arreptis, illorum conatus represit, ac utrumque Gozadinum interceptit, quos Legatus Pontificius capitali sententiâ multavit, bonis eorum publicatis.

Emmanuel Græcorum Imperator, qui ad sollicitandam Latinorum opem in has plagas terrarum se contulerat, à Genuensibus festivè excipitur.

Equites Rhodiani pacem cum Ægypti Saladino ineunt.

Mariani Crucigeri Equites e contra semel ac iterum in Lithuaniam excursionem factâ, ferro ac flammis plurima vastant, plurimamque prædam referunt.

Henricus & Thomas Percii in fortunam Regis Angliæ conspirant, prætextu, quod vêtigalia Regni in usus non reipublicæ infumerentur, atque Rex delatoribus quam plurimis latus suum cinxisset, per quos stare, ut innocentes non tantum locum non haberent apud Regem, sed etiam per summam iniquitatem damnarentur; commisso utrimque prælio Rex superior evasit, & de conjuratis supplicium sumpsit.

In Angliâ juxta villas de Bedford & de Byckeslyvorts frequenter visa sunt monstra manè & meridie de silvis emergentia colore vario, in similitudinem hominum bellatorum, quæ invicem sibi occurrentia, videbantur dira bella inire. Valsingham in Henrico IV.

In Mari Hollandico tum admodum procelloso & alto, monstrum quoddam marinum, mulieris nudæ & mutæ specie, viridi musco turpe & undique squallens, vi tempestatis ejectum, apud Edamum oppidum captum est. Tradunt, id cibis hominum more assuefactum, panem & lactaria comedis, annos aliquot supervixisse: sonum peregrinum ac suspiciosum potius, quàm ullum articulatum sermonem, edidisse, inter fœmineos cœtus pensa etiam traxisse, atque sanctæ Cruci honorem exhibuisse. Bzov. in annal. ad hunc annum.

Piratæ aliquot mare Hamburgensium infestabant, contra quos isti progressi, ad octoginta illorum ceperunt, quos publico judicio capitibus imminuerunt, quæ recisa suffigere placuit, ad maris ingressum: hæc occasione dicti Hamburgenses potiti quoque sunt Reliquiis S. Vincentii Levitæ & Martyris, quas piratæ Hispaniæ littora deprædando cum cætera præda huc attulerant.

S. Vincentius Ferrerius prædicatione verbi Dei maximum facit animarum fructum.

Ad

Ad Cardinalitiam dignitatem promovetur Joannes Ægidius, Gallus ex Normanniâ genus trahens, vir in Juris & Theologiæ studio apprimè versatus.

Bajazethes Turcarum Imperator à Tamerlane captus, & cavæ ferratæ inclusus, huic præ animi doloris magnitudine frontem sæpiùs impingens, mense captivitatis octavo tandem animam emittit.

Simon Southraus Benedictinæ Regulæ professor, VVicleffitarum malleus, rem fortiter verbis & scriptis contra illos agit.

Rudolphus VVilhelmi Ducis Montensis filius, dominandi libidine succensus, patrem cepit, & in Castello Neuenburg custodiæ mancipavit: frustra cum lachrymis orante patre, ut licenter retineret Ducatum, tantùm ne carceris inediâ perire pateretur. Quem tamen miles quidam, Henricus de Spir dictus, astutè custodiæ eripuit. Filius crudelis hoc factò sævior factus, etiam matrem à Ducatu expulit.

Bingium oppidum ex incendio fortuito maximâ ex parte destruitur.

Obiit Gerardus de Schvvarzenburg Episcopus Herbipolensis, cui per electionem concordem succedit Joannes de Egloffstein.

Abbaticellenses in Helvetiâ Suitiensium exemplo seducti contra Abbatem S Galli Dominum suum insurgentes, census & annuos proventus debitos pendere recusant: contra quos Abbas ope Constantiensium & aliorum, sat copiosum conscribit exercitum; commisso prælio ex utraq; parte desiderati sunt multi, mansit tamen pugnantibus incerta victoriâ; unde fatigati utrinque pugnantes, singuli dissipantur, ad sua redeuntes. Paulò post Abbaticellenses de novo arma arripiunt, & in suam confœderationem Cives trahunt Sangallenses.

Diversas demerentur Provincias plurimi ex Ordine Benedictino Episcopi, & invalescentibus passim hæresibus obnituntur. Conradus Soderensis in Manniâ, Joannes Derensis in Hiberniâ ex Claro Fonte accitus, Robertus Tonata Scopiensis in Orcadam Insulis, Conradus Ochlenius Ebronensis multâ eruditione conspicuus, Otho ex Monacho VValckenriedensi Mersburgensis ad Salam Episcopus, natus Comes ab Honstein.

Annus Christi 1404.

Moritur Bonifacius Papa; antè ejus mortem totis 40. diebus Cometa arsit, quem horribiles tempestates, venti validi, grandines, tonitrua & terræ motus Romæ exceperunt: post ejus mortem Populus Romanus à Nicolao & Joanne Columniis, & à Baptista Sabello, nec non ab aliis primoribus Gibellinæ factionis, libertatis mentione injectâ ad arma concitatus, in eos qui à partibus Ecclesiæ fuerant, tumultum fecit. Columnenses cum suis partiaris à populo stabant: Poncelletus Ursinus Sedis Apostolicæ jura tuebatur. Ventum ad

manus inter utrosque, nonnullo damno Ecclesiasticorum, ex quibus non unus pro Ecclesiâ Romanâ fortiter dimicans occubuit. Variâ dein de fortunâ inter partes certatum. Inter hæc Præfectus molis Hadrianæ Petri Lunæ Nuncios vicepit, & in arcem captivos destruit, neque priùs dimisit, quàm 5000. nummorum aureorum numerâssent. Hi Columnensium auctoritate freti sollicitabant Patres, ne novum Pontificem designarent, sed Petrum pro indubitato Antistite susciperent, verùm aliter factum est, nam illi saniore consilio Innocentium VII. elegère. Petrus de Lunâ interim Principes varios sibi conciliare satagens, per arma Pontificatum sibi stabilire laborat.

Ladislaus Rex Neapolitanus dominium Urbis Romanæ affectans, auditâ Bonifacii morte multis militaribus copiis advenit, sed cum Innocentium jam electum audit, sub prætextu illum adorandi in urbem se contulit: ejus præsentia freti Gibellini novos excitant tumultus, Paulo Ursino & Mostardâ, copiarum Pontificiarum Præfectis vim tamen utcunque reprimentibus. Hinc Ladislaus Rex, mediatoris personâ susceptâ, magis pro Gibellinis, quam pro Ecclesiâ controversiam diremit, arbitrii nihilominus præmium Campaniam maritimam & Asculum in tres annos ab Innocentio retulit. Anton. Petri in diariis Roman.

Floret Pileus Marinus Archiepiscopus Genuensis, mirâ erga subditos charitate & morum sanctitate venerabilis.

Moritur Guillelmus VVickham Vintoniensis Episcopus, cujus sumptibus erecta atque ditata sunt duo Collegia Vintoniæ, centum Clericis studiosis alendis & erudiendis.

Sigismundus Hungariæ Rex adversus fratrem suum Wenceslaum insurgit pro Regno Bohemiæ, utrumque tamen rursus reconciliat Ladislaus Rex Poloniæ.

Wratislavienses Magistratum à prædicto Wenceslao urbi Præfectum à fenestris prætorii præcipitant, Cromer. lib. 16.

Stephanus Despota Rasciæ victorias aliquot de Turcis reportat, quorum in uno prælio ad decem millia occidit.

Rex Poloniæ cum Equitibus Crucigeris Prusiæ pacem init. Toruniam à Magistro invitatus, cum magnâ Procerum parte divertit, ubi obequitans, cum situm, munitionem atque ædificia urbis contempleretur, à muliercula quapiam seu casu seu datâ operâ sordibus culinæ perfusus, damnatâ ad mortem impunitatem impetravit. Rzovius in annal. ad hunc annum.

Emmanuel Imperator Constantinopolitanus, cum aliis Orientis Principibus, fœdus contra Turcas percutit.

Moritur B. Guillelmus Eremita in Sicilia, cujus meritis vas vacuum, vino prodigiosè repletum est, mortem ejus campanæ suâ sponte sonantes prodiderunt, ad cellulam ejus populus accurrens, illius cadaver genu flexum, manusque adhuc in cælum por-

porrectas habens, & locum cœlesti quodam splendore illustratum reperit.

Lamiarum ad 30000. in diversis Germaniæ & Lombardiæ locis exuruntur. Ludovic. Paramus lib. 2. tit. 3. c. 4. n. 27.

Ad rabiem suam explendam Salisburgenses Judæi ex B Virginis in Mülln Ecclesia, nescio qua fraude consecratam hostiam pretio comparant. Hanc in medio impiæ suæ synagogæ expositam, variis, velut olim Christum injuriis & pœnis sacrilegè lacerarunt comperto immani Apellarum crimine, omnes quotquot Salisburgi & Halæ comprehendi potuerunt, judicio Magistratûs, in conspectu memorati templi trans Salsam in campo, qui vocatur urbicus, rogo sunt impositi & in favillas redacti.

Obiit Burchardus Episcopus Augustanus; item Franciscus de Cardailaco Ordinis S. Francisci, Episcopus Cadurcensis.

Joannes V. Britanniæ minoris Dux ducit conjugem Joannam, filiam Caroli VI. Francorum Regis.

Diem obit B. Jacobus de Oldo Presbyter tertii Ordinis S. Francisci Laudæ in insubria; vir miræ vitæ austeritatis, cujus corpus post septem à morte annos repertum est integrum, & plurimis cœpit clarescere miraculis; item Girardus d' Athies, nobilis Picardus, ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Bisuntinus; cui in sede successit Theobaldus de Rubeo monte.

Albertus Dux Anhaltino-Cothensis bellum gerit contra Guntherum Archiepiscopum Parthenopolitanum, quod tandem adminiculante Bernardo Duce Brunsuicenses finem sortitur.

Moritur Albertus, Ludovici Bavori Imperatoris filius, Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ; ex Margarethâ Ducis Bregensis in Silesiâ filia, Wilhelmum successorem suum & Margaretham proles habuit: ex uxore secundâ Margarethâ, filiâ Adolphi Ducis Cliviensis, Albertum Bavoriæ Ducem, Joannem, Catharinam Geldriæ Ducis, Annam Wenceslai Imperatoris, & Joannam Alberti IV. Austriæ Ducis conjuges suscepit.

Henricus Episcopus Lincolnensis, transfertur ad sedem Vigorniensem.

Mortuo Joanne Galeatio Duce Mediolani, duo filii ejus adolescentes, ditiones patris relictas parum prosperè dividunt: Joannes Maria, qui major erat natu, Mediolani Ducatum obtinet, Philippus verò Maria secundò genitus Patriæ Comitatum accipit. Reliquæ civitates plures, quæ cum patre senserant, à filiis defecerunt.

Obiit Bogislaus VII. Pometaniæ Dux, filius Barnimi III.

Decedit Fridericus Dux Grubenhagensis; item Carolus Dux Andegavensis, Princeps Tarentinus Duxque Calabriæ; & Petrus Comes Valefius.

Annus Christi 1405.

Petrus de Luna Antipapa in Italiam navigat, & à multis magnis lætitiæ signis excipitur. R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Sed sæviente in quibusdam locis contagione Massiliam redire cogitur.

Evocatus à Romanis Rebellibus Ladislaus Rex Neapolitanus, fugiente Papa, magno plausu exceptus, paulò post ejicitur, & Papa revocatur.

Vicentini Carrariorum tyrannidem abhorrentes, Venetorum fidei, unâ cum Feltrensibus, Belunensibus aliisque sese dedunt: irâ percitus Carrarius, caduceatori, missò à Venetis, nunciante, ut à Vicentinorum rebus abstineret, contrâ jus gentium nasum & aures præcidit, & præterea illis renunciari jussit, impudenter eos facere, qui se continentis rebus immiscerent, ac leges meritò imperantibus temerè præscribere auderent: tenerent se ipsi pelagi æstuariis piscationibusque darent operam; nec alienos Principatus rerum terrestrium ignari occuparent: Superbissimis tyranni verbis Veneti commoti, exercitum ad 30000. peditum, Equitumque scripserunt, & Veronam obsederunt; Veronenses longâ gravique obsidione fatigati jam ad deditionem spectabant, & tandem se potestati obsidentium tradiderunt; exinde Venetus miles in agrum Patavinum ivit, & ad urbem castra posuit. Patavini minaciter Francisco Carrario loquentes, eò demum adegère, ut ipse Veneto se & urbem traderet, sed Venetias ductus unâ cum filiis in carcerem detrusus, ac paulò post strangulatus est. Petr. Justinian. lib. 7. histor. Venetæ.

Ob nimias exactiones Angli tumultuantur subcapitibus Archiepiscopo Eboracensi & Thomâ Comite Mounbrayo; ad turbas sedandas Rex Joannem filium & Comitem Westmerlandiæ cum copiis misit, sed hæ videntes tantæ multitudini impares, se continere: dedit interim Archiepiscopus Duci Regio in scheda populi gravamina, quæ ille legens, in speciem laudavit, & in se recepit, modis omnibus se curaturum, ut tam sanctum piùmque Archiepiscopi propositum juvaret apud Regem, itaque dementavit Archiepiscopum, ut is nonnisi cum paucis ad colloquium Comitis longiùs processerit, seque ipsam in casses conjecerit: namque expostulante Comite non ampliùs opus esse armis, in signum pacis quasi stabilitæ, cum illo coram armatis aspicientibus comedit & bibit, inde mox omnes suos abire jussit: quo factò Comes in Archiepiscopum & Mareschallum manus violentas injectit, ac utrumque gladio percussit: Archiepiscopus post mortem miraculis claruisse fertur; & caput Mareschalli, quantumvis longo tempore injurias cæli sustinisset, defixum supra muros in stipite, tamen postea jussu Regis depositum, repertum est non tantùm incorruptum, neque decoloratum, sed quem in vita habuerat, retinuisse decorem & venustem: Innocentius Papa de nece Archiepiscopi certior factus gravissimas pœnas & censuras in preemtores illius tulit; Walsingham in Henrico IV.

Joannes Bavarus Episcopus Leodiensis cum Clero & tota diœcesi ad obsequium Innocentii Papæ redit relicto Antipapâ.

Moritur Henricus XIII. Princeps & Comes Hennebergicus.

Joannes Sampenorus Gallus, furti & latrocinii falsò accusatus & patibulo addictus, Virgine Deiparâ Thaumaturgâ Hallensi protegente, laqueo præfocari nequit, liber proinde dimissus, patronæ suæ gratias humillimè refert. Lipsius in D. Virg. Hallensi.

Monasterium Nizellense in Præfectura Hulpensi situm, & à Cisterciensibus habitatum in Abbatiam erigitur.

Petrus Corfinus S. R. E. Cardinalis; & Episcopus Florentinus, moritur Avenione.

Diem obit Eckardus Episcopus Wormatiensis.

Cardinalitiâ purpurâ ornatur Stephanescus de Hannibalis; item Jordanus Ursinus.

Rupertus Imperator auditis querelis Sororis suæ, contra filium Ducem Montensem, qui patrem incarcerarat, matrem expulerat, dictum Ducem Adolphum ad iudicium citat Cameræ Imperialis, quò cum ille venire recusabat, Bannum in ipsum fulminavit, & bellum indixit, undè Adolphus territus, veniam petiit, & Genitori Ducatum cessit.

Obiit Eghardus de Ders Episcopus Wormatiensis anno Pontificatus sui trigésimo. Cui provisione Papali successit Matthæus de Cracovia Polonus, Vir in omni litterarum studio doctissimus. Hic primo sui Pontificatus anno Cives interdicto supposuit.

Fridericus Austriæ Dux oppidum S. Galli obsidet frustra, & Abbatis-Cellenses indè eruptionem facientes multos de suis occidunt, qui tamen postea à Wilhelmo Comite Brigantino insignem cladem passi sunt.

Illustre Sanctioris vitæ Speculum hoc anno Gallia eripitur, Jacobus Generalis Ordinis Cisterciensis; multis pro Ordine & libertate Ecclesiastica exantlatis laboris meritissimus.

Conradus Caraccioli Nobilis Neapolitanus Patriarcha Gradenfis, Archiepiscopus Nicosiæ & Episcopus Melitenfis Cardinalitiâ purpurâ ornatur.

Annus Christi 1406.

Lubia sive Laubacum Urbs Episcopalis diruitur, & flammis vastatur.

Innocentius Papa à populo Romano transmissis clavibus revocatus, Romam magnificentissimâ pompâ ingreditur; Ladislaum Neapolitanum Regem cum complicibus anathemate percutit, inter ambos tamen pax paulò post componitur; idem Papa hoc anno 6. Novembris diem obit, cui subrogatur Gregorius XII. Venetus.

Henricum quoque Castellæ Regem, annos natum 27. Toleti mors opprimit.

Judæi quidam in Hispania Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum nacti, eam lacerare, gravissimisque injuriis afficere moliantur, cum conatus nefandos opere adimplere nequirent, se-

ipfos prodentes, dignis suppliciis affecti sunt. Ludov. Paranus lib. 2. tit. 2. c. 2. n. 2.

Joannes II. Stuardus Scotiæ Rex moritur. Heydrofii, quasi ofores juris dicti, bellum contra Joannem Bavarum Episcopum Leodiensem excitant.

Obiit Rudolphus Comes Anhaltinus, Episcopus Halberstadiensis; in die SS. Viti & Modesti magna contigit Eclipsis solis.

Aquisgranenses hucusque partes Wenceslai depositi secuti, & à Ruperto Imperatore novo gravius afflicti, intercessione Friderici Archiepiscopi Colonienfis in gratiam recipiuntur.

Ob necem Ducis Brunsvicensis antè quinquennium insidiosè interempti, & alias quasdam causas, Comites, Barones, Nobiles multi Rhemani, Franci Orientales &c. contra Cives Moguntinenses conspirant, & nocte quadam se urbis milites simulantes, intromissi, urbem capiunt, plurimosque cives trucidant.

Benedictus Antipapa insidias sruit Gregorio Papæ novo legitimè electo, hinc Galli videntes, quòd unionem non quæreret, nec pacem Ecclesiæ optaret, animos ab eo avertunt, quorum ille iram veritus palatium suum armis & comitatu munivit, in quo per aliquot menses obsessus, tandem paratis ad fugam navibus in Cataloniam, undè erat oriundus, navigavit, habitoque in Perpiniano suorum consilio, quòd tior esset, ad castellum Pamschole locum munitissimum confugit, ubi diutiùs commoratus, novos creavit Cardinales, quia priores pro majori parte ab eo recesserant.

Annus Christi 1407.

Ladislaus Neapolitanus Rex evulsionem Schismatis impedit, ejus exercitus noctu Romam invadit, fugiente Papa & Cardinalibus: mane factò Paulus Ursinus cum equitatu subsidio Pontificis veniens, media vadens urbem transversis itineribus ad eam portam pervenit per quam hostes intrarant. Ibi dissipatis stationibus illos impetens à fronte & à tergo, in fugam vertit; capta eorum multitudo ingens, & in iis Principes fermè omnes diversæ factionis.

Leodienses Episcopum suum pellunt, & alium eligunt, undè bellum cruentum & magnæ gentis calamitas secuta.

Wismaria faber quidam lignarius tres proles cum conjuge, postea seipsum cultro interficit. Kranzius lib. 10. Vandal. c. 10.

Wormatienses cives, ob defensionem libertatis Ecclesiasticæ, Clerum ex urbe pellunt, qui dissidio sublato post biennium à Ruperto Imperatore restitutus est. Trithem. in Chron. Sponheim.

Martinus Siciliæ Tyrannus Paulam Archiepiscopum Montis Regalis urbe & Sede pellit, quem autem Gregorius Papa benignè suscipit.

Henricus Bovetius ab Episcopatu Bathoniensi ad Archiepiscopatum Eboracensem; Richardus Cliffordius à Vigornienfi ad Londinensem, Thomas Peverelius à Landassensi ad Vigornien-

gorniensem transfertur. Robertus autem Alunthronum conscendit Episcopalem Sarisburiensem.

Pestis Angliam exhaurit, adeò ut in sola urbe Londinensi ad 30000. hominum deleta sint.

Floret Viennæ in Austria B. Franciscus Retza, Dominicanus eruditione, & cultu Deiparæ insignis; super Canticum, Salve Regina, tria volumina ingentia scripsit.

Circa hunc annum, Phocicy quidam, natione Græcus, in sedem Kiioviensem intrusus est.

Moritur Conradus III. Episcopus Verdenfis. Joannes I. Castellæ & Legionis Rex patri Henrico III. succedit.

Judæi Cracoviæ habitantes puerum Christianum occiderunt. Factum hoc dissimulante Officio, Concionatores, præcipuè R. Budeck, ex cathedrâ populo exaggerarunt: concitatus proin iste obvios quosque Judæos contudit, domosque illorum diruit & combussit; residui ultra Casimiriam pulsi sunt.

Obit Angelus Acciajoli S. R. E. Cardinalis tit. S. Damasi. Urbano VI. & Bonifacio IX. extitit charissimus. Legatus Apostolicus in Regno Neapolitano constitutus, simul Ladislai Regis exercitui contra Gallos præfuit, quem etiam regio diademate insignivit. Pacem insuper conciliavit inter ipsum Pontificem Summum Bonifacium, & Ursinorum familiam. Onuphr. Ciacon. Ughell. Aubens. hist. des Card.

Bellum inter Albertum claudum, Ducem Anhaltino-Cothensem, & Guntherum Archiepiscopum Magdeburgensem, tandem sopitur industriâ Bernardi Ducis Brunsvicensis.

Cives Colonenses ædificare cœperunt novum illud magnumque & sumptuosum in illa urbe Prætorium, quod vulgariter civium nuncupant domum.

Helveti rursus & Fridericus Austriæ Dux bello colliduntur.

Annus Christi 1408.

Mors ultimam ex Stemmata Comitum Trudingensium extinguit.

Schola Parisiensis Petrum de Luna Antipapam Schismatis & hæresis damnat, Guidone à Roiâ Archiepiscopo Rhemenfi dictæ Scholæ sententiam reprobante, & quia apertè Antipapæ partes fovebat, ad proximum Concilium appellante.

Simon Cramandus Patriarcha Alexandrinus, & Petrus ab Aliaco Episcopus Cameracensis, pro unione & pace Ecclesiæ bonam navant operam.

Balthasar Cossa Legatus Bononiensis apertè à Gregorio Papa desciscit, ad 400. ejus bulas in foro publico concremat, & 1500. equitibus benè armatis, magnòque numero balistariorum & peditum comitatus, illum intercipere cogitat.

Dictus Papa sequentes hoc anno Cardinales creat:

Ludovicum DD. Doctorem, Archiepiscopum Tarentinum.

Angelum Episcopum Recanatensem.

R. P. Brentano Epitome Chronologicæ.

Bandellum de Bandellis Lucensem Tuscum. V. I. D. ex Episcopo Tiphernate Episcopum Ariminensem.

Angelum Barbadicum Venetum, Episcopum Veronensem.

Philippum Anglum, Episcopum Lincolnensem.

Matthæum Episcopum Wormatiensem Theologum, Oratorem Ruperti Imperatoris. Lucam Manzum Florentinum, Ordinis Humiliatorum Generalem.

Vincentium de Aragonia Hispanum, Priorem Montiserrati.

Petrum Maurocenum Venetum.

Cardinales Concilium Piscanum indicunt.

Ladislaus Neapolitanus Rex occasione Schismatis Italiæ inhiat, & occupata denuò urbe ejicitur.

Joannes Burgundiæ Dux Ludovicum Aurelianensem, Regis Galliæ fratrem, interfici curat.

Ignaviâ Wenceslai Regis Hussitica hæresis Bohemia invalescit.

Walduræ, diœcesis Moguntinæ loco, Sacerdos celebrans calicem jam consecratum inconsideratè evertit, & ecce derepentè, Sanguis Dominicus per subjectum Corporale effunditur, vini species sanguinis instar rubescit, quocunque attingit, miram imaginem exprimit. In medio quidem Crucifixi, ad latera verò, Veronicarum plurium; sic enim eas icunculas appellamus, quæ sacrum Christi caput spinis redimitum ostendunt. Territus Sacerdos, etsi non desisset, qui factum vidissent, pannum tamen illud, ita ut erat, sanguineis illis imaginibus tinctum, in altare ipsum, lapide uno semoto, condidit, ut quemadmodum pannus situ & carie, sic facti memoria ipsius panni putredine interiret: at noluit Deus tantum opus suum latere; ad mortem enim decumbens Sacerdos, & mulis agitatus conscientia, factum enunciat, & pannus extractus plurimis mox coruscare miraculis incepit.

Stephanus Senensis, Ord. Eremitarum S. Augustini, Congregationem Canonicorum Regularium S. Salvatoris, aliàs Scopetinarum instituit, approbante Gregoriò Papâ.

Cænobium S. Justinae apud Patavium reformatur, undè exorta Congregatio Benedictinorum, S. Justinae de Padua vocata.

Moritur Henricus Archiepiscopus Upsalensis in Suecia, fortissimus libertatis Ecclesiasticæ vindex; item Joannes Ægidius S. R. E. Cardinalis.

S. Vincentius Ferrerius accitus ab Abembalva Mahomete Granatæ Rege, ut eo in Regno Evangelium prædicaret, plurimos Maurorum ad Christi fidem adducit.

Diem obit Marquardus Episcopus Constantiensis.

Florent Eboræ in Lusitania Constantia & Maria de vita paupere.

Insignis Jurium interpretis laude claret Antonius de Butrio Bononiensis. scripsit in Decretales, & Consilia, & de Schismate.

Eodem fulget an. Petrus de Ancharano, Bononiensis, scribens super Canonū statuta, Decretales,

Sextus, Clementinas; item Consilia & Disputationes de materiâ montium Pietatis.

Abbatis-Cellenses conjurati unâ cum Suiscentibus iterum Brigantium obsidere moluntur. Unde Comes Wilhelmus auxilio sociorum auxilium, Leodiensem devastat agrum, & illorum sedecim millia interimit.

Leodienses Episcopum suum Trajecti commorantem obsident, Wilhelmus Bavarie Dux, ejus frater unâ cum Burgundis properat in auxilium, Leodiensem devastat agrum, & illorum sedecim millia interimit.

Rupertus Imperator Conventum Principum Constantiam indicit, ubi auditis Cunonis Abbatis S. Galli & civium causis, Abbatis-Cellenses causâ cadentes, Abbatis se Imperio subdere jubet.

Hyems anni hujus fuit longa & frigidissima: superveniente postea pluvia nix & glacies soluta, inundationem causarunt maximam, ut pontes Rheni & aliorum fluminum frangerit, domos & ædificia multa subverterit.

Conditur celebre illud B. M. V. de Spalmo Panormi cœnobium.

Petrus Blavus natione Gallus Sacro Cardinalium Collegio Pisæ adscribitur, item Ludovicus Brancacius J. C. insignis, Archiepiscopus Tarentinus.

Obiit Antonius de Butrio J. C. insignis, scripsit in Decretales & Clementinas, item Consilia, repertoria 2. unum Civilis, Canonici juris alterum.

Alphonſus Garillus Hispanus Cardinalitiâ purpurâ ornatur.

Annus Christi 1409.

Sanctius Filius Ferdinandi Regis Aragoniæ, Magister Generalis Ordinis de Alcantarâ creatur.

Fridericus Bellicosus Thuringiæ Landgravius, Dux Saxonie Universitatem Lipsiensem fundat.

Celebratur Concilium Pisæ ad Schisma tollendum, cui interfuerunt Cardinales 26. Patriarchæ 3. Archiepiscopi & Episcopi 180. Monasteriorum Patres 300. Theologi 270. Legati Principum complures.

Gregorius interim Concilium aliud celebrat Aquilegiæ, dicens non ad Cardinales, sed ad se pertinere convocationem Concilii, sed pauci ibidem convenere Prælati: interim Patres Concilii Pisani exautoratis Gregorio & Petro de Luna, Alexandrum V. sufficiunt, qui pro Papâ legitimo habebatur: qui mox Ludovicum Andegavensis filium in Italiam contra Ladislaum Neapolitanum evocat, Regem creat, & Sedis Apostolicæ Vexilliferum efficit.

Christianorum exercitus apud Columbarium Servie oppidum à Turcis cæditur.

Romam citatus Hufs hæresiarca Pontificem & ejus Bullam contemnit: Suinco Archiepiscopus Pragensis ad Hungariæ Regem pro apportando Bohemiæ hæresi infectæ remedio profectus, sub via moritur.

Obiit quoque Martinus Siciliæ Regni in-valor: in ipso flore juventutis.

Guido à Roia Archiepiscopus Rhenensis, cum Cardinale Barenſi & Petro Episcopo Ca-

meracensi profectus ad Concilium Pisanum in itinere propè Genuam ab hominibus plebeis interfectus est.

Inventâ Deiparæ imagine Salmanticam inter & Marobrigam, eo loci Ord. Dominicani cœnobium conditur, cui à Franciâ rupe nomen est.

Post Lobienſe oppidum everſum, & flammis maximâ parte abſumptum, annuentibus Joanne Episcopo, ejusque fratre Wilhelmo Hannoniæ & Hollandiæ Comite, Collegium Canoniorum, unâ cum SS. reliquiis ad oppidum Binchiense transfertur.

Obiit B. Rorandus Monachus Benedictinus Cœnobii S. Justinæ de Padua, strenuus Ludovici Barbi in reformatione Monastica coadjutor, item Ludovicus Elector Palatinus.

Floret Petrus Ancharanus Baldi auditor J. V. Doctor celeberrimus Bononiæ, scripsit super Clementinas, Regulas juris, Digestum vetus & novum, Consilia & alia plura.

Vitam cum Cardinalitiâ Purpurâ & Tiara Archiepiscopali deponit Joannes Armeniacensis, Genuensium classis ab Aragonica, propè Afinariam insulam cæditur.

Obiit Blanca Maria Henrici Anglorum Regis filia, uxor Ludovici Comitis Palatini, unicum ei relinquens filium Rupertum, Ludovicus autem ad secundas nuptias cum Mechthilde Ducis Sabaudie filia transit.

Wilhelmo Duce Bavarie, Comite Palatino Rheni, Hollandiæ, Hannoniæ & Scelandiæ defuncto, volens in dictis Comitibus Hollandiæ &c. Succedere unica ejus relicta filia Jacoba, à patruo Joanne Episcopo Leodiensi excluditur, qui tandem amore posteritatis Pontificatum resignans consentiente Constantiensis Concilio, & uxorem ducens, improlis nihilominus decessit.

Joannes Comes de Lupfen, & Hermannus Comes de Sulza Vicarii Friderici Ducis Austriæ in Suevia, Brisgavia, Suntgovia & Ergavia, Basileensem ditionem igne & ferro devastant. Friderico arma jungens Joannes Dux Burgundiæ, multa quoque damna Basileensibus intulit. hi autem auxilio Bernensium oppidum Rheinfeldam obsidentes, ob præſidiariorum fortem resistantiam obsidionem solventes, loco prioris Ysteinium obsident, expugnant. Comes autem Palatinus Bavarieque Dux inter pugnantes partes pacem & concordiam reducit. Verum Basileenses non expectando finem tractatus pacis, contractis iterum copiis Dominium Badenvveiler hostili incurſione devastant, cujus occasione facti, loco pacis bellum novum majoresque diffusiones & terrarum devastationes sunt subsecutæ.

Annus Christi 1410.

ZBynko Hasenburgius, Archiepiscopus Pragensis, de consilio Ecclesiæ suæ Prælatorum, omnes suspectos de hæresi libros, præcipue Wicleſi opera, in aream Archiepiscopalis domus undique conquistos, & unum in acervum comportatos jubet comburi; amplius ducenta volumina pretiis maximis à librariis scripta (nondum arte typorum inventa) fuisse traduntur: ex eâ re tantum sibi hæreticorum odium

odium præfatus Archiepiscopus paravit, ut & Hussus rabiosis declamationibus, & vulgus hæreticum maledicis cantilenis eundem non cessarent proſcindere; ad extremum, Præſulem tollendum omnes decernunt, coquo igitur ejus aureis quindecim conducto ad scelus, venenum Archiepiscopo propinare suadent; quo hausto is Polonii sub viâ ad Sigismundum Ungariæ Regem directâ, ipso S. Wenceslai Martyris die glorioso sine decessit.

Viennæ in Austria pestilens lues sævit.

Leopoldus pinguis (sive ut alii vocant) superbus, Archidux Austriæ moritur, item Martinus Rex Aragoniæ.

Alexandri Pontificis copiarum Capitolium ac portas, Tiburtinam & Tergeminam, quam Ladislaus Neapoleos Rex adhuc tenebat, occupant, Joannem Tortum ejus partes tenentem, & ab illo Senatorem nominatum dicto Capitolio ejectum in vincula & carceres conjiciunt. Sic paulo post urbs tota in Pontificis potestatem redacta est;

Mox, Alexandro Papâ febre acutissima extincto, eligitur Joannes XXIII.

Ladislaus Neapolitanus Rex, Romam iterum occupare tentans, à Paulo Urſino proſligatur: paulo post ejus exercitus à Ludovico Andegavensi prælio vix non totus extinguitur, Ladislaus fortiter pugnans ægrè fugâ evasit.

Obiit Rupertus Imperator in oppido Oppenheim; in ejus locum eligitur Sigismundus Lucenburgicus.

Bernardus Caprera res novas in Sicilia molitur, & Insulæ Regnum affectat, sed paulo post capitur, & variis modis vexatur.

Solymanus Turca à suis perimitur.

Ferdinandus Hispanus Mauros, Ladislaus Poloniæ Rex Crucigeros triumphant; horum à Polonis & Lithuanis caesa sunt quinquaginta millia, in quibus Magister & Commendatores paucis exceptis fuere, intercepta ad 14. millia; signa militaria relata unum & quinquaginta, præter alias opimas prædas.

Joannes Maria Galeatus Dux Mediolanensis, ob tyrannidem suam Magnatibus populoque exosus à Bauciis fratribus occiditur.

Fridericus & Wilhelmus Marchiones Misniæ, & Balthasar Landgravius Thuringiæ, Judæos per omnem suam regionem ejiciunt, quod Christianum puerum emercati, in contumeliam Domini Salvatoris morti destinassent; rusticus pueri venditor fractis per rotam membrum quatripartitus est. Kranz. Vandal. lib. 10. c. 18.

Imperator quidam Olavum, jam mortuum, se esse & vivum asserens, à Margaritâ Septentrionalium Regnorum Regina concremari jubetur. Kranzius Norvegiæ lib. 6. c. 8.

Italiâ peste & intestinis bellis vexata, multatibidem ad Numen placandum pœnitentium exempla videntur.

Puer in undis suffocatus ope Thaumaturgæ Virginis Hallensis reviviscit. Lipsius in Diva Hallensi c. 16.

Moritur Matthæus Episcopus Wormatiensis, SS. Theologiæ Doctor, item Martinus Rex Arragoniæ, nec non B. Ursulina Virgo Itala,

quæ infusâ sibi cælitus doctrinâ pervicacissimam schismaticorum pertinaciam confudit.

Floret Gaspar Galderinus Bononiensis, insignis Canonista, edens Compendium Decreti & Consilia.

Diem obit Rudolphus 3. Saxonie Elector.

Floret doctrinæ laude Bostonius Monachus Benedictinus natione Anglus; edidit Catalogum Scriptorum Ecclesiasticorum: Speculum Cœnobitarum. Chronicon Monasterii S. Edmundi Suffolciæ.

Vigesimâ primâ die Maji obiit Rupertus Imperator, cujus corpus Heidelbergam delatum in Ecclesia S. Spiritus medio in choro sepelitur, in ejus locum suadente etiam Joanne Papa eligitur Sigismundus Ungariæ Rex.

Mediante Rudolpho Marchione de Hohenberg, pax inter Austriæ Duces & cives Basileenses sancitur.

Calatravensem & Alcantarenses illustrissimos Equitum sub Regula Benedictina Ordines, à veteri disciplina periculosè dilapsos, reformat magno merito Joannes Abbas Morimundensis, & leges iisdem promulgat.

Clarent in Firmamento Pontificum ex Ordine nostro Matthæus de Lura ex Monacho Fontis vivi Anconæ Episcopus. Franciscus ex Monacho S. Galgani Lexiensis in Dalmatia. Robertus Lemulfeldius ex Monacho Melfensi Laomensis in Hibernia.

Moritur Ludovicus II. Dux Barbonius, cujus filius Joannes I. lineam propagavit.

Annus Christi 1411.

Lignicum Ducalis Silesiæ urbs in flammis abit.

Mortuo Leopoldo, Albertus Archidux Austriæ decimum quintum ætatis annum agens, Viennam cum ingenti pompa perducitur, ipsemet regiminis habenas suscipit.

Moritur Vorchemii non sine suspitione propinati veneni Joannes Episcopus Herbipolensis; erat excelsi animi Princeps, & litteratorum amantissimus, qui post excisa tumultuantium capita, cum pacem Franconiæ redditam cerneret, Universitatem Herbipolensem primus fundavit. Succedit ei in Episcopatu Joannes à Brunn Nobilis Alsata.

Schisma recrudescit, ad quod extinguendum Sigismundus Imperator omnem movet lapidem; interim Joannes noviter electus Romanam venit, juramentum fidelitatis accipit à Romanis, exercitum lustrat, quo Ladislaum Neapolitanum Regem insigni victoria debellat, 160. ex prima Nobilitate Neapolitana captivat.

Idem Joannes Papa die V. Junii sequentes Cardinales renunciat:

1. Franciscum Landum Venetum, V. I. D. ex Patriarchâ Gradenſi Constantinopolitanum.
2. Antonium Pancerinum de Portu Gruario, Forojulienſem, Patriarcham Aquilegenſem.
3. Alamannum Adimarium Florentinum, ex Archiepiscopo Tarentino Pisanum.
4. Joannem Lusitanum, Archiepiscopum Ulyſſiponenſem.

5. Petrum de Alliaco Episcopum Camera-
censem.
6. Georgium Rosco Germanum, Episcopum
Tridentinum.
7. Thomam Brancatium Neapolitanum,
Episcopum Tricariensem.
8. Brandam Castellionem Mediolanensem,
Episcopum Placentinum.
9. Thomam Armolinum, Anglum, Episco-
pum Dunelmensem.
10. Robertum Anglum, Episcopum Saresbu-
riensem.
11. Aegidium de Campis Gallum, Episcopum
Constantiensem.
12. Lucidum de Comitibus, Romanum.
13. Franciscum Zabarellam, Episcopum Flo-
rentinum.
14. Guillelmum Philasterii, Cenomanensem,
Gallum.

Ex horum & aliorum trium sententiâ, in
Consistorio Publico, in Ladislaum præfatum
sententiam excommunicationis, & alias censu-
ras Ecclesiasticas pœnasque vulgavit, & cum is
ad causam dicendam non compareret, eundem
Regno Neapolitano & Hierosolymitano exiit.

Bononiæ Petrus Cossulinus, lanii cujusdam
famulus, vestigalem equum insidens, ac stri-
ctum ensen tenens, in forum se contulit, excla-
mans, ut artes ac populus viverent, atque eo-
rum supremum esset Imperium, cumque ei mi-
nuta plebs se adjunxisset, palatium occupavit,
Cardinale Minutio, inde amissis omnibus for-
tunis profugiente, arcem quoque Galeræ por-
tæ cœpit & diruit. Sic Petrus, & unâ cum eo
Jacobus Mangiolinus lanii in palatio agentes,
urbem Bononiensem supra annum rexerunt, at-
que nonnullos Nobilium capite mulctârunt: po-
stquâ cum populi impetus resedisset, ab honestæ
fortunæ civibus plebs tenuior armis ab urbe pul-
sa est, Petrus aufugit, Magniolinus interfectus
est, Pompejus Vizani histor. Bonon. lib. 6.

Antonius Luna Comitem Urgelitanum ad
Regnum Aragoniæ promoveri quærens, Gar-
ciam Ferdinandum de Heredia, Archiepiscopum
Cæsar-Augustanum nefariè trucidat.

Andreas ex Ordine B. Dominici Camene-
censis Episcopus, & Nicolaus Tramba Archi-
episcopus Gnesnensis, à Rege Poloniæ deno-
minantur, Nicolao Curonio Archiepiscopo
Gnesnensi calu equi colliso & extincto.

In Scotiæ oppido S. Andreæ celebratissi-
mum litterarum Gymnasium instituitur.

Conradus Torer de Torlein Episcopus La-
vanticus, post 20. regiminis annos efflat animam.
Ejus corpus post 223. annos anno 1642. ferè in-
corruptum repertum est.

Marquardus Episcopus Constantiensis, post
Episcopatum triennio laudabiliter administra-
tum, illum resignat Othoni Marchioni Hoch-
bergenfi.

Moritur Eberhardus Episcopus Augusta-
nus, cui succedit Anselmus à Nenningen.

Obiit Henricus à Werberg Episcopus
Halberstadiensis.

B. Daniel conversus Ordinis Camaldulen-
sis à latronibus strangulatur. Longo post tem-
pore, aperto tumulo cadaver ejus incorruptum,

& tanquàm vernans rosa, suaviter olens reper-
tum est. Ex act. SS. apud Bolland. 31. Martii.
Lucius de Comitibus, Romanus, à Joan-
ne XIII. Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cos-
medin creatur.

Decedit Florentiæ B. Lucas Congregatio-
nis Humiliatorum, S. R. E. Cardinalis & Episco-
pus Fesulanus.

Petrus de Alliaco Archiepiscopus Camera-
censis Sacro Cardinalium Collegio adferitur.

Sigismundus Romam iturus pro accipien-
da ex manu Pontificis Summi Imperii Corona,
cum viam sibi molestari videret à Venetis, pedi-
tum millia duodecim, equitum octo millia præ-
misit, qui Foro Julio capto, Tarvisium obli-
dione cinxerunt.

Obiit Ludovicus Brancacius J. C. insignis,
S. R. E. Cardinalis & Archiepiscopus Taren-
tinus.

Natus est Henricus Dux Brunsvicensis, fi-
lius Henrici & Elisabethæ Landgravæ Massiæ.

Decedit Conradus Caraccioli S. R. E. Car-
dinalis, & Patriarcha Gradensis.

Annus Christi 1412.

Moritur Gonsalvus tertius Comes de Nie-
bla, Magister Generalis Calatravæ.

Lucem mundi primò aspicit Fridericus II,
Marchio Misniæ, Friderici Bellicosi Saxonie
Electoris filius.

Dum restaurat bellum Ladislaus, audiens
Concilium contra separari, Papæ reconciliatur.

Sigismundus Imperator occurrens Papæ,
Concilium Constantiam indici persuadet.

Moritur præfati Ladislai Regis mater.
Jacobus Aragonius Urgelitanus Comes,

Alphonfus Aragonicus Dux Gandiæ, Frederi-
cus Aragonius Lunensis Comes, Ludovicus Ca-
labriæ Dux, Aragoniæ Regnum ambientes ex-
cluduntur, & Ferdinandus Castiliæ infans, Rex
proclamatur; quod indignè præ cæteris compe-
titoribus ferens Jacobus Urgelli Comes, dum
hostilia tractat, capitur & incarceratur.

S. Vincentius Ferrerius Salmanticiæ & Za-
moræ prædicans, plurimos Judæorum ad Chri-
stum suis concionibus convertit.

Ladislaus Rex Poloniæ, religionis causâ
Cracoviam pedes venit, vexillaque & signa mi-
litaria 51. de Crucigeris anno superiore capta,
ad sempiternam insignis victoriæ memoriam in
Basilica S. Stanislai suspendit.

Moritur Margarita Sueciæ Regina, cui
succedit Ericus Daniæ simul, Norvegiæ &
Sueciæ Rex.

Helveti confœderati transgressis Alpibus
Bellenzonam Ducatus Mediolanensis oppidum
obsidione vallant, & sine Ordine hinc inde dis-
currentes, improvisò circumventi mille & cen-
tum suorum amittunt, reliqui fugâ elapsi ad pro-
pria remeârunt.

Claret in Gymnasio Viennensi Austriæ
Thomas de Haselbach, qui viginti & uno annis
commentatus est in Isaiam Prophetam, ad finem
tamen primi capituli non pervenit. Scripsit por-
rò in sententias Petri Lombardi libros 4. de
præceptis Decalogi lib. 1. de quinque sensibus
hominis lib. 1. Sermones & Epistolas plures.

Tempora quoque præsentia vitæ Sancti-
monia & scriptis variis devotissimis illustrat Tho-
mas Kempensis Canonicus Regularis S. Augusti-
ni. Scripsit de contemptu mundi lib. 4. Sermo-
num ad Novitios lib. tres. Dialogum ad Novitios
lib. 1. Sermonum ad Fratres lib. 1. de vita Solita-
ria lib. 1. Alphabetum Monachi lib. 1. de tribus
Tabernaculis lib. 1. de vera conjunctione lib. 1.
Hortulum Rosarum Spiritualium lib. 1. Vallem
liliorum lib. 1. Consolatorium pauperum lib. 1.
de qualitate Monachorum lib. 1. Manuale par-
vulorum lib. 1. Doctrinale juvenum lib. 1. de
Vanitate mundi lib. 1.

Joannes quoque Brammart Carmelita, Mi-
chael Herbrand ejusdem Ordinis, Petrus de
Spina Ord. Augustini, Jordanus ejusdem in-
stituti, Reinhardus de Fronthofen Dominica-
nus, Henricus de Hachenbach ejusdem Ordini-
nis, cum aliis quibusdam Germanis doctrinæ
laude excellunt.

Tempora quoque præsentia vitæ Sancti-
monia & scriptis variis devotissimis illustrat Tho-
mas Kempensis Canonicus Regularis S. Augusti-
ni. Scripsit de contemptu mundi lib. 4. Sermo-
num ad Novitios lib. tres. Dialogum ad Novitios
lib. 1. Sermonum ad Fratres lib. 1. de vita Solita-
ria lib. 1. Alphabetum Monachi lib. 1. de tribus
Tabernaculis lib. 1. de vera conjunctione lib. 1.
Hortulum Rosarum Spiritualium lib. 1. Vallem
liliorum lib. 1. Consolatorium pauperum lib. 1.
de qualitate Monachorum lib. 1. Manuale par-
vulorum lib. 1. Doctrinale juvenum lib. 1. de
Vanitate mundi lib. 1.

Joannes quoque Brammart Carmelita, Mi-
chael Herbrand ejusdem Ordinis, Petrus de
Spina Ord. Augustini, Jordanus ejusdem in-
stituti, Reinhardus de Fronthofen Dominica-
nus, Henricus de Hachenbach ejusdem Ordini-
nis, cum aliis quibusdam Germanis doctrinæ
laude excellunt.

Ven. Laurentius de Perusio Generalis Cong-
regationis Olivetanæ factus, dum turrim Mo-
nasterii molitur. Fratribus strenuè collaboran-
tibus, uno ex alto præcipitante, ipse in genua
ruens & altum inclamans: Gloriosa Virgo Ma-
ria miserum excipe, & mox surgens, ut funeri
adesset, vivum stantem, incolumem & inof-
fensum inter Fratres reperit.

Clarent ex Ordine nostro Joannes ex Mona-
cho Barbellensi Engolismensis Episcopus. Do-
minicus de Anglona ex Monacho SS. Vincentii &
Anastasi, & Abbate S. Sebastiani in Urbe,
Montis Flasconis ad Lacum Vulsinium Episcopus.
Robertus ex Abbate Vallis Crucis Asaphensis in
Anglia & Walliæ Principatu Pontifex.

Moritur Antonius Cajetanus S. R. E.
Cardinalis, & Patriarcha Aquilegensis.

Sacrilegus quidam, ciborium unâ cum
quinque Sacris hostiis è templo Wechensendano
propè Herendalium surripuit, Herendalium
profecturus, sed licet multum itineris peregisset,
semper tamen in eodem se loco deprehendit, ra-
tus id quod erat, Hostias Sacras itineris remo-
ras, in flumen vicinum abjicere decrevit; sed ad
flumen pervenire cum nequirit, in foramen
abiecit, quod cuniculi sub cespite defoderant, &
sanè Herendalium devenit, ubi post aliquot dies
ob alia crimina ad fucam damnatus est; jam igitur
conscensus scalis, excepturus gulâ funem, &
furtum SS. Hostiarum, & locum, in quo eas ab-
sconderat, confessus est. Eò igitur itum; &
Hostiæ decenter extra foramen jacentes inventæ
sunt, cuniculis flexo poplite circumcirca Crea-
torem suum adorantibus: ad hæc in gramine
jacebant, undique per latè patentes campos ri-
gente gelu & nive; & caput rei est, jam octa-
vus dies obierat. Wichman. lib. 2. c. 52.

Annus Christi 1413.

Moritur Stephanus Baviaræ Dux,
Joannes XXIII. Romæ Concilium
contra hæresim Joannis Hufi inchoat, ejusque
libros comburi jubet: paulò post Ladislao fœ-
disfrago tertio urbem occupante, inde Bononi-
am discedit; quæ turbatio Patribus causa

fuit, ut statim Concilium Constantiam indi-
cerent.

Ladislaus Poloniæ Rex, in Lithuaniam &
Samogitiam, litteras, fidem orthodoxam &
omnem humanitatem invehit.

Moritur Henricus IV. Angliæ Rex, succedit
Henricus V.

Hufi hæresiarca Pragâ proscibitur.

Stephanus Comes Palatinus Rheni Bava-
riæque Dux, filius Ruperti quondam Impera-
toris, uxorem ducit filiam ultimi Comitis de
Veldenz unicam, cum qua ipsam Veldentiæ
Comitatum sibi & suis obtinuit hæredibus.

Annus Christi 1414.

Henricus Comes de Gangas, Magister Ge-
neralis Calatravæ deponitur.

Moritur post longam Romanæ Ecclesiæ ve-
xationem, Ladislaus Rex impius Neapolitanus:
morte in urbe cognita, signis vexillisque ejus
submotis, Senatori, Magistratuique Urbico
ab ipso non ita pridem instituto necessitas impo-
nitur Capitolium relinquendi, militesque præ-
sidiarii discedere coacti sunt.

Sumit initium celeberrimum Constantien-
se Concilium, occurrentibus eò Joanne XXIII.
& Sigismundo Imperatore.

In Anglia ingens plurimorum in vitam Re-
gis conjuratio detegitur: quorum multi interce-
pti, & extremo affecti sunt supplicio.

Cecidit hoc anno turris eminentissima &
fortissima Ecclesiæ Anglicanæ, & pugil adver-
sus hæreticos invictus Thomas Arundelius Ar-
chiepiscopus Cantuariensis, cui succedit Henri-
cus Chichelejus.

Oldcastellus Wicleffitarum rebellium in
Anglia Princeps capitur, & è furca suspendi-
tur.

Alphonfus Ferdinandi Aragoniæ Regis
primogenitus nuptias celebrat.

Jacobus Comes Urgelli bellum movens
contra dictum Ferdinandum Leridam actu surri-
pere frustra contendit, mox ipse à Rege in Ba-
laguerio obsessus, deditionem facere, seque ca-
ptivum tradere cogitur.

In regno Castellæ, crux quædam nivea in
cælo apparet.

In Monasterio Vastanensi diem claudit ex-
tremum B. Catharina Tartarorum cujusdam
Principis filia, ibidem monialis, cujus defun-
ctæ animam, Catisbernus Presbyter sanctæ vi-
tæ, quasi stellam clarissimam ad superna vidit
ascendere: Bzovius.

Molinese Cisterciensium Virginum Cœ-
nobium, Monachis ejusdem Ordinis traditur.

Obiit Otto II. Abbas S. Petri Salisburgi,
Ord. D. Benedicti; hic quadam vice in missa
cujusdam Monachi sub elevatione, in hostia par-
vulum pulcherrimum vidit.

Fatis quoque concedit Venerabilis Vidua ac
Virgo Maria de Maillaco, Prænobili Domino-
rum Malliacensium stirpe apud Turonenses orta,
parisque Nobilitatis juveni Roberto Domino de
Seillejo-Guilielmi desponsata. Eo mortuo vi-
tam in misericordiæ ac pœnitentiæ operibus ex-
git, digna quæ inter pauperes Angelum exciperet:
prophetiæ & miraculorum dono à Deo præ-
dita,

dita, carcerem precibus referans captivos liberavit: post annum ætatis 82. defunctæ corpus mirè rejuvenescens omnes videntes in admirationem rapuit.

Sigismundus Imperator Sabaudia Comitem Ducatus titulo honorat.

Henricus Quinque-Ecclesiensis in Ungaria ad Dravum Episcopus Fontis Regii quondam in Suecia Monachus, honorum pertæsus, ad Monasterii sacra latibula revertitur, positus infulis in Monasterio Bebenhusiano sacro se denudò rigori devovet. In Gallia Wilhelmus ex Abbate Gimontano, Vabrensis; in Italia, Jacobus ex Monacho S. Sebastiani in Urbe, Milerenfis Episcopi celebrantur. In Bohemia Theodoricus Nazarethanus, & Nicolaus Stephani Dionysienfis, Titulares Episcopi clarent.

Joannes Papa 28. Octobris Constantiam cum novem Cardinalibus venit, quos successivè plures sunt secuti; die tandem 25. Decembris sub medium noctis, urbem eandem cum modico Comitatu ingressus est Imperator Sigismundus, qui mox ad Papam salutandum properavit, iste autem indutus ex more Pontificalibus ad primam celebrandam missam processit; ad quam Sigismundus habitu Diaconi, cappaque Choralis & Corona Regali gladium tenens in manu dextera Evangelium legit. Alias quoque duas missas, in Aurora videlicet atque in die, idem Papa Joannes cum solemnitate magna cantavit, in quarum sine populo benedixit.

Die 19. Novembris natus est Onolsbachii Patre Friderico Burggravio Norico, postea Brandenburgensi Marchione, Albertus.

Eodem hoc anno in mundi lucem prodiit Carolus Andegavensis, filius tertio genitus Ludovici II. Regis Neapolitani.

Annus Christi 1415.

Petrus Lazarus Abbas Opatovicensis cœnobii Benedictinorum, cum aliquot sociis, quod sacros Ecclesiæ thesauros prodere & tradere nollet, occiditur.

Nascitur Fridericus IV. Romanorum Imperator; ex patre Ernesto Austria Archiduce, Tirolis Comite: Matre Cimbürga Masslovæ Ducis filia; item Wilhelmus IV. Comes Hennebergicus.

In Arragonia per conciones S. Vincentii Ferrerii permulti Judæi sacra Christiana suscipiunt.

Eximio pacis studio, Gregorius Papatu se abdicat, Joannes cogitur, Benedictus Luna excommunicatur.

Memorabilem victoriam de Gallo refert Anglus: cæsis 10000. captis 1500. cecidère quoque quatuor regii sanguinis Principes.

Richardus Comes Cantabrigiæ, Henricus Scruppus & Thomas Grajus Eques à Carolo Gallia Rege multà corrupti pecuniâ, Henrico Angliæ Regi necem machinantur, sed conjuratione detectâ capti & capite plexi sunt.

Joanna Ladislai Neapolitani Regis Soror Romanæ urbis dominium affectat, Richardus Petra molem Adriani pro illa occupaverat, & omnia in urbe infesta faciebat; Lellius Capotius, cum nonnullis aliis Regina partiaris, urbem quoque prodere volebant, Lellio malè cessit perfidia, jussu enim Legati captus & secu-

ri percussus est, alii ab eo exemplo aliquantum repressi, donec Paulus Ursinus advolasset, & titulo Proregis, pro eadem Joanna saluatus, acquirendæ pro illa urbi omnia fecisset, tanto cum impetu, ut nec à Legato violando, neque à necessariis suis sibi temperaverit; Legati enim Apostolici domum diripuit; Franciscum Ursinum pro Ecclesiæ juribus depugnantem in carcerem coniecit, Paulum Pallenum capite imminuit.

Jacobus Sfortia dictæ Joannæ alias charissimus, dolo & odio Pandulphi Alopî, ab illa in carcerem conjicitur, Pandulphi postea sororem ducens in uxorem, è carcere liberatus, Aquilam, Itriam & Capuam, ad Joannæ fidem ditio nemque, oppressis iis qui defecerant, revocavit. Revertentem ab his victoriis, quibus Joannæ libertas atque amplitudo constabat, Regina omnis honoris specie excepit, & primum omnium Equitum Magistrum creavit, ejusque cum Catharina Alopâ nuptias regio cultu celebrari ipsa arce jussit, quæ tamen promotio illi & Regina, ac Pandulpho invidiam apud Proceres Neapolitanos creavit: Jacobo postea Marchia Comite Joannæ sponso designato, Pandulphus capite plexus, Sfortia servi adinstar diris cruciatibus subjicitur, quos generosus tamen ejus animus vicit. Annoque insequente, Julius Cæsar à Capuâ ejus hostis, Regis Jacobi Imperio necatus est, tum Rex ipse à Regina in Ordinem redactus, Sfortia ad pristinam dignitatem restitutus est.

Floret Richardus Lavinghamus, patria Suffolciensis, professione Carmelita, Theologus Oxoniensis, qui in Wicleffitarum & Lollardorum erroribus refutandis multum posuit industria, & ingentem fecit fructum: Scripsit inter alia, determinationes contra Lollardos & Wicleffitas lib. 1. Item contra Joannem Purvojura de Sacramento Eucharistiæ lib. 10. & contra quoscumque hæreticos lib. 1.

Item Joannes Hickelerius, S. Augustini Ordinis alumnus: scripsit contra omnes hæreticos, Schismaticos, & alios persecutores Ecclesiæ ingens volumen in tres tomos distributum.

Scripsit Guillelmus Bertonus Academia Oxoniensis olim Cancellarius, circa hæc tempora contra articulos Wicleffii lib. 1. de ejus jura condemnatione lib. 1. & determinationum contra eundem lib. 1.

Calamum porrò contra hujus temporis hæreticos prudenter fortiterque strinxere Thomas Wintertonus, Simon Southrajus, Barchinus Augustiniani; Joannes Wellis Monachus Congregationis Cluniacensis; Nicolaus Radeliffus ambo Benedictini: nec non Joannes Scarpus: ex Ord. D. Dominici, Rogerus Dimocous, Joannes Bromiardus, Robertus Humbletonus, Nicolaus Gorranus, Actonus.

Ex Divi Francisci alumnis calamo hæresim tunc grassantem pupugère & perstrinxere Joannes Tiffingtonus Doctor Oxoniensis, Guillelmus Wodfordus, Nicolaus Fachinamus, Guillelmus Butlerus.

Obiit B. Petrus Hispanus, tertii Ordinis S. Francisci, cujus cadaver erectum in genua inventum est, elevatis ad cælum manibus ad-

adinstar orantis. Marc. Ulyssip. 3. part. Chron. Ord. Min. lib. 1. c. 30. & 31.

Sigmarus de Holneck instituitur Episcopus Seccoviensis.

Phocicy Metropolita Kyoviensis intrusus, quòd omni studio conaretur Græcorum schisma in Russiam introducere, in Concilio Metropolitano Novogrodecii in Lithuania, jussu Alexandri Vitoudi Pro-Rege Jagellone Lithuania Ducis, à sede Metropolitana dejectus est, suffectusque in ejus locum Gregorius Cemivvlacus Bulgarus, qui in Concilio Florentino Græcorum schisma acriter oppugnavit.

Wilhelmus ex Ducum Bergensium familia ortus, Episcopus Paderbornensis, resignato Episcopatu nuptias celebrat cum Comitissa à Decklenburg.

Ad Superos abit B. Ericus sive Henricus Peregrinus Perusii, in cujus obitu campanæ nullo trahente, spontè sonuerunt.

Obiit circa hunc annum B. Guillelmus Cuffitella, Eremita Sicli in Sicilia, miraculis gloriosus.

Vitam cum morte commutat Emmanuel Grifolova, Græcarum litterarum in Italia restaurator.

Decedit cum fama sanctitatis Guillelmus à Castellione Ordinis S. Francisci.

Tam horrenda hoc anno fuit eclipsis solis, ut aves in terram deciderent.

Vivendi finem facit Joannes Angelici Fæfulanus patria, ex Ordine Divi Dominici, vir Angelicorum morum, & pictor sui ævi percelebris. Episcopatum Florentinum sibi à Summo Pontifice oblatum constanter recusavit.

Obiit Fridericus Archiepiscopus Coloniensis, cui succedit Theodoricus ex Comitibus de Mœurs, & à Concilio Constantiensi confirmatur.

Annus Christi 1416.

Ludovicus de Guzman Magister Generalis Calatravæ creatur.

Joannes de Soto Mayor, Magister Generalis de Alcantara creatur.

Moritur Bertholdus XIII. Comes Hennebergicus.

Nata est e contra Anna ex eodem Comitum stemmate.

Moritur Ferdinandus Aragoniæ Rex, succedit in Regno Alphonsus filius.

Hieronymus Pragensis ob suam in hæresi obstinationem, à Concilio Constantiensi brachio sæculari traditus, rogo impositus comburitur.

Ladislau Rex Poloniæ nuptias celebrat cum Elisabetha Pilocia, Ottonis Palatini Sandomiriensis filia.

Floret Guillelmus Holmus Anglus Ord. Minorum S. Francisci, vir pius & doctus, magnaque in proximum charitate præditus, Medicinæ apprime peritus, egregium opus de simplicibus medicamentis elaboravit.

Paulus Ursinus occiditur, post cujus necem Roma ad obsequium Apostolicæ Sedis redit.

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Moritur Hartmannus Episcopus Curienfis. Cui succedit Joannes Abundius sive Naso. Guillelmus Ducatus Brunsvicensis regimen capeffit.

Floret Franciscus de Zabarellis, Perusinus, insignis Jurista & S. R. E. Cardinalis.

Alphonfus V. Aragoniæ Rex suppetias fert Joannæ II. Regina Neapolitanæ à Ludovico Andegavensi Neapoli obsessæ, in gratitudinis vicem eum Regni sui hæredem nominat.

Obiit Michaël Agrianus sive Agnanus Generalis Ordinis Carmelitarum, scripsit Commentarios in Psalms, in Evangelium S. Mathæi, super Moralia S. Gregorii, Magistrum Sententiarum &c.

Facta est hoc anno inter Theodoricum Archiepiscopum Coloniensem & Cives gravis dissensio, istorum partes tenens Dux Montensis, missis equitibus villam Tuiciensem jussit concremari, ne præsidium in eam locaret Archiepiscopus.

Nubifragio Monasterium Eifaliæ vix non totum desolatur.

Obiit Thomas Syracusanus in Sicilia Episcopus ex Ordine D. Benedicti, Sacræ Theologiæ & Decretorum Doctor peritissimus. Item Anna Bogislai XIII. Pomeraniæ Ducis uxor secunda, & Henricus Dux Brunsvicensis.

Annus Christi 1417.

Gutierrus de Soto Mayor, Magister Generalis Ordinis de Alcantara creatur.

Otho de Columna in Concilio Constantiensi Pontifex Summus eligitur, dictus Martinus V. Gregorii acta confirmantur, schisma tollitur, finitur bellum.

Hussitæ in Bohemia, nece Hussi & Hieronymi Pragensis exacerbati, Presbyteros Catholicos de beneficiis Ecclesiasticis expellunt, ac suos pro illis intrudunt: multos præterea egregios viros, Prælatos & Doctores, quicumque vel in Curia Romana vel in Concilio Constantiensi, adversus præfatos hæresiarchas eorumque complices egerant, proscribunt: Metropolitanam Ecclesiam Pragensem thesauris & Reliquiis despoliant; ab ea deinde ad alia templa, & Monasteria progressi, longè atrocius bacchati sunt.

Hermaannus Pragensis Suffraganeus defertæ Ecclesiæ, seu contemptæ Pontificiæ dignitatis pœnas quoque dat Dei vindictâ poscente. A Ziska enim hæreticorum Duce in piscina demersus fuit. Cochlaus Histor. Hussit. lib. 4.

Hispani navigationem ad Fortunatas Insulas repetunt.

Moritur Catharina Castellæ Regina. Joannes Regni habenas capeffit, quamvis ætate minor, hinc adjuncti sunt ei viri Proceres quorum consiliis Respublica regeretur. Toletanus tamen Archiepiscopus, cæteris contemptis, ad se rerum summam revocabat, non sine illorum invidia obrecreationeque. Eo auctore inter Regem & Mariam Aragoniam nuptiæ pactæ sunt; sancitum præterea, sit Catharina Regis soror, uni ex Aragoniis fratribus connubio jungeretur.

Delphinus Galliae, Compendii veneno per conjuratos extinguitur; secuti sunt exinde maximi tumultus in Gallia, luctus, caedes, rapinae: Burgundioni cum 3000. armatorum ad eam caedem vindicandam proficiscenti, plures civitates portas aperuerunt.

Sigismundus Imperator ad reconciliandos Angliae & Galliae Reges ad utrumque Regnum se confert.

Udalricus IV. Comes de Albeck, Canonum Doctor famosissimus, Episcopus Verdenensis, & Cardinalis, Insulam Seccoviensem etiam obtinet.

Moritur Stephanescus de Hannibalis S. R. E. Cardinalis. Mors quoque vita & purpura privat Franciscum Zabarellam, Archiepiscopum Florentinum.

Fatis concedit Guilielmus Bojus Comes Hollandiae, Alberti Ducis filius; similiter Franciscus Bembus Venetiarum Episcopus.

Moritur deposito Summo Pontificatu Gregorius XII.

Fridericus Burggravius Noricus, fit Marchio Brandenburgicus.

Imperator Comitem Cliviae Ducis titulo honorat.

Joannes per plures jam annos Episcopus Leodiensis, habens Ordinem Subdiaconatus, obtenta a Concilio Constantiensi dispensatione, dimittens Episcopatum ducit uxorem, sperans se proles habiturum, per quorum successionem Comitatus Hollandiae in potestate Bavariae Ducum maneret, sed sefellit eum spes, octo enim annis in conjugio vivens, improlis decessit.

Otto de Columna, patriam Romanus & Cardinalis Diaconus, Summus creatur Pontifex, qui vocatus est Martinus V. quem Cardinales omnes praeter duos relicto Benedicto sunt secuti.

Anno hoc dedicata est aedificula in Monte aureo in honorem B. Mariae Virginis, quae eodem anno die 4. Januarii mirabiliter apparuit vernantibus rosis circumdata, ubi etiam sacrarum Virginum erectum est Monasterium.

Annus Christi 1418.

Henricus V. Angliae Rex, Cadomensis in Normannia Academiam condit.

Henricus Princeps Lusitaniae, Magister Generalis militiae Jesu Christi creatur.

Nata est Mechtildis Comitissa Hennebergica.

Martinus Pontifex seditiones componere studet in Gallia, cujus Regni administratio Duci Burgundiae adjudicatur: Parisiis ad sexaginta millia arma arripiunt, & quidquid Armeniaci erat nominis, aut capiunt, aut crudeliter occidunt, praeter paucos qui aufugerunt. Eo in motu occisi sunt primores viri, Comes Armeniacus Magister Equitum, Henricus Marlius Cancellarius Galliae, Episcopi Constantiensis, Velocassius, Eburovicum, Sylvanensis, Comes Magni Prati, Raymundus Guerra, Abbas Divi Cornelii Compendiensis, & nonnulli alii: ad haec Officiales, omnesque Regis Ministri, cum aliis multis Nobilibus.

Causa hujus tumultus erat, quod pacem per Papam & Cardinales compositam, Armeniaci contempserunt: sed paulo post versa vice, Anglis ab Armeniacis in auxilium vocatis, & illi favere promiscue incipiebant. Angli Rothomagum obsident.

Moritur Joannes Dominicus Cardinalis ex Ord. D. Dominici, vir apprime doctus & pius: scripsit in Ecclesiasten lectiones, quas Venetiis civibus publice dixit. Item in 2. & 3. caput Canticorum.

In 19. capita Mathaei.

In Canticum Magnificat, &

In Psalmos Davidis.

Sermones varios quos Luculam noctis dixit.

De amore charitatis.

In D. Pauli epistolas.

De laudibus Sacrosanctae Deiparae.

Plebs Wratislaviensis urbis aeta furis,

curiam Praetoriam expugnat, ac plerosque ex Ordine Senatorio a Wenceslao Rege institutos, aut suis, aut carnificis manibus contrucidat, unum autem ex loco sublimi praecipitem egit, quem inferius circumstantes, hastis & veribus exceptum dilacerarunt. Annal. Silesiae.

Decedit Albertus IV. Comes a Werin, grode, Episcopus Halberstadianus. Item Joannes a Stronconio Ordinis Minorum Minister Generalis, regularis observantiae fautor egregius, clarus meritis ac miraculis.

Cum Ven. F. Philippus Tudertinus, Ordinis Minorum S. Francisci, hoc anno mortuus, sepulturae traditus fuit ad chori ostium, magno mox claruit miraculo. Scaturit enim fons ex sepulchro Ecclesiam omnem inundans, nec contineri potuerunt aquae, donec corpus extraheretur, & super altare majus collocaretur, ubi omnibus patuit per dies octo absque ulla corruptione aut fetore. Decrevit statim aqua, ad mensuram mediocri fontis, non tamen redundantis, sed eandem perpetuo aquarum quantitatem retinentis, quantumvis plurimi haurirent morbis miraculose medendis. Inditam coelitus aquae virtutem probarunt miracula multa. Tandem vanam quaedam muliere ob contemptum pedes lavante in sacro hoc fonte, exsiccatus est statim, postquam diebus octo scaturit. Wading. in annal. Minorum.

Joannes Wallenrodus ex Episcopo Rigensi, praeficitur Sedi Leodiensi.

Concilium Constantiense suum sortitur finem, postquam triennio duraverat.

Inter Archiepiscopum Colonensem & Cives Colonenses magna his temporibus fuerunt discordiae, exitus nusquam patuit civibus tutus, illos Archiepiscopi militibus intercludentibus; tandem post utrinque data & accepta incommoda, Principum interventione concordia facta est.

Moritur Confluentiae Wernherus Archiepiscopus Trevirensis, anno Pontificatus sui trigesimo: post quem Otto Comes de Ziegenheim unanimibus votis in locum ejus fuit electus, vir optimus. Hic mox ut Archiepiscopus fuit electus, Judaeos omnes de Civitate Trevirorum fecit expelli.

Balthasa

Balthasar Cossa, sub nomine antea Joannis XXIII. Papa, a Ludovico Comite Palatino Rheni liber dimissus, ad Martinum Papam venit, ipsum ut Canonicè electum verumque Christi Vicarium salutatur, a quo in Cardinalitia dignitate confirmatus, Tusculanus insuper Episcopus creatur, verum paucos post menses decessit, & mortuus Florentiae cum pompa solenni in templo S. Joannis sepelitur.

Claret B. Ludovicus ex Abbate Tornusii Arelatensis in Gallia Pontifex, vir per omnia magnus.

Ex Ordine nostro Episcopali tiarâ fulgent Joannes de Curcumro Episcopus Duacensis, Joannes Argensis in Peloponeso, & Hugo Chienensis ex Monacho Flavigniacensi.

Annus Christi 1419.

Philippus Burgundiae Dux, hoc ut quidam scribunt anno, Ordinem Aurei Velleris instituit.

Ziska, qui mortem Hussi haeresiarum ulcisci quacumque demum via posset, statuerat, plebem concitat, & quidquid haereticorum ac sceleratorum hominum colligere potuit, secum rapit; primus impetus Pragae in Coenobium Carmelitarum factus, inde Parociam Sancti Stephani expugnatâ, Parochum occidit, & ex longa trabe per fenestram suspendit, tandem in Curiam novae urbis irruit, congregatos Senatores aggreditur, armatus ipse cum armatis proximum quemque vulneribus conficit, ac ne sui qui ante Curiam stabant, otio marcerent, aliquot ex Senatu magis exosos a fenestris praecipitat, hos illi cadentes ex alto acutis excipiebant hastilibus, & si quid superesset vitae, tribulis ferreis excutiebat. Pari ferè crudelitate desavebat in ejusdem urbis Pragensis Carthusianos, quorum Monasterium spoliabat, flammis addicebat, undecimque ex illo Monachos prius spinis coronatos, immaniter tandem necari jubebat.

Moritur Wenceslaus Bohemiae Rex, quondam Caesar, dictus Ignavus, & ob ignaviam a Principibus Imperii depositus.

In Italia Tyrannidem invadit Braccius, Perusiam, Ducatum Spoletanum magnamque Apostolici patrimonii partem occupat.

Joanna Neapolitana Regina, Jacobum Marcium maritum suum a vinculis emittit, eâ lege ne Neapoli pedem efferret: hic inter contumelias pertaxus precariae seu vitae seu libertatis, multis modis tentatis tandem cimbâ quasi ad oblectandum animum consensâ, Genuesem onerariam, quae sublati anchoris ad portam velut otiosa stabat, ingressus, fugâ praecipiti Tarantum petiit: unde elapsus, Corficam, inde in Gallias delatus, inque patriam humanarum rerum taedio, in sacram Religiosorum familiam se abdidit, neque unquam eam ex qua vix naufragus enataverat fallaciam incertae fortunae respexit.

Sfortia S. R. E. Vexillifer & Regni Neapolitani Conestabulus declaratus, in Braccium exercitum ducit, Florentini tamen illum Papae reconciliant.

Joanna a Legato Pontificio Siciliae & Hierosolymae Regina inungitur.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Burgundiae Dux iteratò ad colloquium a Delphino Galliae vocatus, sub specie pacis insidiis ipsi structis, a parricidis miserrimè interimitur. Audita tam infandâ nece, Galliae Rex contra Delphinum sententiam dixit, eumque omni successionis jure, bonisque privavit. Plurima alia Regno Galliae inde accidere mala, inter caetera Henricus Angliae Rex Bajocum, Lexovium, Argentonium, Cadomum & Rothomagum cepit: Cadomi insigne pietatis exemplum edidit, reperit in arce magnas civium fortunas, quarum in numero erant pecuniae in templis diu depositae, ac sacra vasa, quae omnia tantum abfuit ut ipse tetigerit, ut etiam in templa subito referenda civibusque restituenda curaverit: de hac illius lenitate clementiaque rumore quoque versum perlato, omnes propemodum vicinarum civitatum Principes Cadomum convenerunt, seque ejus fidei commiserunt: exinde pax inter Carolum Galliae & Henricum Angliae Reges inita, his conditionibus, ut Caroli filia Catharina Henrico uxor daretur, isque dum illa viveret, Regnum Franciae gubernaret; idque post Caroli mortem pleno obtineret jure: & si contingeret ut Henricus prius moreretur, ejus filio majori natu ex Catharina Regni haereditas obveniret. Polyd. Angl. Histor. lib. 22.

Wladislaw Poloniae Rege Posnaniâ Stodam proficiscente, fulmen è nubibus decidens, quadrigas carpento quo Rex vehebatur junctas, duosque stipatores Regios, itemque Posnaniensis & Sandomiriensis Palatinorum, & novem alios Reginum Comitum equos, unâ cum Regio, cui cubicularius quidam hastam Regis ferens insidebat, uno ictu interfecit: aurigae & fessoribus equorum nihil actum, nisi quod cubicularii vestis disrupta est. Rex aliquandiu ferè exanimis jacuit, tandem respiravit, caetera sospes, praeter quod sordaster paucos dies, & manus dexteræ dolore affectus est.

Academia Rostockensis a Martino Papa erigitur, & amplissimis privilegiis ornatur.

Haereticus Pragâ Magdeburgum veniens, dum pertinax in haeresi haeret, vivus exurit.

Moritur Joannes Naffovius Archiepiscopus Moguntinus, cui succedit Conradus ex Comitibus Rheni.

Philippus Dux Mediolanensium Beatricem Tendam uxorem, adulterii suspectam, nec in tormentis quicquam confitentem, securi percussu injustè jubet. Bugati de reb. Mediolan lib. 5.

Florent in Anglia doctrinae laude F. Stephanus Pattingtonus ex Ordine Carmelitarum: item Thomas Czanlejus Episcopus postea Dublinensis, & Robertus Mascallus, ac Joannes Wannifletus, ex eodem Ordine.

Ad Superos abire terris S. Vincentius Ferrerius, divini verbi praeco celeberrimus, qui plurima peccatorum ad poenitentiam, plurima ad fidem orthodoxam haereticorum millia perduxit; miraculorum quoque gratia donatus, ægris sanitatem, mortuis vitam restituit.

Alarinus vir sanctitate illustris, Albæ Pompejæ Episcopus creatur.

Carnis solutus ergastulo ad cœlos deducitur S. Petrus de Bono Monachus Cluniacensis, Sacerdos aded religiosus fuit, ut totum ex integro Psalterium quotidie ultra servitutis pensum devotè persolverit, insuper & horas de Spiritu Sancto addiderit; unde in sancto die Pentecostes, eâ horâ, quâ Conventus in choro: *Veni Creator Spiritus*, decantabat, exspiravit. Arnold. Duac.

Cum hoc anno Ferrariæ mirabiliter inventa fuissent corpora S. Maurilii Episcopi Ferrariensis & Martyris, & B. Alberti ejusdem loci Episcopi, è specu in qua reperta fuerunt, mirabilis scaterere fons cepit, cujus aquam devotè infirmi desumentes, omnes depellebant languores. Michaël Angelus Bonaverli in vit. Maurilii.

Adamitarum & Orebitarum hæresis passim in Bohemia grassatur.

Claret scriptis Antonius Parmensis Abbas Vangaditiæ Ordinis Camaldulensis, Ferrariensis postea Episcopus creatus.

Annus Christi 1420.

Capitaneus Jaromitia urbis in Bohemia, populum in templo ad orationem congregatum manu armatâ aggreditur, trucidat plures, & equis ex calice propinat.

Ziska Austam Bohemiæ urbem noctu invadit, occupat, Dominicanorum Patrum Cœnobiū perfringens omnes trucidat: tandem urbem ipsam cum 2000. hominum rogo tradit.

Anno eodem 3. Junii Tabores gens ad excidium Religionis in Bohemia nata, in Cœnobiū Servorum Beatissimæ Virginis in Pratulō dictum, sub Wissehrado in nova civitate Pragensi ad rivum Boticz situm, furioso impetu incurrunt: mirabili Numinis providentiâ factum reor, ut per id, licet tam periculosum tempus, Capitulum seu Comitia sancti illi Patres Pragam indicere; parabat nimirum religiosissimis viris lauream Martyrii DEUS, ideoque omnes in illam arenam collectos quodammodo evocâret: nomina præcipuorum, qui è nobilissimis Florentiæ, & Senis familiis orti fuere: *Augustinus Cennini, Bartholomæus Donati, Laurentius Nervici, Joannes Baptista Patricci*, & hi quatuor Missionarii & Concionatores Apostolici, virique doctissimi. Tum *Jovaccini, Piccolomini, Franciscus Datrius, Bonaventura Chuni, Benincasa, Rapaccioli, Periteus Malvezz*: hos congregatos hæretici adoriuntur omnes, quarunt, velintne quatuor illorum articulis subscribere? cum negarent omnes, seque pro fide morituros forti & invicto pectore responderent, statim religiosæ domui, & Ecclesiæ Marianæ ab hæreticis subjiciuntur faces, raptisque ex ardente Cœnobiō torribus rogi parantur: at SS. Martyres altissimâ voce hymnum: *Te DEUM laudamus*, inchoant, & cantu lætissimo prosequuntur, velut cygni modulando morientes. Ergo injecti in rogos latronum pascebant oculos, sed & atroci spectaculo cœlesti prodigium jungebatur, quippè animæ purissimæ Servorum Beatissimæ Vir-

ginis columbarum instar ex ipsis rogis evolantes in cœlum, à Taboritis spectatæ sunt, ut veteres hæreticorum manuscripti Codices testantur: ita Bohuslaus Balbinus in Histor. miscell. Bohem.

Eodem anno iidem fidei Catholicæ hostes Cœnobiū opulentissimum, Apostolorum portam (vulgò Postolopy) Ordinis Sancti Benedicti ad Launam, atque in eo Religiosos omnes longè ultra centum ferro & igne delent.

Pragaticium oppidum iidem expugnant fidei hostes, contra Catholicos immaniter loco occupato sævientes.

In fine anni ejusdem Orebitæ, hæreticorum sæx, Taboreticâ non melior, sanctum Campum, Cisterciensis Ordinis Cœnobiū, flammis cum Monachis tradunt.

Interim strenuam pro Catholicis operam navat Bohuslaus Schuambergius in regione Pillinensi, occisis 300. de hæreticorum turma, & Presbytero illorum cum armis & equo comprehenso, quem Pelsinam deductum, pyrâ exstructâ cremari jussit, perfonantibus ad ignem tympanis; è contra Ulricus Rosensis Catholicorum partes tenens, adversus Thaboritas montem Hradistie incolentes prælium infaustum habuit, in quo pulsus fugatusque, & impedimentis exutus est: ab eâ clade Rosensis, ex bonis suis expulit omnes, qui aliam quàm Romanam Religionem profiterentur.

Martinus Papa Bullam Cruciatam contra impios Bohemos decernit. Ecclesiâ Florentinam in Archiepiscopatum erigit.

Sigismundus Imperator Pragam frustra & cum notabili damno oppugnat, coronatur tamen Bohemiæ Rex.

Alphonfus Rex Aragoniæ infelici successu Corsicam Genuensibus eripere tentat, ab obsidione Sancti Bonifacii oppidi à Genuensium classe fortiter & notabili strage depellitur: desideratus est in ea pugna Odo Lusitanus, Jacobi quondam Regis Cyprii filius.

Pluribus pro Regno Neapolitano competitoribus se offerentibus, Neapolitani Ludovicum Ducem Andium evocant; sed Regina Joanna Alphonsum Aragoniæ Regem in filium adoptat & Ducem Calabriæ pronunciat, ad quam adoptionem Papa suum dedit assensum.

Henricus Lusitani filius Insulam Maderam detegit.

Everhardus Archiepiscopus Salisburgensis Concilium Provinciale in causa fidei acmorum celebrat.

Circa hunc annum vixit puella quædam in Hollandiæ oppido Schiedamo, Christo devota, quæ intra 28. annos, nullo corporali cibo refecta, solo Dominici Corporis Sacramento per singulos dies Dominicos accepto vixit; corpus attenuatum solis nervis coheretabat, & ossibus carnes consumptæ vires ademerat, & ossibus carnes consumptæ vires ademerat: curiose experiri statuit Sacerdos, si quid subisset aliud, afferebat aliquando puellæ hostiam non consecratam, ut probaret si Dominici Corporis sola virtus sceminam sustineret. Ferunt, mox desitutam viribus, factam veluti

veluti in agone, & nisi citius Dominicæ Eucharistiæ oblatione succurreretur, animam protinus efflasset. Albert. Krantzius lib. 11. Vandal. c. 3.

Obiit Pisis in Etruria Clara Gambacorta, Divi Dominici institutum inter Sanctimonialis professa, mortificationis & charitatis operibus mirè addicta, vestes aliquando proprias exuit, quibus pauperum nuditatem indueret, ejus profusionis aliquando à matre admonita, respondit: *Abundè illi vestium esse, si charitatis veste nuptiali, sine qua nemo ad convivium cœlesti admittitur, tegetur.* Sæpius est in ecstasim raptâ, biennio, antequàm rebus humanis eximeretur, vitæ suæ finem prævidit. Corpus insepultæ aliquot diebus suavissimum odorem exspiravit, defuncta aliquibus gloriosa apparuit, sorores ex more officia circa mortuam recitantes, quoties: *Requiem aeternam*, Psalmodiæ adjungere volebant, toties vel invitæ, *Gloria Patri* ad singulos Psalmos exprimebant.

Moritur in Anglia Norvici Richardus Castrus, mirè per verba in animos potens, scripsit Anglico idiomate pleraque opuscula spiritualia.

Pro Christo in Prussia trucidatur S. Stanislaus Bidigosta ex Ordine Carmelitarum, virtutibus & prodigijs gloriosus.

Occidit Baldus de Ubaldis lucidissimum Jurisprudentiæ sidus.

Fridericus Misnensis, fit primus suæ familiæ Princeps Elector.

Claret in Monasterio Cluniacensi B. Toufanus, in cujus morte signa plura miraculosa contigere.

In civitate Æmiliæ Foro Livii, dum à voracissimo incendio domus cujusdam Ludimagistri (Bernardinus Bruscius appellabatur) combureretur, ecce, super flammam, veluti per levissimum ærem supervolare conspicitur in papyro depicta Imago Beatissimæ Deiparæ, quæ in eadem domo cuidam parieti priùs affixa erat: miraculum tota civitas admirata fuit, sacraque imago à flammis illæsa solenni ritu in Cathedralē Ecclesiā deportata fuit, ubi adhuc hodie miraculis coruscat. Rhò in Sabbatis B. M. V. mir. 46.

Floret Andreas Bilius Mediolanensis, ex Ord. D. Augustini. Edidit Commentarium de detrimento fidei Orientis, seu de origine Turcarum. Historiarum Mediolanensium lib. 1. Historiarum Longobardorum lib. 2. De Ordinis Augustinianorum propagatione.

Annus Christi 1421.

Ziska Hussitarum Dux Jaromiziam Bohemiæ urbem obsidione cingit, & in assultu uno 1600. suorum desiderat, dedunt tandem urbem cives, sed Thaboritæ non servato deditiois pacto, plurimos cives trucidant: sceminas, Virgines, conjugatasque in flumen projiciunt, & Religiosos octodecim vivos comburunt.

Monasteria Cladrubienſe Benedictinorum, Chotieffoviense Præmonstratensium aliæque ferro & flammis devastat: Monachos Cistercienses Monasterii de Olſech idem hæreticorum Dux crudeliter trucidat,

Commotovienſem civitatem, odio religionis Catholicæ, cum civibus suis, quorum aliquot millia numerabantur, excindit, decem post diebus Beraunam urbem Bohemiæ Regiam capit, parcens civibus, triginta septem Sacerdotes & Religiosos ex Ordine Divi Francisci & Benedicti, cum pluribus Nobilibus, tribusque Universitatis Carolinæ Magistris Catholicis, eò quòd hæreticis Pragensium articulis subscribere nollent, in balnei hypocausto comburi jubet.

Sancti Jacobi Monasterium Minoritarum Sancti Francisci, incenditur, quatuor supra viginti partim Religiosos, partim præſidiariis militibus trucidatis.

Broda Bohemica, urbs insignis, à Pragensi hæreticorum exercitu, Duce Joanne Zelivenſi Apostatâ occupatur: milites præſidiarii ad turrim confugientes, pacemque orantes, incensâ turri educuntur, adversus omnes militiæ leges, in rogos injecti, partim flammis, partim tribulis ferreis verberati pereunt. Tandem furore in Clericos verso, Joannem de Dubnian S. Gothardi Decanum, cum aliis quindecim Sacerdotibus necant.

Colini incenso Dominicanorum Collegio, sex Patres ejusdem Ordinis flammis addicunt. Idem Conventui Chrudimenſi evenit.

Nobilissimum diuissimumque Sedlecensē Cisterciensium Cœnobiū idem fatum sustinet, ejusdem Religiosos valdè multis, cum Carthusianis hospitii causâ ibidem degentibus, immaniter trucidatis; plurima alia Monasteria & templa flammis absumpta, brevitate causâ lubens prætereo.

Ad Brixiam dum septem Moniales Ordinis Sanctæ Mariæ Magdalenæ de pœnitentiâ, cõram ara Deiparæ in templo trucidant hæretici præfati, geminum contigit miraculum, ac primùm quasi sacrilegio gravata tellus se movit & intremuit: deinde Signum *Dei Matris* avertit vultum, ne vel in statua domesticarum suarum cædem videret. Bohusl. Balbin. in Histor. miscell. Bohem.

Ziska in Bechinenſi Bohemiæ Provincia Piccardorum & Adamitarum nascentem sectam funditus delet, factum in homine hoc hæretico unice laudandum.

Mare propè Dordracum aggeres per-rumpens, 72. pagos nominatissimos inundat, in qua inundatione ad centena hominum millia perière.

Fridericus ab Aufſes Episcopus Bambergensis creatur.

Sigismundus Imperator iterùm ab Hussitis vincitur.

Bellum prorogatur inter Ludovicum Ducem, & Alphonsum Aragoniæ Regem, ob Neapolitani Regni possessionem, variâ utraque ex parte fortunâ pugnatum. Alphonfus Acerram tertio frustraneâ obsidione tentat.

In Synodo Provinciali ab Archiepiscopo Cantuariensi celebratâ, Wilhelmus Taylor, hæreticus factus, Clericali Ordine atque gradu privatus, & laicali potestati traditus, exutus est. Auctor antiq. Ecclesiæ Britannicæ.

Moritur Manuel Imperator Orientis.

Joannes Gerechinus Archiepiscopus Upsalensis, ob vitam suam tantâ dignitate indignam privatus, in Schalholtensem Ecclesiam Islandiæ translatus, ibi graves pœnitentiæ partes in expiationem præteritorum peccatorum admittens, postremò ab impiis subditis suis occisus, miraculorum gloriâ fulsisse fertur.

Wolfhardus ab Ehrenfels, Episcopus Lavantinus, è vivis abiit. Item Ernestus Bavarix Dux.

Amurathes II. Mahometi I. patri in folio Ottomannico succedit.

Claret circa hæc tempora Joannes Monachus Benedictinus in Bavaria, Cœnobii Castellensis Professor, qui in Regulam S. P. Benedicti duo ingentia volumina scripsit. Breviarium Bibliæ lib. 1. De Passione Domini Sermones quadraginta. De illustribus viris Ordinis nostri lib. 1. Sermones quoque multos ad Monachos.

Insigni quoque doctrinæ laude excellit Joannes de Erfordia, Hussitarum fortissimus antagonista; inter alia scripsit super sententias Petri Lombardi lib. 4. Commentariorum in Genesim lib. 1. In Exodi lib. 1. In Leviticum lib. 1. In omnes Epistolas Pauli lib. 14.

Nicolaus de Dinckelspila, Theologus celeberrimus, edidit in 4. libros Sententiarum Petri Lombardi lib. 4. Quæstiones Sententiarum lib. 1. De septem donis Spiritûs Sancti lib. 1. De decem præceptis lib. 1. Super Oratione Dominica lib. 1. De octo beatitudinibus lib. 1. De tribus pœnitentiæ partibus lib. 1. De vitiis capitalibus lib. 2. Sermones de tempore & de Sanctis plures.

Petrus de Rosenheim Monachus Mellicensis Ordinis Sancti Benedicti scribit metricum opus super totius Bibliæ capitula, historiam brevem sui temporis, Sermones & epistolas plures.

Obiit Ven. Mathæus Prior Monasterii SS. Angelorum Florentiæ, cultor Deiparæ singularis, nunquam tristis visus, in morte lætissimus, cujus exanime corpus, omni vitro purius, eâ quâ migraverat vultûs serenitate perseverante, insignibus futuræ gloriæ signis enituit.

Claret sanctitatis famâ Ven. Ludovicus Savigniaci Abbas.

Decedit Willelmus Boistatier Archiepiscopus Burdigalensis.

Joannes le Naingre Boucicaut Comes de Beaufort, Vice Comes Turonensis, moritur captivus in Anglia.

Annus Christi 1422.

Ziska Teutobrodam insignem Bohemiæ urbem occupat, ad tria hominum milia, cum viris Religiosis plurimis, ense & igne delet. Postea Sobieslaviam petens, civibus parcens, Monachos & Sacerdotes plures flammis tradi jubet.

Moritur Fridericus I. Comes ab Henneberg, Dominus in Afcha & Hartenberg.

Philippus Mediolanensium Princeps, Ge-

nuensium classem navali prælio superans, Genuæ Dominio potitur.

Martini Papæ operâ sacro bello petuntur Hussitæ, sed Catholici fugantur; hæretici Belinam occupant, paulò post à Misnensibus clade afficiuntur, obsidionem arcis Carolosteinii solvere coguntur.

Poloni contra Cruciferos feliciter pugnant, isti que pacem flagitare coguntur, quam etiam obtinent.

Henricus V. Angliæ, Carolus VI. Gallix Rex moriuntur, huic succedit filius Carolus VII.

Tiberis fluvius Romæ adeò exundat in pervigilio S. Andree, ut per portam Flaminiam ingressus, totam urbem in plano sitam inundaverit, templumque Pantheon usque ad altare majus repleverit. Decrescens autem biduò post, multa animalia passim secum traxit, multa civibus damna intulit, qui non secus per vicos navigabant, ac per alveum Tiberis facere consueverunt. Platina in Martin. V.

Joannes Langdenus Monachus Benedictinus ad Episcopatum Rossensem evehctus, scribit contra articulos Wicleffi.

Obiit apud Gravum in Aragonia Petrus Cerdanus Ord. S. Dominici, animarum salutis sitientissimus, qui virginitatem ad mortem usque illæsam servavit; ad ejus obitum campanæ spontè sonuerunt, cadaver in sarmento jacens exanime, luce cœlitus delapsâ illustratum est. Franciscus Diagus in Histor. Provinc. Aragon.

Fridericus Theis Auditor Rotæ causarum Romanæ Curix instituitur Episcopus Chiemensis.

Decedit cum fama sanctitatis Gabriel à Spoleto, ex Ordine D. Francisci.

Ex peste moritur Cardinalis Alamannus Adimarius, Summi Pontificis Legatus ad Regem Aragoniæ.

Defuncto Alberto III. Electoratus Saxoniæ ad Fridericum Bellicosum Misnensis lineæ devolvitur.

Obiit Amadeus IX. Sabaudix Dux, vir pius & justitiæ tenax.

Sigismundus Imperator Principum & Episcoporum Conventum Ratisponam indicit, pro expeditione denuò contra Bohemos rebelles & hæreticos instituendâ, sed Catholicorum exercitus præpoperè spoliis inhiantertio fugatur.

Joannes Dux Brabantix Universitatem Lovaniensem fundat.

Comitis Wirtenbergici vidua relicta, irritata per subsannationem Comitis de Hohenzollern, hujus terram igne ferroque facit devastari, ipsumque castellum Hohenzollern situ & munitione fortissimum, post annuam obsidionem capiens, funditus evertit.

Judæi Augustæ Vindelicorum, Ludovicum quandam puerum blanditiis & promissionibus in proximum nemus subducentes, suspendio necant. Cujus innocentem mortem DEUS miraculis manifestavit, corpus proin ejus honorificè Augustæ sepultum, Judæi autem igne sunt combusti.

Annus

Annus Christi 1423.

Jaromizia Bohemiæ urbs in flammis abijt. Olovanense Cisterciensis Ordinis Virginum Cœnobium Ziska incendit, & Moniales omnes in profluentem abijcit.

Muglicium oppidum occupans, cives omnes ac puberes interficit; sunt qui etiam infantes ac puellas occisas tradant: postea Catholicorum Procerum exercitum supra Horzicium ad S. Gothardi Ecclesiam sternit profligatque.

Die ultimo mensis Aprilis Kozogedii arcem expugnans, contra datam fidem quadraginta Catholicos, ex fidei odio neci tradit.

Expugnata Quasicii arce Moraviæ, pyrâ exstructâ præfidiarios omnes, unâ cum arcis Domino in cineres redigit.

Concilium Papiæ indicitur, quod postea ob supervenientem ingentem pestem Senas transfertur.

Papa occasione inconstantix Joannæ Reginx, adoptionis titulo quem nuper non improbaverat, Alphonsum Aragonum Regem privat. Titulum Regis Neapolitani, ex omnium Cardinalium consensu, Ludovico Duci Andegavensium adscribit; æmuli promotione Alphonsus cum Martino Papa expostulat; adest Joannæ Sfortia.

Braccius Aquilam obsidet, sed obsidionem solvere per Sfortiam compellitur.

Sigismundi Imperatoris, infelices iterum sunt contra Hussitas belli processus.

Obiit infelici admodum morte in castro Helfenburghensi, Conradus apostata Exarchiepiscopus Pragensis, qui in Hussitarum hæreses prolapsus, perfidiæ pœnas non diu potuit effugere. Cochlæus lib. 5. Histor. Hussit.

Magister Ordinis Teutonicorum Crucigerorum, nuptias volebat conferere inter juvenem quandam professione mercatorem & mulierem, quam idem Magister non odisset, cum refragaretur juvenis, quòd dubiæ videretur mulier pudicitix, hæc contemptum suum protulit ad vindictam; de furto adolescentem postulavit, & querelam coram Magistro amico deposuit, ille publico condemnatum judicio necari suspendio juvenem imperavit.

Jam moriturus juvenis: quoniam, inquit, in hoc mundo injustè condemnatus morior, ad Deum justissimum judicem, in diem tertium decimum provoco Magistrum, mihi de injustitia responsurum, ut ibi verum inter se ac me experiatur judicium: mirum accidit, moritur juvenis; Magister auditam evocationem contempsit, genioque per illos dies discutiendæ melancholiæ indulgit. Venit dies constituta, subitâ ægritudine corripitur. Certus quia moretur, astantibus dixit: En morior! video qui me vocavit astantem. Hoc dicto obmutuit, & paulò post vivendi finem fecit. Mulier indè ab alio mercatore de vero furto impetita, fidejussores ut jure responderet, reperit; intra diem viriles vestes induit, comam in morem Clerici totondit, inque Prussiam non expectato quod formidabat judicio clam discessit. Albert. Kranzius Wandal. lib. 11. cap. 1. & 12.

Sigismundus Imperator post mortem Rudolphi & Alberti Ducum Saxoniæ, Ducatum Saxoniæ unâ cum Principatu Electoratus contulit Friderico Marchioni Misnensi, Landgravo Thuringiæ, & hæredibus illius in perpetuum: excluso Erico fratre defunctorum, quem Ducem Luneburgensem impofterum voluit appellari. Tritheim. in Chron. Spanheim.

In Gallis omnia sunt turbulenta, Regium titulum ad se trahentibus Henrico Anglo, & Carolo Delphino. Hinc Papa Nicolaum Albergatum Episcopum Bononiensem Legatum eò destinat, ut ad pacem & concordiam dissidentes revocaret.

Venit hoc anno in Gallias etiam fœmina, quæ se ferebat Margaretham viduam Aquitanix, sororem Comitis Philippi Burgundi. Hæc aliquamdiu pro sorore Principis habita, tandem fraude detectâ, publicè in foro exposita ignominia est.

Postulante Joannâ Reginâ Neapolitanâ, Monasterium S. Sebastiani, exclusis indè Monachis S. Basilii, Sanctimonialibus Benedictinis Martinus Papa attribuit.

Jacobus I. Scotiæ Rex ab Anglis liber dimittitur, decimo octavo, quàm captus fuerat, anno.

Franciscus Foscarus, Dux creatur Venetorum.

Sbigneus Olesnicus creatur Episcopus Cracoviensis.

In vigilia S. Joannis Baptistæ obiit Reinhardus Dux Juliacensis & Geldrensis sine liberis. Post cujus mortem Arnoldus Comes de Egmond Geldriæ Ducatum obtinuit. Ducatus verò Juliacensis Adolpho Duci Montensi obtigit.

Ex Abbate Seltzensi Diœcesis Argentinensis Monasterii creatur Basileensis Episcopus & S. R. I. Princeps Joannes, qui Episcopatum illum strenuè reformare adlaboravit. Sed & David Brendogus Cluanensis in Hibernia Pontifex à Martino V. designatur.

Claret Willelmus nosker de Nanton Senonensis Archiepiscopus.

Annus Christi 1424.

Hussitæ Arnoviam frustaneâ obsidione tentant: expugnant tamen paulò post arcem Mlazovice, in qua ex odio fidei Catholicæ equitem nobilissimum Zdenkonem Czerminium in frustra dissecant, quam ille plusquam barbaram lanienam pro fide Christi fortissimè toleravit.

Idem Turnovium subito occupant, omnes Monachos Ordinis D. Dominici, cum ad hæreticorum partes transire nolent, in rogos injiciunt, & flammis delent: idem faciunt Gilemnicensi Virginum Cœnobio ad S. Elisabetham.

Insulanum S. Benignæ Eremitarum S. Augustini, Roczoviense, Sufficense ejusdem instituti, Mizense Minorum Conventualium S. Francisci, Carmelitanorum Tachoviæ, Launæ ad B. Virginem Prædicatorum, vetustissimum S. Joannis in Insula, S. Procopii Szazaviense,

zaviense, ut etiam ad S. Ivvanum Skalense, & Taufkovienſe Benedictina Monasteria, ad Cadanam in Strzydce Sanctimonialium S. Magdalena, & aliud ejusdem Ordinis ad Launam, Zatecii Ordinis S. Benedicti, S. Gothardi ad Slanam Collegiata Ecclesia, hostili flammâ involvuntur.

Libochovicium in Litomericensi districtu situm oppidum die S. Georgii triumphalibus flammis Martyres illustrarunt Paulus Ribka & Wenceslaus Passer Metropolitanæ Pragensis Ecclesiæ Altaristæ; Georgius Tobiassek, Joannes Wlczek, Strzidnick de Wranyho Litomericenses Sacerdotes, tum equites nobilissimi duo Joannes de Mlſeno & Hineck de Raczinoves, unius religionis odio flammis consumpti.

Tantum malorum fax Ziska, in obſidione Præbislavia, pestilentia ictus die 11. Octobris extinguitur, neque tamen ab oppugnatione hæretici desistere, sed capto prius oppido, deinde & castro, complures sacros viros cum sexaginta præſidiariis injecerunt in flammam, quod se ritu solenni Ziskæ iusta funebria velle perſolvere clamaret exercitus.

Is movens ex Bohemia, Ungariæ fines tandem adoritur, & Hunnobrodæ furoris & mortis plurima tam in civibus quam Patribus Dominicani Ordinis vestigia relinquit.

Nata est Anna Comitissa ab Henneberg. Moriuntur Braccius Tyrannus & Petrus de Luna Schismaticus.

Sfortia Dux præclarissimus in aqua submersus ultra non comparet, quamvis diligenter quaesitus. Franciscus Sfortia ejus filius exercitui à Martino Papa in locum ejus præſicitur.

Garmaniola Genuensium libertatem opprimere volens ab administratione rerum submovetur.

Egidius Munotius studio Alphonſi Regis Aragoniæ, Martino Papæ infensi, defuncto Petro de Luna, Pontificium nomen, diadema & officium invadit.

Concilium Senense dissolvitur, & aliud Basileam indicitur.

Wladislaus Rex Poloniæ quartas nuptias cum Vitoudi ex sorore nepte celebrat.

Engilbertus ingentes in Dania turbas excitat.

Martinus Papa Basilicam Lateranensem restaurat, Palatium XII. Apostolorum usibus suis Pontificiis instruit & exornat, Fenicellam Magam, quæ maleficiis & veneficiis infantes quamplurimos enecaverat, publico judicio damnatam, flammis exuri imperat.

Theodoricus Archiepiscopus Colonienſis, convocatis suffraganeis Episcopis, & aliis suæ Provinciæ Prælatiſ, Synodum Provinciale celebrat, plurimaque pro emendandis Cleri moribus constituit.

Novogardiam urbem tanta lues invasit epidimix, ut infra sex menses octoginta hominum millia perierint.

Moritur Georgius Episcopus Passaviensis. Item Joannes Episcopus Hildesienſis. Nec non Albertus II, Dux Anhaltino-Cothenſis.

Uxorem habuit Elisabetham, Guntheri secundi Comitis Mansfeldensis filiam, ex qua Waldemarum, Albertum, Adolphum, duasque filias suscepit.

Elisabetha uxor secunda, Comitissa de Hohenstein, ei Albertum V. duasque filias peperit.

Joannes hujus nominis octavus, Comes Harcurtius, in prælio propè Vernevillam occumbit, cadit etiam in eo Ludovicus Comes Tornodorenſis, hujus nominis secundus.

Annus Christi 1425.

Principio anni hujus Taboritæ præcipui, quorum ductor Joannes Bzdinka & Procopius Major, Horzinievſium & Holohlavvum, utrumque locum ob fundationes prædivites Sacerdotibus & Altaristis Catholicis refertissimum excidère. Holohlavvii ut sibi ludos facerent, alligatum Sacerdotem, Sovva nomine, ex murali machina singulari crudelitate ejecerunt in auras: eadem Chlumecii patrata crudelitas, ubi Pauczka Sacerdos, rogo ad id parato combustus est.

Taboritæ iidem Nymburgum tenentes Bohemiæ oppidum, odio SS. Religionis Georgium Rohovvladam loci Parochum unâ cum Clerico Clemente in vas pice oblitum injecere, quodque de extremæ unctionis Sacramento prædicasse constaret, *Oleum vehi clamantes* in præurbium curru devectos incendere. A morte fortium virorum lux cælestis noctibus visa, Angelorum cantus auditi, ægroti quamplurimi locum adeuntes, & ex pulvere sacro in rogi loco collecto medicinam sibi facientes in momento sanati sunt. Ex Histor. Miscell. Bohem. P. Bohuslai Balbini Soc. Jesu.

Litomislio Episcopali Bohemiæ urbe ab Orphanitis hæreticis assultu expugnata, omnes utriusque sexûs, parvi magnique, ense cadunt. Paucis post diebus Suitavia iisdem se dedit, ubi Monasterium Ordinis Prædicatorum expilatum. Carthusianorum posthæc Eremus, Rubus Beatæ Virginis dicta, funditus est excisa.

Bellum patibularium hoc tempore inter Catholicos & hæreticos exardeſcit; suspensis ex alterutra parte militibus, quos pars altera ceperat: Germanorum Catholicorum duodecim millia ab Orphanis & Thaboritis ad Austium oppidum caduntur.

Joannes Bzdina Thaboritarum ductor in expugnatione Woziezii telo vulneratus paulo post expirat.

Stillat aliàs Bohemia anno hoc sanguine, frequentioribus Catholicorum & Thaboritarum velitationibus.

Natus est Wilhelmus Friderici I. Belli-cosi, Saxonie Electoris secundò genitus.

Carolus Vaconum Rex moritur.

Obnoxius sibi plures Italiæ urbes facit Alphonſus Aragoniæ Rex, & contra Pontificem vim parat.

Wladislai Poloniæ Regis filius baptizatur, & Wladislai nomen è sacro fonte accepit.

Cum Fridericus Bavarie Dux competisset quod Judæi Bohemis hæreticis arma & pecunias

suppeditarent, per suam totam regionem comprehensos in carcerem conjicit & ære emungit; multi alii Principes eos finibus suis expulerunt.

Joannes Episcopus Hildesienſis, ob ingravescentem ætatem, Episcopatum suum in manus Summi Pontificis resignat, in favorem Magni Saxonie Ducis, Episcopi Caminensis.

Halberstadii cives tumultum excitant gravissimum, captis ejus urbis Consularibus & in vincula coniectis; vicinarum civitatum admonitiones contemnent, quatuor ex dictis Consularibus in publicum productos, gladio cæciderunt, domosque eorum direptioni subjecerunt, deinde multos ex ipsis civibus, qui locupletiores viderentur, captos ære & auro emunxerunt; caesorum & exactorum amici, urbe dilapsi, quo se quisque poterat, contulerunt; ad civium proinde rebellium proterviam coercendam Magnus Halberstadii Episcopus, Communitates Magdeburgi, Brunsvici, Goslarie & aliarum, arma junctes Halberstadium obsederunt, donec sui deditionem faceret, urbe captâ, authores rebellionis & alii nonnulli capitis diminutione plexi sunt. Bzovius in annal. ad annum citatum.

Trajectensis quoque Ecclesia, per electionem duorum Episcoporum graves motus sustinet, diu enim Rudolphus omnia temporalia, Suederus rem spiritualem administravit, Krantzius Saxon. lib. 11.

Floret S. Bernardinus Senensis, Ord. Minorum: item B. Coleta ejusdem Ordinis.

Defungitur Joannes Dux Brabantie, fundator Academia Lovaniensis. Item Comes Christophorus Castellioneus, legum Monarcha. Nec non Petrus de Alliaco, Archiepisc. Cameracensis & Sacre Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, vir paucis doctissimus. Scripsit de emendanda Ecclesia. De 12. honoribus Sancti Josephi. De modo & forma eligendi Papæ.

Decedit quoque Ernestus Dux Austriæ, pater Friderici III. Imperatoris, Princeps optimus.

Dux Montensis, Comitatum Barensem invadens, à Duce Lotharingie capitur.

Inter cives Wormatienses & Episcopum, rursus propter certas in civitate jurisdictiones magna oritur dissensio. Cadunt cives causa.

Moritur Joannes, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, sine liberis. Hinc Jacoba filia fratris, ut proximior hæres, se Comitibus paternis cepit intrmittere, cui autem Dux Burgundie Philippus, filius sororis quondam Ducis Alberti, restitit, & armatâ manu Hollandiam, Hannoniam, Seelandiam sibi vindicavit.

Otto Archiepiscopus Trevirorum, trans mare navigans, sepulchrum Domini visitat, & pretiosa ornamenta Ecclesiastica PP. Franciscanis donat.

Nobilitas Suevica Eslingæ torneamentum celebrat.

Henricus Lusitanie Princeps, Regulæ San-R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Et Patris nostri Benedicti in Ordine Equestri de Christo se devovet, qui propagandæ fidei zelo difficillimâ susceptâ navigatione, gentes & regiones à zona torrida usque ad Bonæ Spei promontorium hætenus omninò incognitas detexit.

Carolus I. Dux Burbonii & Arvernæ nuptias contrahit cum Agnere filia Joannis Ducis Burgundie.

Annus Christi 1426.

Lippa Bohemæ civitas ab Orphanitis, Taboritis aliisque hæreticis capitur, incenditur, præsidio toto & potissimâ parte civium deletis: expugnatur ab iisdem pariter Hoska, Trebnicium, arx Strzekovv, Treplidium, Duxovium, quæ urbs civium, omniumque incolarum suorum sepulchrum facta est.

In hostes prædâ onustos ex insidiis erumpit præsidium Misnense ac tria circiter eorumdem millia perimit.

Atrox committitur conflictus ad Austam Catholicis ac hæreticis exercitibus, superato primo, duodecim millibus desideratis. Fugientes insecuti qui vicerant, grandem edidère stragem, multoque eâ quæ in acie contigit majorem. Post victoriam hæretici nullo jam resistere auso, Austam quam nuper obsederant, apertis portis ingrediuntur, quidquid erat hominum trucidant, extremâ barbarie etiam infantibus, & omni sceminarum ætate ferro deletâ; spoliatam urbem incendunt.

Wenceslaus de Praga, Mathias de Biela, Canonici Pragensis Ecclesiæ, tum Peregrinus Vicarius ejusdem Ecclesiæ, cum Paulo Canonico Mielnicensi, & Paulo Plebano in Wyfoka, cum aliis multis Sacerdotibus & Clericis, vel ferro concisi vel flammis consumpti sunt.

Nata est Elsa Comitissa ab Henneberg, Abbatissa postea Ilmenaviensis.

Moritur Wilhelmus III. Comes ab Henneberg. Item Adelheidis, ex eodem Comitum stemmate.

Martinus Pontifex quatuordecim Cardinales creat: Joannem de Rupeſciffa, Archiepiscopum Rothomagensis; Ludovicum Alamannum, Archiepiscopum Arelatenſem; Henricum Anglum, filium Ducis Lancastriæ, Episcopum Vintonienſem; Joannem, Archiepiscopum Pragensis; Antonium Cassianum, Episcopum Senensis; Nicolaum Albergatum, Episcopum Bononiensis, Ordinis Carthusianorum; Raymundum Maiorsum, Episcopum Castrenſem; Joannem Cervantem, Episcopum Abulensis; Ardicinum de la Porta; Hugonem Lusignanum, Regis Cyprii fratrem, Archiepiscopum Nicosientem; Dominicum Ram, Archiepiscopum Tatraco-nensis; Prosperum Columnam; Dominicum Capranicam; Julianum Cæsarinum. Idem Papa laborat pro pace concilianda inter Florentinos & Mediolanenses, sed Alphonsum Aragoniæ Regem placare conatus, parum efficit.

Rex Cypri captus fit Vafallus Salladini.

Moritur Joannes à Fleckenstein Episcopus Wormatiensis, Henricus II. Comes Hoyensis, Episcopus Verdenfis, Episcopatum resignat.

B. Nicolaus Albergatus Carthusianus Cardinalitiam Purpuram ornatur.

Joannes IV. Brabantiae Dux moritur, Academia Lovaniensis initium capit.

Obiit B. Gerardus inclusus sub Regula S. Bened. qui cellulam in arbore quadam exstructam annis duodecim se continens hominem nullum vidit, prodigiosissime raro miraculo relictus, cum manna illi caeleste, quo olim filii Israel in deserto pascebantur, quotidie ministraretur, quod cellulae quotidie suae desuper influens cum gratiarum actione sumebat. Buccell. in Menolog.

Ludovicus Comes Palatinus Rheni Bavaricaeque Dux ac Princeps Elector, sepulchrum Domini in Palaestina visitat, inde feliciter in patriam reversus, barbam, quam ex more nutrierat in peregrinatione, deinceps radionon permittit, sed in memoriam itineris sancti perpetuo servavit, unde nomen Ducis Barbati consecutus est.

Mortuo ut ante diximus, Joanne Episcopo Wormatiensi, ei sufficitur Fridericus de Domneck Majoris Ecclesiae Praepositus.

Claret Joanna puella Aurelianensis, quae divino instinctu arma capiens, pro Gallis contra Anglos feliciter pugnat.

Decedit Joannes de Broniac, S. R. E. Cardinalis & Episcopus Ostiensis, gente Sabaudus.

Hoc anno B. Benincasa ad caelum evolvit, in cujus obitu singulae per vicina oppida campanae pulsare simul audita, & visae fuerunt Montichielli, Politiani, Corsiniani, Follonici, Chianciani, Castillionelli, Rocchae, S. Quirici, Sattiani & Montalcini, quorum populi certatim Benincasam veluti suum civem deplorantes, & funerales illi honores parantes, currunt undique ad strepitum illos campanarum; multis vero avidissime quaerentibus, cur tot & tantae campanae pulsarent, caelestis quidam splendor, super beati viri speluncam visus, mysterium illico declaravit; quare accurrens populus, invenit exanime beati viri corpus ante altare flexis genibus, & supplicibus in caelum manibus, atque apertis erectisque oculis, quasi orans veluti alter Paulus Eremita à S. Antonio repertus, ac si adhuc viveret, ab omnibus conspiciatur.

Annus Christi 1427.

Hussitae in Silesiam irrumpunt, civitates, Monasteria, villas igne & ferro devastant: in Camencii Cisterciensium Monasterio, Monachum latentem extractum, ex media templi testudine in Ecclesiam dejiciunt, qui cervicibus elisis religioni vitam impendit. Goldberga, Haina, Lubena excisae sunt funditus.

Procopius malarum partium strenuissimus Dux cum Taboritis suis, adjuncto etiam exercitu Orphanorum, eam Moraviae partem, quae Ungaris vicina est, scelere & furore in Catholicos amens intrat: Napagedlam, Malenoviciam, Zlinam, Hunnobrodam flammis & sanguine defecdat. Transito Morava Posonium usque penetrat, & ejusdem suburbium incendit.

Orphanitae captam modicam quiete Lusitiam sibi petendam delegerunt: Luba vel Lubena post Gericium acriter 12. Maji cepit oppugnari, quintoque post die capta est: Clerus (verba Cranzii apud Cochlaem recito) cum reliquo populo in Ecclesiam confugientes, laudes DEO concinunt, & Beatae Mariae Dei Genitricis opem implorant, Salve Regina sonoris vocibus decantant, ut in confessione orthodoxae fidei morerentur: mox igitur adfunt cruentis gladiis haeretici, raptosque ex ulnis matrum parvulos dissecant medios, Sacerdotes confodiunt, anus obruunt, Virgines adultas, & juniores feminas ad libidinem reservant, nulli parcunt Ordini, sexui vel aetati, templa fuso sanguine profanant, cadaveribus replent, ac supposito igne incendunt, Monasteria subvertunt, Moniales constuprant, Monachos trucidant, urbem denique totam ferro & igne devastant: multi tum Sacerdotes, qui Lubam ex vicinis locis, aliqui etiam ex Bohemia confugerant, miserabili sed pulchra pro Christo & Catholica Religione morte trucidati sunt: inter alios erant Canonici Metropolitanae Pragensis Ecclesiae M. Joannes de Luna & duo Altarista: Andreas de Jablonna & Procopius, atque unus de Vicariis. Marcus Ssobka Lubensis Parochus, qui loco superiore ad ferendam pro Christo mortem fortiter illo ipso periculo articulo cohortabatur (quod haeretici ferre non poterant) templo inter manus elatus, equis quatuor secundum manus & pedes alligatus, in quatuor partes crudelissime discerptus est.

Martinus quintus Pontifex Maximus condolens Catholicorum calamitatibus, exercitum Cruce Signatorum pro supplicis mittit, quem major haeticorum acies aggreditur, & decem millia delet: hinc Tachoniam obsident hostes, urbeque captam praesidiarii cum omnibus qui arma gesserunt, & Hagecio teste, adulti omnes in ore gladii cadunt: obruncantur pariter PP. Carmelitani hujus loci incolae, eorum Ecclesia & Cœnobio combustis.

Vocum caelestium indicio reperiuntur apud Fossanum corpora Sanctorum Martyrum Alverii & Sebastiani, militum ex legione Thebae.

Nata est Margaretha Comitissa ab Henneberg.

Philippus Dux Mediolanensis à Venetorum exercitu profligatur apud Macclodium, magna strages copiarum ejus edita, captus Carolus

Carolus Malatesta exercitus Mediolanensis Imperator, & cum eo equitum peditumque circiter octo millia, impedimenta omnia direpta. Philippus Dux Burgundiae contra Jacobum Bavarum ejusque sequaces pugnat.

Scoti & Dani contra Reges suos tumultuantur, atque Imperium detrectant.

Wismarienses Proconsulem & Consulem publico judicio damnant, & in forum productos securi percipiunt.

Rostockienses cornua contra Senatum erigentes sexaginta viros evexerunt, qui de publica utilitate agerent cum Senatu, horum ea fuit opera, ut antiquum urbis statum repeterent, ac civibus multas jam restrictas libertates revocarent, tandem tantum egerunt, ut quatuor Proconsules exegerint.

Hamburgenses quoque Joannem Cletzenium virum Consularem gladio publice percusserunt.

Regina Poloniae Wladislai Regis uxor de adulterio accusata, non audita, plenam mortis ex tam insigni infamia, Cracoviam remissa est; cum se tamen postea tam suoquam septem Nobilium ac primariorum matronarum juramento purgasset, judicium in Joannem Strassum ab ipsa flagitatum est, quod is Princeps hunc de ipsa rumore sparisset, unde à Rege in carcerem Sandomiriae conjectus est.

Philippus Comes S. Pauli & Liniaci, mortuo fratre in Ducatu Brabantiae succedit.

Puer aquis suffocatus ope Deiparae Thaumaturgae Hallensis reviviscit in Cantiprato pago Cameracensis tractus. Justus Lipsius in mirac. D. Virg. Hallens. c. 20.

Fuit hoc anno hiems omnis & glaciei & frigoris expers, mense Decembri passim arbores floruerunt, quin & fructus protulisse adjiciunt. Bizar. Histor. Genuens. lib. 11.

Moritur Eberhardus tertius Archiepiscopus Salisburgensis, cui succedit Eberhardus IV. Starenbergius.

Caelo triumphans ex Ordine nostro manipulus submittitur, illustris Cellae Novae, Monasterii in Silesia, numerus Martyrum, qui ab Hussitis immanissime sunt trucidati.

Annus Christi 1428.

Vitam deponit Fridericus Misniae Marchio, primus Saxoniae Elector.

Hussitae iterum exercitum ducunt in Silesiam, plura oppida minora pagosque plurimos occupant, ferro flammaque depopulantur: eadem strages Grifovienfis, & iterum Camencense & Henrichovienfis Cœnobium involvit: Franckensteini quoque Nicolaus, & Joannes, Andreas ex Ord. D. Dominici, odio Religionis Catholicae necantur. Quidquid denique Religiosorum virorum in Cœnobiis aut viis occurrit, inter manus hostium ferro non tam perfossum aut sectum, quam certatim laceratum ac laniatum est.

Immanes isti haeretici excursions etiam faciunt in alias regiones extra Bohemiam: in Lusitania Novocellenfis Cisterciensium Cœnobium cum velut indagare unxissent, di-

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

vinis laudibus canendis occupatos Religiosos nacti, velut in summo scelere deprehensos, pro se quisque, ut valebant ingenio, milites sibi ad supplicium dari poscebant, variis mortibus Martyres perire, plerosque manibus certisque membris, quae pudor vetat dicere, cum fannis & risu amaro recisis, inter vitam & mortem jacentes reliquere, dum putredini vulnerum mors optata succederet.

In anni hujus aestate insolita in Italia siccitas fuit, nam cum ab exitu Junii usque ad 7. Idus Decembris, nullus, ne minimus quidem imber terras perfudisset, non torrentes modo, sed uberrimi quoque fontes exaruerunt: plus tamen metus quam calamitatis ea res attulit, nam praeter pestem alicubi tantum locorum & praesertim Romae grassantem, neque agrorum sterilitas ulla, neque annonae caritas ob id secuta est.

Sicut verò in Italia calor, ita in Germania humiditas & pluvia praevaleuit, quae frequentem fluminum exundationem, annonae caritatem & pestem causavit.

Pax inter Venetos & Florentinos ex una, & Philippum Ducem Mediolanensem ex altera parte conficitur.

Florentini Lucensibus bellum injuste inferunt, frustra illos dehortante Papa: ejus operam ductus in Hussitas exercitus rursus caeditur: exin haeretici Misniam populati, ac à Bambergensibus & Norimbergensibus pecuniâ placati, divitem exercitum in Bohemiam reducerunt.

Angli Aurelianum obsident, & Carolum Franciae Regem ad extrema redigunt.

In Vico S. Hilarii juxta Cameracum infans inortuus ex utero materno editus, & 15. diebus jam sepultus, ope D. Virginis Hallensis reserato tumulo vivus & vegetus reperitur, & baptismi lavacro Christo regeneratur. Lipsius in D. Virg. Hallens. c. 21. 23.

Ejusdem Deiparae Thaumaturgae patrocinio captivus aliquis in ultima Gallia à carcere adinstar D. Petri educitur. Idem.

Moritur Joannes Brando Monachus Durenfis ex Ord. Cisterciensium, Chronographus insignis.

Obiit Joannes de Martiniaco Ordinis Cisterciensium.

Clarent ex Ordine nostro Episcopi, Joannes Thomastus ex Priore Sancti Angeli de Monte, Nucerinus; Joannes Epiphanius ex Monacho & Abbate familiae nostrae Cisterciensium, Neritonensis in Regno Neapolitano; Jacobus ex eadem familia, Potentinus in Lucania.

Annus Christi 1429.

Nascitur Mahometes II. Turcarum Imperator.

Gubam Lusitiae insignem civitatem crudelissime diripiunt Hussitae alique haeretici, saevientes in omne genus hominum: perierunt hominum multa millia, factaque est urbs ista civium suorum commune sepulchrum: deditione accepta arce Plavia,

immemores pacti ex Nobilitate plures quam centum necant spolianteque, deinde in cives ferrum stringunt, & supra nongentos trucidant, in Senatum & flamines magis quam in ceteros suam consuetudine truces. Quatuor Franciscanos, totidemque Dominicanos unam fossam vivos obruunt.

Edita per urbem caede, arcem diruunt, & recta incendunt; Monasterium etiam Novae Cellae in Lusatia flammis tradunt, Monachos occidunt.

Ordo Aurei Velleris à Philippo Bono instituitur.

Natus est Fridericus II. Comes Hennebergicus.

Opera Petri Fuxi Cardinalis, Apostolicae Sedis Legati, Aegidius Munotius, qui Clementis octavi nomine Pontificatum invadere praesumpserat, Pontificatus nomen abdicat, insignia deponit. Cardinales quos penes se habebat, loco moti, de graduque dejecti quem inauspicato occuparant.

Pax inter Martinum Papam & Regem Aragoniae reducitur.

Pontificius Legatus Dertosa Concilium celebrat. Pacem inter Castellae & Aragoniae Reges componit.

Joannes Portugalliae Rex multis victoriis de Saracenis relatis, Rege Alabastae capto, triumphalia signa ad aedes sacras Olyssiponae suspendit.

Aurelianensis urbs arctissima obsidione ab Anglis pressa, per puellam 18. annorum miraculose liberatur, & Angli ab ea variis cladibus afficiuntur.

Moritur B. Conradinus Bornatus Ord. D. Dominici, vir mirae mansuetudinis & mortificationis, plurimos gravissimis febribus oppressos perlanavit, aliquem qui in puteum delapsus vitam amiserat vitae restituit. Bzovius ad hunc annum.

Floret in Anglia pietatis & doctrinae insignis laude Robertus Colmannus, Doctor Theologus Oxoniensis.

Par huic Joannes Haintonus Carmelita, qui in Sacrae Scripturae libros insignes Commentarios, & nonnulla Concionum volumina, unam cum aliis doctissimis lucubrationibus post se reliquit.

Suppar eidem & instituto & professione Joannes Batus.

Obiit Joannes Gerson Monachus Coelestinus, Cancellarius Parisiensis, vir doctus & pius, multis operibus in lucem editis clarissimus.

Deipara in agro Castletensi in pago Bullizelia miraculis clarescit.

Joannes Ebser instituitur Episcopus Chiemensis.

Moritur Fridericus IV. Episcopus Aichstadiensis.

Judaei Ravenspurgi in Suevia, puerum Christianum, Ludovicum nomine, crudeliter interimunt.

Sbigneus Olefnicus Episcopus Cracoviensis, creatur Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalis.

Ad Superos abit B. Gemma Virgo reclusa prope Sulmonem in Italia, cujus corpus post annum obitus repertum est incorruptum, multis postea claruit miraculis.

Decedit aequè cum sanctitatis fama Franciscus Ghisellus Bononiensis, Canonicus Regularis S. Salvatoris.

Moritur Theobaldus de Rubeomonte Archiepisc. Bisuntinus, cui successit Joannes IV. de Rupeccissa.

Obiit Paulus Venetus Historicus & Cosmographus eruditissimus. Et Joannes Gerson, Cancellarius quondam Parisiensis, ex Ordine Coelestinorum, vir per scripta sua famae immortalis.

Annus Christi 1430.

Hussitae Voiglandiam, & alios fines illi conterminos dire devastant.

Carolus VII. Galliae Rex Falaisium munitissimam Normanniae urbem Anglis extorquet.

Procopius Hussitarum Dux in Moravos bellum denuò transfert, Monasteria plura excindit.

Vallis S. Antonii, Monasterium Ordinis S. Guillelmi, sub Regula D. Benedicti Bruggis construitur.

Natus est Philippus Comes Hennebergicus.

Pestis in variis Hispaniae locis grassatur, Triumphans saepius hoc & superiore anno de Anglis Joanna puella capitur, & tanquam saga exurit. Aurelianenses ei statum posuere.

Cardinalis Albergatus à Papa ad conciliandos Angliae & Galliae Reges mittitur.

Sigismundus Imperator cum Poloniae Rege colliditur.

Moritur Otto de Zegenhan Archiepiscopus Trevirensis, Praesul ex omni parte laudabilis.

Nicolaus Atestinus magnum severitatis dat exemplum, cum Ugonem nothum filium eximia specie adolescentem, unam cum Parisina cujuspiam conjuge in adulterio deprehensos, ex praescripto legis necat, eò majore in tanta calamitate animi praesentia, quò filium vehementius amabat.

Bononienses ad officium Sedis Apostolicae redeunt, & mox iterum rebellantes Legatum Pontificium ejiciunt.

Martinus Papa Academiam S. Andreae in Scotia instituit.

Florent doctrinae laude in Anglia Robertus Hundeflaus Monachus Ordinis S. Trinitatis, scripsit Synodalia sermonum lib. 1. & Epistolarum ad diversos lib. 1.

Joannes Bernegamus Carmelita, Theologus insignis, scripsit super Magistrum Sententiarum libros quatuor.

Super hos autem eminuit Thomas Valdensis Carmelita, confundendis profligandisque erroribus Wicleffi & aliorum haereticorum hoc saeculo. Scripsit:

Super Sententias lib. 4.

Super

Super omnes Bibliorum libros Postillam Scholasticam.

In libros Ethicorum.

In libros Physicorum.

In libros de caelo & mundo.

In libros de generatione.

In libros Meteororum.

In libros de anima.

Librum I. de Catholica veritate.

Mortuus hoc anno Rothomagi, in Carmelitarum ibidem Conventu honorifice tumulatur.

Jacobo primo Scotiae Regi gemini nati sunt.

Obiit B. Manfredus Eremita in Gallia Cisalpina, vir insigni vitae austeritate.

Natus est Mahometes I. Turcarum Imperator.

Floret Joannes de Imola insignis Jurista, scripsit ad Decretales & Clementinas.

Alexander Episcopus Leodiensis, filius Ducis Juliaceus, Godefridum Ducem Leodiensem praelio vincit magnam suorum strage.

Floret arte pictoria Antonius sive Antinellus Messanensis Siculus.

Petrus Berlandus ex humili prognatus familia, ob pietatis & doctrinae merita ad Archiepiscopalem Burdigalensem sedem sublimatur.

Mortuo ut supra diximus Ottone Archiepiscopo Trevirensi, divisis Capitularium votis Jacobus de Sirek, & Udalricus de Mandercheid eliguntur, utriusque electionem casavit Papa, & Rhabanum de Helmstatt Spirensem Episcopum ad Archiepiscopalem sedem promovit: Nobilibus terrae Udalrico, civibus Rhabano adherentibus, magna est orta turbatio; proin Papa videns suum contemni mandatum, Udalricum ut invasorem Ecclesiae cum omnibus ei adherentibus excommunicavit, & totam Archidiececesin, solam urbe Trevirorum exceptam, Ecclesiastico interdicto supposuit, quod diutius quatuor annis duravit.

Frigus ingens mense Majo vineta per totam Germaniam pessumdat, unde maxima vini evenit caritas.

Natus est Joannes, Jacobi Marchionis Badensium filius, postea Trevirorum Archiepiscopus.

Annus Christi 1431.

Hussitae, Plaviae contra fidem datam dire saeviunt, occiso enim milite praesidiario, cum nobilibus centum, trucidatisque civibus 900. urbem spoliant ac incendunt. Viros religiosos ex Ordine Carmelitarum octo, ex S. Dominici quatuor, vivos sepeliunt. Ab Alberto autem Austriae Archiduce in Moravia caduntur.

Carolus VII. Galliae Rex; Academiam Pictavii condit.

Moritur Martinus V. Papa, succedit Eugenius IV. ex familia Condemeria.

Antonius à Rotenhan Episcopus Bambergensis creatur.

Fridericus II. Elector Saxoniae, Marga-

retham Ernesti Archiducis Austriae filiam conjugem ducit.

Philippus Mediolanensis Dux à Summo Pontifice alienatus, Lucenses & Senenses in Florentinos concitat, quibus ille subsidium militare mittit.

Concilium Basileense inchoatur. Circa finem autem anni iterum dissolvitur.

Sigismundus Imperator Mediolani diadema Imperiale accipit.

Burgundi cum Laudunensibus colliduntur, ex illis cum Engerranus Gribanual, & Engerranus Crequiacus, aliique ex numero Joannis Luceburgenis Monasterium Divi Vincentii Laudunensis spoliare conarentur, accurrerunt Laudunenses Duce Penfaco, ac despoliatores fuderunt, fugaruntque; captus Gribanual, & quamvis ingens pro se pretium offerret, à plebe occisus; captus & Crequiacus, interfectus Bertrandus Maucanus & alii complures. Meyer. annal. lib. 16.

Lithuani & Russi à Cruciferis Marianis in Regem Poloniae Vladislaum irritati, multis in Volhynia oppidis per prodicionem captis, etiam Cremeneciam arcem non ignobilem intercipiunt.

Moritur Joannes Hacquini, Gothus, Archiepiscopus Upsalensis, qui magnam constantiam, pro immunitate Ecclesiae, & juribus Regni Sueciae decertavit. Olao in ejus locum à Canonicis subrogato.

Rex Ericus contra ejus promotionem accerrime confurgit.

Castellae Rex bellum contra Mauros aspiciatur, & insignes victorias reportat.

Moritur Nunnus Pereira, Equitum in Lusitania Magister, Barcelosii & Orani Comes, non armis modo, sed curis etiam civilibus illustrissimus, qui annis superioribus Olyssipone in Carmelitarum Cœnobio, quod è belli manubiis construxit, gravior annis se incluserat poenitentiae causam.

Decedit Petrus de Sanctoja, Ordinis FF. Minorum de observantia, vitae sanctimoniam illustris.

Rotila seu Rutila Monasterium Benedictinorum, Carthusianis cedit.

Ambrosius Ordinis Camaldulensis Generalis creatur.

Eugenius IV. Papa Congregationem S. Ambrosii de Nemore, sub Regula S. Augustini in Italia instituit, ubi solum viget.

Antonius Lotharingus cognomine Audax, Renatum Andegavensem, Neapolis & Siciliae Regem praelio vincit, & captivum Divionem mittit, non dimittendum nisi conditionibus sibi propositis consensisset.

Ob nimium hiemis frigus omnia penè Germaniae flumina glacie cooperta, molendi hominibus magnam fecerunt difficultatem.

Die 20. mensis Decembris tria millia rusticorum ductoribus Scultetis suis, loco vexilli Crucifixi Imaginem praeferentes, Wormatiam inopinato cingunt, Judaeos sibi extradi clamantes.

Meritissimo in sceleribus mundo, memorabile poenitentiae exemplar insigni cum fructu seipsum

seipsum exhibet B. Petrus Marginet noster, ex Monacho apostata, adulter, prædo, latro, scandalum populorum, mirâ tamen Numinis gratiâ ex tot sceleribus emergens, ad æternos carceres & in Cænobio se offerens, ipse ingeniosissimus sui corporis tortor & carnifex, non multo post, tantum Numinis amore meritis, ut cœlestibus visitationibus recrearetur, dæmonibus terrori esset, ipsumque superbiam principem, asini formâ zonâ suâ ligatum, onera Cænobii, calcem, sabulum, lapides conferre cogeret, miraculorum gloriâ à Numine commendatus. Angel. Manriq.

Decedit Ericus Dux Grubenhagensis, filius Alberti.

Renatus Dux Andegavensis prætendens intuitu conjugis suæ Isabellæ Lotharingiam, commisso prælio ab Antonio Comite Vaudemontio cæditur capiturque, nec prius dimittendus, quam Jolantham filiam Friderico Antonii præfati filio sponsam dedisset.

Annus Christi 1432.

ORphanorum rabida gens, Procopio minore Duce, Osterlandiam (Austriam Misniam) quæ hucusque à damnis & cædibus utcumque immunis manserat, cæso prius Saxonum & Bavarorum, qui suppetias Saxonibus attulerant, occurrentium exercitu, ingreditur.

Taucha oppidum penes quod commissum erat prælium, primò omnium direptioni cessit, Catholici promiscuè omnes occisi.

Natus est Gregorius Comes ab Henneberg, Magister Equitum Teutonicorum.

Græci auxilium à Pontifice ac Europæis Principibus contra Turcas postulant, hoc non aliâ conditione offerebat Eugenius, præterquam ut Ecclesiæ Occidentali reconciliarentur unirenturque. Ergo illi non minore desiderio unionem, quam subsidia flagitabant, in extremum ferè discrimen per imprudentiam Joannis Palæologi Imperatoris adducti.

Amurathes Turcarum Tyrannus nactus navim Genuensium maximam, quæ fortè appulerat, pactus cum Governatore mercedem quantam petisset maximam, ut se cum peregrinis & Januæ militibus, nec non cum reliquis copiis in Europam traderet, ex Asia trajicit, expeditionem adversus Græcos & Constantinopolim sumit, copiisque urbi ad motis, obsidione cingit, Mustapham verò fratrem, tredecim annorum juvenem, laqueo interimit; Thessalonicam capit.

Concilium Basileâ Bononiam transfertur.

Quassatur Italia novis denuò belli motibus, Florentinis Papa auxilium contra Mediolanensem Ducem submittit, ejusque Equitum turmas cædit.

Joanna Regina Neapoli augustissimum & amplissimum Xenodochium titulo Annunciatæ Virginis condit.

Moritur Basileæ B. Petrus Confluentinus ex Ordine D. Dominici, qui ridens mortem aspexit, animamque suam à D. Ursula ac sociarum Virginum cœtu in cœlum deduci dicebat. Leand. Alb. de vir. illustr. Ord. Prædicatorum.

Conradus de Raichspurg Episcopus Secovientis instituitur.

Obiit Arnoldus Wilhelmus de Barbazan, nobili in Gallia sanguine fatus, multis generositatis signis gloriosus, quem Rex Regiâ ferè pompâ sepeliri curavit.

Hiems anni hujus fuit asperissima & nivibus abundans, quibus tandem cum glacie resolutis, tanta vis aquarum excrevit, ut domos, Ecclesias & villulas juxta Rhenum plures everteret, & multa hominibus damna inferret.

Sigismundus pro accipiendâ Imperii corona Italiam intrat, iter hoc Venetis & Florentinis impedire tentantibus, auxilio Mediolanensium Ducis feliciter perficit, & Venetorum 10000. cædit. Agrè tamen mortis manifestæ periculum evasit, quod ipsi sellâ cui equitans infidebat intoxicatâ parabatur, quod scelus ab Archistabulario suo pecuniâ corrupto patrandum cum Imperator cognovisset, dissimulans aliam mortis pœnam, Archistabularium equum suum Imperatorium conscendere jussit, quod cum is reculare non auderet, & Cæsar iter protraheret, ex vi veneni misero crura & tibia cœperunt intumescere, & paulatim caro computruit, quousque tandem ad interiora corporis venaenum serpens, vitam extinxit.

Redux Româ Imperator Joannem Franciscum Mantuæ Dominum, Marchionis titulo ornat, & ejus filio Ludovico Barbaram, Joannis Marchionis Brandenburgici filiam, in uxorem concedit.

Inter Episcopum Joannem de Brunn & cives Herbipolenses, magna iterum oritur dissensio, quæ ad triennium duravit, utraq; parte se invicem hostiliter invadente.

Conradus Archiepiscopus Moguntinus, ope Francofurtensium obsidione vallat Hatctadium, & tandem expugnat.

Die 9. Septembris Nova Civitas Pragensis ex nimia inundatione aquarum pro majore parte cum lapideo ponte cecidit, multosque homines oppressit. Per circuitum quoque terram in longitudine viginti quatuor miliarium, & in latitudine quatuor, aqua totam operuit, urbes, villas & domos sine numero subvertit.

Florent ex Ordine nostro Bernardus sive Berardus ex Monacho Cluniacensi Aqueusis, Guilielmus ex Abbate S. Germani Antistodori Senonensis Archiepiscopi, & præter plures Episcopos inter Abbates lucet Joannes Baro à Dagsperg Abbas Lambacensis, insignis disciplinæ Monasticæ institutor, & alter Lambac fundator.

Annus Christi 1433.

Nubifragium magnam Bambergensi urbi jacturam causat.

Pax inter Senenses & Florentinos eorumque socios constabatur.

Die 17. Junii ingens solis deliquium observatur.

Novas contra Papam turbas excitat Philippus Dux Mediolanensis, Italiæ Regnum affe-

ctans; Fortebraccius quoque ab illo alienatus bellum novum movet; Pisavaures rebellant, Assinatensium arx duplex cum urbe Fortebraccio se dedit: Firmani contra Ecclesiam conjurant, Sfortia Piceno potitur.

Humanis rebus eximitur B. Lydvina Virgo ex Schiedamo Hollandiæ oppido nata, mirâ patientiâ per plurimos annos in morborum ac opprobriorum tolerantia probata, miraculisque creberrimis à Deo honorata; sacra quoque Christi in corpore suo stigmata acceperat, zelo animarum æstuans, multos in corpore suo cruciatus sufferebat, sæpius ad diversa loca ab Angelo rapta, & divinis consolationibus repleta est, Deiparæ fuit mirè familiaris, mortuæ corpusculum miro decore ac odoris suavitate honoravit DEUS.

Amadeus Sabaudiæ Dux in Ripaliæ eremum relicto Principatu secedit, quamvis ibi magis voluptuosam quam pœnitentialem vitam egerit. Electus est postea in schismate Papa, Felix appellatus.

In humanis esse desit Joannes I. Rex Lusitanæ, non virtutis tantum militaris & Imperatoriæ gloriâ excellens, sed laude etiam Religionis, magnanimitatis, liberalitatis & clementiæ præstantissimus. Successit patri Eduardus: vitâ quoque functus est Petrus Lutemburgicus S. Pauli Comes.

Georgius I. Lembucher instituitur Episcopus Seccoviensis.

Moritur Otho Episcopus Constantiensis, vir doctus: item Joanna Caroli VI. Gallorum Regis filia, Joannis Britannicæ Ducis uxor.

Floret vitæ sanctimoniz laude Baltasar à Florentia Ordinis S. Francisci.

Inter Conradum Archiepiscopum Moguntinum & Ludovicum Hassiæ Landgravium bellum exardescit, post multas excursions, depredationes & incendia, commisso tandem utrinque prælio victor evadit Ludovicus.

Udalricus de Manderscheid, Decanus Coloniensis & Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Trevirensis, contemptor mandatorum Eugenii Papæ, cum Rhabano de Helmstadt, Spirensium Episcopo, de Archiepiscopatu Trevirensi contendens, contractis undique copiis Trevirorum urbem per biennium obsidet, & ignium injectione vexat.

Hiems anni hujus fuit asperissima.

Sabbatho post circumcisionem Domini Rhenus nimium exundans, Wormatiæ ad forum penè ascendit, Mœnus Herbipolim usque ad forum piscium penetravit.

Pax mediantibus Regibus Castiliæ, Aragoniæ, Portugalliæ, inter Sigismundum Imperatorem, Philippum Mediolani Ducem, Genuenses, Venetos & Florentinos reformatur.

Duces Geldrensis & Montensis, se invicem bello petunt, prælio commisso victor evadit Dux Montensis.

Philippus quoque Burgundiæ Dux, & Carolus VII. Gallorum Rex acie congregiuntur, victoriam obtinet Burgundus, cæsis Gallorum plus quam duodecim millibus, lætitiâ victoriæ anget nativitas Caroli filii.

Rhabanus Trevirim clam ingressus possessionem Archiepiscopatus nesciente Udalrico accipit.

Poloniæ Rex habens in auxilium Procopium, Presbyterum schismaticum, cum 20000. Hussitis, Prussiam hostiliter devastat: contra quem Teutonici Ordinis Equites prælium in eunt, victoriam reportant, & Procopium cum 20000. tam Polonorum quam Bohemorum occidunt.

Per Sueviam, Franciam Orientalem & in dictarum regionum confinibus multi Nobiles latrocinantur, & peregrinantes spoliant.

Ordinem Camaldulensem illustrat B. Ambrosius de Porticu, oppido Flaminiæ, illius Præfidentis Generalis, sanctitate & doctrinâ celeberrimus. Erat in lingua Græca alter quasi Homerus. Scripsit de Sacramentis lib. 1. Epistolarum lib. 1. De Spiritu Sancto lib. 1. Orationum lib. 1. Transiit de Græco in Latinum, S. Dionysium Areopagitam. Vitam S. Joannis Chrysofomi. Basilium de Virginitate. Laërtium de vitis Philosophorum. Chrysofomum ad Stagyrium Monachum. S. Athanasii quædam. S. Ephrem Syri Sermones aliquot. Joannem Cluniacum & alia multa.

Annus Christi 1434.

Magno prælio devincuntur Taboritæ: fractis omnino eorumdem viribus, ut nunquam postea justum ex se se exercitum formare potuerint: cæsa sunt unâ die XXII. illorum milia in urbe nova Pragæ, Duce Mainardo de Nova domo, & Præcone Catholicis viris.

Wenceslaus Slavata Colini Præfectus, Taboritas ex civitatis templo, deinde etiam ex urbe (ne quid insidum sibi & aliis Catholicis remaneret, ejicit: eo contemptu irritati, qui ejectis favebant, omnia consilia ad Præfectum trucidandum conferunt, tandem ex insidiis aggressi obruncant, unâque omnes, quos circum se habebat: neque uno facinore contenti, præsidium omne quod Catholicis constabat, aut occidunt, aut urbe pellunt, exilibus omnibus Taboritis in urbem revocatis: sensit universa Bohemiæ Nobilitas pessimum facinus, sed præcipuè focer Slavatæ, Bohemiæ Governator, Alexius Wrzesstiovv, datoque Ducibus suis negotio, obsessâ per menses duos civitate Coliniensi, deinde etiam occupatâ, omnes cædis & perfidiæ conscios aut egit in furcam, aut in Albi præterfluente demersit.

Incendium magnam urbis Bambergensis partem absumit.

Fernandus Lusitanæ Princeps, Generalis Magister Ordinis de Avis creatur, gloriosus postea inter Barbaros Martyr effectus.

Wilhelmus V. Comes Hennebergicus natus est.

Eugenius Papa in maximas angustias rejectus, à Florentinis & Venetis subsidium pecuniarum postulat; transit interim ad partes Pontificis Sfortia, Fortebraccius conferto ad Numentum prælio fugatur.

Cannetuli publicam Bononiæ aream armatis complentes, resistere cupientes affines Griffonos, Aloysium militem Hierosolymitanum, & Flo-

& Florianum germanos, rerum Pontificis & Ecclesiæ studiosos trucidaverunt, Marcoque Governatore & Paulo Truno, Patricii Ordinis Veneto, spectatæ virtutis viro, quem Veneti hortatum, ad Ecclesiæ & Pontificis statum retinendum, ad Bononienfes miserant Oratorem, in custodia habitis, ac Philippi Ducis Mediolanensis copiis Imolâ accersitis, aperto contra Eugenium Papam bello rem gerere inceperunt. Quo tempore ab illo defecerunt Bononienfes, Romæ etiam omnia pessimè successerunt, rebellantibus civibus ipse navi vectus clam discedit, insequentibus se Romanis & tela à Tiberis ripâ in navem mittentibus, incolumis tandem ad turrin Ostiensem adlabitur.

Patres Basileæ præsentis, contra iussa & reverentiam Summi Pastoris Concilium prosequuntur.

Moritur Jagello, Poloniæ Rex, succedit Wladislaus, filius natu major.

Apparuerunt in cælo septem Circuli in modum Iridis, arcus contra arcum mirabiliter dispositi: nec non die septimo mensis Octobris, in nocte ventus horridus & validissimus ab Aquilone venit, qui à mari Anglico per ascensum Rheni & omnes adjacentes illi regiones usque ad Italiam, tam in aquis quam in terra desavians, infinita hominibus damna intulit: enim verò domus fortissimas, turrets, Ecclesiâs, & arbores innumerabiles subvertens, multa hominum utriusque sexûs & ætatis millia oppressit. Nicol. Serar. rerum Mogunt. lib. 5.

Diem obit mox à nuptiis cum Margarita, Amadei Sabaudiæ Ducis filia, Ludovicus Dux Andegavensis.

Fabrianenses cives tyrannidis pertæsi, Clavellorum familiam sibi dominantem partim in templo, partim domi trucidant & funditis delent. Simoneta lib. 3. de rebus Francisc. Sfortiæ.

Simon Rolandus ex urbè Parisiensi oriundus, ob assiduas ad aram Imaginis miraculosæ Beatæ Mariæ Vigiliâs, Hispanis Simon Vela dictus, dictam Imaginem, à Deipara Virgine edoctus reperit, & in Rupe Gallica, Hispanis Penna de Francia, in Extremaduræ limitibus collocat, ubi ob multiplicia miracula templum exstructum est, & Monasterium Ordinis Prædicatorum adjunctum.

Oliverius Caraffa, Archiepisc. Neapolitanus, Cardinalium Collegio inseritur.

Mortuâ Joannâ utriusque Siciliæ Reginâ, Alphonfus I. Aragoniæ Rex succedit.

Ex vivis discedit Alphonfus à Carthage, ex Zamorensi Episcopo Archiepiscopus Burgenfis, auctor Anacephalæosis rerum Hispaniæ.

Floret Joannes de Turrecremata Hispanus, ex Ord. S. Dominici, postea Cardinalis, qui scripsit in totum Decretum. Eodem anno claret Ludovicus Pontanus, vulgò Romanus, scribens Consilia & Singularia, & insuper in totum Jus Civile: nec non nominatissimus Nicolaus de Tudeschis, vulgò Abbas, aut Panormitanus, dictus Lucerna Juris, ex Ord. D. Benedicti,

scripsit in Decretales, Clementinas, & Practicam, & Consilia.

Mortuo Conrado, Archiepiscopo Moguntino, sufficitur per electionem Canonicorum Ecclesiæ Majoris, Theodoricus Schenck de Erbach.

Clarent magno Gallia & Ecclesiæ ornamento Margarita Monmorancia & Maria de Harcour, ex Ordine Fontis Ebraldi.

Decedit captivus in Anglia Joannes I. Dux Borbonius, relinquens post se filios Carolum I. & Ludovicum.

Moritur Bernardus Dux Luneburgicus, filius Magni Torquati, & Alphonfus Carillo S. R. E. Cardinalis.

Annus Christi 1435.

EX vita cedit Bononiæ Joannes de Imola, Jurisperitus excellens.

Tugii duo vici cum domibus universis, aquis submerguntur: perière simul incolarum non pauci.

Nata est Agnes, Comitissa Hennebergica, Virgo postea sacra facta in Monasterio Ilmenavensi. Item Margareta, ex eodem stemmate.

Eugenius Papa Cardinalem Albergatum in Gallias mittit, ad pacem inter belligerantes partes conciliandam, quæ mox inter Ducem Burgundiæ & Gallia Regem firmatur, datâ filio Ducis, Regis filiâ in uxorem.

Pax quoque inter Philippum Mediolanensem Ducem, & Papam stabilitur.

Moriuntur Joanna Neapolitanorum Regina, Wilhelmus Dux Baviaræ, & Joannes Pölander ex Ord. D. Dominici, vir miræ pietatis & vitæ rigoris.

Genueses insignem prælio navali de Aragonis victoriam reportant, captis præterea ipso Alphonso Aragoniæ, & Joanne Navarra Regibus. At qui in terrestri Cajetanâ obsidione relicti fuerant, Cajetanus Ursinus, & Ludovicus Columnensis, Regiam classem deletam audientes, dissipatum è vestigio exercitum, ut quemque ad proprios lares ducebat via, quaquâ versum abduxere, enim vero Cajetani à navali victoria animis aucti, audaci ac prævalidâ eruptione castra Regia aggressi, illa interceperunt: Reges captos Philippus Dux magnificè tractans, dimisit liberos, & muneribus auctos; insuper cum Alphonso fœdus iniit, quod totam Italiam attentam reddidit.

Rodericus Velascus, Palentinus Episcopus, à familiæ suæ coquo in dementiam redacto, stipite nodoso miserrimè interimitur. Marian. lib. 21. c. 8.

Moritur Joannes ab Hoym, Episcopus Halberstadiensis. Item Henricus, Marchio Misnia: nec non Betfordius, patruus Henrici VI. Angliæ Regis, Gubernator Gallia.

Alexander, Episcopus Leodiensis, à dignitate sua Papæ sententiâ depositus, præ animi mœrore moritur.

Ernestus, Baviaræ Dux, puellam quandam speciosissimam cujusdam barbitonforis in Straubinga, quâ filius ejus Dux Albertus, pro concubina usus fuerat, isto absente ligatis manibus ac pedibus in Danubium fecit præcipitari & submergi. Necem hanc ulturus Albertus, bellum patri indicit, villas incendit, rusticos capit, spoliât, occidit, ac quo-

ac quocunque hoste sævior in patris terras subditosque agit. Ite post plurima terris suis illata mala pacem tandem petens, eâ obtinet conditione, ut Ecclesiâ super occisâ concubinâ sepulchrum construi curaret, & beneficiatum ibidem sustentaret Sacerdotem, qui diebus singulis pro anima occisâ Missam celebraret.

Recrudescunt Civium Herbipolensium cum Episcopo suo dissidiis, iste urbem cum valida militum manu obsidet, quinque in circuitu molendina incendit. Sed cum urbem expugnare nequiret, ad Oxensurtum ducens exercitum locum post duodecim dierum oppugnationem obtinet. Die septima Septembris prædicti cives Herbipolenses ausi copias Episcopi sui aperto Marte non procul à Monasterio Cellensi aggredi, pessimè excepti, partim occisi, capti, aliique in fugam acti sunt; inde concordia est subsecuta.

Ludovicus Comes Palatinus Rheni Duxque Baviaræ, jam senex, semicæcus, claudus & surdus per filium Ludovicum, Ottonem fratrem & alios regimine suo privatur.

Inter illustrissimos famâ, virtute, doctrinâ & generis nobilitate excellit Joannes, Joannis Borbonii Ducis filius, Cluniacensis Monachus, omnium suffragiis à morte Odonis II. Abbas electus, Aniciensis dein Episcopus.

Moritur decimo novo à professione Monachismi anno Leonora Albuquerque Aragonum Regina, in Cœnobio Medinæ Campi, quod ipsa condiderat.

Annus Christi 1436.

Alphonfus Aragoniæ Rex à Philippo Mediolanensium Duce dimissus, omnem nunc movet lapidem ad occupandum Regnum Neapolitanum, Cajetam noctu per prodicionem capit; sed cum Eugenium Papam magis Renati Lotharingi uxori favere animadverteret, in ferociam actus, Basileense Concilium in illum concitare tentat; Patres proinde illinc præsentis, Alphonfi instinctu Eugenium abrogare, & multa ad electionem futuri Pontificis sancire præsumunt.

Eugenius Bononiam adveniens Ecclesiâ S. Reparata, nunc S. Mariæ de Flore consecrat: Variâque Monasteria, in quibus disciplina religiosa erat remissa, reformat.

Joannes de Bencis Monasterium Monialium, quod dicitur, muratarum sub titulo Annuntiatæ, & Regulâ S. Benedicti condit.

Sigismundus Imperator, quem Bohemi antea cane pejus & angue oderant, Pragæ festivè ab iis exceptus, Catholicos denuò ritus in Ecclesiâs profanatas reducit, & Barbaram uxorem regio insigniri diademate curat.

Joannes Rohacius Nobilis Bohemus nobili loco natus, non longè à montibus Cuthnis intra sylvas in edito colle castellum ædificaverat, montemque Sion, qui in æternum non moveretur, nominavit, exinde in circumjacentia loca prædas egit, ipsumque Imperatoris ex Ungariâ commeatum diripuit: hic ab Henrico Piarione interceptus est, qui & arcem perripuit, ubi la-

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

trones, quicquid confugerunt, nec non Sacerdotem Hussitarum vesaniæ participem, in vincula conjecit, Pragamque omnes misit: furcarum, quibus damnati pœnas dederant, triplex differentia fuit, è sublimiori Rohacius pependit; imam tenuère latrones circiter nonaginta, media Sacerdotem Medium nomine arripuit, Bzov. in annal. ad hunc annum.

Aeneas Sylvius ad componendam inter Anglos & Scotos pacem ab Eugenio Papa mittitur, quò officium optimè implente Jacobus Scotiæ Rex instinctu Vultherii Atholiæ Comitis in aula sua à Sicariis miserè trucidatur: à parricidii reis immane postea supplicium sumptum: Atholiæ Comiti nudo & vehiculo alligato, quia coronam regiam affectarat, corona ex ferro candens fuit imposita. Sequenti die equi caudæ alligatus, unâ cum sociis rhedæ impositis, contumeliosissimè per urbem tractus est. Tertio die per tabulam longè latèque, quantum membrorum compago patiebatur, extento venter dissectus est medius, intestina ac cor eruta in regum conjecta, caput amputatum, & corpus in quatuor partes sectum, quarum singulæ ad singulas Regni partes missæ, oblongo palo publicè præfixæ sunt; Comitis nepoti sceleris complici corpus in quatuor partes, post gulam laqueo fractam discerptum est. Roberto Grahamo, manus, quâ Regem crudeliter percusserat, tam arctè patibulo adstricta fuit, ut sanguis inde exprimeretur, reliquæ corporis partes forcipibus ignitis divulsæ sunt, tandem corpore in quatuor partes dissecto, mors lenta spiritum misero præcludit. Hector Boeth. lib. 17. de reb. Scot.

Eugenius Papa curat Renatum Ducem Lotharingiæ Custodiâ Burgundicâ eximi, & ad Regnum Neapolitanum vindicandum emitti.

Slusæ discordiâ inter cives & mercatores exortâ, nonnulli civium capti, & securi percussi sunt, dum Ægidius Jurdanus velatis jam oculis, flexisque genibus licitoris icum expectabat, repente de cælo factum tonitruum, licorem aliosque omnes attonitos reddidit, aufugit interim Jurdanus.

Moritur Catharina Regina Angliæ, filia Caroli VI. Galliarum Regis, vidua Henrici V. Regis Angliæ.

Obit in cœnobio Castrensi P. Michaël PAGES Ord. S. Dominici plurimis miraculis illustris.

Florent insigni virtutum laude Fridericus Bambergensis, Eckardus Wormatiensis, Sebastianus Tridentinus, Otto Trevirensis, Episcopi.

Fridericus II. instituitur Episcopus Seccoviensis.

Fridericus Comes Zolleranus Episcopus Constantiensis moritur.

Gemma Vidua Sulmonensis Fulgini in Monasterio S. Lucie obit, referturque ut Beata ab Arturo in Martyrologio Franciscano.

Bessarion ex Ordine Divi Basilii fit Archiepiscopus Nicænus.

Eugenius Papæ Concilium contra Basileenses Ferrariæ inchoat.

Græci Legati ad unionem cum Ecclesia Romana faciendam in Italiam veniunt.

Fridericus Austriae Dux, postea Romanorum Imperator, sepulchrum Domini Hierosolymis visitat.

Approbatum solemniter ab Eugenio IV. Summo Pontifice Regula Franciscæ Romanæ.

Dorothea Bucca, filia celebris Philosophi & Medici, Bononiæ Doctoratûs laureâ honoratur.

Annus Christi 1437.

Mundi hujus lucem aspicit Joannes Annus, Vir vario doctrinæ genere præstans.

Obit Sigismundus Imperator, annis natus septuaginta; succedit in Imperio Albertus, qui etiam Hungariæ Bohemiæque Rex designatur.

Nata est Joanna Comitissa Hennebergica; item Otto V. ex eodem Comitum stemmate.

Unionem Ecclesiæ petit Joannes Orientis Imperator.

Obit Ludovicus Comes Palatinus Rheni Duxque Bavariz.

Genua ab Imperio Philippi Ducis deficit; Thoma Fulgoso ergo in Ducem electo, Philippus ejus fratrem Baptistam in eum concitat, qui seditionem movens capitur; non deerant, qui Thomæ suadebant, ut de scelerato fratre pro manifesto perduellionis crimine justum supplicium fumeret, æmuloque sublato Principatum sibi stabiliret: eorum orationem Thomas animo ac vultu respuens; *Ne istuc, inquit, DEUS Optimus Maximus, Virgô, Regina sinant, permittantq, ut ego alieno exemplo potius pravus sim, quam alii meo rectè vivere discant, utque plus apud me fraternæ injuria, quam pietas valeat. Egone, ut odio parricidii in parricidium ipse ruam? ac Principatum mihi occisi fratris scelere ratum faciam? Vivat verò frater, quem si meum exemplum ad bonam mentem converterit, hunc magnum ex clementiâ meâ fructum percipiam fratris lucris facti. Sin impunitas ad talia dehinc audenda provexit, satius est me in privatam vitam agere, quam Principatum fraterno pollutum sanguine gerere. Folieta lib. 10.*

Ludovicus Barbus Abbas Cœnobii Patavini S. Justinæ invitatus ab Eugenio Tarvisinus Episcopus declaratur.

Lusitani memorabili clade à Mauris in Africa afficiuntur.

Regnum patre à sicariis occiso in Jacobo II. Stuarto Scotiae Rex, vix dum septimum ingressus annum; proinde Alexander Levistonius rerum administrationi præficitur.

Moritur Ericus Sueciæ Rex; item Joannes de Rupescissa Archiepiscopus Bisontionensis; cui successit Franciscus Condemerius; qui mox resignat, & sedem excipit Joannes de Norry ab Eugenio IV. à Viennensi Ecclesia Vesontionem translatus, sed moritur Gyaci, antequam Vesontionem inveheretur; creatur tandem Archiepiscopus Quintinus Menart.

Decedit Ven. memoriz Hieronymus Miraballus Ordinis Olivetani Generalis, scripsit insignem librum de spirituali Monachorum conversatione.

Alexander filius Zimoriti Masoviæ Ducis

creatur Patriarcha Aquilegiensis, postea etiam S. R. E. Cardinalis.

Vadingus ad hunc annum, de Georgio Albano Laico narrat, quod sequitur, mirum: Hic enim è Cœnobio Massæ Recinetum missus, tempore hyemali, ut adolescentem missus, dinibus initiandum duceret, flumen Chierinum exundans dum nullus posset transvadere, Dei adjutorium devotè imploravit; apparuit statim pulcher adolescens, qui ad ripam paulisper ductis pontem ostendit; læti abeunt, in adversa margine constituti, neque pontem, neque ductorem conspiciunt.

Moritur Adolphus Dux Juliensis & Montensis sine liberis.

Fames hoc anno magna fuit in terris; & frumentum in caro pretio, præcipue circa Rhenum & Mosellam, in Hollandia quoque, Scelandia, Hannonia & Francia Orientali, quæ non solum homines multos, sed plura quoque jumenta peremit.

B. Ludovicus Barbus noster summo perè reluctans ab Eugenio Summo Pontifice Cœnobio extractus Tarvisinæ Ecclesiæ Episcopus præficitur.

Annus Christi 1438.

Albertus II. Imperator, coronatur Rex Ungariæ, & Bohemiæ.

Eugenius Papa IV. Concilium Ferrariâ, ob pestem Florentiam transfert. Ipso Orientis Imperatore eò occurrente, quem Eugenius Papa Venetiis honorificè excipit.

Henricus VII. Comes Hennebergicus natus est.

Tetra pestilentiz lues Bononiam civibus exhaurit.

Sanctio pragmatica in Concilio Basileensi constituta publicatur in Gallia.

Laurentius Columna & Jacobus Galefius, Romæ novas res molientes, à Cardinale Vitellesco repressi sunt; & quidem Columnium ad pacem petendam armis coëgit. Galefium autem pedibus ad furcam appendi iussit, caputque ejus præcisum conto suffigi. De duobus pariter Presbyteris, qui lapides pretiosos è capitibus Petri & Pauli Apostolorum in Basilica Lateranensi furtim abstulerant, manibus utriusque dextris amputatis, & ante portam Basilicæ clavis trabilibus ad murum confixis, multavit, ipsos verò prius raptatos, ignibus exuri mandavit.

In Parisiorum sinibus lupi devoraverunt homines amplius 80. nec ab ipsa civitate rabies eorum abstinuit; quâ insuper in urbe dira lue pestilentiz 50000. hominum extincta referuntur. Mexeras lib. 16. annal.

Olaus Treudanus Upsalensis Archiepiscopus, jurius Ecclesiæ & Reipublicæ Sueciæ defensor acerrimus, veneno clam propinato extinguitur, succedit in Sede Archiepiscopali Ragualdus. Olaus Metropol. Upsal. lib. 5.

Norinbergæ diem claudit extremum Joannes Nider ex Ord. S. Dominici Sacræ fidei Censor & contra hæreticos inquisitor, verum exemplar perfectissimæ religionis, plurium Monasteriorum in Germania sui Ordinis reformator. Pius lib. 1. de Viris illust. Ord. Prædicat.

Syl-

Sylvester Phlieger Decanus Passaviensis, Cancellarius Ducum Austriae, instituitur Episcopus Chiemenfis.

Moritur Wilhelmus Episcopus Argentoratis; item in Muysen Virginitum Cisterciensium Mechliniam inter & Lovanium Cœnobio B. Maria Van den Dale, secunda ibidem Priorissa Angelico monito à sororibus electa, ex cujus orantis ore ignei radii promicare non semel conspecti sunt.

Primâ die mensis Julii obiit Ernestus Dux Bavariz, filium relinquens nomine Albertum.

Die 12. Mensis Maji obiit Heidelbergæ Mechtildis uxor quondam Ludovici Barbatî Comitiss Palatini Bavarizque Ducis.

Joannes Episcopus Herbipolensis contractis suorum copiis castellum prædonum Rüssenberg nomine munitissimum obsedit, quod per dies plures machinis & variis modis impugnans, cum expugnare non posset, soluta obsidione recessit, cautione accepta, quod hostes Ecclesiæ deinceps ibidem non hospitentur.

Rhabanus de Helmstad Archiepiscopus Treverensis, & Spirensis Ecclesiæ Antistes, jam Senio gravatus, quorundam consilio inductus, Joannem Episcopum Leodiensem in Coadjutorem suum pro Trevirorum Ecclesia assumpsit. Quod majori parti Canonicorum haud parum displicuit, & damna non parva dictæ Ecclesiæ caulavit.

Claret in Hispania Venerabilis Bartholomæus Covil, Populetani Cœnobii ex Medico Regio Monachus, qui ægros prodigiosè curavit, & mortuum ad vitam revocavit.

Annus Christi 1439.

Moritur Rabanus de Helmstad Archiepiscopus Treverensis & Episcopus Spirensis. Cui succedit in Archiepiscopatu Jacobus de Syrek.

Fuit in Germania hoc anno hyems vehementissima, ut plurimi homines & pecora frigore necarentur.

Natus est Hermannus IX. Comes Hennebergicus; item Joannes II. ex eodem stemmate.

Franciscus Sfortia, renovato cum Venetis & Florentinis in quinquennium fœdere, cum suo equitatu in agrum Ferrariensem descendens, trajecto Pado, Venetorum copiis auctus cum 12. equitum millibus, pedum quinque millibus, in agro Veronensi, Picinino copiarum Mediolanensis Ducis Præfecto obviam factus, ipsum post aliquot horarum certamen profligat, eoque cedente omnia brevi de Vicentinis & Veronensibus Castellis recepit. Indè Athesi trajecto, in Tridentinum agrum movens ad Tenium oppidum pugna cum eodem Picinino renovata, magnum illi incommodum intulit, & à reliquo exercitu seclusum in fugam compulit; captus est hac in pugna fortiter pro Picinino pugnans Carolus Gonzaga, & Veronam in carcerem deductus; cum autem Veronam inopinato accessu Picininus, recollectis viribus interceptisset, Sfortia traductis copiis illum, & Principem Mantuanum Veronam recuperatâ urbe expulit.

Item Sfortia ad Benacum Philippi Mediolanensis Ducis classem superat, Brixiam & Bergomum obsidione liberat; sed etiam ad Soncinum, R. P. Brentano Epitome Chronologica.

ejus copiis superatis captisque 1500. equitibus, Brixiana Castella, & partem Cremonensis Mantuanique agri, aliasque ditiones brevi in potestatem Venetorum redigit. Ademptis etiam Mantuano Principi Asolâ, Lonato & Pisceriâ oppidis satis magnis & munitis. Apud Tignanum etiam vicum, idem Sfortia iidem Picinino obviam factus, cum eo conflixit, pugnatumque aliquamdiu incertâ victoriâ. Præter hæc Philippus à Pontificis & Florentinorum exercitu apud Burgum victus est. P. Marcellus in Francisco Foscaro.

Alphonso Aragoniæ Regi haud æquior fortuna, in Regno enim Neapolitano ipsi Cavianum, turris S. Vincentii, ac præterea arx nova, quæ Neapoli ejus præsidio tenebatur, erepta sunt. Facius lib. 6.

Ludovicus Delphinus Galliz, postquam adolevit accersito Joanne Borbonio, & Joanne Alençonii Duce, abjectâ tutelâ liberè se posthac vivere professus est, quippè qui & ætate, & rerum cognitione idoneus sibi esse videretur negotiorum Regni administrationem suscipere: addebant Ludovico animos ipse Dux atque Antonius Cabanus, Joannes de Rupe Pictaviæ Seneschallus, Petrus de Ambasia & alii complures, qui aliquot jam civitates ad defectionem cœperant sollicitare; maduisset sanè Gallia sanguine, nisi Comes Deu intercessisset, ac patrem filio conciliasset; illo interprete filii adolescentiæ pater ignovit. De principe consiliorum audaciæque, notho Borbonii filio, supplicium sumpsit; mox Delphinus peccatum virtute obliteravit. Taleboto enim Anglo Diepam obsidente, cum exercitu profectus, objectas oppidanis munitiones perripit, comæatum intulit, obsidionem solvit. Guagnin. in Carol. VII.

Plures Cardinales à Conciliabulo Basileensi recedunt & se Eugenio subdunt, quos benigne ille recipit. Illud Felicem V. Antipapam creat.

Norinbergæ Principum Alemanniæ Conventus indicitur pro discordia sopienda inter Eugenium & Basileenses, qui tandem Francofurtum, ultimò Moguntiam translatus est.

Josephus Patriarcha Constantinopolitani, Florentiæ durante Concilio, in fide Romanæ Ecclesiæ moritur.

Nobilissima illa ars Typographica nunc primam in Germania est inventa.

Guilielmus Estoutevilla ex Priore Monasterii S. Martini de Campis Ord. S. Bened. Episcopus primò Morinensis, tum Andegavenfis, creatur Cardinalis SS. Sylvestri & Martini in Montibus. Cardinalitia quoque purpura ornatur Reginaldus de Chartres.

Moritur Hermannus Episcopus Lavantinus; item Joannes Ursinus Cardinalis.

Arcturus Anglos profligat, & Parisiis ejicit. Andreas Corfinus Episcopus Fesulanus SS. Catalogo inferitur.

Alexander filius naturalis Joannis I. Ducis Burbonii & Arverniz, Urbem la Mothe in Lotharingia subitâ irruptione capit, & Delphinum postea Regem Ludovicum XI. ex arce Lochesio Molinum abducit, quo facto exacerbatus Carolus VII. Alexandrum mox captivari & in aquis præfocari iussit.

Floret Ambrosius Ordinis Camaldulensium Generalis, vir perdoctus & Græcæ linguæ peritissimus,

mus, missus ab Eugenio IV. Papa ad Concilium Basileense Romanæ sedis auctoritatem magno cum fervore defendit, idem præstitit in Conciliis Ferrariensi & Florentino, ubi cum Græcis disputavit. Dionysii Areopagitæ librum de cælesti Hierarchia, Manuelis Calecæ opus contra errores Græcorum, vitam Palladii & Chryostomi ex Græcâ in Latinam linguam transtulit: Scripsit item Chronicon Casinense & hodieporicon.

Vitam cum morte commutat Franciscus Barbarus, vir doctrina & rerum Publicarum gerendarum dexteritate conspicuus, qui etiam fortitudine sua Brixiam per triennium contra Ducem Mediolanensem defendit, & servavit.

Moritur summæ virtutis opinione celeberrimus Venerabilis Ambrosius Traversius SS. Angelorum Florentiæ Monachus.

Comes Armeniacus cum 25000. venit in Alsatiâ, ac prædas cum incendio & nece pauperum rusticorum agit circa Basileam, Argentinam, Colmariam; cum quibus Helveti primò feliciter, postea infeliciter pugnant.

Reinhardus de Helmstad fit Episcopus Spirensis.

Joannes de Brunn Episcopus Herbipolensis capitur à Nobilibus de Hirschhorn, & trium mensium spatio captivus tenetur.

Moritur die 27. Octobr. Albertus Imperator, Bohemiæ & Ungariæ Rex, Archidux Austriæ.

Tres hoc anno in cælo soles apparuerunt.

Obiit Fridericus Archidux Austriæ, filium relinquens parvulum, nomine Sigismundum.

Annus Christi 1440.

Nascitur Ladislaus Hungariæ & Bohemiæ Rex, Alberti II. Cæsaris filius.

Fridericus III. Austriacus, Imperator saluatur.

Moritur Venetiis B. Hieronymus Eremita Ordinis Camaldulensis, qui maximum animarum lucrû labore Apostolico in Lithuaniam fecerat.

Similiter Joannes à Brunn Episcopus Herbipolensis, post 29. Regiminis annos. Fuerat negotiis publicis à Cæsare & Imperio adhibitus: interfuit aliquamdiu Concilio Constantiensi: contra Hussitas bis in Bohemiam cum selecto milite movit. Civium insurgentium contumaciam cruento prælio fregit ad Cellam, 500. eorum partim captis, partim cæsis.

Florentino Concilio feliciter consummato, multi Græcorum aliter quam gesta fuissent, quæ confociationem Ecclesiæ Orientalis cum Occidentali concernebant, in vulgus spargunt, hinc in invidiam Isidorum & Bellarionem vocabant: hic proinde ad adversariorum fallacias detegendas & evertendas libellum scripsit de processione Spiritûs Sancti, & gestis in Concilio prædicto.

Saladini classis à Rhodiis Equitibus magnâ clade in fugam conjicitur.

Magni contra Castellæ Regem orti sunt motus, propter Alvarum Lunam summâ apud illum gratiâ pollentem; Medina, ubi Rex erat, à conjuratis capitur, quibusdam incolis aditum aperientibus, nulla tamen facta est sanguinis effusio, tametsi Rex ad pericula excitatus, plateas armatis equitibus occuparet: Vulgus domi se continebat, periculi metu, an civilis belli execratione ad arma segnis. Alvarus Luna, Tolera-

nus Præsul ejus frater, Magister Ordinis Alcantaræ, Regis monitu, cum diceret hostes in eorum capita potissimum sævituros, per averlam portam fuga evaserunt, muratâ veste involutisque capitibus inter hostium cuneos ignoti: armatum Regem conjurati quasi supplices adierunt. Ad genua provoluti manum osculandam petierunt; tunc victi victoresque in mutuos amplexus ruentes civilia arma detestabantur: mox murata Aula ministeria Alvari odio, & in eundem sententia promulgata, ut toto sexennio intrâ designata ditionis oppida se contineret.

Diva Virgo Hallensis invocata, molitoris cujusdam uxorem prægnantem sub aqua & rota molari prodigiosè servat. Bzovius in annal. ad hunc annum.

In cælos abit S. Francisca Romana oblata Ord. S. Benedicti. Congregationis montis Oliveti.

Moritur Joannes Abundius Episcopus Curienensis.

Item B. Petrus Marginet Ordinis Cisterciensis, miræ pœnitentiæ exemplar: ex Ordine transfuga, mali genii suasionibus seductus, ex Monacho prædo nefarius & prædonum dux factus, scandalum populorum, multis atrocibus, homicidiis, stupris, rapinis aliisque criminibus animam suam turpissimè inquinavit: verùm tangente cor hominis divinâ potenter misericordiâ, post aliquot demùm annos seriò respiciens, ad monasterium, quod sacrilegè dereliquerat spontè rediens, Ordinis rigori magno animo se subjecit, diuque inclusus, jejuniis, disciplinis, ciliciis aliisque pœnalitatibus afflictus, spiritum suum emundari curavit. Noctes insomnes ducebat, nunquam lecto utebatur, vix oleribus utens, pane & aquâ contentus vixit. Inde Angelis bonis familiarissimus, dæmonibus ipsum tertere conantibus terribilis factus, ipsum superbiæ Principem sub specie asini zona sua Petrus ligatum, ligna, lapides aliæque ad constructionem seu reparationem Monasterii necessaria portare coëgit, effulsitque insigni miraculorum gloriâ; ex Menolog. Bucel.

Decedit in Apulia cum sanctitatis fama Archangelus de Agnone ex Ordine D. Francisci.

Albuhascenus Rex Fessæ ex odio in Christianos, qui filium ejus in prælio occiderant, cum 500000. virorum exercitu ex Africa mare trajiciens, Tarisam Andalusie urbem obsidione cingit, sed amissis demum 200000. suorum militum, viam in Africam relegere cogitur.

Sigismundus Saxonie Ducis filius creatur Episcopus Herbipolensis.

Bohemi Albertum Bavarie Ducem unanimiter in Regem eligunt, sed is oblatam sibi dignitatem acceptare recusat.

Albertus Marchio Onolsbacensis Ochsenfurtum Diocesis Herbipolensis oppidum nocturno tempore clam interciperi molitur. Præmisit ergo viros quinquaginta, ut muros conscenderent, & venienti exercitui portas oppidi, priusquam dies illucesceret, aperirent. Sed errante per noctem in tenebris ductore copiarum, & tardius cum exercitu veniente ante oppidum, utpotè jam illucescente die, innotuit fraus civibus, & correctis armis viros illos quinquaginta, qui super muros jam ingressi fuerant, capientes, armis denudarunt, hinc adveniens exercitus frustra rati-

rationem portarum expectans, civibus è muris & turribus globos & ignem emittentibus, viam relegere sunt coacti.

Annus Christi 1441.

Ladislaus Alberti Imperatoris filius, quatuor mensium infans à potioribus Ungariæ Proceribus Rex salutatur & coronatur. Ex aliorum parte Uladislaus Poloniæ Rege in Ungariam vocato, unde magna in regno turbatio exorta est: alii utriusque coronationem ad annum præteritum referunt.

Natus est Bertholdus XVI. Comes Hennebergicus; item Ernestus Princeps Elector Saxonie.

Philippus Mediolanensis Dux pacem cum Francisco Sfortia inivit, Papa invito, & Blanca Philippi filia illi in uxorem datur.

Eugenius Papa Renato contra Alphonsum Aragoniæ Regem pro investitura Neapolitani Regni favens, fœdus cum Rege Galliarum fancit: contra Antipapam Felicem anathema profert.

Alphonsus Ligusticas oras gravissimè infestat, hinc magna Genuæ annonæ caritas orta est.

Isidorus Cardinalis in Moscoviam & Russiam missus ut unionem Ecclesiarum suaderet, à Duce Moscoviæ capitur, & bonis omnibus privatur, diu missus postea, cum ad suadendam unionem redisset, nihil efficere valuit. Micchovius lib. 4. c. 5. 2. Interim Jacobini Orientis populi cum suo Patriarcha ad dictam unionem veniunt.

Festum Visitationis B. M. V. à Patribus Basileensibus instituitur.

Ludovicus Dux Bavarie cognomento gibbosus, contra patrem suum Ludovicum, auxilio Alberti Marchionis Brandenburgici insurgit, oppidum Nuenburg ad ripas Danubii obsidione vallavit, quo tandem civibus se deditibus capto, patrem cepit, & præfato Marchioni in prædam dimisit, quem ille Henrico Duci de Landshut æmulo ejus accertimo pro magno auri pondere vendidit: adfuit tamen mox ultio divina Ludovicum sine prole è vitâ avocans. Trithem. in Chron. Sponheim.

Joannis Hunniadis virtus innotescit orbi, cæsis nunc Turcarum viginti millibus.

Vita fungitur Joannes Archiepiscopus Salisburgensis.

Nicolaus de Tedeschis Abbas, dein Panormitanus Archiepiscopus S. R. E. Cardinalis renuntiat. Parem in dignitatem plures è nostris elevantur, interque eos Franciscus ex Episcopo Genuensi S. R. E. Cardinalis Tit. S. Marcelli, & Bernardus ex Archiepiscopo Aquensi Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei.

Hyems anni hujus fuit valdè nivosa, longa & aspera, magnam hominibus & jumentis incommoditatem adferens.

Moritur B. Robertus Salentinus Congregationis Cælestinae æternum decus, Deiparæ à puero studiosissimus, quam puerulus etiamnum præcipuè adamare didicit, prophetiæ quoque Spiritu à Deo donatus.

Annus Christi 1442.

Fridericus Imperator Comitum Imperii Norimbergæ indicit.

Hebræi omnes Monachio proscribuntur.

Obiit Hugo Lusignan Jacobo Regis filius. Alfonso Aragoniæ Rex Puteolos occupat,

& Neapolim arcu obsidione cingit, Massam obtinet; interim Riccius Papæ nomine oppidum S. Germani expugnat, quod tamen Alphonsus mox recipit: & paulò post Neapoli quoque, duce Anello cœmentario, per aquæductum milites Aragonios in urbem introducente, potitur.

Archiepiscopus Colonienfis unâ cum complice Jacobo Treverensium Antistite ab Eugenio Papa dignitate privatur, eo quod Concilio Basileensi faveret.

Meretur bene iterum Hunniades, cæsis Turcarum 30000. captis 5000. Scanderbegus fit liber. Belgradi obsidionem Turcæ solvunt.

Joannes Turrecremata Ord. S. Dominici & S. R. E. Cardinalis, Vir eruditissimus, Auriensis in Hispania Ecclesiæ præficitur.

Moribundus quidam in mari nave vectus invocata Deiparæ Hallensis ope illicò sanatur. Bzovius in annal. ad ann. hunc.

Floret Dominicus de S. Geminiano insignis Jurista, scripsit in totum Decretum, in 2. 3. & 6. Decretal. & Consilia.

Quintinus ex Monacho Flavigniacensi Vestuntinus Archiepiscopus; Philippus Joannis de Vienna & Catharinæ Belfortiæ filius ex Monacho Cisterciensi Lingonensis in Galliâ; Mierus ex Procuratore Ordinis Generali in Urbe, Siffinensis in Ungaria Episcopus, Christophorus de Borcheriis ex Abbate S. Petri de Aremia Fulginas Pontifex creatur.

Fridericus Aquisgranum Imperiali diademate insignitur.

Magna per totam Germaniam copia vini crevit, & in tantum viluit, ut plaustrum unum duobus florenis venderetur, eratque vinum generosissimum. Frumentorum quoque tanta fuit exuberantia, ut horrea deficerent pluribus.

Annus Christi 1443.

Nascitur Matthias Corvinus, Hungariæ Rex.

Joannes Hunniades in vigilia Nativitatis Christi Carambegum in Phrygia Bassam intrâ Rhodopen & Hamum montes adoritur profligat, & suo exercitu in persona occidit; quam victoriam jam alia hoc anno auxerat.

Diem obit Florentiæ Leonardus Aretinus, vir doctissimus & linguæ Græcæ peritissimus, anno ætatis 74.

Franciscus Malpigerus in Episcopum Vincentinum eligitur.

Moritur Ludovicus de Guzman Magister Generalis Calatravæ eius loco Ferdinandus 4. de Padilla electus; eodem anno obit.

Natus est Bertholdus XVII. Comes ab Henneberg; item Julius II. Papa.

Pax inter Papam & Alphonsum Aragoniæ Regem inicitur; hic ingenti pompâ Neapoli, utpote Rex Neapolitanus nunc à Papa confirmatus, excipitur: ille Romam redit, & Concilium novum convocat.

Moritur omnium bonorum luctu Cardinalis Albergatus, Vir vitæ integerrimæ.

Obiit quoque Henricus Chichelejus Archiepiscopus Cantuariensis, postquam 29. annis sedisset, multis à se prudenter & pie gestis. Succedit in sede Archiepiscopali Joannes Staffordius.

Henricus VI. Angliæ Rex duo Regalia studiis litterarum consecrata Collegia inchoat, unum Ethoniæ, alterum Cantabrigiæ. Pupilla in-

fantis cuiusdam cultro perfoſſa, ope B. Virginis Hallenſis prodigioſè ſanatur.

Quidam novem lethalibus vulneribus fauſiope ejuſdem reconvaſcit. Lipſius c. 26. 29.

Vitâ fungitur Laurentius, Patriarcha Aquilejenſis & adminiſtrator Lavantinus; item Joannes Comes Palatinus, Dux Neoburgi.

Georgius II. Uberacker Decretorum Doctor, inſtituitur Epicoſopus Seccovienſis.

Hannibal Bentivolus Bononiienſis militiæ Præfectus, Philippum Mediolanenſium Ducem cum ſuo exercitu juxta vicum S. Petri de Caſali cædit & fugat.

Moritur Joannes Britanniæ minoris Dux, cui Franciſcus filius ſuccedit.

Decedit B. Nicolaus Alberianus S. R. E. Cardinalis.

S. Ferdinandus Joannis Portugalliæ Regis filius, cum eſſet Equitum de Avis Generalis Magiſter à Saracenis in bello captus, apud eos diu in carcere detentus moritur, poſt mortem à Numine miraculis honoratus.

Hyems fuit longa ſimul & frigidiffima, durans à Feſto S. Martini penè ad medium Menſis Maji, defecerunt indè multis in locis pabula jumentis, hinc plures ruſtici cum nec ſænum haberent, nec ſtramina, ne penitus interirent jumenta, alii denudatis domibus ſuis quæ ſtraminibus erant coopertæ, pabula, ut poterant, cum aqua calida fecere jumentis, alii jumenta ſibi mactaverunt in eſcam.

Sigifmundus ex Ducum Saxonie ſtemmate, Herbipolenſis Epicoſopus, poſtquam in tertium annum præſuiſſet Eccleſiæ, neſcio quam ob cauſam clam fugit in Saxoniam, reſignatõque Epicoſopatu locum facit Godefrido Schenck de Lymburg, viro magnanimo & prudentiæ ſingularis. Bernenſes & Solodorenſes contraſto exercitu, auxilio Baſileenſium Lauffenburgum hoſtiliter obſident per dies plures, civibus tamen locum fortiter propugnantis re infecta obſidionem ſolvere coguntur.

Eugenius IV. Papa Nicolaum Tolentinatam Ord. Eremitarum S. Auguſtini Sanctorum Catalogo adſcribit.

Thomas Bourchier creatur Epicoſopus Elienſis in Anglia.

Annus Chriſti 1444.

Moritur Wilhelmus IV. Comes Hennebergicus. Econtra naſa eſt Margaretha ex eodem ſtemmate.

Obiit S. Bernardinus Senenſis Ord. S. Franciſci, Vir miræ humilitatis, & zeli animarum, nec non miraculis inſignis, quem ignarum idiomatici Græci, concionantem Græci nihilominus intellexerunt.

Vitâ quoque circâ hoc tempus functus eſt Thomas Florentinus ejuſdem Ordinis, poſt obitum inſignibus etiam à Deo miraculis honoratus.

Ladislavus Ungariæ Rex inſtigante Juliano Cardinale inita, cum Turcis inducias pacis rumpit, ſed commiſſo prælio exercitus ejus funditur, occiditur ipſe: Julianus Cardinalis Legatus, qui prælatâ cruce hortabundus regia ſigna ſequēbatur, quum ad lacunam ſitienti equo habenas laxaſſet, ſuperventu hoſtium, aut ut plerique exiſtimarunt, Hungarorum ſævitâ trucidatus interiit:

Turcarum tamen 30000. hoc in prælio ceciderunt.

Eugenius Papa, ut diſſiparet Concilium Baſileenſe, Ludovicum Delphinum, Regis Franciæ primogenitum in arma concitat, qui adunato magno exercitu venit in Alſatiam, & circâ Baſileam Argentinam & circumjacentes civitates ac agros populatur. Trithem. in Chron. Sponheim.

Moritur Picininus Dux ſtrenuiſſimus. Romæ hoc anno Cardinalis Angelotus ab uno ex cubiculariis & vita & fortunis, quas magna cum aviditate aggregaverat, privatus eſt. Captus ſcleratus ille, ac variis tormentis excarnificatus, & in quatuor partes ſectus, tantifceleris pœnas luit. Platina in Eugenio IV.

Puer in aquis ſuffocatus, in Monasterio Floriacenſi ad reliquias S. Sebaſtiani Martyris reviviſcit. Annal. Eccleſ. Aurel.

Archiepiſcopus Cantuarienſis Synodum celebrat.

Viennæ in Aſtria Alexander Zemomovithi Ducis Maſlovie filius, Regis Poloniæ conſobrinus, Epicoſopus Tridentinus, & Patriarcha Aquilegenſis diem claudit extremum.

Hyems frigidiffima fruges perdit & peſtem adfert.

Franciſcus Sfortia Mediolanum capit. Obiit Stephanus Bipontinus, Ruperti Imperatoris filius.

Joannes Bernardus ex Profefſore Juris, Archidiacono & Decano Andegavenſi, creatur Archiepiſcopus Turonenſis.

Imperator Principum Imperii Conventum Norinbergam indicit, pro ſuppliciis contra Turcas Imperio propinquantes acturus, concluditur expeditio magna, ſed conventu diſſoluto nihil aut parum in effectum deducitur.

Incolæ Urbis Suſati in Weſphalia repudiato Domino ſuo Theodorico Archiepiſcopo Colonienſi, qui ſe Ducem Angariæ ſcribit, deſenſorem ſibi aſſumunt Ducem Clivenſem, quam ob rem Archiepiſcopus à Bohemis adjutus Ducatum Angariæ, in quo Suſatum ſitum eſt, ingreſſus omnia incendiõ, ferrõ & rapinâ devaſtavit, munitiones, villas & caſtella circâ Suſatum plura ſubvertit, Nobilèſque multos & ignobiles comprehendens ſecum captivos abduxit.

Eodem anno factum eſt prælium atrox inter Arnoldum Ducem Geldriæ & Gerardum Ducem Juliacenſem, in quo Juliacenſes licet numero inferiores victoriam reportarunt.

Dux Lotharingiæ Gallorum ope Metenſem urbem obſidet.

Annus Chriſti 1445.

Joannes Hunniades Turcarum exercitum in Mœſia proſtigit. Tutor datur Ladislav Alberti Imperatoris poſthumo, qui hoc anno univerſorum Regni Statuum vocibus Rex ſalutatur: Regem ſuum mitti petunt Ungari, Fridericus Imperator miſſurum ſe modo promittit, ſi annos ad regimen aptos adeptus eſſet; quo reſponſo irritati Ungari, Aſtriæ fines depopulantur.

Alphonſus de Aragonia Magiſter Generalis Calatravæ amovetur. Loco ejus eligitur Petrus V. Gironus.

Mori-

Moritur Bertholdus XVI. Comes Hennebergicus.

Joanni Palæologo mortuo, ſuccedit Conſtantinus frater.

Imperator ab Eugenio Papa petit aliud in Germania Generale Concilium convocari, quod ille denegat.

Principes Germaniæ ob deſiſtionem Colonienſis & Trevereniſis Archiepiſcoporum tumultus contra Papam movent, quos ille proinde intercedente Imperatore ſedibus ſuis reſtituit.

Bononiæ in templo S. Joannis tres fratres Mareſcotti à conjuratis interficiuntur: plebs hoc facto irritata ad Canetolorum ædes properat, authores cædis, & conſilii gnaros, vel qui etiam leviffimâ ſuſpicionem aſpergerentur, crudeliſſimè trucidat, dirutæ denique ſunt Baptiſtæ Canetuli & Ghiflerii ædes.

Papa Galeſio Montoſiſio Archiepiſcopatum Nicoſienſem in Regno Cyprio confert, verum poſſeſſionem ei negat Rex juvenis Cypri, inſuper Nuncium Pontificium eâ de re miſſum in carcerem conjicit, hinc Eugenio Magiſtro Rhodiorum militum committit, ut ad ſanam mentem illum reduceret. Boſius hiſtor. Rhodiam. lib. 6.

Moritur Fridericus II. Epicoſopus Wormatiienſis; item Albertus II. Epicoſopus Aichſtadienſis.

Decedit Aquilæ in Italia B. Joannes Baſandus Congregationis Cæleſtinorum inſtituta ſecutus: fuit Eccleſiaſtica libertatis aſſertor magnanimus, claruitque in vita & poſt mortem inſigni miraculorum gloria, quæ inter vivens etiamnum, Anconitani cuiusdam filium mortuum jam triduanum ad vitam revocavit. Sacrum ejus corpus, licet calce perſuſum, poſt octodecim nihilominus à morte annos repertum eſt integrum. Hugo. Menard.

Epicoſopus Eccleſiæ Wormatiienſis præſicitur Ludovicus Canonicus, Ludovici Comitum Palatini Cancellarius, Vir morum integritate & doctrinâ clarus, qui quadrageſimâ poſt electionem ſuam die Epicoſopatum in manus Capituli reſignat. Poſt reſignationem electus eſt Reinhardus de Sickingen.

Ludovicus Comes Palatinus Rheni Bavaricæque Dux uxorem ducit Margaretham filiam Amadei quondam Ducis Sabaudicæ, quem quidam durante ſchiſmate in Summum Pontificem ſub nomine Feliciſ IV. elegerunt.

Patres Concilii Baſileenſis Eugenio IV. pro vero Papa agnoſcunt, miſſis Romam duobus Epicoſopis, qui in nomine omnium debitam ei reverentiam & obedientiam præſtarent; dicti duo Epicoſopi mox Cardinales creati ſunt.

Carolus Marchio Badenſis uxorem ducit Friderici Imperatoris ſororem, nuptiis in oppido Pfortzheim ſolemniter celebratis.

Obiit Otto Dux Laneburgicus nullis ex ſe proliſus relictis.

Annus Chriſti 1446.

Anna Alberti Imperatoris filia Wilhelmo Landgravio Thuringiæ deſponſatur Jenæ. Eugenio Papa pro pace Italiæ laborat, ei-

que Rex Aragoniæ Alphonſus auxiliares copias contra Sfortiam ſubmittit; idem Papa Principes Germanos ad ſuum obſequium revocat: Thomam Bononiæſem Antiftitem & Joannem Carvajalem ad Cardinalatûs dignitatem evehit. Conſtitutionem de reformandis Monasteriis Ord. S. Baſilii in Regno utroque Siciliæ conſiſtentibus promulgat: Regi Angliæ auream roſam benedictam mittit.

Ne in Imperium progredierentur, prohibet Turcas fortiffimus Hunniades, ſed & Caſtriotus ſivè Scanderbeguſe eosdem proſtigit.

Moritur Henricus de Flore fundator Monasterii tertie Regulæ S. Franciſci juxta Novesium in diœceſi Colonienſi, Vir Sanctus.

In Hollandia rupto aggere ſuprà 100. milia hominum merſa ſunt.

Mortuo Bartholomæo Zabarella Archiepiſcopo Florentino, in ejus locum ſufficitur S. Antoninus ex Ordine D. Dominici: Utrõque jure & hiſtoriâ Eccleſiaſtica optimè informatus.

Joannes de Meſſana, ex Monacho & Abbate Congregationis S. Juſtinæ de Paduâ Cardinalis creatur.

Clarent & alii plures è Pontificalibus reſplendentes Infulis, Joannes Borbonius è Cluniacenſi Monacho Podienſis, Auguſtinus è Ciſtercienciſi Famaugutanus in Cyprio, Nicolaus Gallipolitanus ex Ordine noſtro Epicoſopi.

Die Palmarum in Comitatu Zurphanicæ tonitrua fuere magna, ceciditque ab aere fulgur in turrim Eccleſiæ B. M. V. ac tredecim homines peremit, pluresque graviter læſit.

Theodoricus Archiepiſcopus Colohienſis ruſus cum valida armatorum manu contra Suſatenses movet, ſed prælio vincitur, multis ex ſuis occiſis & captis.

Antonius Philippi Ducis Burgundiæ filius ſpurius, ope duorum Trevirenſium Wigandii Schenck & Joannis Longi, urbem Trevirorum clam intercipere molitur, ſed proditiõne detectâ proditores capti, capite truncati, & in quatuor partes diſſecti ſunt.

Nâſcitur Carolus Dux Bituricenſis, Normandiæ & Aquitaniæ.

Obiit Sophia filia Friderici Ducis Lignicæ, uxor Joannis Georgii Electoris Brandenburgici.

Annus Chriſti 1447.

Moritur Eugenio IV. Papa, ſuccedit in univèrſali Eccleſiæ Chriſti regimine Nicolaus quintus, Patria Genuenſis, ex familiâ Sarcinâ. Felix ſpontè ſe abdicat.

Nobilis Vir Dominus Petrus Pot, cum Maria Terebroets, Monasterium S. Salvatoris Ordinis Ciſtercienciſis in ſuis ædibus, & fundo in urbe Antverpiana condit.

Cælitibus adjungitur Sanctæ memoriæ Coleta virgo, Clariffarum Ordinis reformatrix, multis revelationibus à Deo honorata; humilitatis, obedientiæ, miſericordiæ in pauperes cultrix; dæmones ſub oratione eam viſibili formâ turbare ac terrere volentes, ſolo crucis ſigno fugavit; linguarum dono divinitus fuit imbuta: pauciſſimi ſomni erat, adè ut aliquoties octo diebus vix unâ dormierit horâ; meditationi creberrimè Dominicæ paſſionis addicta, acerbiffimos tunc ſentiebat in corpore ſuo dolores, & ſub eâ quan-

quandoque in ecstasim rapiebatur: profundum flumen sine nautis & navi signo crucis facto cum sociis incolumis trajecit, plurimaque alia paravit miracula; Bzovius. In annal. ad hunc annum.

Rebus humanis eximitur Philippus Vicecomes, Dux Mediolani, quo mortuo, Veneti & Alphonsus Aragonie Rex de Italiae Dominio contendunt.

Poloni caeso ad Varnam Uladislao Rege, Casimirum fratrem ex Magno Lithuaniae Duce Regem eligunt.

Laurentius Valla Neapoli de haeresi convictus, igni adjudicatur, quam poenam tamen Regis Alfonsi beneficio, haeresi publice abjurata, evasit, inque regio S. Dominici monasterio scopis crimen eluit. Paramus lib. 2. tit. 3. c. 4. n. 31.

Obiit Nursia Joannucius de Valleterena, Ord. Minorum laicus, magna opinione sanctitatis.

Vita excedit Joannes Lombardus Ordinis Minorum in Aprutio, Vir insignis vitae sanctimoniae; item Rubinus Mirtilli in Lusitania, nec non Paula Isabella virgo ambo Sanctitatis fama illustres.

Moritur Ludovicus Barbatius, Dux Bavariae, item Antonius Dux Lotharingiae, nec non Henricus Episcopus Vigornienfis, S. R. E. Cardinalis, & frater Henrici IV. Angliae Regis.

Joannes Beauvau fit Episcopus Andegavenfis. Theodoricus Archiepiscopus Colonienfis conductis ex Bohemia stipendio 26000. militibus, adjutorio quoque Ducum Saxoniae, Hildesheimensis Episcopi & aliorum complurium, rursus Sufatum obsidet, omnia circumquaque devastat, ob civium tamen infractam animositatem & resistantiam, obsidionem denuo solve cogitur. Soluta obsidione Bohemi per Ducatum Montensem & Clivensem diffusi, omnia incendiis & ferro desolaverunt, rapinas ubique facientes, Monasteria & Ecclesias omni ornatu & rebus spoliaverunt, Sacra Dominici corporis vasa, fuso in terram Sacramento, rapuerunt. Moniales & Deo sacras Virgines, quas senium ornaverant, concremarunt, juniores vero & vultu decoras, publice & sine verecundia constuprantes, abegere captivas. Sed ulciscente Deo, populus terrae in unum tandem concurrans, & subito in eos irruens, omnes fere trucidavit.

In Universali Principum Conventu praesente Imperatore Friderico concluditur Nicolaum Papam V. pro vero Christi Vicario esse agnoscendum.

Florent doctrinae laude Henricus de Gulsten Monasterii S. Aegidii Norinbergae Abbas, scripsit inter alia praecleara ingenii sui monumenta de Poenitentia lib. 1. de Consecratione lib. 1. de Passione Domini lib. 1.

Joannes de Francofurto, edidit Tractatum contra Hussitas Bohemos: contra Feimeros, id est, latentes Scabinos Westphalici Judicii brevem & pulchrum libellum, de contractibus lib. 1.

Winandus de Stega Canonicus Ecclesiae S. Joannis in Haugis Herbipoli scripsit in libros quinque Moyse Commentarios totidem. Interpretationum Bibliae Correctorium libris quatuor.

Elias Bourdeille Nobili sanguine Gallus, Monachus Franciscanus, fit Episcopus Petricorienfis.

Annus Christi 1448.

Jaromizia Bohemiae urbs, conflatur. Georgius Podiebradius in Bohemiae Regem eligitur.

Lusitani Alcaferium urbem Mauritanis extorquent.

Concordata Germanorum cum Sede Apostolica approbat Nicolaus Papa, sub forma quadam.

In campo Cassovae sive Merulae inter Raeciae Bulgariaeque fines atrox inter Hunniadem & Amurathem Turcarum Imperatorem praelium committitur. Triduo a mane usque ad vespem infestis animis pugnatum est: Superiores aliquantulum viribus Christiani fuere, ad extremum multitudine hostium superati, succubuerunt. Nec tamen incruenta Turcis cessit victoria, triginta quatuor Barbarorum millia, Christianorum 8000. ceciderunt; in his Legatus Apostolicus, Coronensis Episcopus occubuit, ac universa fere Pannoniae Nobilitas; Hunniades salutis fugam consuluit, ubi infestam ac variam fortunam invenit: dies tres equo invehens per avia loca iter fecit, cibi & potus expertus, quarto die incidit in duos latrones, dimisso dudum equo qui praenimio labore defecerat: quum esset inermis, se spoliandum dedit; direptis vestibus, ex aurea cruce, quae viri collo pendeat, inter latrones oborta contentio, salutis ei occasionem aperuit; dum enim illi inter se contenderent, ipse promptum latronis gladium intuitus, mox corripuit, & litigantes adortus, alterum lethali vulnere confecit, alterum in fugam vertit: hinc liberatus in manus Despotae incidit, ab eo certis pactis dimissus, in Hungariam revertens perhumanus a suis receptus est. Bonfinius decad. 3. l. 7.

Multi capti, post praelium ante Amurathis oculos postero die sunt obruncati. idem.

Roma terrae motu concutitur.

Papa septem Cardinales creat.

Miraculum hoc anno memorabile divinitus declaratum est in homine quodam flammis miserè exusto, & tamen in vita mirabiliter conservato, donec Eucharistia & confessione munitus esset, meritis S. Martyris Barbarae, cui erat devotus. Bzovius in annal.

Christophorus III. Daniae Rex moritur.

Fantinus Dandulus Nobilis Venetus, creatur Episcopus Patavinus.

Donatus Bottinius Neapolitanus, ex Ordine Eremitano, Cuperfanus antea Episcopus ad Ecclesiam Valvensis & Sulmonensem regendam transfertur.

Ludovicus cognomento gibbosus Bavariae Dux moritur.

Moritur Ven. Joannes ex Abbate S. Justinae de Padua S. R. E. Cardinalis.

Alphonsus V. Lusitaniae Rex urbem Alcazar Quivir Aegarenfis in Barbaria Provinciae caput expugnat.

Celebratur Synodus Andegavi.

In Belgio in villa Ruttis, turri Beati Evermari Martyris collapsa, foris ex adverso fons erumpens, suavem dedit odorem, cujus aquam quam plurimi infirmi abluti pristinae restituti sunt

sunt sanitati; unde diversorum concursus illic accrevit populorum, quorum plurimi ab infirmitatibus curati sunt. Bzovius.

Obiit Bogislaus IX. Dux Pomeraniae.

Cives urbis Eslingensis auxilio quorundam aliorum civium Imperialium, Comitum Wirtembergensium terras hostiliter aggressi, male excipiuntur, multis eorundem occisis, captis, reliquis in fugam actis.

Ducatus Luxemburgicus numerata magna pecuniarum summa Duci Saxoniae Wilhelmo in feudum traditur, cui tamen a Philippo Burgundiae Duce mox iterum eripitur.

Philippus Calendrinus Episcopus Bononiensis Sacro Cardinalium Collegio associatur.

Annus Christi 1449.

Mauritani Alcaferium urbem binam obsidione frustra tentant.

Floret doctrinae laude Georgius de Gemingen Praepositus & Canonicus Ecclesiae Spirensis; scripsit de ratione duelli lib. 1. De Cura Equorum & militum lib. 1. De Machinis bellicis lib. 1. Orationes quasdam in Synodis & alibi habitas lib. 1.

Item Gabriel Byel SS. Theologiae Licentiatum Cathedralis Nemetum Templi Presbyter; edidit in Canonem Missae lib. 1. De Passione Domini lib. 1. & sermones plures.

Felix Antipapa resignat, & pax redditur Ecclesiae: Fridericus Imperator Comitiam frequentiam Aschaffenburgii habet, & ibi edicto Publicato Nicolaum V. pro vero & legitimo Pontifice agnosci, & in veneratione esse omnibus imperat: iste vero Amedaeum antea Antipapam, Cardinalitiam dignitate non tantum ornat, sed & Cardinales ab illo antea creatos confirmat.

De Principatu Mediolanensi certant Sfortia Veneti eorumque Socii; Franciscus Sfortia profligato apud Caravagium Veneto exercitu, cursum victoriae secutus, Brixium urbem obsidione cingit; ad dimicantes partes componendas omnem navat operam Nicolaus Papa.

Ad diem 10. Januarii Pelzinae conveniunt Bohemi de concordia acturi; Catholicarum partium Primores, & inter hoc Ulrichus Rosenbergus summae auctoritatis & potentiae, postulabant Mainardo Governatori libertatem; fuerat is ab haereticis in carceres conjectus. Georgius Podiebradius, haereticorum antesignanus recusabat, solutus itaque congressus: quod idem postea Pragae factum est; interim Joannes Rokyzana Podiebracii potentiam & auctoritatem fretus, potestatem & jurisdictionem Archiepiscopi Pragensis audacter usurpabat.

Amurathes Turcarum Imperator in Georgium Despotam bellum movet, hic ad Hunniadem, quem antea dimiserat, Hungariae nunc Governatorem confugiens, opem implorat ac impetrat: pugnatum ab Hunniade feliciter contra Turcas, hi in fugam turpem sunt conjecti, Frigibechus eorum Ductor, cum magna Nobilitate turbam captus; plurimi hostes tam in acie quam in fugam caesi, ac nisi caedem nox ipsa intercepisset multo major clades patrata fuisset. Bonfinius decad. 3. l. 2.

Albertus Brandenburgicus & Norinbergensis Respublica colliduntur; Principes omnes R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Germaniae suppetias miserunt Alberto, Civitates vero Norinbergensibus; novem praelia commissa feruntur, ex quibus octo victor Albertus confecit, in uno tamen victus succubuit; pax tandem Friderico Imperatore, & Nicolao Papa agentibus secuta est.

In caenobio apud S. Petrum vivum Aurelianensis diocesis, recondita sunt in capsula reliquiae SS. Potentiani & Altini. Annal. Ecclesiae Aurelianens. l. 14.

Waerschotanum Caenobium Ordinis Cisterciensis fundatur.

Moritur Paula Malatesta, Joannis Francisci Gonzagae primi Mantuanorum Marchionis vidua, quae in eo quod fundavit Mantuae Corporis Christi caenobio Sanctimonialium induit, & virtutum magnarum exempla reliquit.

Magna pestis totam fere Europam occupans innumerabilem mortalium multitudinem absumpsit; adeo saeva fuit haec contagio, ut paucissimi ea infecti tertium diem supervixerint.

Confederati Theodoricus Archiepiscopus Moguntinus, Episcopus Bambergensis, Episcopus Eichstadenfis, Carolus Marchio Badensis, Udalicus Comes Wirtembergicus, & Albertus Marchio Brandenburgicus, quibusdam Imperialibus civitatibus bellum indicunt. Marchio Brandenburgicus aggreditur Norinbergenses, & omnia per circuitum hostiliter devastat. Cives primo hostium occursum terribilem in urbe continuerunt, sed resumptis postea animis, contractisque stipendio militum copiis, in agros Principum, praecipue Marchionis Alberti eruperunt, ferro & igne omnia hostiliter devastantes, donec tandem exhausto utrinque aerario pacem inire coacti sunt.

Die 22. Augusti obiit Ludovicus Comes Palatinus Rheno Bavariaeque Dux & Princeps Elector, Philippum filium unigenitum fratris sui Friderici tutelae commendans.

Inter celeberrimos Ordinis Benedictini viros eminent Ludovicus de Vazanibone, altis de Palude, ex Doctore Parisiensi Episcopus Mauritanensis, Cardinalis Presbyter tit. S. Anastasiae.

Occidit ejusdem Ordinis nostri lucidissimum fidus, Joannes Siculus S. R. E. similiter Cardinalis, Sacri Collegii hoc saeculo ob egregiam vitae sanctitatem singulare decus & ornamentum.

Annus Christi 1450.

Templum majus Spirensis lugubri incendio demolitur.

Nicolaus Papa per indulgentiarum concessionem ad annum jubileum invitat: Sacram domum Lauretanam indulgentiis & aedificiis decorat.

Eriguntur Universitates Trevirensis & Friburgensis.

Vix gustata pace orbis bello confunditur, collisis Gallo & Anglo, Italis & Hispanis, dissidentibus Mediolanensibus urbe potitur Sfortia.

Alphonsus Aragoniae Rex in Turcas movet, postulantis opem Graecis.

Bernardinus Senensis Ord. S. Francisci SS. Catalogo inseritur.

Aeneas Sylvius, ut B. Joannes Capistranus ex eodem Ordine in Germaniam mittatur, procurat

Bohemi hæretici pacem cum Catholicis recusant.

Galli Anglos à Normanniâ ejiciunt: illis Bajonam obsidentibus, Crux alba in cælo apparet.

Franciscus Dux Britannia fratrem suum Ægidium, postquam per annos quatuor in arcta tenuerat custodia, strangulari jubet; consilio Arturi à monte Albano Franciscus hoc scelus perpetravit, confictâ causâ, quod Anglis Ægidius nimis favisset: gravibus suppliciis postea necati sunt Oliverius de Mets & Robertus Rossellius, aliique patricidii ministri, præter Arturum, qui ope amicorum aufugiens, factus est Lutetia Monachus Cælestinus: mortuus est hoc eodem anno etiam Dux Franciscus, citatus (ut asserunt Britanni) ab Ægidio fratre ad divinum tribunal. Guagnin. lib. 10.

Horrendum divinæ vindictæ exemplum statuitur in Regno Scotia, in Joannem Cameron Glasguensem: impulerat is Jacobum Regem, ac Regni Governatores ad innocentium quorundam injustam necem, rapinasque & injustas exactiones in Nobiles Regni atque plebejos; quales ipse in agrestes Glasguensis Ecclesiæ sæpè exercuerat; itaque cum Numini Divino sat diu hominibus illudere visus esset, nocte, quæ Christi natalem præcedebat, cum in arce suâ quiesceret, vox de cælo ad aures ejus horrenda insonuit, ad supremi Judicis tribunal citantis, ut antefactorum flagitiorum rationem confestim redderet; itaque somno excitus, perterritusque rei novitate, nec tamen veram vocem fuisse confidens, sed, ut nonnunquam fit, somnium, famulos extemplo, quos à cubiculo habebat, invocavit, ac lumen ut ferrent, jussit; tùm animum paulùm recipiens, jussis assidere famulis, librum in manu accepit; nec longum, iterùm eandem vocem audivit, cunctis metu silentibus, ac malum aliquod præfens expectantibus; inde spatium exiguo interposito, redita est eadem vox, multò quam antea horridior, unde extemplo exerta in immensum fœditissimè linguâ, animam ad divini judicii subsellia emisit. Hector Boethius histor. Scot. lib. 18.

Leopoli in Russia Joannes Odrovanus Archiepiscopus ex mœrore interiit, & quia anathematis sententiâ erat percussus, diu non fuit sepultura Ecclesiasticâ traditus. Miechovius histor. Polon. lib. 4. c. 59.

Jacobus de Chiufi ex Ord. D. Dominici multos Saracenos in Ciliciâ ad Christi fidem convertit.

Ad cœlestem patriam evolat B. Stephanus Bandellus ex eodem Ordine Apostolico zelo vir, insignibus claruit miraculis.

Obit similiter B. Rita Cassia Ordinis D. Augustini Monialis, morituræ Christus apparuit, ad ejus exequias campanæ suâ spontè consonuere. Bzovius in annal. ad hunc ann.

Franciscus Sfortia Dux Mediolani creatur.

Petrus post mortem Francisci Fratris constituitur Dux Britannia minoris.

Natus est Ferdinandus Hispania Rex.

Decedit Antuerpiæ Venerabilis Petrus cognomento Pot, Dominus de Boutersem & Pluysegem &c. fuit liberalissimus in pauperes, cujus pietatem insigni aliquandò miraculo, annonâ pro-

digiosè multiplicatâ, Deus commendavit; fuit insuper amantissimus DEI paræ, quam etiam aliquandò puerum Jesum inter brachia dulciter stringentem intueri meruit: Menolog. Chrysof. Henriq.

Moritur Henricus Dux Bavaria dictus Landshutensis.

Floret Amundishamus Anglus, Monachus Ord. S. Benedicti, Theologia & aliarum scientiarum peritissimus; scripsit vitam Frumentarii Abbatis ad S. Albanum amici sui, aliaque plura stylo soluto & ligato.

Durante Romæ tempore Jubilæi quadam die tanta hominum multitudo ad S. Petrum euntium & redeuntium in ponte S. Angeli sibi mutuo venit obviam, ut præ nimia pressurâ sese urgentes, ad ducentos in Tyberim lapsi & submersi fuerint; in Ecclesiis quoque tanta fuit intrantium & exeuntium compressio, ut plures graviter læderentur, undè necesse fuit deputare custodes, qui populi impetum cohiberent.

His temporibus inventa est Moguntia ars typographia per Joannem Guttenberger civem Moguntinum, qui cum omnem penè substantiam suam pro inventione artis hujus exposuisset, & jam in hoc, jam in alio deficeret, jamque propè esset, ut negotium intermitteret, consilio tandem & impensis Joannis Fust æquè civis Moguntini rem perfecit inceptam.

Decedit Ludovicus II, Dux Bregensis in Silesiâ.

Annus Christi 1451.

Sedes Patriarchalis ex urbe Gradensi, transfertur Venetias.

Joannes Capistranus ex Ord. D. Francisci Vir Apostolicus, Bohemiam, Moraviam Silesiamque peragravit summo animarum bono; ejus concionibus permotus pariter Wenceslaus à Bozkovicz magnæ autoritatis Vir apud Moravos, vale Hussitis dicto, veritatem Romanæ sedis cum duobus subditorum millibus est amplexus; universim tamen Bohemos ad unionem fidei Catholicæ revocare, ipse & Æneas Sylvius frustra laborant.

Moritur Hermannus V. Comes ab Henneberg, Dominus in Aschâ.

Diem quoque obiit Barbara Bohemorum Regina, Sigismundi Imperatoris vidua in exhaustæ libidinis mulier, neque Christiana, neque alteri cuiquam Religioni astricta, ut Æneas Sylvius narrat. Assimilis Barbara Imperatrici hac eadem tempestate decesit, Fridericus Celestæ Comes; is cum ob amorem concubinæ uxorem interfecisset, atque deinde inter scorta vitam turpissimam agens, morti proximus esset, cuidam ex amicissimis, annum jam supra nonagesimum habens, in quo non minùs, quam adolescens voluptati serviret, neque se brevi moriturum expenderet, aut de sepulchro aliquid cogitaret, exprobandi, & ad meliorem frugem exhortanti, respondit: *istuc ago; nam sepulchrali marmori hoc epigramma insculpendum statui; hæc mihi porta est ad inferos; quid illic reperiam nescio; Scio quæ reliqui; abundavi bonis omnibus; ex quibus nihil fero mecum; nec quod bibi atque edi, quod in exhausta voluptas exhausti;*

exhausti; tùm amicus: *Sardanapali*, inquit, *Epitaphium memoras, quod, Aristotele teste, non hominis, sed bovis sepulchro inscribendum fuit.* Sylvius lib. 1. in dicta & facta Alphonfi Regis.

Georgius Castriotus Epiri Comes suppeticas contra Turcas petit, quas ut commodius ferre possent Nicolaus Papa & Alphonfus Aragonia Rex, Italia Principes conciliare student; idem Nicolaus Romam ornat ac munit.

Hoc anno sex Patres Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis apud montem Sanarium peste sublati, visi sunt per duas aureas scalas cœlitus demissas cœlum conscendere; unus ex eis Gabriel tantæ Sanctitatis fuit, ut aliquandò ægrotus coturnicem dissectam coctamque redintegraverit & redanimaverit, quod penituerit illum gulæ aliquid concedere volentem eam avem peremisse. Janus Centur. 3. Annal. Serv.

Die 10. Octobris Romæ obiit Astorgus Agnesius, à Sigonio Spatinaccia nominatus, Archiepiscopus Beneventanus, S. R. E. Cardinalis.

Moritur apoplexiâ Amurathes II. Imperator Turcarum, anno ætatis septuagesimo quinto.

Fridericus Imperator Romæ à Nicolao Papâ coronatur. Coronâ Imperii acceptâ Româ digrediens perrexit Neapolim, & Regem Alphonsum, qui tùm Regnum Apulia Siciliaque occupaverat, amicè salutavit.

Peste infectus moritur Ludovicus Comes de Wirtemberg frater Udalrici.

Nicolaus Papa V. Bernardinum Senensem Ord. D. Francisci, signis & miraculis clarum, Sanctorum numero adscribit.

Effulget Sanctitatis famâ B. Philippa Ferdinandi Cypri & Petri Aragonum Regis foror, Monialis S. Dionysii de Odivelis Ord. Cisterciensis.

Exsplendescunt ex Infulis Pontificalibus sub S. Benedicti itidem Regulâ Dominicus ex Monacho & Abbate Miniacensi Archiepiscopus Montis Regalis in Sicilia; Joannes Loffredi Luxoviensis ex Monacho Episcopus Atrebatensis Dominicus Agrigentinus in Sicilia.

Pax inter Danos & Suecos modicum duratura conflatur, Danis mox Sueciæ Regnum sibi unite molientibus.

In loco, in quo erat S. Didacus, æditui fidei Sacristæ negligentiam Angeli supplerunt; cum enim ille oblivisceretur nolæ tinnitu populum monere, ut DEI param Angelicis verbis salutaret, campana, nullo hominum movente, sonum edidit consuetum. Surius in vit.

Annus Christi 1452.

Fridericus cognomento Victoriosus, Comes Palatinus Rheni Ambergam propugnaculis ac muris munit. Comitatum Luzelstein occupat.

Fridericus Imperator multis Principibus ac Nobilitate comitatus, Florentiâ Senas adpropereans, ibi sponsam expectans manebat: quam postquam accelerare cognovit, emissis primum civibus obviam, deinde Alberto germano Duce Au-

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

stria, post Ladislao Patruale, Ungariæ ac Bohemiæ Rege, quarto loco cum Reliquiis Sanctorum, Clero postremum, & ipse medius inter duos Legatos Apostolicos, Sanctæ Susannæ Nicolai Pontificis germanum, & S. Angeli Cardinales, intra secundam & tertiam urbis portam egressus, Conjugem expectavit; ibi ambo ex equis descendentes mutuis sese amplexibus exceperunt.

Ungari Ladislao puerum Regem suum petunt, quem reversus ex Italia & obsessus Viennæ dictus Imperator dare cogitur; præter hæc ei Austriacorum quoque imminabant turbæ suafore Ulrico Eizingero; sumptis armis Præfides Provincia à Friderico institutos vi pellunt, Governatores ex seipsis duodecim eligunt, summam rerum Eizingero committunt.

Jussu Nicolai Pontificis Judæa gens, viri, mulieres, pueri in omnibus penè urbibus Silesiæ capta est, ob affectam contumeliâ consecratam hostiam, magnaque eorum agmina propter sacrilegium admissum flammis consumpta sunt. Annal. Silesiæ.

Panormi diem claudit extremum B. Petrus Hieremiæ ex Ord. D. Dominici, qui puerum in puteo demersum & suffocatum ad vitam revocavit.

Moritur Amedeus Cardinalis Sabaudia Dux, olim Felix Antipapa; item Fridericus Archiepiscopus Salisburgensis, quem in Archiepiscopali fastigio excepit, corivalis antea, Sigismundus Volckenstorffius, hætenus Ecclesiæ Metropolitanæ Præpositus & Archidiaconus, multis virtutibus & eruditionis laude æximè commendatus.

Vivendi finem facit Magnus Episcopus Hildesienfis.

Annus Christi 1453.

Georgius Podiebracius Taborium insigne & munitum Bohemiæ oppidum expugnat.

Lignicium Silesiæ urbs in flammis abit.

Turcarum Imperator Constantinopolim obsidet, classem à Christianis Principibus submissam intercipit, & tandem in Festo Pentecostes dictam urbem armatâ manu expugnat, omnia cæde, stupris, sacrilegiis contaminat, Imperator ipse Græcorum fortiter pugnans occumbit; tantæ cladis alia haud fuit causa, quam perfidia, jussu enim Spiritus Sancti ope privabantur, qui ejus processionem à Filio negabant, & fidem, quam Florentiæ Eugenio Papæ Patribusque Latinis de servandâ unitate dogmatum Ecclesiasticorum, deque perpetuandâ conjunctione cum Ecclesiâ Romanâ, in Concilio Oecumenico obstrinxerant, turpi secessione violarant: excidio tantæ urbis audito Papa & Imperator Romanorum Principes Latinos ad arma in Turcas vertenda hortantur, sed iis ipsis mutuo inter se collisis modicæ suppetiæ colliguntur.

Nicolaus Pontifex Bessarionem Cardinalem Nicænum Patriarchio Constantinopolitano præfecit, Græci permissione Mahometis Turcarum

Imperatoris Gennadium elegerunt: idem Nicolaus Papa plures ex Græcis captivos redimit; Stephanum verò ex familiâ Porcariâ tenui censu equidem turbas in urbe excitare, ipsumque captivare Nicolaum molientem, in Castro S. Angeli suspendi imperavit; eidem supplicio addixit Angelum Massam cum filio, ac socio Savo, Franciscum Gabadeum, Petrum Monterodundum & Baptistam Sciarram. Ciaconius in Nicol. V.

Moritur B. Laurentius Justinianus Patriarcha Venetus; sui mortificatione, humilitate, prophetiâ & miraculis clarus.

In Hispaniis, Diœcesi Placentinâ, Petrus Fernandes Teresa, Xenodochii S. Martini Præfectus, olim excommunicationis vinculo innodatus, nunc lethalitèr decumbens, nec tamen illius absolutionem petens, sacram nihilominus synaxin à Sacerdote petit, quam cum illi porrigere parat, sacra hostia ita patenâ adhæsit, ut nullatenus divelli potuerit; confessus autem ægrotus excommunicationis impedimentum, & mox à præfato Sacerdote absolutus, sacratissimam Eucharistiam mox obsequentem habuit, quâ sumptâ, altera quæ supererat hostia, in aëra aliquantum supra patenam elata est; tertia ad perpetuam rei memoriam etiamnum patenâ adhærente. Illescus lib. 6. histor.

Insigne aliud miraculum in Sacramento Eucharistiæ accidit Turini; aliquis militum sacrum ferculum, unâ cum sacratâ hostiâ ex templo recipit & falci involutum muloque impositum Turinum defert; cum primùm civitatem per portam templo S. Sylvestri proximam ingressus est, statim mulus in terram se prostravit; sacrum ferculum miraculosè ex illo involucre se evoluit, & in aërem profiliens, se se eodem miraculo libravit, permagno splendescens lumine, ita ut ad instar solis alicujus radios emittere videretur; auditori facto Episcopus solemnem pompam indutus, & populi Clerique multitudine comitatus ad locum venit: ubi novum denuò accidit miraculum; tabernaculum, in quo Sacra Hostia conclusa fuerat, suapte in terram decidit, hostia verò divina in aëre suspensa in solito lumine radiavit. Episcopus interim calicem delatum ei supposuit, in quem illa descendit, is porro maximâ cum devotione excepit, & in Cathedrali Basilicâ deposuit. Seraph. Razius in hort. exempli.

Eodem anno sacra Jesu Christi Sindon, in quâ ille in sepulchro involutus jacuit, Camberium Allobrogum transfertur, quam fures quidam nocturno tempore subducentes, eandem per medium discindere volebant, forfices tenenti tentantiq; contortæ sunt manus, conversumque protinus collum, ipseque quasi clinicus obstupuit; alter usurpatâ sibi integrâ Sindone, cum sudoris cruorisque humani stigmata undis abluere conatur, ut redderetur res venalior, eo magis utraque pars hominis impressa apparebat, cujus etiam radiis utroque orbatus est lumine; intereâ præconis voce per compita grave supplicium receptoribus indicitur, furum autem indicantibus aut restituentibus non

modò impunitas, sed & præmium promittitur, his omnibus inducti fures furto restituto penitentiaque expiato præsentissimam salutem consequuntur: recepto hoc sacro thesauro Margarita Carna, à Regibus Hierosolymitanis orta, quæ eundem ex Constantinopoli secum attulerat, iter Chamberiaco prosequi intendit, dum muli scriniis onerati à veterinariis aguntur, in ipso urbis egressu, nunquam cogi potuit mulus, cui sacrum onus impositum fuerat portarum valvas prætergredi, ut mulos alios sequeretur, quo miraculo agnovit tandem Margarita, deberi divinum illud pignus Sabaudis Principibus & Camberio; ubi tantum donum marmoreo arcis facello in perpetuum conservaturi reposuere, Gualterus in Chronol. Sæculo XV.

Burdegala & aliquot vicina oppida ad Joannem Anglum, Comitem Salopiensem deficiunt, sed eodem anno recuperantur à Carolo VII. Franciæ Rege, post cædem Talboti, & multorum Principum Anglorum, qui in pugna ad Castellionem apud Petracorios ceciderant. Gaguin. lib. 10.

Moritur, Petrus Berlandus Archiepiscopus Burdigalensis, vitæ sanctimoniam insignis. Similiter Theobaldus Episcopus Lavantinus,

Joannes Cervantes Hispalensis, S. R. E. Cardinalis vitâ fungitur. Item B. Petrus de Sardinia Professor Monasterii de Murano Ord. S. Bened. Venetiis, miraculorum gloriam, & austeritate vitæ celebris.

Diem Supremum obiit Jacobus Alvarotus, qui Baduæ per annos triginta jus magnâ cum laude docuit, ediditque Commentarios in libros feudorum.

Pruteni contra Magistrum Equitum Teutonicorum rebellant, oppidum & castrorum quinquaginta quinque cives & incolæ ad Regem Poloniæ deficiunt, dicti Equites insuper à Regis exercitu prælio fusi vix non Prussiam totam perdunt.

Annus Christi 1454.

A Gente Papâ Italiæ pax redditur. Cruciferi Polonos acie vincunt: Strumenfes verò obsessi cogente fame Polonis deditionem faciunt.

In Diœcesi Treverensi, in loco, qui Clausa Eberhardi dicitur, ad imaginem Beatissimæ Mariæ Virginis, filium è cruce depositum firmo tenentis, ingentia miracula patrari cœperunt. Trithem. in Chron. Sponheim.

Triarchi ejus classis, quæ Nicolai Pontificis Maximi nomine apud Venetos exstructa in Turcas est, quia sine Laurentani Præfecti jussu domum rediissent, carcere, & pecuniâ multati sunt, qui secundum illos dignitate præstabant, fustivario admoti, præcisisque naribus in exilium acti. Sabellic. Ennead. 10. lib. 5.

Udalricus de Planckhenfels Magister Curie Salisburgensis instituitur Episcopus Clemen-

Henri-

Henricus Episcopus Curienfis dejicitur, cui succedit Leonardus.

Moritur Joannes II. Castellæ & Legionis Rex, succedit Henricus IV.

Ferdinandus creatur Episcopus Telesinæ in Samnio.

In Castiliâ puer Christianus à Judæis captus atque in frustra sectus est, cujus cor in cineres exustum, condiendis inter epulas ferculis poculisque subservit, ob quod factum & similia Judæi ex totâ Hispaniâ pulsi sunt.

Decedit B. Franciscus Ticinensis ex Ordine Minorum S. Francisci Seraphici.

Thomas Bouchier Episcopus Eliensis, transfertur ad Sedem Archiepiscopalem Cantuariensem.

Henricus Lusitanæ Rex invenit Insulas in mari plurimas nunquam eatenus ab hominibus inhabitatas, inter quas una fuit cæteris major atque præclarior, fontibus irrigua, sat pingui gleba dives, nemoribus & pratis adornata, & hominibus ad colendum valde idonea, in hanc Insulam diversarum occupationum & artium homines misit, qui eam inhabitarent & colerent; magnam hæc Insula sacchari copiam præbet.

Nicolaus Papa Crucem contra Turcas prædicari jubet.

Draculus Waivvoda Walachiæ inauditam tyrannidem exercet in homines maximè Christianos, quarum plurima millia interemit, postremò captus à Mathiâ Ungariæ Rege Romanam mittitur, & baptizatus deinceps religiosissimè conversatur.

Annus Christi 1455.

Moritur Papa Nicolaus V. seccedit Callistus Borgia Hispanus.

Item Godefridus IV. Episcopus Herbipolensis, ex Nobili familia Pincernarum de Limburg oriundus; arces Wernberg & Hardheim prædonum receptacula evertit; viarum publicarum securitati sumpto à latrocinantibus severo supplicio consultit. Hussiticæ pravitatis zizania, Rottenburgi & Winshemii spargi cœpta in semine suffocavit; in duplici Synodo Diœcesana multa salubritèr constituit, solutis plurimis Antecessorum debitis; dictus Godefridus pacificus. Successit ei in Episcopatu Joannes III. Nobilis à Grumbach.

Apud Neostadium Austriæ Comitium indicit Principum Fridericus Imperator, in quo ea, quæ in superioribus Ratisponensi & Francofordiensi Conciliis de bello Turcico decreta fuerant, probarentur; mors autem Summi Pontificis telam longo jam tempore orditi cœptam uno momento interruptit.

Noviter electus Papa Callistus triennes sexdecim instruit, eamque classem contra hostes fidei Ludovici Patriarchæ Aquilegensis commisit, quæ toto triennio universam Asianam hostium oram multis cladibus afflixit: idem ad Usun-Cassanum Perfarum & Armeniæ Principem, nec non ad Regem Tartarorum Legatos cum magnis muneribus mittit, qui utrumque contra Turcas incitarent; quorum arma DEUS repetitis victoriis fortunavit.

B. Vincentius Ferrerius Sanctorum Catalogo adscribitur.

Cardinalatûs purpurâ decorantur Ludovicus Milanus Valentinus, Rodericus Lenzolius Borgia, & Jacobus S. Eustachii.

Jacobus Picininus novas in Italiâ turbas concitat, Senensium ditionem totam ferè occupat, cujus arma fulcit Alphonsus Rex: Senensibus verò Papa, Franciscus Sfortia Mediolanensium Dux Venetiæ non exigua mittunt auxilia, à quibus Picininus in fugam vertitur: econtrâ Lucas Sclavus, Urbetellum pro Senensi Republicâ custodiens, auro corruptus, decepto, captoque Urbis Præfecto, Picinini præsidium intromisit: Senenses exinde belli impensis ulterioribus exhausti, pacem petunt.

Leodensium Episcopus senio confectus; Ludovico Borbonio, Caroli filio, Episcopatum resignat.

In Diœcesi Herbipolensi, non procul ab Ipphoven, in solitudine quædam imago B. Mariæ Virginis, in quâdam arbore posita, multis cœpit coruscare miraculis.

Ulricus Comes Ciliæ, Ladislai Regis olim tutor, & secundum in Austriâ caput, machinationibus Eizingeri à favore & Aulâ Regis proficitur, sed paulò post priori honori magnificentissimè restituitur, Eizingero dejecto.

Thomas Bourgherius Cardinalitio galero honoratur.

Natus est Olyssipone Joannes Lusitanæ Rex.

Rottenmannense Canonicorum Regularium S. Augustini in Styriâ Cœnobium condit Fridericus III. Imperator.

Diem obiit Rainhardus Episcopus Spirensis; succedit Sigfridus à Venningen.

Piè obierunt Angelus à Civitella & Joannes Riccius Sarriani in Thuscâ; nec non Shigneus Olefnicus S. R. E. Cardinalis & Episcopus Cracoviensis; qui Ducatum Severiensem pro Ecclesiâ Cracoviensi comparavit, undè & ipse & Successores fuerunt Duces Severienses.

Turcæ Athenas occupant.

Obiit die 12. Januarii Antonius Gavaccius Laudensis Ord. Minorum, cujus transitum Deus stellâ præfulgidâ in fronte apparente, Angelis concinentibus, honoravit.

Ludovicus cognomento Niger, Comes Palatinus Rheni Bavarique Dux, Ducis Friderici terras rapinis & incendiis hostiliter vexat, monitus ab hoc litteris & nuntiis, ut acceptis desisteret, cum id autem negligeret, Fridericus irritatus oppidum Bergzabern obsidet & occupat.

Ciufa Eberhardi in Diœcesi Trevirensi fit Monasterium Canonicorum Regularium S. Augustini.

Pontificali tiarâ ex Ordine Benedictino clarent Wilhelmus de Tonteville Archiepiscopus Rotomagensis; Jacobus Archiepiscopus Messanæ; Michaël Episcopus Insulanus, Jacobus Arborensis aliique.

Jacobus Cardona creatur Episcopus Urgelitanus.

Annus Christi 1456.

Moritur S. Capistranus prænomine Joannes, illustre Ordinis S. Francisci sidus, Vir doctus & strenuus.

Strinâ, & miraculosè partis de Turcis victoriis gloriosus.

Sigefridus II. De Veningen Spirensis Episcopus creatur.

Devicto Oriente, spe devorat Occidentem Mahometes Turcarum Imperator, ducensque in Ungariam 15000. pugnatorum, & Hunniadem aggressus, vix effugit cladem amissis 40000; verùm Hunniades, complorante Ecclesiâ universâ eodem anno moritur, quo defuncto Ciliæ Comes ejus filios odio persequitur: sed dum Ladislaum Corvinum confodere parat, Ungaris irrumpentibus, illum ipsum multis confossum vulneribus obruncant: ignovit quidem interposito jurejurando Ciliensis necem, sed paulo post æmulorum machinationibus Ladislaus licitoris ensi caput submittere coactus est, quod ille quinto vix ictu defecuit.

Lusitanæ Rex classem in Turcas parat.

Alphonfus Siciliæ Rex Callixto Papæ infensissimus, Regem Castellæ, Joannem Regem Vasconum aliosque Principes Europæos sollicitat ad defectionem ab illo, adeoque schisma perniciosissimum conflare studet: dictus Papa interim sex Cardinales creat, Rainaldum Piscicollum Archiepiscopum Neapolitanum, Joannem Episcopum Zamorensem, Joannem Papiensem, Æneam Sylvium, Richardum Constantium Sacerdotem Gallum, & Jacobum Feretranum.

Rupertus Baviaræ Dux, Ratisponensî Ecclesiæ Præsul præficitur.

Obiit Jacobus de Sirck Archiepiscopus Teverensis, cui succedit Joannes Marchio Badsensis.

Lupus Barrientos ex Ord. D. Dominici Episcopus Conchensis, Henrici à Villenâ, Comitiss Tinei libros erroribus & superstitionibus refertos publicè comburi jubet: edidit verò ipse librum eruditum adversus quatuor species Necromantiæ & contrâ chiromantiam.

Ad cælos abit B. Nicolaus Prutenus Ord. S. Benedicti, Professor Monasterii S. Justinæ Patavii, mirum in demones imperium exercens; & spiritu prophetiæ clarus.

Item B. Laurentius Librafactanus ex Ord. Divi Dominici miraculis clarus, cum peste infectis opera charitatis impendit, octuagenarius moritur.

Theobaldus Luceburgensis frater Ludovici Comitiss Fani Pauli, defunctâ uxore, ex qua plures susceperat liberos, fit Monachus Cisterciensis.

Apud Venetos Britannia elevatur & transfertur corpus S. Vincentii Ferrerii, ubi tunc magna miracula contigerunt.

Calixtus III. Papa festum Transfigurationis Christi instituit.

Moritur B. Petrus Regalatus Ord. FF. Minorum de observantiâ virtutibus, spiritu prophetico in vitâ, & post mortem miraculis illustris, ex vit. apud Bolland, die 30. Mart.

Wladislaus Casimiri III. Poloniæ Regis & Elisabethæ Austriacæ filius nascitur.

Obiit Genuæ in cænobio Benedictino S. Nicolai de Buschetob. Nicolaus, Prior ibidem; insigni miraculorum gloria à Deo honoratus: moriturus suprema hæc est elocutus verba: *diem ho-*

minis nunquam desideravi. Arnold. Duac. Menolog. Bucel.

Joannes Solerius creatur Episcopus Barcinonensis mortuo Gerardo.

Mediolani cum Sanctitatis famâ decedit Felix Besutia Monialis.

Obiit Cardinalis Firmanus; item Sulmone B. Philippus Aquilanus ex Ordine Observantiæ Regularis S. Francisci: quos morte secuta est B. Rita vidua, Ordinis Eremitarum S. Augustini Cassiæ in Umbriâ; vitæ rigore conspicua, meditationi Christi passionis fuit addictissima, miraculis in vitâ & post mortem gloriosa.

Moritur Alarinus Rambardus, Vir Sanctitate illustris, Albæ Pompeiæ Episcopus.

Decedit Carolus I. Bourbonii & Arvernæ Dux, tribus post obitum Agnetis Burgundæ conjugis suæ annis, ex qua proles undecim suscepit, ex quibus in Ducatu successit Joannes II.

Hoc anno maximi per Apuliam & Neapolim terræ motus fuerunt, quibus agitata multa ædificia solotenus corruerunt. Castellis quoque non paucis concidentibus multa millia hominum miserabiliter interierunt.

In Mense Junio apparuit Cometa, & per mensem visus est.

In Sabinis vitulus duo habens capita nascitur.

Romæ sanguis è nubibus cecidit.

Apud Portum Veneris in Liguriâ pluvia carnes dedit; & in agro Piceno puer natus est dentes habens sex, & caput insolitæ magnitudinis.

His quoque temporibus magnus & mirabilis concursus puerorum ad templum S. Archangeli Michaëlis ad montem Garganum in Normannia fieri cœpit, & per intervalla multis annis duravit; miranda puerorum & præter consuetudinem ætatis devotio, ut subito, non vocati per hominem, neque promissionibus induci, relicti parentibus & cognatis, imò ne consultis quidem, tantum iter assumerent, nec sumptus alios in itinere, quam quos daret odiosæ mendicitas, haberent aut cogitarent; convenientes enim per turmas ex Germaniâ ferè totâ, proficiscebantur ordine statuto pueri duodecim annorum & supra, cantilenas quasdam de S. Michaële cantantes in plateis vicorum & civitatum, quibus unus vexillum imagine depictum ejusdem Archangeli præferabat; conjungebant se his pueris ut plurimum ætate seniores, qui curam eorum habentes, & in viâ dirigentes, à periculis incautos præservarent.

Fridericus Comes Palatinus Rheni ope Theodorici Archiepiscopi Moguntini, Castellum Montfort latibulum latronum & commune receptaculum prædonum obsidet, expugnat, evertit.

Nascitur Maximilianus Friderici III. Imperatoris, & Eleonoræ filius.

Decedit Ven. Odo de Pereria Abbas Cluniacensis à silentii maxime nocturni cautissimâ custodiâ, & observantiæ Regularis amore, prophetiæ insuper spiritu & reformationis studio celebratus.

Claret in Italiâ Carolus Archiepiscopus Mediolanensis, ex Monacho S. Celsi à Calisto PP. III. ad eam sedem promotus.

Caro-

Carolus Burgundiæ Dux, Comes Nivernensis & Retulensis matrimonio sibi jungit Mariam Albretanam.

Annus Christi 1457.

Osmondus Episcopus Sarisburienfis, à Calisto III. Pontifice Maximo Albo Sanctorum solemniter adscribitur.

Gutierrus de Cazeris & Solis Magister Generalis Ordinis de Alcantarâ creatur.

Itali inter se dissidia nutriunt, Alphonfus Siciliæ Rex contra Genuenses classem ducit: solus Papa pro Ungariâ bono contra Turcas vigil, Principes Christianos ad bellum sacratius frustra invitavit.

Anianus Abbas Aldenburgenfis corpus B. Arnulphi Episcopi solenni pompâ transfert.

Spina sacratissimæ coronæ Christi apud Rhodum virescit & flores emittit. Bzovius in annual. hoc anno.

Mahomete intento bellum inferre Ungariæ & Christianis Insulis, ab Usun-Cassane Persarum Rege impeditur, qui binâ strage Turcarum exercitum afficit, Bizarr. lib. 9. & 10. hist. rerum Persic.

Henricus quoque Castiliæ Rex contra Mauros feliciter pugnat.

Franciscus Foscarus Venetorum Dux post præclara de Republicâ merita, octuagenarius, decreto Decemvirali dignitate motus, æquissimo animo tulit: dum enim Lauredanus ei Decemvirorum mentem insinuasset, ipse vultu hilari respondit: *Si existimavissem, quod in his supremis vitæ meæ annis id mihi eveniret, ut indictâ causâ, Principatu amoverer, sponte me eo statim abdicavissem, nec fuisset tam iniquus & ingratus civis, qui non publicam causam potiore privatâ habuisset; itaque Magistratus de me Amplissimi decreto, quando ita illi placuit, obsequi paratus sum, privatamque vitam, que jam ad finem cursum suum pervenit, curis solutus agam, qui publicam administrationem (absit verbo invidia) per tot annos feliciter gessi; hæc pauca graviter effatus, postridiè summò mane, depositis Ducalibus Insignibus, sellâque vectus, quod pedibus æger erat, magnâ propinquorum, affiniumque catervâ stipatus, à Ducatu abcessit: & quum ad infimos scalæ marmoreæ gradus pervenisset: aliorum iniquitas, ait, me hinc expellit, quo mea merita evexerant: ac per medium forum ingenti populi multitudine plenum transiens parvam cymbam, cum Marco fratre ascendit, & ad domesticos lares delatus, paucis post diebus, auditâ tripudiantis civitatis de novi Principis creatione lætitiâ, aliquanto edito gemitu, è corporeis vinculis generosum spiritum ad Superos emisit; defunctum Foscarum Ducalia Insignia restituta in funere ornârunt. P. Justinianus hist. Venet. l. 8.*

Henricus Episcopus Constantiensis, postulat etiam ad Episcopatum Curiensem.

Hedvvigis Casimiri III. Poloniæ Regis & Elisabethæ Austriacæ filia nascitur.

Moritur Petrus Britannia minoris Dux. Ad Taurinum volens Judæus mactare puerum Christianum, cum non posset, propter metum supervenientium eâ viâ hominum, frustum

de surâ pueri præscidit, & strophio cum sanguine involvens, fugit.

Martinus fratri suo in Episcopatu Comenfi succedit: Arthurius III. Joanni VI. Britannia Minoris Duci, Vir jam ætatis decrepita.

Ladislaos Regi Bohemorum & Ungariæ Magdalena filia Caroli VII. Gallorum Regis desponsatur. Nuntiis in Galliâ adhuc existentibus mors præfati Ladislai innotescit; multorum fuit opinio sublato fuisse veneno, alii dicebant illum in Camerâ nocturno tempore per Georgium hæreticum, qui Regnum post eum invasit, fuisse strangulatum.

Mathias Joannis Hunniadis filius, in Regem Ungariæ eligitur.

Die 13. Februarii nascitur Maria Ducis Burgundiæ filia.

Moritur Joannes Whetanistodus, cognomento Frumentarius, Abbas S. Albanj in Angliâ, cujus operâ Rex ipse in gravissimis negotiis usus est, Vir industriæ mirabilis, accerrimi ingenii, solidissimique judicii; reliquit; multa præstantis ingenii monumenta, ex quibus sequentia extant:

Expositionum in Sacram Scripturam lib. 5. Commentariorum in varios Scripturæ libros lib. 1.

De vita Amphibaldi lib. 1.

De situ terræ Sanctæ lib. 1.

Ordinationes suæ Abbatiz lib. 1.

De Viris illustribus ad Glocestriæ Ducem l. 1.

Manipularium Doctorum lib. 1.

Contrâ Episcopum Norvicensis lib. 1.

Defensorium exemptorium lib. 1.

De gestis propriis lib. 1.

Iterum ad Glocestriæ Ducem lib. 1.

Opus necessariorum lib. 1.

De omnium hominum officiis lib. 1.

De hæreticis & eorum fautoribus lib. 1.

Declamationum variarum lib. 1.

Epistolarum ad diversos lib. 1.

Opus quoddam Metricum lib. 1.

Palearium Poëtarum lib. 2.

Declamationes Metricæ lib. 1.

Floruère & alii in Anglia ex Ordine D. Benedicti Viri illustres Joannes Talangernus, & Joannes Amundhamus.

Carolus VIII. Rex Sueciæ Upsalensem Episcopum Clerumque exasperans, ejectionis suæ ipse causam ponit.

Annus Christi 1458.

Moritur Alphonfus Aragonum Rex.

Georgius Podiebracius Bohemiæ Rex eligitur; hoc anno Mahometes II. Turcarum Imperator totâ ferè Peloponneso cum Corintho potitur, expulsis Venetis.

Mortalitatem exiit Callixtus Papa, succedit ei Æneas Sylvius, dictus Pius II.

Petrus Fulgosius Genuensium Dux, ex odio erga Alphonsum Siciliæ Regem, administrationem Reipublicæ ad Galliæ Regem devolvit, qui Joannem Andegavensem suum consanguineum pro locum-tenente eò dirigit.

Lusitanæ Rex validâ contractâ classe, Alcafaram oppidum Septæ vicinum in Africa capit.

Joannes

Joannes à Turre crematâ, Episcopus Cardinalis Albanus, præter Commentarium de corpore Christi contra Hussitas scribit quoque super Decreta Concilii Florentini adversus hæreses, aliaque.

Gennadius Patriarcha Constantinopolitanus resignat, & in monasterium B. Prodromi se confert.

Obiit Soncini in Monasterio S. Pauli Apostoli B. Stephana Tertii Ordinis Prædicatorum, Christi & Sanctorum apparitionibus honorata, solâ Eucharistiâ per plures menses vitam corporis sustentavit.

Floret doctrinæ laude Isota Novacula Veronensis, quæ Philosophiam publicè professâ est, ac Orationes permultas ad Nicolaum V. & Pium II. scripsit.

Moritur B. Christina ex tertio Ordine D. Augustini Spoletî in Umbriâ, fuit ea ex illustrissimâ Vice Comitum Mediolanensium familiâ oriunda, quæ cum à parentibus ad nuptias destinata esset, domum paternam fugiens, in solitudinem secessit, vitamque duxit valdè rigidam; donec ætatis suæ anno 23. à DEIPARâ ad cæli gaudia fuit evocata, claruit innumeris ferè à morte miraculis, & restat etiamnum corpus ejus incorruptum.

Meyenfelda diocesis Constantiensis oppidum conflagrât, intactis solum tribus domibus cum arce & Ecclesiâ parochiali.

Obiit Burchardus Episcopus Halberstadianus.

S. Casimirus, Casimiri III. Poloniae Regis & Elisabethæ Austriacæ filius natus est.

Diem vitæ supremum claudit B. Bartholomæus Abbas Monasterii Populeti in Catalonia, ex Regis Medico factus Monachus, durè corpus suum habuit, miraculorumque gratiâ à DEO honoratus, mortuum Cœnobii famulum ad vitam revocavit.

Ad cœlos abit B. Helena de Utino, Terziaria Ordinis Augustiniani, charitate, humilitate ac miraculis celebris; item Alexandrina Virgo Abbatissa Clarissarum Fulginii in Umbriâ, præcipuarum virtutum fructu cumulata.

Moritur Ferdinandus Episcopus Telesæ in Samnio: & Carolus VII. Rex Galliarum.

Illustrat felici transitu suo templum S. Mariæ de Serra, extra Massacium in Italiâ B. Angelus Ordinis Camaldulensis: qui cum Berlotanæ sectæ extirpandæ prædicatione suâ author fuisset, à quibusdam sceleratis occisus est; cujus tumultus pluribus à DEO miraculis est illustratus.

Natus est Adolphus II. Episcopus Merseburgensis filius Adolphi Principis Anhaltini.

Alphonsus V. Lusitanæ Rex urbem Alcaçar Ceguer in Regno Fessano expugnat.

Arthurus III. Britannæ minoris Dux moritur.

Cum in Ecclesiâ PP. Carmelitarum Cremonæ maxilla inferior S. Virginis & Martyris Apolloniæ piè coleretur, aliaque confimilis inferior maxilla sub eodem titulo devotè asservaretur à Patribus Humiliatis in templo S. Abundii: hanc ambiguitatem ut eximeret Venturinus de Marnis, qui tunc ejusdem civitatis Episcopus agebat, præcepit ambas maxillas solenni pompâ, & populi concursu, in accentum ro-

gum projici, ignisque experimento, veram à falsâ dignosci, factum fuit, ut in cineres redigeretur, quæ erat in Ecclesiâ S. Abundii, altera protinus ex igne profiliit, atque ut vera honorata fuit.

Maxima fuit in Germaniâ fluviorum ex solutis nivibus auctorum inundatio, quæ domus plures subvertit; in oppido Cruciniaco Nabus fluvius supra modum exundans Parochialem Ecclesiam in Insulâ ejusdem fluminis constitutam totam implevit, altaria subvertit, parietes concussit, damnaque plurima civibus intulit.

Ludovicus Dux Bavarie cognomento dives congregato ex Bavaris, Bohemis & Austriacis magno exercitu Civitatem Eichstadium obsidet, amicis autem se interponentibus inter eum & Episcopum pax reformatur; post hæc eundem exercitum ducit contra Marchionem Albertum Brandenburgicum, cujus duo Castella Landeck & Nauf obsidet, capit & funditus evertit.

B. Angelus de Massacio Monachus Camaldulensis, insignis verbi Divini Præco, ab hæreticis occiditur.

Claret Avianus Benedictinus Monachus S. Winoci, cujus laudatur Chronicon Universale ab origine Mundi, usque ac sua tempora perductum.

Oliverius Carafa creatur Archiepiscopus Neapolitanus.

Ejecto Carolo, Christianus I. Rex Daniæ, Regno quoque Sueciæ potitur.

Annus Christi 1459.

Nati sunt Conradus Celsus, primus Germaniæ (ut quidam putant) Poëta, & Adrianus V. Pontifex Summus.

Glacensis Bohemiæ districtus, Comitatus titulo ornatur.

Moritur S. Antoninus ex Monacho Ord. Prædicatorum Archiepiscopus Florentinus; item Joannes Solerius Episcopus Barcinonensis.

Georgius à Schaumberg Episcopus creatur Bambergensis: Cardinali S. Marci Ecclesiâ Patavina confertur.

Sigefridus II. Episcopus Spirensis Veneno propinato Heidelbergæ occumbit; succedit in Episcopatu Joannes II. cognomento Nix de Hohenneck.

Fundatur Domus SSS. Trinitatis, Monasterium Ord. S. Guilielmi sub regulâ Benedicti, secundò ab Antverpiâ milliari situm.

Quantum potest, laborat Pius II. Papa in conciliandis Principibus, quos ad sacrum bellum accendit; Senas honorat Archiepiscopali dignitate: Florentinæ Ecclesiæ præficit Orlandum, qui paulò post, quòd Cardinalatus quoque honore non decorabatur, ex animi mœrore moritur.

Joannes Warvici Comes ab Henrico sexto Angliæ Rege in exilium ejectus, cum accepisset Regiam classem adversus se brevi navigaturam esse, quæ in portu Sanduciarum instruebatur, cum 800. viris noctu navigans, imparatos hostes aggressus, editâ non parvâ cæde, multisque cum Præfecto classis interceptis, victor rediit; mox in ipsam Angliam rediens, contractis fautorum auxiliis ad quadraginta virorum armatorum millia, Regium ipsum aggressus est exercitum, quem devicit, editaque insigni clade, Regem ipsum cepit, & Londinum duxit, Regina

Regina cum filio, & plerisque suæ factionis Proceribus in Galliam fugit; convocato Parlamento Dux Eboracensis Angliæ sibi Regnum deberi contendit; denique Apostolici Legati sententiâ ac providentiâ discordia in hunc modum composita: *Henricus quoad vixerit, Rex esto; cui obierit, Eboracensis, aut ejus filius succedito; interea ad priora stipendia Marchiarum auri decem millia quotannis ex Regio fisco accipito; reliquis in rebus pacem habeto;* paulò post Regina congregatis in Galliâ novis exercitibus, quasi vitum è manibus hostium ereptura, ducere eos Londonium statuit, occurrentemque Ducem Eboracensem in prælio superavit, & cum plerisque Baronibus interfecit; hinc propè Londonium castra posuit, & fugientem ad se Regem recepit; obtinissetque procul dubio civitatem, nisi muliebri superbiâ, & vindictæ nimia cupiditate, duriores imponere civibus leges voluisset, quorum plerosque ad supplicium exposcebat; illi enim postquam implacabilem Regiæ animum cognovère, spemque solam in armis esse, Eduardi Eboracensis interfecti filium ac Varvicum Comitem secuti, pugnam aggressi Regiam in prælio superaverunt, quæ multis suorum amissis, cum viro ac filio fugam arripuit; Victores Londinum reversi, novum Parlamentum indixere, in quo Henricus cum filio & conjuge hostis Regni, Eduardus verò Rex Anglorum declaratus est; nec diù post alio commisso prælio, superatis Henrici partibus, Angliâ ferè tota ad victores defecit; victi ad Scotos confugère, atque apud eos salvati sunt, quos sæpè felices timuerant.

Obiit Comi B. Antonius à S. Germano, S. Dominici instituta professor.

In territorio Belvacensi juvenula quædam, cui familiare admodum erat sacrum recitare Rosarium, ibat cum alterâ sodale ad visendos peregrè amicos; in eas duo lupi, quos diutina fames armaverat, insiliunt, altera ipsos pavit; hæc verò Divam Virginem obtestari, quo saltè confessioni & Communioni locus detur; cernere erat evulsa jam ubera, ventrem lacerum, ilia devorata; nec mora, ab accurrentibus ultimus ejus spiritus, in fugam lupis conversis, defenditur; triduo etiam supervixit, confessâ est, & Sacrosanctâ Eucharistiâ refecta; Deiparâ ei etiam apparente, quæ animam exciperet, & cælo inferret, B. Alanus de Rupe.

Vitæ finem facit Theodoricus Archiepiscopus & Elector Moguntinus; item Leonardus Episcopus Curienfis, cui succedit Orthobius L. B. de Brandis.

Bernardus Dux Brunsvico - Luneburgicus Episcopatum Hildesensem resignat, & uxorem ducit Mechtildem Comitissam à Schauenburg. Judæi ex totâ Hispaniâ pelluntur.

Moritur Fantinus Dandulus Episcopus Patavinus.

Cum opinione Sanctitatis decedit Auximi in Piceno Philippus Asculanus Ordinis Minorum.

Obiit Petrus Beschebien Episcopus Carnuntensis, olim Archiater Conjugis Caroli VII. Galliarum Regis.

Ludovicus Bavarie Dux & Albertus Marchio Brandenburgicus bello iterum colliduntur, tandem mediante Bohemiæ Rege pax inter eos initur.

Clarent Artus Burdegalensis in Galliâ Archiepiscopus, & Bartholomæus Derensis, ex Monachatu Benedictino ad Summas tiaras evecti.

Annus Christi 1460.

Moritur Margaretha Comitissa ab Henneberg, Guntheri Comitis Mansfeldii uxor.

Oritur novum de Regno Neapolitano bellum, Renati filio Joanne & Ferdinando Aragonio certantibus; sed & funestissimè fervet Angliâ.

Pius II. Papa Cardinalatus honore auget Alexandrum Oliva, Ord. S. Augustini Generalem Magistrum, virum Theologicâ doctrinâ celebrem, & vitæ Sanctitate illustrem; Angelum Capranicum Romanum, Episcopum Rheatinum; Bernardum Herulum Episcopum Spoletanum, Narniâ natum; Nicolaum Fortiguerram Pistorio oriundum, Juris scientiâ clarum; Brocardum Præpositum Salisburgensem, & Franciscum nepotem suum; moritur e contra Joannes Cardinalis Papiensis, qui Picenum cum Legatione tenebat, sufficit Papa in hoc officio Nepotem suum præfatum; variisque Ecclesiis providens, cum Petrus Barbus Cardinalis Ecclesiæ Patavinæ spontè cessisset, Episcopum Feltrensem illuc transtulit, Franciscum verò Episcopum Ferrariensem ad Feltrensem; Ferrariensibus Laurentium Rovarellam egregium Theologum Antistitem dedit; Mapheo Contareno Patriarchæ Veneto vitâ sancto Andream Bondemerium substituit, ex Ordine Canonicorum Regularium S. Augustini; Anconitanæ Ecclesiæ Pastore viduatæ dedit Agapitum.

Romæ Tiburtius & Valerianus fratres in absentia Papæ, cum 300. sociis audacibus urbem rapinis, adulteriis ac incendiis turbant.

Franciscus Ord. S. Mariæ Servorum Generalis Magister Ragusanus; Matthæus Reginus Ord. Minorum de Observantiâ Rossianæ in Calabria Ecclesiæ, Archiepiscopi præficiuntur.

Jacobus II. Scotorum Rex adolescens, dum adversus Anglos arma movet, & Castellum acriter oppugnat, quod sibi hostes eripuerant, ad bombardam dum ignis adhibetur accedens, fracto æris vase, fragmento evolante percussus interiit; succedit in Regno Jacobus III.

Rex Bosniæ hæreticos à Regno suo pellit.

Genuenses Francos expellunt, & magnam inter eos stragem edunt; fertur ipse Archiepiscopus Genuensis, ad fratris sui necem vindicandam, ut miles plebeius pugnans, quindecim Gallos suâ manu interfecisse; sic cæsis 4000. millibus Genuenses in libertatem reassertu festivos dies egerunt.

Tullensis Episcopus ad Tornacensem Cathedralam transfertur.

Moritur Thomas Strempinus Episcopus Cracoviensis, & tres de Pontificatu contendunt.

Tuneti in Africâ B. Antoninus de Ripolis Ord. S. Dominici pro fide Christi occumbit, partim lapidibus obrutus, partim gladiis confossus.

Apud Atrebatas, detecta est secta quædam dæmonicolarum; in nocturnis conventibus, ex omni ordine statuque mortalium, viri mulieresque diabolium in humanam effigiem transformatum, cuius tamen faciem nunquam viderent, adorabant, inque illius verba mandataque jurabant; proemium erat, convivio ab illo largitè parato epulari; inde extincto omni lumine, quemque cum sibi proximè oblatâ promiscuè concumbere; re in lucem productâ, complures ex iis rogo additi sunt. Megerus annal. lib. 16.

Natus est hoc anno Bernardinus Corius Patricius, qui primus origines & incluta Mediolanensium gesta monumentis litterarum mandavit; itè Joannes Albertus Casimiri III. Poloniæ Regis & Elisabethæ Austriacæ filius.

Claret Franciscus Novariensis ex Ordine S. Francisci egregius Concionator.

Obiit Albertus III. Dux Bavariz, filius Ernesti, Doctorum fautor, osor Judæorum.

Inventum est hoc anno Hirsaugiz in Germaniâ corpus B. Brunonis Abbatis Hirsaugiensis, nati Comitis de Wirtemberg, admirabili cælestis odoris fragrantia erumpente; quo ipso tempore pauper quidam, idemque cæcus ac claudus, qui fortè intererat, prodigiosè curatus est. Joann. Trithem.

Obdormiit in Domino Henricus Princeps Lusitaniz, Joannis I. Portugalliz Regis filius; Ordinis Equitum sub regulâ S. Benedicti Generalis Magister, qui gentes & regiones à Zonâ torridâ ad usque Bonz spei Promontorium hæcenus omnino incognitas aperuit, Maderam Insulam plurimasque alias in vasto Oceano detexit, Septamque Mauris eripuit.

Monachi Monasterii Elvvangensis abjecto Monachali habitu, Canonici efficiuntur Sæculares.

Plures Imperii Principes & Comites contra Fridericum Comitem Palatinum arma sumunt, quibus ille infra se animo opponit, & Castrum Schavvenburg Moguntinensis Diocesis munitissimum capit, mox inter ipsum & Archiepiscopum Moguntinum pax inicit; inde castra movet contra Ludovicum Nigrum Bavariz Ducem, sed bellum brevi sopitur; durius verò agit contra Comites de Leiningen, quorum Castrum Haslach obsedit, cepit, & incendio delevit, idem actum cum Castello Mynfeld.

Fridericus Marchio Brandenburgensis patre Alberto nascitur.

Nicolaus de Cusâ Episcopus Brixinonensis & S. R. E. tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis jura Ecclesiz suæ acriter defendens à Sigismundo Archi-Duce Austriæ capitur, & honestæ custodiæ mancipatur, quod factum duritè ferens Papa Sigismundum excommunicat.

Mahometes Turcarum Imperator contra Regem Trapezuntinum exercitum ducens, ipsum prælio vincit & interficit, Pontumque obtinens, in Græciam se effundit.

Corpus S. Brunonis Abbatis Hirsaugiensis anno 1120. mortui aperto tumulo suavissimum odorem spirat, cæcus & mutus ad tumulum ejus adductus illic sanatur.

Magnum doctrinæ & pietatis laudem diffundit Joannes Abbas Nivicellensis, Bibliorum & Canonum Concordantiam posteris relinquens; scripsit præterea sermonum de tempore lib. 1. sermonem de Sanctis lib. 1. Epistolarum & questionum variarum lib. 1.

Annus Christi 1461.

Moritur B. Joannes Eustachius primus Abbas Jardineti Ord. Cisterc. Monasterii, Vir Prophetiz spiritu clarus, plurium Monasteriorum reformator strenuus, eum sicarius quidam occidere tentans, divinitus tremore percussus est, ita ut animam agere videretur; frumentum quod abundantè in pauperes distribuit Eustachius, divinitus quoque multiplicatum est. Chrysof. Henric. in astro Cisterc.

Bonessense Virginum Cistercensium cœnobium, Monachis ejusdem Ordinis traditur.

Thomas Palæologus Constantinii ultimi Græcorum Imperatoris frater, à Turcis Imperio dejectus Romam venit, & à summo Pontifice benignè exceptus, assignato sibi palatio in sumptus menstruos trecentos aureos à Papâ, ducentos à Cardinalibus accipit.

Jacobus Picininus à Matthæo Capuano Ferdinandi Aragonii partes tuente superatur; idem Ferdinandus post vastatos Trojæ, Luceriæ suavitæque regionis agros plura oppida in Apuliâ recipit.

B. Catharina Senensis Sanctorum catalogo adscribitur.

Pius II. Papa arcem Tybure construit, sublacum invisit, ubi honorificè excipitur.

Sigismundus Malatesta apertè rebellat, Pontificias copias fundit, hinc dejectus honore Vicariatûs, ejus statua publicè igne exurit.

Deponitur Dieterus Archiepiscopus Moguntinus, & in ejus locum sufficitur Adolphus; ille ad munitiora loca confugiens, multas deinde turbas movit, paucâ tamen fortunâ, ab Adolpho semper victus, quiescere nolens excommunicatur tandem à Papâ cum Friderico Comite Palatino suo fautore.

Georgius Scanderbegius suppetias Ferdinando non tantum mittit, sed & ipse ex Albaniam in Italiam navigans, hostium ejusdem terras hostilibus armis aggreditur.

Diem obit Sophia Wladislai Regis Poloniæ vidua, mulier religiosa & magnanima.

Eduardus Eboracensis pulso Rege Regno Angliz potitur.

Vitâ fungitur Sigismundus I. Archiepiscopus Salisburgensis, cui in Archiepiscopatu succedit Burchardus de Weispriach.

Alexander Casimiri III. Poloniæ Regis & Elisabethæ Austriacæ filius natus est.

Moritur Martinus, Comensis in Insulâ Episcopus; item Carolus VII. Rex Galliz.

Ludovicus d'Albret à Pio Papâ II. Cardinalitio Galero donatur, fuit simul Episcopus Divonæ Cadurcorum.

Ludovicus XI. Galliarum Rex ad petitionem Pii II. Papæ abrogat in Regno suo consuetudinem

et nomen Legis sive Constitutionis in Concilio Basileensi quondam editæ, quam Sanctionem Pragmaticam vocaverunt, quæ auctoritati Sedis Apostolicæ non parum derogabat.

Natus est Joannes Trithemius Abbas Spanheimensis, Scriptor celebris.

Adolphus Archiepiscopus Moguntinus ope Caroli Marchionis Badensis, Georgii Episcopi Metensis, Friderici & Udalrici Comitum de Wirtemberg territorium Comitum Palatini devastat, hic autem ex insidiis in nemore hostes suos adoritur, plurimos cædit, & multos capit, inter quos fuere Episcopus Metensis, Carolus frater ejus Marchio Badensis, Udalricus Comes de Wirtemberg aliique Comites, Nobiles & ignobiles ferme 500. Georgius Episcopus Metensis pro liberatione suâ 45000. florenorum dare compulsus fuit; insuper cum omni militiâ suâ & tribus in Lotharingiâ Castellis Palatino se scripsit obnoxium. Carolus Marchio Badensis pro sua liberatione promisit deditque centum millia florenorum, & ut hæc solverentur, hypothecam sufficientem. Udalricus Comes Wirtembergicus pro centum florenorum millibus similiter fuit taxatus. Præfatis Principibus in captivitate actis Palatinus contra Joannem Episcopum Spirensis duxit exercitum, Rottenburgum oppidum cum castello annexo cepit; ad Capituli Spirensis instantiam pax inita est hæc conditionibus, ut Castellum cum oppido memorato similiter & Werfau perpetuè juris essent Palatini; in nemore Lufshart venatio omnis soli cedat Palatino cunctis temporibus.

Albertus Marchio Brandenburgensis terras Ludovici Bavariz Ducis hostiliter rursus invadit, & omnia incendio & rapinis vexat; ab obsidione autem Heidenheimii discedere, castra & impedimenta relinquere Ludovico cogitur, qui Victoriam prosecutus castrum Hengen occupat, multosque ex Alberti exercitu milites gladio delet.

Adolphus de Nassau à Papâ positus Archiepiscopus, Moguntiam deposito Dithero adhuc fidelem de noctu clam capere tentat, aliquantisper autem nocturæ muro insidentis voce (vigilem putabant) milites retardati, eâ tandem avolante, scalas muro fidentiùs admovent, conscendunt, portam urbis aperiunt & commilitones admittunt, qui cives promiscuè obviam ruentes pugnaesque occidunt, partemque urbis, ut incolæ magis timore & consternatione involverentur, incendunt; reperit miles prædam ingentem, quæ non unius civitatis, sed totius penè patriæ thesaurus esse videbatur, omnium namque Monasteriorum, Ecclesiarum, Nobilium & rusticorum bona mobilia in urbem fuerant reposita; Dietherus Præsul abdicatus unâ cum Comite de Cattimeliboco audito tumultu per murum demissi naviculâ Rhenum sulcantes evaserunt.

Mahometes Turcarum Imperator Mytilenam Insulam multis Christianorum millibus trucidatis occupat.

Valedicit mortalibus B. Joannes cognomento Eustachius, primus Jardinetti Abbas, strenuus Cœnobiorum per Belgium Reformator, R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Deiparæ cultor insignis, magnis virtutibus & Prophetiæ spiritu clarus.

Jacobus Cardona Episcopus Urgelitanus, Cardinalitiâ dignitate augetur.

Annus Christi 1462.

Mahometes II. Turcarum Monarcha, Imperium Trabisonicum cum Metropoli ejusdem nominis expugnat, Imperatore Davide, ex Comnenâ familiâ ultimo, Constantinopolim ducto, & ibidem cum suis interfecto.

Ludovicus Galliz Rex missis ad Papam Legatis Siciliæ Regnum petit; & Burgundiæ Ducem à bello contra Turcas impedit.

B. Andrea Apostoli caput Romam transfertur, summoque honore excipitur.

Quintâ feriâ majoris hebdomadis Papa quatuor publicè excommunicat: Sigismundum ex Austriæ Principibus, quod violentas manus in Cardinalem Episcopum Brixinensem injecisset; Gregorium Hamburgensem novos circa fidem errores spargentem, nec non Sigismundum & Malatestam filios Pandulphi, quod debitum Ecclesiz censum solvere renuissent.

Petrus Raymundus natione Hispanus, Rhodiæ militiæ Magister creatur.

Romanam urbem sæva pestis invadit, quæ plerosque cives extinguit.

Marchio Badensis, Palatinatum hostilibus armis invadit, sed commisso prælio victus, captusque, & manibus vinculis ferreis in tetrum carcerem conjectus est.

Podiebracius contra pacta in Bohemiâ durius cum Catholicis agit; & Fantinum Pontificis Legatum carceri mancipat, sed Ludovico Bavariz Duce hoc factum ipsi exprobrante, liberum dimittit.

Turcæ Ungariam, Transylvaniam, Dalmatiam excursionibus infestant; emissâ classe Lesbium insulam occupant, illius Dominum Genuensem, aliosque Primores, nec non Italos cunctos palis suffigunt, & reliquam turbam in servitutem redigunt.

Moritur Paschalis Malipetrus Venetorum Dux, cum Republicam annis circiter quinque gubernasset, sufficitur ei Christophorus Maurus.

Ferdinandus Aragonius in Regno Siciliæ felices habet armorum suorum progressus, Sarno, Vico Massâ aliisque oppidis occupatis, in Apuliâ verò Tranam amisit, sed nonnulla alia recepit, & ad Trojam signis collatis victoriam obtinuit, tandem mediante Ravennate Cardinale pax inter ipsum & Principem Tarentinum firmata est.

Papæ Legatus Cardinalis, Montis Floris & Verruchii oppida partim deditione partim astu capit.

Ad cælos evolat B. Nicolaus Aretinus, Ordinem Servorum Beatissimæ Virginis ad centesimum circiter vitæ annum professus.

Ludovicus Galliz Rex pragmaticam sanctionem damnat.

Burchardus Archiepiscopus Salisburgensis Sacro Patrum Purpuratorum Collegio adscribitur.

Moritur Quintinus Menart Archiepiscopus Vefontionensis, cui succedit Carolus de Novocastro, ex Bajocensi Episcopo.

Moritur Anna Ducissa Sabaudia Joannis Cypri, Hierosolymæ & Armeniæ Regis filia.

Sabaudia universæ Sanctitatis face prælu-
cet B. Margarita Monferratensis Princeps, Lu-
dovici Sabaudi Pedemontii & Achaia Principis
filia, Theodori Palæologi vidua, B. Magdalena
Albenfis Cœnobii Monialis.

Moritur Guido quartus Cisterciensis Con-
gregationis Generalis, qui fortiter prælia Domi-
ni gessit contra Commendatarios, & Sacrilegos
rerum Ecclesiasticarum invasores.

Annus Christi 1463.

IN mundum editur Fridericus III. Saxonie
Electo, similiter Joannes Picus Comes Mi-
randolanus, Vir doctissimus.

Pancratius, Mathiæ Ungariæ Regis, in
Transilvaniâ Locumtenens, Turcarum exerci-
tum ad Temesvariam insigni strage afficit.

Nascitur Joannes Virtungus Hafsfordiensis
Franco, Mathematicus insignis.

Eduardus cæsis hostium turmis Regnum
Angliæ sibi firmat; Franciscus Interamnenfis
Episcopus, Papæ Legatus, avaritiæ vicio, mu-
neribusque corruptus anam belli dederat; hinc
à Pio II. illico revocatus, captus & Episcopatu
privatus, inque Monasterium detrusus est.

Galli recuperare Genuam tentant, sed ab
Archiepiscopo Genuensi confertis armis vin-
cuntur.

Moritur Theodoricus Archiepiscopus Co-
loniensis, cum annis supra quinquaginta Ponti-
ficatum administrasset; Canonici Cathedrales
Successorem ei elegerant Robertum Bavariæ
Ducem, Philippus Burgundiæ Dux nepotem
suum Archiepiscopum Lugdunensem ad illam
cathedram transferri à Papâ petebat, hinc pro-
visio aliquamdiu dilata fuit.

Leodienses quædam jura Episcopi & feuda
usurpant, sed causâ cadunt, quæ in favorem Epi-
scopi deciditur.

Joannes Dracula immanis Walachia Prin-
ceps ad Turcas deficere cogitans, capitur à Rege
Hungariæ.

Dux Burgundiæ Philippus in illos bellum
decernit; pax inter Imperatorem & Hungariæ
Regem conciliatur; Veneti quoque classem in
fidei hostem armant; Mytilenem notabili suo-
rum clade frustra obsident.

Alexander Cardinalis tit. S. Sufannæ vitæ
Sanctimoniâ & doctrinâ illustris moritur, ex Or-
dine D. Augustini.

Vitâ excedit sine ullius Sacramenti perce-
ptione Princeps Tarentinus.

Alphonfus Rex Lusitanie validâ classe
Africam repetit, ut Mauros à subsidiis Turcarum
Imperatori ferendis distraheret; secuti sunt eum
Ferdinandus frater, & Petrus Patruelis equitum
Magister.

Moriuntur Isidorus Cardinalis Sabinensis;
Prosper Cardinalis S. Georgii, ex Principum Co-
lumnensium familiâ; & Compluti in Hispaniâ
B. Didacus Minorita; Scientiâ cælitus infusâ,
humilitate, charitate in proximum & miraculis
plurimis insignis; defuncti corpus suavissimum
odorem spiravit.

In humanis quoque esse desit B. Catharina
Bononiensis, Ordinem Clarissarum professa.

Decedit Regina Angliæ vidua, Jacobi III.
mater; item Franciscus Maresme Catalaunus,
trigesimus Ordinis Carthusiani Generalis, Sancti-
tate vitæ spectabilis.

Rustici Salisburgenses seditione motâ ar-
ces quasdam vi occupant; verum, advocato in
auxilium Sigismundo Bavariæ Duce, mox sedi-
tio sedata est; alia rusticorum proterva collu-
vies in Superiori Carinthiâ turbas concitans, ope
colonorum Matreria Vindiciæ refrænata, captis
rebellibus, & per Magistratum ad debitas pœnas
condemnatis.

Curia Urbs Episcopalis exceptis tribus Mo-
nasteriis & æde Episcopi tota in flammis abit.

Cum in Monasterio de Petrà in tractu
Sublacensi Monachi Ord. D. Benedicti, moder-
ni Sacelli gradus antè majus altare repararent,
excavatis monumentis corpus B. Benedictæ Con-
versæ, (nam Monasterium erat antea Monialium)
genuflexum & junctis sursum manibus, uti erat
sepulturæ traditum, planè integrum post mortis
ejusdem aliquot elapsa sæcula cum maximâ ad-
miracione reperiunt. Marches. Cajetan.

Blondus Flavius insignis Historiographus,
& Summi Pontificis Secretarius Romæ moritur.

Sangiagus Corinthi, Argoliæ Metropolim
Argos in Peloponeso occupat.

Vivis valedicit Joannes Bernardus Archiepi-
scopus Turonensis.

Anno hoc currente magna fuit in Germa-
niâ victualium copia; nam una vini mensura
apud Mosellanos, Rhenanos & Francos pro uno
vendebatur obulo Hallensi, quorum duodecim
faciunt solidum unum, vilissimum quoque erat
pretium frumenti.

Mahometes Turcarum Imperator Regnum
Bosniæ occupat, Stephanus Rex ultimus fallaci-
bus Tyranni blandimentis ex fortissimo castello
quò se securitatis causâ recluserat, evocatus, per-
fidè vivus excoriatur, paterque ejus vir senio ve-
nerandus capite truncatur, deinde accersiti Pri-
mates Regni sub falsâ pollicitatione omnes ad
unum interficiuntur, trucidatis insuper multis
incolarum millibus.

Danis Sueciâ expulsis, Carolus VIII, quor-
dam Rex revocatur.

Annus Christi 1464.

MAthias Corvinus obtentâ coronâ Ungariæ,
quam Fridericus Imperator diu detinuerat,
illâ coronatur.

Mathias cognomento Ramung, Decreto-
rum Licentiatus, Friderici Imperatoris Cancellar-
ius, Ecclesiæ Spirensis Canonicus, nondum Ca-
pitularis, Episcopus ejusdem postulatur, Vir ani-
mi frugalioris, prudentiæque singularis, ac di-
vinorum cultor auctorque, nec minus Reipubli-
cæ consultissimus.

Moritur Margaretha Ernesti Archi-Ducis
Austriæ filia, Conjux Friderici II. Electoris Saxo-
niæ; quam brevi post ipse in fato maritus se-
quitur.

Pius

Pius II. Papa Sacram Domum Lauretanam
invisit, redux, Anconæ in morbum incidit &
diem vitæ extremum claudit; sufficitur in ejus
locum à Cardinalibus Nicolaus Barbus, dictus
Paulus II.

Ad bellum Sacrum ne Casimirus Rex Po-
loniæ nomen daret, Prussico bello impediatur;
publicatâ tamen Cruce, permulti è Polonis pri-
vati nomina dedere, ita ut ii propè 12000. con-
ficerent; eorum nonnulla pars dum coit, & se
instituit Cracoviæ, re inter se communicatâ, in
Judæos impetum fecit, effractisque domorum
foribus facultates eorum diripuit, ac ne cæde
quidem abstinuit; cæsi ex utroque sexu Judæi
triginta ferme; Jacobus postea Dembenius Præ-
fectus, cum cohortibus suis superveniens, tumul-
tum compefcuit. Cromerus lib. 25.

Papa Octo Cardinales creat: (1) Tho-
mam Brochenum, Archiepiscopum Cantuarien-
sem. (2) Stephanum de Varada, Archiepiscopum
Collocensem. (3) Oliverium Carafam,
Archiepiscopum Neapolitanum. (4) Mar-
cum Barbum Venetum, Episcopum Vicentinum.
(5) Joannem Balues Gallum, Episcopum Ande-
gavensem. (6) Amicum Collimedianum, Epi-
scopum Aquilanum. (7) F. Franciscum Ro-
borem, Generalem Ord. Minorum. (8) Theo-
dorum Palæologum, ex Marchionibus Montis-
ferrati.

Lusitanie Rex Tingi Africa urbem frustra
obsidet, & cum multâ suorum jacturâ repelli-
tur, & irruptione in vicinos agros factâ, ad
Benafam montem cum copiis omnibus magnum
periculum adit, ubi Eduardus Menesius de salu-
te Regis sollicitus, dum nullum pugnæ finem fa-
cit, in conflictu perit; insigne quoque fortitudi-
nis specimen edidit Villæ Regiæ Comes; felicius
Henricus Castellæ Rex in Granatenses Mauro-
rum fines penetravit.

Rhodii Equites Turcarum classem pro-
fligant.

Obiit B. Margarita Sabaudia Ducissa Ordinis
D. Dominici, fervens in convertendis per ora-
tiones & preces ardentissimas peccatoribus; mo-
rituræ Christus unâ cum S. Catharinâ Senense
apparuit, insolitoque odore & splendore cellu-
lam decumbentis implevit; suaves divinitus edi-
tos cantus sorores lectum circumstantes audive-
runt; in momento ejus discessus, æs campanum
sua spontè nemine pulsante insonuit. Pius lib. 3.
de Vir. Illustribus Ord. Prædicatorum.

Moritur Joannes Sprovius Archiepiscopus
Gnesnensis; huic Joannes Gruscinius; isti in
Episcopatu Cracoviensi Joannes Lutecus; ei ve-
rò in Uladislaviensi Jacobus Sennenius à Paulo
Papâ II. Rege Casimiro postulante suffectus est;
Chelmenfi autem Cathedræ Paulus Grabovius
præficatur.

Diem obit Joannes Episcopus Spirensis;
item Joannes III. Episcopus Aichstadiensis, SS.
Theologiæ & Juris Canonici Doctor, Promotor
disciplinæ Ecclesiasticæ, ac pauperum Pater.

Sophia Casimiri III. Poloniæ Regis, & Eli-
sabethæ Austriacæ filia nascitur.

In Corsicâ cum Sanctitatis famâ decedit
Joannes de Taglia Ord. S. Francisci.

Naturæ debitum solvit Romæ Nicolaus
Cusanus natione Germanus, S. R. E. Cardinalis,
Episcopus Brixienfis, Theologus, Orator, Mathe-
maticus, Philosophus celebris, anno ætatis 63.

Vadingus ad hunc annum de B. Amadeo
Lusitano scribit, quod cum hic in Bressanorii
Ecclesiâ pernoctaret in oratione DEI, transeun-
tes antè auroram quidam operarii conspexerint
flammis operiri tectum, & aëra suavissimo cantu
repleri; admoniti Fratres igniti tecti, in templum
accurrerunt, solumque viderunt Amadeum oran-
tem, ex cujus pectoris fornace tot flammæ pro-
dibant.

Victor Capella copiarum Venetarum Dux
Athenarum urbem occupat, arcem verò frustra
tentat, hinc viam relegit.

Bessarion Trapezuntinus patriâ, creatur
Patriarcha Constantinopolitanus.

Obiit Bernardus filius Friderici, Dux Lune-
burgicus, nullis ex se prolibus relictis.

Clarent magna Ordinis Benedictini lumina
Wilhelmus S. Bertini Abbas, summo Republicæ
& patriæ bono natus, & Isuardus Glandaten-
sis ex Monacho & Abbate Lirinensi Episcopus.

Thomas Palæologus Peloponesi Princeps,
occupato suo à Turcis Regno Romam gratiâ pe-
grinandi visitaturus, caput S. Andreæ Apostoli
secum attulit, Summoque Pontifici donavit; hic
eodem hoc anno Catharinam Senensem SS. Ca-
talogo adscribit.

Joannes Nix Episcopus Spirensis Episcopatu
resignat, cui Mathias, ut supra dictum,
sufficitur.

Oliverius Carafa Archiepiscopatum Nea-
politano fratri suo Alexandro resignat.

Obiit Carolus Dux Burgundiæ Comes Ni-
vernensis & Retulensis.

Annus Christi 1465.

JUDEX Urbis Clagenfurtensis in Carinthiâ ci-
ves contra regionis Præfectum & Nobilitatem
concitat, eisque necem machinatur; insidiis
hiscè autem detectis, Judex cum decem aliis se-
ditionem capitis truncatione luit.

Ferdinandus, Lusitanie Princeps, Magister
Generalis militiæ JESU Christi creatur.

Paulus II. Papa Christianorum res augere
studet, ast Principes parum ad id contribuunt.

Veneti infeliciter pugnant contra Turcas,
binâ clade affecti; quare Capellus illorum Du-
ctor ex animi mœrore moritur.

Alfonfus primogenitus Ferdinandi Arago-
niæ cum Hippolytâ Ducis Mediolanensis filiâ
nuptias celebrat.

Obtinet insignem de Turcis Victoriam
Scanderbegus.

Grave gliscit dissidium inter Carolum Bur-
gundum Philippi Ducis filium, & Ludovicum
Regem Galliarum, occasione Ludovici Borbonii
electi Leodiensium Episcopi, quem Carolus affi-
nis adversus rebelles Borbonio Leodienses ad-
juvabat; hi autem Gallie Regis auxilio freti,
sines Burgundiæ incursionibus vexant, Lucem-
burgensem urbem obsident, Franci autem Ar-
dam oppidum dolo incendunt; sed Carolus his
aliisque injuriis irritatus, cædibus & flammis

omnia complet, adedque graviter affligit Leodienfes, ut pacem petere coacti fuerint.

Graves motus excitantur in Hispaniâ, contra Henricum Regem cum Alfonso ejus fratre, conjurantibus Proceribus; illo deposito, & in suâ statua illuso Alphonfus Rex proclamatur.

Picinus Italiae fax à Ferdinando Aragonio, cum filio aliisque nonnullis captus in carcere strangulatur.

Obiit Cardinalis Aloysius Patavinus; item Cardinalis Ludovicus Lebreus, amor & deliciae Collegii Sacri; necnon Burchardus Archiepiscopus Salisburgensis & Cardinalis, succedit ei Bernardus de Rhor.

B. Andreas de Chio illustrissimo Martyrio coronatur.

Elisabetha Casimiri III. Poloniae Regis, & Elisabethae Austriacae filia nascitur.

Otho Mospachiensis, Ruperti Imperatoris filius obiit; item B. Magdalena Albrica, Abbatissa Brunatensis Comi apud Insulubres, Ord. Eremitarum S. Augustini, divinitus aliquoties pascita, & miraculis illustris.

Thomas Palaeologus Peloponesi Despotam moritur exul.

Obiit Laurentius Valla de Latina lingua optime meritus; item Cardinalis Ludovicus d' Albret, Episcopus Divonae Cadurcorum, Vir doctus & discretione praecipuus, à Sacro Cardinalium Collegio totaque Romae magno in pretio habitus.

Joannes Beauvan Episcopus Andegavensis deponitur, & ob imputatos sibi excessus ad Monasterium Casae DEI pro poenitentia agenda amandatur.

Moritur strenuus ille Monachicae disciplinae Benedictinae restitutor B. Petrus Siis, ipsa in morte Antiphonam illam, *O intemerata &c.* suaviter occinens & occinendo moriens.

Inter PP. S. R. E. Purpuratos adscribitur Eminentissimus Joannes Godefridus Balves, Monachus & Abbas S. Dionysii Parisiensis.

Adolphus Dux Geldriae regnandi libidine succensus patrem suum Ducem Arnoldum noctu dormientem, nihilque mali suspicantem, in lecto jacentem capit, & diu captivum tenet.

Canonici & Cives Leodienfes contra Joannem de Burbon, Antistitem suum electum & confirmatum, Marcum Jacobi Marchionis Badenensis filium propria auctoritate, ne dicam temeritate in Dominum & defensores suum advocant, quem tamen paulo post iterum repudiaverunt.

Adolphus Archiepiscopus Moguntinus de consensu Capitali sui & Pauli II. Pontificis Maximi confirmatione, Henricum ex Comitibus de Wirtemberg in Coadjutorem assumit.

Annus Christi 1466.

Principes quidam adjacentes Barbansteinium Alsaciae superioris castrum, recentius Hohenhatstad dictum, demoliantur.

Norinbergae Principum Conventus celebratur praesente quoque Summi Pontificis Legato Laurentio Ferrariensi Episcopo, qui dictis Principibus arma in Turcas ac haereticos Bohemos movenda suadet; mox pro Austriae intestinis tumultibus sopiendis eò se confert, ubi in varios

pacis turbatores excommunicationis sententiam vibrat.

Moritur Joannes III. Episcopus Herbipolensis, qui continuum ferme bellum pro Ducatu Franconici conservatione victor gesserat; succedit in Episcopatu Rudolphus II. à Scherenberg.

Obiit Petrus V. Gironus, Magister Generalis Calatravae, in ejus locum succedit Rodericus VI. Tellez Gironus; item Hermannus VIII. Comes Hennebergicus.

Ernestus Electoris Saxoniae filius expeditionem faciens in Voilandiam, Plaviam occupat.

Anathemate ferit Bohemiae Regem ob manifestam haereticam Paulus Pontifex; Rochezana Bohemicae haeresis vertex subita paralyti percussus moritur.

Pax inter Polonos & Crucigeros firmatur.

Obiit Franciscus Sfortia Dux Mediolanensis, cui succedit Galeatius filius; item Theodorus Laelius Episcopus Tarvisinus vir doctrinae & integritate conspicuus.

B. Bartholomaeus ex Ord. D. Dominici, Inquisitor fidei, ab haereticis lanceis confossus Martyrii palmam decoratur; necem suam praesivit; in loco sui Martyrii arbor enata est, ramos instar crucis producens.

Principatum Sabaudiae adipiscitur Amadeus, eo nomine IX. Ludovici filius, vir omnigenam virtute ornatus.

Moritur Petrus Abbas S. Petri Salisburgi, Ord. D. Benedicti, hic B. Mariae V. cultui adeo addictus fuit, ut ejus Capellanus communi titulo appellari meruerit.

Floret Andreas Siculus, vulgo Barbatius, insignis Jurista.

Albertus Crummendickius ex recommendatione Christiani Danicae Regis, Episcopatum adeptus est Lubecensem; plurimis in Regnis praefati Regis Legati munere functus est; scripsit Chronicon Episcoporum Lubecensium.

Obiit Andreas de Ultrajecto Monachus Spanheimensis, Vir admodum eruditus inter alia lucubravit Soliloquium hominis ad DEUM suum lib. I. de profectu virtutum lib. I. de abstinentia carniū Monachis sanis secundam Regulam lib. I. de usu Floccorum in Ordine nostro lib. I. Epistolarum ad diversos lib. I. de Moguntinorum excidio elegiaco carmine lib. I. Epigrammatum lib. I. &c.

Floret in Monasterio S. Dionysii Ordinis nostri Parisiensi Joannes Chartier, frater Guillelmi Parisiensis Archiepiscopi, & Alani Secretarii Caroli VII. qui Chronica Franciae tribus voluminibus edidit.

Moritur Jacobus Cardona S. R. E. Cardinalis & Episcopus Urgelitanus.

Rebus Regni Suecorum plane turbatis Ericus Axelionius Gubernator instituitur, quo facto dissidia non diminuta, sed aucta fuere, Erico & Archiepiscopo Upsalensi infestos erga se animos gerentibus.

Annus Christi 1467.

Sigismundus I. Poloniae Rex natus est, ex Patre Casimiro III. Poloniae Rege, & Elisabetha Austriaca.

Cesaris copiae Steiram & Ypsium Austriae urbes occupant.

Victori-

Victorinus, Joannis Podiebradii Bohemiae Regis filius, Altenburgense in Austria Cœnobium evertit.

Cosmo Medicæ mortuo, succedit filius Petrus, cui adversantur plures ex Florentinis Nobiliores, ex quorum dissidio novi in Italia motus concitantur.

Tam apud Venetos quàm in Insubria libertas Ecclesiastica turpiter violatur, laicis bona Ecclesiasticorum occupantibus; hinc compulsus est Paulus Papa insignem constitutionem de collatione beneficiorum edere.

Viterbii imago Divae DEI Parentis Mariae, in quadam quercu appensa, miracula ingentia operari coepit.

Naturæ concedit Philippus Bonus Burgundiae Dux, succedit Carolus filius.

Bernardus de Craiburg Cancellarius Salisburgensis, instituitur Episcopus Chiemensis.

Decedit Amicus Agnifilius, patriam Aquilegensis, quondam Sacrorum Canonum Professor Bononiae, Alphonfi & Ferdinandi Neapolitanorum Regum Consiliarius, Episcopus postea Aquilensis & Cardinalis.

Apud Lyssum Albaniae Urbem, naturæ debitum cum magno Christianorum luctu solvit bellicosissimus Scanderbegus, alias Castriotus, immensus Turcarum terror, qui, licet Christiani Mausolæum adhuc venerantur, felices se reputant, si inde fragmentum, tanquam generositatis comparandæ remedium, valeant asportare.

Marcus Barbo ex Episcopo Vincentino S. R. E. Cardinalis creatur; eodem honore ornatur Thomas Bouchier Anglus & Archiepiscopus Cantuariensis.

Ad Sedem Archiepiscopalem Turonensem evehitur Elias Bourdeille Nobili sanguine Gallus, ex Ordine Divi Francisci, Episcopus Petricoricensis, Vir doctrinae insignis, & Ecclesiasticae libertatis propugnator acerrimus.

Puer quidam septem annorum, Theodoricus nomine, Basileam Moguntiam veniens Latine Teutoniceque tam expedite ac ornate loquebatur, ut omnes in stuporem raperet, & Oratori facundissimo compararetur.

Leodienfes hostiles adhuc animos contra Episcopum suum Joannem de Burbon gerentes, eundem in Tungris commorantem obsident, & ad necem postulant, qui dimissus per murum fugit cum paucis, veniensque ad avunculum suum Carolum Burgundiae Ducem, coram eo temeritatem civium suorum accusat, hic proinde Leodienfes bellum indicit, Leodium obsidet, & Cives ad pacem petendam cogit, sub duris conditionibus.

Claret eruditionis laude & insigni contra hostes fidei zelo B. memoriae Joannes Zerdanus noster, ex Monacho Populeti Barcinonensis Episcopus.

Oliverius Carafa Archiepiscopus Neapolitanus, Sacro Cardinalium Collegio inseritur.

Annus Christi 1468.

Nascitur Paulus hujus nominis tertius Pontifex Maximus.

Mathias Ungariae Rex, Georgio Podiebradio Bohemiae Regi haeretico bellum infert, & à Papa Bohemiae Rex designatur.

Idem Paulus Papa Italiae, Galliae & Hispaniae à Regibus & Principibus pacem impetrat.

Fridericus Imperator Romam venit, ubi magnifice excipitur.

Carolus Burgundiae Dux Leodium rursus obsidet, capit, incendit, ubi per milites caedes & sacrilegia plurima patrantur; effracta sunt Monachorum Virginitate Cœnobium, sacra omnia in lachrymabilem direptionem data, Sanctuaria DEI tota urbe incensa, spoliati Sacerdotes atque occisi; tunc nec parietibus templorum etiam parsum; in ipsam autem imbellem turbam tantam impietate saevitum est, ut nulli sexui, aetati aut ordini ignoscere voluerint; infantes alii parietibus sunt, puerperae confossae, pleraque virgines stupratae primò, mox strangulatæ; Senes quoque & pueri eodem, quo pugnantibus loco habiti sunt; quin & illud ad malorum cumulum accessit, ut parentes cum filiis & omni prole invalida fune uno constricti in profluentem Mosam deicerentur, in mediisque divinis, dum adstat Sacerdos altaribus, & Domini corpus sanguisque inter manus versantur, sacra patinae & calices impiè raperentur; Bzovius in annal, ad hunc annum.

Ingentes quoque in Hispaniam turbæ concitatae, dum Henricus Rex depositus feliciter pugnat, pluresque indies ab Alfonso noviter electo deficiunt, rebelles ac refractarii à Summo Pontifice excommunicationis gladio sunt percussi; hoc eodem anno Alfonso veneno, an peste extinguitur; hujus se praesidio orbatos videntes conjurati, Regnum Isabellae Regis sorori offerunt, quod ipsa non minus prudenter quàm piè recusat; tandem ad concordiam revocati sunt animi, & pax certis conditionibus inter Henricum & Proceres est stabilita.

Moritur Cardinalis Joannes de Turre cremata; item B. Conradus Arioctus, Vir pietate, zelo, charitate insignis, ambo ex Ordine D. Dominici.

Caelos petit B. Elisabetha Picinarda, Virginitate perpetua, miroque vitae rigore commendata, mortis suae horam longè antè praedixit, antequàm mors illi oculos clauderet, JESUM & MARIAM aspiceret, & Angelorum concentus audire promeruit; fuit è numero Sanctimonialium Ordinis Servorum.

Obiit Londini Nicolaus Kenton Provincialis Angliae Ordinis Carmelitarum, Vir Sanctimonialium & doctrinae laude florens.

Federicus Casimiri III. Poloniae Regis & Elisabethae Austriacae filius natus est.

Moritur Christianus à S. Donato Ordinis Minorum in Apulia, Vir Sanctitatis opinione celebris.

Alphonfus Lusitaniae Rex Anasam sive Anasam Fessani Regni urbem, ex qua Christianis magna inferebantur damna, excindit.

Leodi-

Leodienses auxilio Regis Gallorum freti arma arripientes, Leodium muris & propugnaculis denudatum, nocturno tempore intrant, expulsoque Caroli Burgundiae Ducis milite, muros rursus erigere incipiunt. Episcopus vero in Hasselt oppidum mille circiter equites pedumque bis mille ponit, actu nihilominus usi Leodienses nocturno id tempore occuparunt, Episcopum suum unâ cum Legato Apostolico ceperunt, quod ubi comperit Carolus Burgundiae Dux, clam pacem cum Gallorum Rege inicit, Leodium rursus obsidet, ut supra dictum, captâque urbe crudelissimè agit.

Mathias Episcopus Spirensis; Canonico-rum S. Germani Collegium in urbem transfert.

Æternâ nominis famâ claret Nicolaus cognomento de Donis, Monachus Reichenbacensis, Divinarum Scripturarum non ignarus, Græcè & Latine insignitèr doctus, Philosophus, Mathematicus & Cosmographus nulli suo tempore secundus, qui suâ vigilantia; Ptolomæi Tabulas Cosmographicas multis antè sæculis deperditas reperit, instauravit, & admirando opere cum picturis novisque tabulis elegantissimè ordinato, diligentissimè correxit, & in septem partes seu libros divisit, præter hos celebratur liber de Mirandis, & alius Epistolarum ad diversos.

Carolus VIII. Suecorum Rex expulsus rursus ad solium à quibusdam Regni Statibus vocatur, possessionem tamen accipere nequivit.

Contigit hoc anno in Toletano agro demessas segetes sanguinem emisisse. Mariana.

B. Jacobus à Castrò hoc anno nemorosâ in viâ per scelestos sicarios occisus est, & ad arboris radices impiorum gladiis confossus, in sylvâ mortuus jacuit; cumque Castrum minimè reverteretur, omnes admiratione capti ipsum per diversa loca statuerunt inquirere; placuit tandem Altissimo, ut Pastores quidam tam sylvam fortuito ingredienti, viridem atque florentem arborem ibidem viderent, unde admiratione maximâ affecti (quod & Januario mense omnes ferè ejus loci partes horridis nivibus essent opertæ) viam, ut propius arborem inspicerent, aggressi sunt; ibi igitur singula fronde & floribus ac in mense Majo conspersa undique conspiciunt; unde majori invicem stupore capti, miraculum! miraculum! cœperunt exclamare; quapropter admiratione in timorem conversâ, terga vertere statuentes, viam amplius invenire, nec vestigium quidem videre potuerunt, quare paulatim arborem ipsam circummeuntes, omnia vermenis floribusque valdè odorantibus repleta inspexerunt; ad ipsam tandem cum pervenissent, flexis genibus summisque precibus, vermenas, florentesque ramos amoventes, virum gladiis confossam reppererunt, quem subito pavore affecti deserere volebant, quando vocem audierunt, dicentem sibi; eijcite me foras, sum enim Jacobus à Castrò; ipsi verò amplius exterriti, audiunt iterum; nolite expavescere, læto animo sentibus me ejiciatis, quem denique extraxerunt deseruerunt, & viam, ut hæc Episcopo & Prætori nuntiarent, aggressi sunt,

rem illam nemini, si quem per viam invenissent, occultantes. Annal. Servorum ad annum hunc.

Annus Christi 1469.

Seditiosi quidam Stiriae Dynastæ, Imperatori Friderico bellum indicunt; mox tamen eodem arma movente, pax stabilitur.

Mathias, Ungariæ Rex, Bohemiæ quoque Regis titulo ornatur.

Idem Wellalense Moraviæ oppidum expugnat, & Victorinum Georgii Bohemiæ olim Regis filium captivat.

Azambeius ex Christiano ad Mahometismum apostata, Bosniæ Præfectus, in Croatiâ irruit, magnâque editâ inter Christianos strage (octo occisorum millia quidam numerant) 3000. in captivitatem ac servitutem trahit.

Veneti Ænum oppidum in Thraciâ littorè assultu capiunt; interière Turcarum circiter trecenti, capti ex omni ætate & sexu 2000. Veneti unius tantum remigis obitu, & vulneratorum sex damnò hæc victoria stetit.

Summi Pontificis copiæ à Roberto Malatesta acie vincuntur; cadunt 100. capiuntur 3000. inter quos fuere Præfecti militares duodecim primi in exercitu nominis, impedimenta omnia amissa, vexilla Ecclesiæ intercepta, imò castra tota occupata sunt; hæc audita clade Paulus Papa ad recuperandum Ariminum sedus cum pluribus inicit, illud autem Veneti recusant.

Cardinalis Joannes Balves & Episcopus Verdunensis à Ludovico Galliarum Rege in vincula conjiciuntur; facti causa vulgata est, violatam ab iis Majestatem, & Regni quietem turbatam; idem Ludovicus cum fratre Carolo reconciliatur.

Papa inter Ferdinandum Regem Aragoniæ, & Isabellam Henrici Regis Castellæ sororem, pro matrimonio contrahendo dispensat.

Moritur Joannes Carvagial S. R. E. Cardinalis; satis item concedit B. Aloysius Episcopus Mantuanus Ordinis Prædicatorum; decumbentis lectulum cælitus delapsa lux circumfulsit, auditaque est vox: *Euge serve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.* Bzovius in annal. ad hunc ann.

Rudolphus Episcopus Lavantinus vivis eximitur.

Joannes de Compesio creatur Episcopus Taurinensis, factus dein Archiepiscopus Tarentasiensis.

Diem obiit B. Eustochia Ord. S. Benedicti Sanctimonialis, quæ permissione Numinis, ad illustre patientiæ exercitium, à pessimo demônio ad extremum usque vitæ diem miserè fatigata, invictâ animi æquitate, confusionem & ærumnas omnes constantissimè superavit; & cujus tumulo limpidissima aqua stans quibusdam diebus scaturire cernitur, quâ hauriâ innumeris penè mortales, à gravissimis ægritudinibus liberati, prodigosè convaluerunt; ex Arnold. Duac.

Moritur

Moritur Petrus à Schaumberg Franco, Episcopus Augustanus. S. R. E. Cardinalis Vir summi ingenii.

Dalmatius à S. Dionysio creatur Episcopus Syracusanus.

Moritur Venerabilis Joannes ab Hagen Abbas Benedictinus Clusinus, institutor Congregationis celeberrimæ Bursfeldensis.

Ludovicus XI. Galliarum Rex, Ambaciæ Equestrem S. Michaelis Ordinem instituit.

Obiit Henricus filius Erici Ducis Grubenhagenensis & Elisabethæ filiz Ottonis Quadi Ducis Brunsvicensis.

Adolphus Archiepiscopus Moguntinus, Rudolphus Episcopus Herbipolensis, & Fridericus Comes Palatinus Rheni contractis copiis castrum Bugsberg prædonum latibulum obsident, & unâ cum Castello Sclupf occupant.

Conradus de Kauffung à Duce Saxonie patriâ proscriptus, ad vindictam sumendam audax facinus aggreditur; nam veniens nocte quadam ad Castrum Altburgum scalis artificiosè constructis per muros ascendit, Cameramque, in quâ tunc Albertus & Ernestus Ducis præfati filii dormiebant per fenestram intrat; dormientes pueros prædagi auxilio cepit, cautèque funibus demissos per murum adducit; mane factò cum introgressi custodes juvenes Principes minimè invenirent, suo clamore populam omnem ad furis persecutionem concitaverunt; jam sylvam intraverat Herciniam Conradus, in quâ se omnino putabat securum, apud carbonarium quendam reficiendi gratiâ deponens captivos Principes; interim dum carbonarium vicinam mittit ad villam, ut escas esurientibus emeret, supervenerunt cum impetu insequentes Saxones, & fugato timore Conrado unâ cum sociis, Nobilem prædam domum reduxerunt.

Eduardus Anglorum Rex, Socer Caroli Ducis Burgundiæ, consilio & auxilio Regis Gallorum, suorumque dolo Procerum à Regno dejicitur, & Henricus antea pulsus restituitur; ægrè hoc ferens Carolus, Eduardum ad se confugientem cum ingenti exercitu in Angliam mittens, expulso rursus Henrico, solio eundem restituit.

Floret Joannes Nicolaus Buboicus Episcopus Sagonæ in Corsicâ; edidit librum de origine & rebus gestis Turcarum.

Annus Christi 1470.

Moritur Georgius Podiebradius Bohemiæ Rex ex hydrope, ætatis quinquagesimo.

Fædus inicitur Casimirum inter Poloniæ Regem, & Fridericum Imperatorem.

Bohemiæ Regnum dicti Imperator, & Rex Poloniæ, Albertus Misniæ Marchio, cum Henrico defuncti Georgii filio affectant; quidam Bohemiæ verò Proceres Ludovicum Bavaricæ Ducem; alii Galliarum Regem postulant; Papa Poloniæ Regem ab Ungaro invadendo avertit.

Didacus, seu Jacobus Dux de Viseo, Magister Generalis Militiæ JESU Christi creatur.

Turcæ classem educentes Eubœam & Chalcidem occupant; in quâ urbe immania R. P. Brentano Epitome Chronologica.

crudelitatis signa ediderunt, armatis & inermibus pariter obruncatis, quotquot Italici erant generis, palis infixarant, sed nec impuberibus pepercerunt; Erizus urbis Prætor ex munitiore loco, ubi se tenebat, sub Mahometis fide egressus, & ad Imperatoris conspectum adductus, crudelissimo mortis genere interemptus est; ejus filia, virgo castissima & venustissima ad eundem Imperatorem deducta, cum turpitudini consentire proflus renueret, protinus jugulata, proque fide & castitate Martyrio coronata; in hac obsidione 4000. Turcarum millia cecidisse feruntur.

Conciliare studet Papa Principes Christianos & in Christianæ fidei hostem concitat; idem ad promerendam Divinam pietatem intentus annum Jubilæi ad XXV. contrahit.

Brugis in Flandriâ virtute Crucis Domini infans sine baptismo mortuus, triduoque sepultus, resosus vivit & baptizatur. Meyerus Annal. Flandric. lib. 17.

Fridericus Comes Palatinus Rheni, Adolphus Archiepiscopus Moguntinus, & Rudolphus Episcopus Herbipolensis Nobilium prædonum castra invadunt, occupant, demoliantur, & illos nefastos profligant. Trithem. in Chron. Sponheim.

In Belgio corpora SS. Luglii & Lugliani studio Elisabethæ Lusitanæ; Philippi Boni viduæ solennitèr transferuntur.

Cælitibus sociantur duo ex Ordine Dominicano lumina Paulus Miletus Calaber vir magnæ Sanctitatis; qui precibus suis dolia vacua vino prodigiosè replevit; & Petrus Maldurius, qui vivus adhuc homini undis submergendo apprensus, eundem vitæ servavit, mortuus toto vultu sanguinem sudavit; aliis post mortem miraculis clarus. Pius lib. 1. de Vir. illustr. Ord. Prædic.

Mense Decembri & consequente Januario Cometes ingens & horribilis, igneo colore, in principio libræ rutilans conspicitur.

Warvicensis Comes Eduardum Angliæ exiit, & Henricum Regem exulem restituit.

Antoninus Florentinus Archiepiscopus historiam ab Orbe condito usque ad hunc annum deducit.

Jacobus III. Scotiæ Rex nuptias celebrat cum Margaritâ.

Cum Mauri classe 18000. militum Melitam insulam invassent, jamque tormentis disponerent ad quatiendam urbem veterem, tertio die apparuit S. Paulus Apostolus, veste stellatâ, quali depictus visitur in Ecclesiâ Cathedrali, ac vibrans gladium, equo insidens, stipatus innumerâ multitudine, visus est invadere Turcarum agmina; cumque in eum Turcæ multas conjicerent sagittas, omnes in ipsosmet restortæ & repercussæ resilierunt, eosque vulnerarunt & perdidierunt; visi pariter fuere duo alii Insulæ Tutelares, S. Georgius & S. Agatha, cujus marmorea statua à civibus in muro collocata fuit, sed facie à Turcis averâ, & ad urbem conversâ; verum illa suapte vi faciem ad Turcas convertit, tanto fragore, quantus est bombardarum majorum, adeo ut eodem percussis Turcæ solverint obsidionem, seque in fugam dederint. Cornel. à Lap. Comment. in Act. Apost. c. 28. v. 1.

X x x

Moritur

Moritur Joannes III. Episcopus Verdenfis, anno ætatis nonagesimo.

Circâ hunc annum obiit B. Ugolinus Ord. Eremitarum S. Augustini Cortonæ in Hetruriâ; Angelicæ puritatis amator tenerrimus, miraculorum dono in vitâ & post mortem clarus.

Vitæ quoque finem fortitur Otho Dux Brunsvicensis; nec non Rodericus Sanctius, Episcopus Palentinus, auctor Historiæ Hispanicæ.

Claret Joanna de Durve, prima Abbatissa pro Coletanis Clariffis facta Camberiaci in Sabaudiâ, quæ multa Sanctitatis indicia in vitâ edidit; ejus corpus post centum ab obitu annos integrum & suavissimè redolens, inventum fuit.

Decedit cum Sanctitatis opinione Nicolaus à Kostikio, Laicus Ordinis Minorum S. Francisci Warfaviæ.

Nascitur Petrus Bembus S. R. E. Cardinalis.

Weissenburgenses Cives Præfectum seu Vicetenentem Comitum Palatini captum & spoliatum contumelias & injuriis plurimis affecerunt, undè commotus animo Comes, urbem validâ manu obsedit, post longam obsidionem tandem Argentineses & aliæ quædam Libere Imperii urbes pacem procurarunt.

Ludovicus Bavaricæ Dux ab Imperatore Alfatæ & circumjacentium regionum Capitaneus constituitur, quod ægrè ferens Fredericus Comes Palatinus Ludovicum armis impetit, & multas illius munitiones occupat.

Claret Joannes Bertinensis Abbas, cujus laudatur immensum volumen de origine, progressu & Constitutionibus Equitum aurei Velleris, quorum Cancellarius perpetuus existit Abbas quilibet S. Bertini.

Natus est Carolus VIII. Galliarum Rex; obiit econtra Holmiæ Carolus VIII. Rex Suecorum post longum à Regno exilium, nullâ ex se prole masculâ relicta.

Annus Christi 1471.

Moritur Fridericus II. Elector Brandenburgicus.

Uladislaus Casimiri Poloniæ Regis filius, Rex Bohemiæ salutatur, quod ægrè Mathias Ungariæ Rex ferens, Moraviæ Bohemiæque fines infestat; tumultibus autem à quibusdam Ungariæ Proceribus excitatis arma eò vertere compellitur; Imperatore interim cum Imperii Principibus Germaniæ pacem Ratisponæ stabilire satagentibus.

Paulus Pontifex ne opem postulantibus Venetis & Rhodiis deesset, triremes 20. contra Turcas mittit, quibus Ferdinandus Siciliæ Rex decem adjunxit; septem Joannes Baptista Ursinus Rhodianiæ Religionis Magnus Magister, Veneti 46. habuere, præter naves onerarias complures; quâ classe fretus Petrus Mocenigus Venetæ classis Præfectus, in maris Jonii orâ non infeliciter plura tentavit.

Moritur Thomas Kempensis Canonicus Regularis, quibus multi aureum illum libellum de imitatione Christi adscribunt; licet alii Joannem Gersen Abbatem ejus authorem adstruant; illum ad cælos hoc eodem anno præcessit

Dionysius Rickelius Carthusianus; vir insignis pietatis & doctrinæ; scripsit enim

In libros Psalmorum:

In Isaiam.

Super Genesim.

Super Exodum.

Super Leviticum.

Super lib. Numerorum.

Super Deuteronom.

Super librum Josue.

Super lib. Judicum.

Super lib. Ruth.

Super 4. lib. Regum.

Super libros Paralipomenon.

Super Esdras.

Super Neemiam.

Super Tobiam.

Super Judith.

Super Esther.

Super Job.

Super Ecclesiasten.

Super Cantica Canticorum.

Super Ecclesiasticum.

Super Isaiam.

Super Jeremiam.

Super Threnos.

Super Baruch.

Super Ezechielem.

Super Danielem.

Super 12. Prophetas minores.

Super libros Machabæorum.

In omnes libros novi Testamenti.

Scripsit item Epitomen Nobiliorum Sententiarum totius Scripturæ Sacræ. Opera doctrinalia decem in libros S. Dionysii Areopagite.

Medullam operum S. Thomæ.

Super Boëtium de consolatione Philosophiæ.

Enarrationem hymnorum præsertim veteri.

Expositionem librorum Joannis Climaci.

Translationem librorum Joannis Cassiani.

De exemplis & documentis authenticis.

De Ente & essentiâ.

De scientiâ Universalium.

Compendium Philosophicum.

Compendium Theologicum.

De lumine Christianæ theoriæ lib. 2.

Dialogum de fide Catholicâ contra gentiles, continentem 8. libros.

Contra perfidiam Mahometis & contra multa dicta Saracenorum lib. 4.

Dialogum inter Christianum & Saracenum.

Epistolam ad Principes Catholicos paræneticam de instituendo bello adversus Turcas.

Contra artes Magicas & errores Waldensium.

Contra superstitiones.

De naturâ æterni & veri DEI.

De venustate mundi & pulchritudine DEI. Creaturarum in Ordine ad DEUM consideratio Theologica.

De distantia perfectionis divinæ & humanæ.

De munificentia & beneficiis DEI.

De laudibus superlaudabilis DEI.

Laudes DEI devotissimæ.

De donis Spiritus Sancti lib. 4.

Horas de Sanctissimâ Trinitate.

Horas devotissimas de passione Domini.

Meditationes de Dominicâ passione.

Expo-

Expositionem passionis Dominicæ secundum 4. Evangelistas.

Expositionem Missæ.

Dialogum de celebratione & Sacramento altaris.

Tractatum de Sacra Communione frequentandâ.

Sermones sex de Venerabili Sacramento.

De laudibus Beatissimæ Virg. Mariæ lib. 4.

De Præconio & dignitate jusdem lib. 4.

De mutuâ cognitione in patriâ.

De Sanctorum Reliquiarumque veneratione, & de modo agendi Processiones.

De causâ diversitatis eventuum.

De deformatione & reformatione Ecclesiæ.

De authoritate & officio summi Pontificis.

De potestate & jurisdictione summi Pontificis.

De authoritate Generalium Conciliorum.

De vitâ & regimine Præfulum.

De officio, vitâ & regimine Archidiaconorum.

De regimine Prælatorum.

De officio Legati.

De vitâ & statu Canonorum, Sacerdotum & Ministrorum Ecclesiæ.

Dialogum inter Patronum & Canonicum.

De vitâ & regimine Curatorum.

De honestâ conversatione Clericorum.

De Doctrinâ Scholasticorum.

De vitâ Nobilium.

De regimine Principum lib. 3.

Dialogum inter Christum & Principem.

Dialogum inter Christum & Principissam.

De vitâ militari.

De vitâ mercatorum & justo pretio rerum.

De regimine Politicæ.

De laudabili vitâ conjugatorum.

De laudabili vitâ Virginum.

Dialogum inter JESUM & Senem.

De vitâ & exemplis antiquorum Patrum.

De laude Ordinis Carthusiensis.

Enarrationem in tertiam regulam S. Francisci.

De reformatione Claustralium.

De reformatione Monialium.

De vitâ Solitariorum.

De vitâ & sine Solitarii.

De laude solitariæ vitæ.

De vitâ Inclusarum.

Quatuor Opera Sermonum.

Illuminatorium salutaris Scientiæ.

Contra pluralitatem Beneficiorum.

Lib. 2. contra Simoniam.

Contra avaritiam.

Contra ambitionem.

Contra vitium proprietatis Monachorum.

Laudem Carthusianorum.

De modo devotè psallendi.

De modo & ordine judicandi & corripienti.

De actu visitationis.

De gravitate ac enormitate peccati.

Dialogum de conversione peccatorum.

De arctâ viâ salutis & contemptu mundi.

Speculam amatorum mundi.

Exhortatorium Novitiorum.

De votis & professione Religiosorum.

De fructuosa temporis deductione.

De triplici viâ.

De viâ purgativa.

De viâ purgativâ exercitium.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

De mortificatione vivificâ & reformatione internâ.

De fonte lucis & semitis vitæ.

De remediis tentationum.

De discretione Spirituum.

De passionibus animæ.

De puritate & felicitate animæ.

Cordiale sive præcordiale.

De custodiâ cordis & profectu Spirituali.

De gaudio Spirituali.

De pace internâ.

De elevatione mentis in DEUM.

De oratione.

De meditatione.

De contemplatione.

Sonus epulantis.

Inflammatorium divini amoris.

Dialogum de charitatis profectu.

Dialogum de perfectione charitatis.

De Regulis vitæ Christianorum.

De particulari judicio & obitu singulorum.

De quatuor hominis novissimis.

Collationes duas pro Capitulo Generali Ord. Carthusiensis.

Collationem missam Capitulo Generali FF. Minorum de observantiâ.

Epistolam ad universos Principes Christianos.

Epistolas multas ad Nicolaum de Cusa Card. Legatum.

Epistolas alias plures.

Elegiam de judicio mortis, & variis casibus ejus.

Varia carminum genera, sermones, collationes, & solutiones dubiorum plurimas.

Revelationes sibi à Domino DEO factas, & alia.

In humanis hoc quoque anno esse desit B. Isaias Boner, Ord. S. Augustini, S. Theologiæ Professor, ecclasiis, voluntariâ corporis mortificatione nec non charitate erga proximos insignis; ediditque commentaria doctissima in 4. Sententiarum libros, mortuali lecto affixus meruit Deiparam cum Angelorum & Diverum tutelarium numero stipatam intueri, à morte variis miraculis gloriosus.

Moritur B. Mathæus Carrerius ex Ord. D. Dominici, apparitione Christi dignatus, & insatiabili animarum zelo inflammatus; refulsit insignibus à morte miraculis Pius lib. 1. de Viris Illust. Ord. Prædicat.

Per idem tempus Ordinem Seraphicum illustrarunt F. Thomas Alamannus, in cujus Sacra facientis manibus visa est aliquando divina Eucharistia in speciosissimum puerum conversa.

F. Ludovicus de Latinis, qui leprosum injecta ei propria tunica sanavit.

F. Joannes Lombardus, cui Christus aliquando lumine immenso coruscus apparuit, & ad charitatem erga pauperes incitavit.

F. Antonius Stronconius ad mortem usque Virgo, in cujus post mortem exhumati manu rosa purpurea reperta est.

F. Antonius Escocellus miraculorum gloria illustris; non minores superioribus Jacobus Cætanus, Petrus Francus, Christoforus Cribellus, Joannes Bonvisius & alii, sanctitate, doctrinâ, eloquentiâ, donò miraculorum vel Prophetiæ illustres.

Quæsitâ & impetratâ Burgundi ope Eduardus capto Rege Angliam recipit, & Varvicensem occidit.

Ernestus ex Comite de Schauenburg Episcopus Hildesienfis moritur.

Joannes à Parcu Ord. S. Francisci, Clusæ cum famâ Sanctitatis decedit; quâ laude etiam mortem obiit Henricus VI, Rex Angliæ.

Albertus Durerus redivivus Apellus nascitur.

Obiit Wilhelmus Abselius, Vir doctus, Prior Carthusianorum Brugæ in Flandriâ.

Gabriel Altilius Poëta insignis Neapolitanus, ex Informatore Regii filii Ferdinandi, creatur Episcopus Policastrensis.

Alphonfus V. Lusitanæ Rex Arzillam urbem munitam in Hasbatâ Fessani Regni Provinciâ per assaultum capit, & munitiorem reddit, incolas omnes in Lusitaniam cum Mahomete septem annorum puero, Rege postea Fessano transmissit.

Obiit Otto Dux Luneburgicus, filius Friderici.

Fridericus Comes Palatinus Rheni rursus exercitum 14000. militum in propriâ personâ ducit contra Ludovicum Comitem Palatinum Bavarizque Ducem, oppidum Wachenheim obsidet & occupat, in quo cepit ex Nobilioribus Viros octo, equites inferioris Ordinis triginta quinque, pedites vero septuaginta, quorum quinquaginta quatuor in aquâ fecit submergi, quod rusticos interfecerant, domos succenderant, Ecclesias & Monasterium Limpurgense spoliabant; deinde muros & turres oppidi omnes subvertit, & fossatum per circuitum solo æquavit; victoriam hanc auxit occupatio Lamsheimii, Durckheimii, Sobenheim & Monzegen &c. tandem die 2. Septembris Heidelbergæ pax conclusa & subscripta. Eodem anno tertiâ die mensis Octobris sæpè dictus Comes Palatinus confederatione prius factâ cum Nicolao Duce Lotharingæ coadunato exercitu oppidum Mauri Monasterium & Castellum vicinum Geroldseck, in quibus prædones sua receptacula habere consueverant, obsedit & cepit, murosque per gyrum & fossata destruxit, latronibus nocturnâ fugâ salutem quærentibus; post hæc cepit alia duo prædonum receptacula Dorzbach & Waltbach, illorum alii ibidem existentes sunt occisi, alii verò capti, cæteri autem fugâ elapsi sunt.

Die 28. Augusti Paulus Papa obit apoplexiâ tactus, post quem Cardinales Franciscum de Savona in Pontificem unanimiter elegerunt, qui Sixtus IV. fuit nuncupatus.

Fridericus Imperator Conventum, Principum Imperii habet Ratisponæ, ubi inter alia multa tractabatur de bello in Turcas movendo, sed omnia in verbis sine factis terminabantur.

Olivetanam Sacram Congregationem non tam regit quàm illustrat Ven. Leonardus Mezanachus Bononiensis, Vir igneâ charitate in proximum flagrans; is cum antecessoribus honoratus sepulchrum molitur, Franciscum Ringhlerium, cui in Generalatu proximè successerat, post decimum ab obitu mensē, incorruptissimum reperit, & suaviter dormienti similem.

Annus Christi 1472.

Venerabilis Petrus Ferrerius Valentinus patriâ, ex Ordine Minorum S. Francisci, Monasterium præfati Ordinis, juxta oppidum, quod Caceres dicitur (quasi Castra Cæciliæ, aut Cala Cæceris, ut interpretatur Rodericus Mendius Silva) constituit.

Erfordiæ magna pars in favillas redigitur. Usur-Cafanus Persarum Rex Marte felicissimo utitur contra Turcas, Christianosque Principes ad armorum Societatem vocat; Papa quoque dissidium Imperatorem inter & Mathiam Ungariæ Regem componit.

Carolus Dux Aquitanniæ Veneno extinguitur.

Sixtus Papa classem in Turcas mittit, Smyrna à Christianis occupatur & diripitur, incolis partim trucidatis, partim in captivitatem abductis; ex quibus tradunt, fœminam florenti ætate, quum ad naves violento raptu abduceretur, mariti sepulchro, in quod fortè ita abstracta inciderat, procumbentem hæsisse, ac flebili ululatu super illud mariti nomen sæpius invocasse, atque cum circa bustum fœmina affixa inhærensque perstaret, & nec precibus neque minis facile inde divelli amoverique posset, à milite quodam gladio transverberata & exanimis relicta est; ad captæ urbis famam Balabanus, qui Provinciam administrabat, ex proximis stativis excitus, cum tumultuariâ Turcarum manu subito adfuit, in cujus occursum Peloponesiacus eques audacter profectus, prælium capessere non dubitavit; adfuere in auxilium & turmæ navales atque æquo Marte aliquamdiu pugnatum. Balabano autem Duce cadente, hostes ingenti clade prostrati sunt. Smyrnam Victores reversi, post translata ad naves opulentam prædam, urbem incenderunt.

Siculus quidam adolescens inagni facinoris authorem se obtulit, Turcicam scilicet classem Garipoli subductam, absque custodiâ stationem habentem, cum toto armamentario accendendi; confestim præmio proposito negotiatorem mentitus, vasroque usus consilio, scapham pomis refertam paravit, eamque conscendens, cum Garipolim ignotus appulisset, instituto per diem quæstui operam dedit, sequenti nocte armamentario, quam occultissime potuit, ignem iniecit, sed flammam jam in proximas naves transilientes magnus barbarorum concursus ad locum factus subito restinxit; adolescens re parùm feliciter tentatâ Hellepontum relinquere, celeri expeditoque itinere studuit, naviculâque mari demersâ, in proximum nemus concedere coactus est, pomis autem passim fluitantibus inspectis, proditus, & ex fugâ retractus, atque ad Othomanni Imperatoris conspectum adductus, magni animi speciem ostendit; rogatus enim, quâ suâ injuriâ in tantum facinus prorumpere ausus fuisset, respondit: *Communi Christiani nominis hosti nocere voluisse, pulchrumque omnino facinus aggressus sum, sed pulchrius fuisset, si quemadmodum in nauticum apparatus flammâ, ita in tuum caput Rex Othomanne, ferro grassari licuisset;* admiratus Tyrannus adolescentis indolem, irarumque ex responsi indignitate plenus, eum medium secari iussit; sub id tempus Veneti Josephum Barbarum Oratorem

torem in Persiam ad Usur-Cassanum cum muneribus, & ingenti tormentorum, quæ petierat numero transmiserunt, Mocenicumque Classis Venetæ summum Præfectum monuerunt, ut ad Usur-Cassani iussâ, classem paratam haberet, & quo accerferetur, confestim eò iret. Justinian. histor. Venet. lib. 9.

Archiepiscopum Colonensem, & Capitulares Cathedralis dissidentes, Papa misso legato conciliare studet.

Episcopatus quoque Hildesienfis ob duos electos in Episcopum bello involvitur, idem contigit Hetruriz.

Obiit Bessarion Cardinalis Nicænus, Vir sine controversiâ magnus, ejus doctrina ingens erat, ingenium singulare, admirabilis eloquentia; huic munificentia & magnificentia æqualis, Sanctitate vitæ & natalium splendore superior, hoc ipso anno mortalitatem explevit B. Amadeus Sabaudiz Dux tertius.

Henricus VI. Rex Angliæ ab Eduardo victus, & in vincula conjectus, capite plectitur.

Hoc ipso anno diem clausit extremum Jacobus Nothus, Regis Cypri filius, qui Memphitici Regis adjutus armis, ejectâ Carlottâ sorore, legitimo thoro natâ, ac Regni hærede, pulsoque Ludovico Sabauda Carlottæ marito, Regnum Cypri occuparat; ab ejus morte Regnum ad Venetos venit.

Mortalitatem exiit B. Petrus Caraltius Aragonius Ord. S. Dominici Deiparæ cultor insignis; item Mantuæ B. Maria Magdalena Copina ex eodem Ordine, ab infantiâ solitudinis & vitæ austerioris amans; Spiritu Prophetico ditata, futuras res & cordium arcana perspexit; à morte illustribus claruit miraculis. Michaël Pius lib. 3.

Par Magdalenzæ Sanctimonîâ B. Franciscus Tomafucius à Campo Basso Minorita, qui frequentissime in Dominicæ passionis contemplatione defixus, horas integras manibus in formam Crucis distentis perseverabat; pro animâ fratris sui Germani cum oraret, in extasim raptus, vidit illam ferri gloriosam in cælum; post mortem miraculis fulsit.

Æqualis Francisco B. Clemens Caponius ejusdem instituti, frequentioribus Christi & Angelorum visitationibus recreatus, hisce temporibus floruit.

Tristia è cælo signa hunc annum funestant, gemini Cometæ, unus initium, alter finem anni tristibus prognosticis signant; secuta est mala appendix pestilentiz, bellorum & aliorum infortuniorum, quibus merito accenseas interitum Magnæ Domûs Burgundiz.

Moritur Henricus Episcopus Constantiensis & Curienfis, cui in Sede Constantiensis succedit Burchardus.

Pirona seu Petronilla Hergods, reclusa in cœmiterio S. Nicolai extra muros urbis Mechliniensis, sub regulâ terti Ordinis S. Francisci Sancto sine decedit.

Elisabetha Casimiri III. Poloniz Regis, & Elisabethæ Austriacæ filia nata est.

Extinguitur Amadeus Sabaudiz Dux.

Cum sanctioris vitæ famâ decedit Joannes Focaldus, Ord. Minorum S. Francisci; item Joannes Bonvisius ejusdem Ordinis, Nobilibus

hic natus fuit parentibus, sanctitate verò vitæque austeritate nobilior.

Floret Bartholomæus Albicius Pisanus ex Ordine eodem, scripsit inter alia librum, cui titulus Conformitates S. Francisci cum vitâ Domini nostri JESU Christi.

Joannes Beauvan Episcopus quondam Andegavenfis, Sedi suæ restituitur.

Fridericus Comes Palatinus Castellum Dissau in Bohemico nemore situm, in quo prædones latibula sua habere solebant, obsedit, cepit, ac penitus destruxit, latrones in eo repertos interfecit, Dominumque Castri Ambergam misit captivum.

Nicolaus Roverellius Generalis Olivetanæ Congregationis Sanctitatis famâ claret.

Moritur Carolus Dux Andegavenfis, filius Ludovici II. Regis Neapolitani.

Annus Christi 1473.

Oritur insigne Mathematicorum Sidus Nicolaus Copernicus.

Veneti Cyprum, Insulam occupant ejectis Genuensibus; ardet solis calore accensa Hercynia silva per octodecim hebdomadas; idem infortunium accidit Habelschverdenfisbus ad Glacium in Bohemiâ silvis.

Imperator Fridericus Imperii Comitæ Augustam Vindelicorum indicit.

Dissidentes Galliarum Regem & Burgundiz Ducem conciliare curat Sixtus Papa, qui Jubileum indicit.

In Hispaniâ pro reformando Clero ab Archiepiscopo Toletano Concilium celebratum.

Sequentes Cardinales creantur: Philippus de Levis Archiepiscopus Arelatensis.

Stephanus Nardinus Archiepiscopus Mediolanensis.

Auxias de Podio Hispanus, Archiepiscopus Montis Regalis in Sicilia.

Petrus Gundisalvius de Mendoza Hispanus, filius Marchionis de Santillana, Episcopus Seguntinus.

Antonius Jacobus Venerius Recanatensis, ex Episcopo Syracusano Legionensis.

Joannes Baptista Cibo Genuensis, Episcopus Melphitenfis.

Joannes Arciboldus Mediolanensis, Episcopus Novariensis.

Philippus de Ugune & Burgundus, Episcopus Matisconensis.

Moritur Joannes Gruscinius Archiepiscopus Gnesnensis, repentinâ correptus amentia, homo avaritiæ & libidini deditus. Cromer. lib. 28.

Feliciorem vitæ finem sortitus est Joannes Canthius Professor Theologiæ in Gymnasio Cracoviensi; signis & miraculis post mortem gloriosus; cætera inter sexdecim mortui ad tumulum ejus revixerunt, Mathias Miechovius histor. Polon. lib. 4. c. 69.

B. Alanus Rupensis Ord. S. Dominici Rosarii Fraternalitatem ex Deiparæ mandato restaurat, qui eodem anno dæmoniacum solâ Rosarii ad collum ejus appensione curat. P. Archang. mirac. 5.

Jacobo III. Scotiz Regi filius ejusdem nominis natus est.

B. Gregorius Spoletanus, cum in eremo Montis-Luci ad extremam usque senectutem sanctissime vixisset, Angelorum colloquiis & miraculis clarus obit.

Moritur S. Petrus cognomento Teutonicus Monachus Camaldulensis, verè mortui sæculo vivum exemplar, qui oratione suâ & signo crucis edito Monasterii injustos ac armatos invasores prodigiosè avertit; Pio II. Pontifice Maximo vitâ functo, vidit procùl positus animam ejusdem tribus coronis redimitam Angelicis manibus in cælum deferri; ex Augustin. Florentin. Hist. Camald.

Diem obit B. Joannes Cantius, Sacrosanctæ Theologiæ Doctor, & Professor Cracoviæ, ac post obitum miraculis claret.

Hercules Ferrariæ Dux regimen adit.

Naturæ debitum solvit Adolphus Princeps Anhaltinus filius Alberti Claudi, & Elisabethæ Comitissæ de Mansfeld.

Magnus cognomine Torquatus, Dux Brunsvicensis linæ hodiernorum Brunsvicensium Ducum pater, à famulo Ottonis Comitis de Schaumburg gladio perfoctus occumbit.

Hermannus Hassiæ Landgravius, Vir prudentiâ, consiliò & actione præclarus Administrator sit Ecclesiæ Archiepiscopalis Colonienfis.

Veneno infidiæ struuntur Galliarum Regi, veneficus verò industriâ coqui regalis notatus, traditus & captus, veneficiumque confessus in torturâ, publicè capite truncatus est.

Ætas annî hujus fuit præcalida, vinaque crevere optima.

Moritur Jacobus Rex Cypri, non sine veneni suspitione, unicum relinquens filium ex Venetâ uxore; quo & ipso extincto Regnum Veneti occuparunt.

Extinguitur illustre Ordinis Nostrî decus Joannes Jofredi Monachus Cluniacensis, Juris Canonici & Theologiæ Doctor, ex Priore S. Mariæ de Castro Abbas S. Petri de Luxovio, post Episcopus Atrebatensis & Referendarius Apostolicus, S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. SS. Silvestri & Martini.

Carolus Burgundiæ Dux Comitatum Zutphaniensem & Geldriæ Ducatum emptione comparat.

Annus Christi 1474.

Imperator Fridericus, in Principum Conventu Augustæ Vindelicorum habito, Fridericum Comitem Palatinum, Ludovici cæci filium, Imperii banno ferit; fœdus cum Casimiro Poloniae Rege, contra Mathiam Ungarum init.

Moritur Wilhelmus VII. Comes Hennebergicus.

Ernestus Elector Saxonie Mathiam & Ladislaum Ungariæ Bohemique Reges, cum Casimiro pro Bohemie coronâ decertantes, conciliat; dicto Ladislao Bohemie Regi per venenum à duobus civibus Pragensibus hæreticis infidiæ struuntur; de altero in arce Carlosteinio supplicium sumptum, alter Pragæ in arce mortuus, suppresso in eum iudicio, à quo subornati ad hoc facinus erant; mox insana plebs publicè in urbe Pragensi & Cuthuensi seditionem movere, Senatam à Rege institutum deponere, in exilium relegare, ipsumque Regem convitiis im-

petere ultra tentavit; Ladislaus verò tempore obtemperans, vindictam debitam distulit aliquantisper, & tandem justè exercuit, audaces de plebe exilio puniens, Prædicantes verò, ut vocant, incarcerando, & à templis removendo. Dubrav. histor. Bohem. lib. 31.

Turcæ Scodram & Naupactum frustraneâ obsidione tentant, revocati Ungarorum ac Venetorum armis; à Coccino quoque Lemninsulæ oppido maturo classis Venetæ adventu fugati.

Henricus Castellæ, & Ferdinandus Aragoniæ Reges reconciliantur Papâ mediatore; Henricus paulò post moritur nullâ relicta prole masculâ; post cujus obitum magna facta est in Hispaniis rerum mutatio; plurima pars ad Isabelam fororem translata est, non pauci Joannæ adhererunt.

Vitâ fungitur Cardinalis Riarius; cui mortis socium se junxit Cardinalis Theanensis.

Natus est Adamus Wenceslaus Dux Teschenensis in Silesiâ, ex patre Wenceslao Adamo, matre Sidoniâ Catharinâ, filiâ Francisci I. Ducis Saxo-Lauenburgici.

Anna Ludovici XI. Galliarum Regis filia, Petro Principi Borbonio nubit.

In Polonico exercitu, casuali exorto incendio, quod ventus augebat vehemens, multi mortales, equi plurimi, & curtus cum victualibus quingenti, tanto exercitu opem non ferendo, absumpti sunt, reperti que fuerunt in semetipsis quadrigis pixides Divinissimum Eucharisticum Sacramentum continentes, & intellectum est, ignem hunc plagam fuisse Dei. Raynaldus in Annal. Eccl.

Obit Ericus II. Dux Pomeraniæ, cui in regimine succedit filius Bogislaus hujus nominis decimus, qui cum petiitum ab Alberto Electore Brandenburgico homagium præstare renueret, bellum sibi conflat, quod tamen per transactionem hæreditariam sopitur.

Carolus Burgundiæ Dux Siciliæ Regnum affectat, sed non impetrat; Novesium per menses decem & dies 27. acriter, sed frustra, obsidet.

Philippus Comes Palatinus Rheni Bavarique Dux uxorem ducit Margaretham Ludovici Ducis cognomento divitis filiam, & Ambergæ nuptias celebrat; similiter Eberhardus Comes Wirtenbergicus matrimonio sibi jungit Barbaram Marchionis Mantuani filiam.

Comites de Gerolseck Mercatores quosdam Basileenses ad nundinas Francofurtum navigantes intercipiunt, & in oppidum Schuttem captivos ducunt; audientes hoc Argentinenfes cives contractis copiis Schuttem obsederunt & ceperunt; dejectisque muris & turribus, fossatum quoque terræ æquarunt captivosque liberarunt.

Theobaldus ex Illustrissimo Comite S. Pauli & Fiemes humilis Monachus Benedictinus, Cenomanensis, dein creatus Episcopus, mox etiam ad Cardinalitiam purpuram vocandus, à cælo præripitur.

Moritur Antonius Viennensis Archiepiscopus ex Abbate S. Petri ibidem.

Hoc anno Joannes Mates & Catharina Calagnita Barcinonenses, cum annos octo egissent sine proliatione, pro ea obtinenda voto domi concepto, & in ipsa S. Severi Ecclesia renovato, sacrum solenne faciendum curarunt in honorem duodecim Apostolorum, accensis duodecim cereis,

cereis, cum nomine unius Apostoli ad singulos cereos; audierunt Apostoli vota precantium; nam ipsi spatio tredecim annorum sequentium duodecim proles habuerunt, octo masculos, & quatuor fæminas, quorum singulis unius Apostoli nomen indidere; & licet diu supervixerint, nullam ultra prolem susceperunt; filii deinde post parentum mortem singuli circa festum sui Apostoli, cujus nomen gerebant, obièrunt. Bagatta in admirandis Orbis Christiani.

Annus Christi 1475.

Stephanus Moldaviæ Princeps, Turcas è ditio- ne suâ gravi strage retundit; Cassam tamen aliaque oppida & arces Christianorum dominio subtrahunt, item Croiam, Veneramque militiam campestram non levi damno afficiunt.

Philippus Comes ab Henneberg, Episcopus salutatur Bambergenfis.

Moritur Henricus XIV. dictus Mirabilis, Comes Hennebergicus, Canonicus Ecclesiarum Cathedralium Colonie & Herbipoli; nata contra est ex eodem stemmate Catharina.

Burgundiæ Dux & Fridericus Imperator mediante summi Pontificis Legato arma ponunt; idem factum intèr dictum Ducem & Regem Galliarum.

Obit Joanna Regina Castellæ, de ejus obitu varia fama fuit, plerique veneno extinctam putarunt; Alfonso interim Lusitanie Rex Coronam Castellani regni prætendens, cum Ludovico Gallorum, & Eduardo Anglorum Regibus fœdere icto, illum in Joannem Aragonum Regem incitavit, ne is Ruscinonensi bello occupatus, Ferdinando filio suppetias ferret.

Judæi Tridenti Simonem puerum Christianum furto substractum dirè interemerunt, toto schemate Dominicæ Passionis in ejus corpore representato.

Moritur Joannes Archiepiscopus Magdeburgensis, Stephani Ducis Bavarie filius, cui succedit Ernestus Dux Saxonie.

Eodem anno diem claudit extremum Adolphus Archiepiscopus Moguntinus. Successorem habuit Dietherum de Isenburg antea ab eâ Sede dejectum; fatis quoque concessit Nicolaus Blacovius Episcopus Præmisliensis; item Burchardus Episcopus Constantiensis, cui succedit Hermannus.

Stanislaus de Korciis Ord. S. Francisci de Observantiâ, Vir patientissimus & profundæ humilitatis obit Cracoviæ.

Sixtus Papa IV. Romæ Jubilæum celebrat.

Maria Caroli Burgundiæ Ducis filia, Maximiliano Friderici III. Imperatoris filio desponsatur, cum quâ ditissimos amplissimosque obtinuit Principatus, Ducatum nimirum & Comitatum Burgundiæ, Ducatum Brabantie, Ducatum Limburgensem, Ducatum Geldriæ, Comitatum Flandriæ, Hannoniæ Comitatum, Seelandiam, Hollandiam, Namurcum, Zutphanium, Dominatum Frisiæ & Mechliniæ.

Præfatus Carolus exercitum movet in Lotharingiam, eamque fugato Duce Reinhardo in brevi tempore occupat.

Seditione factâ & dissidio intèr Senatam & cives Hallæ Saxonum, Ernestus Archiepiscopus Magdeburgensis urbem occupat.

Novesii gratos se exhibituri Friderico Imperatori, ob liberationem ab obsidione Caroli Burgundi, illius statuam æneam in foro erigunt.

Claret Joannes de Granlais sive de Villiers, ex Abbate S. Dionysii Parisiensis Episcopus Lombardiensis, denique S. R. E. Cardinalis.

Obiit Carolus I. Marchio Badensis.

Annus Christi 1476.

Sanctè obit Jacobus de Marchia ex Ordine Fratrum Minorum, Vir doctrina, plurimisque miraculis insignis; cujus corpus etiamnum incorruptum perseverat.

Turcæ per Walachiam irrumpentes, Carniolam, Carinthiam & Stiriam devastant, ingenti Christianorum multitudine in captivitatem abductâ; Stephanus tamen Valachiæ Palatinus Tartaros ingenti clade profligat.

Mathias Ungariæ Rex hostili exercitu Austriam petit, & Viennam frustra obsidet.

Carolus Burgundiæ Dux Lotharingo victo Helvetios petit, & 500. contra datam fidem meris & submersis, ab iis propè Murtam ceditur, amissis 30000.

Pro bello in Turcas Sixtus Papa à cunctis Christianis gentibus pecunias conflare studet.

Magnates Castellæ Regibus reconciliantur.

Novi hoc anno Cardinales creantur: (1) Georgius Costa Lusitanus, Archiepiscopus Olistiponensis. (2) Carolus Borbonius, Archiepiscopus Lugdunensis. (3) Petrus Ferrici Hispanus, Civis & Episcopus Tirafonensis. (4) Joannes Baptista Mellinus, Episcopus Sutrinus. (5) Petrus ex Comitibus de Fuxo, ex Ord. Minorum electus Episcopus Venetensis.

Romæ ingens hoc anno fuit mense Januarii Tyberis exundatio; quam vehemens lues secuta est.

Moritur B. Joannes Augustinus, Ord. S. Dominici, Vir mirâ faciendâ ac Spiritu Prophetiæ clarus, ad ejus tumulum multa miracula patrata.

Ad cælos pariter migrat B. Jacobus Picens Ordinis Minorum; antequam in lucem ederet, mater ejus gravida periculum incurerat, ut revertens ex prædio à prædonibus spoliaretur; festinans ad oppidum, audivit infantem quem in utero gestabat voce sonorâ monentem, ne timeret, neve gradum acceleraret, futurum, ne ei hostes nocerent; quâ horâ illum pariebat, visa est ab omnibus, qui aderant, lux in cælo insoliti splendoris totam eam domum illuminans; factus Monachus corpusculum durissimè habuit, flagris, lorica præter cilicium totis 18. annis gestatâ, vigiliis jejuniisque illud macerans; fuit proinde à DEO miraculorum & discretionis spirituum dono donatus.

Cum Jacobus Scotiæ Rex ex decreto publico adversus Joannem Insularum Regulum, qui aliquot jam Provincias occupaverat, & maritimas continentis regiones latè populabatur, terrestri ipse itinere proficisci statuisset, & Cræfordiæ Comitem, tum maris Præfectum, com classe esset missurus, Regulus, tantis apparatibus impar,

impar, suadente Atholio, Regis patruo, venit in aulam supplex, ac se Regi permisit; ademptæ ei, quas per vim ceperat, Provinciæ, Rossia, Kintera & Cnapdalia; Insularum Imperium relictum; eodem anno controversia cum Anglis, jamjam in bellum eruptura, finem nata est.

Extincto Jacobo, Cypri Domino, Regnum in potestatem Venetorum devenit.

Anna Casimiri III. Poloniae Regis, & Elisabethæ Austriacæ filia mundi lucem aspicit.

Decedit cum Sanctitatis opinione Marianus Senensis Ordinis Minorum.

Venetis nascitur B. Paulus Justinianus, celeberrimæ Justinianorum familiæ surculus.

Nascitur Anna Francisci II. ultimi Britanniae Minoris Ducis filia.

Petrus d'Aubussonius Magnus Melitenis Equitum Magister creatur.

Homo quidam rudis & pastor porcorum in Franconiâ, Prophetam se fingens, multa millia hominum dementat, ad eum ut unâ die 30000. millia ad ipsum confluerint, fraude autem detectâ, ejusque compertâ hæresi, vivus combustus est.

Carolus Burgundiæ Dux à Sigismundo Archi-Duce Austriæ, Comite Tyrolensi quatuor oppida, Waldshutum, Lauffenburgum, Rheinfeldam & Saconium, cum omnibus, quæ ipsius juris erant in Alsatia, Brisgavia, & in Nigrâ silvâ, emit, quibus Petrum de Hagenbach, ex rustico Nobilem, ex Nobili factum Equitem auratum, præficit, qui suâ abutens potestate, excessivas faciens exactiones, maritatas & virgines corrumpens &c. captus à civibus Brisaci, securi percutitur.

Carolus præfatus magno cum exercitu denudè contra Helvetos pergit, Granonam obsidet & occupat, omnes Helvetos atque Germanos ibidem repertos, ad viros sexcentos, contra fidem, quam eis dederat, ante arcem in arboribus fecit suspendi; quod indignè ferentes Helveti arma cum eo conferunt, victoresque evadunt multâ prædâ ditati; alterâ mox à prælio die Granonam obsident, quâ expugnata Burgundos omnes, quos Dux eò loci locaverat, strangulatos funibus per muros foras ejecerunt, suspensos verò suos in arboribus deponentes, apud Fratres Minores sepulturæ commendârunt.

Reinhardus Lotharingæ Dux auxilio Helvetiorum ac Argentinenis Nanse sibi à Carolo præreptum obsidet & occupat, Burgundionibus cunctis inde fugatis vel interemptis.

Moritur Himbertus de Lana Generalis Ordinis Cisterciensis, cui succedit Joannes de Circeio.

Ad Sacram Purpuram promovetur Georgius Costa Lusitanus, ex Abbate Populeti Episcopus Albenis, demùm Archiepiscopus Ulyssiponenis.

Obiit Agnes Caroli I. Ducis Burbonii & Arvernæ conjux.

Natus est Carolus I. Dux Monstergensis. In Regni Bosniensis urbe Ostronizâ, dum illic Inquisitoris Apostolici munus exerceret B. Jacobus Picenus, à populo rogatur, ut vicino lacui, qui occulto quodam sive terræ, sive aquæ vitio, piscem nullum ferebat, benediceret; acquievit, & statim piscium reddidit feracem. Annal. Minorum.

Annus Christi 1477.

EXuere denudè Ducatu Lotharingum volens Carolus Burgundiæ Dux, ope Helvetiorum victus occumbit ad Nanceium.

Mathias Corvinus Ungariæ Rex, Tulnam Austriæ urbem occupat.

Hugonetus, Himbecurtius, Mellius, Gallie Regis machinationibus faventes, Gandavi à plebe captivantur, ac capite plectuntur.

Joannes II. Comes Hennebergicus, Abbas Fuldenis creatur.

Mahometes Turcarum Imperator Scodram rursus obsidet ingenti militum multitudine; bis acerrimè oppugnat, bis rejicitur prædianorum fortitudine, tanta postea missilium telorumque omnis generis vis in urbe reperta est, quam in propugnatores barbari inter dimicandum conjecerant, ut ad furnos calefaciendos, & ad cibaria coquenda per multos menses nullo alio ferè lignorum genere, quam sagittarum fasciculis Scodrenses usi fuerint; post octo tandem mensium obsidionem Veneti urbem dedere coacti sunt; paulò post pax ipsa inter Rempubicam & Mahometem secuta est, cum nulla auxilii spes à Christianis Principibus affulgeret. Justinianus histor. Venet. lib. 9. Nec Turcæ tamèn quiescere, qui domini proferendi cupiditate accensi, validâ classe in Joniam delati, ejectis Regulis Cephaloniam & Zazinthum occuparunt; videntes insuper dissidia ac bella, Mathiam inter Ungariæ Regem & Fridericum Imperatorem per classem 200. navigiorum, Lemno, Naxo & aliis Insulis vastatis, Chio & Rhodo imminabant.

Laurentius Medices inter Florentinos facile Princeps in Papam Sixtum Nicolaum Vitellium Tiferni Regulum, aliosque concitat; Sixtus proinde cum Ferdinando Neapolitano Rege fœdus inicit de- & offensivum.

Galeatius Sfortia Dux Mediolanensis, die Nativitatis Dominicæ ad januas templi S. Stephani à tribus Nobilibus adolescentibus, pluribus vulneribus confossus perimitur; post mortem Ducis, variis æmulationum studiis dissensionibusque de rerum administratione cum aliquantisper certatum esset, relicto Galeatii filio admodum puero, dati sunt tutores, qui unâ cum matre illius Rempubicam administrarent.

Alphonus IV. Lusitanæ Rex amore Monachalis vitæ thronum clam deferens, à filio Joanne ex fugâ retrahitur, Regnoque restituitur. Marian. lib. 24. c. 15.

Floret Sanctitatis & Prophetiæ famâ Nicolaus Eremita, qui viginti annis nihil omnino præter Eucharistiam gustasse fertur. H. Hutius lib. 29. Chron. German.

Æqualis huic Laurentius, qui ex prædite pauper voluntarius factus, & Carthusianorum institutum amplexus, orationi, contemplationi, compunctioni jugiter ardentissimo spiritu incubuit; in morbis hydropicis, tumoris ac exulcerationis pedum tam vehementi, ut vermes scaturirent, ad eum patiens fuit, ut Medicum adhiberi noluerit, Divam Catharinam Virginem & Martyrem aliquandò aspiceret, & ab eâ rosam pulcherrimam acciperet promeruit; moritutus Priori ad agonis dolores

dolores confortanti respondit: Ego, mi Pater, nec mortem timeo, nec diabolum mortis autorem, neque infernum, roboratus Dei gratiâ pertimesco. Id enim mihi parvulus, quem colui, & Dei agnus consulerunt: in his verbis animam efflavit. Dorlandus in Chron. Carthuf. lib. 7. cap. 25.

Moritur Fridericus Comes Palatinus Rheni & Dux Baviaræ Elector, in habitu Fratrum Minorum Heidelbergæ, apud eos cum ingenti pompa sepultus. Trithem.

Mortalitatem pariter exuerunt duo insignes viri, Joannes Abbas Farfensis, & Latinus Cardinalis Ursinus.

Romæ extinguitur nobilissima Comitum Tusculanorum familia, ultimo ejus stirpis Aloysio defuncto.

Georgius Altorffer Cancellarius Salisburgensis, creatur Episcopus Chiemenis.

Christophorus primus à Trautmansdorf instituitur Episcopus Seccoviensis.

Moritur Hermannus Episcopus Constantiensis. Item Rupertus Comes Palatinus Rheni, Episcopus Argentoratensis. Nec non Ludovicus II. Marchio Mantuz.

Joannes Gillemannus, Supprior Monasterii Rubæ Vallis Canonicorum Regularium S. Augustini, descriptor Hagiologii Brabantinorum duobus tomis, Novalis Sanctorum tomis item duobus, & Sanctilogii tomis quatuor, pus hifce laboribus immoritur.

Electo Saxoniz, Quedlinburgum Abbatissæ sorori suæ rebellem urbem armis petit, bonis ac privilegiis spoliatur.

Tubingæ in Ducatu Wirtembergico Universitas erigitur.

Ludovicus XI. Rex Galliz Atrebatum Artesiz Metropolim & Hefdinum occupat. Maximiliano autem Archiduci sponfam Mariam Burgundam præripere frustra contendit.

Moritur Antonius Dux Guinensis, & Baro Crojenis, Margarethæ Vaudemontiz maritus.

Eduardus Angliz Rex, in fratrem suum Clarentiz Ducem, eò quod (uti ferebant) Regnum affectasset, fert mortis sententiam: post longos ergo carceris squalores in dolio Malvatico vino referto extinctus est, & deinde capite truncatus.

Maximilianus Archidux Gallos pellit ex Flandria.

Julianus Mediceus sub Missarum solemnibus à sicariis in Ecclesia interficitur, Laurentius autem Mediceus haud parum vulneratus est. Hinc orta seditione magna inter cives, Pisanus Archiepiscopus aliique Clerici, sicte aut verè, de nece suspecti, ante urbis prætorium suspendio necati sunt, quo facto irritatus Papa, Florentinos interdicto supposuit.

Ornant sanctioris vitæ zelo Ordinem Benedictinum Anna Ducissa Aurelianensis, Ludovici XII. Galliarum Regis forer, & Catharina ex illustrissima Comitum Rheni familia Abbatissa Horrei. B. Joannes Cœlestinus Viennæ in Gallia, miraculis gloriosus.

Annus Christi 1478.

Maximilianus Archidux Austriæ in Seelandia & Hollandia homagium exigit, ac incolarum dissensiones componit.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Nascitur eidem Brugis filius Philippus. Moritur Mathias Episcopus Spirensis, in ejus locum eligitur Ludovicus de Helmstad.

Natus est Wilhelmus sextus, Comes Hennebergicus.

Veneti, Florentini, Mediolanensis Ducis Joannis tutores, Sixtum Papam exagitant, ex ejus partibus autem stat Ferdinandus Aragoniz Rex.

Patricius Grahamus S. Andree in Scotia Archiepiscopus, sententiâ Sum. Pontificis dignitate privatur, eique substituitur Guillelmus Schèves, cujus fidei commissus est idem Patricius, ut eum in carcere custodiendum curaret.

Moritur Romæ Catharina Bosniæ Regina à Turcis Regno ejecta, quæ adhuc ægrotans Regnum Romanæ Ecclesiæ legavit.

Obiit ex Monasterio S. Mariæ Gratiarum B. Michaël Barea Minorita, magnæ puritatis, simplicitatis, austeritatis & zeli Sacerdos, in vita & post mortem miraculis clarus.

Ad Galeram Bononienis ditionis pagum, Imago Deiparæ miraculis clarere incipit, peste infectis ad eam prodigiosè illic sanatis. Pompejus Vizani hist. Bonon. lib. 8.

In Alpihus hominum malè feriatorum turbæ, Duce quodam Georgio cœverunt, & transverso monte Tauro Aurirensi prædis & incendiis sævierunt. Pars Gastunum occupavit; ubi cum genio securè indulissent, noctu vino somnoque sepulti, à rusticis Binsgovienibus contra prædones istos collectis obruti, cæsi, ejectione sunt: reliqui ut plurimum frigore perierunt.

Moritur B. Simon sive Simonettus de Cameripo, Ord. Eremitarum S. Augustini, verbi divini egregius Ecclesiastes, & Congregationis Montis Ortoni fundator.

Decedit Venerabilis Ægidius de Roya Abbas Montis Regalis Ordinis Cisterciensis, vir sancti humilis & doctus; post obitum gloriosus ac divino splendore circumcinctus, Dunensi cuidam Monacho apparuit, eique varia cœlestis sapientiæ documenta dedit. Chrysoft. Henriq.

Barbara Casimiri III. Poloniae Regis, & Elisabethæ Austriacæ filia, in mundi lucem prodit.

Joannes Aragonius Ferdinandi Regis filius creatur Cardinalis.

Usumkafanus Persarum Rex, de Turcis sapiens victor, moritur.

Ad cœlos abit B. Catharina Palatina, fundatrix Monasterii S. Mariæ de Monte supra Varese in Ducatu Mediolanensi. Summo vitæ rigore, prophetico spiritu & curationum gratiâ illustris.

B. Jacobus Monachus Ord. Cisterciensis, Dunis in Flandria à S. Bernardo mellifluo Doctore ad cœli gaudia evocatur.

Moritur Ludovicus Gonzaga Marchio Mantuz.

Obiit B. Joannes Francardus Monachus Ord. Cœlestinorum, illustri miraculorum gloriâ à Deo donatus: item Fridericus Dux Lunenburgicus, filius Bernardi.

Decedit Angelus Capranica Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, doctorum fautor.

Philippo Comiti Palatino ex Margaretha Ducis Georgii filia filius Ludovicus nascitur.

Rupertus Archiepiscopus Coloniensis depositus, per Henricum Hassiæ Landgravium sub via capitur, & in carcere biennio detinetur.

Ludovicus Gallorum Rex rupto pacis fœdere, in Burgundiam movet exercitum, & præter alia oppida Dolam expugnat ac evertit; Maximilianus Archidux id agrè ferens cum 40000. militum exercitu urbem Morinorum in Picardia obsidet, contra quem castra moventes Galli grandi prælio funduntur, ceciderunt eorum 11000. Cameracenses quoq; per id tempus ejecto Gallorum præsidio sese Maximiliano subdiderunt. Secuti horum exemplum Buchinenses, milites intromiserunt Archiducis, Gallis omnibus necatis. Post hæc ad septennium Treugæ ineuntur, sed parum à Gallis observatæ.

Obiit B. Hieronymus de Corsica Conversus Olivetanus, Prophetico spiritu, & aliis insignibus à Numine gratis adornatus.

Annus Christi 1479.

Turcæ in Carinthiam excursionem facientes, spoliisque se ditantes, ab incolis collectis expelluntur.

Archidux Maximilianus cruentam de Gallis ad Tervannam victoriam reportat, illosque castris exiit. Lietum arcem, oppidumque Liberium expugnat.

Platina Secretarius Pontificus scripsit vitas Romanorum Pontificum à S. Petro usque ad Sixtum IV.

Joannes de Zunniga, Magister Generalis Ordinis de Alcantara creatur, resignavit postea, factusque est Archiepiscopus Hispalensis, & S. R. Ecclesiæ Cardinalis.

Natus est Poppo Comes Hennebergicus.

Imperator aliq; Principes Florentinos Papæ reconciliare student.

Moguntia condemnatur Joannes Ruchard de Wefalia superiore, SS. Theologiæ Doctor, & ad revocationem quorundam articulorum, quos publicè prædicaverat, cogitur, cujus omnia volumina ipso inspectante igni tradita & combusta sunt, ipseque pro pœnitentia agenda ad Conventum FF. Augustinianorum ibidem relegatus, mœrore consumptus in brevi obiit.

In Hispania quoq; Petrus Uxamenfis, Theologus Salmanticensis, ob erroneam doctrinam damnatus est.

Humanis eximitur Joannes Aragoniæ & Siciliæ Rex, annos 84. natus.

Jacobus Cardinalis Papiensis elleboro non ritè preparato à Medico extinguitur.

Obiit Salmantiæ B. Joannes à S. Facundo Ord. S. Augustini, qui per plures annos in Missæ Sacrificio Christum amoto velamine specierum meruit videre, ejus familiaritate uti, ac secretas audire & reddere voces.

Ungariæ & Poloniæ Reges conciliantur, & ille contra Turcas totus fertur.

Moscus Polonis Novogradum extorquet.

Helvetii primum à Rege Galliarum stipendium accipiunt, sublato ordine Francorum sagittariorum. Naucles, in Chron.

Halæ Saxoniarum arx Mauritiiburgum ædificatur.

Gebhardus Episcopus Halberstadiensis sedem suam resignat Ernesto Duci Saxoniarum, Archiepiscopo Mageburgenfi.

Ad superos abit B. Andreas Ordinis Eremitarum S. Augustini, vir miraculis pluribus & doctrinâ conspicuus.

Obiit B. Michaël de Barga Ord. Minorum Observantium propè Luccam in Hetruria, miraculis refulgens. Item B. Joannes Baptista Podius Genuensis, Congregationis S. Mariæ de Consolatione institutor, professus institutum Eremitarum S. Augustini.

Joannes Borgia Gandiæ Dux, fratris sceleris confoditur.

Decedit magnâ animi hilaritate B. Hieronymus de Corsica Ord. Olivetani, magnis virtutibus & prophetiæ Spiritu commendatus. Naturæ itidem debitum solvit Wenceslaus Adamus Dux Teschenensis in Silesia.

Wilhelmus junior Dux Brunsvicensis, nongentos cives Eimbeccenses partim occidit, partim captivavit.

Allendorffium Hassiæ oppidum fulgure tactum, ex toto conflagravit.

Ferdinandus Catholicus patri Joanni in Regni Aragoniæ regimine succedit.

Decedit Joannes Bauvan Episcopus Andegavensis, & Administrator Archiepiscopatus Arelatensis; item Ludovicus Dux Baviaræ cognomento dives.

Equites Franconiæ, Sueviæ, Saxoniarum partiumque Rheni plures Herbipolim convenientes, Torneamentum instituunt.

Maximilianus Archidux Austriæ auxilio Ducis Cliviensis cum valido exercitu Geldriam intrat, Ducatum sibi subjecturus, quem incolæ recipere renuunt, unde Neomagum obsidet. Oppidani verò die quodam improvisâ eruptione factâ obsidentium exercitum in fugam vertunt, & quidquid in castris remanserat, rapuerunt.

Renatus Lotharingiæ Dux conjugem suam sub prætextu sterilitatis repudiavit, & in cœnobium detrudit, & aliam thoro inducit.

Helvetii Mediolanensibus bellum indicunt, viciniora eis loca & homines magnâ clade afficiunt, igne & ferro in circuitu omnia devastantes.

Annus Christi 1480.

Nascitur Fridericus II. Dux Lignicensis: Bruxellis Margaretha filia Archiducis Austriæ Maximiliani.

Prospero Asculano Legato Pontificis Summi pacem frustra suadente, bellum Imperatorem inter & Mathiam Ungariæ Regem denuò recrudescit: obsidionem Mariæmontii Ungaros Cæsariani solvere cogunt; feliciores illi ad Petavium & Rachelburgum utrumque expugnant.

Chaumontius Galliarum Regis Archistrategus Virodunum occupat, milite præsidario vel capto vel occiso. Archiducis copiæ verò Dreunum in Comitatu Namurcensi suæ ditionis faciunt.

Moritur Wilhelmus V. Comes Hennebergicus. Natus econtra est Ernestus ex eodem stemmate.

Sixtus

Sixtus Papa & Ferdinandus Rex Neapolitanus Florentinis reconciliantur.

Obsident Rhodum Turcæ, repulsi amissis 30000. Totidem in Transylvania mactat Stephanus Battoreus. Sed ad Hydruntem feliciter pugnant, cæsis Christianorum 12000. & dictam urbem occupant. In qua horrendam sævitiam exercuere.

In Ordine Minorum S. Francisci floret sanctitatis laude Ludovicus Placentinus, totus concionandi studio convertendisque peccatoribus intentus, & à morte miraculis gloriosus.

Item Petrus Briettanus in Corsica, multæ abstinentiæ, vigiliarum, orationum & contemplationum, divinis revelationibus & apparitionibus honoratus.

Ex Ord. S. Dominici cum Sanctitatis famâ decedunt B. Andreas Piscariensis, & Joannes Galetus, annis & meritis gravis.

In carcere moritur Rupertus Archiepiscopus Coloniensis.

Diem quoque obiit Nicolaus Perottus Archiepiscopus Sipontinus, ab eruditione multivaria & facundia, probitate vitæ & meritis clarissimus.

Joannes II. Serlinger, instituitur Episcopus Seccoviensis.

Henricus van den Berghen ex Abbate S. Dionysii Montensis & Cancellario Equitum Aurei Velleris designatur Episcopus Cameracensis.

Mortæ in Marchia Tarvisina, Judæi puerum Christianum in die Parasceves occiderunt: ex quibus tres deducti Venetias, præviâ confessione in torturis, capitis condemnati sunt.

Ad Campum Bassum in Apulia cum sanctitatis fama decedit Ludovicus Pacentinus.

Moritur cum sanctitatis opinione Bernardinus de Buktis in Insubria, ex Ord. Minorum. Similiter B. Andreas Pischeriensis Ordinis Prædicatorum in Valle Tellina. Item Liberatus de Civitella Ord. Minorum, sanctitatis famam post se relinquens.

Cracoviæ cum eadem sanctitatis fama diem vitæ supremum claudit Stanislaus de Horzis Ord. S. Francisci de Observantia.

Moritur Joannes Duglessus, Leopoliensis Archiepiscopus, Chronologus.

Scotiæ Rex fratrem suum Joannem Comitem Mariæ, conjunctionis contra se convictum, scissâ venâ interimere jubet.

Floret in Helvetia sanctitatis famâ F. Nicolaus Eremita, qui annis viginti nihil omnino manducavit præter morsellos tres panis, quos Episcopo Constantiensi mandante sub virtute sanctæ obedientiæ cum difficultate maxima, ne videretur inobediens, vix potuit deglutire. Fuit simul spiritu prophetico & discretionis Spirituum imbutus.

Natus est Heidelbergæ secundò genitus filius Philippo Comiti Palatino Principi Electori, nomine Philippus.

Moritur Sigismundus Dux Saxoniarum, quondam Episcopus Herbipolensis.

Obiit quoque hoc anno Margaretha Ducis Sabaudiarum Amadei filia, uxor Ludovici Pii Comitis Palatini.

Vivis similiter excedit Udalricus Comes de Wirtemberg, vir magnificus, humanitate, man-

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

fuerudine, beneficentiâ, virtute simul & prudentiâ insignis.

Ordinem Benedictinum illustrat Cosmas de Milioratis, Romanus, Monachus & Abbas Farfensis, Archiepiscopus Travenfis, S. R. E. Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei.

Annus Christi 1481.

Nascitur Franciscus de Sickingen, famosus Eques. Item Catharina Comitissa à Wertheim, Georgii Comitis ab Henneberg uxor.

Sixtus Papa Concilium Romæ indicit ad opem contra Turcas sollicitandam.

Bellum inter Imperatorem & Mathiam Ungariæ Regem recrudescit.

Joannes Magnus Moscoviæ Dux cum ingenti exercitu excursionem in Livoniam factâ, magnam vim hominum, non solum rusticanae plebis, verum etiam militaris Ordinis in servitutem abegit, Provinciam longè latèque populatus: occultè etiam per homines nefarios Casimiri Poloniæ Regis vitæ infidiatus est, sed consiliis detectis, parricidii patranda rei sunt comprehensi & capite plexi. Kranzius Wandal. lib. 13. cap. 21.

Lusitani fidem & Imperium suum dilatant in Æthiopiâ: Rex verò illorum Alphonsus hoc anno Sintræ moritur, succedit in Regno Joannes II. magni animi Rex.

Ferdinandus & Isabella Hispaniæ Reges Canarias & Indicas aliquot Insulas Christo acquirunt.

Massiliæ obiit Carolus Andegavensis, hærede scripto Galliarum Rege, nullâ ex Joanna Lotharingia conjuge suâ prole relicta.

Sancto sine quiescit in Belgio Henricus Loënius Carthusianus, Theologus insignis, magnâ virtute, eloquentiâ, prudentiâ, humilitate inter suos hujus temporis facilè primus.

Æqualis Henrico fuit ex eodem Ordine Cæsarius Raso, Deiparæ cultui addictissimus, quæ clienti morienti visibiliter adfuit.

Non minor his Constantius Fabrianensis ex Ord. D. Dominici, hoc quoque anno ex hac valle lachrymarum ad cœli gaudia abiens.

Mechliniæ vitâ functo Joanne Burgundo Antistite Cameracensi, succedit Henricus à Bergis, vir laudatissimus, orationi & charitatis operibus jugiter addictus.

Clarent Gabriel Biel, & Picus ille Mirandulanus Francisci Germanus.

Henningus Episcopus Hildesienfis Episcopatum resignat Berchtoldo.

Moritur Nicomediæ Mahometes hujus nominis secundus, Turcarum Imperator, postquam Christianis duo Imperia, 18. Regna, & 200. urbes præcipuas eripuisset. Succedit patri in Ottomannici Imperii regimine Bajazethes secundus.

Ferdinandus Rex urbem Hydruntum in Calabria Turcis rursus eripit.

Anna Francisci II. Britanniæ Minoris Ducis filia, Eduardi IV. Angliæ Regis primogenito desponsatur.

Nascitur Rupertus tertio genitus Philippi Comitis Palatini. Econtra moritur Joannes Dux Cliviensis.

Fames in omni terra anno hoc fuit grandis, & inopia victualium ubique magna, præfertim in Gallia, Picardia, Flandria, Brabantia, Hollandia, Hannonia &c. penuria panis maxime pauperes afflixit, longâ quippe inediâ vexati, cum acceptum dono cibum plerique dentibus comminuerent, stomacho clausis arteriis committere nequiverunt.

Meretur immortaliter de Augustissima cœlorum Imperatrice Joannes de Lannoy Abbas Benedictinus Audomarenfis in Belgio, insigni instituto Sodalitio, sub nomine & patrocinio Virginis præsentatæ, ad cuius altare primarium, non pauca deinceps evenisse miracula memorantur.

Annus Christi 1482.

Maximilianus Archidux Austriæ Atuatucam Tungrorum capit.

Similiter Hornam insultu occupat, astu Dortracum.

Lugdunum Batavorum proficiscitur præfatus Archidux, ubi à civibus, nudis pedibus veniam petentibus, magnificè excipitur; quibusdam seditionum reis in ejus discessu capite plexis.

Ludovicus Galliarum Rex morbo correptus, armistitium cum Archiduce init.

Leodii Episcopus à Guiljelmo Marchiano per insidias occiditur: unde Archidux Maximilianus arma contra urbem perfidam capit: cives aperto Marte cum hostili exercitu dimicare tentantes, confertis armis succumbunt, tribus eorumdem millibus casis.

Moritur Rodericus VI, Tellez Gironus, Magister Generalis Calatravæ. Succedit Gartias IV. Lopez de Padilla.

Moritur Wolfgangus Comes ab Henneberg. Alphonsus Clabriæ Dux bellum Sixto Papæ infert, sed vincitur.

Bajazethes Turcarum Imperator cum Equitibus Rhodiis pacem firmat.

Ludovicus Bourbonius Leodiensium Episcopus contra Arenbergium aciem ducens, occiditur in prælio, successorem Canonicis aliis dicti Arenbergii filium, aliis Joannem Hornensem, aliis demùm Jacobum Croviacum eligentibus, confirmatus est à Papa Horneus.

Diem claudit extremam Dietherus seu Theodoricus, Comes Isenburgenfis, Archiepiscopus Moguntinus, vir bonus, Monasticæ disciplinæ instaurator, Religiosorum & devotorum benefactor, pater & patronus.

Bonaventura Minorita S. R. E. Cardinalis, Sanctorum catalogo inscribitur.

Moritur B. Antonius Ord. Eremitarum S. Augustini, qui solo signo crucis omnia morborum genera sanavit. Claudius Eugenius in vita.

Ad cœlos abit B. Aeno Danus Ordinis S. Dominici, qui defunctum à mortuis resuscitavit. Michaël Pius lib. 1. De Viris illustr. Ord. Prædicat.

Mortalitatem exiit Rainardus de Sickingen Episcopus Wormatiensis, successit Joannes Camerarius de Dalberg, Vir doctissimus.

Guilielmus Episcopus Aberdoniensis Aberdoniæ, & Joannes Rex Lusitanæ Conimbricæ Academiæ fundant.

Obiit Alphonsus Carrilius Archiepiscopus Toletanus.

Bernardus Archiepiscopus Salisburgensis in Collegii Metropolitanici congressu, & tam Ordinum Provinciarum, quam aliorum præsentia & conspectu, Principis & Præfulis functionem deponit, juramento fidelitatis subditos absolvit, & Joanni Strigonienfi Archiepiscopalem Salisburgensis Ecclesiæ dignitatem tradit; ac Tittmoningæ reliquum vitæ exigit.

Mathias Schaid, qui etiam fuit Administrator Patriarchatus Aquilejensis, Romæ consecratur in Episcopum Seccoviensem.

Ad cœlos migrat B. Pacificus Ceredanensis Ordinis Minorum Observantium Sancti Francisci.

Moritur Christiernus I. Daniæ Rex. Item Amadeus ex Ordine S. Francisci Lusitanus, Comitum de Villa real stirpe prognatus, vir doctus, edidit librum revelationum.

Obiit Ludovicus cognomine Pins, filius Joannis I. Ducis Bourbonii, & Wilhelmus dictus Victoriosus Dux Brunsvicensis, anno ætatis suæ nonagesimo.

Papa Sixtus IV. & Ferdinandus Hispaniarum Rex bello proximi Oliverii Carafæ industriâ & dexteritate reconciliantur.

Immanis hoc anno hiems sæviit. Eberhardus Barbatus Comes Wirtenbergicus, Comitatum inter se & filios patris sui divisum, concedens illis annuam pecuniariam portionem, totum sibi proprium facit.

Moritur Mechtildis mater præfati Eberhardi, quæ fuit soror Ludovici Pii & Friderici Strenui Comitum Palatinorum Rheni Bavaricæque Ducum.

Maria Burgunda Maximiliani Archiducis Austriæ conjux, ex equo lapsa, paulo post moritur, relinquens ex se Philippum, postea Regem Hispaniarum.

Heidelbergæ nascitur Fridericus quartus genitus Philippi Comitum Palatini Bavaricæque Ducis.

Felicissimè in naturæ debitum concessit Guillelmus noster Totavillanus, S. R. E. Cardinalis, Episcopus Ostiensis, vir pietate insignis, & magno animo præditus.

Annus Christi 1483.

Nobilis familia de Wallsee in Reinprechto extinguitur.

Bohemi hæretici in tribus urbibus Pragæ tumultum concitant, Senatam armatâ manu invadunt, Consules & Senatores plures occidunt, expilant templa cum Monasteriis, Monachos naribus auribusque mutilant, Moniales maximis injuriis afficiunt.

Petrus de Spirâ Ordin. Fratrum Eremitarum S. Augustini, edit Sermones de tempore lib. 1. Super libros Ethicorum libros octo. Lib. 1. Sermonum de Sanctis.

Moritur Poppo Comes Hennebergicus. Item Wilhelmus Thuringiæ Landgravius, qui fratris Friderici Electoris Saxoniarum filios regionum suarum hæredes instituit.

Sixtus Papa fœdus cum pluribus Principibus pangit, quod ingratum est Venetis, ob Italiam

Italiam bello per ipsos turbatam ab illo excommunicatis. Idem Papa templum Pacis titulo Deiparæ dicat.

Moriuntur Ludovicus XI. Galliarum & Eduardus Angliarum Reges; cujus filios Richardus ejus frater Glocestriæ Dux interfici curat, ut Angliæ solio potiretur: sed vindice DEO filius ejus unicus Eduardus Walliarum Princeps vitâ eripitur, & ingens contra ipsum concitatur conspiratio: qualis hoc etiam anno in Joannem Lusitaniarum Regem detecta est, qui in conspiratores mortis pœnâ animadvertibat.

In Baptistam quoque Fulgosium Genuensium Ducem à consanguineis conjuratum fuit; unde & Ducatum resignare, & privatam impofterum ducere vitam coactus est.

Ferdinandus Castellæ Rex bellum in Mauros parat, eosque vincit, hinc pacem petere coguntur.

Floret insigni pietatis & eruditionis laude Joannes Trithemius Abbas Spanheimensis Ord. S. Benedicti.

Servitarum Ordinem illustrat B. Jacobus Philippus Faventinus, miraculis ante & post mortem clarissimus. Hoc anno mortuus.

Moritur Ugo Episcopus Volateranus, vir sanctus.

Natus est Martinus Lutherus hæresiarum.

In Polonia Cracoviæ peste absumptus est B. Simon Lipnicensis Ord. Minorum, Vitæ sanctimoniâ clarus, ad cujus tumulum complures sanitati sunt restituti. Cromer. Rerum Polon. lib. 29.

Elias Bourdeille Archiepiscopus Turonensis ex Ordine Divi Francisci, Cardinalitio galero ornatur.

Pax inter Gallos & Maximilianum Archiducem initur, Margaritâ istius filia Carolo Galliarum Regi in sponsam datâ.

Nascitur Heidelbergæ Elisabetha filia Philippi Comitum Palatini Rheni.

Insigniter Regium genus & Ordinem Benedictinum illustrat Joannes Bourbonius Abbas Archiepiscopus Cluniacensis.

Inter viros eruditione illustriores ejusdem Ordinis eminet Guillelmus Cellingus, S. Salvatoris Cantuariæ Asceta, dein Abbas S. Augustini, de Regno Angliæ meritissimus, cujus consilio in Rebus Regni maximè arduis Rex usus est, eumque Romam aliquando Legatum misit.

Floret in Calabria Henricus ex Abbate S. Mariæ de Altilia, Archiepiscopus Urbis S. Severini.

Annus Christi 1484.

In fera casa, vulgò *Wildenhaus*, feralis partus Huldricus Zvvinglius in lucem editur.

Nascitur Joachimus I. Elector Brandenburgicus: similiter Georgius Marchio Onolbacensis.

Moritur S. Casimirus Poloniæ Regis filius, Mariophilus insignis & Virgo.

Obiit Catharina Comitissa Hennebergica, Monialis Ilmenaviensis.

Item Elisabetha Ernesti Electoris Saxoniarum conjux, Alberti III. Bavaricæ Ducis filia.

B. Beatrix à Silva, nobilissima Virgo Lusitanæ, Ordinem Conceptionis B. Mariæ Virginis Toleti instituit.

Diem obiit Sixtus Papa IV. succedit in Cathedra Petri Innocentius VIII.

Ursini & Columnenses Romæ sumptis armis ingentes tumultus excitant.

Carolus VIII. Galliarum Rex pragmaticam sanctionem renovat, à qua ipsum dehortatur Papa: Ludovicus Aurelianensis Dux, ductâ in uxorem Regis Ludovici filia, bellum contra Regnum movet, quod & Britones faciunt. Maximilianus Austriæ Archidux Burgundiam Artensiamque repetit.

Angliæ & Scotiarum Reges Papa conciliat. Hispani Mauris Alloram, Septinilium & Arundam eripiunt.

Ungari 7000. Turcarum occidunt. Vitam cum morte permutat Albertus Moguntinus Archiepiscopus, Saxoniarum ac Misniæ Ducis filius, succedit in Pontificatu Bertholdus Comes Hennebergicus.

B. Cherubinus Spoletanus diem claudit extremum, cui in hora transitus S. Hieronymus apparuit: B. Anselmus à Burgo S. Sepulchri, (oppidum est in Etruria) rapta in ecstasi ab oratione, cum post quatuor horas ad se fuisset reversa, coacta à suo confessario, narravit se vidisse animam B. Cherubini, à S. Hieronymo, & aliis cœlitibus comitatam, cœlos conscendisse.

Auctor fasciculi temporum pervenit usque ad hunc annum.

Moritur Ludovicus Episcopus Constantiensis.

Bajazethes Turcarum Imperator Bialogrodum Bessarabiæ insigne emporium expugnat.

Obiit Joannes Sambucus Tyrnaviensis, historicus.

Georgius d' Amboise creatur Episcopus Montis Albani.

Alphonsus Congensium Rex ope Angelorum victoriam obtinuit contra fratrem pro Regno pugnantem, Dux etenim hostilis exercitus captus, palam confessus est, se magnam militum copiam in equis insidentem, & crucibus insignitam, tantâque luce splendentem, ut oculos omnium perstringeret, in prælio conspexisse, ejusque metu perterritum, cum suis se fugâ commisisse.

Decedit Joannes Bocharus Episcopus Abrincæ in Normannia, cum Ecclesiæ suæ magno cum fervore præfuisset.

Tam fertilis fuit hoc anno per Germaniam universam vindemia, quantam nullus mortaliū præcessisse in memoriam potuit revocare: vendebatur vini plaustrum pro uno aureo, & vas pro tribus.

Godefridus Balves ex Ordine Benedictino renunciatur Cardinalis Episcopus Albanensis.

Cum hoc anno, ut supra dictum, B. Beatrix à Silva Ordinem Conceptionis B. M. V. instituisset, Innocentio VIII. tunc Pontifici Max. preces per ipsam, Reginamque Portugalliæ Elisabetham interpositæ sunt, ut tam sanctum institutum benigno Apostolico Oraculo confirmare dignaretur. Annuit Sanctissimus Pontifex; at dum Pontificium Diploma in Hispaniam transmitteretur, sæviente mari, demersum fuit; quod

ubi Deiancilla intellexisset, & dolorem suum in oratione B. Mariæ Deiparæ repræsentasset, illud intra scrinium, aliis chartis admixtum invenit.

Annus Christi 1485.

MAthias Corvinus Ungariæ Rex; Viennam Austriæ expugnat.

Moritur Joannes de Aragonia Ferdinandi Regis filius, Neapolitanus, Cardinalis Presbyter S. Sabinæ Vicarius Generalis & Abbas Commendatarius Ord. Montis Virginis.

Neapoli in via Virginum, D. Deiparæ Imago sanguinem sudavit.

In agro Lucano nocturnæ hominum imagines, candidâ veste visæ sunt; quæ prodigia prænunciabant bellum, quod inter Innocentium VIII. Papam & Ferdinandum Neapolitanum Regem ortum est.

Petrus Arbuesius Inquisitor Sacri Officii Cæsaraugustæ, à quibusdam perfidis Christianis, pecuniâ per Judæos corruptis, multis vulneribus sauciatur, ex quibus ut Martyr paulo post occubuit.

Guilelmus Arembergius interfectus Episcopi Leodiensis, cum etiam in vitam Maximiliani Archiducis conspirasset, jussu ejusdem captus, Trajecti ad Mosam pœnas capite luit.

Innocentius VIII. Papa, ope Deiparæ voto ad eam concepto, à colicis doloribus subito & prodigiosè liberatur. Gianius in annal. Servitarum. cent. 3. lib. 4. cap. 5.

Mediolani ad portam urbis cognomento Ludovicam existerat parvum Oratorium, in quo Imago Deiparæ depicta servabatur, devotionis causâ accesserat ad illud Joannes Petrus Porrus sacris operaturus; dum itaque sacrificium altaris offerret, duo Angeli præstantiore quàm humanâ specie ante cancellos loculamenti columellæ visibiliter cunctis genu ibi flexi apparuerunt, atque velum, quo Imago tegebatur, manibus propriis retexerunt, quo repanso visendam quoque se ad cancellos præbuit Angelorum Regina, cunctorumque oculos superælesti pulchritudine perstrinxit, & odore fragrantissimo, quem diffuderat, recreavit; ob signa & miracula plurima inde secuta Oratorium illud in Basilicam amplissimam commutatum est. Bzovius in annal. ad ann. cit.

Non procul à Geneva ager est Rocchietæ, in eo pastor quidam oves suas cum pasceret, è propinquo spineto aliquoties audivit planctum sive ejulatum. Primum accurrere, & explorare non ausus, tandem post aliquot dies, ubi ploratum geminari audiret, accessit, & Imaginem SS. Virginis, velut lilium in medio spinarum jacentem conspexit: tangere religiosum ducens, ut erat pietate inflammatus, ad vicinos PP. Carmelitanos properavit, rem ut audierat inveneratq; enarravit; sed ægrè fidem apud auditores invenit; iverunt tandem & hi, ac spineto appropinquantes, planctum primò ejulantis audiverunt, deinde Imaginem dictam reppererunt, movere, & ad Ecclesiam suam transferre conati, nihil efficere potuerunt; unde Oratorium extemporaneum eò loci extruxerunt, & crebrescentibus postea miraculis, Marchio Camberinensis magnificum templum ædificavit. Bzovius ibid.

In Allobrogum Ducatu, in agro Vinovenfi aliquis bubulcus arabat; hic cuidam loco propinquus, cum boves arantes stivâ ante se ageret, movere eos loco non potuit: suspicio inde orta aliquid ibidem latere, vix ergò stivâ terram fodere cœpit, quando pavementum lateribus perpolitus quasi recens stratum reperit, quo diruto, Imaginem D. Virginis filiolo onustam ibi reconditam aspexit: famâ ejus rei vulgatâ, Ruverei, in quorum ditione ager erat, Clero proximioris Parochialis templi evocato, Imaginem ingenti cum devotione populorum, indiçtâ supplicatione publicâ transfulerunt: sed die altero, eodem loci, quo primùm reperta fuerat Imago, ab agricola denuò reperta est; accidit idem secundo ac tertio. Quod pro indicio certissimo decreti divini accipientes Ruverei, templum in agro extruxerunt, & Carmelitanis unâ cum Imagine adscripserunt. Felix Astolfus in histor. universali Imaginum B. M. Virginis lib. 10.

Floret Genuæ sanctitatis famâ B. Maria Ord. tertii Servitarum, quæ solâ oratione leprosum sanavit.

Æqualisilli B. Luchina Soncinæ Ord. S. Dominici, multis post mortem à Deo miraculis honorata, decennio post aperto illius sepulchro suavissimus odor inde emanavit. Michaël Pius lib. 3. de vir. illustr. Ord. Prædicat.

Contemporanea Luchinæ B. Eustochium Catanensis Sicula, meditationi Passionis Dominicæ addictissima, panes per preces multiplicavit, & hydropicum prodigiosè sanavit: ejus corpus mortuum sanguinem è naribus, & sudorem odoratissimum stillavit. Par huic in sanctitate B. Francischina Ord. Seraphici quoque professa, quâ mortuâ stella lucidissima supra Monasterium & sepulturam apparuit, quando illa moriens fororibus inquiringentibus, num illas aliquando revisura esset, promississet, se illam in specie stellæ visuras. Marc. Ulyssip. 3. part. hist. Seraph. l. 7.

Genuæ Joannis Antonii Buccanigræ conjux, Bartholomæa nomine, septemdecim liberos, unico partu vivos enixa est.

Die 12. Martii immanis fuit solis eclipsis, quam statim secuta est ingens rerum omnium penuria, fames, ac perniciosi hinc inde tumultus. Superatus ab Henrico Richemontio Richardus Angliæ Rex, in acie cadit.

Obiit B. Jacobus Bitectensis Ord. Minorum Observantium S. Francisci, plurimis miraculis celebris.

Item B. Michaël Gedocius Ordinis Canonicorum Regularium S. Mariæ de Metro, Cracoviæ, semper humilis, orans & devotus, miraculis gloriosus.

Stephanus Moldaviæ Princeps, jurato Castri Poloniæ Regis Imperio se subjicit.

Decedit Rudolphus Agricola in Frisia natus, vir insignis eruditionis, linguarum Græcæ & Hebraicæ peritissimus, adeo ut Paulo Jovio teste, non ex Frisia, sed Hierosolymis & Athenis natum jurasset.

Marcus Barbarigo mortuo Joanni Mocenigo in Ducatu Venetorum succedit.

Carnis mortalis exuvias cum Cardinalitio galero deponit Elias Bourdeille, Archiepiscopus simul Turonensis.

Maximilianus Archidux Atrebatum capit. Annus

Annus Christi 1486.

Maximilianus I. Friderici III. Imperatoris filius, Rex Romanorum eligitur.

Moritur hydropico morbo Francofurti ad Mœnum, Albertus cognomine Achilles Germanorum, Princeps Elector Brandenburgicus.

Item obiit Ernestus Elector Saxoniarum.

Pax initur inter Papam Innocentium VIII. & Ferdinandum Neapolitanum Regem; iste eâ fruens opprimere Proceres Regni fœderatos aggressus est, & spe nuptiarum, quæ in arce nova celebratæ sunt, Sarni Comitem, Petrociam, Copulam, Anellum Arcamonum, cum nonnullis aliis comprehensos, capite multavit. Franciscus Caleni Comes, in tabulam devinctus, manibus post tergum illigatis, fœdissime à bobus per urbem protractus, atque ubi ad acerrimum securis spectaculum ventum est, à carnifice recurvo cultro jugulatus, & in quatuor partes dissectus, tamdiu trabibus pependit, quamdiu Regis tulit voluntas. Joannes Antonius Policastræ Comes, etiam capite pœnas luit. Principes Altamuræ Bisiniani quæ variis temporibus capti, cum multis aliis, diuturnâ custodiâ perierunt, lentâ, gravi quæ morte; in Joannem Antonium Martianum, cum trigésimum jam & quartum annum vinculis obstrictus, nondum factis pœnarum dedisse videretur, gladio animadvertit: quibusdam cum parvis liberis, parentum culpæ innoxis, interfectis. Joan. Albinus de bello intestino.

Leonici in Gallia Cisalpinâ Deiparæ Imago ab homine sacrilego sicâ in oculo & pectore perfossa, ex hoc sanguinem stillat, oculo autem læso indolentis more lævam imposuit. Lancelotus lib. 2. cap. 49. histor. Olivet.

In Marria Scotiæ regione puella quædam nobilissima & formosissima complurium averfata connubium, in infandam cum cacodæmone consuetudinem inciderat, quæ cum uterum ferret, parentum rigore coacta edere stupratorem, adolescentem mirâ pulchritudine frequentius secum noctu, interdium nonnunquam convenisse, unde autem venisset, quovè inde abiisset, nescire se respondit. Parentes, etsi filiæ parùm crederent, accuratius rem advertentes, consilio, quis esset, qui puellæ pudicitiam expugnasset, explorandi, cognito tertio post die indice ancillâ stupratorem adesse, referatis foribus, accenso quæ tædarum ingenti numero, cubiculum ingressi, horrendum monstrum, figurâ supra humanam fidem terribili, in filiæ amplexibus sunt conspicati. Concurrere ocyùs complures ad fœdum acciti spectaculum. Inter eos Sacerdos probatæ vitæ, nec sacre disciplinæ ignarus, cæteris aut trepidè abeuntibus, aut pavore illisisterræ, cum Joannis Evangelii initium recitare orsus, ad eum locum, Verbum caro factum est, perduxisset, malus dæmon horrendo sublato clamore, cubiculi tectum secum asportans, omni supellectile incensâ abiit, fœmina periculo servata, post triduum enixa est monstrum, undequaque fœdum aspectu, quale nusquam antea (ut ferunt) inter homines visum, quod obstetrices, ne in familiæ dedecus reservaretur, extructâ ingenti pyrâ citissime exusserunt. Hector Boëthius lib. 8. histor. Scotiæ.

Novum morbi genus Angliam pervasit,

subito enim sudor quidam mortifer & malè olens homines tentavit, ex omnibus, quos invasit, vix centesimus reconvaluit. Polydor, lib. 26. histor. Anglic.

In Palatinatu, non procul ab Heydelbergâ, in pago Rohrbach, gemini utriusque sexûs, obversis tergoribus annexis, nati sunt. Auctor libri de prodigiis & ostentis.

Moritur Joannes II. Comes à Werdenberg Episcopus Augustanus.

Ratisponæ, Judæi in sex pueros Christianos interceptos, carnificinam horrendam exercuerunt.

Galliæ Rex bellum gerit contra Comitem Dunensem, ipso invito regressum in Galliam, quâ occasione Partiniacum in Gastiniâ oppidum capitur & diruitur.

Laurentius Cibo Innocentii Papæ VIII. nepos, Beneventanus Archiepiscopus creatur.

Accidit hoc anno in ditione quadam Venetâ, ut duo fratres inter se dividerent hæreditatem paternam, sed sicut rara est hæreditatis divisio, ut non intercedant dissensiones & odia, ita planè inter hos fratres lis & controversia exorta est, circa quandam Beatissimæ Mariæ Virginis Imaginem, eamque perelegantem & eximiam, quam quia uterque habere, & neuter alteri cedere voluit, res ad duellum devenit, nec aliter nisi alterutrius funere dirimenda videbatur. Conditur itaque dies & locus, expediuntur arma, copiosus confluit spectator; inter hos etiam accurrit nutrix, quæ pendulum ab ubere infantem ferebat, & quia curiosa res est mulier, illa ipsa cum infante in facie duellantium constitit. Cum ecce infans clarâ distinctâque voce duellantibus in nomine Mariæ pacem imperat, simulque dicit, velle Beatissimam Mariam Virginem, ut Imaginem de qua controversant, publicæ venerationi in templo exponant, quæ statim insignibus miraculis clarere cœpit. Primum autem omnium miraculum fuit pax, quam inter fratres fecit. Christoph. Schenck part. 2. de necessar. ad salut. scient. discursu 41.

Decedit Thomas Bourchier S. R. E. Cardinalis & Archiepiscopus Cantuariensis.

Natus est Philippus Dux Grubenhagensis, filius Alberti.

Antonius Petrus Monachus Cluniacensis Vabrensi Pontifex renunciatur, & Petrus Frigidi Montis in Gallia Abbas Belvacensi Episcopo suffraganeus declaratur & consecratur.

Fridericus Imperator, convocatis Imperii Principibus Aquisgranum, legum de pace decenniali servanda tulit; hanc infringentes banno Imperiali subjecit.

Heidelbergæ in lucem editus est Georgius sextogenitus Philippi Comitis Palatini.

Inter Bingii cives & Canonicos Cathedralis Ecclesiæ Moguntinensis, ratione venationis (cujus jus sibi cives privativè competere asserbant) magna facta est contentio. Archiepiscopus predictis Canonicis tulit sententiam, quam cives recusarunt: Archiepiscopus proinde vi usus, cum quadringentis armatis ingressus Bingium, convocavit Senatum, ex quo alios coniecit in vincula, alios patriâ proscripsit; deinde Senatum, Scabios, Judices & Officiales novos instituit, & oppidum pro suo arbitrio reformavit.

Annus Christi 1487.

Nascitur Udalricus Dux Wirtenbergicus, item Galeacius Capella Mediolanensis, historiographus insignis.

Henricus Gros à Trockau Episcopus creatur Bambergensis.

Ultimus Wormatiæ à Germanis tormentorum lusus fuit exhibitus.

Moritur Jacobus Luzemburgius Comes S. Pauli.

Zizimus Bajazethis Turcarum Imperatoris frater, certissimam fugiens mortem, in Gallias concessit, uxore cum filiis relicta apud Saladinum Ægyptium; ad hunc Bajazethes miserat Oratores, illam & filios Zizimi postulatam, Saladinus tamen hospitalitatis jura observans, nec illam neque istos prodere, sed magis bellum expectare voluit; quo secuto, ipse grandi clade Turcarum exercitum profligavit.

Regina Cypri Venetias concedit, Veneti verò Insulæ illius defensionem suscipiunt.

Interceptis commerciis Veneti cum Austriacis colliduntur, sed à Pontifice res componuntur.

Ferdinandus Rex Neapolitanus pacis fœdera servare nolens, à Pontifice anathemate feritur, & Regno privatus declaratur.

Ferdinandus Castellæ Rex 12000. equitum, 42000. peditum contra Mauros ducit, Malacam capit, hostem castris & impedimentis exiit: Abohardilem victum, amisso exercitu redeuntem, Granatæ cives, Boabdile æmulo in Regem salutato, mœnibus excluderunt.

Garciâ Padiliâ Calatravæ Magistro defuncto, Innocentius Papa prædicto Ferdinando Castellæ Regi, ejus Ordinis ac Magisterii administrationem permisit, ut tantò nervosius in sacram expeditionem incumberet.

Pistorii Beatissimæ Mariæ Virginis Imago candidissimum liquorem mense Augusto per aliquot dies eliquare cœpit, multis sanitatum miraculis subsecutis.

Raconisii surdo & muto cuidam pastori Diva Virgo apparuit, & ad oppidanos, ut templum in honorem suum ædificarent, misit, per miraculum ille eloquens evasit. Astolfus lib. 11.

Moritur B. Joannes Licus Ord. S. Domini, Siculus, miraculis clarus; cum Cacami Monasterium ædificaret, currum quodam die lapidibus onustum à bobus tractum præter omnem expectationem accepit, neque boves cum carro per miraculum disparentes amplius aspexit. Alicujus gangrænâ à medicis deploratam, facto luto ex sputo & pulvere sanavit.

Biceps Patavii infans est natus. Alius Venetiis editus ore plurifariam scisso, genitale membrum habuit vertici adgnatum. Sabellicus Ennead. 10. lib. 8.

Terminum vitæ apoplexiâ tactus claudit Bernardus, Archiepiscopus quondam Salisburgensis: lite exortâ Canonici Cathedralis Salisburgensis Ecclesiæ Joannem Archiepiscopum abdicant, novumque Archiepiscopum Christophorum Ebronem eligunt, irritò tamen conatu, mox enim anathemate percussit, in exilio, donec Joannes vixit, biennio nempe, manere debuerunt.

Nascitur Carolus Dux Geldriæ.

Sigismundus Archidux Austriæ memorabili prælio Venetos ad Rogerodum profligat.

Obiit in Helvetia F. Nicolaus Eremita, famâ sanctitatis illustris.

Floret Caspar Papiensis Abbas Cœnobii S. Justini Paduæ, vir eximia Sanctitatis & doctrinæ.

Obiit in Helvetia F. Nicolaus Eremita, famâ sanctitatis celebris.

Hoc anno facta est magna illa civium Imperii confœderatio, quam Ligam vulgariter Suevicam nuncuparunt, quam aliqui Principes sinistro oculo suspexerunt.

Sigismundus Archidux Austriæ bellum Venetis indicit, Roveretum obsidet, capit, commissoque prælio illorum exercitum fundit.

Colliduntur Helvetii & Mediolanenses, accipiti Marte dum aliquamdiu pugnatur, pacis fœdera cuduntur.

Heidelbergæ nascitur Henticus septimò genitus Philippi Comitis Palatini.

Eodem hoc anno mundi lucem aspexit Udalricus Comes de Wirtenberg, patre Henrico & matre filiâ Comitis de Bitsch, quem infantem adhuc & in cunabulis jacentem Eberhardus Barbatus Comes senior per duos à Secretis cum nutrice Stutgardiam occultè fecit deferri, ibique nutrirî, summâque cum diligentia educari.

Annus Christi 1488.

Predit ad mundi lucem Helius Eobanus, sui ævi in Hassia Poëta insignis.

Denascitur Fridericus II. Comes Hennebergicus. Item Ernestus ex eodem stemmate.

Maximilianus Romanorum Rex à Brugenibus capitur: ortum initium tumultus à fabris lignariis, qui portam S. Catharinæ & Gandensem sui juris fecerant: secuta omnium opificum Collegia, & correptis armis opportuna urbis loca occuparant, nec non Maximiliano causam tumultus exquirenti, superbè respondentes, ad ades reverti compulerant: maximè cum duo & quinquaginta signa militaria in foro, subsequente armatâ plebe explicuissent, tentoria erexissent, plaustris, ac 50. majoribus tormentis sese munivissent, relictisque rebus omnibus, ac clausis tabernis, nocte dieque cum armis ibidem manentes, clamitarent, se rationem cupere reddituum ac annuorum proventuum Comitis Flandriæ, extortarumque pecuniarum, quas præteritis annis ad bellum contulissent: explicarunt deinde ad Hallæ turrim vexillum Flandriæ, ac urbis Brugenfis. Urbis Tribunum militarem, & Scultetum novum delegerunt: Maximilianum, ut pedes ad populum in forum ex suis ædibus veniret, adegerunt, ac ad postulationes Gandensium in domo aromatopolæ cujusdam satis augustâ, ad fori angulum, nec quicquam obsecrantem, ut in ædibus suis custodiretur, concluderunt: communi consensu cum Gandensium legatis decernentes, firmas ei custodias adhibendas, ne aliquâ ratione elaboretur; eaque de causa ferreis crassis elatis domus fenestras cancellatim præcludendas. Aliis pariter modis à subditis immortigeris tractatus est tantus Princeps iniquus. Re compertâ summus Pontifex nihil cunctatus, Friderico consolatorias scripsit Imperatori Maximiliani patri, nec non Colonensium Archiepiscopo, ut Brugenfes, Gandenses, cum Iprensibus, qui tam au-

dacis facinoris auctoribus se junxerant, anathematis fulgure feriret, nisi mandato obtemperantes, intra certum tempus Maximilianum emitterent: scripsit & ad omnes Principes Imperii, & ad Ordines Hannoniæ, jubens inferre bellum Flandris, si post suam admonitionem Regem non liberassent. Philippus Dux Cliviæ primus in seditiones copias duxit, & variis cladibus eos affecit, mox cæteri Imperii Principes, Duce Casare Friderico, coactis, copiis in Flandriam contendebant, armis Maximilianum de seditionum manibus extorturi: Flandri hoc armorum apparatu territi, tandem ad pacis consilia impulsî, post tertium mensem, captivum Regem dimiserunt. Beuter. lib. 3. de rebus Maximil. ac Philippi.

Tumultuatum etiam hoc anno Genuæ, contra Paulum Fulgosium Cardinalem, Reipublicæ id temporis Ducem, qui fugâ se subtraxit in arcem; interim cives Prætorium occuparunt, novos Magistratus constituerunt, arcem in quam Paulus confugerat oppugnarunt; ex quo secuta ingens civium strages, quando quodidie inter erumpentes Pauli studiosos & obsidentes prælia committerentur; secuta quoque assidue domorum arci contiguarum ruina, atque amplissimum ædificiorum incendia. Folieta lib. 11. Bizzarus lib. 15. histor. Genuens.

Scoti quoque in Regem suum Jacobum insurgentes, eo abdicato filium Regem proclamant, & priorem in prælio commisso occidunt. Lesleus de rebus gestis Scotorum lib. 8.

Casimirus Poloniæ Rex Fridericum filium natu minimum, Joanne Ressovio mortuo, ad Episcopatum Cracoviensem evehit.

Poloni Duce Joanne Alberto Regis filio, 25000. Tartarorum ferè ad internecionem delent. Cromer. lib. 29.

Ad cælos abeunt duo Ordinis Minorum sidera, Franciscus Gallus, & Jacobus Papiensis, qui animam agentem, facto super os ejus signo Crucis, sanitati restituit. Ulyssipon. lib. 7. histor. Seraph. c. 10. part. 5.

Illis se adjungere ex Ordine Clarissarum Paula & Jacoba. Illa de dæmonibus ad lasciviam incitantibus victrix, vidit è tabernaculo in quo SS. Eucharistia reconditur Jesum sibi apparentem, & omnem ulteriorem tentationum procellam depellentem, Jacoba post novem annorum strictissimum silentium, ita ut muta haberetur, Deiparam cum puero Jesu videre meruit; tanta fuit sanctitatis, ut etiam à morte ipsius, panni vel lintheamina, quæ usui habuerat, solo tactu multis sanitatem contulerint. Ibid. lib. 7. c. 15. 16.

Tremollius Britannos magnâ strage vincit.

Erpoldus Lindebrogius Chronica Sclavica ad hunc usque annum deduxit.

Ludovicus Dux Aurelianensis, Petrum Borbonium & Annam sibi proximo hæredi prælatos agrè ferens, Galliæ regnum tumultu bellico civili inturbat, deinde cum Franciscus Britannicæ Armoricæ Dux aliique Proceres in societatem ejus venissent, commissò cum regiis Ducibus prælio ad fanum S. Albini in Armoricis, victoriâ pariter ac libertate destitutus est.

Moritur Adrianus Budsius Monachus Dunenensis ex Ord. Cisterciensium, Chronographus; R.P. Brentano Epitome Chronolog.

& Margaretha filia Friderici II. Electoris Brandenburgici, uxor Bogislai X. Pomeraniæ Ducis, nec non Fridericus I. Dux Bregensis, relinquens ex Ludmilla sive Ludomilla Georgii Regis Bohemiæ filiâ filios Fridericum II. & Georgium.

Claret ex Monacho & Abbate S. Germani de Pratis Catalaunensium Pontifex Godefridus, qui Monastica vitæ semper memor, regularem disciplinam ad finem usque indefessè observare studuit.

Nascitur Heidelbergæ Joannes octavo genitus Philippi Comitis Palatini Rheni.

Abbas S. Galli accuratorem volens inducere Monasterii sui clausuram, à civibus injustam experitur invasionem, qui nocte clausas Monasterii portas effringunt, & nihil non ferocitatis stultæ ostendunt: Confœderati alii Helvetii Abbatis partes amplexi, oppidum S. Galli obsident, & cives ad Abbatis non tantum redire subjectionem, sed quadringinta in super florenorum milia pro damnis illius rependere compellunt.

Carolus Dux Aurelianensis matrimonium inquit cum Ludovicâ Sabaudia Ducissâ.

Obiit Joannes Dux Burbonius, nullâ ex se relicta prole.

Annus Christi 1489.

Moritur Garzias IV. Lopez de Padilla Magister Generalis Calatravæ, quo defuncto Magistratus sub administrationem Regum Castellæ & Legionis devolutus est.

Ad laborantibus summo Pontifice & Venetis, Imperator & Rex Ungariæ reconciliantur.

Neapolis Regem Ferdinandum scedifragum ex auctoritate Innocentius Papa, Imperatorem Reges Galliæ, Hispaniæ, Angliæque, Venetos ac Florentinos fœdere sibi jungit; deinde Cardinales creat Joannem Medicum, Ludovicum Spinayum Lugdunensem Archiepiscopum, Petrum Dabuffonium Rhodiorum supremum Magistrum, Laurentium Cybo Archiepiscopum Beneventanum fratris sui filium, Ardicinum Portam Novariensem, & Antoniotum Pallavicinum Genuensem, Franciscum Sanseverinatem, Gerardum Maffæum Camaldulensem. Patriarcham Venerum.

Comes Lenoxiæ, Lylæus aliique Scotiæ Proceres, tumultum concitant contra Regem Jacobum IV. sed ab ejus copiis superati terga dederunt. E familia Lenoxiorum plurimi interfecti, desiderati nonnulli Barones, multi præterea capti, suspensio vitam finierunt.

Castellæ Rex 12000. equitum, peditum 50000. sub signis suis ducens in Mauros, Cujar, Bastam, Tabernam, Seron, Guidixium Almeriamque deditione capit.

Cliviæ Dux Hallas propè Bruxellas obsidet, sed Deiparâ, cujus hic chaumaturga Imago colitur, urbem protegente, obsidionem solve-re cogitur.

Petri Orgentorix civis Gratianopolitani uxor à septem terribilibus dæmonibus à Lauretana Virgine prodigiosè liberatur. Tursellin. Lauret. Histor. c. 7. lib. 2.

Moritur Cracoviæ B. Scanslaus Canonicus Regularis S. Augustini, qui bis tantum singulis septimanis refectus cibo, cilicium asperissimum gessit, nudâ in humo capiti supposito lapide

pide somno indulfit, Reginam cœlorum cum filiolo & S. Stanislao apparentem & hisce se verbis alloquentem audire meruit: *Gaudeo fili Stanislai, de insigni tuâ istâ devotione, quâ me & S. Stanislauum prosequeris. Viriliter age: te enim unâ cum sanctis nris, merces copiosa expectat in caelis: ad mortem properanti adfuit Christus cum matre & sanctis Poloniæ tutelariis, sic illum blandè compellans: Surge, & festina fili mi Stanislai, hodie enim mecum eris in paradiso: Mortuus plurimis miraculis coruscavit. Bzovius in anal. ad hunc annum.*

Ad cœlos quoque abijt Camerini B. Petrus Moglianus Minorita, magnus divini verbi præco, potens in opere & sermone, solâ invocatione nominis JESU & signo S. Crucis multos infirmos sanavit. Histor. Seraph. lib. 7. c. 13.

In humanis quoque esse desinit B. Bartholomæus à Vico Foresto Ord. Servorum B. M. V. qui coquinæ officia plurimis annis obiens, Angelorum Ministerio sæpius usus, à morte miraculis claruit, Giantius anal. Serv. cent. 3. lib. 4. c. 8.

Joannes Archiepiscopus Salisburgensis ex hydrophi moritur.

Nascitur Henricus junior, Henrici senioris Ducis Brunsvicensis filius. Denascitur Ludovicus Niger Palatinus Rheni: item Albertus Episcopus Lubecensis.

In lucem editur Antonius filius tertius Renati Lotharingiæ Ducis ex Philippâ Geldriæ Ducisâ.

Andreas de Espinay ex Monacho & Priore S. Martini de campis Archiepiscopus Burdegalenis, in S. R. E. Cardinalium Collegium cooptatur.

Monachi Benedictini in Comburg, abjecto turtipiter cucullo, in sæculares Canonicos mutantur.

Nascitur Carolus filius Renati Ducis Alençonii & Margaritæ Lotharingiæ: & Carolus III. Dux Bourbonius, filius Gilberti & Claræ Gonzagæ.

Mundi lucem primò aspicit Carolus Bourbonius, Dux Vindocinensis, filius Francisci, & Mariæ Ducisæ Luxemburgensis.

Annus Christi 1490.

Nascitur Joannes Wajvoda Transylvaniæ.

Ferdinandus Castellæ Rex in Mauros Granatenses expeditionem facit. Hiè contra Alhendinum arcem, Hispanorum præsidio recens munitam, evertunt.

Apoplexiâ moritur Mathias Rex Ungariæ. Succedit Uladislavus Rex Bohemiæ, & Maximilianus Austriam recipit.

Joannes nothus præfati Mathiæ, Valachorum auxiliis ferociens, & Ungariæ regnum affectans, ab Uladislao proffigatur, & thesauros sibi à Mathiâ relictos perdit.

Joannes Varadiensis Episcopus, Ordinem Minoritarum suscipit.

Moritur B. Joanna ex Lusitanæ Reginâ, Monialis Ordinis S. Dominici. In pauperes mirè munifica, austerâ in seipsam: insignibus à morte miraculis à Deo honorata.

Alphonsus Lusitanæ Regis filius, inter

ipsa nuptiarum solennia, quæ adolescens annorum XVI. patre præfente celebrat, inexplicabili omnium dolore exinguitur.

Innocentium Papam subita apoplexia invasit & propè extinxit, itâ ut totis horis viginti sine arteriarum motu, immobilis jacuerit.

Florent ex Ordine S. Dominici duo viri eruditione & vitæ sanctitate illustres, Joannes Stubach, & Dominicus Cathalanus, prophetiæ spiritu, & post mortem miraculis clarus, Pius de viris illustrib. Ord. Prædic.

Firmi in Piceno ad cœlos abijt B. Bertramus Ord. S. Augustini; cum corpus ejus sepulturæ mandaretur, Angelicus auditus est concensus. Nicol. Crusen. part. 3. c. 31.

Floret Joannes de Magdalena, prædicti Ordinis Professor, Theologus præstantissimus.

Contemporaneus illi B. Benedictus Valentinus Ord. Minoritarum in Hispaniâ, cujus demortui sudariolo aliquis energumens à malo dæmone est liberatus, Ulissipon. histor. Seraph. lib. 7. c. 16.

Tempestas ingens Constantinopoli admodum desævit, fulgetris octingentæ domus sunt incensæ, hominumque tria millia perierunt, Naucler. vol. 2. gener. 50.

Fuit hoc anno ubique ferè hiems rigidissima & nivalis; palustres & marinæ volucres in paludibus deprehensæ, minoraque animalia intolerandis frigidibus passim interièrunt.

Circa eadem tempora monstrum in Scotia natum est, inferiore quidem parte corporis specie maris, nec quicquam à communi hominum forma discrepans, umbilicum verò suprâ, truncato corporis, ac reliquis omnibus membris geminis, & ad usum & speciem discretis. Id Rex Jacobus diligenter & educandum & erudiendum curavit, ac maximè in musicis, quâ in re mirabiliter profecit, quin & varias linguas edidit, & variis voluntatibus duo corpora secum discordia discutiebant, ac interim litigabant, cum aliud alii placeret: interim veluti in commune consultabant: illud etiam in eo memorabile fuit, quòd cum infernè crura offenderentur, utrumque corpus communiter dolorem sentiret, cum verò supernè pungeretur, aut alioqui læderetur, ad alterum tantum corpus doloris sensus perveniret, quòd discrimen etiam in morte fuit magis perspicuum: nam cum alterum corpus complures ante alterum dies extinctum fuisset, quòd superstes fuit, dimidio sui computrescente paulatim contabuit. Vixit id monstrum annos XXVIII. P. histor. Scotiæ lib. 13.

Rufforum Severiensium Principes à Polonis ad Moscovitas deficiunt, eâ de causâ Casimirus Rex ad bellum rebellibus inferendum se se comparat. Cromer. lib. 29.

In agro Fesulano apud Etruscos Deipara super nube lucida unâ cum Filio, inter duos Angelos, Albis induta, duabus puellis pastoritiis Imaginem ejus in rupe quadam sedulo colentibus apparuit, perterritasque solata admonuit, velle se eodem loci templum habere, ac patrem earum ibidem videre. Accersito illi videntem se præbuit, quidque de templo à populis extruendo cuperet, edocuit. Fama ejus rei per Florentina, Fesulana & Mu-

Mugellana diffusa, confluentibus catervatim populis die 22. Augusti, eadem specie pluribus apparuit, & de templo extruendo voluntatem aperuit. Clivus asperior erat, quàm ut posset facilius complanari. Ergò ex opposito templum ædificare cœperunt, ad quòd facilius ascenderetur; cæterum quidquid interdiu operæ extruxissent, noctu corruebat. Undè voluntate Divæ Virginis perspectâ, eò loci, ubi super saxum conspecta est, & circumcirca lapidem templum erexerunt, cui à saxo titulum indiderunt. Bzovius in Annal. ad hunc annum.

Fridericus de Schaumburg Archiepiscopus Salisburgensis creatur.

Puer Christianus à Judæis crucifigitur in Hispania, propè Guardiam in districtu Toletano.

Decedit Aquilæ cum fama sanctitatis Philippus à Carponeto Minorita.

Vivendi quoque finem facit B. Aloysius Rabata Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo, miraculis gloriosus.

Lucæ in Italia cum sanctitatis fama decedit Bernardus à Bibiena Ord. Minorum.

In Hungaria Pelbertus à Temesvvar ex eodem Ordine.

Nascitur Ferdinandus Dux Albanus, Item Albertus Marchio Brandenburgicus, postea S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopus Moguntinus & Magdeburgensis.

Moritur Albertus II. Dux Brunsvico-Luneburgicus, cui in Ducatûs regimine succedit Philippus filius.

Argenti fodinæ propè Montem S. Annæ in Misnia ortum habent.

Obijt B. Beatrix à Sylva, fundatrix Ordinis Immaculatæ Conceptionis, à Deipara ad æternam felicitatem evocata, cujus exanimis fronti stella aurea insoliti fulgoris infedit. Marace.

Bogislaus X. Pomeraniæ Dux ad secundas nuptias transit cum Anna Casimiri Poloniæ Regis filiâ.

Decedit Albertus filius Henrici Ducis Grubenhagensis.

Die 30. Maji Bingium oppidum subito incendio magnâ ex parte in cineres concidit, consumptæ sunt domus 240.

Renatus Dux Lotharingiæ Metensem urbem frustraneâ obsidione tentat.

Cruciata per totam Germaniam prædicatur contra Turcas.

Magna hoc anno panis penuria fuit, Sæviam præsertim fames nimium occupavit: vinum quoque præ nimio frigore in vitibus majori ex parte periit.

Insulæ Fortunatæ ab Hispanis habitari cœperunt.

Nascitur Amalia nonogenita Philippi Comitis Palatini.

Miraculum Ordinis nostri fulget Carolus Ferdinandus Brugensis, qui à prima ferè ætate oculis captus, & ob id elementorum quoque ignarus, eâ tamen fuit ingenii sagacitate, ut alter sæculi hujus Homerus esset, in omni scientiarum genere versatissimus, adeo ut Parisiis publice doceret. Reliquit Commentariorum lib. 1. Laudis Ordinis Carmelitarum lib. 1. De Conceptione B. Mariæ Virginis lib. 1. Odarum in laudem Christi Domini lib. 4. Carmen Jambicum de Virgine Maria lib. 1. Orationum de ea R. P. Brentano Epitome Chronolog.

dem lib. 1. De S. Caharina lib. 1. Carmina diversi generis lib. 1. Elegiarum de contemptu mundi lib. 1. Epistolarum ad diversos lib. 2. Speculum disciplinæ Monasticæ lib. 4. Epistolam Paræneticam observationis Benedictinæ.

Die nonâ Aprilis, quæ fuit dies Veneris sanctus, veneranda Spina Dominicæ Coronæ, quæ erat super altare juxta Hospitale novum Placentiæ, circa horam nonam cœpit florere, emisitque unum florem in illa parte, quæ est subtus manum Angeli, qui tenet dictam spinam, hoc videntibus & admirantibus cunctis.

Annus Christi 1491.

Moritur Margaretha nata Comitissa Hennebergica, Monialis Ilmenaviensis. Item Ottilibus Episcopus Curienfis, cui succedit Henricus VII.

Pax inter Uladislavum Regem Ungariæ aliosque Principes firmatur.

Ferdinandus Castellæ Rex Mauros infestat, & Granatensem urbem obsidione cingit.

Jacobus Canus Lusitanicæ classis Præfectus ad Regnum Congi in Æthiopiâ penetrat, & à Rege perhumaniter acceptus, Christiana sacra invehit. Regis patruo primò, deindè ipsomet Rege, cum uxore, filio, & aliquibus Regis Proceribus baptizato; idem Rex postea contra Pansum filium alterum pertinaciter in Idololatriâ perseverantem signo Crucis prælato prodigiosam obtinuit victoriam.

Rostochiensis cives ob novæ Collegiæ Ecclesiæ institutionem tumultum concitant, novum Præpositum occidunt, Decanum turri includunt; magnâ hanc ob causam pecuniæ summâ à Duce Megalopolitano puniti sunt.

In oppido Sterneberg Ducatûs Pomeraniæ Judæi ab impio Sacerdote coempto sacratissimo Altaris Sacramento impiè abusi sunt: ubi autem vidissent rem sibi malè cedere, reddiderunt Sacerdoti, qui illud in terram defodit, quòd tamen mirabiliter innotuit, effossum, in Ecclesiam delatum, Judæi concremati, Presbyter ipse Rostochii degradatus, ignitis per viam forcipibus laniatus, & tandem vivus combustus est. Kranzius Vandalic. lib. 14.

Obijt Romæ Marcus Barbus Cardinalis, vir doctrinâ & sanctitate vitæ insignis.

Diem claudit extremum Bononiæ B. Jacobus Alemannus ex Ord. D. Dominici, etiam vivens miraculis gloriosus.

B. Joannes Aldenardus Gertrudomontani in Hollandiâ cœnobii Carthusianus, virginitate illibatâ præditus, inter Divæ Virginis Deiparæ brachia emoritur. Chron. Carthus. lib. 7.

Floret Mediolani in Monasterio S. Marthæ Ord. S. Augustini, vitæ sanctioris famâ B. Veronica, frequentioribus Deiparæ visitationibus honorata.

Die 26. Junii visæ sunt stellæ in meridie ante solem euntes.

Moritur Eustochium sive Smaragda, Messanenfis virgo sanctissima.

Ludovicus Dux Aurelianensis, precibus B. Joannæ Valesiæ conjugis suæ, à Galliæ Rege libertatem è custodia impetrat, & in amicitiam ejus interiorem admittitur.

Diem obijt Otho Episcopus Constantiensis. Item B. Vitalis à Bastia Eremita tertii Ordinis S. Francisci in Assisiensi Umbriæ diocesi:

erat conversatio illius cum Deo in oratione & contemplatione: erant exercitia in jejuniis, corporis castigationibus & sensuum suorum mortificationibus: ex tempore quo Eremita factus est, nunquam ignem aut lumen accendisse fertur. Paupertatis rigidus sectator, tunicam & habitum gestabat segmentitium ex panno vili ac rudi, ac nudis semper pedibus incedebat. Vinum aut obsonium aut quidquam sale conditum non gustabat. Ne vinceretur à somno, solebat cæsariem prominentem supraposito ligno intexere, aliisque modis soporem repellere: pluribus post mortem claruit miraculis.

Antonius ab Elvas Ordinis Minorum S. Francisci in Lusitaniâ, cum fama sanctitatis decedit. Item Gabriel ab Æsio ejusdem instituti professus. Nec non Didacus Ximenius in Hispania ex eodem Ordine.

Anna Casimiri Poloniae Regis filia Bogislao X. Pomeraniæ Duci nubit.

Supremus hic annus fuit Godefrido Balves Episcopo Cardinali Albano.

Claret egregiâ vitæ sanctitate B. Maphæus Gerardus ex Monacho Camaldulensi S. R. E. Cardinalis, Venetiarum Patriarcha.

Carolus VIII. Gallia Rex, Margaritam Maximiliani Imperatoris filiam, cum qua antea sponsalia impubes cum impubere contraxerat, remittit, Annam verò Britannia minoris Ducis filiam, quam præfatus Maximilianus per Procuratores legitimos sibi desponsaverat, intercipit, & violenter suo thoro destinat.

Die 24. Aprilis circa medium noctis Mons Thabor vulgò Monthabour, Trevirensis Diocesis oppidum, fortuito incendio in favillam redigitur.

Clingenmünster Instituti Benedictini Monasterium in Diocesi Spirensi, à regulari Monachorum vita ad statum Clericorum sæcularium transit.

Barbara Philippi Comitis Palatini ad Rhenum nascitur proles in ordine decima.

Anno hoc Frater Georgius de Luto Senensis Ordinis Jesuatorum, multa prophetia spiritu cum prædixisset, in veritatis testimonium rosas palo inseruit, qui quosdam exiguos habebat ramusculos, dicens, si octo dierum spatio rosas produxisset, id rerum certò futurarum testimonium futurum, quod evenit, licet adhuc rosarum tempus non adesset. Francietus in vitis SS. Lucensium.

Annus Christi 1492.

Granatam Ferdinandus Castellæ Rex ad deconditionem cogit. Boabdiles obviam egressus Regi quinquaginta equitibus stipatus, in pedes delire, Regiamque victoris manum deosculari prohibitus, demissis in terram oculis, haud lætâ fronte id modò elocutus est: *Tui Rex invictè sumus: tibi Imperio & urbe cedimus; utere ut libet, moderatè ut speramus & leniter.* His dictis, statim claves in manus dedit Regi, hic Regina, ista filio; mox Mauri totâ Hispaniâ sunt ejecti: percepto insignis victoriae nuncio, Innocentius Papa Ferdinando & Isabellæ congratulatus, cognomen Catholici, Regi attribuit.

Eodem anno Petrus Mendozius Hispanus, Cardinalis S. Crucis, titulum Cruci Christi affi-

xum, in parietinis ejusdem Ecclesiæ S. Crucis invenit.

Romæ moritur Barola Cypri Regina, cui iusta funebria sumptu magnificentissimo facit Innocentius Papa. Idem Dorotheam Danorum Reginam regio cultu Romæ excipit, & paulò post moritur; succedit Alexander VI. ex familiâ Borgiâ Hispanus.

Diem vitæ claudit extremum Casimirus Poloniae Rex, postquam quatuor & sexaginta annos vixisset, quinque autem & quadraginta, ingenti prudentiâ, integritate & felicitate regnasset. Succedit ejus frater Joannes Albertus.

Die 7. Decembris Ferdinandus Rex Hispaniarum, dum Barcinone quosdam privatos de injuriis conquerentes audiret, à quodam Catalano, qui somniaverat, se occiso Rege, Regem futurum, districto gladio ad aurem vulneratus est. Captus fanaticus, & per torturam interrogatus, tanquam somniator exquisitis suppliciiis peremptus est. Surita in annal.

Obiit B. Petrus Minorita, miraculis, austeritate vitæ, concionibus ac prophetia dono illustris. Item Novocomi B. Prudentia virgo Ordinis Eremitarum S. Augustini. De qua memorandum inter alia, quòd cum in loculo jaceret exanimis, ultrò sustulerit se è feretro, & aliquamdiu sic erecta, sanctissimum Christi corpus in Eucharistiâ sit venerata; pluribus deinceps claruisse fertur miraculis. Henschen. in act. SS. ad diem 6. Maji.

Laurentius Mediceus Dux Florentinus, litterarum parens dictus, defungitur.

Enfishemii in Alsatia lapis 246. librarum è cælo lapsus fertur, qui adhuc in Ecclesia ibidem servatur.

Moritur Innocentius Papa VIII. succedit Alexander VI. ex familia Borgia, Hispanus.

Decedit Ven. Joannes à Misna ex Ordine Minorum S. Francisci, miraculis vitæque sanctimoniâ celebris.

Natus est Andreas Alciatus Jurista insignis. Urbs Montis Annæ in Misnia ortum sumit.

Columbus Antillas Insulas detegit.

Moritur Marcus Barbus S. R. E. Cardinalis, Pauli Papæ II. cognatus.

Joannes Borgia Alexandri VI. Papæ cognatus Cardinalitiâ purpurâ ornatur.

Insigni vitæ sanctimoniâ floret Ven. Petrus Delphinus Patricius Venetus, Victoris & Luciae Superantia Illustrissimorum parentum filius, Ordinis Camaldulensis Generalis.

Ferdinandus Hispaniarum Rex ad instantiam uxoris omnes de Regno suo Judæos intra certum terminum præcipit exire, & quicumque post præfixum terminum remanuisse inveniretur, occideretur.

Fridericus Imperator exercitum movet contra Albertum Bavarie Ducem, petente hoc tamen mox pace, faciliter conceditur.

Die 7. Novembris cecidit Enfishemii Sungoviz oppidulo ex nubibus, tempestatis horâ, lapis librarum ducentarum quinquaginta quinque, qui ex violentiâ lapsus in partes duas divisus est, cujus pars major ante fores Ecclesiæ præfati oppidi in testimonium veritatis & memoriam facti æternam fuit suspensa.

Moritur horæ mortis suæ præsciens, non sine san-

sanctitatis opinione Melchior Abbas Schonaugiensis, vir doctus, & regularis observantia cultor integerrimus.

Hoc anno Veronæ capite damnatus fuit quidam, nomine Joannes Maria, in vinculisque constrictus, ferreis compedibus tenebatur. Interim ad afflictorum consolatricem confugiens miser, vovit, se elemosynam oblaturum Ecclesiæ S. Mariæ Montis Ortoni, si ab imminente liberaretur morte. Accurrit statim piis precibus B. Virgo, & Joanni Mariæ in carcere apprensus, eidem jussit, ut æruginoso cultellulo, quem ibi invenit, ferreos secaret compedes; quo mirabiliter factò, capillis eum apprehendens, è carcere liberavit, superque viam, quæ ad dictam Ecclesiam tendit, deductum reliquit, cujus prodigii ad eam Ecclesiam jam profectus, votoque soluto, ibidem perpetuam memoriam in tabellâ reliquit. Andr. Gelsominus in thesauro cœlesti.

Annus Christi 1493.

Buellius Catalanus Ord. S. Benedicti, vir singularis sanctitatis & admirabilis doctrinæ, primus novi orbis Apostolus declaratur, & Indiarum Patriarcha, summique Pontificis Vicarius: ei pro conversione dictarum terrarum duodecim ejusdem Ordinis Monachi Sacerdotes adjunguntur. Qui 25. mensis Septembris ex Hispaniâ discedunt. In Americam devenientes in unâ solâ Hispaniola Insula plus quàm centum septuaginta millia Idolorum confringunt: erecta quatrimùm debellati inferi indicia solemnissima diversissimis Provinciis & Regnis altissima & longè lateque elegantissimis collibus & amplissimis campis conspicua Crucis Dominicæ signa & Trophæa, à primo novi orbis Patriarcha solemniter consecrata, quæ paulò post summâ in veneratione ab incolis habita, admirandis insuper à Deo prodigiis & miraculis commendata atque illustrata sunt.

Moritur Fridericus Imperator, cum annos 53. menses quinque imperasset, octo verò & septuaginta annos vixisset.

Venorum Nuncii Principes Christianos contra Turcas sollicitant, quòd Bajazethes per illud ipsum tempus Albaniam pervastatâ, captoque Dyrrhacchio urbe maritimâ, eorum urbi ac Provinciis immineret.

Beatrix Mathiæ Regis vidua matrimonium cum Ladislao Ungariæ Rege ambit, quod huic Proceres dissuadent, ac ipse Rex respuit.

Paulus Quinifius Ladislai præfati Polemarchus, felices contra Turcas excursions facit, ac opimas colligit prædas: reperti sunt hoc tempore aliqui præfidiarii, qui de Alba Græca Turcis prodenda agitarent consilia, quos Quinifius comprehensos & crimen falsos acerbissimo mortis genere affecit, quippe in carcerem fœdissimum conclusos, singulis diebus, eorum singulos, hædorum in modum veru præfixos, & ad ignem diligenter affatos, fociis vescendos apposuit, novissimum autem eorum, nemine omnium extante, cui ipse cibus apponeretur, lentâ mediâ cibi que necessarii subtractione confecit. Bonfin. lib. 3.

Summus Pontifex, Veneti, & Dux Mediolanensis fœdus ineunt.

Ludovicus Sfortia Carolum Gallorum Regem in Italiam evocat ad Regnum invadendum Neapolitanum, qui ad hoc præbens assensum Italiae Principes tentat, & sibi addicere procurat;

Duodecim Cardinales creantur: Joannes Anglicus, Archiepiscopus Cantuariensis. Joannes Antonius de S. Georgio, Episcopus Alexandrinus, Joannes Gallus Monachus Benedictinus, & Abbas S. Dionysii, Episcopus Lombardienensis, Bernardinus Carvajal Hispanus, Episcopus Carthaginensis, Raymundus Peraululi Gallus, Episcopus Viterbiensis. Cæsar Borgia Hispanus, electus Archiepiscopus Valentinus, Hippolytus Estensis, Archiepiscopus Strigoniensis, Fridericus, Casimiri Regis Poloniae filius, Episcopus Cracoviensis. Julianus Cæsarinus, electus Episcopus Asculanus. Dominicus Grimanus Venetus, Alexander Farnesius. Bernardinus de Lunate.

Bartholomæus Diazius Lusitanus, S. Crucis Insulam invenit.

Fatis functo in Polonia Sbigneo Olesnicio Archiepiscopo Gnesnensi, ei successor Fridericus Cardinalis & Episcopus Cracoviensis, Rege fratre postulante, ab Alexandro Papa datus est.

Romæ aliquis aleator, furore ob pecuniam in ludo amissam percitus, cum machera Imaginem Christi cruci affixi percussus, amentia & cæcitate divinitus percussus, viam, quæ evaderet, invenire non potuit, sed circum circa imaginem tamdiu oberravit, donec Præfectus excubitorum seu apparitorum illac pertransiret, quem ut quædam mulier, quæ sacrilegium patrarî viderat, conspexit, facinus & hominem indicavit. Ille verò nefarium vinciri & in carcerem duci jussit, ac Pontifici Alexandro scelus aperuit, qui judicio mox instituto, manus prophano eò loci, quo flagitium perpetraverat, præcidi & parieti clavis configi, per varia deinde tormenta excruciatum patibulo affigi jussit. Bzovius ad hunc annum.

Apud Laudem Pompejam in Ecclesia Deiparæ quidam saccum plenum frumento voti causâ post altare PP. Servitis reliquerat, hunc fur quidam auferre conatus est, sed pondere oppressus in terram corruit, cumque alterâ manu assurgere tentasset, Dei vindictâ manus pavimento lapideo firmiter adhæsit; luget infelix, votoque Deiparæ factò exsolutus quidem est, quinque tamen digitorum manus extensæ vestigiis, quæ adhuc supersunt, concavatis eo in lapide in perpetuum rei monumentum relictis. Gianius centur. 3. Annal. Ord. Serv. lib. 4.

Imago Deiparæ apud Marradium Florentinae Diocesis oppidum, ab Angelis ad alteram Lamonis fluvii ripam translata, occasionem dedit Fabronum nobili familiæ novum templum in honorem SS. Virginis Annunciatæ extruendi, quod RR. PP. Servitis attributum, multis cepit illustrari miraculis. Gianius cit. c. 13.

Circa hunc annum horrenda Florentia cum quodam usurario acta est tragedia: ille ad mortem infirmus ægrè inductus fuit ad peccata commissa per sacramentalem confessionem

expianda, precibus tandem quorundam necessariorum attractus, Evangelistam à Cortonio Minoritam, virum pii nominis, vocari iussit. Et ecce ex tempore præ foribus usurarii adsunt duo viri habitu Augustiniano induti, qui tandem ad eum intromissi, ostium post se claudunt, & se infirmum consolari, atque ejus confessionem excipere velle insimulant: interim advenienti Evangelistæ famuli in viâ occurrunt, sibi que, ut aliis intendat, quandoquidem infirmo melius sit, suadent. Quamobrem is relicto proposito ad alia se convertit. Eo tamen postmodum reverso, ut malè habentem visitaret, solareturque, pulsatur ad ostium decumbentis, cumque nec Fratres, nec ægrotus responderent, fores effractæ sunt, nullusque eorum comparuit. Ex quo eos fuisse demones Monastico habitu indutos, qui impœnitentis illius usurarii corpus ad tartara asportarent, facillimè homines conjecerunt. Franciscus Gonzaga de origine Seraphicæ Relig. 2. p. Convent. 9.

Ad cœlos è contra abeunt tres viri illustres ex Ord. D. Dominici. Unus Joannes Pistoriensis, vir pietate & doctrinâ, & concionandi gratiâ præcellens, cujus moribundi faciem multi luce illustrem viderunt. Alter Jacobus Sestius, austeritate & puritate vitæ eximius: mirâ fuit erga omnes charitate, miraculis etiâ in vita claruit & post mortem Tertius Augustinus Bugellanus, abstinentiis, vigiliis, orationibus, jejuniis, omni que virtutum genere ornatus, sæpius in aërem sublimatus est, solâ oratione obsessos liberavit, soloque tactu sanavit infirmos, infantem quoque sine baptismo mortuum ad vitam revocavit: Venetiis tandem in illis verbis: *Laudetur Deus, sit laus Deo altissimo*, vitam exiit. Michaël Pius de viris illustribus Ord. Prædic. lib. 1.

In Monasterio Montis Oliveti Ven. Jacobus de Carpo, ejusdem sacre familiæ Generalis, post multa præclare gesta, singulari cum religione ad ultimum usque spiritum in Psalmos se effundens, mortalitatem exiit. Ex histor. Olivet.

Bernardinus de Caravajal Placentinus, Cardinalitio Galero donatur.

Chadumes Polemarchus Turcarum Imperatoris, cædit Christianorum exercitum ad fluvium Savum, desideratis illorum 5077. quorum cadavera naribus & capitibus truncat.

Moritur Hermolaus Barbarus Nobilis Venetus, Patriarcha Aquilegensis, Græcæ linguæ insigniter peritus.

Nascitur Helena undecimò genita Philippi Comitæ Palatini ad Rhenum, Principis Electoris.

Hispani varias in Indico mari Insulas detegunt.

Turcæ Croatiam & Carniolam incurssione hostili vastant, omnia rapinis, ferro & igne crudelissimè depopulantes. Contra quos incolæ Christiani arma capientes, cæduntur, decem eorum millibus occisis & captis. Misso à Maximiliano Rege exercitu, urbibus & vicis incensis Barbari fugerunt.

Annus Christi 1494.

Moritur Ferdinandus Rex Neapolitanus ex apoplexiâ, Succedit filius Alphonfus, Princeps ferocis & suis invisus.

Galliæ Rex Carolus venit in Italiam, legatum sibi à Renato Neapolitanum Regnum adi-

urus. Papa cum Alphonso Ferdinandi filio fœdus inivit, Ostiam recuperat.

In Apulia tres soles noctu, in medio, sed nubilo per circuitum cœlo, cum fulgetris & tonitruis horribilibus visi.

In Agro Aretino innumerabiles armati viri, equis ingentibus insidentes, terribili cum strepitu sonituque tympanorum ac tubarum, per medium aërem transire conspècti.

Compluribus in Italia locis sacre Imagines & statuae sudarunt. Hominum aliorumque animantium monstra complura passim nata, Bzovius in annal. ad hunc ann.

Medicei Florentinis exosi, Florentiâ exire coguntur, eorumque thesauri ab infenso populo diripiuntur. (Mediolanensis.)

In vivis esse desit Joannes Galeatius Dux

Tyrnaviæ duodecim viri Judæi cum duabus mulieribus ejusdem instituti, ingenuum adolescentem Christianum occultè captum, & in proximas ædes adductum, obstructis repente faucibus, miserè strangularunt, & apertis venis ejus sanguinem, dum animam sensim & singulim efflaret, partim absorbuerunt, partim aliis asservârunt, corpus autem in partes dissectum, membratim humi defoderunt; dum adolescens diu à parentibus quæsitus, nusquam apparet, satisque constaret eum pridie in vico Judæorum versatum, haud postea fuisse conspèctum, legitima in Judæos quæstio instituta fuit, lictores in eorum ædes immissi deprehensis recentibus cruoris notis, dominum cum tota familia comprehenderunt: mulieres in quæstionem abreptæ, metum tormentorum adactæ, totam indignissimæ facinoris seriem confessæ sunt, earum testimonio convicti reliqui, Palatini jussu, publicè concremati sunt. Bonfin. decad. 5. lib. 4.

Precibus Isabellæ Castellæ Reginæ Alexander Papa concessit, ut Monasteria Minorum Conventualium in suis ditionibus posset Minoritanis Observantibus attribueret. Decessit ex his in Italia B. Bernardinus Feltrius, potens in animos concionator, prophetiæ dono illustris, vivens & mortuus miraculis clarus. Socium se ejusdem instituti & mortis junxit Evangelista Perusinus, è Ballionum nobili familia, cujus cadaver, quando in tumulum inferebatur, Angeli, ut fertur, arreptis thuribulis suffumigarunt. Chron. Francisc. part. 3. l. 7. c. 25.

Ulyssipone cum contagiosus morbus dirè grassaretur, duæ mulieres vi sacri rosarii mirè convaluerunt. P. Archangel in lib. de Rosario.

Alia ibidem à marito adulterii falsò accusata, & è patibulo suspensa, vi rosarii mirè in vita servatur. Idem ibid. c. 18. mirac. 22.

In Episcopatu Spoletano Imago Deiparæ lachrymas fundere visa est, in cujus proinde honorem erigitur templum notabilis magnitudinis & miræ pulchritudinis, S. Mariæ de lachrymis nunc vocatum, & Canonicis Regularibus attributum. Gabriel Pennotus lib. 3. hist. sui Ordinis c. 34.

Obierunt tria litterariæ rei publicæ lumina, Hermolaus Barbarus, Patriarcha Aquilegensis, Angelus Politianus, vir eloquentissimus, & Joannes Picus Mirandulæ Comes, summus Philosophus.

Ponit carnis onus quod hydrops auxerat Fridericus Archiepiscopus Salisburgensis, cui in

Cathedrâ succedit Sigismundus de Holnegg, Decretorum Doctor.

Cracoviæ in festo SS. Petri & Pauli ortum est incendium à nova porta noctu, adeoque grassatum per omnia platearum tecta fuit, ut vix in plateâ sutorum vis flammæ resideret.

Bartholomæus Torellus creatur Calliensis in Umbriâ Episcopus.

Floret Joann. Antonius de S. Gregor. vulgò Præpositus, Cardinalis Alexandrinus, scribens in totum Decretum.

Nascitur Franciscus I. Valesius Galliæ Rex.

Obiit ex melancholiâ Fridericus Dux Hannoveranus, nullis ex se prolibus relictis.

Hispanias illustrat Joannes Payus, cognomento Cællus, Monachus & Abbas Hortensis, negotiis publicis totius Comitatus Barcinensis deputatus.

Maximilianus Romanorum Rex Blancam Mariam, Galeatii Ducis quondam Mediolanensis filiam, sibi matrimonio copulat. Eodem anno exercitum ducit contra Carolum Geldriæ Ducem.

V. Wolfgangus duodecimo genitus Philippi Comitæ Palatini ad Rhenum in lucem editur.

Annus Christi 1495.

Nascitur Sebastianus Schertlinus Suevus, vir virtute bellicâ præclarus. Item Albertus Comes Hennebergicus; natus è contrâ Bertholdus XVII. ex eodem stemmate, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Bambergæ.

Moritur Rudolphus hujus nominis secundus, Episcopus Herbipolensis, post annos 29. laudatissimi regiminis: verè pater patriæ, novissime Episcopatus fundator dici meruit: antecessorum suorum debita expunxit, oppignoratas satrapias, decimas, arces & oppida redemit & restauravit. Cui eodem anno succedit Laurentius ex antiquissimâ familiâ Dominorum de Bibra.

Carolus Galliæ Rex cum exercitu Romam ingreditur, quem Cardinales quidam in Alexandrum Papam sollicitant.

Alphonfus Neapolitanus Rex Carolum Gallum fugiens, Monachus efficitur Olivetanus, & paulò post moritur, postquam Ferdinandum Regni hæredem denominasset; interim verò Carolus Regnum occupat, contra quem fœdus ineunt Papa, Imperator, Rex Hispaniæ, Veneti & Mediolanenses: illo verò Neapoli discedente, Neapolitani Ferdinandum Dominum salutant, magnoque cum gaudio excipiunt.

Fragelli in regno Neapolitano exurit facellum, interim ligneum Deiparæ Virginis simulacrum ab igne minimè corruptum, summa veneratione Neapolim transmissum est. Joan. Albin. Lucanus Comment. de bello Gallico.

Moritur filius Caroli Galliæ Regis: Item Joannes II. Rex Lusitaniæ, succedit huic Emmanuel.

Maximilianus Imperator constitutionem edit contra blasphemos & temerè jurantes. Cameram Imperialem Spiram transfert.

Tenariffa postremâ Fortunatis Insulis ab Hispanis capitur, Insulæ Rex navibus in Hispaniam delatus, inde Venetiis pro dono missus est.

Petrus Gonzalus Mendozius Toleranus Archiepiscopus in humanis esse desit.

Moritur Sigismundus Archiepiscopus Salisburgensis, cui in Cathedrâ Archiepiscopali subrogatur Leonardus de Keutschach ex Ord. Canonicorum Regularium S. Augustini.

Ludovicus Ebner Officialis Salisburgensis, Præpositus S. Zenonis, instituitur Episcopus Chiemenfis.

Vitam exiit Antonius à Modoëtia in Conventu Gratiarum propè Maletum in Insubiâ, vir præstantissimæ virtutis.

Item B. Francisca Virgo Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis, Mantuæ in Italiâ, miraculis post mortem gloriosa.

Anno Christi 1495. Comes Wirtenbergicus, primus Dux creatur Wormatiæ, ubi hoc anno Imperii Principum conventus fuit celebratus.

Jacup Bassa cum 10000. Turcis irruptionem facit in Carniolam & Stiriam; præter prædam reliquam, Christianorum 10000. in captivitate trahens, ei cum 8000. occurrens Emericus Derenceni, cæditur amissis 5077. occisorum cadavera victores barbari naribus mutilârunt, occupata vexilla unâ cum dicto Emerico Imperatori Constantinopolim transmissere.

Moritur Joannes d' Armes Jurisconsultus sui ævi, uti fertur, doctissimus, patriâ Nivernensis.

Alphonfus d' Avalos Marchio Pescariæ, à mancipio suo Æthiope trucidatur, relicto ex se filio Ferdinando Francisco.

Ex Neapolitano Regno cum Gallorum reliquias Ferdinandus Rex ejicere tentaret, & Fragnellum non ignobile oppidum oppugnaret, Diva Virgo Deipara, quantum curæ de Imaginibus suis sacris haberet, indicio evidenti ostendit, ejus enim oppidi exulto sacello, ligneum ejusdem Virginis simulacrum inventum est ab igne minimè corruptum, quod summa veneratione & diligenti custodiâ Neapolim transmissum est, & supplicatio in unum diem populo indicta. Bzovius.

Diè 5. Julii Venetorum exercitus à Gallis cæditur.

Obiit Wilhelmus junior Dux Brunsvicensis, relinquens ex Elisabetha Bothonis Comitæ Stolbergensis filia duos filios, Henricum & Erium.

Ex Ordine Benedictino eruditionis laude celebres habentur Thomas Mellingus, ex Abbatibus Westmonasteriensi Herefordensis Episcopus, Regi Angliæ charissimus, qui ejus consilio in rebus arduis usus est; Henricus item Bradshaus Cestriensis, & Jacobus Trajectensis.

In Villa Burgstarr non procul à Wormatiâ mulier quædam, pauperis rustici uxor, monstrorum partum edidit: peperit enim puellas duas corporibus, manibus, pudendis, pedibusque per omnia distinctas, quarum & duo erant capita, ora, nares, oculos & aures habentia distincta. Frontibus autem sibi mutè cohærebant, taliter compactæ seu concretæ, ut nullâ potuerint arte ab invicem separari, quin statim morerentur ambæ. Vixerunt ultra triennium, non sine bonâ stiparentum, & crebrò cum altera dormiret, vigilabat altera, unâ flente, altera ridebat. Postremò unâ moriente altera supervixit aliquantibus diebus, vixissetque diutius, nisi cadavere sordis putrescente, jam etiam factore fuisset extincta.

Annus Christi 1496.

Moritur Ferdinandus Rex Neapolitanus, cui successit Fridericus patruus.

Dicasterium Spiræ, primam banni Imperialis sententiam pronunciat.

Moritur Otto V. Comes Hennebergicus. Florentini Carolum Galliarum Regem rursus in Italiam vocant, sed accidit ut Guido Antonius Vesputius, de Florentinorum Legatis unus, cum necessariis monumentis domum rediret. Hic per Mediolanensem fines iter faciens, Ludovici Sfortiæ mandato interceptus fuit, atque cunctis litterarum monumentis ablatis Mediolanum abductus. Ex eis cognita fuit tota compositio cum Carolo.

Tremoletum vicum in Italiâ Germani milites occuparunt: ibi aliquis ex eis templum ingressus, pyxidem argenteam, in quâ divinissimum Eucharistiæ Sacramentum servabatur, hoc in terram projecto, abripuit. Egredi de templo festinans in cuspidem ferream lanceæ alterius militis, templum ad sacrilegium patrandum ingredi properantis, oculo impexit, totoque ferro caput transigente, miser in terram mortuus cecidit. Eo spectaculo percussi commilitones, Sacerdotem quem vincitum ducebant exsolverunt, & sacram suppellectilem templo restituerunt. Bzovius in Annal. ad hunc ann.

Emmanuel Lusitanæ Rex feliciter contra Mauros pugnat.

Recineti in Piceno lues sæva grassatur, quæ civum pluribus absumptis, graviores indies urbi cladem minabatur. Igitur à Magistratibus de Primorum consilio indicitur ad Laurentianam ædem SS. Deiparentis supplicatio, votum publicè nuncupatur, nec spes precise in irritum cecidit, extemplo enim votivâ supplicatione, pestilentia omnis absterfa est.

Moritur Thomas Episcopus Constantiensis, Succedit Hugo.

Mortalitatem exiit VVilhelmus Episcopus Aichstadiensis, vir summæ facundiæ: hinc sequens de ipso versus;

Est tibi Solonis mens, Presul, & os Salomonis.

Fatis concedit B. Marcus S. Mariæ in Gallo ex Ordine Minorum de Observantiâ, Vicentiæ in Italia, qui mortem suam præcognovit, & post illam miraculis claruit.

Joannes Borgia nepos Alexandri VI. Cardinalis Diaconus S. Mariæ in Viâ latâ creatur.

Moritur in Galliâ cum sanctitatis famâ Petrus Chambonus ex Ordine D. Francisci. Item Gilbertus Pro-Rex Regni Neapolitani, filius Ludovici Comitum Claromontani, Sancerræ & Arvernæ, ex se relinquens filium Ludovicum II.

Dux Mediæ Cacaçam Regni Fessani urbem expugnat, quam tamen solâ relicta arce munitissimâ demolitur.

Bernardinus Gadolus singulare Ordinis Benedictini lumen emicat, vir non minoris sanctitatis quam doctrinæ. Scripsit in omnes Sacræ Scripturæ libros Commentaria. De fugiendo sæculo & Religione amplectendâ lib. 1. Contra superbiam & ambitionem lib. 1. Sermonum lib. 1. Epistolarum lib. 1. Nec minori famâ celebris habetur Conradus de Rodenberg Monachus & Prior S. Mariæ Trevirensis, demum Abbas S. Joannis

Baptistæ Rinaugiensis. Scripsit in laudem Deiparæ, sumptâ de singulis ejus membris materiâ. Vineam Domini Sabaothi lib. 1. Exercitium Novitiorum lib. 1. De præparatione ante Missam lib. 1. Orationum variarum lib. 1.

Obiit Carolus Dux Aureliacensis & Comes Ingulismensis, filius Joannis boni.

Extinguitur Eberhardus Dux Wirtenbergicus, Princeps Religiosissimus, cui in regimine succedit Eberhardus junior, defuncti ex patre nepos, filius nimirum Udalrici Comitis, homo nullis Principe dignis virtutibus præditus, Ducatus potius destructor quam rector.

Obinclusum à Præfecto carcere civem Cruciniaci & in Spanheimensi Comitatu tumultuantes frivole incolæ à Principibus locorum dure castigantur. Amputabantur quibusdam manus dexteræ duo quibus pejeraverant digiti; alii ferro ignito adurebantur in fronte, atque perforatis alii maxillis torquebantur: nonnulli marsupis exenteratis, cruciatus pecuniâ redimebant.

Episcopus Paderbornensis ob senium variosque in corpore morbos, cum Cathedralis Capituli consensu, Hermannum Coloniensem Archiepiscopum in Administratorem assumit.

Morbus Gallicus Germanis hucusque ignotus, innotescit quoque in Germaniâ.

Philippus Archidux Austriæ Maximilianus Imperatoris filius, annum agens ætatis decimum octavum, conjugem ducit Ferdinandam Hispaniarum Regis filiam.

Nascitur Otho Henricus decimo tertio genitus Philippi Comitum Palatinus ad Rhenum.

Annus Christi 1497.

Reuchlinus, in honorem Dalburgii Episcopi Wormatiensis, primam Latinam in Germaniâ comœdiam exhibet.

Nascitur Philippus Melancthon, postea Lutheri discipulus.

Floret animarum zelo & Prophetiæ dono illustris, Hieronymus Savonarola Ordinis S. Domini.

Dux Gandiæ ex hortis domû redit ab hostibus interceptus, & in flumen merfus præfocatur.

Bartholomæus Floridus Cosentinus Archiepiscopus, secretis summi Pontificis præfectus, e mentito Pontificis nomine ad tria diplomatum millia conscripsit. Facinore detecto, gradu motus, & præmissis in degradatione solennibus, carceribus perpetuis addictus est. Brucardus in notis Diariis Alexandri VI.

Emmanuel Lusitanæ Rex Judæos ac Mauros in Regno suo partim præmiis allecos, partim liberorum qui nondum decennium supergressi erant abreptione, ad baptismum urget: naves insuper quatuor in Orientalem Indiam mittit, quibus summâ cum potestate præfectus fuit Valcus Gamma.

Urbini in Italiâ ad cælos emigrat B. Dominicus Leoneffa Minorita, corporis mortificatione & prophetiæ dono illustris. Morituro Beatissima Virgo apparuit, vivens & vitâ functus multis miraculis claruit. Ulyssip. 3. part. Chron. lib. 7. c. 30. 31.

Apud Tornacû, magna lanæ pingui rore permixta copia è nubibus decidit. Bzovius ad hunc ann. A Jo.

A Joanne Affidonæ Duce classis in Africam missa est, Melillam occupatum, Almeriæ objectum oppidum, à Mauris desertum: facti in ea expeditione sumptus compensati sunt; Christianâ fide ibidem introductâ, eoque oppido Regis Ferdinandi beneficio, Duci & Successoribus perpetuo jure contradito.

Mantua è vivis discedit Beata Francisca de Cumis, Ordinis Servitarum, cujus corpus post annum, recens, & odorem suavem spirans repertum est, ac insuper (quod fuit mirandum) manu tenens lilium virens, ac si è terra nunc vernans fuisset collectum. Gianius Centur. 3. Annal. Ord. Serv. lib. 5. c. 2.

In Hasselt oppido Brabantiæ, vir quidam animam suam dæmoni homagio tradiderat; si divitiæ sibi ab eo concederentur, & octennio illis frui liceret: nec mora, datur homo opibus multis, negotiatur ubique prospere. Verum hoc anno sub quodam Galli canticinio evocatur à socio, causâ Antverpiam pariter pergendi. Sed in itinere diluculo reperta sunt membra ipsius à corpore evulsa, ac horribiliter dilaniata. Bruithemius apud Suffridum Petri tom. 3. de Episcopis Leodiens.

Mortalitatem exiit B. Veronica de Bignasco Virgo, Mediolani, Ord. S. Augustini, dono discretionis spirituum, apparitionibus frequentioribus Deiparæ aliorumque Sanctorum, nec non ipsius Christi admirabilis.

In Kaisers-Waag (stagnum est in Palatinatu inferiori propè Casarislutam) lucius captus est cum annulo circa collum, cui litteris Græcis insculptus erat sequens textus: *Ego sum piscis qui primus per manus Friderici II. Imperatoris anno 1230. 5. Octob. in stagnum missus sum: piscis hic pedum novemdecim longitudinem habebat.*

Nicolaus Dux Opolientis ultimus decolatur.

Floret Bebelius natione Suevus, Poëta & Jurista celebris. Inter cætera ingenii sui monumenta edidit Orationem de Germaniæ laudibus.

Consecratur Tornacensis Episcopus Petrus Kuick Abbas S. Amandi.

Inter eminentissimos è sacra effulget Purpura Joannes S. Dionysii Monachus & Abbas Benedictinus, ex Regio Legato & Oratore Presbyter Cardinalis tit. S. Sabinae, Exsplendescunt & aliis è cathedris amplissimis, Joannes Cordis Archiepiscopus Bituricensis, Wilhelmus Archiepiscopus Rhemensis, aliique ex Ordine D. Benedicti.

Urbis Boppardiæ cives contra Archiepiscopum Trevirensis insurgentes, ab illius militia obsidentur, & die obsidionis duodecima deditionem facere coguntur.

Maximilianus Imperator exercitum movet contra Sequanos, commisso prælio sat magna clade Galli afficiuntur.

Albertus Saxoniarum Dux Imperatore jubente cum valido exercitu Geldriæ invadit Ducatum, illumque rapinâ, igne & ferro multum devastat.

Annus Christi 1498.

Clarè Simon de Spira Ord. Fratrum B. M. V. de Montè Carmelo; Magister Patiensis R. P. Brentano Epitome Chronolog.

sis: scripsit insigne volumen super sententias lib. 4. Contra Judæos lib. 1. Postillam Coloniæ lectam lib. 1.

Fundatur Monasterium Nazareth Ord. S. Guilielmi, sub regula D. Bened. in Belgio.

Carolus Galliarum Rex Ambosiæ repente moritur: succedit in Regno Ludovicus XII. Valisus, qui pacem cum Hispano, Anglo & Casare init.

Hieronymus Savonarola ex inimicorum suorum machinationibus, comburitur, teste Bzovio in annalibus ad hunc annum; plurimis à morte miraculis resplendens.

Septuaginta Turcarum milia per Valachiam, in Russiam sese sub finem Novembris effuderant, omnem eam oram quæ ad Nestrum, & circa Haliciam, Zidacioviam, Drahoibicam, & Samboriam est, ferro & igni vastantes prædasque agentes: sed superveniente subito frigore immani, niveque copiosissimâ, 40000. eorundem obrigescentes perire: magna insuper pars in fuga à Stephano Palatino & Valachis insequentibus trucidata est. Cromer. lib. 30.

Ad cælos emigrat B. Angelus à Verbosâ Minorita.

In Belgio, in villa Ruttis fons erupit; suavem dans odorem, cujus aquâ quàm plurimi infirmi abluti, pristina restituti sunt sanitati. Brusthem. in histor.

Moritur Bartholomæus Torellus Episcopus Calliensis in Umbria.

In Hetruriam incurrens Venetorum exercitus, cum Duce Urbinate, Petro Mediceo ac Carolo Ursino, totam ferè ad defectionem pellexit, universaque Italia involuta est bellis, per annos aliquot continuatis.

Moritur Carolus de Novocastro Archiepiscopus Vesonionensis, cui succedit Franciscus de Busleyden.

Georgius d'Amboise à sede Archiepiscopali Narbonnensi, transfertur ad Rhotomagensis, hoc eodem anno Cardinalitiâ ornatur Purpurâ.

Decedit ex peste Romæ Autelius Brandolinus patriâ Florentinus, Orator, Musicus & Poëta insignis, qui à Mathia Corvino Rege Budam evocatus, Rhetoricam ibidem & Javariis multis annis cum applausu docuit. Tandem S. Augustini Ordinem ingressus, concionatorem præclarum ægens, Commentarium insuper super epistolas S. Pauli, Tractatum de Lege, libros duos paradoxorum Christianorum, Dialogum de humanæ vitæ conditione, & tollenda corporum ægritudine ad Mathiam Corvinum Regem; tres libros de ratione scribendi edidit. Historias quodque in veteri novoque Testamento conclusas mericè complexus est.

Wilhelmus Hassiorum Landgtavius senior uxorem ducit Elisabetham filiam Philippi Comitum Palatinum, Bavaricæ Ducis ac Principis Electoris. Vixit autem cum ea uno duxtaxat anno, oblitque sine liberis.

Maximilianus Imperator Friburgi in Brisgavia Conventum Imperii Principum celebrat. Idem arma rursus movet adversus Carolum Geldriæ Ducem, & nonnullas ejus munitiones capit; Helvetiis autem Tyrolensem Comitatum & vicina Austriacæ Archi-

Archidomus dominia invadentibus, pedem referre cogitur.

Leonburg Ducatus Wirtenbergici oppidum magna ex parte conflatur.

Hieronymus de Ferrara SS. Theologiae Doctor contra Summum Pontificem Alexandrum sextum linguam procaciter vibrans, & animos Florentinorum contra Ecclesiam Romanam sollicitans, bis & tertio monitus, cum in sua pertinacia persistebat, examinatus & convictus ignibus traditur.

Turca cum ingenti exercitu Poloniam infestant, ad aliquot milliaria igne saeviunt, & quidquid extra munitiones offendebant, aut ense perimunt aut captivum abducunt.

Hoc anno in Belgio in villa Ruttis, turri Beati Evermari Martyris collapsa, foris ex adverso fons erumpens suavem dedit odorem, cujus aqua quam plurimi infirmi abluti, pristinae restituti sunt sanitati.

Obit B. Francisca de Cumis ex Ordine Servorum B. Mariae.

Annus Christi 1499.

Ludovicus XII. Galliarum Rex, Rotomagi Parlamentum constituit.

Grifones devicto Maximiliani I. Imperatoris exercitu, Glarium Vallis Venustae urbem insignem flammis extinguunt. Saepius deinceps profligatus ab Helvetiis, iisdem reconciliatur.

Turca classem ingentem in Venetos parant. Methonem Peloponesi expugnant.

Galliae Rex Mediolano potitur, ejus Dux Ludovicus Sfortia Turcarum opem implorat. Alexander Papa die Coenae Domini Jubilaeum promulgat.

Bertholdus Archiepiscopus Moguntinus, Cleri Synodum agit.

Ope Thaumaturgae Virginis Monserratenensis quidam laesis illis lethaliter faucibus, mire reconvalescit, alter iudicis sententiam morti adjudicandus, compedibus ac manicis ferreis prodigiose solutus, liberatur. Aistolfus lib. 11. de miraculis.

Pisauri in Umbria obiit B. Marcus Mutinensis Ordin. Sancti Dominici, qui puerum mortuum vitae restituerat. Pius de viris illust. Ord. Praed.

Arandae in Hispania vivere desinit, Joannes II. Elector Brandenburgicus.

Obit in Burgundia cum sanctitatis opinione Maria a Corbya ex Ordine S. Francisci.

Laurentius Burellus patriam Divionensis, ex Ordine Carmelitarum, creatur Episcopus Sistericensis.

Facultas Theologica Universitatis Coloniensis sancit, credendum docendumque, quod Beatissima Deipara sine labe originalis peccati fuerit concepta.

Moritur Wilhelmus Hassiae Landgravius, ut supra diximus, ei in Principatu successit patris minor filius ejusdem nominis. Vidua defuncti ad patrem Philippum Comitem Palatinum reversa, magnae inter ipsum

& novum Landgravium exorta sunt discordia, ratione dotis mulieri dudum a marito adscriptae.

Clerus Wormatiensis propter multa, ut asserbat, gravamina, quibus molestabatur a civibus, propria sponte de civitate est egressus, & decem annis foris mansit. Cives autem summam diligentiam per totum illud tempus continuam adhibuerunt custodiam, ne quis Clericorum, qui fuerant egressi, denique introitum haberet. Unde causa audita a Summi Pontificis Legato sunt interdicto & excommunicationis sententia innodati, & elapso tandem decennio mediante Friderico Saxoniae Duce pax est reformata.

Sabina filia Bavariae Ducis Alberti desponsatur Udalrico Duci Wirtenbergico, annum aetatis agens undecimum, quorum nuptiae post annos duodecim fuerunt celebratae.

Rupertus tertio genitus filius Philippi Comitis Palatini ad Rhenum, agens annum aetatis octavum decimum, uxorem ducit filiam Ducis Georgii avunculi sui, Romano Pontifice Alexandro dispensante.

Heidelbergae nascitur Catharina Philippi Comitis Palatini Principis Electoris filia quarto decimo genita.

Obit Adamus Abbas Monasterii S. Martini Coloniae, vir religiosissimus, qui sola excommunicationis sententia diabolum Monialem quandam dire exagitantem expulit.

Ludovicus duodecimus Gallorum Rex cum magno exercitu, faventibus sibi Januensis, Papae & Venetis, Sabaudis & Mantuanis, Longobardiam ingreditur, & Duce fugato Mediolanum occupat. Dux autem praefatus Ludovicus Sfortia, sublati prius thesauris, cum duobus filiis suis ad Maximilianum Imperatorem confugit. Absente jam Duce, cito toto potitur Ducatu Rex. Inde Romam venit, & exercitum contra Neapolim quoque movere intendit. Interim Angliae Rex fines Gallorum hostiliter invadere coepit, unde necessitate coactus Ludovicus Rex, rebus per Longobardiam compositis, & praesidiis ubique locatis, per Sabaudiam ad Regnum suum revertitur.

Mortua priori anno Beata Francisca de Cumis ex Ordine Servorum Beatae Mariae Deiparae, accidit ut ad Ecclesiam in ampliorum formam redigendam oporteret Monialium ossa ex priori in alteram foveam intra septa Monasterii interioris Ecclesiae transferre; quare corpus Beatae Franciscae, quasi tunc fuisset tumulatum, recens & suaviter redolens repertum fuit, ac insuper, quod fuit mirandum, manu tenens liliam virens, ac si a terra tunc vernans collectum fuisset. Annal. Servorum Beatae Virginis, Centur. 3. lib. 5. cap. 2.

Annus Christi 1500.

Lucem mundi primo aspicit Carolus V. Imperator, ex Philippo Maximiliani filio & Joanne

& Joannae Ferdinandi & Elisabethae Hispaniarum Regum filia.

Moritur sacrae Purpurae, Ordinis Benedictini, & orbis universi decus, Andreas ab Espinay Armoricensis Gallus, ex Monacho religiosissimo & Priore meritissimo S. Martini a Campis Congregationis Cluniacensis, Burdegalaensis, tum Arelatenensis, postea Lugdunensis Archiepiscopus creatus, demum Cardinalis.

Floret in Italia Bernardinus Gadolus, Abbas Archisterii Camaldulensis, qui multa egregii ingenii & summae virtutis monumenta reliquit, scilicet:

In omnes Sacrae Scripturae libros doctissima Commentaria.

De fugiendo saeculo & Religione comprehendat lib. 1.

Contra superbiam & ambitionem lib. 1.

Sermonum variorum ad Religiosos lib. 1.

Epistolarum variarum lib. 1.

Opera S. Hieronymi ab ipso in ordinem redacta.

In Germania quoque virtutis suae & zeli divini odorem late spargit Hermannus a Boyneburg, Augusti Archisterii Corbejensis Abbas, ejusdem reformator verè illustris.

Hispaniam universam, urbemque Toletanam praecipue ornat B. Beatrix de Sylva, sanctitate vitae, & Ordinis Immaculatae Conceptionis institutione.

Jacobus de Trajecto ex Jurisperito eruditissimo, humilis Monachus Olivetani instituti, insignem edit librum de modo visitandi & corrigendi subditos. Idem scripsit Commentarium insignem super Regulam S. Benedicti, aliaque reliquit pietatis & ingenii monumenta: Ordinem praefatum insigni vitae sanctimoniam illustrat Venerabilis P. Hieronymus de Mantua.

Emmanuel Lusitaniae Rex, Judaeos a Regno suo ejicit.

Natus est Wilhelmus VII. Comes Hennebergicus.

Universale Jubilaeum Romae celebratur.

Duodecim novi Cardinales creati sunt sequentes: 1. Didacus Furthladus de Mendoza Hispanus, Archiepiscopus Hispanensis. 2. Jacobus Serra Hispanus, Episcopus Arborensis. 3. Thomas Archiepiscopus Strigonensis. 4. Petrus Ivalies Archiepiscopus Reginus. 5. Franciscus Borgia Archiepiscopus Consentinus. 6. Joannes Verra Hispanus, Archiepiscopus Salernitanus. 7. Ludovicus Podocatarus Episcopus Caputaquensis. 8. Joannes Antonius Trivultius Episcopus Comensis. 9. Joannes Baptista Ferrarius Episcopus Mutinensis. 10. Armenus de Alibretto Gallus, Regio Francorum Regum genere ortus. 11. Ludovicus Borgia. 12. Marcus Cornelius Cornarus Venetus.

Ventorum vi immani tubus vaporarius eversus supra caenaculum Summi Pontificis, Valentini Cardinalis habitaculum perfregit, atque a tribus Florentinis civibus, qui expectabant, dum a Valentino debita pecuniae summa redderetur, secundo tabulato confrecto, duos ad pedes Pontificis exanimatos & occisos projecit, tertium quoque spirantem, sed gravi vulnere

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

saucium. Multi tum lateres, tum tabulae, ne Pontificis caput comminuerent, superstantis umbellae tegmine factum est. Eadem involuto capite, ne pulvere suffocaretur, valuit, laesus tamen fuit non leviter in capite & manu, ac proinde ab Aulicis accurrentibus ferè exanimatus repertus est. Bzovius in annal. ad hunc annum.

Petrus Aranda Episcopus Calaguritanus, de haeresi convictus, sententiam depositionis & carceris perpetui, in Consistorio a Pontifice latam accipit. ibid.

Quidam Judaeus nomine Lemlen imposuit Judaeis quibusdam, se esse verum Christum, quem expectabant. Joann. Isaac, super epist. R. Moyses.

Hac ferè tempestate Bajazethes Turcarum Imperator cum 150000. armatorum Metonem Peloponesi urbem validissime obsedit, ex incuria praesidiariorum occupat, magna clade perpetrata: ipsum Metonensem Episcopum, ita ut erat mitratus & sacra veste indutus, obtruncant milites barbari, nec ulli omnino vel armato vel inermi parcent, nisi quem forte aut aetas aut forma vel servituti vel libidini servavit. Erant ejus loci supra mille captivi, in longis adstricti funibus, ad Bajazethis praetorium deducti, saevissimi tyranni iussu sub ejus oculis immaniter perempti sunt.

Sophus Ismael Persarum Imperium occupat, sub quo nova quaedam in Mahometis Pseudoprophetae turpissimam superstitione opinio in cunctis Sophi hujus ditionibus disseminata est. Hunc Judaei Messiam suum dixere, atque per omnem ferè Europam mirum in modum sibi gratulati sunt, festa quoque celebrarunt convivia, sed mox experti sunt, Sophum nullam gentem perinde atque Judaicam exosam habere.

Jacobus IV. Scotiae Rex, cum Margarita Henrici VII. Anglorum Regis filia, & Catharina Ferdinandi Hispani filia cum dicti Henrici primogenito, sponsalia celebrat.

Hic uti & praecedens annus ingenti vini frumenti quoque abundantiam insignis fuit.

Moritur Wilhelmus Hassiae Landgravius. Item Albertus Dux Saxoniae.

Arx Cracoviae conflatur.

Joannes Borgia Cardinalis Urbini, morbillis aut veneno moritur.

Cum opinione sanctitatis Gressi in Latio decedit Antonius a Burgo Reatino Ord. Minor.

Floret in Italia B. Michael Florentinus, Monachus Camaldulensis, Prophetico spiritu clarus.

Moritur Albertus Saxoniae Dux, Georgii & Henrici pater, avus Augusti.

Circa haec tempora Nicolaus Aegidius Ludovici XII. Galliarum Regis Secretarius & Thesaurarius Historiam scripsit Franciae, inchoando a destructione Trojae usque ad annum millesimum quadringentesimum sexagesimum sextum.

Petrus Alvarez Capralis Lusitanus Brasiliam detegit, & ibidem columnam marmoream cum Regis Lusitaniae insignibus erigit.

Claret hisce temporibus Cornelius Aurelius Canonicus Regularis Ord. S. Augustini, Hemsdonkii propè Dordracum, Erasmi Roterodami quondam Magister: scripsit defensionem gloriae Batavinae: elucidarium variarum quaestionum super Batavina regione.

Thomas Bacocz ex humili familia natus, primò Episcopus Erlaviensis; postea Archiepiscopus Strigoniensis in Ungaria, hoc anno Cardinalitiam insuper Purpuram decoratur.

Joannes Episcopus Trevirensis Jacobum ex Marchionibus Badensibus, in Coadjutorem de consensu majoris partis Canonicorum Cathedralium assumit.

Maximilianus Imperator Conventum celebrat Principum Imperii Augustae Vindelicorum.

Claret Ferrariae sanctitatis fama, & Christi stigmatibus visibiliter sibi impressis, Virgo Lucia, Ordinis Sancti Dominici, quae etsi continuo eorumdem vulnerum senserit dolorem, quartis tamen & sextis feriis amplius cruciatur.

Eodem hoc anno apparuerunt cruces in lineis vestimentis hominum, in camisiis, in linteaminiis, in mensalibus, in peplis mulierum, in Albis Sacerdotum & Corporalibus, non solum in his, quae in quotidiano habebantur usu, sed etiam in illis, quae abscondita jacebant in cistis. Ceperunt autem inprimis apparere circa Rhenum, ac deinde per totam Germaniam, in Suevia, in Francia Orientali,

in Bavaria, in Austria, in Bohemia, Saxoniam, Dacia, Polonia, Hollandia, Brabantia, & per Galliam totam, non sine timore & horrore magno mortalium. Non poterant aliqua lotione deleri, sed post nonum diem ut plurimum per se evanescebant. Cruces has magna contagio secuta est, & hominum mortalitas.

Ludovicus Sfortia, Dux Mediolani, novo contracto exercitu confederatorum Helvetiorum aliorumque, intravit in Lombardiam, recuperavitque Mediolanum. Postea Novariam obsedit & cepit, contra quem Gallorum exercitus ingens veniens eum cum suis in urbe hac obsedit. Helvetiis ultra pugnare renuentibus & urbe egredientibus miscuit se Ludovicus, sed cognitus a Gallis captus, ductusque in Galliam in carcere mortuus est.

Moritur Albertus Saxoniae Dux, frater Ernesti Principis Electoris.

Magna hoc anno facta est dissensio inter Nobiles Franciae Orientalis & civitatem Norimbergensem, propter Nobilem quendam Conradum a Schott, qui multa multis intulerat mala: qui tandem mediante Comite Palatino concordati sunt.

Fossariorum in Bohemia haereticis invalescit, sic ipsi dicti sunt, quod in fossis & occultis speluncis nocte convenirent, turpitudinem sine differentia personarum, more bestiarum exercentes.

Lugdunum Italus quidam, qui se Mercurium nominabat, venit. Uxorem circumduxit, & filios, omnes lineis vestibus indutos, & imitatione Apollonii Thyanensis quondam Philosophi, catenam ferream a collo portantes. Magna promittebat, & se veterum Hebraeorum, Graecorum & Latinorum omnium perfectissimam gloriabatur habere scientiam: aurum quo illum Rex Galliae honoravit; omne pauperibus distribuit, & suam paupertate contentus, sibi ex omnibus penitus nihil reservavit.

Claret stupendam memoriae felicitate ac scientiam Ferrandus Cordubensis, miles auratus, artium, Medicinae & Theologiae Doctor.

Prodigiosis crucibus vestes hominum divinitus notatae inspectae sunt.

Hoc anno post mortem cujusdam tyranni, qui pauperes iniquè opprimerat in Moravia, cum filius in paterna haereditate succedens, quoddam ejus castellum nomine Hiemps, cum uxore & filia inhabitaret, quadam die eo ad mensam sedente, venerunt duo diaboli in specie humana, ipsumque cum omni familia de castro exire compulerunt: post quorum discessum multitudo daemonum conveniens, castrum illud inhabitare cepit, ululantes die ac nocte, plaudentes & mirabilia agentes, Trithem.

Albericus Vesputius, ad explorandas novas regiones, emittitur. Invenitur inter ceteras Insulas Madera, silvestris illa quidem & prorsus inculta, sed soli fertilissimi, quod ubi Lusitani adverterunt, ut apta esset sementi & habitationi, silvas densissimas multo igni cremarunt, qui interdum adeo grassatus est, ut plerique vix flammam evadere potuerint.

Hoc anno Facultas Theologica Academiae Moguntinae, imitata Synodi Basileensis decretum, itemque Parisienses & Colonienses Theologos, omnino decrevit & statuit sentiendum, Beatissimam Dei Genitricem, semperque Virginem Mariam, sine labe originalis peccati conceptam. Surius in comment. rerum in orbe gestarum.

Joannes ab Elz, aliquot equitum & pedum turpam stipatus, clara luce, nullo repugnante, Boppardiam Imperii urbem, Ecclesiae Trevirensi jam pridem oppignoratam invasit, exclusisque omnibus, qui Episcopi Treverici partes sequerentur, castellum, telonium, & aes omne occupavit, turribus praesidio suis imposito. Henricus VII. Imperator, certam acceptam pecuniam ab Archiepiscopo Trevirensi, locum hunc pro pignore illi tradiderat.

Dira fames ob frumenti inopiam Sueviam premit.

Basilea a Maximiliani Caesaris & Imperii obedientiam se subducit, percussio foedere cum Helvetiis; Basileensium defectionem imitati Schaffhusiani.

Visi sunt horridi duo Cometae de caelo micantes. Salisburgi in festo S. Lucae visum est in aere caput draconis sub vesperam post horam quintam urbi imminere.

Moritur B. Columba Reatina, Virgo tertii Ordinis S. Dominici.

Firmi in Piceno cum sanctitatis opinione decedit Ambrosius a Lombardia, ex Ordine Minorum.

Defuncto hoc anno Joanne Alberto, Poloniae Rege, solum conscendit ejus frater Alexander, hujus nominis I. filius Regis Casimiri II. maritus Helenae, filiae Joannis, Magni Moscoviae Ducis.

Moritur Gabriel Altilius, Episcopus Policastrensis.

Obiit Augustinus Barbarigo Dux Venetorum.

Obiit Margaretha, uxor Philippi Comitis Palatini Bavariaeque Ducis, multarum prolium mater, mulier honestissimae conversationis.

Sichinus Afambeti, Hassan Cassani ex fratre nepos; ambitione exstimulatus, convocatis ad se cunctis proscriptis, fugitivis, latronibus, malefactoribus, egenis, & quibuscunque inopiis pressis, Persiarum Regnum graviter turbans praedam injuste captam militibus suis divisit, qua ex re maximum omnium consecutus est favorem.

Per totam Sueviam fames magna invaluit, quo tempore Argentinenis insignis charitas in elargitione frumenti emicuit.

Annus Christi 1502.

Hugo de Boncompagno, postea sub nomine Gregorii XIII. Pontifex Summus, Bononiae in lucem editur.

Lucas Bernardus Brixienis, Monachus ex Ord. S. Bened. sub Congregatione S. Justinae, B. Jo. Chrysostomi Homilias octoginta e Graeco in Latinum convertit, quae Basileae Rauracorum tomis duobus excusae sunt.

Eminet Theophilus Martini, vir praestantissimus, Balnenis primum sub Regula S. Benedicti Monachus Camaldulensis, dehinc Abbas, ob vitae autem doctrinaeque merita, Drivastensis in Candia Regno Episcopus ordinatus.

In Regno Poloniae, Monasterio S. Crucis Montis Calvi, Benedictini Ordinis, supra quinquaginta Monachi, Tartaris Caenobium invadentibus, in Ecclesia collecti, dum *Salve Regina*, toto animi voto depromunt, a barbaris crudeliter mactantur.

Rusticorum Liga sive Confederatio Spirenensis dissipatur, plurimis eorum captis & trucidatis.

Nata est & mox denata Anna, Comitissa Hennebergica.

Fridericus III. Elector Saxoniae, Universitatem Wittenbergae condit.

Astor Manfredus, Romae a rivali, cujus amicam deperibat, in Tiberim, una cum amica, & duobus juvenibus, simul per brachia colligatis, praecipitatur ac demergitur.

Bajazethes Turcarum Imperator, classis suae Praefectum, eo quod is in reficiendis navibus fuisset tardior, sagittam transfigit.

Classis Christianorum Leucadium Insulam, quam S. Maurae vocant, occupant.

Albigniacus Gallus, & Gonsalvus Hispanus, de Regno Neapolitano pro suis Regibus

MEMORABILIMUM MUNDI CHRISTIANI SAECULUM XVI.

Annus Christi 1501.

America noviter inventa Apostolicorum Missionariorum Congregationis Monferratenis sanguine irrigatur & fecundatur.

Authore B. memoriae Garfia de Cisneros, Abbate Montis-Serrati in Catalonia, Ordo D. Benedicti, magno totius orbis bono, in Hispaniis reformatur: unde Congregatio Monferratenis. Initium quoque hoc eodem anno capit Congregatio Benedictina Bursfeldensis in Germania: in qua miram virtutis laudem adepti sunt Joannes de Diedesheim, & Simon de Petra, Abbates Monasterii Lacensis.

Beatus Eusebius, Camaldulensis Monachus, vir excelso animo, sed juxta humillimo, ad caeli gaudia evocatur; ante obitum per totos sedecim dies nihil prorsus cibi & potus admisit: mortuus est praegaudio in dulces effusus lachrymas, praegaudine societatis Angelorum erectis in caelum manibus exultans.

Florent insigni virtutum fama in Gallia, quatuor germanae sub Regula Divi Benedicti sorores: Eleonora Borbonica, Caroli Ducis Vindocinensis, & Franciscae Ducissae de

Alençon filia, Fontis Everardi sive Ebrardi, Abbatissa, Margaritha S. Crucis Pictaviensis, Catharina B. Mariae Sueffionensis, & Renata Calensis Monasteriorum Serenissimae Antistitiz.

Vitus Truckfels a Pommersfelden, Episcopus Bambergensis creatur.

Moritur Fridericus III. Comes ab Henneberg.

Successu felici in Turcas movent Itali, Hispani, Galli.

Alexandri Summi Pontificis copia, Faventiam urbem deditione capiunt.

Hermes Bentivoglius Bononiae illustrem Mariscottam familiam occidit & delet.

Galli multa regni Neapolitani oppida occupant.

Ferdinandus Castellae Rex, Mauris in Regno suo degentibus catechizandis operam dat, aut nisi Christo darent nomen, intra diem certum discederent, edictum promulgat.

Emmanuel Lusitaniae Rex in Mauros Africanos, & praesertim contra Regem Fessensem exercitum non contemnendum misit, ac variam fortunam cum illis dimicavit; pluries victor, ac Tingi & Arzillae ab obsidione liberator: classem quoque novam, cui praerant Joannes Novius, in Indiam misit.

gibus pugnant, & Fridericum Aragonium eo exuunt.

Medicei fratres conjurantes, simul arma adversus Florentinos movent.

Res fidei contra infideles, in Indiis Orientalibus insigniter promovet Emmanuel Rex Lusitaniae. Vascus Gamma Abrazemum Qui-joæ tyrannum Lusitano stipendiarium facit. Inde cum in Malabares trajecisset, ingentem Saracenorum navem, & militibus & omni telorum genere paratissimam, Calecuti redeuntem expugnat.

Elisabetha Angliæ Regina, enixa puellam, post aliquot dies moritur. Præcessit eam morte Arturus Princeps, secutus est Reginaldus Brajus, verè pater patriæ.

In humanis esse desuit Joannes Baptista Ferrerius, S. R. E. Cardinalis.

Sævissima pestis omnem Germaniam longè lateque populatur.

Waltherus à Plettenberg, Magister Livoniensis, contra Moscoviæ Ducem bellum movet. Gallorum classis Mitylenam frustra oppugnat, eandemque sæva tempestas scædè disjecit.

Ludovicus Chiemensem Episcopatum abdicat, cui substituitur Christophorus Mandel.

Fuit hoc anno maximus æstatis æstus: in hieme illud rarum 13. Decembris accidit, ut vulpes silvestris Juvavium ingressa, stupentibus & canibus & hominibus, illæsa usque ad macellum perambulavit.

Christophorus Wendl, Cancellarius Salsburgensis, instituitur Episcopus Chiemensis.

Vivendi finem facit Henricus Vanden Berghen, Episcopus Cameracensis. Item Franciscus de Busloyden, Archiepiscopus Ventionensis; cui succedit Antonius de Vergelyo: & Andreas Abbas S. Michaëlis propè Bambergam, scriptis plurimis celebris.

Floret Felinus Sandeus, Jurista celebris. Mundi lucem aspicit Alphonsus d'Avalos, Marchio Vastinus.

Naturæ debitum solvit Mathæus Bossus Veronensis, ex Ordine Canonicorum Regularium Lateranensium, vir zelosus pro Dei gloria, qui trinos Episcopatus sibi à Papa oblatos constanter recusavit.

Occumbit in obsidione Neapolitana Ludovicus II. filius Gilberti Proregis Neapolitani.

Magna ubique per Germaniam pestilentia grassatur, & multa hominum millia absunt, præsignata, ut multorum fuit opinio, per cruces, quæ in lineis vestibus hominum ante biennium apparuerunt.

Annus Christi 1503.

Nascitur Ferdinandus I. Imperator, Caroli V. frater. Item Joannes Fridericus Saxonie Elector.

Fridericus Holstiae Dux nuptias celebrat cum sorore Electoris Brandenburgici.

Georgius Marschalk ab Ebner, Episcopus salutatur Bambergensis.

Obiit magnâ opinione sanctitatis Joannes 9. Abbas Cistercij.

Moritur Wilhelmus VII. Comes Hennebergicus: natus e contra Joannes III. ex eodem stemmate.

Inter Bajazethem Turcarum Imperatorem & Venetos pax sæpè frustra tentata, conficitur.

Ferdinandus Philippo Archiduci ex Joanna filius nascitur.

Alexander Papa ex Urfinis fœderatis, Cardinalem, Archiepiscopum Florentinum, Protonotarium, & alios rebelles comprehendit & custodiæ mandari jussit; in qua post 20. dies dictus Cardinalis ex mœrore animi decessit: ipse etiam Alexander, hoc anno per venenum à pincerna pecuniâ corrupto propinatum extinctus est: successit ei Pius II. qui tamen mox ad 15. Calend. Novemb. similiter fati concessit: huic successit Julius II.

Asperima eaque diuturna fuit hiems, quam insecta est æstas immodicè æstans & arida, ita ut ob pluviam inopiam, & nimium solis ardorem, cuncta penè humi nascentia exaruerint, fœnum inprimis, parum quoque avenæ creverit, & frumenti magna extiterit caritas. Fuit hic annus porcis admodum funestus & exitiosus.

Philippus Austriacus, Maximiliani Cæsaris filius, ex Hispania reversus est in Gallias: cumque Lugduni esset, pax ibi confecta est inter Cæsarem Gallos & Hispanos, sed non diu duratura.

Galli ab Hispanis Regno Neapolitano cum multa suorum cæde depulsi sunt.

Obiit Joannes, è Marchionum Badensium familia, Archiepiscopus Trevirensis, postquam 57. annis præfuisset. Successorem nactus Jacobum ex eadem Marchionum familia, virum ingenio, facundiâ, prudentiâ & eruditione præcellentem, scripsit de antiquitatibus libros duos.

Picardus quidam hæreticus Parisiis in sacello, quod sanctum dicitur, ex manibus Sacrifici ad aram stantis & rem divinam peragentis, vi abstulit sacram hostiam, & multis adspectantibus viris nobilibus eam comminuit & jactavit in terram, & quia tanti sceleris veniam petere noluit, rogo addictus est. Surius in comment. rer. in orbe gestar.

Horrenda rursus lues multa hominum millia absunt.

Diem vitæ clausit extremum Joannes Dalburgius Vangionum Antistes; fuitis Græcè, Latine & Hebraicè doctissimus.

Item Georgius Baviaræ Dux, hæredem omnium instituens Rupertum filium Comitum Palatini, cui jam ante filiam suam collocaverat, sed Albertus propinquior hæres testamento tanquam invalido contradixit, hujus partes fovit Cæsar Maximilianus.

In Germania, mirum in modum DEUS retexit scelus duorum homicidarum. Tiguri erat caupo quidam, Buggerlinus nomine, apud quem cum pauper quidam mercenarius peculium deposuisset, eum ille interfecit in silva, ibique sepelivit. Verùm cum is fortè reperitus esset, suspicio cædis in cauponem cecidit. Data est ei falcicula pauperis illius, & qua-

& quaesitum, num eam agnosceret. Sumpsit falciculam in manus, statim sudavit ea sanguine, idè licet antea tortus negasset, eadem jam factus est, & rotæ supplicio affectus.

Joannes Spies miles Etisvveilæ apud Lucernates uxorem pulvini suffocaverat. Quaestionibus subjectus, nihil confessus est. Igitur judicium sententiâ exutus est & rasus; atque à carnifice ad cadaver, 20. die post mortem effossum adductus. Quo appropinquante mulier sudare cœpit: Propius accedens, juraturus erat impositione digitorum se insontem esse. Sed quid sit? Sanguis è cadavere per feretrum destillavit. De scelere igitur confessus est; penitentiam egit, ac contusus rotâ, periit. Annal. Suevic.

In Germania cruces iterum in vestimentis & in pane similaceo apparuerunt.

In Bavaria circa oppidum Nilsecum draco ingens coronatus visus est.

E vivis discedit Fridericus S. R. E. Cardinalis, Episcopus Cracoviensis. Item Joannes à Dalburg Episcopus Wormatiensis; vir linguæ Latinæ, Hebraicæ & Græcæ peritus.

Christophorus II. Zach instituitur Episcopus Seccoviensis.

Diem obit Berchtoldus L. B. à Landspurg, Episcopus Verdensis & Hildesimensis; ei succedit Ericus II. Angriæ & Westphaliæ Dux.

Naturæ quoque debitum solvit Ernestus Archiepiscopus Magdeburgensis & Episcopus Halberstadianus.

Emericus d'Amboise Gallus, creatur Magnus Magister Ordinis Equitum S. Joannis Hierosolymitani.

Anna Casimiri Poloniæ Regis filia, Bogislai Pomeraniæ Ducis uxor, moritur. Similiter Petrus d'Aubussonius Magnus Melitenis Equitum Magister, vir invictæ fortitudinis, quam Turcæ repetitis suorum cladibus sunt experti, anno ætatis suæ octogesimo.

Purpuram cum vita exiit Joannes de Borgia, Alexandri VI. cognatus.

Perinsigne Ordinis nostri decus tollitur, Godefridus ex Monacho & Abbate Sancti Germani de Pratis Catalanensis Episcopus.

Ex Congregatione Camaldulensium eminet inter alios Theophilus Martini Balnensis Monachus, ac dein Abbas, demùm Episcopus Drivastensis in Creta.

Claret quoque Lucas Bernardus Brixien- sis Italus, Ord. Sancti Benedicti, cui posteritas debet S. Joannis Chrysostomi Homilias octingentas è Græco in Latinum versas.

Strakoniti in Bohemia mulier rustica filiolam suam Judæis fratribus duobus eorumque matri uno non amplius aureo vendit, illi scelere matri læti, puellam sublimem, Christum imitari jubent, pendentem, & nequicquam lachrymis innocentibus perorantem; cultris confossum, horribili cruciatu laniatam; sanguine venis omnibus expresso conficiunt. Patrefacto divinitus factore, uterque Judæorum fratrum rogo vi-

veates & spirantes impositi, quibusdam a- tres, altera Christiana, altera Judæa quæ emerat, sunt adjectæ.

Moritur Henricus VII. Episcopus Curien- sis. Item Berchtoldus Liber Baro à Lansberg Episcopus Verdensis; cui succedit Christophorus Coadjutor Archiepiscopi Bremensis, Dux Brunsvicensis.

Waldkirchii pater filium proprium quadriennem Judæis vendidit pro florènis Rhenanis decem, hæc conditione; ut modico sanguinis emissio restituerent vivum; illi verò eum pupugerunt usque ad mortem: ita rem actam captus & morti adjudicatus pater, constanter asseruit; cum quo pœnas luit etiam is; qui conductus à Judæis sanguinem istius puëri Waldkirchio Elgasum ad alios Judæos referebat.

Nascitur Christianus III. Friderici I. Daniæ Regis filius.

Obiit Petrus II. Bourbonius Dux die 10. Octobris. Conjugem habuit Annam Ludovici XI. Galliarum Regis filiam.

Vitâ discedit Georgius Fridericus Marchio Brandenburgicus Onolsbacensis; filius Georgii.

Annus Christi 1504.

Lusitani Cochinum urbem in littore Malabarico condunt.

Rex Emmanuel Missionarios mittit in Æthiopiam.

Galli Gonsalvo Hispani exercitûs Duci Cajetam cum arce, terrâ marique è Regno Neapolitano cum omnibus rebus suis tuto abeundi acceptâ facultate; & ut Obignius ceterique captivi utrinque dimitterentur, tradiderunt.

Martinus Galindus Granatensibus littoribus tutandis Præfectus, cum 19. biremibus Mauricis Valentiam & Granatensem oram igne & direptionibus vexantibus configit; & omnes aut capit aut submergit.

Joanna Philippi Archiducis conjux; ob mariti longiorem absentiam à rationis usu nonnihil abalienatur. Mariah. lib. 29. c. 4. 6.

Julius Papa pacem conciliat inter Reges Galliarum & Hispaniarum, ad bellum Venetis inferendum Maximilianum Imperatorem trahet; quod iste unâ cum Ladislao Ungariæ Rege suscipit.

Valentinus Borgia ad partes Galliarum inclinans, à Gonsalvo Hispaniarum Regis Ducè captivatur.

Moritur Isabella Hispaniarum Regina. Calecutanus Imperator à Lusitanis triumphatur.

Ad Cathedram Archiepiscopalem Gnesnensem evehitur Andreas Borissovius; cognomento Rosa; Archiepiscopus Leopoliensis; Bernardino Vilcico in Leopoliensi successore accepto: in Cracovia vetò Joannes Cornarius Episcopalem Cathedram conscendit.

Julius Pontifex Summus, mittit confirmationem ac Legati potestatem Guillelmo Warano Constantiensi Archiepiscopo.

Maximilianus arma movet in Philippum Comitem Palatinum Rheni, ejusque filium Rupertum, eorumque terras miserè vastat, intercedente tamen Christophoro Badensi Marchione, utriusque veniam largitur, quã obtentã mox moritur Rupertus, in ipso adolescentiæ flore, annum ætatis agens vigesimum tertium: vitam quoque circa idem tempus cum morte commutat Ludovicus de Helmstadt Episcopus Spirensis, anno Pontificatus sui vigesimo septimo, cui succedit Philippus Rosenbergius.

Casanenses Tartari à Basilio Moscoviæ Duce deficient, contra quos ille ingentem exercitum ducit: Casanenses cum se impares cernebant viribus, ad astuta consilia convertuntur: opponunt castra castris tanquam justã acie dimicaturi, sed fortissimis quibusque è suis in insidiis collocatis, ipsi fugam ceu territi capessunt: mox advolant solutis ordinibus Moscoviæ, & dum castrorum diripiendis spoliis securi inhiant, ecce tibi derepentè Tartari sagittarii tanto in eos impetu feruntur ex insidiarum locis, ut non solum fugam arripere, sed etiam tormenta & machinas bellicas relinquere cogerentur.

Natus est Philippus Landgravius Hassiæ, filius Guilhelmi.

Decedit Ven. Henricus Tonnellanus, Monachus Cœlestinus, vir miræ puritatis, & spiritu Prophetiæ dotatus.

Florent Joannes Selva Gallus, Jurista insignis, scripsit de beneficiis, & Laurentius Abstemius Maceratenensis ex Marchia Anconitana, inter alios libros scripsit Hecatomythion, fabulis elegantibus insignis opus.

Alphonfus I. Ferrariæ, Mutinæ & Rheggii Dux, Herculis primi filius & Eleonoræ Aragoniæ, patri in Ducatibus succedit.

In bello Bavarico-Palatino Norimbergensis Respublica Comiti Palatino Altdorffium urbem cum oppidulis Lauffen & Hersbrugg eripit.

Moritur Philippus Beroaldus Italus Bononiensis, vir insignis literaturæ. Inter alia ingenii sui monumenta scripsit annotationes in Ovidium, Horatium, Martialem, Livium, Ciceronem, Plinius &c. In Jeremiam & Danielem, in Apulejum, Quintilianum, Cæsarem, Hieronymum, Suetonium, Curtium; JCos nonnullos. Commentaria in Ciceronis orationes Philippicas, in Catullum, Tibullum, Propertium. De Philoſophi, Medici, Oratoris præstantiã. Explicationem præceptorum septem Sapientum, & in Pythagoræ symbola. Orationes & epigrammata.

Hoc anno in Germania mirum in modum DEUS retexit scelus duorum homicidarum. Tiguri erat caupo quidam, Buggerlinus nomine, apud quem cum pauper quidam mercenarius peculium deposuisset, eum ille interfecit in silva, ibique sepelivit. Verùm cum is fortè fortunã repertus esset, suspicio cædis in cauponem cecidit. Data est ei falcicula pauperis illius (apud eum reperta sub cingulo ejus) & quaerunt, num eam agnosceret. Sumpsit falciculam in manus, statimque sudavit ea sanguine: ideò licet antea tortus negasset, cædem jam factus est, & rotæ supplicio affectus. Bzovius.

Obiit Laurentius Burellus Ordinis Carmelitarum, Episcopus Sistericensis in Gallia. Campſon Cauri ex Circassia, Sultanus Ægypti creatur.

Galli Canadensem in America Septentrionali regionem detegunt.

Waldassium insigne Ordinis Cisterciensis Monasterium jussu ejusdem Capitanei magnã ex parte igne consumitur.

Dux Wirtembergicus Udalicus & Alexander Comes de Veldentia bello implicatur cum Comite Palatino, multaque ei oppida eripiunt; cum prioribus armorum societatem init Landgravius Hassiæ.

Monasterium Limpurg spoliatur & incenditur.

Annus Christi 1505.

Natus est Joachimus II, Elector Brandenburgicus, Princeps liberalis & pacificus.

Sacrã Parasceves die, pervicacissima Judæorum natio atrox in Christianum puerulum Pragæ in Bohemia edit exemplum: eundem enim in locum abditum pertractum, in cruce nudum suspenderunt, circumstantesque, alius in eum expuere, alius os verberare, alius virgis cædere, alii denique omnia serio imitari, quæ Christo Domino Deoque nostro quondam irrogassent supplicia: scelere patefacto populus Pragensis consurrectione factã contineri non potuit, Judæosque omnes excogitatis, quæ cuique ira sua suggererat, tormentis peremit.

Moritur Benedictus de Waldstein, Episcopus Caminensis in Pomerania.

Georgius Schenck Liber Baro à Limburg, Episcopus Bambergensis, Philippus de Rosenberg Spirensis creantur.

Obiit Bertholdus Archiepiscopus Moguntinus, Comes ab Henneberg, successit ei Jacobus de Libenstein.

Ferdinandus Hispaniæ Rex Africam invadit, & urbem Mazalquivirum deditione capit.

Almeida primus Indiæ Profex ab Emmanuele Lusitaniæ Rege declaratur, qui Quiloam veniens, Abrahamum tyrannum callidè tergiversantem, & annum stipendium Emmanuelli recusantem pendere, per vim exegit, ejusque loco Mahometem Anconinum, Regem, solenni cum apparatu, impositã capiti aureã coronã, constituit: deinde situ ad maritimos aditus æquã ac terrestres commodo arcem D. Jacobi extraxit: mox ad Mombazam Insulam se convertit, eamque vi cepit, ac multos ex barbaris interemit, reliquos in servitutem abduxit, Regulam inter ipsam dimicationem desperatã victoriã fugientem silvæ texere. Apud Anchedinam deinde Insulam & Cananorem arces extruxit, atque præfidiis communit: apud Colanum commisso prælio, Arabum onerarias ad viginti magno ardore militum captas incendit, quod prælio istud in primis accidit memorabile: Pila è majore tormento in scutum Joannis hominis Lusitani contorta, ad ipsius pedes sine ulla prorsus læsione defluxit.

Joanna

Joanna Ord. B. Mariæ de Annunciatione fundatrix, toto vitæ decursu sanctissimè transacta, moritur Biturigis, nobilissimus Valesii stemmatis furculus.

Obiit Ravennæ Margarita Virgo sanctitate vitæ celebris, inter morbos, calumnias, egestatem ac dæmonum vexationes miram ostendit patientiam; fulsit insuper Prophetiæ spiritu & miraculis pluribus à se patris. Hieron. Rubens Hist. Ravenn. lib. 8.

Geldrenses rebellant contra Imperatorem, qui autem Arnheimio capto ad saniora eos mox cogit consilia.

Visus est hoc anno sævus Cometa in Germania.

Pax inter Bavaricos Principes sancitur Colonia, certis conditionibus: inter has fuit, ut pro Ruperti Comitis Palatini pupillis novus Palatinus Noricus, à sede Neoburgi Neoburgensis dictus, erigeretur. Reliqua Bojaria ferè cessit fratribus Alberto & Wolfgango. Quædam tamen ex ditionibus Boicis Cæsari in compensationem expensarum attributa.

Diem obit Fridericus II, Episcopus Augustanus: item Warsoviæ B. Ladislaus Gielnovius Ordinis Fratrum Minorum de Observantia, vir profundissimæ humilitatis ac Angelicæ castitatis, nec non insigni animarum zelo præditus, frequentes passus est ecstases, claruitque plurimis post mortem miraculis.

Defuncta hoc quoque anno est Beata Osanna de Mantua Ordinis de Pœnitentia Sancti Dominici, revelationibus divinis illustri.

Vivere desit Hercules Ferrariæ Dux: item in Monasterio Vallis Umbrosæ S. Angelus, vir Angelicæ sanè vitæ, nobili Lignorinorum familiã Florentiæ natus, qui sub Missa in elevatione Sacrosancti Eucharistiæ Sacramenti, Dei, ut fertur, gloriam intueri meruit. Tab. Valumbri.

Didacus Laicus Ord. Minorum S. Francisci, Murcia cum sanctitatis opinione decedit.

Joannes Verrazanus Florentinus, nomine Francisci I. Galliarum Regis possessionem capturus, in Canadensem Americæ regionem navigat, sed à barbaris devoratur.

Maximilianus Imperator Coloniam Comitum Principum indicit, in quibus pacem inter discordantes restaurat. Mediantibus Episcopis & Primoribus Regni, pacem quoque dat Ungaris.

Annus Christi 1506.

Claret eximã vitæ sanctitate Jodocus Monachus Ordinis Minorum S. Francisci strictioris observantiæ, in Conventu Conceptionis B. V. Olomucii, de quo refertur, quod sapissimè cœlesti luce circumfusus visus sit.

Joachimus I. Elector Brandenburgicus, Francofurti ad Viadrum Universitatem fundat.

Julius Papa pulso Bentivolio Bononiam recipit.

Floret Ægidius Viterbiensis Augustiniani Ordinis Præfectus Generalis, insignis concionator.

Ferdinandus Castellæ Rex nuptias celebrat, P. Brentano Epitome Chronologica.

brat cum Foxea Germana, dictique Regni dominium cedit Philippo Austriaco genero suo, qui paulò post moritur.

Erhardus Marlianus Episcopus Leodiensis eligitur, litterarum sacrarum humanarumque cognitione celebris.

Julius Pontifex, institutum Virginum, sub titulo B. Mariæ semper Virginis Annunciatæ, à Joanna Ludovici XI. Galliarum Regis filiã inchoatum, approbat, & privilegiis amplissimis stabilis; idem magnificentissimum & augustissimum opus, Basilicam Principis Apostolorum condit, Bradamante Architecto.

Mediolani diem vitæ claudit extremum Joannes Angelus Ord. B. M. V. Servorum, austeritate vitæ conspicuus; multa in liberandis præsertim energumens, & morbis insanabilibus curandis, solo sanctæ Crucis signo adhibito cum oratione, signa virtutum edidit, apud Cavacurtam Laudensis Diocesis pagum ejus interula asservata parturientibus opemfert.

Mulhusenses ab Austriacæ Domus dominatione deficient ad Helvetios, pactumque cum eis fœdus, litteris sigillo munitis confirmant.

Rebellant Ungari, sed paulò post Cæsaris arma formidantes pacem postulant ac impetrant.

Fuit hoc anno per Sueviam & Rhenioram sævissima porcorum lues, ita ut nemo ferè plerisque locis potcinas carnes vel vendere vel emere auderet.

Ulyssiponæ ingens civium in Judæos recens baptizatos tumultus concitatus est, quod ii simulatè tantum salutaribus undis tingi se permisissent, cum interim nihilo minus Judæico ritu clam Pascha celebrarent; ad sexcentos illorum occisi sunt, & in S. Dominici planitie combusti. Denique intra paucos dies, quibus hic fervebat tumultus, Ulyssiponæ & in propinquis villis mille nongenti triginta Judæi perempti feruntur. Authores hujus necis, cum abfuisset Rex, ad Regiam rediens, amplius ducentos capi jussit & in vincula conjici; è quibus aliquot sunt flammã absumpti, alii capite plexi, nonnulli in crucem acti: plerique facultatibus omnibus nudati, è patria in exilium pulsati sunt.

Apparuit hoc anno Cometa mense Augusto paucis admodum diebus inter Septentrionem & Orientem.

Alfonfus Albuquerqueius Ormutium Insulam occupat.

Natus est Venerabilis Ludovicus Blosius, vir mirã doctrinã vitæque sanctitate decoratus.

Moritur Albertus Baviaræ Dux, Episcopus Argentoratensis.

Decedit Urbini cum sanctitatis fama Gasparus Ord. S. Francisci.

Vitam cum morte commutat Christophorus Columbus novi orbis inventor.

Floret Antonius Burgos Hispanus, Jurisperitus celebris.

Moritur Alexander I. Poloniæ Rex, Dux olim Lithuania, quam cum subditorum consensu Poloniæ adjunxit. Succedit in regno Sigismundus.

Fano S. Michaëlis Archangeli in Duinenſi Moscoviæ Provincia castrum adstruit.

Bbbb

Nobilis

Nobilis vir Casimirus Dlugoragski civis Opatoviciensis, iter facturus, cum in templo S. Iusti se huic commendasset, discedens tenebrosâ in nocte, cædens duos parvos baculos de betula, statim illi baculi, non sine miraculo Dei, clarissimam lucem emiserunt, usque dum pervenit domum, tunc enim baculi amiserunt lucem, & ad pristinum statum sunt conversi. Ex act. S. Iusti.

In festo SS. Fabiani & Sebastiani in urbe Imperiali Reutlingen per subitaneum incendium multæ domus conflabant.

Casimirus Marchio Brandenburgensis provocatus verbis contumeliosis, armatâ manu cives quamplures urbis Norimbergensis aggreditur, & non paucos eorundem cædit.

Franciscus Almeida Emanuelis Lusitanæ Regis in India Prorex Insulam Madagascar detegit.

Annus Christi 1507.

Sigismundus Poloniae Rex coronatur. Lusitani Sasin urbem insignem regni Mauroccani expugnant.

Moritur Elisabetha filia Alberti Electoris Brandeburgici, conjux Hermannii VIII. Comitum Hennebergici.

Natus Wolfgangus II. Comes Hennebergicus.

Missi à Moderatoribus Reipublicæ Bononiensis ad montem Guardæ, qui novas seras armario Imaginis Deiparæ Thaumaturgæ affigere conati sunt, vi invisibili repulsi, irritò incepto in urbem redeunt. Bzovius in annal. ad ann. 1433.

Genuenses pulsâ Nobilitate, à Rege Gallicæ deficientes, statum popularem induxerunt, Paulo Novio viro plebejo ad summum honorem immodico populi favore elevato. Sed eos Rex Ludovicus armis subegit, & Gallico cœgit parere Imperio. Porro Paulum Novium è fuga retractum capite plecti iussit.

Oritur bellum inter Maximilianum Cæsarem & Venetos, & primò quidem Livianus Veneti exercitûs Dux magnam Germanis stragem intulit, & aliquot oppida occupavit; sed cum Imperator cum Pontifice & Galliarum Rege fœdus pepigerat, eversa est indè Venetorum fortuna, ipsorum exercitu à Gallis cæso, & Duce Liviano capto: post hanc victoriam intra paucissimos dies sine vulnere Bergomum, Cremonam, Cremam & Brixiam Rex recepit: Veronam, Vincentiam atque Patavium Cæsar cepit, Julius Pontifex Ariminum, Faventiam, Cerviam & Ravennam recuperavit. Porro Hispano Regi Senatus Venetus Apuliæ urbes, Sipontum, Tranium, Monopolium, Brundisium & Hydruntum spontè restituit.

Ximenius Archiepiscopus Toletanus in Cardinalium amplissimum Senatum à Julio Papa cooptatur.

Moritur S. Franciscus de Paula, Ordinis Minimorum conditor, miraculorum gloriâ illustis.

Varsoviæ rebus humanis exemptus est B. Ladislaus, Ordinem Minorum professus, austeritate vitæ, & ecclasiis commendatus.

Magna damna vinetis & frugibus intulit

sævissima grandinis tempestas, præsertim in ditione Wirtenbergica. Rotenburgi ad Neccarum tanta fuit grandinis rabies, ut & fenestras & tecta ædiur. comminuerit. Tertio quoque Calend. Julii intempesta noctis silentio, turbo vehemens arbores radicitus evulsit, ædificiorum tecta ac tegulas abripuit, domus & horrea concussit.

Carolus Geldriæ Dux rupto cum Maximiliano fœdere, auro Gallico & milite fretus Brabantos invadit.

Ferrariæ in Monasterio S. Catharinæ Senensis, Cæcilia Virgo Sanctimonialis Ordinis Prædicatorum, magnâ castitatis, innocentie ac patientiæ laude decessit: item Arnaldus Rainaudi de Herach in Licetana silva prope Senas Ordinis Eremitarum S. Augustini.

Naturæ debitum solvit Rupertus Bavarie Princeps, Episcopus Ratisponensis. Item B. Daniel de Bergamo.

Nascitur Georgius Princeps Anhaltinus, Ernesti filius.

Lutherus Erfordie primam suam Missam in PP. Augustinianorum templo celebrat.

Hiems anni hujus fuit lenta, & quasi nulla, unde in plerisque locis pestilentia sæviit.

Imperator Conventum Principum celebrat Constantiæ.

Obiit Episcopus Brandenburgensis, post quem Hieronymus Plebanus Ecclesiæ in Cottvuis, promotione Joachimi Marchionis Brandenburgensis, in Episcopatu successit.

Plavia Voilandie urbs tota conflatur.

Annus Christi 1508.

Moritur Viennæ Conradus Celtæ, primus Germaniæ Poëta Laureatus.

E vivis etiam discedit Philippus Ingenius, filius Ludovici III. S. R. I. Elector Palatinus: item Georgius Comes ab Henneberg Magister Ord. Equitum Teutonicorum Mergenthemii. Obiit quoque Albertus Bavarie Dux.

Nata est Margaretha ex dicto stemmate Comitum Hennebergicorum.

Annibal & Hermes Bentivoli, cum nonnullis juvenibus Populæ familiæ, aliisque Nobilibus adolescentibus conspirantes, repente Bononiam aggredi suæque ditioni restituere aggrediuntur, verum civibus ad arma concitatis recedere coguntur.

Maximilianus, ut Cæsar coronetur, cum exercitu in Italiam penetrat.

Tristanus à Lusitanæ Rege missus in Indiam, Socothoram Insulam occupat.

Longa Nobilis Consiliarii Regii Neapolitani conjux, usu omnium membrorum orbata, in templo Lauretano, sub verbis Evangelii in Missa: ait paralytico: *Tibi dico surge; prodigiosè illico convaluit.* Tertull. Laur. Histor. c. 10. lib. 2.

Cracoviz Judæus quidam, qui SS. Eucharistiæ Sacramentum dehonestaverat, igni traditus est.

Æstas hujus anni perpetuis fuit pluvius madida, quæ res locis non paucis porcos & boves peste quâdam infecit & perdidit. Fuere quoque per Germaniam & Italiam magni terræ motus.

Mori-

Moritur Jacobus de Liebenstein Archiepiscopus Moguntinus, in ejus locum successus est Uriel de Gemingen, Summæ Edis Moguntinæ Decanus. Non diu post Jacobum in morte secutus est Hermannus Hassiæ Landgravius & Archiepiscopus Colonienis, cui successit Philippus Comes Oberstenius.

Mense Augusto immanissima exitit apud Sturgardiam imbrium tempestas, quæ muros, domos, horrea funditus abripuit, homines & jumenta demersit, aliæque damna plurima in vinetis & agris causavit.

Moritur Christophorus Episcopus Chiemensis, in cujus locum promovetur Berchtoldus Cameræ Archiepiscopalis Salisburgensis Magister.

Obiit B. Jacobinus Gravacorius, Carmelita laicus Vercellis, qui S. Carolo Borromæo post mortem sæpius gloriosus apparuit, & frequentibus claruit miraculis.

Franciscus Almeida Nobilis Lusitanus, primus Indiæ Orientalis Prorex, classem Campsonis Sultani Ægypti superat.

Mahomet Rex Fessæ in Africa cum 100000. virorum exercitu, post adventum auxilium à Lusitania copiarum, obsidionem Arzillæ solvere cogitur.

Moritur Renatus II. Comes Harcourtius. Lusitani Azamorem urbem Ducalniæ Provinciæ in Marocciano Africa Regno occupant.

Ericus ex Ducum Grubenhagenensium familiâ creatur Episcopus Paderbornensis & Osnabrugensis.

Moritur Carolus III. Dux Lotharingiæ.

Imago Deiparæ Dettelbachi in Diœcesi Herbipolensi multis clarere miraculis incipit.

Conventus Imperii Principum celebratur Moguntia.

Alba Monialium Benedictinarum Monasterium in Diœcesi Spirensi, præ solam Ecclesiam in favillam redigitur.

Annus Christi 1509.

Penedensis arx, familiæ Castelbarcorum contra Scaligeros olim addicta, postea à Venetis subacta, in Imperatoris Maximiliani I. potestatem concedit.

Magna inter Senatum & cives urbis Erfordie discordia oritur, ob annuas exactiones novas à Senatu impostas, unde isti Senatu veteri deposito, novum constituunt.

Venetorum exercitus, à Cæsare magnâ clade afficitur; quam calamitatem augebant, Castiliæ Galliarumque Regum in eos denuò versa arma, novaque clades.

Nata est Catharina Comitissa ab Henneberg.

Ferdinandus Rex Catholicus bellum in Africam movet, urbem Oranum occupat, incolæ ferè omnes aut capti aut interempti sunt: Trimesenti de urbis hujus direptione & vastitate certiores facti, Christianos qui mercaturæ causâ, aut aliâ quavis ratione ibi degabant, ad unum gladio peremerunt; atque eodem furore in Judæorum gentem, quæ frequens Africae urbes incolit, quasi Chri-

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

stianis cognatione conjunctam, sævierunt; tantâ vulgi seditione & tumultu, ut Rex se intra arcem contineret, nec foras exire sit ausus, quamvis valdè doleret, fidei suæ commillos trucidari.

Almeida Lusitanæ classis Præfectus, parvo navium numero, cum Turcarum multum majore pugnam inicit & vincit, ex hostibus 4000. cecidère, tres onerariæ submersæ sunt, præter biremium lemborumque magnum numerum. Duæ rostratæ, totidem triremes, quatuor onerariæ captæ in potestatem venerunt. Duces Mirozemum & Melichiazium fuga servavit proximo naufragio: è Lusitanis duo tantum & triginta cecidère, vulnerati circiter 300. nulla desiderata navis: hæc obtentâ victoriâ mox cursum direxit ad Dabulem opulentam urbem, quam expugnavit; fuit hinc in omnem sexum & ætatem sævitum, præda ingens facta, urbs exulta, naves hostiles inflammatae, & multi etiam cives qui latitabant flammis absumpti: exindè Almeida signa etiam in montes intulit, multa castella atque villas exussit; hostes qui illic multis in locis occurrerunt partim cæcidit, partim fudit atque fugavit: armenta & pecudes ad com meatum classis abduxit. Dium ultra vela dare iussit, ad illius oras pugna pariter navali cum Mirhocemi & Melochiazii classe copiosissimâ congressus, palmam retulit.

Alfonso Albuquerque Goam urbem, sine ulla sanguinis effusione recipit.

Emanueli Lusitanæ Regi ex uxore Maria filius nascitur Alfonso.

Moritur Henricus VII. Angliæ Rex: item Joannes Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, Princeps optimus.

Terræ motus gravissimus diebus decem & octo continuis Constantinopolim ingenti cum damno concutit.

Miles in classe Albuquerquei defunctus, & in mare projectus ingentem terrorem omnibus attulit. Noctu quippè infra sentinam, frequentes pulsus exaudiri cepti: quem ad strepitum cum arreptâ scalâ vigiles descendissent, implexum carinæ sub ipso gubernaculo defuncti militis corpus offendunt: cadaver proin in littus transferentes humo contegunt, quo facto postridiè super ipsum sepulchrum inhumatum reperiunt: Sacerdos ergo quidam sagaci conjecturâ suspicatus est, hominem aliquo interdicti vel anathematis vinculo constructum è vita discessisse; itaque in terram egressus, S. Benedicti Abbatis exemplo animam demortui ritè expiavit, eique veniam precatus est: mirum dictu, mox reddita mortuo pax, & vaga ossa in suo tandem tumulo quievère. Petr. Maffei Histor. Indic. lib. 5.

Henricus VIII. Angliæ Rex in matrimonium ducit Catharinam Arthuri jam defuncti fratris sui conjugem, ab illo intactam.

Desit esse in humanis Guilhelmus Landgravius Hassiæ.

Cecidit hoc anno sævissima grandinis procella, quæ non uno loco Sueviæ fruges devastavit: ferunt eâ tempestate cecidisse ex aère lapides ovi gallinacei magnitudine.

Christophorus III. Rauber Episcopus Labaensis, fit vivente Mathia Administrator Seccoviensis.

Decedit Rothomagi cum sanctitatis opinione Nicolaus Dionysius Ordinis Minorum.

Joannes Rex Daniae cum 50000. contra Suecos movens, navali praelio à Lubecensibus vincitur.

Moritur B. Angelus Vallis Umbrosae Monachus, de quo inter alia fertur, quod in elevatione Sacrosanctae Eucharistiae meruerit gloriam Dei aspiciere. Item S. Simeon ex eodem Cœnobio, qui variis corporis infirmitatibus, precibus à Deo impetravit, in hac vita affligi, ne purgatorii ignibus post mortem cruciaretur.

Franconia Orientalis hisce temporibus Nobilibus prædonibus scatet, qui mercatores Clericosque spoliaverunt.

Julius Papa II. Venetos, qui Ravennam, Faventiam & alias civitates plures, oppida & castella violenter occupaverant, & multis annis contra justitiam possederant, ad restitutionem compellere annisus est, eandem autem renuentes, excommunicavit.

Imperator Principum Conventum habet Wormatiæ.

Moritur Wilhelmus Landgravius Hassiæ. Eodem anno obiit Joannes, Comes Palatinus Rheni, cui in Principatu succedit filius ejus unicus Joannes.

Clerus Wormatiensis decennio exul propter dissensiones, quæ inter ipsum & cives versabantur, mediante Friderico Duce Saxonum & aliis Principibus, in concordiam cum dissidentibus redit, atque intra urbem recipitur.

Monasterium Einsidense Ord. Sancti Patris Benedicti penè totum igne consumitur.

Terræ motus varia Germaniæ loca concutiunt, quorum impulsu turres multæ ceciderunt & domus, maxime in Carinthia, Stiria, Tirol, Austria & Suevia.

Annus Christi 1510.

Pilsenum Bohemiæ urbs magnam per incendium jacturam patitur.

Lusitani Goam, urbem Indiæ Orientalis insignem, expugnant.

Nascitur Gandiæ S. Franciscus Borgias, filius Joannis Borgiæ, & Joannæ Aragoniæ, neptis Ferdinandi Aragoniæ Regis.

Item Christophorus Comes Hennebergicus. Moritur econtra Margaretha ex eodem æemmate, conjux Bernardi Comitis Solmensis.

In Marchia Brandenburgica, consecrata hostia per Judæos cultris perfossa miraculis fulget.

Summus Pontifex cum Venetis bellum contra Galliarum Regem movet, & Cæsarem ab eo alienare conatur; sed quidam Germaniæ Principes hunc potius contra Pontificem concitant: interim Galli Carpiam huic eripiunt, sed mensè Decembri rursus deserunt.

Pars Ungarorum rebellat authore & Duce Georgio Cæclo, latèque per Ungariam cædibus ac rapinis grassatur, nec Nobilibus nec Clero parcens: victi tandem à Joanne Tencinensi, qui Præfecturam Cisalpinam obtinebat: dicto Georgio coronatæ ex ferro fieri jussit, ignitamque capiti illius imponi, ac tum demùm cervicem amputari. Dubrav. lib. 32.

Hispani Tripolim & Bugiam in Africa occupant.

Julius Pontifex templum Lauretanum à Paulo II. inchoatum absolvit.

Augustæ habita sunt Comititia frequentissimo Principum Conventu, quò multi etiam exterorum Regum Legati advolarunt; decreta est ibi belli continuatio in Venetos.

In Marchia Brandenburgica quidam vitæ sacrilegus Paulus Form, noctu furatus arculam inauratam, quâ Sanctissima Eucharistia asservabatur, unam Hostiam consecratam Judæo vendidit, qui illam crebris pugionis ictibus confodere nitebatur, at nihil se proficere cernens, Hostiã integrã permanente, quodam furoris æstro percitus, si tu es, inquit, DEUS Christianorum, redde te manifestum in mille dæmoniorum nomine. Atque ecce, subito Hostia in tres diducta partes, sanguineo per oras humore madet. Territus Judæus, particulas panno involutas mensam unam apud se retinet, ac deinde duobus aliis Brandeburgi & Stendeli morantibus Judæis singulas particulas mittit, tertiã sibi reservatã, quam rursus mensæ impositam pugione conficit, unde sanguinis guttulæ dimanarunt. Consternatus ille & veritus se proditum iri, particulam absumere nititur, sed non valet: dein mittit in aquam, at illa enatat; tertiã in ignem projicit, sed nihil id Hostiæ nocet: ad extremum sub Paschatis solennitatem azymos coxit panes, particulamque masculæ azymi panis immixtam, in furnum jactavit, moxque furnus alioqui obscurus resplenduit, & mascula illa in Judæi faciem insiliit: novo ille terrore correptus, masculam illam cum particula, alteri cuidam Judæo transmisit: re compertã Marchio Judæos omnes in ipsius ditione morantes, Berlinum acciri, & in vinculis teneri jussit. Habitã autem ex illis quæstione, cum fassi essent se paucos intra annos septem Christianorum infantes acubus & punctationibus peremisse, latã in eos sententiã 40. flammis traditi sunt, duo alii decollati, Paulus Form, candentibus discerptus ferris, tandem consumptus est.

In Insabria pluit saxa grandia, è quibus unum pondus habuit librarum 120. erant autem silicibus duriora, odore sulphureo. Satrius in Comment. rer. gest. Bzovius in annal. ad hunc ann.

Erhardus Baumgartner Episcopus Lavantinus, à morte rapitur; virerat zelosus & doctus, & libellum locos communes Sacræ Scripturæ continentem edidit.

Abbatia SS. Naboris & Felicis Ord. D. Benedicti Bononiæ, Monialibus S. Claræ donatur.

Obiit

Obiit B. Bartholomæus ab Anglariorum Ordinis S. Francisci de Observantia, paupertatis, humilitatis ac patientiæ studiosissimus. Frequentiores inter orandum raptus expertus est, claruit quoque in vita & post mortem miraculis.

Floret Burgis in Hispania, sanctitatis laude Ven. Elisabetha à Turris.

Decedit cum opinione sanctitatis Felix Eugubina Ord. S. Augustini. Item in Gallia Claudius Reignatus Ord. Minorum S. Francisci.

Equites S. Joannis Hierosolymitani Sultanum Ægypti in finibus Syriæ magnâ clade afficiunt.

Moritur Georgius d'Amboise Archiepiscopus Rothomagensis, & S. R. E. Cardinalis, magno Galliarum universæ luctu. Ei in Archiepiscopali sede succedit Georgius d'Amboise junior, ex fratre prioris filius.

Obiit B. Gasias à Cisneros Benedictinus: vir scientiã spiritus illuminatissimus.

Patres quinquaginta ex Ordine S. Mariæ de Monte Carmelo, finito Neapoli Capitulo Generali, dum Siciliam repetunt, à piratis Africa capti abducuntur, nullo sciente quid de ipsis apud Barbaros sit factum.

Naturæ debitum per mortem solvit Zedena uxor Alberti Ducis Saxoniarum, Georgii Bohemiæ Regis filia.

Annus Christi 1511.

Maximilianus I. Imperator Peitelsteinium arcem in Comitatu Tirolensi, olim à Venetis occupatum, expugnat.

Natus est Georgius Ernestus Comes Hennebergicus.

Moritur Oliverius Carafa, Episcopus Cardinalis Sabinus, & Archiepiscopus Neapolitanus: qui vi corpus S. Januarii Episcopi Beneventani & Martyris ex Monasterio Montis Virginis abstulit, & Neapolim transtulit. Chrysol. Henriq. in astr. Cisterc.

Summus Pontifex Mirandulã potitur.

Trivultius econtra cum Gallico exercitu Bononiam obsidet.

Selimus Bajazethem patrem Imperio exiit, ipseque studio quorundam Bassarum fit Imperator, ac paulò post dictum Bajazethem Byzantio excedentem, & Dimothecam Thraciæ urbem petentem cum familiaribus suis, cum jam annos haberet 76. Hamonis Judæi Medici operã veneno sustulit, nec paternã cæde contentus, etiam ambos fratres suos, & 5. egregiæ indolis adolescentes fratrum filios, & ipsum Mustapham Bassam, qui vel maxime eum ad Imperium promoverat, necari jussit.

Maximiliano Cæsari Augustæ oblatus est vit prodigiosæ vastitatis & crassitudinis, atque incredibilis ingluviæ, ita ut integrum vitulum crudum, vel ovem incoctam unã vice devoraret, & tamen necdum famem expletam diceret.

Senatus Constantiensis ad Helvetiorum fœdus transire concluderat; restituere tamen præ omnibus piscatores, qui datis ad Maximilianum

Imperatorum litteris, eum de Senatûs machinationibus certiore reddiderunt, qui mox advolans eorundem piscatorum studio urbem ingressus, quos comprehendere potuit è conspirationis authoribus, capite damnavit; plerique autem fugã dilapsi erant.

Bernardinus Hispanus Cardinalis S. Crucis, cum aliquot paucis in suam sententiam pertractis Cardinalibus, insigni audaciã Concilium Generale Pisas indixit, eoque ipsum Julium Pontificem Maximum citavit. Convenierunt aliquot Episcopi ex Gallia & Insabria; ob majorem securitatem Lugdunum tandem se se contulerunt. Non obscure Concilio huic favebat Galliarum Rex: sed cum hæc res ad fœdum schisma spectare videretur, Julius Pontifex datis ad eos litteris monuit perbenignè, ut ad pacem & unitatem Ecclesiæ se reciperent. Ea admonitio tres Cardinales permovit, ut cum Pontifice in gratiam redire maturarent, qui etiam clementer accepti sunt; in alios gravem tulit sententiam, eorumque fautorem Galliarum Regem excommunicavit, & Concilium Lateranense Romæ indixit.

Mortuus est hoc anno Jacobus Archiepiscopus Treverensis: cujus cathedram obtinuit Richardus à Greiffenklau, vir prudens, & rerum admodum peritus.

Beatissima Virgo Deipara Hieronymum Æmilianum Congregationis Somaeschæ postea conditorem, à Palissia Cæsarianorum Duce captum, & in carcerem terribilissimum conjectum, vinculisque ferreis ligatum, prodigiosè liberat, ac per media illorum castra, ut tamen visus non fuerit, Tarvisium deducit.

Puellam quoque septennem Alexandram nomine, sibi devotam, ad ædem suam Lauretanam mirabiliter transfert. Bzovius in annal. ad hunc ann.

Salisburghenses cives spirantes libertatem à jugo sui Principis malè conspirant; occultas molitiones ubi Archiepiscopus rescivit, ut arte artem falleret, rem penitus occultavit, civesque præcipuos de Senatu unã cum Consule ad prandium in aula invitavit: hi nihil sinisterum suspicati, frequentes conveniunt viginti numero, lautèque tractantur; clauduntur interim portæ, & benè saturatis jussu Principis & Archiepiscopi repente vincula injiciuntur, condemnatis postea ad mortem, precibus Magnatum Salisburghensium vitã donatã, magna multa pecuniaria indicta est.

Moritur Dalmatius à S. Dionysio Episcopus Syracusanus. Sanctè item obiit Joanna, Virgo Ordinis S. Dominici. Item Cæcilia de Ferrara ejusdem instituti, utraque sanctitatis famã celebris, nec non Franciscus Argentinus natione Venetus, Episcopus Concordiæ, & S. R. E. Cardinalis.

Cum hoc anno Carolus Ambasianus, apud quem Gallici exercitus in Italia erat Imperium, Mutinensi urbi immineret, circumdatamque copioso exercitu in suam redigere potestatem putaret, Sanctus Geminianus, Mutinensis olim Episcopus, de cælo lapsus, senis specie, Carolum ipsum ab eo consilio abduxit, & erumpentes Mutinã armatas phalanges

(licet omni praesidio penitus exspoliata esset) ostendit; unde spectris territus exercitus Gallicus, Mutinensis praedae avidus, in fugam se conjecit. Raynald.

Ludovicus Comes Palatinus & Princeps Elector, nuptias celebrat cum filia Alberti Ducis Bavariae. Alteram quoque filiam hujus Alberti matrimonio sibi jungit Udalricus Dux Wirtenbergicus.

Maximilianus Imperator, Ludovicus Galliae & Ferdinandus Aragoniae Rex, bellum contra Venetos continuant.

Idem Imperator Conventum Principum habet Augustae Vindelicorum, ubi virgo erat his diebus, quae intra 12. vel 13. annorum spatium nihil omnino bibit neque manducavit.

Comes de Werdenberg, Andream Comitum de Sonnenberg, nil tale metuentem, in venatione armatus inermem crudeliter occidit.

Annus Christi 1512.

Nascitur Gerardus Mercator, Mathematicus & Cosmographus insignis.

Nascitur Dorothea Comitissa Hennebergica.

Multis prodigiis perterrefacta Italia trepidat: Mutinae ad Divi Francisci Cœnobium in aëre faces noctu ardere sunt visae, interdumque in eodem loco effigies humanae strictis ensibus cominus adstare, & se se invicem confodere. Cremæ die medio tam densae nubes caelum obtexerunt, & tenebrae secutae sunt adeo atrae, ut obscuriores nemo meminisset. Insolito fragore fremebant nebulae, fulgura deinde terribili lumine micantia diem ablatum in hunc usum reducebant, ut igneo colore cuncta rutilantia, imaginem mundi quondam arfuri ostentarent, commixti pluviis lapides immodici ponderis, immani quoque mole cadebant. Gomecius in Ximenio libro quinto. Mediolani die sereno ac splendido stellae mirum in modum micantes in caelo visae sunt. Ravennae natum monstrum, scilicet infans, cornu in capite habens, alis praeditus, absque brachiis, uniceo tantum ad aquilae speciem pedo, oculo in genu; ambiguo inter marem & foeminam sexu, in medio pectore Ypsilon Graecum & Crucis figuram praese ferens. In eadem urbe Christi crucifixi ligneum simulacrum, quod in aede S. Dominici in sacello juxta aram maximam est, sanguinem copiose sudavit. Rubens Histor. Ravenn. lib. 8.

Ad Ravennam Pontificios & Hispanos vincit Gallus, caesis 16000. verum accedente ad Pontificem Caesare, & Anglo Galliam invadente, Italiam deserere cogitur, & Mediolano exiit.

Mediceus Cardinalis captus a Gallis, cum jam in Galliam duceretur, ad Padum transitum, a nonnullis rusticis pagi, qui plebs Cairi dicitur, quorum caput fuit Rinaldus Zallus, cum quo aliqui Cardinalis familiares, nocte apud eum hospitio excepti convenerant, ex militum eum custodientium manibus eripitur.

Cum patefactum esset Ferdinandum Frederici Neapolitani Regis filium, qui se Gala-

brae Ducem profitebatur, cum Galliae Rege clam pactum, fugam in Gallorum castra meditari, a Catholico Rege in Sciativae arcem captivus missus est; & eandem ob causam Philippus Copula Neapolitanus, qui de his rebus clam ad Regem Galliae fuerat, in quatuor partes est dissectus.

Duo Ferdinandi Regis Catholici milites ob blasphemiae crimen morti addicti fuerunt: Martinus a Sanctis ex Ordine D. Dominici, sententia mortis audita, e suo Cœnobio ad custodiam vadit, & fontibus capitali supplicio sine ulla spe veniae addictis, auctor est Rosarii recitandi: consilium alter ex reis accepit, alter obsurdit, cumque e ducti e carcere, ut Hispanorum mos est, a sellis ad patibulum traherentur, ecce, quae Rosarii amatorem bestia portabat, ex media turba se proripit tanto impetu, ut nemo apparitor, nemo miles, nemo Judicis administer currentem asinum inhibere posset: ille ad D. Dominici Monasterium (rationis compotem diceret, rectique gnarum consilii) quam velocissime properabat, nec ante currere desit, quam Virgine in Cœnobio sacellum, cui a Rosario nomen inditum, penetravit, suumque sessorem ante Virginis altare constituit: accurrit satellitium ac turba insequentium, ut fontem a templo abducant, sed ejusdem P. P. Martini a Sanctis, & P. Joannis Victoriani ex eadem familia valuit auctoritas, quorum hortatu paritum illi est, quem Deipara defendisset. Joann. Lopesius de Rosar. B. Virg. lib. 1. cap. 18.

Ineunte hujus anni vere, quatuor & viginti Equitum Tartarorum millia ex Taurica moventes, Boristhene transmissis Voliniam ac Russiam Polonicam invasere, atque igni ferroque atrocissime vastavere, multis utriusque sexus hominibus captis ligatisque, quos jam in miseram servitutem abducebant; eos Duces & milites 4000. a Rege Sigismundo missi consecuti sunt, pugnâque conferta, memorabilis clade ita prostravere, ut paucissimi ex eis evaserint, caesis aliis, aliis caenosâ voragine haustis, ex Polonis vix centum desiderati sunt.

Pari felicitate Lusitaniae Regis milites contra Barbaros in Indiis egerunt: ab urbe Malaca Patecatirum, Lisamanum, & Darguimensem Regulos, non sine cruenta hostium clade profligaverunt, nec non Goam barbaris depulsis tutam ab incursionibus reddiderunt; quare tanto terrore Indias Orientales impleverunt, ut Maldivenis, Peguensis, Ternatensis, Vengaporensis, & alii potentissimi Reges pacem & amicitiam a Lusitanis petierint.

David quoque Aethiopiae Imperator, Legatum Mathæum Armenium cum dono insignis partis salvificae Crucis, in qua Salvator pendit, ad dictum Lusitaniae Regem destinat.

Moritur Romae Paschalis, Burgenis Episcopus, & Matthæus Ulmus Episcopus Laodicenus, uterque ex D. Dominici familia.

Ferrariae obiit Angela Seraphina Corregiata, ejusdem instituti Monialis; in eustransitu visa est obviam veniens multitudo Angelorum.

lorum. Pius lib. 3. de vir. illustr. Ord. Praedicat.

Cives Spirenses tumultuantur ob exactiones contra Senatum, sed Imperatoris minis terrii modestius agere incipiunt, restituito Senatu in pristinam dignitatem, quem paulo ante loco moverant: idem Imperator Maximilianus, intelligens Gallorum Regem non bonâ fide secum agere, praetereaque Geldriae Principem adversus Brabantos concitasse, a Gallico discedens, Pontificis foedus assumit; inde Galliam totâ expulsi sunt Italiâ.

Obiit Bononiae Alexander Achillini Philosophiae ac Medicinae Doctor; Averrois sententia inhaesit, & Magni Philosophi nomen promeruit, edidit varia scripta Philosophica, & de Medicina agentia. Naturae quoque debitum solvit Emericus d'Amboise magnus Magister Equitum S. Joannis in Hierusalem.

Decedit Emericus d'Amboise Magnus Magister Ordinis Equitum S. Joannis de Jerusalem, cui in ea dignitate succedit Guido de Blanchefort, qui mox anno altero moritur.

Inter viros Religione & doctrinâ illustrissimos eminet Paulus noster Orlandinus Monachus Angelorum Florentiae; inter scripta ejus celebrantur imprimis: De Theologia separata lib. 1. Dialogorum de Theologia lib. 3. De Theologia mixta lib. 1. Disputationum super epistolam S. Hieronymi ad Paulinum lectiones 24. &c.

Die nonâ Aprilis Placentiae Veneranda Spina Dominicae Salvatoris coronae florem emisit.

Hiems anni hujus fuit satis remissa, clemens, humida & lutosa, unde & in plerisque Germaniae locis pestis saeviens plures mortaliū miserè consumpsit.

Imperator Conventum Principum Treverim indicit. Ubi tunica inconsutilis Christi jussu Papae quaeritur & invenitur.

Treugis inter Christianos & Turcas jam finitis, Ungari multa Turcarum millia trucidant.

Pax inter Maximilianum Caesarem & Julium II. Papam in Ecclesia S. Mariae de Populo solemniter publicatur.

Dux Mediolanensis, Gallis per Caesareos a Lombardia pulsus, eandem recipit.

Annus Christi 1513.

Moritur Alburgi in Jutia Joannes Daniae Rex: item Julius II. Pontifex Summus, succedit Leo X. Mediceus.

Albertus Episcopus Magdeburgensis transfertur ad Archiepiscopalem Sedem Moguntinam.

Fatis cedit Philippus Episcopus Spirensis, ejus locum supplet Georgius Comes Palatinus Rheni, utriusque Bavariae Dux, Philippi Principis Electoris filius, vir humanissimus, pacis amans, authorque studiosissimus. Similiter Joannes Abbas & Princeps Fuldenfis, natus Comes ab Henneberg.

Natus est Poppo XVIII. Comes ex dicta familia de Henneberg.

Ob exactiones vulgus Coloniae tumul-

tuatur contra Magistratum; duos Consules, quatuor Senatores capite plectit.

Wormatienfes quoque in Senatum seditionem moverunt, & rejectis Ordinis Senatorii viris, ex seipsis novos creaverunt.

Taroanna ab Anglis & Caesare Maximiliano obfessa, deditione capitur, & templis servatis incenditur.

Ad Novariam 10000. Gallorum ab Helvetiis caeduntur; omnia impedimenta, 22. majora tormenta, cum omnibus equis tormentorum usui destinatis, in victorum potestate remanserunt.

Jacobus IV. Scotiae Rex a Gallo persuasus bellum Anglis temere infert, bis autem exercitus ejus caesus, & ipse ultimo in praelio cecidit; quibus victoriis accessit occupatio Tornaci, quam urbem non longè ante Galli in fidem receperant.

Quidam Cardinales, qui Conciliabulum Pisianum secuti fuerant, veniam a Leone Papa petunt & impetrant.

Venetorum exercitus a Caesareanensis atterritus, tormenta curruia 24. cum omnibus signis militibus capta sunt, ex victoribus pauci sunt desiderati.

Comites Palatini Ludovicus & Fridericus fratres, foedus percussere perpetuum & haereditarium cum Udalrico Wirtenbergensi Principe, accedente consensu Caesaris Maximiliani.

Helvetii a dicto Caesare conducti pecuniâ, ut Burgundiam Gallorum manibus eriperent, aderat illis Udalricus Wirtenbergensis Dux, Caesaris partes secutus, qui exercitui commeatum liberaliter suppeditabat, obsederunt proinde Divionem, & jam muri pars non exigua disjecta, aditum praebat: cum ecce, Galli obsessi, illos magnis promissis muneribus eoadduxerunt, ut ignominiose ab urbe discederent, quae Helvetiorum inconstantia Imperatorem & Angliae Regem graviter offendit.

Fuit hoc anno frigus acerrimum, adeo ut apud Coloniam Rhenus totum obriguerit, ac glacies non homines tantum sed currus etiam egregie onustos portarint.

Lusitani in Africa & India pluribus urbibus & victoriis potiuntur.

Turcae violatis induciis Savum trajicientes, ac regionem inter dictum fluvium & Unnam ferro igneque devastantes, a Petro Berislao Episcopo Velpinensi, non procul ab arce & oppido Dubicensi, per collectam tumultuarie copiam, armis petuntur & fugantur; ultra duo millia eorum interfecit, captis quam plurimis, maximâ parte in Savum demersâ, paucis natando evadentibus.

Leo Papa Julium patrualem, Innocentium Cibo, Laurentium Puccium, & Bernardum Bibienam Cardinalitio galero ornat.

Ope Beatissimae Virginis Mariae, apud Montem Serratim, juveni lingua a latronibus excisa, prodigiose restituitur, quod & alteri hoc eodem anno hic contigit: eodem anno cerei in honorem Deiparae consecrati in Hispania miracula patrârunt, & prodigiose aucti sunt. Astolfus lib. 11. Miracul. Beatæ Mariæ Virginis.

Diem claudit extremum B. Margarita Fontana Mutinensis, tertium S. Dominici institutum professa, fuit mirabili erga pauperes charitate prædita, hinc panes ad eosdem deportati, fratre deprehendente, mirabiliter in rosas sunt conversi. Pius lib. 3. de vit. illustr. Ord. S. Dominici.

Circa hoc tempus cum Albuquerque Orientales plagas perlustraret, ad solem occidentem, quæ Regis Abassinorum Imperium est, purpureæ Crucis in cælo signum præfulgens apparuit, Lusitanis ad terram proidentibus eamque venerabundè adorantibus, candida nubes conditam crucem, eorum tandem oculis eripuit. Bzovius in annal. ad annum hunc.

Genua ad Imperium Gallorum redit.

Achmetus Bajazethis II. Turcarum Imperatoris filius natus maximus, à Selymo fratre suo juniore Imperium affectante, trucidatur.

Vivendi finem facit Anna Caroli VIII. & Ludovici XII. Galliarum Regum uxor.

Antonia Bourbonia Claudio Lotharingæ & Guisii Duci nubit.

Cùm quidam miles Hispanus exercitus Prosperi Columnæ, tunc Brixiam oppugnantis, illustrisset cuidam Imagini S. Antonii Abbatis in suburbio S. Jacobi depictæ, illicò interno igne ita aduri cœpit, ut ex ore naribusque fumus & cinis exiret, indèque miserabiliter consumptus est. Bagatta.

Habitabat in civitate Hispalensi quædam advena mulier, recipiendis hospitibus intenta; ejus filiolus ad putei os accedens, dum in profundioribus aquis imaginem suam specularetur, eamque apprehendere puerili simplicitate properabat, infelix in puteum decidens, absorptus est. Vidit casum mater, cùmque alio modo non posset, ad B. Mariam Virginem, quæ maximè tunc in Valle, Hieronymianorum Cœnobio, colebatur, vota vertit, pronittens, si infantem salvum & incolumen illa redderet, domum, quam inhabitabat, in Monasterium aliquod convertere, in quo ampliùs coleretur. Vix vota fecit, cùm à Divæ Virginis invocatione putei aqua supra labrum etiam erumpit, atque puerum vivum ac sanum evomit, ingenti multitudine ad spectaculum accurrense. Bzovius ad annum hunc, num. 33.

Casimirus Bogislai X. Pomeraniæ Ducis filius, ex ebrietate per gradus delapsus, cervicem frangit.

Floret ex Ordine nostro Petrus Quirinus Patricius Venetus, Hebraicâ, Græcâ & Latinâ linguâ peritissimus.

Ibat hoc anno quidam puer quatuordecim annos natus cum quodam mercatore Condominensi, tramitibus nonnullis per montana directis: impedit uterque in latrones, civi quidem pecuniam simul ac vitam eripuerunt; puero autem ne facinus accusaret, linguam detruncârunt, atque mutum illum arbori cuidam alligârunt, ut fame interemptus, feris & volucribus esca esset. A quibusdam fortè fortunâ prætereuntibus solutus, mendicacione postea vitam toleravit, donec ad Alphonsum Aragonum venisset, qui ut ad Deiparæ Monferratensis Thaumaturgam Imaginem properaret, suavit. Venit, miraculorum ibidem patratorum mo-

nimenta aspexit, fiduciam majorem ex Religiosorum ibidem habitantium monitis hausit, dumque ibi est, nocte consequenti, dum absolutis matutinis factis, Cœnobitæ ante Virgineum sacellum hymnum Ave maris Stella decantarent, accitus, & in orationem intentus, inter preces & lachrymas in ecstasim raptus, aspexit Reginam Cœlorum ad se propiùs accedere, duosque majores dexteræ manûs digitos in os sibi inserere; unde ineffabili suavitate perfusus in terram corruit, & à circumstantibus sublatus, linguam sibi restitutam esse persensit, quâ in laudes curaticis suæ solutâ, stupore & gaudiò omnes affectit. Bzovius ad hunc annum. Idem miraculum eodem hoc anno accidit juveni cuidam Liguri.

Natus est Joannes Marchio Brandenburgicus, filius Joachimi Principis Electoris secundò genitus.

Henricus Dux Megapolitanus, mortuâ primâ conjugè, ducit secundam, Helenam Philippi Comitis Palatini quondam filiam. Alteram hujus Comitis filiam matrimonio sibi jungit Georgius Dux Pomeranorum.

Annus Christi 1514.

A Trocissimum in media urbe Venetiarum incendium, per diei partem & totam insequentem noctem durans, ædes innumeras, & quædam etiam templa absumit, haustis etiam nummulariorum officinis.

Magni in Pannonia tumultus oriuntur: plerique enim Proceres, cùm viderent Regem Vladislauum non admodum rebus invigilantem, regnum amplissimum prædæ habere cœperunt, & singuli suis studere commodis, premere intolerandis exactiõibus subditos. Ingens vicissim plebis multitudo Procerum jugum excutere laborat, itaque Ducem sibi constituunt Georgium Sichelum, cujus auspiciis non paucas edunt Nobilium cædes, matronis & Virginibus vim inferunt, Cinadium urbem incendunt, crematis omnibus incolis, iis demptis quos funus vel tela consumpserunt. Episcopum urbis Georgium crudelissimè interficiunt, & alios quoque genere & opibus clarissimos, aut Sacerdotio insignes, exquisitissimis tormentis dilaniant. Nobiles proindè ad sui defensionem arma capientes, Duce Bornemissâ, multos seditiosæ multitudinis fundunt, nec multò post plurimis locis penè ad internecionem eos delent. Georgius tamen novis auctus copiis bellum instaurat, verùm à Joanne Waivoda captus, coronâ candenti coronatus, multis aliis immaturnissimis excruciatu suppliciiis necatur.

Triumphant de Moscovitis Poloni, de Persis Selymus Turcarum Imperator.

Obiit Anna Franciæ Regina: Ludovicus Rex rebus Gallicis consulturus, Henrici Angli hostis infensissimi sororem Mariam conjugem sibi petit. Ac simul cum ea pacem regno invehit. Dicitur verò Ludovicus, celebratis nuptiis, moritur, nullâ relicta prole masculâ, anno sequenti.

Gravis exorta lis inter Baviaræ Principes Wilhelmum & Ludovicum, Wilhelmo ex patris suprema voluntate, totum sibi Baviaræ

Baviaræ Ducatum vendicante, cùm ad populum longè gratiosior esset Ludovicus, nec se justâ portione Principatûs fraudari pateretur: eam litem Cæsar composuit, unicuique suâ attributâ parte.

Emmanuel Lusitanæ Rex missâ classe per Alphonsum Malacam expugnat.

Visti sunt Wittenbergæ tres soles, quibus singulis cruentus inesset gladius; in Rottevilâ etiam sol aspectu horrendo apparuit, variis diversorum colorum septus orbibus; bis quoque tres lunæ conspiciendas se præbuerunt.

In Cataloniâ campana quædam, quæ mortem Regum Aragoniæ portendere solet, spontè suâ, nemineque aut movente, aut tangente, horis XIII. integris sonuit.

Judæus, Pfefferkorn dictus, Halæ Saxonum, quod SS. Eucharistiam profanasset, combustus est: Auctor antiq. Saxon.

Muleamethes, cui Sciriffo, quod magno Sacerdoti cognomen, ex Eremitâ ad Regna Fessæ & Marocchi pervenit, religionis novæ auctoritate & armorum gloriâ florens; ita Africam misenit, ut coactâ multitudine in Lybiæ & Ægypti interiora penetrans, tribus annis obtinuerit; præter superiora duo, Regna Tremissæ, Daræ, Tufiletæ, Suæ.

Obiit Venerabilis Petrus Quirinus ex Nobilissimâ & Patritiâ apud Venetos familiâ Monachus Camaldulensis, plurium linguarum notitiâ & humilitate celebris.

Vivendi finem facit Uriel de Gemmingen, Archiepiscopus & Elector Moguntinus; item Joannes Wagnerus, laico Ordinis Carthusiani anachoreta propè Lucernam in Helvetiâ, sanctioris vitæ famâ celebris.

Bonaventura Moschis Ord. Minorum ab hostibus fidei occiditur.

Florentiæ corpus B. Oringæ, una cum templo, in quo illud reconditum fuerat, conflagrat.

Sigismundus Rex Poloniæ Moscos magnâ clade ad Borythenem afficit.

Henricus Dux Brunsvicensis globo tormenti trajicitur.

Constantinopoli ex terræ motu 13000 incolæ delentur.

Moritur Carolina Ducissa Valentiniensis, Cæsaris Borgia vidua, fœmina miræ venustatis, prudentiæ & devotionis.

Bernardus de Divitio creatur à Lone X. Sac. R. E. Cardinalis.

Cùm die 24. Julii in agro Veronensi magna Germanorum militum copia omnia devastaret, jamque ad Monasterium Monialium S. Martini in suburbio Veronæ accessissent, apparuit visibiliter S. Martinus equo insidens, omnesque milites perterrefecit, eosque huc, illucque discurrens, à Monasterio abegit.

Antonius Bohier, Austremonii Baronis de Sainct Ciergue, ex Berardâ Antonii Cardinalis à Prato sorore filius, ex Monacho Benedictino creatur Archiepiscopus Bituricensis; & Ludovicus Mendez ex Monacho S. Dominici de Silos fit Episcopus Sidoniæ.

Annus Christi 1515.

Moritur Ticini Lancelotus Jurisperitus sui temporis excellens.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Nascitur Fridericus III. Elector Palatinus ad Rhenum filius Joannis Comitis de Simmern & Spanheim: item Valerius Cordus Medicus insignis, in Hassiâ.

Denascitur Theodoricus à Monasterio, ex Ordine Minorum S. Francisci, Vir maximæ virtutis & charitatis erga peste infectos.

P. Joannes Ogilbæus è Soc. Jesu: Glasguæ in Scotiâ ob confessionem fidei Catholicæ suspendio occiditur.

Ferdinandus Consalvus Dux belli Regis Hispaniarum victoriis insignis, fatis concedit.

Natus est Casparus Comes Hennebergicus.

Religiosus quidam ad montem Guardie propè Bononiam veniens, ubi miraculosa D. Dei Parentis imago à S. Lucâ Evangelista picta asservatur, modicam auditæ de patris apud eam miraculis narrationi fidem adhibuit, clavibus involucri allatis, cùm eam curiositate potiùs quàm religione ductus inspicere properaret; vix dum iis seræ insertis, pavore quodam ac tremore correptus, offusâ oculis caligine, usuram se eorum omnem amisisse, meritasque dare pœnas æstimavit: culpam ergo suam accusans, ut condonaretur sibi, ademptumque lumen restitueretur, effusis largitèr lachrymis impetravit. Bzovius in annal. ad ann. 1433.

Diem obiit; Philippus ab Oberstein Archiepiscopus Colonienis, vir sanè longiori vita dignus, in cujus locum suffectus est Hermannus à Weda, postea ob hæresin sede dejectus.

Fuerunt hoc anno totâ ferè Europâ magnæ aquarum inundationes, quæ etiam arbores & domos everterunt: in Helvetiâ quoddam flumen, quod anno 1513. ex monte quodam eruperat, hoc anno, cùm jam instar maris excrevisset, tantum terrorem attulit ejus loci incolis, ut ad montium cacumina confugerint; & paulò post summâ vi & maximò impetu illa undarum congeries fractis rupibus, & obviis quibusque obrutis in vastum mare se se evolvit.

Selymus Turcarum Imperator bellum moturus contra Ismaëlem Persarum Regem, armis priùs Aladolum Tauri & Anti-Tauri Regem petit, quem non absque magnâ suorum strage in fugam compulit, Saxovaroglem verò ejus Præfectum magnis pollicitationibus corruptit, qui cùm alioqui infesto in Aladolum esset animo, cum magnâ equitatus parte ad Selymum transivit, & non multò post captum Aladolum ad eundem Selymum perduxit, qui eum necari jussit, omnemque ejus ditionem in Provinciâ formam redactam sibi subjugavit.

Viennæ Maximilianus Cæsar; Vladislauus Ungariæ & Bohemiæ, nec non Sigismundus Poloniæ Rex conveniunt, ubi similitates ac suspiciones inter illos extinctæ, & Principes isti perpetuò fœdere sunt conjuncti.

Adrianus Episcopus Constantiensis, Cardinaliâ dignitate augetur.

Transylvaniæ Palatinus, Turcarum fines ingressus, ab illis vincitur, Sigismundus autem Poloniæ Rex insignem victoriam de Tartaris Tauricanis ad Treboulam oppidum reportat.

Albuquerque Christianissimus è Lusitaniâ heros Goæ moritur.

Ludov. Requesenius Hisp. classis Præfectus ad Corsyam Insulam, tredecim pyratas Turcarum

rum triremes, Siciliae spoliis onustas commissa pugnâ vincit.

Thomas Volsaus ex Episcopo Lincolnienfis Archiepiscopus creatur.

Moritur Barbara Poloniae Regina, Sigismundi uxor.

Tres Virgines Sacrae ex Ord. D. Dominici caelos ornant: *Vincentia Ferraria* Valentina Hispana, austeritate vitae insignis, contemplationi ita dedita, ut saepius in extasim raperetur; pat huic *Maria à S. Dominico*, quae tantis luxit virtutibus, ut aliquot annis meruerit stigmata Domini Jesu in corpore portare: aequalis istis soror *Charitas Gambarà* Itala Brixienfis, quae quinquennis, vidit supra altare *Christum* in formâ cruci affixi sibi apparentem, qui diceret, *probe mihi cor tuum*: facta Monialis, Angelorum conspectu saepissime fruebatur; in odâo splendore multo circumfusa visa est, cujus capiti stella radians immineret; moribunda, Jesum spinis coronatum, qui ad biduanam febrium tolerantiam hortabatur, videre meruit: mortuam viderunt plurimâ luce collucentem ab Angelis cantantibus in caelum ferri & inter Seraphinos collocari: secuta sunt ab ejus invocatione miracula. Pius lib. 3. De Sanctimon. illustr. Ord. Praedic.

Maria in domo suâ Lauretanâ thauaturga Sacerdotem Dalmatum, cui Turca, quod Christianam fidem ejurare nollet, intestina extraxerunt, invocata, in vitâ conservat: & res sanè mira orbatus intestinis, quae manibus gerebat, multorum dierum itinere emenso, in ipso Lauretano templo rem totam breviter cunctis enarrans, ad ultimum gratis Virgini enixè actis, & solennibus Confessionis, Eucharistiae quae praefidiis, communitus, antè aram Deiparae efflavit animam. Turfellin. histor. Laur. cap. 18. lib. 2.

Ex hac vitâ decedit Maria à S. Dominico, Virgo apud omnes sanctissima reputata, propè oppidum Petrae Fixae in Hispaniis, quae in monasterio à se condito plurimas collegit Virgines, & proditur Christi stigmatibus insignita.

Decedit B. Hieronymus de Mantuâ Congregationis Montis Oliveti singulare sidus, ejus corpus adhuc incorruptum esse scribitur Histor. Olivet. item Alphonfus Albuquerque Lusitanus, Vir factorum gloriâ celeberrimus, Regis Emmanuelis in Indiâ Orient. rerum moderator.

Naturae debitum solvit Jacobus Almain Gallus Segonensis, Philosophus & Theologus insignis: reliquit post mortem ex ingenii sui monumentis Expositionem circa decisiones Quaestionum Magistri Guil. Occam de potestate Summi Pontificis; de auctoritate Ecclesiae & Conciliorum; dictata super Sententias Magistri Roberti Holkot.

Hispani Amboinam Maris Indici Insulam detegunt.

Lusitani Anafam Fessani Regni urbem ab ipsi excisam restaurare resistens barbaris gratis conantur.

Antonius filius tertio genitus Renati Lotharingae Ducis, nubit Renatae Borboniae, filiae Gilberti Borbonii, Regii locum-tenentis in Regno Neapolitano, ex qua duos filios Franciscum & Nicolaum, Annamque filiam suscepit,

Jacobus de Ambasiâ ex Monacho Benedicti. no Gemmaticensi fit Episcopus Claromontanus, Obiit diem Ludovicus XII. Franciae Rex,

Annus Christi 1516.

Moritur Ferdinandus Hispaniarum Rex, Caroli V. ex parte maternâ avus.

Item Uladislavus II. Ungariae Rex, succedit in Regno Ludovicus II.

Nascitur Walburgis Comitissa Hennebergica.

Selymus Turcarum Imperator cum ingenti exercitu Perfarum Regem invasurus, cum comperisset Campsonem Aegypti Sultanum ex ejus parte stare, conatus est eundem muneribus in suas partes trahere, sed frustra; hunc ergo prius sibi modis omnibus oppugnandum statuit; ubi ad pugnam ventum est, mirabili & praeferoeci audaciâ Mamaluchi Turcas invaserunt, ita ut hi summo in discrimine verarentur, donè displosis in Mamaluchos tormentis, & recenti equitum multitudine superveniente, victoria illis erepta est, ad quod plurimum contulit Cajerbeji Campsonis Praefecti perfidia & defectio: Campson ipse à suis è praelio fugientibus in arena prostratus occubuit, vir septem & septuaginta aetatis habens annos; in Campsonis locum electus est Tomumbejus vir strenuus; interim Selymus occupatâ Syriâ, totius Aegypti opibus imminēbat, maxima in eo itinere ab Arabibus damna perpeffus, qui ejus exercitum miris modis exagitabant: porro Selymus antequam Aegyptum peteret: Hierosolymam adiit, veterumque Prophetarum sepulchra suppliciter veneratus, Christianis Sacerdotibus Domini sepulchrum obtinentibus pecuniam in alimenta sex mensium largitus est; inde expugnata Gazâ, Aegyptum petiit, ubi cum Tomumbeji exercitu manus conferit, qui tandem receptui canere jubens, quod se Turcis imparem cerneret, Memphim profugit: postera luce in ipsa urbe rursus toto biduo continenter pugnatum est, tantâ Mamaluchorum pertinaciâ & virtute, ut Selymus victoriâ desperatâ jusserit urbem maximam & longè populosissimam incendi, quod tamen incendium paulò post, cum suos evasisse superos didicisset, restingui jussit.

Moritur Abbas Trithemius, Ordinis Benedictini illustre decus.

Veneti ex amicis iterum hostes, iterumque amici Gallorum efficiuntur.

Maximiliani Imperatoris exercitus Mediolano imminens, re infectâ digreditur.

Emmanuel Lusitaniae Rex, foedus cum Persis contra Turcas init. Henricum Lernum ad Regnum Pegu, in Indiam ultra Gangem situm, mittit: ac praeterea Fernandum Petrejum Andradium cum navibus octo misit in Sinas, ad illas Regiones è proximo cognoscendas, Christianique fidem apud eas remotissimas gentes propagandam.

Gundifalvus Vascius, olim Mahometanus, nunc Christianus fervidus, & Lusitanicæ classis Praefectus, à Mauris cum filio interceptus: filius in patris conspectu dilaceratur, cum fidem Christianam abjurare nollet: ipse postea Gundifalvus ad tormenta plura trahitur, excisâ tandem lingua

linguâ post biduanum Martyrium victor contra Barbaros in causa fidei ex vitâ migrat.

Summus Pontifex Alphonsum Lusitaniae Regis filium in Cardinalium Collegium cooprat.

Mendlingerus Tartarorum Princeps, fide datâ scelestissimè violatâ contracto immani exercitu Podoliam ac Russiam invadit: barbari isti plusquam ferinâ crudelitate longè latèque divagati, ferro & igni fertilissimas & populosissimas Provincias defœdarunt, immanitateque ac libidine omnia compleverunt; ita ut quinquaginta millia, alii 100000. captivorum numerent, quos illi in servitutem abduxerunt: caesâ reliquâ imbelli & inutili turbâ, senum, infantum & membrorum captorum.

Ratisbonae ejectis Judæis, ex illorum Synagogâ templum in honorem Deiparae erigitur, ubi postea opem miraculosam plurimi infirmi sensere. Sebastianus Francus in Imperator. gestis.

Ope ejusdem Deiparae apud Montem Serratum, Joannes Riola à latronibus captus, & quercui alligatus, libertatem prodigiosè accipit. Astolphus lib. XI.

Moritur Ludovicus ex Canonico Regulari S. Augustini, Episcopus Chiemensis; item Baptista Mantuanus Versu celebris.

Gonsalvus Vaz, nativitate Maurus, professione fidei Christianus, post militaria multa contra suos contribules facinora in eorundem manus lapsus, & Tetuanum abductus, crudelissimèque excarnificatus mortem, ut ita dicam, multiplicem generosissimè sustinuit.

Moritur Petrus Gouffier Abbas Benedictinus S. Dionysii Parisiensis, frater Arturi Magni Franciae Magistri, S. R. E. Cardinalis.

Annus Christi 1517.

Selymus Turcarum Imperator, Cairo expugnato, Tommambaisum Circassiorum Sultanum praelio victum suspendio tradit.

Nascitur Antonius Augustinus, Jurisconsultus celebris, Episcopus Tarraconensis; item Casparus Colignius, Archithalassus Franciae.

Turcarum exercitus Tyrum urbem occupat.

Obiit Casparus Comes Hennebergicus; nata contra Elisabetha ex eodem Comitum stemmate.

Albertus Krantzzius Hamburgi SS. Theol. Prof. & Collegii Canonice Decanus è vivis decedit: scripsit libros plures de rebus Wandalicis.

Martinus Lutherus, Augustiniani instituti Monachus, coepit in Germaniâ nova spargere erronea dogmata.

Insignis quidam pirata Petrus Longus natione Frisius, cum 500. perditis nebulonibus mare infestum habuit, & urbes maritimas Aquilonares egregiè divexavit: voluit is vastator Danorum, vindex Bremensium, interceptor Hamburgensium, Crux Batavorum praedicatoris insignia ejus & vestium ornamenta erant patibula & rotae pictae.

Christiernus Daniae Rex Sueciam astu occupare nititur, & Stockholmiam sive Holmiam obsidet, sed frustra.

Franciscus Dux Urbinas summum Pontificem bello petit: Anconam, Perusium, Jesum, & alia pleraque in Flaminiâ & Marchiâ oppida expugnat, quem Alphonfus Petrucius Card.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

nalis Senensis modis & consiliis omnibus juvit, hic proinde à Pontifice paternis bonis spoliatus & Senis pulsus, scelestum facinus tollendi Pontificis infano animo concepit, quam ob causam detestis insidiis captus est cum Bandinello Saulio Cardinale Genuensi, & Cardinale S. Georgii favoribus suis; duo priores sententiâ in Publico Senatu latâ, purpurei galeri dignitate sacrisque exorti, rerum capitalium Judicibus traditi sunt: Alphonfus proximâ nocte in carcere strangulatus fuit. Bandinelli verò supplicium Papae beneficio in sempiterna vincula commutatum est; imò ipse mox liberatus, & Cardinalitiae dignitati restitutus: idem cum S. Georgii Cardinale actum est: paulò post triginta & unus purpurâ Cardinalitiae sunt decorati, quos inter, tres S. Dominici, S. Francisci, S. Augustini Ordinum Generales fuere.

Ingens piratarum manus in Italiam appulit, & Dalmatarum Apulorumque littoribus depopulatis, Lauretanæ praedae spe invitante, in Picenum vela fecere; descensione inde factâ, Castro portus Recinetensis potiuntur, tecta caedibus & incendio caedant; jam nemine contra arma ferente, Lauretum inflammatis studiis contendebant, cum desertam à mortalibus propugnatoribus ædem à caelestibus defendi propugnarique senserunt; quippe ipsemet Lauretanæ ædis conspectus tantum eis terrorem incussit, ut è vestigio trepidi re infecta repeterent classem. Turfell. Lauret. histor. c. 19. l. 2. idem hoc anno evenit Francisci Ducis Urbinae exercitui, qui praedas ex sacra hac aede agere impiè decreverat. Idem c. 20. lib. 2.

Insignibus hoc rursus anno miraculis fulget Sanctissima Deipara in Monte Serrato; de quibus vide Bzovium ad hunc annum.

Moritur B. Columba Trocrazani Mediolanensis ex Ord. D. Dominici; quae peste Mediolani grassante, cum domi conclusa ægra jaceret, nec esset qui adjuvaret, aspexit D. Virginem Deiparam, quae duabus Virginibus comitata, multis diebus cibum illi & reliqua necessaria ministrabat, à qua etiam unguento pretioso uncta, sanitati est restituta. Facta Monialis cum semel antè imaginem Crucifixi oraret, quinque radii ex quinque stigmatibus imaginis erumpentes, illam illuminarunt; aliquandò è Crucifixi simulachro radius emergens, in os illius intravit. Christus illam semel aureo diademate coronavit, inter communicandum Sacris mysteriis candida columba splendoribus corusca capiti illius infedit; prophetico spiritu multa, & in his secreta cordium cognovit; mortem tandem ridens obiit. Pius lib. 3. De Sanctimon. illustr. Ord. Praedic.

In Festo Nativitatis Domini in Saxonia circa Cœnobium Vivariense media nocte caelo sereno, Crux punice coloris in caelo visa est.

Moritur Henricus à Lichtenau Episcopus Augustanus; item Albertus Durerus Pictor sui ævi praestantissimus.

Laurentius Laicus Ordinis Minorum S. Francisci in Hispaniâ cum Sanctitatis famâ decedit.

Valentiae in Hispania corpus B. Reginae Theresae vividum totum, cum habitu Monastico similiter incorrupto inventus.

Hoc ipso anno universae terrae motus ipsâ Octavâ S. Joannis Evangelistae die intrâ dici notisque spatium tam terribilis bis factus est, ut multae aedificia ubique corruerint, vix effugerint

homines; tantò autem tremore Italiam concussit, ut nulli non extremi iudicii esse nuntius videretur; per diversa enim Italiae loca, civitates, castra, villae cum hominibus inibi habitantibus subito hiatu terrae absorpta sunt, montes scissi, & flumina terram deglutiente adeò exsiccata, ut ficcis vestigiis transitum præberent. Padus Italiae fluvius de suo alveo in modum fornicis in altum ita se tulit, ut terram inter & aquam via patefceret; certè fluctus illi ita arcuatim elati non obscure hujus universi interitum minabantur; cum verò diutius aqua ita pependisset, tandem in semetipsam tanto sonitu demittitur, ut murmur illius per aliquot miliaria audiretur; his tam mirandis tremendisque signis circumquaque divulgatis, & tribus diebus in jejuniis & orationibus per totam Italiam ab omnibus peractis, apud Cremonam quidam infantulus in cunis jacens, pannis obfusus, in primam loquendi vocem contra naturam os aperuit, matremque suam escas parantem fratri sui majori, qui plorando panem petiverat, à corporis curis compescuit, asserens sibi visam DEI Genitricem Mariam ante Christi tribunal stantem, instantissimisque precibus pro dilatione iudicii, quod mundo propter peccata sua dare intenderat, supplicentem; his verò dictis infans eloquium deposuit usque ad tempus humanæ loquelæ principiis congruum. Bosius de Sign. Eccl. l. 24. c. 8.

Alcmaria urbs insignis in Hollandiâ Septentrionali occupatur à Geldris, & per dies octo expilatur.

Moritur Andreas Ammonius Henrici Octavi Angliæ Regis Secretarius, & Poëta insignis scripsit catminicè Scotici conflictus historiam l. 1. Bucolicam seu Eclogas lib. 1. de rebus nihili l. 1.

Franciscus Armellino Perusinus, humili familiâ natus Sacro Cardinalium Senatui inferitur.

Pinnæ Billorum in Ecclesiâ S. Christophori, imago B. Mariæ Virginis, dum ab hostibus dirè oppugnarentur cives, ex seignitos radios in hostium oculos immittens, mirabiliter ab illorum incursione liberavit obsessos, Matth. Magnanus.

Petrus Quirinus Monachus Benedictinus Sacro Cardinalium Senatui adlegitur.

Tomonberius Sultanus Cairi cum Turcarum exercitu die 24. Januarii feliciter configit, cadentibus utrimque multis, inter quos ipse Sinam Bassa Turcarum Archistrategus.

Annus Christi 1518.

Octodurum in Helvetiâ à seditionis per incendi um vastatur.

Franciscus Alvarus insignem fundat Academiam Toleti.

Nascuntur Henr. II. Galliarum Rex, Francisci filius; Joan. Funccius Chronographus; & Antonius Cortesius Soc. Jesu Presbyter, Vir celeberrimus.

Conditur Vineæ nostræ Dominæ, Monialium Cisterciensium Monasterium in urbe Lovaniensi.

Maximilianus Imperator inducias cum Venetis prorogat, & Conventum agit Augustæ Vindelicorum, ubi Principes Electores omnes adfuere: missus quoque eò fuit Cardinalis Thomas Cajetanus Vir excellenti doctrinâ: Luther, simulatè se Papæ submittit, Romam tamèn venire citatus renuit, & clam ex Augustâ Vindelicorum se proripit.

Carolus Hispaniarum Rex magnas educit copias adversus Mauros, & expugnato ex munitissi-

mis eorum oppidis uno, plus minus 4000. barbarorum prostravit.

Magna inter Joannem Stenonem Regem Sueciæ, & Gustavum Archiepiscopum Upsalensem orta sunt dissidia; sed Rex hunc durioris animi hominem collectis militum copiis in castris Almerstech inclusum tandem obsedit, exercitumque Danici Regis, qui ut eum obsidione liberaret, advenerat, debellatum prostravit; deinde obsessum & Danica auxilia frustra expectantem ad deditionem coëgit, eversa quæ funditus arce, ipsum in Monasterio Arosiensi inclusit; quo facto causam ejus coram Summi Pontificis Legato Joanne Arcimboldo, in Comitibus Arbogensibus exposuit, eoque intercedente Legato & Regni Senatu, à Stenone sub eâ conditione in gratiam receptus, ut de cætero se in Upsalensem Archiepiscopatum non ingereret.

Ferdinandus Cortesius, auspiciis præfati Caroli Hispaniarum Regis, Novam Hispaniam in Indiis, auri, argenti, & unionum divitem, magnâ suorum, ingenti incolarum pro libertate pugnantium, strage penetrat.

Emmanuel Lusitanæ Rex naves novem, cum bellatoribus 1500, Duce Didaco Lupio Sequeriâ, Cocinum mittit; is in primis Regem Baticæ, detestantem jugum, pactumque nuper Emmanuelli stipendium persolvere recusantem, ad fidem officiumque minis & malo adigit; cum Rege Pegusano amicitiam sancit.

Mutus in æde D. Virginis Monferratenfis, illâ sibi apparente, & se esse matrem DEI dicente, illic loquelam recipit.

Joannis Perezii à Valle viridi Hispani filius, à latronibus sexagintâ plus minus jam ictibus confossus & penè occisus, Jesu & Mariæ nomen sæpius inclamans, incolumis & illæsus sine ulla vulneris notâ consurgit.

Decedit Martinus Ximenes Cardinalis Vir summæ prudentiæ, ac eruditionis; item Giberus X. Corregius Ecclesiæ Generalis.

Floret Ludovicus Sometius, Hispanus, postea Episcopus Sarnensis, Jurisperitus celebris eodem anno Petrus Paulus Parisius, Cardinalis.

Moritur B. Joannes Bayardus Prior de Colombiers Ord. Cælestinorum sub regulâ S. Bened. qui ipsâ obitus sui die solis instar immenso circumfusus lumine in gloriâ exultans apparuit. Bucelin. in Menolog.

Natus est Anton. Borbonius Rex Navarræ. Aruch sive Horuc Barbarossa Pyrata famosissimus, multis in flatibus victoriis, à Marchione de Comares Regis Cath. in Orano urbe Gubernatore, in fluvio Huexdâ cum 1500 suorum trucidatur.

Bona Sfortia filia Joan. Galeatii Ducis Mediolanensis, Sigismundo I. Poloniæ Regi nubit.

Renatus de Breschiâ S. Benigni Divionensis Monasterii sub Regulâ S. Benedicti Monachus, fit Episcopus Constantiensis in Normannia.

Annus Christi 1519.

Alvinus falsa sui fidei novæ dogmata Tiguri primò propalat. Zwinglius ibidem suam primam ad populum habet concionem.

Moritur Maximilianus I. Imperator ætatis anno 60. Imperii 26. in ejus locum eligitur Carolus V. Imperii coronam impensè affectante Franciscò Galliarum Rege.

Fridericus II. Dux Lignicensis & Briget-

is nuptias celebrat cum Sophiâ, filiâ Friderici Marchionis Onolsbacensis.

S. Casimirus Pol. Regis filius, in ære apparens, insignem suis contra hostes victoriam obtinet.

Moritur Laurentius Episcopus Herbipolensis: præ aliis sui temporis Imperii Principibus pacis & sapientiæ studio florens. Imperialibus Comitibus sæpè interfuit, Cæsari Maximiliano ob consiliorum maturitatem æstimatissimus, & oraculi instar consultus; cui hoc eodem anno 15. Februarii successit Conradus à Thüngen.

Finem quoque vivendi facit Jacobus Marchio Baden-Durlacensis, cum paulò ante fidem Catholicam fuisset amplexus: veneno plures interfectum autumant.

Moritur Ludovicus de Aragoniâ Regis Neptos, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin.

Franciscus de Paulâ in Sanctorum album refertur.

Disputatio inter Lutherum & Eckium Lipsiæ instituitur: Melancthon Luthero adhæret, quibus & se adjungit Erasmus Rotterodamus.

Vitæ finem facit Leonardus Archiepiscopus Salisburgensis, cui succedit Mathæus Langius S. R. E. Cardinalis.

B. Catharina Cardona ex Ordine Carmelitarum virtutibus & miraculis clara ex hac vitâ decedit; item Franciscus Dux Mantuæ gloriosissimus.

Moritur Elisabetha Peralta Ordinis S. Francisci, Segobiæ cum Sanctitatis famâ.

Item Bernardus à S. Joanne Ordinis ejusdem: & Antonius Bohierius S. R. E. Cardinalis & Archiepiscopus Burdigalensis.

Annus Christi 1520.

Nascitur Fridericus III. Dux Brigenfis & Lignicensis.

Wissenburgi ad Rhenum tam horrendus in ære sub meridiem strepitus atque clamor insonuit, ut cives subito timore percussi ad arma concurrerent, existimantes civitatem ipsam ab hostibus præoccupatam & circumcinctam esse.

Venerabilis Ludovicus Bosius, ex antiquâ & illustri Bosiorum & Barbansoniorum stirpe prognatus, habitum S. Benedicti in Monasterio Latiensi suscipit.

Apud Ciurlium Thraciæ pagum pestilenti circa renes enato ulcere extinctus est Selymus Turcarum Imperator, unicum filium Solimanum tot Regnorum hæredem relinquens; antequam Selymi morte, Gazelles Syriæ Præfectus rebellavit, Syrios & Arabes habuit suæ defectionis approbatores, sed cum Cuierbejus Egypti Præfectus, ejus consilium usque adeò non probaret, ut etiam Legatum illius supplicio afficeret, Solymannus è Ciliciâ misit contra illum Frahatem Bassam, qui eum cum omnibus suis afflectis fortissimè præstantibus interfecit.

Carolus Imperator ex Hispaniâ in Belgium venit, Aquisgrani coronam Imperialem accepturus.

Lutherus seditiosa scripta edit, jusque Pontificium cum diplomatibus Pontificum Wittenbergæ palam exurit; Carolus Imperator contra Lutheri libros sententiâ Pontificis damnatos, severis propositis edictis, flammis pariter absumi jubet; & Ambrosius Catharinus ex Ord. D. Dominici, editis quinque libris, illius errores

& conatus acerrimè reprehendit, Fridericus vero Elector Saxonie Pontificis mandatum de Luthero castigando recusat.

Albertus Marchio Brandenburgicus cum Sigismundo Poloniæ Rege bello colliditur.

Sequeira Lusitanæ classis Præfectus, Paceni Regni in Insulâ Somatra Regem puerum duodennem, à Geinal Tyranno ejectum, restituit, & Emmanteli Lusitanæ Regi tributarium facit.

Romæ ipso die Epiphaniarum sacro fonte ablutus est apud S. Petrum Orator Regis Fessensis, à legatione Turciæ in Africam revertens, à classe Pontificiâ in mari mediterraneo captus; spontè sua baptismum petiit: proinde ab ipso Summo Pontifice sacrum baptismum, & nomen Joannes Leo de Medicis accepit: suscipientibus eum ex sacro fonte Cardinalibus Bernardino Carvajalo, Laurentio Puccio, & Agidio Vikerbfensibus.

In Indiis Occidentalibus, pro fide Christi occumbit Franciscus Cordubensis ex Ord. D. Dominici.

Moritur Venerab. Lucia ex Ord. Servitarum: totâ ea nocte, in ejus cellulâ dum moreretur, sorores testatæ sunt, vidisse se cum aliis mulieribus præsentibus varios splendores, velut micantia sidera per illam cellulam continuo errantia. A. Gianius Cent. 3. Annal. Ord. Serv. lib. 6. c. 3.

Exauctoratur non acquiescens Cæsari Dux Wirtembergicus, & Ducatus Carolo V. à Conferenzatibus Sueviæ venditur.

Decedit Camalduli B. Antonius Monachus, abstinentiæ, orationis, lectionis & laboris studio deductus, ut ne punctum quidem temporis sine fructu transire permiserit; pro socio agrotantè dum iter faceret, quasi alteri Eliæ aut Paulo Eremitæ, oranti corvus panem recentem duarum librarum attulit; ex Bucellin. Benedicto Redivivo.

Rustici jam hæresi Lutherana infecti periculosum bellum movent in pluribus Romani Imperii partibus, citò tamen compescuntur: obstinatiores extirpare ditionis Salisburgensis seditionis, contra quos Archiepiscopus & Princeps subsidium petiit à Ferdinando Archiduce, qui sub Comite Dietrichsteinio Capiteo Provinciæ Styriacæ, quinque milia virorum misit; sed à fossoribus Schlammingensibus, factâ centum militum jacturâ repulsi sunt: reversus denuò cum majori manû præfatus Comes, in oppidum receptus à Schlammingensibus, sedem & castra intus posuit, rebellibus interim Radstadii sedem occupantibus; verùm perfidi Schlammingenses cum rebellibus factâ collisione, diem illis constituant, quo incautos & securos opprimant; fortè milites Dietrichsteinii liberalius genio indulserant, cum à perfidis misso nuncio vocati rustici cum armis de nocte adfuerunt, apertis portis ingrediuntur, somno vinòque penè sepultas, cerè semivigilantes aggrediuntur, mactant, capiunt; ad tria milia cecidisse vel captâ esse legimus; magna inter istos erat pars Nobilitatis: ex his secuto die triginta in medium forum producti, capite damnati, crudeli manu ceciderunt: Dietrichsteinius cum aliquot Primatibus in arcem Werfen quam male custoditam jam occuparant, incaptivitatem abductus: tandem rebelles ope Bavariæ Ducis ad pacis conditiones acceptandas sunt

compulsi, antesignani tradebantur ad supplicium, debuitque refundi à rebellibus summa 114000. florenorum pro belli expensis.

Schlammingenium perfidiam graviter postea ultus est Archi-Dux Ferdinandus, misso cum exercitu Capiteo Provinciae Salmenfi Comite, qui civitatem cepit, incolas comprehendit, incensoque oppido, universos in ignem conjici jussit; qui evaserunt, igne & aqua per Principes interdicti: loco tunc penitus destructo, etiam jura civitatis in detestationem sceleris in perpetuum adempta.

Egidius Rem instituitur Episcopus Chiemensis.

Lorca in Hispania decedit cum opinione Sanctitatis Elisabetha Pontia, vidua Tertiaria. Moritur Urbanus Pictorum miraculum.

Sigismundus Augustus Rex Poloniae nascitur.

Decedit Amaneus d'Albret S.R.E. Cardinalis frater Joannis Regis Navarrae: item Bernardus de Divitio Episcopus Constantiensis in Gallia & Cardinalis.

Natus est die 7. Octobris Alexander Farnesius filius Petri Ludovici Ducis Parmae, factus postea S.R.E. Cardinalis, Episcopus Parmensis & Patriarcha Hierosolymitanus &c.

Diem vitae supremum claudit Sebastianus Brand J.C. Poeta & Historicus insignis, in lucem edidit Navem Narragoniae, sive Navem stultorum representantem vitia hominum; porro elogium in obitum Friderici ad D. Maximilianum Regem; de captivitate Maximiliani, de contemptu saeculi, de ingratitude edentium mannam; vitas diversas Sanctorum; Juris Civilis & Canonici omnium titulorum expositiones: Chronicon Germaniae, praesertim Aesatae & Urbis Argentoratensis &c.

Franciscus de Bucil Theologus & J.C. insignis creatur Archiepiscopus Burdigalensis.

Franciscus I. Galliarum Rex Navarrae infestat.

In oppido Tarraasco in Hispania, Matronae cuidam proditoriae lingua attributa fuerat à duabus foeminis falso suspicantibus, de illarum fama innocentem detraxisse; at meritis Beatissimae Virginis Deiparae, cui innocens Matrona se commendaverat, etiam sine lingua locuta est. Felix Aulph. de imagin. miraculosis.

Annus Christi 1521.

Nascitur Mauritius Saxoniae Elector: item Joannes Ernestus Sax. Dux Joannis Friderici Electoris frater.

Nec non P. Petrus Canisius Soc. Jesu Vir pietate, doctrina & animarum zelo insignis.

Denascitur Georgius III. Comes ab Henneberg, Canonicus Ecclesiarum Cathedralium Coloniae ac Moguntiae.

Tartari Casanenses repudiato Schaele, uni ex Taurica Principibus Regnum deserunt, qui contra Basilium Moscoviae Ducem bellum movet, eumque sibi stipendiarium reddit.

Christiernus Daniae & Norvegiae Rex Stockholmiam deditione capit: is donec militem & arcem confirmaret, fidem datam minimè sefellit: sed jam satis munitus, convocat suos, aperit consilium perdendi cives: fit apparatus magni convivii, ad quod Sueciae Proceres & quidam alii invitantur. Danus se jucundum praebet, idem Sueci faciunt, ignari periculi sui; postquam triduo epu-

latum est, convivae rapiuntur in carceres, altera luce portae urbis clauduntur, milites armati in genti terrore edito per regiones disponuntur, è regia duo Episcopi Scarceus & Strengensis ad arcem, quae est ante Praetorium, produeuntur à carnificibus, & mox prostrati capitibus trahuntur; idem patiuntur alii Proceres, & post illos Senatus urbis, inde in plebem saevitum est: multisque se occultantibus, impunitas edicto proposita est omnibus; prodeunt miseri cives, & ad unum omnes trucidantur à barbaro milite; duravit ea caedes aliquot dies continuos.

Wormatiae frequentissimus celebratur Principum Conventus, ad quem à Carolo Caesare sub publica fide etiam Lutherus vocatus est: accusatus ab Hieronymo Alexandro seditionis, rebellionis, impietatis, blasphemiae & haereseos, à Friderico Saxoniae Electore defenditur.

Parisienses Theologi in solenni Conventu Lutheri scripta damnant.

Solymanus Turcarum Imperator Belgradum expugnat.

Ferdinandus Archi-Dux Austriae uxorem ducit Annam Regis Hungariae filiam; itemque Ludovicus Hungariae Rex Ferdinandi sororem Mariam.

Oritur bellum funestissimum inter Carolum Imperatorem, & Galliae Regem Franciscum; Leo X. cum Caesare foedus contra hunc init.

Moritur Leo Papa de timore non absque suspitione propinati veneni: succedit Adrianus III.

Caesareni Gallos Mediolano exiunt.

Vitae finem facit Emmanuel Lusitaniae Rex, postquam 52. annis & sex mensibus vixisset.

Ferdinandus Cortesius expugnat urbem Mexicam, etiam Pontonhaviam capit, & Victoriam nominat.

Joannes Burgi à Calvinistis in Normannia ob fidem Catholicam interimitur.

Moritur Volaterranus vir infinitae prope lectionis.

Magellanus Indiae Inventor in praelio contra Indos occumbit.

Natus est Albertus III, Dux Grubenhagensis, Philippi III. filius, nepos Alberti II.

Batavi Alcmariam occupant, eamque suae Reipublicae adjungunt.

Decedit Anna Ducissa Brandenburgica, Joannis III. Electoris filia, Friderici I. Daniae Regis uxor; similiter Thomas Bacocz Archiepiscopus Strigoniensis, & S.R.E. Cardinalis.

Wilhelmus Bibauc, ex Professore litterarum elegantiorum Gandavi Monachus Carthusianus, fit totius Ordinis Generalis.

Moritur Georgius Dux Bregensis in Silesia, filius Friderici I.

Ferdinandus Hispaniae Rex Pampelonam expugnat.

Obiit B. Michael noster Florentinus, adinventor Rosarii prelatorii, quod vulgo Coronam Domini appellat.

Annus Christi 1522.

Nascitur Lazarus Svendius, rei bellicae gloria insignis.

Andreas Osiander, Lutheri discipulus, Norimbergae novam Magistri sui doctrinam per concionem annuntiat.

Prosper Columna Gallorum exercitum ad Bicoeam, Ducatus Mediolanensis oppidum, praefligat.

Nascitur Albertus, Marchio Brandeburgicus, filius Casimiri.

Weigandus à Redvviz creatur Episcopus Bambergensis.

Moscovitae cum 18000. militum exercitu, Casanenses Tartaros bello sine fructu petunt, & ab obsidione arcis Casanensis recedere coguntur.

Pestis Varsoviae grassatur.

Henricus Angliae Rex VIII. scribit contra Lutherum, eoque nomine à Pontifice, & amplissimo Cardinalium Senatu, Catholicae fidei defensor appellatur.

A Caesare capitur & diripitur Genua: à Turcis Rhodus deditione capitur.

Lutherus scribit librum de vita conjugali, sane turpissimum; ubi inter caetera ait impudentissime, omnino necessarium esse omnibus rei Venereae usum, magis etiam quam cibum, potum, somnum, atque idcirco teneri Monachos & Moniales, posthabitis votis suis, nuptiis operam dare.

Cum imago SS. Deiparae, Romae per arcem Judaeis vicinam deferretur, una Hebraea cum averteret oculos, caeca facta est: quidam etiam Hebraeus, similiter avertens oculos, cervice stetit inversa, quae nunquam post reversa est in statum & locum suum: Franc. Belcarius lib. 17.

Obiit Michael Florentinus Eremita Camaldulensis, vir insignis Sanctimoniae, claruit; Spiritu Prophetico & mira miraculorum gratia, è quibus singulare, cum deploranti mortuum bovem rustico vivum redidit: Arnold. Duac.

Galli Fontem rapidum urbem munitissimam expugnant.

Moritur Paduae Christophorus Longolius, orator celeberrimus.

Pax calamitosa Caesarem inter & Protestantes usque ad Concilium proximum initur.

Hispani Alcmariam frustra obsident, eorumque non pauci in discessu à civibus Alcmariae caeduntur.

Georgius d'Amboise junior, Archiepiscopus Rothomagensis Synodum celebrat.

Moritur Anna Borbonia Ludovici XI. Galliae Regis filia, anno aetatis sexagesimo; similiter Antonius Nebrissensis Hispanus, vir omni scientiarum genere excellentissimus linguarumque Latinae, Graecae, Hebraicae peritissimus, constitutus Historiographus Regius descripsit gesta Ferdinandi & Isabellae, edidit commentarios super Virgilium, Persium, Juvenalem, Plinium &c. Rhetoricam de lingua Graeca, Latinam, Hebraicam; tractatus de ponderibus, mensuris, numeris; aliaque plura opera Theologica, Juridica, Medico-Cosmographica.

Mundi lucem aspicit Carolus Dux Aurelianensis, filius Francisci I. Galliarum Regis.

Cum hoc anno ad inaccessibleem rupem Montis Baldi in territorio Veronenfi, Venerabilis imago lapidea B. M. Virginis, Rhodio ab Angelis deportata fuisset, ex luminibusque nocturnis & caelesti melodia ab incolis adinventam fuisset, populi ad eam venerandam non nisi ab alto montis demissi funibus accedere valentes, precibus Beatam Virginem exorarunt, ut commodiorem locum ad ejus accessum patefaceret; & ecce, arbor maxima ex dura silice spatio unius noctis enata eo in loco, quo media profundis-

simam valle duo altissimi junguntur montes, ramos ita extendit, ut super ipsos commodissimus ad transitum pons construi potuerit, quo ad venerandam imaginem facilius apertus est; hujus arboris miraculosa fructula in aquam immissa mirabilem diversis infirmitatibus oppressis, aquamque devota fide bibentibus, contulere sanitatem; Andreas Vigna in hist. B. V. de Coronâ.

Annus Christi 1523.

Nascitur Ansonii in Belgio Bernardus Olivierus Vir magnae Virtutis & zeli animarum. Cum percepisset Lutherus Principes Catholicos ipsius Novum Testamentum damnasse & proscripsisse, magnam accerbitate in illos scripsit librum de saeculari potestate.

Tormenti ictu in arce sua Lantstal perit Franciscus Sickingius Vir Nobilis.

Bruxellis duo professionis Augustanae, ob Lutheri dogma flammis exuruntur.

Carolus Borboniae Dux, à Gallorum Rege Francisco ad Carolum Imperatorem cum aliquot Galliae Nobilibus deficit, magno Francisci Regis incommodo.

Civis quidam Torgaviensis, ex Monasterio Nymicensi novem Virgines sacras clam Wittembergam abduxit, omnes genere Nobiles, quarum unam non longè post Lutherus incestis nuptiis sibi copulavit.

Joannes Fischerus Rossensis Episcopus & Thomas Morus scribunt contra Lutherum.

Malatestii, qui Ariminum occupaverant, se Pontificis vires sustinere nequaquam posse animadvertentes, Urbinatum Duce interveniente, Arimino & arce cedunt.

Sigismundus Poloniae Rex constitutionem contra haereticos edit.

Decedit Hadrianus Papa VI. succedit Clemens VII.

Moritur Bernardinus de Caravaial, S.R.E. Cardinalis & Episcopus Ostiensis: Item Bogislaus X. Pomeraniae Dux, anno regiminis sui quinquagesimo.

Natus est Carolus II. Burbonius, postea Archiepiscopus Rothomagensis; filius Caroli Ducis Vindocinensis.

Annus Christi 1524.

Caesariani exercitus Dux Borbonius Massiliam obsidens, à Francisco Galliae Rege fugatur; mox Lombardia ferè tota & Mediolanum à Gallis occupatur.

Celebratus est Lucernae Helvetiorum Conventus, in quo vetus Religio & Ecclesiae ritus, caeremoniae & instituta, jussa sunt inviolata retineri.

S. Bennonis Misnensis Episcopi ossa venerabiliter è vetusto terrae tumulo elevantur, quae res male habuit Lutherum; mox ergo libellum edidit hac inscriptione: *adversus novum idolum & antiquum diabolum, qui Misna exaltandus est.*

Zwinglius à Luthero discedit; Carolostadius scribit quoque contra Lutherum; habita sunt Comitium Norimbergae.

Legatus Summi Pontificis Campegius, Ferdinandus Austriae, Archiepiscopus Salisburgensis, Duces Bavariae Wilhelmus & Ludovicus cum aliquot Episcoporum Legatis Ratisbonae Conventum

tum habent, & inter se scelus percipiunt, quo Lutheranae haeresi possent fortius ire obviam.

Henricus Zutphanus Lutheri doctrinae affecta, Meldorpii flammis exurit.

Mediolani in aede Trivultiorum imago S. Hieronymi ex oculis sanguineas lachrymas diu fudit. Bzovius in annal. ad hunc annum.

Pestifera lues Galliam Cisalpinam, ac praecipue Mediolanum invadit, ita ut hoc anno, in ea sola civitate 50000. mortalium absumpserit. Maurocen. hist. Venet. l. 1.

Wittenbergae duo nati sunt, quorum alter capite carebat, alter retortos habebat inversosque pedes.

Thomas Munzerus, è Sacerdote Catholico Lutheranus primus, deinde factionis Enthusiasticae tribunitius concionator, plebem per civitates & pagos contra Magistratus, praesertim Ecclesiasticos ad arma vocat; Lutherum calumniatur; ejusque doctrinam condemnat.

Exustus est hoc anno haeresis causa in Lotharingia Joannes Castellanus.

Ordo Clericorum Regularium Theatinorum instituitur.

Blesis in Gallia, Claudia Valesia Regina migrat ad Superos.

Martinus Valentinus cum duodecim Monachis in urbe Mexicanam advenit, & hoc anno ingentem animarum segetem colligit.

Stanislaus de Oporovv, Ord. S. Pauli primi Eremitae, in Monasterio S. Mariae Clarae Montis cum opinione magnae sanctitatis moritur, cujus corpus dicitur adhuc servari incorruptum.

Joachimus Brandenburgicus Elector nuptias celebrat cum Magdalenam Georgii Sax. Ducis filiam.

Joannes Vaz miles Christianus ex odio fidei à Mahometanis crudeliter interimitur.

Landgrav. Hassiae rebelles rusticos proffigat.

Nascitur Petrus Ronfardus Galliae Poeta celebris.

Hieronymus Alexander vir felicissimae memoriae fecundissimique ingenii, à Clemente Papa Octavo Brundisium Archiepiscopus creatur.

In lucem mundi prodiit Carolus Claudii Lotharingiae & Guisae Ducis filius.

Annus Christi 1525.

Vitae excedit Elisabetha Danica Regina, Caroli V. Imperatoris soror, non tam sanguine & coronata, quam virtutibus praecellens.

Gallorum exercitus à Caesare ad Ticinum vincitur & fugatur, ipsomet Francisco Rege capto; & ad Carolum in Hispaniam missis.

Cornua cervi parieti appensa, sanguine copioso fluunt: praesagium hoc fuit cladis immensa rusticis paulo post illatae.

Octavo Kalend. Junii Procerum Conventus Imperii Spirae indicitur; decretum fuit in ea, ut Concionatores verbum Dei populo proponant & explicent juxta sententiam Doctorum, quos Ecclesia Catholica recepit, utque doceant non seditiosè.

Carlostadius Lutheri Sectae imitator, primus ex Sacerdotum ordine uxorem ducit, scortum dixisse verius; sed quia fretus populi favore, publice Lutherum reprehendere cepit, hic effecit, ut è tota Saxoniae Ducum ditione proffigaretur.

Rustici rebelles in sola Franconia ducentas & eò amplius arces ac Monasteria flammis tradunt:

sed intra annum tam hic quam in Lotharingia & alibi ad centum millia eorundem caduntur.

Plebs Francofurti ad Mœnum & Moguntiae contra Clerum & Senatum tumultuat, sed non impunè tulerunt tumultus autores.

Lutherus à Venere victus Virginem Sancti monialem exemplo Carolstadii sibi uxorem copulat.

Carolus V. Imperator matrimonio sibi jungit Isabellam Regis Lusitaniae filiam.

Albertus quoque Brandenburgicus Magister ordinis Teutonicorum, Lutheri dogma amplexus, uxorem ducit Dorotheam Regis Danorum filiam, & Magistrum nomen in Ducis mutat.

Galliae Reginae Francisci capti mater, pro filio liberando ad Carolum Imperatorem supplices mittit litteras: Caesar Picardiam & Normanniam pro victoriae suae praemio petit.

Thomas Munzerus tumultuantium rusticorum Dux, cum Pfeiffero Collega suo Mulhusii capite plectitur.

Quintinus, sartor Picardus, socio Coppino Insulano, pestiferum Libertinorum errorem in Galliam spargit, inde profugus, eundem in Brabantia Hollandiaque disseminat; fuerunt hi Carabaptistarum proles, fanaticum hominum genus, in quo Gaothici & Valentiniani revixerant; quibus nihil æquè displicebat, nihilque magis improbabatur, atque simplex, proprius & germanus, Sacrae Scripturae sensus.

Hoc ipso anno David Georgius in Frisia erupit, qui cum mulierculas aliquot peccatis onustas reperisset, sese tertium Davidem, verumque Messiam illis persuasit, qui se se beatissimas putabant, si relictis maritis, ex promisso ipsius, quod nugabatur, semine conciperent; hic praeter Sadaucismum, quo negabat veram corporum omnium resurrectionem, Angelos & demones, extremum judicium, baptismum, matrimonium, Scripturas & Regnum Caelorum; abominanda suis tradidit mysteria.

Berlini aliquis Minister haereticorum, qui pro concione S. Paulum mendacii arguerat, subito in suggestu apoplexia extinctus est.

Erfordiae Concionator quidam haereticus, nomine Joannes Culsamerus consistens in suggestu, ac digito monstrans statuam B.M. Virginis sub maximo organo consistentem, in has blasphemias erupit voces: *non quiescam, nec dormitum ibo, antequam idolum illud (statuam Divae Virginis intelligebat) ex hac aede Basilicam ejecero; sed ecce, subito ignis facer digitem ipsius invasit, & eadem nocte subita morte extinctus est, statua autem sanctissimae Virginis in eodem loco permansit.*

Hoc eodem tempore, cum Senatus hic omnium Cœnobiorum, & Ecclesiarum ornamenta in Curiam ferri juberet, etiam argenteas tumbas duorum Patronorum SS. Eobani & Adalarii, sub hoc pretioso praetextu, ne tempore seditionis, praeda fierent impiorum, aurifabro haeretico magna argentea statua S. Mariae oblata est, ut eam liquefaceret, & monetam ex ea cuderet; is arrepto malleo ferreo magnam vi incepit contundere faciem statuae, & blasphemio ore dicere: *sic coercenda sunt idola Papistarum;* & subito excæcatus est, mansitque mendicus usque ad mortem. Tympius in theat. histor. de pœnis Iconomachorum 144.

Mathæus

Mathæus Bascius Ordinem Capuccinorum instituit.

Clemens Pontifex anniversariam 25. annorum Jubilaei institutionem celebrat; concessis indulgentiis, & gratiis spiritualibus, Basilicas Romanas visitantibus.

Moritur Alexander Episcopus Vulturarum in Regno Neapolitano.

Circa hunc annum floret in Corsica sanctitatis fama Stephanus à Renoso.

In Apulia cum sanctitatis fama decedit Joannes de Penna Ordinis Minorum.

Fridericus III. Saxoniae Elector moritur, anno ætatis 63.

Nascitur Georgius Elector Brandenburgicus, filius Joachimi.

Franciscus Pizarrus fortitudine sua bellicam Peruanum Americae Regnum Hispaniae sceptro adserit.

Aslan Tartarorum belli Dux, Sator Tartarorum Chamo deturbato, ejus solium occupat.

Floret Hieronymus Balbus Episcopus Gurcensis in Carinthia, natione Venetus, scripsit tractatum de coronatione Principum. Alium de civili & bellica fortitudine.

Cum hoc anno Alonso Zuasus Hispanus, ex Insulae Atlantidis ad novam Hispaniam navigaret, maximam obortam tempestate fractoque ligno, quosdam in scopulos desertaque Insulas, vulgo degli Alacranis, projectus est, in quibus aqua dulci laborantes, una cum sociis ad ultimum vitae devenerat, multi que jam decesserant, cum S. Anna apparens cuidam puellae, fontem aquae dulcis demonstravit, ex qua omnes recreati, gratias Deo dederunt. Histor. Indiar. Occident. lib. 20. c. 11.

Decedit Franciscus de Buail Archiepiscopus Burdigalensis. Et Antonius de Burgos Hispanus Salmanticensis, J. C. insignis, Romae Signaturae gratia Praefectus.

Moritur Carolus IV. Dux Alençonis, Comes Armeniacensis, Governator Campaniae & Normanniae.

Carolus Dux Burbonius Massiliam fratreanae obsidione tentat.

Cum hoc anno Ecclesiam populi multitudinem non capiente, praesertim ejus foribus sub arbore concionaretur Ven. P. Mathæus Mesuracanus, neccidat, quibus arbor scatebat, ab ingrato cantu cessarent, illis coram toto cœtu in Spiritus sancti virtute praecipit, ut statim obmutescerent, nec ante absolutam concionem hujusmodi concentum repeterent: mirabilis res: vix Pater praecipit dederat, & jam illa à concinendo cessarunt, nec ante praefixum sibi tempus audita sunt. Gonzaga.

Annus Christi 1526.

Carolus V. Imperator, cum Isabella Emmanuelis Lusitaniae Regis filia, Hispani nuptias celebrat.

Nascitur Adolphus Norvegiae & Holsatiae Princeps haereditarius, Friderici I. Danicae Regis filius.

Thomas Anabaptista in oppido S. Galli, in R. P. Brentano Epitome Chronolog.

parentum suorum praesentia, fratrem Leonardum capite plectit, dicens, se velle sequi exemplum Abrahamae Patriarchae.

Nascitur Carolus Clusius Medicus celebris, auctor historiae Simplicium peregrinorum.

Item Henricus Ranzovius, vir sanguine, varioque doctrinae genere illustris, trium Danicae Regum in Holsatia Governator.

Item Martinus Crusius, Rhetoricae, linguaeque Graecae peritissimus, Annalium Sueviae auctor.

Comitia Imperii Spirae instaurantur.

Basilius Moscoviae Dux uxorem Salomeam, cum viginti & eò amplius annis ex ea proles non suscepisset, valde quidem repugnantem, in Monasterium intravit, & cujusdam Ducis filiam Helenam sibi copulavit.

Joannes Fridericus Saxoniae Elector sponsalia celebrat, cum Joannis III. Juliensis ac Clivienensis Ducis filia.

Solymanus Turcarum Imperator Ludovico Ungariae Regi bellum indicit, qui ægre 25. millibus peditum & equitum coactis, hostem invadit, cujus octuplo majores copiae erant, nullo proinde negotio Christiani prostrati sunt, & Rex ipse, cum sibi fugam salutem quaerere vellet, lapsus in paludem, suffocatus est: mox Solymanus Budam occupat: in locum defuncti Regis, ab Ungaris eligitur Ferdinandus, Caroli Imperatoris frater, à quibusdam tamen Proceribus electus est Joannes Ciliz Comes, qui magnas Ferdinando turbas movit.

Rex Franciae Franciscus, ex Hispaniis dimissus, domum redit, ejus filius Caesari obses datur.

Fœdus inter dictum Regem, Pontificem & Venetos contra Caesarem initur.

Mediolanensis arx in pacto Caesareanis traditur.

Fronspergius Caroli Imperatoris Dux cum 12000. Germanorum in Italiam venit.

Joannes Salicetus cum tredecim aliis in Gedanum introductis Lutheranismi auctoribus, jussu Sigismundi Poloniae Regis, capite plectitur.

Casparus Schvvenckfeldius Silesiam falso dogmate inficit.

Circa hunc annum Gerardus & Antonius Minoritae à Calvinistis in Gallia interfecti sunt.

Apollonius Aquilanus, vir insigni virtutum laude clarus, ex Ord. D. Francisci decedit; item Boixius Barcinone.

Ibidem cum fama sanctitatis moritur Sicardus ex Ordine Minorum S. Franciscisci.

Post mortem Ludovici, Joannes de Zapolia à quibusdam Regni Magnatibus Ungariae Rex declaratur, quibus verò Stephanus Bathorius cum aliis reclamatur.

Moritur Adolphus II. Episcopus Merseburgensis, vir doctus, & filius Adolphi Principis Anhaltini.

Nascitur Claudius Lotharingus Dux Aumaliensis, Par Franciae, & supremus silvarum Praefectus, Generalis Locumtenens Normanniae.

Dddd

De

Decedit Henricus filius Henrici Ducis Grubenhagenensis, sine prolibus ex se relictis.

Grillandus scribit de seipso, dum essem hoc anno in quodam Castro Monasterii S. Pauli apud Romanos, ad instantiam Abbatis dicti Monasterii examinavi maleficas incarceratas, ex quibus una fuit, quæ cum deferretur à dæmone suo, revertendo à ludis, in itinere, antequam pervenirent domum, dum esset vicina oppido patriæ suæ, audivit pulsari campanam manè pro *Ave Maria*; sicque dæmon debuit eam deponere & discedere, quam deposuit statim iuxta ripam quandam, ubi erant spineta.

Annus Christi 1527.

Ferdinandus Bohemiæ coronâ insignitur. Cliviæ Ducis Joannis III. filia, nuptias celebrat Torgavii, cum Joanne Friderico Saxoniz Electore.

Borbonius Cæsarei exercitûs Dux castra Romanæ urbi admovet, & in ipso assultu per inguen dextri femoris glande trajectus occumbit; at milites ejus morte nihil absteriti, urbem occupant, magnâque civium strage editâ, nec ipsis Ecclesiis parcunt, quarum thesauros diripiunt: ipse Clemens Pontifex captus & in custodiam datus est, non nisi post septimum mensem libertati assertus.

Rotenburgi ad Neccarum Anabaptistæ quidam urriusque sextus ultimò sunt affecti supplicio; horum Dux & Doctor Michaël Sellarius apostata Monachus, pro meritis horrendas luit pœnas, primùm excisa illi lingua impia, deindè ignitis laceratus forcipibus, & ad ultimum igni traditus. Aliis quoque multis Germaniæ locis severiter in Anabaptistas animadversum est, etiam à sectariis.

Henricus VIII. Angliæ Rex Carolo Imperatori bellum indicit, ejusque amitam Catharinam, conjugem suam, fratris sui viduam, repudiat, mox à fide Romanâ deficiens Annam Bolenam matrimonio sibi jungit.

Wormatiæ Jacobus Kautius novam hæresin spargit, inter alios articulos agebat, baptismum parvulorum prorsus à Deo non esse, sed directè contra Deum, & contra Dei doctrinam: in Sacramento seu cœna Domini, non esse substantiale corpus aut sanguinem Christi.

Oecolampadius Basileâ ob doctrinæ suæ pertinaciam expellitur.

Georgius Wagner in hæresin lapsus, Salisburgi ex viris primariis, rogo addicitur. Ob idem vitium pari pœnâ mulctatur in Bavaria. Leonardus Cæsar.

Foret in Indiis Petrus Cordubensis ex Ord. D. Dominici, tantis miraculis clarus, ut mari, ventis & tempestatibus videretur imperare. August. Padilla in histor. Mexicana.

Rustici ditionis Salisburgensis denuò seditionem movent, sed paulò post armorum vi subacti, partim pecuniariâ partim capitali pœnâ temeritatem non pauci luere debuerunt.

Joannes IV. Episcopus Hildesienfis Episcopatum resignat Balthasaro Imperatoris Vice-Cancellario.

Sigismundus Poloniæ Rex Tartaros profigat.

Decedit B. Baptista de Varanis Ordinis pauperum Sororum S. Claræ Camerini in Umbria, meditationi Passionis Salvatoris addictissima, plures ecstases passa est, Christi que ac Sanctæ Claræ visitatione frui digna fuit: eam Deus post mortem insignibus honoravit miraculis.

Nascitur Barbara, Joachimi Electoris Brandenburgici filia, conjunx postea Georgii Ducis Lignicensis in Silesia: item Philippus II. Rex Hispaniæ.

Leonardus Cæsar, ob pertinacem Lutheranismi defensionem, jussu Guilielmi Bavariæ Ducis concrematur.

Maximilianus II. Imperator nascitur.

Trajectum ab Hispanis expugnatum.

Henricus Cardona creatur S. R. E. Cardinalis.

Annus Christi 1528.

Moritur Hippolytus de Marsiliis, Jurisperitus insignis.

Nascitur Albertus Bavariæ Dux, Imperatoris Ferdinandi gener.

Calendis Augusti, Carolus V. Imperator, datis Vallisoleti litteris, Imperii Conventum Spiræ indicit.

Basilio Moscoviæ Duci, filius nascitur Joannes ex Helena.

Dux Geldriæ Carolus multis suis oppidis amissis, tandem ut se Carolo Cæsari dederet, adactus est.

Trajectensis Episcopus, omnem ditionem suam in jus Ducis Brabantiz & Comitum Hollandiæ, qui idem Cæsar fuit, transfert.

Fames ingens premit Italiâ, præsertim Insubres & Venetos, ex quâ multi perièrè.

Tiguri visi sunt tres soles.

Accidit Basileæ sequens tragedia: Cives quidam honestus & dives Christophorus Bongartnerus, uxorem suam de adulterio suspectam habuit, extorquet vi ab uxore, ut fateatur se cum famulo rem habuisse, id si faciat, promittit impunitatem, sin neget, præsentem minatur mortem. Illa fateatur quod non fecerat, sed mox fugit ad sororem in pagum. Attamen amicorum intercessione mulier conciliata marito, rediit ad ædes illius. Eâ nocte fertur ad commune admiffa cubile. Atqui verò alterâ die, quæ erat Dominica, ablegatâ famulâ, & liberis ex priore conjugio susceptis, primò gravidam uxorem confodit, inde filiam vix quadrimam. Mox epistolam scripsit ad Senatum, & ter invocato nomine Jesu, è summa ædium suarum parte se præcipitem dedit, fractis cervicibus. Epistola illa continebat, quid & quo animo fecisset. Porro de eo, licet mortuo, grave est sumptum supplicium, & corpus ejus fractis ossibus sublimi rotâ impositum.

Galliæ Rex Neapolim cum 60000. obsidet, Germanis & Hispanis fortiter defendentibus, & deditionem petitam recusantibus; tum mense Julio sævissima lues Gallicum adeò corripit exercitum, ipso Lotrechio primario Duce, & multis aliis egregiis viris extinctis, itâ ut ex dicto militum numero, ut quidam

dam annotârunt, ægrè quadringenti ad sua redierint incolumes.

Ab eodem Galliæ Rege deficit Andreas Austria, vir summæ autoritatis, Caroli Cæsaris amicitiam amplexus: qui brevi tempore Genuam Gallis eripit, eamque pristinæ libertati restituit, sicque se patriæ gratum testatus est. Nec fuere ingrati Genuenses, hi Austriæ principatum obtulèrè, ipse cum insigni continentiz exemplo recusat; majora virtutis & fortitudinis bellicæ exempla contra barbaros & Turcicos piratas ostendens: decreta est illi deinceps à Republicâ restitutæ libertatis ergò statua Colossææ magnitudinis è Lunensi marmore, cujus basi hæc inscripta erant: *Andræ Austriæ civi opt. felicique vindici atque auctori publicæ libertatis, Senatus populisque Genuensis posuit.*

Ferdinandus Rex Ungariæ Joannem Ciliæ Comitem, Regem pariter contra se electum, Budâ ejicit, & Toccajum usque trans Tibiscum fugere compellit, qui proindè à Poloniæ Rege auxilium postulat: interim Turcæ Ungaris disfidens Jaiciam urbem in Illyrico cum multis aliis occupant.

Lutherus contra Zvinglium & Oecolampadium scribit.

Die 20. Julii Henricus quidam Lutheranus Tornaci combustus, sequenti nocte fociis in carcere totus ardens apparuit, illis præ timore clamantibus, ait: nisi ab errore cessetis, mecum peribitis in æternum. Excitatus clamore carcerarius Consules urbis advocavit. Dicunt illis vincti, facite de nobis quod volueritis, modò prius confiteamur, ne cum Henrico pereamus. Massæus lib. 20. Chronic.

Antonius à Prato, tit. S. Anastasiæ Presbyter Cardinalis, Archiepiscopus Senonensis, Galliarum Primas & Franciæ Cancellarius, de Suffraganeorum suorum consensu Concilium Provinciale celebrat, decretaque edit, quibus exitiale Lutheri & cæterorum id genus hæreticorum virus aliquâ ex parte detegeret & reprimeret.

Andreas ex Olmo, & Franciscus Colmenarius ex Minoritarum Ordine, in Indiis ingenti animarum lucro prædicant.

Ludovicus Lerma similiter Franciscani Ordinis in Italia Tenariffa vitæ sanctitate & miraculis fulget.

Ad cælos abit Pelagius ex Ord. D. Dominici, multis miraculis à morte clarissimus. Item B. Paulus Justinianus Congregationis Camaldulensis, titulo Montis Coronæ reformator.

Ope Virginis Mariæ Monserratenfis, innocens quidam, de homicidio suspectus, è furcâ suspensus, triduo vivus manet, & tandem rupto fune in terram cadens exclamat: *O Virgo Monserratenfis!* sanusque domum revertitur.

Alius ob paris delicti suspicionem incarceratus, quatuor carceris portis spontè apertis liber discedit: à dæmone alius obsessus admotione candelæ apud Montem Serratum sacratæ, à stygio hoste liberatur. Bzovius in Annal. ad hunc annum.

Hugo Episcopus Constantiensis post 33. annorum regimen, Episcopatum resignat. R. P. Brentano Epitome Chronolog.

gnat, succedit Balthasar Merckel à Waldkirch.

Caspar de Avalos ex Episcopo Accitano ad Archiepiscopatum Granatensem promovetur.

Die Veneris pridie S. Marci, Cracoviæ incendium à nova porta erumpens, omnia ædificia sacra ac profana, usque ad S. Stephani templum, quatuor ferè horarum spatio consumpsit. Claustrum S. Marci, & templi pars anterior, Clepardiz universa tecta conciderunt.

Moritur Georgius Baro Frosbergius bello orbi notissimus.

Paulus Æmilii Veronensis historicus sui temporis nobilissimus diem vitæ claudit extremum: Scripsit decem libris historiam Franciæ.

Anno hoc in Sueffionensi quodam pago multi sacro igne correpti ad Virginis templum Sueffionense remedium quæ situri venerunt: Votis eorum & precibus cœli Regina respondit, intra dies quindécim sanatis maribus centum & tribus, puellisque ternis duntaxat liberatis, vel quia non plures ignis attingerat, vel quòd solis illis esset expediens; quin & ipsa Virginum Virgo venit in templum cœlesti agmine stipata, templo ipso fragore adventum testificante; Fama est nonnullis, pridie illius diei, in quo morbum horribilem depulerat, cœlitus lucem oculis offusam, quæ per templi specularia faciem lumine, mentem gaudio complevit. Sed illud inibi valdè mirabile. Puer annorum undecim pecoris custos, à matre in illud templum adductus, cum valetudine obtentâ, citius quàm oporteret, reductus esset in patriam, beneficiique memor, gratis agendis, donoque attentius recollendo redire vellet ad templum, neque id ab ingrata matre pervinceret: O recidam, inquit, & me iterum ignis infestet, ut redire necesse sit, morboque urgente sacra ædes revisatur, unde tam immaturè discessi: exauditis precibus renatoque morbo relatus est puer, ut autem limen attingit sacrosanctæ ædis, somno confopitur, sed sacre strepitu pompæ, quæ tum agebatur, excitus, solvit ora clamoribus, inque gratiarum actionem effusus est totus: narravitante Dei se constitisse conspectum, Deiparamque vidisse pro misero populo supplicantem, Deumque suæ Genitrici, ut ignis ille sanaretur, concessisse.

Moritur Andreas Mathæus Aquaviva Dux Atrientis Neapolitanus: primò castra secutus plura fortitudinis specimina dedit, plus tamen fortis quam felix, captus in prælio, mox tamen à Ferdinando Aragoniæ Rege liber dimissus, studiis se deinceps totum sacravit: scripsit encyclopædiam, Commentarium super Plutarchi librum de virtute morali, Tractatum de re Equestri.

Sub annum hunc Andreas ex Olmo in Indias Occidentales venit: ibi bis diverso tempore plurimi ex Indis convenerunt, illumque statuerunt occidere; cum verò innumeras in illum sagittas, quasi certissimò transfixuri, misissent, sagittæ, ubi corpori illius appropinquabant, continuo retorquebantur in ipsos jaculatores. Quæ res conspecta & divulgata, maximo omnibus im-

posterum terrori fuit. Bozius de signis lib. 12. c. 21:

Obit Azmardus Gauffier Episcopus Albiensis, illustre membrum Ordinis Benedictini.

Annus Christi 1529.

Nascitur Joannes Fridericus II. Joannis Friderici I. Saxoniae Ducis filius. Item Ferdinandus Archidux, Ferdinandi I. Imperatoris filius.

Brixiae inveniuntur Reliquiae SS. Martyrum Marini Presbyteri & Stephani Diaconi; qui ambo cum Beatis Martyribus Faustino & Jovita variis tormentis cruciati sub Hadriano Imperatore, praclarum Christianae fidei testimonium reddiderant.

Philippus à Flersheim, J. U. Doctor, vir animi frugalioris, prudentiae singularis, in Nemetum Antistitem ex Praeposito postulatur, mortuo Georgio.

Germania sudore Anglico laborat, magnam incolarum suarum jacturam, item ingenti annoe caritate.

Basileae cives tumultuantur, & 12. Senatores loco movent: quin & sacras Imagines in templis omnibus demoliuntur, Missamque abolent.

Princeps Hassiae Philippus, dolens inter Lutherum & Zvinglium tam atrox extare dissidium, volens eos in concordiam redigere, Marburgum utriusque factionis homines convocavit, ubi post acrem altercationem re infectam discesserunt.

Solimannus Turcarum Imperator, acceptam per deditionem arcem Budensem, milites praesidiarios contra fidem datam trucidari praecipit, & mox Viennam cum 30000. militibus obsedit; obsidionem tamen ingenti suorum jacturam solvere cogitur.

Flandris, Hollandis, Seelandis repentina Oceani inundatio damna dat longè gravissima, aliquot locis planè submersis.

Carolus V. Imperator in Italiam venit, Bononiae à Clemente Papa summam pompam excipitur, & pax inter ambos nec non Franciscum Galliarum Regem firmatur: intercedente Pontifice, Franciscus Sfortiae Principatus Mediolanensis restituitur: dum hæc aguntur, Isabella Caroli uxor filium parit, cui propter avi materni memoriam Ferdinandi nomen impositum est.

Cæsar nunc bellum contra Florentinos movet: Capta Lastra, Sarræ Columnæ legio proflicta, Marius Ursinus & Julius Cruceus intercepti, Pyrrhi à Petro Castello copiam fusam, Pistorienses & Pratenes per deditionem accepti, Petra sancta pariter dedita.

Maltha sive Melita Insula Rhodianis inhabitanda conceditur.

Protestantium nomen primum auditur.

Mercurinus Alborius de Gattinara, Caroli V. Imperatoris Cancellarius, mortuam conjugem sacro Cardinalium Collegio adscribitur.

Nascitur Carolus II. Marchio Badensis.

Annus Christi 1530.

Argentoratenses, Tigurense, Bernenses, Basileenses, paciscuntur, mutuumque fœ-

derunt, contra novæ fidei suæ futuros oppugnatores.

Carolus V. Bononiae coronatur. Eodem anno coronam Lombardicam accipit, Augustæ Vinelicorum Comitum indicit. Ubi ipsi Confessio Augustana primò exhibetur.

Joannes Wilhelmus, Joannes Friderici Saxoniae Electoris filius nascitur. Lutherus motus discordiæ concionatorum sectæ suæ, edit cathichismum.

Eleonora Imperatoris soror, & cum ea duo Regis Francisci filii Franciscus & Henricus, qui jam ad quadriennium apud Hispanos obsidum loco permanerant, in Gallias profecti sunt, excepti sunt omnes incredibili totius populi gaudio.

Florentia ad undecimum jam mensem obsessa, & ad extremam rerum omnium penuriam redacta, cogitur se Imperatorio & Pontificio exercitui dedere.

Romæ ex multâ pluviae copiâ tanta extitit Tiberis inundatio, ut in campo Floræ ad longissimam hastæ longitudinem excelsisse visus sit, multaque ædificia subruerit, & per vicinas regiones ad 12000. hominum extinxerit.

Flandros, Seelandos, Hollandos, atque etiam aliquot Franciæ subjectos populos Oceano finitimos, mare ab imis visceribus exagitatum vehementer afflixit, partim aggeribus perruptis, partim ipsos aggeres undâ ad tres vel quatuor pedes excedente. Feruntur ex repentina inundatione permulti mortales & bruta animalia grandi numero periisse, dempualis incommodis & damnis urbium & ædificiorum quæ fuere gravissima.

Diem suum obiit Mechliniæ Margarita Cæsaris Maximiliani filia, Belgarum moderatrix laudatissima.

Inter A catholicos fœdus Smalcaldicum initur.

Patricius Hamiltonius in Scotia ultimo affectus est supplicio ob hæresim Lutheranam. Bucholz in Chronol.

Auspiciis Caroli V. Imperatoris Provincia Culiacana in Americâ inventa est.

Multi in Regno Quitensi populi Christiana sacra suscipiunt.

Obit Venerabilis Gentilis, Spiritu prophetiæ, miraculis, & patientia illustris, vidua in Ravenna.

Item Maria Clementii Clarissa Coletana Alençonii, sanctitatis fama celebris.

Maria à Gratia Sanctimonialis virgo in Monasterio S. Claræ Gienni in Hispania, actam in summa austeritate vitam concludit. Idem facit B. Margarita Virgo Monialis, Georgii Bavaricæ Ducis filia. Nec non Magdalena Magalonia Cæsaraugustæ.

Petronella Nella Virgo Dominicana, Florentiæ in Monasterio S. Catharinæ Senensis cum opinione sanctitatis moritur.

Obit cum fama sanctitatis Alençonii, Gabriel à Nozajo Ord. S. Francisci. Item Mortari Elisabetha ejusdem instituti professa.

Floret insignis virtutis laude Joachimus à Villilupo Ord. S. Francisci. Decedit ex eodem Ordine cum sanctitatis opinione Robertus Stuardus in Scotia.

Clarent

Clarent Fortunatus Gavia Hispanus, juris peritiâ celebris, & Sylvester à Summa Theologico-Canonicâ illustris.

Nicolaus II. Senior Comes Salmensis, ex accepto vulnere in propugnatione Viennæ moritur.

Purpuram Cardinalitiam cum vitâ depont Mercurinus Alborius de Gattinara.

Floret Ludovicus Aligerius Jurisconsultus celebris Veronæ.

Decedit ex vivis Arias Barbosa: scripsit plura soluto & ligato stylo, quæ inter volumen Poëmatum. Quodlibeticas quæstiones, de prosodia, epometria &c.

Coroniæ sive Brassovæ in Transylvaniâ Academia fundatur.

Moritur Henricus Cardona S. R. E. Cardinalis, & Archiepiscopus Montis Regalis.

Inter viros Ordinis nostri doctissimos & Philosophos hujus sæculi præstantissimos floret hoc tempore Benedictus Majoricensis, S. Pauli Romæ Monachus: scripsit inter alia in librum Porphyrii Commentaria, & in Logicam quæstiones universales.

Florent quoque ex eodem Ordine inter præclarissimos Pontifices Philippus de Cossè Constantiensis in Normanniâ Episcopus, & Eusebius Priolus Episcopus Vegiensis.

Annus Christi 1531.

Ferdinandus I. Archidux Austriae, Bohemiae, Hungariae Rex, pro Rege quoque Romanorum declaratur, & coronatur paulò post Aquisgrani, frustra se ejus electioni opponente Electore Saxoniae.

Batavi Uraniam in Brasilia condunt.

Moritur Tubingæ Joannes Stæfflerus Mathematicus insignis.

Sueci Francofurtum ad Viadrum expugnant.

Magnam virtutis famam moritur Godefridus Alberti Monachus Alnensis, ex Congregatione Cisterciensium.

Monstrum marinum, quod Episcopi habitum mentiebatur, ad Sigismundum Poloniae Regem deportatum est. Meyerus lib. 14. Annal. Flandr.

Mense Januario Lusitaniam concutit inusitatus terræ motus, ita ut multi mortales terræ quassatione & ruinis oppressi sint, præsertim Ulyssipona, quæ urbs damnatum sensit incomparabile.

Rursus Smalcaldiam Protestantes conveniunt, acturi de defensione sui, si quæ vis ab hostibus, nempe Catholicis inferatur. Fridericus Daniæ Rex, Magnopolensis Henricus, itemque Pomeraniæ Dux Berninus, Lubecenses quoque & Luneburgenses, alique quædam civitates fœderi minimè subscripserunt.

Maria Germana soror Caroli Imperatoris, Ludovici Ungariæ Regis vidua Belgii administrationi præficitur.

Tigurini & Bernates Zvingliani, Quinquæpagis Lucernatibus, Uranis, Suiciis, Untervaldis & Tugianis, qui Catholicam Religionem fortissimè tuebantur, omnes convehendæ annoe additus præcludunt, quam ob causam dicti Quinquæpagici illis bellum indicunt, &

paulò post 1500. Tigurinos cædunt, quo in prælio ipse Zvinglius hæresiarcha occubuit, cujus cadaver igni est traditum. Die 17. 24. & ultimâ Octobris eidem hæretici sat magnam suorum clade denuò cæsi ac victi sunt: ad extremum certis conditionibus pax redintegrata est.

Oecolampadius à pellice suâ extinctus in lecto reperitur.

Multi ad Lutherum à Zvinglianismo deficiunt.

Protestantes Francofurti rursus conveniunt, acturi de ulteriori sui fœderis defensione.

Hæc procul ab Harlemio ejectus est piscis ingens ex Oceano, longus 68. pedes, crassus 30. oris tantam vastitate, ut pateret pedes duodecim.

Saxoniae Elector cum Protestantibus Principibus, Angliæ, Galliæ, Daniæ Regum, patrocinium contra Cæsarem implorat.

Moritur Joannes Lascus Archiepiscopus Gnesnensis.

Calendis Augusti Cometes apparuit.

Poloni paucis copiis Ternovio Duce, ingentem Moldavorum exercitum cædunt; ceciderunt 14000. intercepti supra 400. castra direpta, & tormenta 48. capta sunt.

Moritur subitanè morte Balthasar Episcopus Constantiensis & Hildesienfis.

Alexander Dux Florentiæ à cognato miserè interimitur.

Moritur Joannes Saxoniae Dux.

Ferdinandus Vaquerius primus Episcopus Goanus consecratur.

Summam in Imperio auctoritatem apud Carolum Augustum, & Ferdinandum Regem gratiam eminet Gervvicus ex nobili Blaterorum genere, Monachus & Abbas Benedictinus Weingartensis, vir præter familiæ splendorem, doctrinam, facundiam, & Juris utriusque praxi spectatissimus.

Annus Christi 1532.

Bevelandiam Australem mare inundat, everfis pagis plurimis cum Borsela oppido, immensoque hominum pecorumque numero in aquis suffocato.

Hispani Cartagenam in America condunt.

Nascitur Cordubæ Franciscus Toletus, vir doctrinam & pietate celeberrimus à Societate Jesu, S. R. E. Cardinalis.

Die Decembris S. Barbara sacro, nocte mediâ vix elabente, illud arcis sacellum, in quo Sindon Dominici corporis in sepulchro olim involucrium asservabatur, Camberii Allobrogum flammis incognitis exarsit: accurrebant omnes; sed omnium diligentissimè Philibertus Lambertus, qui Duci erat à clavibus & Consiliis, ascito secum ferrario fabro Guilelmo Puffodo & Franciscanis duobus. Hi imperterriti animo per medios ignes gradiuntur, cancellos ignitos aræ maximæ affixos serasque effringunt, Sindonem liquefactam jam capsam argenteam extrahunt, & integram, cedente circum flammam, reportant. Nec multò post Sindon publicè reperta est integerrima, nisi quòd (extra sacrae Iconis partes) in complicatu exiguae quædam ambustionis notæ, veluti miraculi testes, remanserunt. Bzovius in Annal.

Ob Turcas Germaniæ imminentes, Carolus Imperator pacem cum Protestantibus init.

Christiernus Danorum Rex. ob tyrannidem pulsus à suo regno, conscripto milite, decimo exilii sui anno conatus est amissas recuperare ditiones, sed ubi in Norvegiam & Daniam venit, captus est, missusque in carcerem, in quo etiam diem extremum clausit.

Pars Turcici exercitus Casono Duce, à Germanis & Ungaris cum 8000. strage cæditur, ipseque cecidit Casonus. Solymannus interim cum summa exercitus Stiriam depopulatur, Guntium oppidum per 23. dies, Nicolao Juri schizio illud magnanimitè magno barbarorum damno defendente, obsidet, & tandem ditione capit, sed cum Christianorum exercitu congregari non ausus, cum 30000. Christianorum præda, fugitivi instar viam Constantinopolim relegit.

Andreas Auria Cæsareæ classis Præfectus, aliquot Græciæ urbes expugnat.

Joannes Saxoniam Dux, Lutheri patronus, haud procul Wittenbergâ, in loco venationis moritur.

Michaël Servetus Hispanus ingentes de SSS. Trinitate errores spargit.

Georgius Wicelius vir impensè doctus & Lutheranismò addictus, ad Catholicam fidem revertitur.

Stylum in Lutheranos exercet Michaël Vehus ex Ord. D. Dominici.

Erardus Marcanus Leodiensis Episcopus Protestantium multos partim expellit, partim supplicio afficit.

Melchior Hofmannus, Anabaptistarum in Germania inferiore primarius, Argentorati in carcere moritur, post quem Joannes Mathiæ pistor Harlemensis, vir rudis & indoctus, callidus tamen & versipellis, Anabaptismi vexillum erexit.

Andreas Spoletinus ex Ordine Franciscanorum, Rege Festâ in Mauritaniâ, & Principibus multis præsentibus, uel palam faceret esse veram Christi doctrinam, quam prædicabat, undique flammis est circumdatus, & illæsus in iis diu permansit. Quocirca Mahometani lapidibus in eum coniectis, mortem illi intulere. Thom. Bozius de signis Eccles. lib. 15. c. 5.

Moritur Rainhardus à Rieppauer Episcopus Wormatiensis.

Item Ericus Episcopus Paderbornensis, ex Ducum Brunsvico-Grubenhagenensium familia ortus.

Cum laude magnæ virtutis decedit Bernardina Antonii Clarissarum Fulginensium Abbatissa. Item Cæsaraugustæ Maria Lopetia Ordinis Clarissarum, Necnon Didacus Discalceatus in Aragonia.

Joachimus Maisterus, insignis Philosophus, Orator ac Poëta, è vivis discedit. Item Antonius Albicius Florentinus, vir omnivariâ scientiâ, Mathesi maximè excultus: Scripsit in Euclidem.

Ludovicus Gonzaga Clementis VII. Papæ belli Dux Anconam expugnat, & arce novâ redit magis munitam.

Jacobus Babou ex prænobili familia apud Turonenses Episcopus Ingulismensis moritur, succedit in Episcopatu Philibertus frater ejus germanus.

Ericus Episcopus Paderbornensis & Osna-bruggensis, ad Sedem Monasteriensem transferendus, moritur. Item Henricus Dux Lunenburgicus, filius Ottonis victoriosi.

Annus Christi 1533.

Angliæ Rex Religioni Catholicæ apertè bellum indicit, ideò à Papa excommunicatur.

Georgius Saxoniam Dux Lutheranos persequitur, contra quem Lutherus proinde calammum acerbè stringit.

Anabaptistarum error VVestphaliam inficit.

Antverpiæ insigne templum Virginis Deiparæ conflagrat, incendii origine incomperatâ.

Elisabetha Annæ Bolenæ filia nascitur Henrico Anglorum Regi. Maria Catharina Cæsaris materteræ filia, regni titulo se abdicare coacta est.

Summus Pontifex, rogatu Francisci Regis Massiliam profectus, nuptias Catharinæ, ex juniore Laurentio Mediceo neptis suæ, quam jam antè Henrico Valesio Francisci Regis filio desponderat, incredibili totius Galliæ studio celebrat.

Henricus VIII. Angliæ Rex, Regem Galliæ in Cæsarem concitare studet, & Clerum Anglicanum opprimit, & Annam Bolenam Reginam coronari jubet.

Venetorum classis Turcarum triremes vincit, quarum quatuor perfractæ submersæ sunt, tres captæ, reliquæ magnâ ex parte remigibus nudatæ, Alexandriam ex fugâ petiverunt.

Lutherus Galliam Regem in sententiam suam trahere nititur, sed frustrâ; ejus tamen soror Margaretha Navarra Regina, faciles ei aures præbet.

Papa Joannem Magnum Gothum Upsalensem Archiepiscopum consecrat, & in Sueciam cum potestate Legati à Latere mittit, ut Ecclesiis Cathedralibus desolatis, Antistites Catholicos præficeret, hæresesque pro virili extirparet.

Dæmon per veneficam Schiltach Germaniæ oppidum incendio tradit.

Moritur Romæ Ludovica de Albertonibus, miraculis post mortem clara.

Item Jacobus de Larmendie ex Abbate Silvæ majoris Ordinis S. Benedicti Episcopus Sarlatensis, Necnon Venerabilis Joannes de Castro Villari Ordinis S. Francisci de Observantia, Cosentini in Calabria, ubi corpus ejus incorruptum requiescit.

Item Franciscus Picus Comes Mirandolæ Græcè Latineque doctissimus.

Decedit cum opinione sanctitatis Quiteria à Cruce, Hispana Ordinis S. Francisci: item Maria Mugnosia Tertiaria in Hispaniâ.

Franciscus Pizarrus Hispanicarum copiarum Præfectus Atabalipam Regem Peruannum trucidari jubet.

Op.

Oppidum Delphense in Hollandia incendio conflagrat: erant autem eo tempore ibi tres Imagines Deiparæ Virginis: grassante ergo incendio, omnia circumquaque flammis vastata, eaque in cineres redacta fuerunt, tres verò istæ Deiparæ Virginis Imagines, quæ multis inde ab annis pietatis & religionis ergò istis in locis erectæ erant, inviolatæ & illæsæ penitus permanserunt. Bredenbach. Collat. lib. 3. capite 24.

Moritur Basilius III. Magnus Moscoviæ Dux, filius Georgii III.

Ad Cardinalitiam dignitatem evehitur Philippus, Ducis Albani Archistrategi Cæsarei frater, ex Monacho Corbiensi ejusdem Cœnobii Abbas, dein Episcopus Bononiensis.

Decedit Joannes Aventinus cognomine Thurmayer, Historiographus insignis, anno ætatis 68. quondam Præceptor Ludovici & Ernesti Bavaricæ Ducum.

Annus Christi 1534.

Nascitur Joannes Maldonatus è Soc. JESU, Theologus toto orbe famosissimus.

Anabaptistæ Monasterium Westphaliæ Metropolim occupant, Senatam amovent, & factorem quendam Regem creant. Ille plures, ut vocabat Apostolos, ad pervertendas varias urbes emisit, qui autem capti & capite plexi sunt. Paulò post urbs Monasteriensis arctissimâ obsidione premitur, eoque redacti sunt cives, ut mures & glires pro cupediis habuerint, corio pellibusque contusis & coctis, panis loco uterentur, Rege interim imaginario non ad necessitatem modò, sed ad luxum etiam rebus omnibus abundante: Episcopi copiæ militares postea urbe potiti, atrocem hominum cædem fecerunt, Rex & Cnipperdollingus capti sunt.

Sigismundus Poloniae Rex severo proposito edicto, omnes Polonorum liberos, qui VVittenbergæ litteris operam darent, inde revocat, aliisque, ne eò profiscantur, interdicit.

Parisiis in ipsa aula regia, atque aliis ejus urbis & Regni locis, scripta quædam affixa fuere Zyvingliani dogmatis, quibus sacrosancta Eucharistia indignis contumeliis lacerabatur. Ea res Franciscum Galliam Regem vehementissime commovit, indictaque publicâ processione, in qua ipse apertè capite pedes incensit, ardentem gestans facem, sequente eum Reginâ Eleonorâ, regisque liberis & aulæ Proceribus, omni que populo, scelus hoc expiare conatus est: ac deinde à meridie gravissimâ oratione ad ejus teterimæ hæresis extirpationem omnes hortatus est. gravissima quoque de quibusdam hæreticis supplicia sumpta sunt.

Angliæ Rex, gravissimè ferens à Pontifice contra se latam excommunicationis sententiam, totum se ab obedientia Romanæ sedis subducit, atque in Conventu Parlamenti VVestmonasterii se supremum Ecclesiæ Britannicæ caput vocat, eoque nomine sibi sacrorum proventuum annatas, decimasque deinceps perfolvi jubet.

Moritur Clemens VII. Papa; succedit Paulus III. Farnesius, qui nepotem suum Alexandrum Farnesium sacra purpurâ ornat.

Landgravius Hassiæ, pactus prius cum Rege Gallorum, copias conscribit, & profligatum à Ferdinando Rege Ulricum VVirttembergensem Principem, cælis dicti Ferdinandi copiis, vi restituit; tandem certis conditionibus pax inter utrosque conciliata est. Eodem tempore inter Ferdinandum & Saxoniam Electorem pacem fecerunt Moguntinus Archiepiscopus, & Saxoniam Dux Georgius.

Imperator ut Franciscum Sfortiam Ducem Mediolanensem arctius sibi devinceret, è Belgio accitam Christianam, Christierni captivi Regis Danorum filiam, suam è sorore neptem, illi matrimonio jungit.

Aloysius Grittus, Andreæ Gritti Venerorum Principis filius, à Solymanno Turcarum Imperatore Legatus in Ungariam missus, ob procuratam Americi Episcopi Varadiensis necem ab Ungaris trucidatur.

Solymannus Turcarum Imperator duo ingentia terrâ marique bella movet, Muleassem Tuneti Regem triumphat, armisque terrâ petit Persarum Regem, Babyloniam capit.

Thomas Morus Regni Angliæ Cancellarius, impio Regi nolens assentiri, carceri mancipatur.

Thomas de Vio Cajetanus, Ordinis Prædicatorum, Archiepiscopus Panormitanus, moritur.

Obiit Joanna à Cruce Abbatissa Tertiaria Ordinis S. Francisci in territorio Hispaniæ Toletano, vitæ sanctimoniâ illustris. Item Elisabetha ab Annunciatione Lusitana Ord. Minorum S. Francisci.

Ludovicus Areostus Italici carminis vates percelebris obit.

Fridericus II. Daniæ Rex nascitur.

Vitam deponit Alphonfus I. Mutinensis & Ferrariensis Dux. Similiter Joannes Aventinus, natione Germanus. Scripsit Annales Universales, Chronicon Schyrense. Historiam Utinensium. Numerandi per digitos numerosque, quin etiam loquendi abacum, sive explicationem ex Beda cum picturis & imaginibus. Antiquitates Germaniæ.

Galli pedem in Canadensi America septentrionalis regione per ampla figunt.

Diethelmus S. R. I. Princeps & Abbas S. Galli, novantibus infractâ constantiâ se opponit, fidei Catholicæ insigniter consulit, & recepto à perduellibus cœnobio, longè etiam positus ipsâ virtutum famâ animum addit & confirmat.

Ex hac lachrymarum valle transit B. Petrus Montis Coronæ Monachus; huic morti proximo eum fandi facultas violentiâ morbi ablata esset, paulò ante supremum vitæ anhelitum restituta est, cum inter illam silentii diurnam moram gravissimo conflictu cum dæmonibus luctaretur. Solutâ proin rursus linguâ hilaris, in eamquam primùm juxta & suprema verba erupit, *Ego vici, ego vici, ego vici. Te Deum laudamus.*

mus, Te Dominum confitemur. Mox Fratribus cantici ejusdem cætera prosequentibus, cum sine cantici felicem ille animam creatori suo transmisit.

Annus Christi 1535.

Moritur Hermannus VII. Comes Hennebergicus.

Vir quidam templum S. Lucæ in monte Guardia propè Bononiam ingressus, Sacerdotem se simulavit, cumque illi claves afferrentur, eas dum arcæ admovet in qua miraculosa Dei parentis Imago asservatur, subitâ vi percussus, atque obstupescit, humi pronus concidit, unde agrè allevatus fraudem confusus aperuit. Bzovius in Annal. ad ann. 1433.

Solymanus Turcarum Imperator, hortante Ibrahim & Ulamane, in Tammatum Perfarum Regem iterum movet, Taurisum expugnat, & à militibus diripi finit; ingens hic facta præda bonorum & hominum utriusque sexûs ac conditionis, inde in Mesopotamiam cum exercitu redit. Delimethes autem Satrapa Perfarum fortissimus, cum expeditorum equitum numero, per nota itinerum compendia Turcas insequitur, eosque jam nihil adversi formidantes undique invadit, perturbat, opprimit, ita ut Bassæ ipsi vix evaserint: vix unquam Turcæ majorem cladem, vel in pugna cruentissima feruntur accepisse, ablatis præsertim tormentis & tabernaculis, cunctisque vas castrensibus & impedimentis, atque insuper plusquam dimidiâ equorum parte desideratâ, Ibrahimus belli suasor exinde Imperatoris gratiâ, quam antea solus totam possederat, excidit, & nocte in pluvio dormitans in cubiculo, cultro adunco, quem Solymanus carnifici de manu tradiderat, jugulatus est.

Episcopus Roffensis, & Thomas Morus Angliæ Cancellarius, quod Henricum octavum Regem pro Ecclesiæ Anglicanæ capite nec agnoscere, nec ejus conjugium cum Annâ Bolenâ approbare vellent, capite plectuntur. Varii quoque Religiosi, mortis sententiâ & carceribus multati sunt.

Lutherus rebus suis in Angliâ prosperè currentibus, acerbè & calumniosè in Principes & Ordines Catholicos Imperii scribit.

Carolus Romanorum Imperator, septingentis navibus in Africam contendit, Barbarossæ vim illaturus, obsidetur Guleta & expugnatur. Exercitus hostilis funditur, Christiani captivi Tuneti arcem occupant, & Mahometanos ejiciunt; mox ipsa urbs à Christiano exercitu occupatur.

In Festo S. Joannis Baptistæ Episcopi copiaz militares Monasteriensem Westphaliæ urbem expugnant.

Anabaptistæ Amstelodamum invadunt nocturnis horis, Senatum vi occupant, vigiles & plerosque ex Senatu perimunt, sed tandem superati, pro meritis pœnas luunt, easque valde acerbas. Habuerunt Episcopum quendam suum, cujus caput affixum palo, in urbis turri collocatum est.

Diem vitæ extremum claudit Catharina Angliæ Regina Catholica, quam Henricus VIII.

à se separarat; eâ die in quâ mortua est, litteras dedit ad dictum Regem, eumque de salute sua admonuit, Rex litteras lachrymantibus oculis perlegit.

Moritur Franciscus Sfortia Dux Mediolani, cujus mors novus in orbe Christiano, Gallis Mediolanum pertinacissimè repetentibus, tumultus & clades excitavit.

Dorothea Christiæni Danorum Regis filia Friderico Principi Palatino nubit.

In Ducatu VVirttembergensi caupo quidam hospitibus carnes porci, rabidi canis morsu infestati, edendas proposuit: ubi homines ejus rei ignari comederunt, mox versi in rabiem, mutuis se moribus lacerarunt.

Chilianus Abbas S. Petri Salisburgi, submergitur in fluvio Sulmone in Stiria.

Moritur Gabriel Episcopus Aichstadiensis, ex familia de Eyb, Princeps doctus, pacificus, pius: Succedit Christophorus Comes de Pappenheim.

Cum sanctitatis opinione decedit in Indiâ Occidentali Antonius Bereca Ordinis S. Francisci.

Floret Rochus Curtius Patavinus, Jurisperitus insignis.

Obiit Philippus Decius J. C. celeberrimus, Mediolanensis.

Decedit Parisiis cum sanctitatis famâ Petrus Bartius Prior Monasterii Cœlestini ibidem, quem diabolus adhuc Monastices tyronem, ut à perfectionis studio averteret, horiendis larvis & spectris sæpiùs exterruit, frequenter etiam atrocibus tractavit, pugnis ac flagris graviter afflixit, cum ille jejunis, vigiliis & orationibus infensissimi hostis insidiis constantissimè obniteretur. Semel in spiritu sub contemplatione raptus, facie admodum splendidâ visus est.

Barbarossa II. aliàs Cheredin & Hariadenus dictus, Algerii Rex & Turciæ Classis Præfectus, Tunetum occupat, Siciliam exspoliât.

Moritur Balthazarus Comes de Barby, Renatus du Bellay, illustri stemmate natus, creatur Episcopus Cenomanensis.

Annus Christi 1536.

Alburgi in Jutia proscriptis antiquæ sacrae fidei dogmatibus, nova Lutheri hæresis introducitur.

Philippus Dux Pomeraniæ cum Mariâ, Joannis Friderici Electoris Saxonici sorore, nuptias celebrat Torgaviæ.

Joannes Manardus Medicus insignis, anno ætatis 74. è vivis tollitur.

Augustæ Vindelicorum Marianam Iconem hæreticus quidam frangere contendens, furtis repente dire exagitat, inter verba: mulier coruleo amictu (tali erat ornata Imago) me currentem affecuta est, manuque percussit; horrendo mortis genere expirat. Tillmann. Bredenbachius lib. 3. sacrar. Collat. c. 30.

Guillelmus Trust Abbas Monasterii Fontanensis, & Abbas Riveriensis, Ord. Cisterciensis, obsidem Catholicam ambo suspensi, & in quatuor divisi partes, Martyrium subierunt Londini.

Franciscus I. Galliarum Rex filiam suam primogenitam Magdalenam, Jacobo V. Scotiarum Regi in matrimonium collocat.

Annus Christi 1537.

Nascitur Ludovicus Comes Nassovius, virtute bellicâ insignis. Moritur Wolfgangus II. Comes Hennebergicus.

Alexander Medicus à Laurentio cognato suo in lecto confossus est, illi in Ducatu substituitur Cosmus I. Medicus.

Æthna ingentem ignis vim evomit, quæ non repentinè, sed passim decidens, colles, nemora, saxa, rupes, pagosque duos flammis vastavit, arbores, homines & pecora magnis affecit eladibus.

Galli in Atrebatibus irruunt, oppidum & arcem Hefdinum deditione capiunt. Cæsareani contra oppidum D. Pauli vi capiunt, in quo quinque Gallorum millia cædunt, multosque Præfectos, ipsumque Prætozem Parisiensem capiunt. Monstrolium Picardiæ oppidum diripiunt, & incendio tradunt, exinde trimesitres induciæ factæ sunt inter partes belligerantes.

Menfe Julio Parisiis turris Belliaca ad Sequanam, in qua magna vis nitri, sulphuris & pulveris tormentarii condita servabatur, fulminis ictu funditus everfa est.

Jana Semeria, Henrico Angliæ Regi filium Eduardum parit, sed ipsa duodecimo post die vitam cum morte commutavit.

Turcæ Diem urbem sub Lusitanorum ditione magnâ classè frustra tentant & obsident, Solymanus classis Præfectus ad se fide datâ evocat Adenium Regem, tamen cum Proceribus suis in antenna prætoriarum navis laqueo suspendi jubet: inde Adenam celeberrimum Arabiæ emporium capit, & militibus suis tradit expilandam. Zibitinum quoque Regem interfecit, unâ cum omnibus Aulae suæ præfidiis.

Ferdinandi Romanorum & Ungariæ Regis exercitus Esseckum obsidet, sed obsidionem cogente fame solvere cogitur, dumque regressum parat, à Turcarum magno numero quasi circumseptus ad internecionem deletur, captivis nares truncatæ sunt.

Andreas Auria multas Turcarum triremes occupat, & Solymanum ab Italiæ invasione detinet, qui tamen Corcyram Insulam invadit, & plurimos Christianos in servitutem abducit; tandem sub æquinoctium autumnale insula à barbarorum infestatione liberata est.

Sub hujus anni finem pleraque Geldriæ oppida à suo Principe Carolo Egmondano ad Guillelmum Cliviæ & Juliæ Ducem deficiunt.

Pluribus in locis arma contra Regem Hispaniæ arripunt: fuere ad 50000. qui sacram expeditionem militiam suam appellabant. Verum callidâ Ducum Regis simulatione persuasi, cum pacem à Rege oblatam atque concordiam expectarent, arma deponunt. Sed non diu post pœnas luerunt, aliquot ejus turbæ capitibus ultimo supplicio affectis.

Cæsar Contarenus, Reginaldus Polus, Joannes Bellajus, Fredericus Fregosus, Sadoletus, Alexander Bembus, à Papa sacra purpurâ decorantur.

Joannes Paflei Abbas Wallensis, ex eadem fidei causa suspensus est Lancastræ: pari martyrii laureâ coronati sunt Guillelmus Haddoc ex eodem Wallensi cœnobio, & Abbas Sauliensis. Richardus Wohitinges Abbas Glastemburiensis cum Joanne Torne & Rogero Jacobo.

Galli Raconisium in Ducatu Pedemontano occupant, nec non alia loca plurima, Dux similiter ab Helvetiis bello petitus ad Carolum Imperatorem confugit.

Hippolytus Medicus, qui Alexandri Hætrici Ducis erat frater pattuelis, quorundam adulationibus depravatus, licet amplissimo Cardinalatus titulo multisque opibus esset insignis, dum ad Ducatum aspirat, dicto Alexandro vitæ insidias fruit, sed brevi post febre pestilente correptus diem obit.

Cæsar cum Venetis fœdus percussit, & ex Africa redux Romæ ingenti triumpho excipitur. Massiliam frustra tentat.

Excedunt è vivis Antonius Læva Dux fortissimus, & Franciscus Galliarum Delphinus annos natus 18. & quia per propinatum venenum sublatus credebatur, Sebastianus Montecuculus tormentis subjicitur, & cum se doloris impatiens crimen admisisse fateretur, ab equis in diversa nitentibus disceptus perit.

Cum pessimè audirent Lutherani & Zvvingliani concionatores ob dogmatum discordiam, Conventus Wittenbergensis in aedibus Lutheri institutus est, sed concordia via inveniri non potuit.

Multas quoque Synodos habuere Zvvingliani, quatuor Basileæ, unam Tiguri, & generalem quandam, si Diis placet, apud Bernates, cui interfuerunt ex pagis & urbibus coacti 300. patochi, minus quatuor.

Joachimus Vadianus Sangallensis Consul, insignis Sacramentarius, scripsit sex libros Aphorismorum de consideratione Eucharistiæ, quibus apertè docet, quàm non conveniat Zvvingliani cum Luthero.

Vivendi finem facit Erasmus Roterodamus vir excellenti doctrinâ.

Henricus Anglorum Rex Annam Boleniam ob adulterii crimen palam capite plecti iussit, atque altero post die Janam Semeriam virginem sibi conjugem accepit.

Joannes Lusitaniæ Rex Gambajam Indiæ urbem potentem & opulentam expugnat, & arcem in ea munitissimam exstruit.

Hieronymus Meitinger instituitur Episcopus Chiemenfis.

Georgius III. à Tuffingen J. U. D. instituitur Episcopus Seccoviensis.

Moritur Leonardus Peyrl Episc. Lavantinus.

Joannes à Leiden sartor, Anabaptistarum Rex, forcipibus ignitis laceratur, & unâ cum duobus sociis in cavea ferrea è turri suspenditur.

Decedit Ortonæ in Aprutio B. Laurentius ex Ord. Minorum.

Vivendi finem facit Fridericus Marchio Brandenburgicus, Alberti, qui Germaniæ Achilles dicebatur, filius, anno ætatis 76.

Cherifus Provinciæ Sus in Africâ urbem S. Crucis, vulgò Cap d'Aguer, Lusitania eripit.

Ex vivis decedit Carolus I. Dux Monstergensis.

Moritur Venerabilis Hieronymus Emilia-
nus fundator Ordinis Somaschi: Patricius erat
Venetus, variis pro Republica Veneta mune-
ribus egregie perfunctus: qui ab exercitu Ma-
ximiliani Cæsaris Castrinovi obsessus, captus,
& in vinculis constrictus, ope Sanctissimæ Vir-
ginis Deiparæ eripitur, ac per medios hostes
eductus, Tarvisium incolumis pervenit. Tanti
haud immemor beneficii, patrimonio pauperi-
bus distributo, valedicens sæculo, in pietatis of-
ficii cœpit exerceri, non modo Venetiis, sed
& in aliis Italiæ urbibus; pueros parentibus de-
stitutos in unum collectos in extructis eis æ-
dibus alendos curavit; quod & circa puellas
præstitit: claruit insigni miraculorum gloriâ,
nam cum fame multi in proximis regionibus ob-
victus inopiam conficerentur, ipse pane in
gremio suo divinitus aucto, non solum suos,
sed etiam externos quosque adventantes pavit.
Ita verò demonibus erat formidolosus, ut eos
à multis obsessorum ad eum catervatim adve-
nientium corporibus eijceret. Spiritu quoque Pro-
phético afflatus, multa, quæ evenere, prædixit.

Joannes Episcopus Constantiensis, Comes de
Lupfen, post sex annorum regimen Episcopatum
resignat.

Decedit B. Ludovicus Rhegiensis primus
Capuccinorum Provincialis in Calabria: item
Carolus Bourbonius Dux Vindocinensis.

Juveni oppidi Cunei in Sabaudia à prædo-
nibus impie lingua mutilata & truncata est, ope
tamen Deiparæ liberè & expedite, quoad vixit,
locutus est. Felix Astulph, de Imag. miraculosis.

Annus Christi 1538.

Nascitur Soræ in Campania Cæsar Baronius
S. R. Ecclesiæ Cardinalis & Historiogra-
phus insignis.

Moritur V. P. Jacobus Hozius Soc. Jesu,
Hispanus, in procuratione salutis animarum,
vincula & carcerem expertus: visus est à San-
cto Ignatio Loyola inter Cœlitum agmina re-
cipi.

Nascitur Toleti Joannes Fernandez Soc.
Jesu, concionator prævidus, commentariis in
sacram Scripturam, animarum lucris, familiari-
tate & favoribus cœlitum conspicuus.

Venerabilis Ludovicus Blofius Abbas La-
tensis in lucem edit speculum Monachorum.

Imperator & Franciscus Galliarum Rex con-
veniunt, & decem annorum inducias inter se
pacificuntur.

Synodus Zvinglianorum Doctorum Ti-
guri celebratur, cui etiam Bucerus & Capitoro-
gatu Basileensium interfuere.

Henricus Angliæ Rex S. Thomæ Archie-
piscopi Cantuariensis reliquias concremari ju-
bet, Monasteria ab ipso passim evertuntur, &
vitæ Monasticæ cultores vestem mutare co-
guntur.

Barbarossa insigne patitur naufragium, a-
missis 20000.

Multis Germaniæ locis, armati homines
in aëre visisunt, & versus Orientem stella in-
visitata magnitudinis, quæ creventos spargebat

radios, & juxta illam crux sanguinolenta, cum
vexillo per aërem volitante.

Isabella Imperatoris Caroli uxor moritur
in puerperio. Mortuus est etiam Carolus Gel-
driæ Dux Catholicus.

Moritur Wilhelmus Comes ab Honstein,
Episcopus Argentoratensis.

Bartholomæus Geneçtaris, Franciscus Co-
lis, Agatha Marella Clarissa Ordinis Minorum
in Insula Minorica occiduntur; quos proinde
ut Beatos Franciscus Arturus in Martyrologio
Franciscano refert.

Joannes Forestus ex Ordine Minorum
S. Francisci in Anglia occiditur.

Floret in Monasterio Viciacensi Ord. S. Be-
nedicti B. Jacobus cognomento Callipetus, ejus
loci Prior, cujus obsequium tanti ipsa cœlorum
Imperatrix æstimavit, ut rem divinam facienti,
cum multitudine Sanctorum occurrentis, coro-
nam variis & cœlestibus bellissimè contextam
floribus servi sui charissimo capiti suametma-
nu imposuerit. Ex Menolog. Bucellin.

Biatia Castiliæ urbs Universitate orna-
tur.

David Betonius Episcopus Mirepicensis
Cardinalitiam purpuram ornatur.

Decedit Wilhelmus Bibanc Ordinis Car-
thusiani Prior Generalis.

Nascitur S. Carolus Borromæus ex patre
Gilberto Comite Borromæo & Margaretha de
Medicis Pii IV. Papæ sorore.

Nicolaus Cajetanus de Sermonetta Card-
inalitiam obtinet purpuram.

Annus Christi 1539.

In pago Rodt Spiræ finitimo puella quædam
fuit, decem propemodum annos nata, quæ
capitis & intestinorum cruciatibus distenta, nul-
lum edulii genus absque nausea capere potuit:
hinc nullo prorsus cibo usa, mox & manuum
& pedum officio destituta est: inde verò post
annum neque potum sumpsit, neque locum
ullum reddidit: quod ubi ad Ferdinan-
dum Regem perlatum est, diligenti adhi-
bitâ inquisitione, puellam, ut fraus & impostu-
ra, quia præter naturæ ordinem agi videbatur,
abisset, per duodecim dies asservatam, viribus
firmam permanentem, multis affectam muneri-
bus, non sine admiratione ad suos remisit.

Celebratur Conventus Protestantium Fran-
cofurti, ubi datæ sunt illis à Cæsare induciæ men-
sium 15. & decretum fuit, ut utriusque partis
viridocli & moderati deligerentur, qui inter se
de rebus controversis colloquerentur: ejus ge-
neris colloquia multa fuere instituta, sed nullo
felici exitu, quod neque sectarii vellent à sen-
tentia decedere, neque Catholicis fas esset,
quicquam illis contra Catholicæ Ecclesiæ sen-
tentiam concedere.

Moritur Georgius Saxoniarum Princeps Ca-
tholicus, cui succedit Henricus frater acatholi-
cus, qui Lutheri dogma in ejus ditiones in-
vehit.

Gandavi nonnihil tumultuatur, Carolus
Imperator in Belgium occurrit.

Mira fuit hoc anno vini ubertas.

Turcæ

Turcæ Duce Barbarossâ Castronovum Dal-
matia urbem, non sine maxima suorum cæde
expugnant.

Moritur Christophorus Comes de Pappen-
heim, Episcopus Aichstadiensis, succedit Mau-
ritius ab Hutten, Princeps variarum linguarum
peritus, doctus, & virtuosus.

Decedit cum opinione Sanctitatis Roderi-
cus à Beliusio in Hispania, ex Ordine Minorum.

Mirum Divinæ providentiæ ac clementiæ
exemplum se hoc anno exhibuit in Conventu
PP. Capuccinorum Benoveloni Diocesis Verone-
nsis, cum enim tam copiosa è cælo nix ce-
cidisset, ut nullo modo Fratres pro quotidianâ
victus mendicatione oppidum adire possent, ni-
hilque in Conventu superesset, quo Fratrum
familia aleretur, unâ omnes ad Domini penum
confugientes, velut Christi pauperes, effusis
precibus à Deo stipem efflagitant. En! sub re-
fectionis horam, cum januæ tintinnabulum pul-
satum fuisset, accurrens janitor, apertisque fo-
ribus, saccum calido, atque albo pane ad sum-
mum usque refertum conspicit. Cum verò, qui
eum attulisset, ne vestigiis quidem in nive im-
pressis, quæ nulla apparebant, ullo modo de-
prehendi posset, Fratres factum Divinæ libera-
litati atque Angelico Ministerio, cum debita
gratiarum actione attribuerunt. Bover. in Ann.
Capuc.

Moritur Laurentius Campegius S. R. E.
Cardinalis, Similiter Paulus Capilucchi Episc.
Nicastræ. Et Isabella Caroli V. Imperatoris uxor.

Carolus V. Imperator, ex Hispaniis per
Franciam in Belgiam profecturus, à Francisci I.
Regis Galliarum filii in finibus Hispaniæ pro-
ximis splendidissimè excipitur, & Parisiis pom-
pâ Imperatore dignâ tractatur.

Annus Christi 1540.

Uvæ quasi magno barbitio comata, quæ pro-
pter *Albersvyeiler* in Alsatia excreverant,
Ferdinando Romanorum Regi exhibitæ sunt,
& vivis coloribus adumbratæ.

Ardent Glacenses in Bohemia silvæ, & ab
Hummel usque in Mittenvvald per multa mil-
liaria, incendia deleri nequiverunt.

Moritur Conradus à Thüngen, Episcopus
Herbipolensis, vir tanto honore dignissimus,
qui murum se opposuit pro domo Dei, & Fran-
conici Ducatus incolumitate. Contra hæresin
Lutheranam, tunc serpentem, opportuna adhi-
bit remedia, sumpto de Apostatis supplicio,
gregi suo ne inficeretur serio invigilans, quem
tamen exul deserere coactus fuit, quando ru-
sticorum tumultuantium insanus furor latè per
omnem Germaniam grassatus, etiam Herbipo-
lim occupavit; armatâ tamen postea manu sedi
suz restitutus, profligatis duplici prælio rusti-
cis, Successit Principi & Episcopo optimo in
Sede Episcopali Conradus hujus nominis IV. à
Bibra.

Ferdinandus I. Rex ex Austria Gandavum
ad Imperatorem venit: illique nascitur Carolus
filius.

Veneti pacem à Turcæ petunt & impetrant;
debuere tamen illi concedi Nauplium & Epi-
daurus Peloponesi urbes, cum Nadino atque
Labranâ Dalmatiæ castellis.

R. P. Brentano Epitome Chronologica,

Thomas Cromuel, jussu Henrici VIII. An-
gliæ Regis capite plectitur.

Imperator gravi edicto inibet, ne per
omnes ditiones suas hæreditarias Germaniæ in-
ferioris, Lutheri & aliorum hæreticorum li-
bri legerentur, in immorigeros capitis pœnâ
decretâ.

Henricus Angliæ Rex Guilielmi Cliviæ
Ducis sorore Annâ repudiatâ, Catharinam Ha-
vardam Ducis Nordfolciæ ex fratre neptim,
quinto matrimonio sibi conjungit. Londini
tres novo Evangelio addictos, atque in iis Ro-
bertum Barnum, cremari jubet: his alios tres
pari pœnâ plectendos adjunxit, qui Romani
Pontificis Primatum, & Catharinæ Hispanæ
conjugium approbant.

Diem quoque vitæ extremum claudit Jo-
annes Ungariæ Rex, relicto filio infante sub
tutela Georgii Monachi, qui Ungariam omnem,
quæ illi paruerat, in pueri etiamnum in cunis
vagentis verba jurare, compulit: ea res nova
bella peperit, quæ Regnum Turcæ occupan-
dum objecere.

Magna fuit hujus anni siccitas, sed ingens
vini pretiosissimi feracitas, econtrâ sceni ac ole-
rum non parva penuria.

A Paulo III. Papa institutum Societatis JE-
su approbatur.

Moritur Mathæus Langius Archiepiscopus
Salisburgensis, & S. R. E. Cardinalis; sedi va-
canti præfectus est Ernestus Bavarus, filius
Alberti, cognomento Sapientis, & Chunegundis
Friderici Imperatoris filia, frater Guilielmi
ac Ludovici Bavaricæ Ducum, natu minimus.

Magna cum opinione sanctitatis moritur
Angela Brixiana, prima fundatrix Congregatio-
nis Virginum Ursularum.

Magno animarum lucro in India Occiden-
tali operatur Franciscus Orapassanus.

Judæi in Palatinatu superiore puerulum
Christianum quadrimum, Michaëlem nomine,
crudeliter interimunt.

Floret sanctitatis famâ Bernardinus à Castro
viridi Ord. S. Francisci: eadem sanctitatis famâ
obit Gabriel à Javeno ejusdem Ord. Minorum.

In Mexico vitam cum fama sanctitatis fi-
nit Joannes à Granata, Ord. Minorum. In Hi-
spania Franciscus Moneus, nec non Anonymus
de Cassalibus ejusdem instituti.

Petrus de Padulis ex Ordine Minorum S.
Francisci, cum sanctitatis fama decedit in Ca-
labria: naturæ quoque debitum solvit Franci-
scus Alvarez, Emmanuelis Lusitanicæ Regis Con-
fessarius, qui ab eo ad Regem Davidem in Æ-
thiopiâ missus, legatione suâ tam dextrè fun-
ctus est, ut Abyssinorum Rex Legatos pariter in
submissionis signum ad Papam Clementem o-
ctavum miserit; scripsit Lusitanâ linguâ rela-
tionem de Æthiopia.

Anna filia Antonii Lotharingæ Ducis, Re-
nato Principi Nassovio nubit.

Suecici Regni Status Arosiæ Conventum
celebrant, & Sueciam Regnum esse hæredita-
rium statuunt.

Divinæ benignitatis exemplum hoc anno
in Schii Conventu PP. Capuccinorum Venetæ
Provinciæ se ostendit. Etenim cum Fratribus altâ

nive obsessis, via aliquandò penitus interclusa esset, quâ ad consuetam panis mendicationem exire possent, omni consumptâ annonâ DEI maximi Patrisfamiliâs januam precibus pulsant, dum his adhuc instant, panis calidi ac recentis odor in Conventu perferuntur. Quo cum omnes obstupescerent, atque unde is emanare posset, ignorarent, quam odor sibi viam paraverat explorantes, corbem calido ac recenti pane refertum in Refectorio reperiunt, quem è cœlo ministerio Angelico missum non dubitant. Boverius in Annal. Capuccin.

Moritur Anna Binsia Virgo Antverpiensis, in poetico studio versatissima, cujus versus Eloi Euchar Latino stylo donavit, sub titulo: Apologia rhythmica Annæ Binsie Virginis Antverpiensis adversus hæreticos, versu elegiaco redita.

Obiit in Galliâ Wilhelmus Budæus Vir excellentis Litteraturæ, scripsit de studio litterarum rectè instituendo ad Franciscum Galliarum Regem. De ponderibus & mensuris. De arte ejusque partibus. De Philologia libros duos. Commentaria Græcæ Linguæ. Commentaria in Pandectas.

Carolus II. Burbonius fit Episcopus Nivernensis.

Inter doctrinâ præstantiores Viros celebratur in Italia Joannes Baptista Folengus Monachus & Prior S. Benedicti propè Mantuam: scripsit inter alia Commentarios in omnes Davidis Psalmos. Item in Epistolas Canonicas omnes, & in primam Joannis.

Annus Christi 1541.

Moritur Ven. P. Joannes Codurius, Soc. Jesu, è primis decem S. Ignatii Loyolæ fociis, innocentiam vitæ, animarum zelo conspicuus, cujus animam S. Ignatius vidit ab Angelis mox à morte in cœlum deportari. Ex Math. Tannero Soc. Jesu.

Obiit Joannes III. ex familia Comitum de Henneberg, Abbas Fuldenis.

Mense Aprili Comitum Imperii sunt habita Ratisbonæ, tum Turcis resistendi, tum Religionis componendæ causâ; illis interfuit ipse Carolus Imperator, nec non Cardinalis Gaspar Contarenus, tum doctrinâ tum pietate insignis, Summi Pontificis Legatus; nulla tamen fieri potuit concordia, licet Principes Lutherani plures cum suis concionatoribus adessent.

Immensa locustarum multitudo per æstatem Poloniæ fruges devastat & absumit; in autumno denique cœlo frigescente sunt extinctæ, mortuæ pecus edebat avidissime, porci in primis, qui se illis mirè farciebant.

Ferdinandus Rex, Caroli Imperatoris frater, Ungariam bello petit, Vicegradum, & Vacciam occupat, Alba Regalis ejus præsidium accipit. Ungariæ Regina vidua hinc Solimanni Turcarum Imperatoris opem implorat, Turcicus exercitus Ungarico conjunctus Vacciam recuperat, trucidatisque nonnullis incendit, mox Pestum oppugnat, sed frustra. Cum se retraxissent Turcæ, Germanis crevit animus ad Bu-

dam Metropolim oppugnandam, non defuit capiunda occasio, muris jam perfractis; sed sinistra obsidentium consilia, dum assultum procraftinant, victoriam perdidere. Nam ipso superveniente Solymano cum exercitu, obsidio soluta est; fugientibus magna illata clades, quæ 20000. Christianorum militum cæsa numerabantur. Capta sunt ab hostibus eximia elegantiarum muralia tormenta 36. minora 150. præter aliam pulveris tormentarii, ferrearum pilularum, armorum, telorum, commearum mirabilem copiam: Solymanus insuper 800. captivos, paucis demptis, crudeliter trucidari iussit. His gestis Solymanus, tum puero Regi, tum Hungaris Proceribus non contemnenda mittit dona, persuadetque Reginæ, ut puerum in castra ipsius mittat. Fuit ea res plena periculi, allatus est tamen puer ad Solymanum regalibus crepundiis exornatus, carpentoque aurato impositus, comitantibus plerisque Proceribus, quos à Solymano diximus muneribus affectos. Ubi in tabernaculum Solymani ventum est, ille quidem puerum humaniter inspicit, blandè cum ejus nutrice loquitur, liberos suos Selymum & Bajazethem, qui aderant, complecti & amanter exoculari jubet; sed interim mirâ vafritie, dum Hungari Proceres cum Turcis prandent, immixtis in urbem cohortibus, Budam occupat, moxque sine tumultu cives omnes, jubente Tyranni Præfecto, arma tradunt, Turcasque jam in fidem recepti, hospitio recipiunt; nihil quidem civibus molestiæ attulerunt, disciplinæ militaris severitate coerciti, interim Budenses insperata rerum commutatio valdè perplexos habuit. Nocte subeunte Solymanus puerum in urbem remittit, sed Proceres apud se retinet, quos nunc Bassæ severè & impudenter de rebus gravissimis examinare cœperunt. Tertio Calend. Septembris ipse Solymanus Budam ingreditur, & in templo celebri Divæ Virginis, sublatis aris & imaginibus, sacrificat: inde Reginam jubet ex urbe & arce excedere, atque cum puero ultra Tibiscum in Lippam concedere, ejusque regionis dominio frui. Paret Regina non sine lachrymis & gemitu, tyranni perfidiam detestata, tormentis & armis omnibus, omnique commeatu relicto, sic enim Solymanus voluit. Compertâ suorum strage, Ferdinandus illic Legatos cum insignibus muneribus ad Tyrannum misit, ut peterent Hungariæ Regnum Ferdinando beneficii nomine concedi, biduo post responsum tulerunt, ut si pacem vellet Ferdinandus, totius Regni Hungarici finibus excederet, & præterea quotannis ex Austria tributum Turcis penderet. Porro mox misit è suis, qui Austriam & Moraviam rapinis & cædibus vastarent.

Duo Galliarum Regis Francisci Legati missi ad Turcarum Imperatorem, à Cæsareanis intercepti, in Pado flumine interficiuntur, alter ex his Antonius Rinco, ab Hispania exul, capitis pœnâ damnatus, putatur jure potuisse cædi, quod ad hostes transfugisset, & omnibus Cæsaris Imperii finibus prohibitus, nihilominus ausus fuerit in hostilis terræ flumine navigare; sed utcumque sit, ea cædes, licet Præfectus Cæsaris Alphonsus Vastius se plane

insciente factam crebrò testaretur, cruentissimo bello ansam dedit. Contingit tum ex Hispania venire Georgium Austriacum, Maximiliani Cæsaris filium nothum, Archiepiscopum Valentinum. Is Lugduni in carcerem conjicitur, necis prædictæ ulciscendæ causâ.

Franciscus Antonii Lotharingæ Ducis filius, Christianam Christiæ Daniæ Regis filiam in matrimonium ducit.

Christianus & Gustavus Daniæ & Sueciæ Reges, fœdus cum Galliarum Rege ineunt.

Imperator Carolus bellum Africanum denudò parat, Algerium obsidet, sævâ ortâ tempestate, naves ejusdem plures submerguntur, deficiente proinde annonâ obsidionem solvere, & in Hispanias redire cogitur.

Jussu Henrici Angliæ Regis, Margarita Sarisburiensis, Georgio Eduardi IV. fratre nata, jam septuagenaria, innocens capitali supplicio afficitur.

Otho Henricus Comes Palatinus, Lutheranam hæresim amplexus, Principatum Neoburgicum præter ditiones alias eodem errore involvit. Exemplum hoc cum aliis secuta est urbs Ratispona.

Moritur Paulus Episcopus Curienis, cui succedit Lucius.

Gaspar de Avalos ab Archiepiscopali sede Granatensi ad Compostellanam transfertur.

Obiit Illiturgi Clara Serrana, sanctitatis opinione celebris.

Franciscus Mediceus Dux Florentiæ nascitur.

Vitam cum morte commutat Ambrosius de JESU ex Ordine Minimorum, vir insignis vitæ sanctimoniam. Item Antonius de Vergego Archiepiscopus Vesontionensis, cui successit Petrus à Bauma. Similiter Henricus Dux Saxoniam.

Mauritius Saxoniam Dux, postea Elector, nuptias celebrat cum Agnete, Philippi Hassiæ Landgravii filia.

Annus Christi 1542.

Res risu digna, Martinus Lutherus, Monachus & Sacerdos apostata, Naumburgi jussu Saxoniam Electoris, Nicolaum Ambsdorfium collocat.

Pizarrus Areguippam urbem in Regno Peruano condit.

Nascitur Lisabonæ Sebastianus Barradius, illustre Societatis JESU sidus.

Spiræ Conventum Principum indicit Cæsar per Ferdinandum Regem, de subsidio contra Turcas ferendo.

Cæsareus Ductor Comes de Guasto, Racionis in Ducatu Pedemontano Gallis eripit.

Joannes Ernestus Saxoniam Dux, Catharinam, Philippi Brunsvicensis Ducis filiam, conjugem ducit: eodem anno Joannes Fridericus Saxoniam Elector, Henricum Brunsvicensem Ducem bello petit ac vincit.

Joannes Alvarez de Toledo, Albæ Ducis filius, Ordin. S. Dominici, in Collegium Cardinalium adscitus est.

Moritur Jacobus V. Scotiæ Rex. Henrico proinde Regi Angliæ, superiore anno à Scotis victo, ipsi nunc homagium præstant.

Franciscus Galliarum Rex, ad occupandum Mediolanum, quintuplici exercitu Imperatoris ditiones invadit, & præ aliis Belgium incendiis miserè affligit. Interim Spiræ & Norimbergæ bini Principum Conventus sunt habiti, ad deliberandum ad expeditionem contra Turcas in Pannonia; decreta sunt subsidia ex tota Germania; insigni exercitui præfectus fuit Joachimus Elector Brandeburgicus, cum quo tamen pauca effecit, multaque millia contagione perierunt. Ex altera parte Imperator Cliviæ Ducem jam hostem invadit, Duram, Juliacum, Zittardiam, Hinsbergam pluraque alia oppida & arces subigit.

Henricus Angliæ Rex Catharinam Harvardam conjugem, adulterii nomine, capite plectit, & Catharinam Pariam viduam sexto matrimonio sibi copulat.

In hujus anni ætate ingens locustarum copia Italiam citerionem, & in Germania Silesiam Misniamque multâ clade afficiunt.

Varia variis in locis monstra eduntur. Indicitur à Papa Paulo III. Concilium Tridentinum.

Saxoniam Elector & Landgravius Hassiæ, cum fœderis Smalcaldici fociis, Henricum Brunsvicensem Principem, Catholicæ Religionis acerrimum vindicem, omnibus ditionis ejus finibus ejiciunt, compelluntque ad Cæsarem fugere in Hispaniam.

Lusitani Japoniam Insulam inveniunt. Gaspar de Avalos Archiepiscopus Compostellanus Cardinalitiam purpura decoratur.

Decedit Romæ Hieronymus Alexander à Motta S. R. E. Cardinalis, vir doctissimus.

Ludovicus Cancer Hispanus Ordinis Prædicatorum, post magnos labores in conversione barbarorum in India Occidentali exantlatos, in Florida occiditur, & in convivio comeditur.

Daniel Barbarus Nobilis Venetus edit Commentarium super quinque voces Porphyrii.

Natus est Robertus Bellarminus S. R. E. & Purpuræ Cardinalitiam singulare ornamentum.

Moritur Albertus Marchio Badensis. Gregorius Cortesius ex Monacho & Abbate S. P. N. Benedicti de Padolyrone in agro Mantuano, S. R. Ecclesiæ Cardinalis Presbyter creatur; honorem hunc multò magis ipse sapientiæ doctrinæ ac pietatis eximia famâ ornavit, quam ipse à purpura ornari potuerit.

Renunciatur Episcopus Cardinalis Tusculanus Philippus noster della Camera, Episcopus Bononiensis.

Annus Christi 1543.

Nascitur Hartmannus Pistoris, Jurisconsultus præstantissimus.

Item Joannes Casimirus, Friderici Electoris Palatini filius.

Wilhelmus primus Dux Juliacensis, partes Protestantium tenens, à Carolo V. Imperatore castris

castris & Ducatibus suis exiit, paulò tamen post reconciliatur.

Moritur Joannes Eckius, Lutheri Antagonista, & Albertus Pighius, invictissimus Catholicae doctrinae propugnator.

Henrici II. Ducis Monstbergenensis in Silesia filiulus, post baptismum ex matronae nobilis eum portantis incuria in terram lapsus, praematurâ morte occumbit.

Moritur Margaretha, nata Comitissa ab Henneberg, uxor Comitissae Joannis à Witgenstein.

Comitia Imperii Norimbergae habentur, ubi mortuus est Christophorus Episcopus Augustanus, Caesaris in eo Conventu Legatus, habuitque successorem Ottonem Trucesium, postea Romanae Ecclesiae Cardinalem, multis corporis & animi dotibus insignem.

Hariadenus Barbarossa jussu Solymani Turcarum Imperatoris cum 110. triremibus, biremibus 40. ad Messanæ fretum pervenit, Rhegium occupat, postea Provinciam versus vela laxans, Niceam oppugnat & capit, quam milites Turcici diripiunt & incendiis deformant, multamque Christianorum praedam ex Italia, dictaque Provincia in miseram captivitatem abducunt: interea Garfias Neapolitani Vice Regis filius, classe sua Joanniticae sociata, Turcas depopulatur oras, non mediocri relatâ praedâ; dum autem Siciliam versus navigat, obvias habet quatuor Barbarossae, quas diximus naves, cum praeda hominum & aliorum rerum, in quas proinde irruit, omnes capit, & Messanam perducit. Hac dum in mari agitur, ipse Solymanus, Strigontium, Albam Regalem aliaque Pannoniae oppida expugnat.

In Diocesi Monasteriensi ad castrum Sassenburg, sanguine pluit.

Galliae Rex Luxemburgum occupat, Henricus autem Rex Angliae, exercitum mittit in Belgium, qui cum Caesaris copiis conjunctus, Landresium obsidet; sed obsidione paulò post soluta, Cameracum petit & occupat, eique arcem imponit.

Galli Nicæ Castri obsidionem solvere coguntur, adveniente Hispanorum exercitu.

Natus est Carolus III. Francisci Lotharingae Ducis & Christianae Regis Daniae filius.

Obiit Nicolaus Copernicus eximius Astronomus.

Inter illustrissimos genere & virtute orbis universi & saeculi hujus ex Ord. Benedictino viros, excellit F. Benedictus de Toco, illustrissimis parentibus genitus, ex Regum Albaniae sive Epiri sanguine descendens, Caroli Imperatoris quondam Aulae Pincerna.

Annus Christi 1544.

Nascitur Franciscus II. Henrici II. Primogenitus, postea Franciae Rex.

Moritur Ludovicus Pacificus, Elector Palatinus, improlis, ei succedit Fridericus frater.

Item Conradus IV. Episcopus Herbipolensis, vir mitis, ac publicae pacis & tranquillitatis amator. Satriam Meinbergensem à Comite Hennebergio emptam, Episcopatu adjecit. Successit in Episcopatu hoc eodem anno Melchior ex illustri stirpe Zobeliorum.

Caesar Spirae Comitia indixit, ad quae pra-

ter ipsum, & ejus fratrem Regem Romanorum, Principes Electores omnes unaque Clivensis Dux convenere. Solutus est hic Principum Conventus die X. Junii, postquam Imperator Franciscum Regem Galliarum Imperii hostem pronunciari curasset, & cum Caesare conspirans Henricus Anglorum Rex, ingentibus copiis in Galliam irrumpunt.

Moritur Joannes Magnus, Archiepiscopus Upsalensis, Olai Magni frater; scriptor historiae Gothorum & Sueonum.

Romae in Vaticano, cum in Sacello S. Petri fundamenta foderentur, inventa est marmorea arca longitudine pedum 8. & semis, latitudine 5. & 6. altitudine, in qua condita fuit Maria, Honorii Imperatoris conjux, quae Virgo obiit ante nuptias; inclusae simul huic arcae fuerunt res plures pretiosae.

Amida Tunetani Regis filius, patre absente in Italia, ejus amicis & Praefectis trucidatis Regnum occupat, paulò post patrem cum copiis non sat magnis adventantem vincit, capit, & utroque orbatum lumine excecat; idem pertulerunt duo Amidæ fratres Nahafer & Abdalas.

Tovarrei tamen Imperatoris Caroli Praefecti ope, Abdamelech Muleussis excacati frater Regnum occupat; ei trigesimo sexto post die mortuo, Mahometes filius succedit, puer annorum duodecim; sed cum à Proceribus quibusdam ejusdem moderatoribus, Regnum longè aliter administraretur, quam Tunetani vellent, & alia quoque, quae ipsi nollent, acciderent, Amidam rursus accersunt. Sed interim Muleussis è carcere educitur, in templi cujusdam asylum inviolabile, atque inde, Tovarreo expetente, Guletam perducitur, tandem Caesaris jussu in Siciliam delatus est, publico Sicularum sumptu alendus.

Caroli Imperatoris exercitus Luxemburgum Gallis extorquet, aliaque oppida sua facit ditionis, demùm pax inter partes litigantes confecta est: sub hoc tempus Angliae Rex Boloniam deditione capit, sed & ille quoque postea cum Francisco Rege pacem init.

Petrus Brulius Flandriam Sacramentarium erroribus inficere nititur, sed tandem captus, & flammis exustus est.

Cracoviae, Dominicae Latere hora noctis primâ, ignis ex platea S. Joannis exiliens, late per plateam exitum dedit, claustrumque S. Marci una cum domibus adjacentibus in cineres redegit.

Palentiae cum sanctitatis fama decedit Blancha Henriquez, Ord. S. Francisci. Ex eodem Ordine hoc anno moritur Ven. Francisca Roderica, vidua, Tertiaria: item B. Lucia Ord. S. Dominici Narniae.

In Hispania porrò mortalitatem exiit Maria à Montalta Ordin. Minorum.

Petrus à Bauma Archiepiscopus Vesontionensis, & S. R. E. Cardinalis, moritur. Patruo sufficitur Claudius III. à Bauma.

Operâ Marchionis Alberti Academia Montis Regii in Prussia fundatur.

Moritur Jacobus Latomus Belga, insignis Theologus.

Hoc anno quatuor obtigere eclipses, una in sole valdè notabilis, & tres in luna.

Mori-

Moritur Antonius filius tertio genitus Renati Ducis Lotharingae, vir fortis & bellicosus. Item P. Theophilus Folengus Mantuanus, Ordinis Benedictini Professor, Poeta sui temporis celebris.

Georgius Armeniacensis Sacro Purpuratorum Patrum Senatui à Paulo III. Papa ascribitur.

Nascitur Bogislaus XIII. Dux Pomeraniae, filius Philippi, & Mariae filiae Joannis Electoris Saxoniae.

Decedit Joannes Portugalliae Rex, anno ætatis decimo septimo vigesimo; post ejus obitum die, uxor ejus Joanna, Caroli V. Imperatoris filia, filium Sebastianum in lucem edidit.

Annus Christi 1545.

Petrus Augustinus ex Ord. Cisterciensium, Oscanus Episcopus creatur.

Nascitur Joannes junior Dux Holsatiae, Princeps hereditarius Norvegiae, Christiani tertii Daniae Regis filius.

Tigurini contra Lutherum, hic contra Sacramentarios acerbo stylo scribunt.

Comitia habentur Wormatiae, cui nullus ferè Principum interfuit, nisi per Legatos, at Carolus Imperator, licet tardius, ob affectam valetudinem, cum Ferdinando fratre advenit, nihil tamen magni momenti constitui potuit ob dictam Principum absentiam; alius igitur Ratisbonae indictus est Conventus, in Epiphania Domini anno proximo inchoandus, ad quem Principes omnes confluerent, nisi quem adversa valetudo domi retineret.

Concilio Tridentino datum est initium.

Henricus Brunsvicensis Princeps à Protestantibus è sua ditione jam pridem ejectus, dum eandem conscripto milite recuperare statuit, victus, una cum filio Carolo capitur.

Moritur Carolus Francisci Galliarum Regis filius, juvenis ætate florenti & maximæ spei. Item Ludovicus Dux Bavariae.

Apud Batavos in Pago Zehenhusen, mense Majo, horribilis Cometa lapidis instar molaris apparuit, cujus æstu rivus alluens totus exaruit: natus præterea infans flammantibus oculis, naribus bovinis, ore taurum imitans, dorso ceu canis, hispido, in pectore duæ eminebant facies velut Cercopitheci, in cubitis canina capita, pedes habebat cygno similes, cumque horis 4. vixisset, flebili voce exclamans: *Vigilate, en! Dominus noster in januis adest*; mox exspiravit. In Provincia quoque Bearniae in feriis Pentecostes circa secundam pomeridianam fereno è cælo, ignis nullâ aquâ extinguibilis in forma lanceae cadens, oppidum Nay quasi momento totum in cineres redegit.

Cum Rex Insulae Ceilanae audisset, plures è subditis ab idolorum ad veri Dei cultum transgressos, actus in furorem, ad 700. recens conversorum crudeliter interim. Quos inter proprius ejus filius natu major, cujus martyrium crux prodigiosa, eaque gemina illustravit: una veluti fabrefacta tantæ longitudinis, quantæ non visa ab infidelibus, & quæ quantovis ingesto terræ pondere supprimi nullatenus potuit;

altera verò in cælo ignea. Quo prodigio excitati incolæ crucis Imperatori Christo sub hoc vexillo nomen magno numero dederunt, ac fratris vestigia natu minor secutus, fugâ paternæ se ferocitati subduxit.

Incidit in hunc annum, quod de Luthero lepidè Fridericus Staphylus testis oculatus, ac propterea ab hæresi discedens, refert. Missa ad illum erat Misenâ Wittenbergam puella à Dæmone obsessa, ut tanti, scilicet, viri meritis à malo hospite liberaretur; aggressus est, licet initio reluctans; verùm ab obsidente maligno spiritu adè circumfessus, easque in angustias est redactus, ut cum ipse liberam erumpendi viam reperiret nuspiam, tandem immisâ per clathratos fenestras securi, effracto ostio, vix non semimortuus evaserit. Dignum tali sancto miraculum.

Vivendi finem facit Albertus II. Marchio Brandenburgicus, Archiepiscopus & Elector Moguntinus. Item Gaspar de Avalos Cardinalis & Archiepiscopus Compostellanus.

Moritur cum sanctitatis opinione propè Cordubam Franciscus de Villa ex Ordine Minorum.

Franciscus Rex Galliarum Waldenses hæreticos internecione delet.

Nascitur Ernestus Ludovicus Dux Pomeraniae, Philippi filius.

Moritur Cardinalis Parisius, Juris utriusque interpret clarissimus.

Osteroda Principatus Grubenhagensis oppidum, præter domos 28. & S. Jacobi Monasterium, in cineres redigitur.

Elisabetha Regina Poloniae, Ferdinandi I. Imperatoris filia moritur.

Decedit R. Clara Abbatisa Bello-prati Ord. Cisterciensis, quæ cum Monialibus suis ad extremam ferè penuriam redacta, magnam pecuniam summam cœlitus accepit, fuit humilitatis & paupertatis studio addictissima.

Mense Septembri tota ferè Europa ingenti terræ motu concutitur.

Amida sive Amides, in absentia patris sui Muley Allecze sive Hascen, Regnum Tunetanum occupat, unde inter ipsum ac patrem bellum exarsit. Postea à Selymo II. Turcarum Imperatore armis fractus, regnoque pro se & posteris suis est privatus.

Obiit Bononiae Ludovicus Buccaferrus, Philosophus sui temporis celebris, scripsit Commentarios in Aristotelem. Item Carolus Dux Aurelianensis, Bourbonius & Ingulismensis, Francisci I. Galliarum Regis filius, magnæ spei Princeps, sed improlis & caelebs.

Nascitur Carolus Philippi secundi Hispaniae Regis & Mariae Lusitanæ filius.

Item Carolus secundus filius Henrici secundi, Ducis Monstbergenensis.

Jacobus Regius Monachus Dolensis, Ordinis S. Benedicti, renunciatur Archiepiscopus Bituricensis.

Floret hoc eodem tempore & eodem ex Ordine Antonius de Monte, Episcopus Civitatis.

Annus Christi 1546.

Solymanus Turcarum Imperator, Petrivadinum Sclavoniae propugnaculum expugnat.

Moritur Ernestus Dux Luneburgensis anno ætatis 48.

Mundi lucem primò aspicit Joachimus Fridericus Elector Brandenburgicus.

E vivis discedit nono post puerperium die, Sophia, Electoris Brandenburgici conjux.

Vivos relinquit subitanè noctu morte extinctus, infelicis erroris author Mart. Lutherus.

Nascitur Joannes Wolfgangus Freymonius, S. C. M. Consiliarius intimus, S. R. I. Vice-Cancellarius, vir doctrinâ, scriptisque in lucem editis clarus.

Magna fuit in Belgio frumenti caritas.

Cornua cervi parieti appensa sanguinem sudant, præfagium fuit hoc belli Germanici post dies quatuordecim subsecuti.

Moritur Ven. P. Petrus Faber, primus S. Ignatii Loyolæ socius, vir exquisitæ pietatis, doctrinæ, & zeli animarum.

Misniz infans in utero materno fetus edere auditur. Finsel, de Mirand. p. 2. & 3.

Nascitur Bregantii P. Jacobus Rhem Soc. Jes. insignis Deiparæ cultor, defunctorum fidelium efficacis advocatus, spiritu prophetiæ clarus.

Protestantes conventus agunt Francofurti, deliberatum ibi est de Concilio Tridentino, de prorogando fœdere, de sumptibus belli Brunsvicensis, de non deserendo Colonienfi Archiepiscopo, qui Catholicam religionem deseruerat.

In Palatinatu Rheni Lutheranismus introducitur.

Carolus Imperator habet Trajecti Conventum aurei Velleris, & Italiæ, Hispaniæ, Germaniæ, Flandriæ Principum aliquot novâ electione illud auxit sodalitiis. Inde Ratisbonam ad Comiticia iter instituit.

Ferdinandus Rex Romanorum duas suas filias elocat, Annam Alberto Baviariæ, Mariam Guilelmo Clivensium Principi.

Protestantes bellum Cæsari denunciant, ejus castra propè Ingolstadtium explosis tormentis infestant, & 1900. pilas ferreas in eadem conjiciunt, parvo tamen damno, imò cum Cæsar illorum castris indies propius suas munitiones conjungeret, castra submovere coacti sunt.

Neoburgum Carolo V. Imperatori deditioem facit, item Wendingum, Donavverda, Dilinga, Gundeltinga.

Ferdinandus Romanorum Rex & Mauritius Dux Saxonie Electoris exercitum profligant, magnamque Saxonie partem in suam redigunt potestatem: sub his angustiis dictus Elector & Hassia Landgravius, per Joannem Brandeburgici Electoris fratrem, de pacis conditionibus cum Cæsare agere cœperunt; sed cum iste alias proponeret, quam ipsi vellent, nihil actum est. Victoriæ cursum profecutus Carolus hostes ex Franconia pellit, Rotenburgum occupat, Bopfingeres, Norlingenses & Dinkelspuleres in fidem recipit.

Fridericus Palatinus supplex cum multis lachrymis veniam implorat, & obtinet, quâ etiam gratiâ gaudebant Ulmenses. Exercitu Cæsaris

in Ducatum Wirtembergensem immisso, Dux non ferens ditionis suæ vastationem, pacem similiter petit & impetrat, non recusatis conditionibus, quas Cæsar præscripserat. Eodem tempore veniunt litteræ à Comite Burano de occupato Francofurto. Augustani quoque cum Argentoratensibus sese submittentibus, in gratiam redeunt.

Pax inter Gallos & Anglos conciliatur.

Mechliniæ fulmen in portam arenariam lapsum, in qua asservabatur pulveris tormentarii immensa vis, illud incendit, turrim dissipat, vicinorum murorum fundamenta revellit, & longè latèq; per aëra jactat, fossarum aquæ vi tanti ardoris exsiccata, multiq; homines partim extincti, partim graviter saucii reperti sunt.

Christophorus IV. Baro à Lamberg instituitur Episcopus Seccoviensis.

Bartholomæus ex Ord. Minorum S. Francisci, cum fama sanctitatis moritur in Lusitania.

David Berbinus S. R. E. Cardinalis, ingenii splendore & vitæ gravitate illustris, à Sectariis strangulatur in Scotia.

Abdala Tremisanus in Africa Rex à suis repudiatus, cum ab Arabibus opem querit, ab his occiditur. Marmol. descript. Afric. l. 5. c. 11.

Albertus III. Dux Grubenhagensis, ex vulnere in prælio Nordlingensi accepto, moritur.

Georgius d'Amboise Archiepiscopus Rothomagensis Cardinalitiâ purpurâ ornatur.

Vitam exiit Alphonsus d'Avalos, Marchio Vastinus, Caroli V. Imperatoris Locumtenens Generalis exercitûs.

Mundi lucem aspicit Tycho Brahe Mathematicorum sui ævi Phœbus.

Franciscus Sfortia postea Dux Mediolanensis ad Caravaggiū Venetorum exercitum cecidit.

Celebratur prima Concilii Tridentini Sessio.

Annus Christi 1547.

Moritur Henricus VIII. Angliæ Rex, infelix ille fidei orthodoxæ extirpator. Item Franciscus I. Rex Galliarum. Illi in Regno succedit filius Eduardus novem annorum puer huic filius Henricus anno ætatis 28.

Hermannus, mandato Papali exauctoratur, substituto, in sedem Archiepiscopalem Coloniensem, Adolpho Comite de Schauenburg.

Vivis excedit Anna Hungariæ Regina, Regis Ferdinandi uxor, in decimo quinto filiarum partu, ætatis anno 44.

Nascitur insignis heros, Joannes Austriacus. Et Georgius Obrechtus J. C. insignis.

Saxones Albertum Marchionem, quem Cæsar præmiserat, cuiusdam illustriæ fœminæ conditione capiunt, è suis 1300. occidunt, reliquos ferè in potestatem redigunt.

Moritur Franciscus Vatablus, celeberrimus Scripturæ sacræ interpres, linguæque Hebraicæ Professor Parisiis: mortis socium eodem die & anno se jungit Jacobus Tullanus, linguæ Græcæ Professor.

Fatis item concedit Otto sextus Comes Hennebergicus, Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Argentoratensis.

Cæsar Joan. Fridericum Sax. Electorem prælio vincit & capit, ut & Hassium desperatione rerum supplicem; Torgaviam deditioem occupat.

Dictus

Sæculum XVI.

Dictus Elector custodiæ traditus, cui tamen Cæsar precibus Joachimi Electoris Brandeburgici & Ducis Cliviæ flexus vitam donat, at Electorali dignitate, & agris oppidisque omnibus, ad Electoratus ditionem spectantibus exiit, & quosdam duntaxat agros arcesque in Thuringia habere permittit: veniam quoque & vitam supplex accipit Landgravius Hassiæ hisce conditionibus, ut ex omni ditione quatuor electas urbes continuò dedat, loca aliquot munita diruat; centum quinquaginta aureorum millia pendat &c.

Bremenses per Danorum Regem in fidem Cæsaris recipi vehementissimè orant, idem contendunt Dux Pomeranus & Luneburgicus, similiter jam item fecerant antea Hamburgenses.

Mauritius Electorali Saxonie dignitate ornatur.

Bohemi cum Rege suo Ferdinando in gratiam redeunt; in nobiles tamen quosdam qui ad diem citati non venerant, severior sententia pronunciata est.

Induciæ cum Turcis quinquennales Carolus Imperator init, & Augustam Conventum Imperii indicit; aderant Electores omnes, præter alios Imperii Principes etiam Cæsaris soror Maria Belgii Governatrix.

Ferdinandus Gonzaga Mediolanensis Gubernator, Placentiam occupat.

Angli Scotos prælio superant, ductore Somerseto Regis avunculo. Scotis præerat Jacobus Hamiltonus, Regni Scotiæ Gubernator. Causa belli fertur, quod Eduardo Regi sponsa daretur, quemadmodum ex pacto oporteret, & Scoti se facturos receperant.

Aloysius Fliscus Lovaniæ Comes, juvenis linguâ manuque promptus, pelago hauritur.

Moritur Mathæus de Longue-Joye ex Abbate Silvæ Majoris Ord. D. Benedicti, Episcopus Sueffionensis.

Diem obit Petrus Bembus Venetus, S. R. E. Cardinalis doctissimus.

Ravæ in majori Polonia, duo Judæi Moses & Abraham cuidam futuri, nomine Michaëli, puerum sustulerunt & occiderunt; pater intentevit eis litem, & jure convictos ex decreto officii comburi curavit, reliqui verò omnes æternum proscripti sunt.

Ericus Dux Brunsvicensis à Protestantibus cecidit.

Nascitur Georgius Hassiæ Landgravius, Philippi filius.

Cardinalis Betovius à Scotis occiditur. Moritur Fridericus II. Dux Lignicensis & Bregensis.

Cæsaris exercitus Wittenbergam obsidet.

Obit Albertus cognomento pulcher Dux Megapolitanus: ex Anna conjuge, filiâ Joachimi I. Electoris Brandenburgici, proles sequentes habuit: Joannem Albertum, Ulricum Episcopum Sverinensem, Georgium, Christophorum, Ludovicum, Carolum, Annam postea Curlandiæ Ducissam.

Antequera Nova, urbs novæ Hispaniæ in America, Episcopali sede à Paulo Papa hujus nominis tertio ornatur.

Henricus Galliarum Rex Comitatum Aumaliniensem Ducatus titulo ornatur.

Emundo discedit Claudia Bectozia Monia-R. P. Brentano Epitome Chronologica.

lis S. Honorii Tarasconensis in Gallia, prænobilis stemmatis Virgo, litteris elegantioribus instructissima. Item Fridericus II. Dux Bregensis in Silesia.

Cantuariæ corpora Martini Buceri & Pauli Fagii heterodoxorum, qui dogmata hæretica disperferant, exhumantur, & rogo addicuntur.

Annus Christi 1548.

Academia Jenensis fundatur, à Joanne Friderico Electore Saxonie.

Sebastianus Vogelspergerus, vir militari experientiâ aliâ insignis, Caroli V. Imperatoris iussu, ob delicta Augustæ capite plectitur.

Jaromiza Regia Bohemiæ urbs flammis absumitur.

Moritur Christophorus Comes Hennebergicus. Item Sigismundus Poloniæ Rex, Regni Successorem habuit filium Sigismundum Augustum, excelso animo Principem, & paternis vestigiis in Catholica religione insistentem.

Colonienfis Archiepiscopus Adolphus primitias, ut vocant, seu primum sacrificium facit Augustæ, præsentibus Cæsare, Ferdinando Rege, & reliquis Principibus maximo numero, quibus postea epulum dedit magnificentissimum: sub hoc tempore Augustam venit Muleas, Tunetanus Rex, proprii filii in se expertus crudelitatem, utroque adempto lumine. Secutus est eum paulò post alter filius. Is Rex in tanta calamitate pristinam visus est retinere animi excellentiam, erectâ cervice inambulans, & insigni plerumque cultûs & gestûs gravitate veteris fortunæ majestatem repræsentans.

In Anglia Missa abrogatur, & non diù post Stephanus Episcopus Wintonienfis, vir longè doctissimus, custodiæ mandatur.

Constantiam Acronii obsident Hispani & repelluntur. Brevi tamen post Constantienses se Cæsari submitunt, & Prædicatores Lutheranos abire jubent: mox idem Cæsar Augustæ Senatuum exauthorat, novumque instituit, tribus quoque abrogat, & civium conventicula, ne deinceps fiant, interdicit, Religionem quoque Lutheranam ut mutant, Senatui novo graviter imperat; sicque relicto præsidio Ulmam petit, atque illic itidem Senatuum loco movet; alium subrogat, & Martinum Frechtum Ministrum Evangelicum, cum sociis Concionatoribus, in custodiam duci jubet.

Burdigalenses ob salinarium vectigal & tributa extraordinaria tumultuantur, sed submitto à Rege exercitu seditionis auctores è medio tolluntur, reliquique in ordinem coguntur.

Cæsar in Belgium redit, cum paulò ante Camerae Judicium constituisset, Advocatos tres de Lutheranismis suspectos removisset, cæterisque sub pœna amotionis, ut Ecclesiæ Catholicæ dogmata servarent, præcepisset.

Eleonora Franciæ Regina, Henrico Rege annuente ad fratrem Carolum Imperatorem in Belgium venit, eodem tempore Philippus 2. annorum juvenis, ex Hispaniis ad illum patrem suum visendum, in Italiam proficiscitur, maximo honore ab Italiæ Principibus exceptus.

Memorabilis est Maximiliani Egmondani Imperatoris in Angliam Legati obitus. Hic

FFFF

enim

enim è Britannia redux, cum ab Andrea Vesalio, Medico tunc celeberrimo, horam ac penè momentum vitæ ultimum didicisset, laudissimum instruxit convivium; invitatisque amicis omnem suam auream argenteamque suppellectilem non modò exposuit, sed & inter illos distribuit; postmodum se in lectulum fatalem colligens, receptis devotè Ecclesiæ Sacramentis, horâ prænuñciatâ vitam clausit.

Natus est Guilielmus V. Dux Bavariz.

Moritur Joannes Episcopus Constantiensis morte repentinâ.

Electus Saxoniz ad familiam Misnensem transfertur.

Diem obit Sigismundus Poloniz Rex; item Venerabilis P. de Contreras, Capellanus Ecclesiæ Hispalensis, cujus canonizandi causa versatur in Rotâ Romanâ.

Anna Christiani III. Daniæ Regis filia, Augusto Saxoniz Duci, postea Electori, desponsatur.

Incendio maximo civitas Trajectensis flammavit; est autem ibi Capella in honorem S. Crucis consecrata, quam incendium cum omnibus quæ intus continebantur, consumpsit, exceptâ imagine S. Salvatoris, in qua hoc miraculum contigit, quòd patibulum consumptum est, & clavus & Imago tota sine læsione permansit, quam Clerici cum populo magnâ suscipientes devotione, ad templum de Capellâ detulerunt, & ex hoc eam in summâ veneratione habuerunt. Chron. Belgic.

Cheriffus Mahometes, devicto Oate Rege Fessano, filium ejus Muleium Cacer folio imponit.

Obiit Carolus II. Dux Monstbergensis.

Extinguitur Ordinis Benedictini illustre fides Gregorius Cortesius S. R. E. Cardinalis, Vir doctissimus, peritissimusque Græcè ac Latine; inter cætera plura ingenii sui præclarissima monumenta, edidit de viris illustribus Ordinis lib. I. Hymnorum diverso metro lib. I. Quod S. Petrus fuerit Romæ lib. I. Epistolarum familiarium lib. I.

Annus Christi 1549.

Dragues Raisus, Pyrata Turcicus, Africam urbem in Africâ expugnat.

Nascitur Franciscus Maria II. Roboreus Dux Urbini doctissimus.

Moritur Bertholdus XIX. Comes ab Henneberg; item Albertus ex eodem stemmate.

Philippus Imperatoris Caroli filius ad patrem in Belgium venit, cui iste insignem equitatum obviam misit, eumque Bruxellis summâ gratulatione excepit.

In Angliâ intestinz fervent animorum dissensiones, sed Senatus Anglicus armatâ manu seditiones compescuit, sumptumque supplicium est de illorum authoribus; casus autem est etiam Thomas Semerus Britanniz Amiralus, quòd in affectati regni suspicionem venisset apud germanum fratrem suum, qui tùm regni protector erat, & Regis Eduardi avunculus; dùm autem inter se Angli tumultuantur, Rex Galliarum eâ acceptâ rei gerendæ opportunitate, in maxi-

mas annonæ & rerum necessariorum angustias adduxit Poloniz arcem, & ut hostem alibi quocumque distineret, exercitum in Scotiam misit, qui Scotis junctus egregiam de Anglis victoriam reportavit.

Argentineses cum Episcopo suo transigunt, tria templa Catholicis permittunt, & quædam alia inter utrosque componuntur.

Mustapha, quòd videret patrem suum Solimannum Turcarum Imperatorem propensiora esse in secundæ uxoris liberos, rem indignè tulit, & ad Persas confugit, quorum fretus copiis, aliquot Persis loca finitima expugnavit; Solymannus cum 50000. pergit obviam, Persasque in fugam conjicit; sed cum Persæ longè lateque omnia incenderent, è Solimanni exercitu rerum inopiâ pressio, ad 100000. periere, coactusque est Solymannis re infectâ discedere.

Moritur Paulus III. Papa, anno ætatis suæ 82.

S. Franciscus Xaverius in Japonia advenit.

P. Nunnus Ribera Soc. Jesu, Amboini in Moluccis Insulis, veneno à Saracenis ex odio fidelis propinato interimitur.

Archiepiscopi Moguntinus, Colonienfis & Trevirensis, obsecruri Cæsaris votis, Synodos Provinciales convocant, statutaque tùm ad arcendum, tùm ad eliminandum Lutheranismum condunt.

Decedit Otto Dux Luneburgicus anno ætatis 54. item Franciscus Dux Lotharingæ.

Nascitur Anna Maximiliani II. Imperatoris filia ex Maria Hispaniarum Regis filia; item Barnimus XI. Pomeraniz Dux, filius Philippi & Mariæ, Joannis Saxoniz Electoris filia.

Mundi lucem aspicit Carolus Philippus Dux Croiz & Arschoti, filius Philippi & Annæ Lotharingæ Ducissæ.

Annus Christi 1550.

Moritur Andreas Alciatus, insignis Mediolanensium decus, Juristarum sui ævi facilis Princeps.

Nascitur Ferdinandus Bavariz Dux, filius Alberti; similiter Carolus IX. Rex Galliz.

Ad Papale solium evchitur Julius III. dictus antea Joannes Maria de Monte, qui Concilium indicit Tridenti continuandum.

Turcæ in reditu de obsidione Malthæ, Augustam Siciliz urbem maritimam adoriuntur, & exspoliant; Tripolim occupant.

Vitæ mortalis cursum consummat Venerabilis P. Barnabas, Ordinis Minorum S. Francisci strictioris observantiz, in Conventu Conceptionis Beatissimæ Virginis Olomucii, qui in vita & post mortem Sanctitatis suæ testimonium consecutus est.

Claret in Bohemia pari Sanctitatis splendore Adalbertus Ecclesiæ Metropolitanæ Pragenfis Scholasticus, ad cujus tumulum, noctu lumina cœlitus ardere visa sunt.

Ipsa Purificationis die solenni Argentinesis Clerus Missam in tribus templis rursus celebrat, plusquam 20. annis intermissam. Gallia

Galliz & Angliz Reges pacem faciunt, Bolognam Angli reddunt Gallis, à quibus certa illis pecuniæ summa numeratur; & ut major sit inter dictos Reges necessitudo, Gallus Ordinis Anglici, Anglus Gallici fit eques.

Diem vitæ extremum obit Granvellanus, qui totos viginti annos apud Imperatorem summum obtinuerat dignitatis locum; quem nunc occupat ejus filius Atrebatensis Episcopus.

Andreas Doria classis Cæsareæ Præfectus Aphrodisium Africæ munitissimum oppidum expugnat, 8000. ex ea barbaros captivos abducit, & tandem funditus evertit.

Magdeburgenses magnis afficiuntur damnis à Georgio Duce Magnopolensi, & in acie non sine multorum hominum cæde vincuntur, capti sunt plurimi, & tormenta, currus & instrumenta militaria omnia in præfati Ducis potestatem veniunt; urbs ipsa Magdeburgum hæc suorum perpessâ clade obsidetur; nova urbs multis casibus occupatur.

Landgravius Hassiz suorum quorundam ope ex captivitate suæ loco fugam quærit, verum cum res ad Hispani Præfati notitiam perfertur, in ipso propè fugæ momento duo ex Landgravianis confodiuntur, nonnulli comprehensi capite plectuntur, ipseque Landgravius arctiori custodia mandatur; conatus hos Cæsar tulit indignissimè.

Moritur Guilielmus Dux Bavariz. Item Archiepiscopus Rothomagensis.

Decimo Calendas Aprilis accidit memorabilis frumenti pluvia in Carinthia, non procul Villaco & Clagenfurto ad 2. milliaria, per tot horarum spatium se extendens, panis exinde optimus ab incolis confectus.

Petrus Persicus instituit Episcopus Chiemensis.

Franciscus à Galisteo Ordin. S. Francisci singulari austerioris vitæ exemplo in Castella floret.

Moritur S. Joannes de Deo fundator Ord. de Hospitalitate, vir miræ misericordiæ in pauperes & ægrotos, in seipsum verò austeritatis; in flammis abeunte hospitali, medio ex igne ægrotos in humeris illæsus exportavit, luxit insuper dono prophetiz.

In India Occidentali decedit cum sanctioris vitæ famâ Franciscus à Turre Ord. Minorum.

Antonius à Monte Sardo Capuccinus, Maceratæ cum sanctitatis opinione decedit. Item Badiocii in Hispania Didacus Fernandez ex Ordine Minorum.

Decedit Nicolaus Comes à Salm militari gloriâ & fortitudine celebris.

Florent Augustinus Berous Bononiensis, & Petrus Rebuffus, Gallus, Juris-Consulti insignes.

In Thuringia triticum pluit, alicubi ad duorum digitorum altitudinem.

Abdala sive Abdelasis, aliis La Abez dictus, miles inter Mauros cordatissimus, post præclaram Turcis præstitam operam, cum loco præmii Otomannici Archistrategi in se experiretur se veritatem, ex amico factus hostis, contra Turcas bellum movet, in quo pertinacissimè pugnans occisus est. Marmol. descript. Afr. lib. 5. c. 67.

Obiit Eginarius Baro, natione Gallus, Juris-Consultus insignis, memoriæ & doctrinæ suæ R. P. Brentano Epitome Chronologica.

signa reliquit scripta varia, nimirum tabulas in Quintiliani Institutiones Rhetoricas. De dividuis & individuis obligationibus seu stipulationibus. De servitutibus. Manuale Digestorum. In Pandectas & Institutiones Commentaria.

Carlæus Lancellotus patriâ Burdigalensis creatur Episcopus Riviensis.

Florent ex Ord. Benedictino Benedictus Canophilus. Sanguinus Carinensis Monachus J. U. Doctor. Miniatus Pittus Nobilis Florentinus, Abbas S. Miniatis Florentiz, Mathematicus præstantissimus. Philibertus de Rie Episcopus Genevensis. Sed & famâ celebratus hoc ipso tempore ex illustrissimo Gimacensium Principum genere F. Carolus de Croy, ex Monacho Abbas Affligemensis, Episcopus denique Tornacensis.

Annus Christi 1551.

Moritur Joannes Princeps Anhaltinus, anno ætatis 47.

Turcæ Temesvariam frustraneâ obsidione tentant.

Ancilla quædam sedecim annorum, in pago Schartenfeld, sub ditione Comitum Honsteini, circa festum Sancti Martini dormire incipit, somno nunquam interrupto usque ad mensem Junium anni sequentis. Teste Jobo Fincelio part. 2. de Mirand.

In Prussia Andreas Osiander novum de justificatione dogma è suo cerebro fabricat, videlicet, hominem Christianum eadem prorsus justitiâ, quâ DEUS essentialiter justus est, justum esse oportere, hanc verò justitiâ homini inferi &c. quâ sententiâ multos Evangelicos præcones in se concitavit, qui in eum calamos acuerunt, & ipse in illos idem egit.

Periit in Angliâ Martinus Bucerus Monachus apostata, & licet Sacerdos, ad tertias tamen nuptias progressus est.

Die 14. Martii in oppido Bernburgensi sub concionem Statua Christi id cruce pendentis ad quatuor horas largiter sudavit. Erant, qui sudorem illum subinde abstergerent, sed rursus magnâ copiâ manavit.

Obiit Robertus Waucop, Scorus, Lutetiz Parisiorum. Is à puero cæcus, usque eò in studiis profecit, ut Theologiæ Doctor creatus sit. Inde Romæ fit Sacerdos, ac paulò post Archiepiscopus Arnachanus in Hibernia, & postea sub Julio III. Legatus à Latere.

Galliz Rex Henricus in suam fidem & clientelam recipit Octavium Farnesium, & Parmæ imponit Gallicum præsidium invito Pontifice & Cæsare, ea res initium præbuit calamitosissimo & diuturno bello Gallico.

Augusti die 26. Ecclesiæ Augustanæ ministri Evangelici, Cæsaris voluntate intra diem tertium ex urbe decedere jubentur, nec usquam omnino concionari intra Cæsaris ditiones.

Turcica classis Melitæ arce frustra tentatâ, Tripolim Africæ urbem expugnat.

Rex Galliz in Pedemontio aliquot urbes occupat, ejusque classis Præfectus Polinus, cum 22. naves onerarias, multis mercibus onustas, fretasque induciis è Belgio tendentes in Hispanias offendisset, adnavigans, ait se vehere Reginam Scotiz, oratque ut recepto nautico more,

more, congratulationis & honoris causâ tormenta omnia displodant; faciunt id nimium creduli, & ecce repente ille in exarmatas naves impressionem facit, & novem duntaxat evadentibus, reliquas cum mercibus, quarum pretium 500000 aureis scutatis aestimaretur, Rothomagus pertraxit.

Mauritius Saxoniae Elector Magdeburgum in Caesaris, Imperii & suam fidem adigit, & relicto in urbe praesidio, obsidionem solvit.

P. Melchior Gonzalez Soc. Jesu, porrecto à barbaris veneno, ob propagatam religionem Christi sublatus est Bazaini in India Orientali.

Landgravius Hassiae ab Imperatore è captivitate liber dimittitur.

Decedit Venerabilis Henricus Clausensis Abbas, qui in medio confurgentium undique sectarum, velut stella in medio nebulae refulsit, & divino calamo scriptis libris, cultum Sanctorum, quorum erat observantissimus, ad Dei gloriam, promotum voluit, multa insignia ingenii & pietatis, posteritati relinquens monumenta. Ex monim. Wibling.

Naturae debitum solvit Ticini Andreas Alciatus Jurista insignis, scripsit Commentarios in Pandectas, Institutiones, Codicem, in Decretales Gregorii, Consilia, de Formula Romani Imperii. De veterum ponderibus & mensuris, de Magistratibus civilibus & militaribus officiis, de praecedentia, de singulari certamine. Item Emblemata.

Carolus II. Marchio Badensis nubit Cuneburgundae, filiae Casimiri Marchionis Brandenburgico-Onolsbacensis.

Inter Germaniae Antistites sacros insigni vitae innocentiae & eruditionis laude effulget Henricus Clausius Ordinis nostri Abbas Wiblingensis. Scripsit

Hierapolim, sive de caelesti Curia lib. 2.

Orationes ad caelestem Curiam lib. 1.

Speculum propriae cognitionis lib. 1.

Dialogorum vitae Christi lib. 3.

Dialogum, cui titulus, negligens Pater.

Miscellaneorum lib. 1.

Sermonum variorum lib. 1.

Exercitium devotissimum ad DEUM & Sanctos Patronos.

Commendationem devotam ad S. Annam.

In caput Regulae sacrae, de observatione Quadragesimae sermones 2.

Apologiam pro se adversus Apostatam.

Dialogum ad patrem & filium ad Religionem aspirantem.

Epistolarum ad diversos lib. 1.

Saerae Romanae Ecclesiae Cardinalis treatur petente Imperatore, Vir eo honore dignissimus F. Gregorius noster Martinus Ungarus.

Obiit Servestae Joannes Princeps Anhaltinus, vir litteratus, magnique apud Carolum V. Imperatorem pretii.

Annus Christi 1552.

MORITUR Henricus Dux Megapolitanus, anno aetatis 73. Item Lazarus Bonamicus Professor Patavii, vir doctissimus, anno aetatis 73.

Turcae Temesvariam deditione capiunt, sed fide fracta milites Praesidiarios extra urbem trucidant, Stephano Loffonone eorum duce misso Constantinopolim, ubi capite plexus fuit. Comes quoque Simon Forgatschius ab iisdem perfide confoditur: Comitem vero Bathianum brachiis pedibusque truncant.

Emmanuel Philibertus Dux Sabaudiae Draconerium expugnat.

Carolus V. Imperator Teroannam, quam fortalitiis exuit.

Diem obit Ven. P. Claudius Jajus Sabaudus, è primis decem S. Ignatii Loyolae sociis.

Rudolphus à Franckenstein Ecclesiae Spirensis Episcopus efficitur.

Alberius Marchio Brandenburgicus Spiram ingressus, sacra profanaque diripit. Moguntiae sacra quinque fana sive Collegia, coenobia multa incendio tradit. Hinc Treviros adiit, ubi omne, quod DEO impensum erat, Vulcano tradidit, postea interpositis aliquot conditionibus Caesari reconciliatur.

Germanicum in Caesarem bellum suscipitur, Galliae Rege cum Mauritio Saxoniae Electore & aliis quibusdam se conjungente, & defensorum Germanicae libertatis sese palam scribente: Mauritius cum sociis progreditur, multas Germaniae urbes occupat, abrogant Magistratus à Caesare institutos, ipsi novos creant: Galliae Rex Tullum, Viridunum, Metim Imperio subtrahit: dictus Mauritius paulo post cum Caesare in gratiam redit, Rege Gallorum posthabito: dum hic interim in Germania versatur, Caesariani duce Martino Rossemio Gallias invadunt, & Campaniae Gallicae fines longè lateque vastant incendiis.

Imperator die 20. Augusti Augustam venit, Senatam à Principibus institutum removit, & priorem, quem ipse crearat, restituit. Per hoc ferè tempus in Italia Senenses Gallorum ope Hispanos milites è sua urbe eiciunt.

Metis à Caesareanis obsidetur, sed quoddam saeva esset hiems, & tempus omnino importunum, obsidio soluta est sub Decembris finem.

P. Ludovicus Mendez Societ. Jesu, Comorini in India Orientali, ab Ethnicis, post aliquot accepta vulnera, ex fidei Christianae odio obruncatur.

P. Paulus à Valle ex eadem Societate, fame, captivitate, ærumnis & verberibus ob eandem fidei causam enecatur à Badagis Punicali in ora Biscajae.

Decedit cum Sanctitatis opinione Fulgentii Maria Baptista Butaroni tertiaria Ordinis Sancti Francisci.

Bonifacius Tusciae Marchio potentissimus per insidias trucidatur.

Moritur Hermannus Comes à Widen, Archiepiscopus Colonienensis, anno aetatis 80.

Norimberga obsidetur à Brandenburgico.

Rudolphus II. Imperator natus est. Item Henricus III. Galliae Rex.

Venetis degebat Juris Consultus, Curiae ejusque Reipublicae Advocatus, qui cum injurissimas fortunas injustis titulis congestisset, nullo pietatis studio, quam aliquam solam in Virginem Deiparam devotione, & in pauperes misericor-

sericordia tenebatur. Mathæum Bassum Ordinis Capuccinorum, de cujus sanctitate à Sebastiano Venereo Servatore Veneto praeclara audierat, vocavit ad prandium, & statutam ad prandii horam hisce verbis affatur praesentem. Pater mi, est mihi in domo simia planè admirabilis, quae plus aliquid quam brutum saepe videtur. Solet quidem hoc bestiarum genus propius humanos actus imitari, istud tamen animal adeò hominem praese fert, ut famuli mihi perfectè obsequentis ministeria exhibeat. Hæc mensam sternit, mantilia crispat, calices & cyathos lavat, orbes suis locis collocat. Hæc cum à Curia redeo, quasi herum venientem agnoscat, domus fores aperit, atque alia hujusmodi officia praestat, quae summam omnibus admirationem pariunt. His auditis P. Mathæus divino illustratus lumine, inquit, non posse non in hac simia aliquid praeter simiam latere; jubetque bestiam pace patris familias, ad se praesentem adduci. Diu conquisita, tandem loco obscuro, sub lectica delitescens conspicitur, cumque, ut inde erumperet, à famulis compelleretur, illa praeter morem dentibus fremens, nullo modo adduci potuit, ut in medium prodiret. Quod cum Mathæo nuntiatum esset, is cum hero ad eam accedens, adesto, inquit, infernalis bellua, in nomini Domini nostri JESU CHRISTI, & huc coram nobis quamprimum procede. Paruit illa, & se ante omnium astantium oculos stetit. Tum rursus Mathæus: divino te Imperio obstringo & cogo, ut sine ambage nobis annuncies, quis sis, & unde huc adveneris. Cui simia humanam vocem depromens, ego sum Diabolus, ait, neque alius mihi huc veniendi scopus fuit, quam ut hujus viri (herum innuebat) animam dudum mihi obnoxiam ad Tartara raperem. Age, reponit Mathæus, scire, quid hoc facere prohibuerit: id unum, respondit dæmon, quod cubitum concessurus, semper Dei opem, Virginisque Deiparae patrocinium, sibi in praesidium imploraverit, à qua pia consuetudine, si semel duntaxat remisisset, procul dubio ipsa de nocte quiescentem praefocasset, & infelicem ejus spiritum ad inferos rapuissem. Consternati hæc super re omnes, omnium maxime Advocatus, praemetu penè exanimatus, quem Mathæus hortabatur, ut ad Magnae Virginis opem se reciperet. Tum ad dæmonem conversus, quandoquidem, inquit, hujus hominis perdendi tibi à Deo potestas hæcenus non est facta, ego quoque Dei nomine, ne quid mali ei inferas, tibi interdico; tu solus in Tartarum abi. Cui dæmon, hoc à Deo potestatis accepi, ut hinc absque aliquo damno non recedam. Reluctabatur Mathæus, altercabatur diabolus propositi sui pertinax, interea pavere omnes ac trepidare. Sed iterum resumpto animo Mathæus orcinam simiam aggressus, dat ei licentiam non sine damno aliquo excedendi, simulque praescribit, ut pro damno parietem proximum perfodiat, & in eo foramen relinquat; quo testetur se è domo evasisse, nil ultra noceat, quod & factum est. Pexenfelder ex Zachar. Boverio. Idem Mathæus hoc eodem anno vivente desit.

Moritur Petrus Apianus Misnienensis, Mathematicus celebris, Carolo Imperatori gratus, Professor Matheseos Ingolstadii: scripsit Cosmographiam, Geographicam instructionem, five Astronomicum Caesarium &c.

Casanum, urbem Regni Casani praecipuam, Joannes Basilovicus Magnus Dux Russiae occupat.

Cum hoc anno jussu S. Caroli Borromaei Brixiae translatum fuisset corpus Ven. Sororis Elisabethae Ardiis Ordin. S. Augustini; folia & flosculi, quibuscum sepultum fuerat, adhuc virentes vividique apparuerunt, ac si tunc positi fuissent.

Joannes Feckenamus noster, post longum carceris squalorem, evectâ ad Angliae Thronum Mariam educitur, & pro merito felicissime calamo & disputatione triumphatis haereticis, Decanus Cathedralis Ecclesiae renunciatur.

Claret Hieronymus Sohierius Abbas Claravallensis, postea Cistercii Abbas Ordinis Generalis, & tandem S. Romanae Ecclesiae Cardinalis.

Annus Christi 1553.

MORITUR Joannes Ernestus Saxoniae Dux, Joannis Friderici Principis Electoris frater, Lues dira saevit Coloniae Agrippinae, extinctis mortalium 25000.

Galli apud Metenses inquirunt libros Lutheranos per civium domos, inventos tradunt carnifici publice exurendos. Venit etiam Metim Robertus Metensis Episcopus, & novum constituit Senatam.

Albertus Brandenburgicus rursus conscribit militem, Mauritius Saxoniae Elector cum Henrico Brunsvicensi foedus percutit, & Episcopis Bambergensi & Herbipolensi atque Norimbergicis suam pollicetur opem. Albertus coactis copiis in dictorum Episcoporum & Norimbergensium fines saevit incendiis & direptionibus, Bambergam & Suinfurtum capit & praesidio munit, quaedam Norimbergensium castella & oppida occupat. Hinc Ferdinandus Romanorum Rex, dictusque Mauritius Saxo ei bellum denunciant.

Caesar Terovanam vi eripit Gallis, incendit, evertit.

Obiit Eduardus Angliae Rex, sexdecim circiter annorum adolescens, cui in Regno successit Maria, Catharinae, quam Henricus à se separarat, filia, quae fidem Catholicam Regno restituit, & sponsalia cum Philippo Caroli Imperatoris filio init.

Mauritius Albertum Brandenburgicum praelio vincit, sed ipse lethali accepto vulnere, paulo post moritur.

Sub hoc tempus sanguineae guttae reptae sunt in folijs arborum, auditi canum importunissimi latratus, & mutuae dilanationes, equorum veluti fremitus, & concursationes armorum.

Caesaris exercitus Gallis Hefdinum dentio vi extorquet, caeso Horatio Farnesio Galliarum Regis genero, multisque captis nobilibus, & in iis Galliae Marechallos Marchianos.

Mauritio Saxoniae Electori mortuo succedit

frater ejus Augustus, Misnia urbs ingenti terræ motu concutitur.

Episcopi Herbipolensis & Bambergensis cum Norimbergicis Alberti Marchionis Brandenburgici oppida oppugnant.

Lugduninovem Lutherani jussu Regis rapiuntur ad supplicium, Bernatibus frustra pro iis intercedentibus.

Henricus Brunsvicensis Albertum novas conscribentem copias in pugna vincit.

Turcica classis Corsicam Genuensibus eripit.

Cæsar Hedsinum solo æquat, & cum vellet Dorlanum tentare, ejus exercitus à Gallis in fugam compellitur, non paucis occisis & captis. Istr Cameracum tentant, sed frustra, occupant autem Bqviniacum.

L utetiam sævissima pestis vastat, & Rex multos Lutheranos comburit.

Genevæ Calvinus Serverum Hispanum valde impiè de SSS. Trinitate sentientem extremo curat supplicio affici.

Galli Vercellas ex improvise capiunt, factaque direptione inde recedunt, quod Gonzaga Cæsaris Præfectus superveniret.

Solymanus Turcarum Imperator, Mustapham filium natu maximum suspectum habens de Imperio invadendo, illum ad se accersit Alepum in Syriam, ubi tunc commorabatur. Mustapha patri statim obtemperans, ad eum cum magnis properat muneribus. Ubi se de equo demisit, nullas suspicatus insidias, in Solymani tabernaculum ingreditur, jussusque acinacem deponere, ad Solymanum ejus manum osculaturus propius accedit, sed statim à Ministris regiis, ut eis imperatum erat, subito comprehenso funis in collum conjicitur, & inspectante patre strangulatur. Eadem horâ signifer ejus, ex nobili Michaëlium familiâ Venetiis ortus, capite plectitur. Fertur postea Solymanus eam filii necem multis lachrymis profecutus.

Albertus Brandeburgicus à Cameræ judicibus proscibitur, tanquam publicæ quietis & tranquillitatis perturbator.

Hoc anno fuit quidam Parisiis, qui se Joannis Apostoli & Evangelistæ mente perfusum diceret. Porro Basileæ & Parisiis visus est, qui genio Petri Apostoli se Duce frui contenderet. Alius quoque Basileæ se jactabat, quod Moïsi Angelum haberet.

Moritur Jodocus Palmerius Ordin. Montis Virginis, sanctitate clarus.

Item Felix Virgo, rerum contemplatione cœlestium & charitate humilitateque excellens, fuit ex familia de Barbarano.

Fatisitem concedit Petrus de Toletio Prorex Neapolitanus.

Henricus III. Rex Galliarum nascitur.

Hugh Willoughby Præfectus navis bellicæ Anglæ, cum omni populo ad Arzinam Recam Laplandiæ fluvium fame & frigore enecatur.

In Molucho nonnulli à Christo desciverant, & in reliquos Christianos arma sumperant; Lusitani opem laturo advenientes, respectu tamen inimicorum paucissimi, ubi in conspectum se dedere, hostes Christi continuo tremere ceperunt, loco haud posse consistere, arma vix manibus tenere, terra magnis insolitisque motibus concuti, sol in ipso meridie obscurari, ut alter

alterum non intueretur. Bzovius lib. 5. de signis Eccles. cap. 2.

Duaci arsit Monasterium Franciscanorum cum templo, in quo incendio id mirabile præter cætera accidit: Altarium tabellis omnibus concrematis, sola tabula sacelli Conceptionis remansit intacta, quæ adhuc hodiè ob singularem picturæ excellentiam ab omnibus avidè conspicitur.

Carolus Victor & Philippus Magnus Duces Brunsvicenses in prælio propè Sivershausen occumbunt.

Moritur Bernardus Marchio Badensis. Item Georgius filius Ducis Monstbergensis.

Claret Ven. Ludovicus Blossius Ordinis nostri Abbas Lætiensis, sanctimoniam vitam, scriptisque devotissimis celebris.

Moritur B. Jodocus Palmerius Monachus Cænobii & Congregationis Montis Virginis, sanctitate clarus.

Floret Flavius Ferrariensis Monachus Casinas, vir doctissimus, Græcâ & Latinâ linguâ valde instructus, & à Papa Julio III. plurimum dilectus, à quo tandem Ravellenis Episcopus creatus est.

Annus Christi 1554.

Schveinfurtum ab Henrico Brunsvicensi Duce, & rusticis Herbipolensibus comburitur.

Joanna Graja, Ducis Suffolcensis filia, cum Gilberto Dudleio marito, ob affectatam coronam Londini capite plectitur: parem pœnam sentit Dux ipse Suffolcensis Henricus.

Moritur Sibylla conjux Joannis Friderici, olim Electoris Saxonici, sed à Carolo V. Imperatore exauctorati: quam ipse post dies undecim funus sequitur.

Vitam claudit Joannes Magnus, Olai Magni frater, & Episcopus Upsaliæ. Similiter Ven. P. Sylvester Landinus Soc. Jesu, vir Apostolicus, & prophetiæ dono clarus. Nec non Jedon de Fosse ex Ordine Cisterciensium Episcopus Castoriensis.

E vivis excedit Lusitania Rex Joannes, Joannis tertii filius, anno ætatis suæ 17. Item Carolus Sabaudiarum Princeps, relicto Philiberto.

Galliarum Rex Cæsaris vexat ditones, inter alia Bovinum oppidum & Dinantium capit, diripit, arces ibi demolitur, Mariæburgo præsidium imponit. Cæsare illi occurrente in Hannoniam descecit, Binsium oppidum & arcem, ubi Regina Maria res magni pretii & cultissimos hortos habuit, sædissimè diripit, inflammat, & omnia longè ac latè populatur & incendit. Eodem verò tempore Gallicus exercitus in Italia à Cæsareanis profligatur, & Senenses gravissimè premuntur obsidione.

Philippus Caroli Imperatoris filius venit in Angliam, & nuptias cum Maria Regina celebrat; illi Imperator Regnum Neapolitanum & Ducatum Mediolanensem cedit, & juxta Hedsinum à se captum novam munitionem & oppidum contra Gallos condit.

Duo Sacerdotes Soc. Jesu in Salfettis Indiæ Orientalis Insulis, ab Idolorum cultoribus, lapidibus obruuntur.

Petrus Correa & Joannes Sosa à Soc. Jesu apud

apud Carigios in Brasilia ob Christi fidem flagrantibus configuntur.

Lues pestifera Salisburgum invadit: Ernestus ibidem Archiepiscopatum Michaëli Künburgico resignat.

Olivæ Monasterium in Hannonia incendio perit.

Moritur Joannes Gerus ex Ordine D. Francisci, doctrinâ celebris.

Alberti Brandeburgici exercitus à fœderatis profligatur.

Richardus Chancellerius Anglus, primus ex Anglia iter marinum Archangelopolim, sive Fanum S. Mihaëlis Archangeli invenit.

Joannes Basilovicus, Magnus Dux Russiæ, Astracanum capit, & ejectis Tartaris, incolas Moscovitas adducit.

Obiit Angelus Caninius Hetruscus, Grammaticus sui ævi insignis, & linguarum peritissimus. Edidit Institutiones linguæ Syriacæ, Assyriacæ atque Talmudicæ, unâ cum Æthiopice atque Arabicæ collatione, quibus addita est ad calcem N. T. multorum locorum historica enarratio.

F. Andreas Cremonensis Sacerdos Ord. Capuccinorum, Cremonâ Laudum iter faciens, Nobilem quendam, equo insidentem, in via obvium habet, qui cum ob singularem, quâ erga S. Franciscum afficiebatur devotionem, ab eo crucem ex ligno S. Francisci fabricatam petiit. Quo tempore Andreas crucem è manicâ expromptam Nobili offert; equus, cui ille infidebat, quasi qui sacrum B. Francisci lignum veneratione dignum duceret, in priora genua procidit, honoremque, quo poterat, modo, tum ligno, tum sancto crucis signaculo perfolvit. Quod cum Nobilis ille summâ cum admiratione conspexisset: me profecto, ait, equus melior fuit; quodque ego præstare debueram, prior facto docuit, statimque ex equo delapsus, ac genuflectens, reverenter Crucem à Sacerdote excepit. Boverius in annal. Capuccin.

Gervvicus Abbas Weingartenensis toto ferè Imperio hæresi obsistit, & Diethelmus Sanggalensis, in ditione sua contra hæreticos strenuè laborat.

Annus Christi 1555.

Orbis lucem primò aspicit Melchior de Redern, vir sanguine ac fortitudine bellicâ celebris, cui Moscovia, Polonia, Ungaria pro trophæi theatro servierunt.

Traditur in Anglia flammis Joannes Hopperus. Similiter Robertus Ferrorus Episcopus Fani S. Davidis.

Venerabilis P. Emmanuel Fernandez è Soc. Jesu, ob castigatos duorum Nobilium impuros amores, in via Evoram versus interceptus ab infami amasio lethaliter fauciatur, & post breve tempus coronandum in cœlis spiritum emittit.

Nascitur Franciscus Andegavensis, Alençonii Dux, Henrici II. Francorum Regis filius, Et Carolus Dux Aumaliensis.

Succedit Julio Marcellus II. Papa: eoque post dies 21, mortuo, Paulus IV.

Moritur Sebastianus ab Hausenstein Archiepiscopus Moguntinus, & ei substituitur

Daniel Brendel ab Homburg, multâ doctrinâ & insigni virtute conspicuus.

Apud Helvetios nata est dissensio propter quosdam Locarnorum subditos, qui trans Alpes positi, Zvinglianismum complexi erant. Id Quinquèpagici cum cæteris Catholicis Helvetiis nullo pacto ferendum putarunt, aliis Zvinglianarum partium rem approbantibus. Tandem compulsi sunt illi, qui Religionem mutarent, extra eam regionem cum familiis & facultatibus suis discedere. Eorum bonam partem Tigurini in suam urbem & agrum receperunt.

Carolus Imperator Philippo filio, evocatis ad se Legatis Provinciarum, Dominiorum & Civitatum Burgundicæ Domûs, potestatem regnandi & gubernandi terras ipsi subjectas ultrò tradidit; humilis hæc abdicatio Monarchæ gloriosissimi, multas lachrymas è Procerum oculis elicit.

Unus ex sociis P. Henrici Enriquez Societ. Jesu, in promontorio Comorino, à barbaris odio fidei trucidatur.

Turcæ accersiti à Gallis, Corsicam depopulantur.

Philippus Renner Episcopus Lavantinus è vivis decedit. Item Agnes, Joannis Friderici Saxoniarum Ducis uxor.

Moritur Agnes, Philippi Hassiæ Landgraviæ filia, Mauriti Electoris Saxoniarum quondam uxor; item Georgius Agricola, patriâ Misnienis, Medicus sui ævi celebris, scripsit de ortu & causis subterraneorum: de natura eorum, quæ effluunt ex terra; de natura fossilium: de medicatis fontibus: de subterraneis animantibus: de veteribus & novis metallis: de re metallica &c.

Pomponius Algerus ex Nola Italiæ urbe ortum trahens, ad castra Protestantium transfrens, Romæ vivus comburitur.

Nascitur Stephanus Botzschkajus Transylvaniæ Princeps.

Diomedes Caraffa Cardinalium Collegio aggregatur.

Natus est Carolus Fridericus, Dux Cliviæ, Juliaci & Montium, filius Wilhelmi & Mariæ, filiarum Ferdinandi I. Imperatoris.

Ad felicem immortalitatem felicissimus transit Isidorus Clarius noster, Monachus S. Joannis Evangelistæ Parmensis, Fulginatis Ecclesiæ Pontifex, vir & morum integritate, & Scripturarum intelligentiâ, nec non linguarum peritiâ clarissimus. Inter cætera scripsit

In sermonem Domini in monte habitum Orationes 69.

In Evangelium Lucæ Orationes 54.

De justificatione hominis & gloria Orationes duas in Concilio Tridentino habitas.

Orationum extraordinariarum tomos 2.

De modo divitiis adhibendo homini Christiano Orat. 1.

Novum Testamentum Vulgatæ editionis translatum.

In caput nonum Epistolæ ad Rom. Orat. 2.

In caput XV. Epistolæ I. ad Corinth. lib. 3.

In Cantica Cantorum lib. 1.

Annus Christi 1556.

Moritur improlis Fridericus Pius S. R. I. Elector Palatinus, anno ætatis 74.

Sena Tusciæ urbs, cogente fame, cæsisque Gallorum auxiliariis copiis, victrici Cæsaris Caroli V. exercitui se subdit.

In Bohemia ad vallem Joachimicam, in S. Barbaræ fodinâ, in fossâ quâdam arbor invenitur lapidea cum plurimis ramis.

Thomas Cranmerus Londini flammis addicitur.

Diem obit, è terra ad cælos vocatus S. Ignatius Loyola, Soc. Jesu fundator. Item Rev. P. Quintinus Ciarlar ex ejusdem Sancti societate, vir animarum lucris sitientissimus, lue à pestiferorum obsequiis haustâ. Similiter P. Bernardus Oliverius ex eadem societate, paris virtutis, eademque lue infectus. Nec non P. Alphonsus Avila, vir insignis sanctitatis.

Georgius Fuchs à Rüggeheim creatur Episcopus Bambergensis.

Aldeburgi in Saxonia infans in utero materno fletus edere auditur. Finsel, de mirand. part. 2. & 3.

Lutherani & Calvinistæ calamis contrariis turpissimè se oppugnant.

Hispani quoque & Galli ruptis induciis ad arma concurrunt.

Diem obit Joannes Trevirensis Archiepiscopus ex Comitibus Eisenbergicis, ejus sedem obtinet Joannes à Laien, vir præstantibus animi corporisque dotibus præditus.

Excedit è vita Joannes Nopel, suffraganeus Archiepiscopi Coloniensis, Episcopus Cyrenensis, magnâ eruditione & facundiâ vir.

Moritur etiam Adolphus Archiepiscopus Coloniensis, & ei succedit germanus frater ejus Antonius ex Comitibus Schauenburgicis.

In Polonia fœmina quædam Christiana in oppidulo Sachazeto, cuidam Judæo pro tribus Imperialibus & veste fericis fimbriis ornatâ, sacram Eucharistiam, quam tempore paschali sumpserat, de ore iterum extractam vendidit; ad quem tres alii Judæi huic oppidulo vicini, puta Michalecus, Sachaus & Josephus, venere, fortassis ab illo invitati; hi sacrosanctam Eucharistiam in suam synagogam deferunt, pugionibus & cultris confodiunt. Et ecce repente ex illa hostia multus emanat cruor, quem perfidi Judæi cochleari in vitreum calicem transfundunt. Non diu latere potuit tam atrox facinus, ante omnes mulier scelestâ comprehenditur, inde emptor sacrilegus Judæus, & vivi igne ambo exuruntur, quo supplicio alii quoque duo impiissimæ laniæ complices, tertio fugâ sibi consulente, affecti sunt. Surrius in Commentar. brevi rerum in orbe gestarum.

Menſe Decembri horrenda tempeſtas Lorcarni ultra Alpes in finibus Helvetiorum deſcivit: ſummo mane turbo vehemens è nubibus deſcendens, quædam ædificia ſubruit. Inde à meridie pluvia, tonitrua, fulgura & fulmina per horas quatuor tam immaniter ſævierunt, ut ejus loci homines ſupremum mundi diem adēſſe putarent. Ex ea pluvia torrens

quidam adēd excrevit, ut & arbores & domos ſecum raperet, nec ullum tandem, quo ſe evolveret, haberet exitum. Totum itaque circumjacentem agrum occupat, & tanquam lacum efficit. At poſtea reperto exitu, magno erumpens impetu, multa ſecum jumenta, pecora & homines abripit, magnâque clade adjacentem regionem afficit.

Pestis multis locis plurimos extinxit, præſertim Argentina, & in locis Rhenanis; obiit Baſilæ David Georgius peſtilentiſſimus hæreticus. Cujus corpus poſtea unâ cum libris in cinerem redactum eſt.

Cum ſolenne eſſet populo Duaceno diem ſextam Januarii priſco more convivii liberaliſſimis celebrare, Gallorum ſummus Amiralius Gaſpar Colinæus utendum tempore cenſuit, ratus facili negotio ſomno vinoque ſepultos à ſeſe opprimendos. Aggreſſus itaque per noctis tenebras urbem Duacum, & ſcandere mœnia conatus eſt, cum Divus Maurontus urbis Tutelaris, munere ſuo probè & prodigioſè functus eſt; quippe cuſtodi Eccleſiæ Sancti Amati per ſomnum apparens, periculi admonuit, & negligentem denique etiam coëgit ſignum campanis dare. Quo territi cives, cum arma corripere, & ad mœnia concurrerent, Maurontum cucullo Benedicino indutum, eodemque liliis aureis interſperſo, dextramque regio armatam ſceptro mœnia obire, & hoſtem ſubmovere ac perterrefacere, patulis oculis conſpexere. Pro quo beneficio Proceſſiones annuæ ſancto huic deſtinatæ ſunt.

Angelus Saonensis Capuccinus, Aſii in Piceno cum opinione ſanctitatis moritur. Item Eleonora de Vanegas, Sanctimonialis Cordubæ, Ordinis S. Dominici; magnis virtutibus & miraculis clara.

Cherubinus ex Ord. Divi Franciſci Surrenti à Turcis occiditur.

Item Michaël Argile ejusdem inſtituti.

Terræ motu Conſtantinopoli multa hominum millia opprimuntur.

Obiit Marianus Socinus J.C. celebris, ætatis ſuæ anno 75.

Chriſtianus exercitus Turcas proſligat propè Segedinum.

Marcus Antonius Amulio nobilis Venetus, vir eloquentiſſimus, & rerum politicarum peritiſſimus, à Pio IV. Papa Cardinaliâ purpurâ ornatur.

In oppido Winterthur, Pagi Tigurini in Helvetia, quartâ Januarii die, inter noctis tenebras in Eccleſiæ turri accenſus repente ignis crepitationem cauſavit ingentem, & concurrentibus ad ſopendum incendium civibus, ignis nullibi comparuit. Idem die 14. menſis ejusdem adhuc ſemel obtigit.

Hoc anno reſtituto denuò Benedicinis Monachis celeberrimo illo Monasterio Weſtmonaſterienſi per Mariam Angliæ Reginam, primus eidem Abbas deſignatur fortiffimus ille Chriſti Athleta, & hæreſum Calcator, Joannes Feckenamus, benedictus S. Patriarchæ Benedicte filius.

Annus

Annus Christi 1557.

Moritur Albertus Marchio Brandenburgicus ætatis anno 35.

Nascitur Joannes Fridericus Dux Lunenburgicus & Brunsvicensis. Item Mathias Archidux Aultriæ, Imperatoris Maximiliani II. filius.

Diem feliciffimè obit R. P. Franciscus de Villa Nova Soc. Jesu Hispanus, omni virtutum genere, humilitatis præsertim conspicuus, qui innumeros ad Deum etiam sapientiffimos, ipse idiota & rudis adduxit.

Vitam cum morte commutat Joannes III. Portugalliæ Rex.

Præputium Chriſti cum aliis Reliquiis, à milite quodam in Romæ direptione furto ſublato, & in terram deſoſſum, prodigioſè proditur, de quo vide fuſius agentem R. P. Bollandum in act. SS. 1. Januarii de præputio Chriſti.

Obiit Bona Sforzia Sigismundi Poloniæ Regis mater.

Fames & inedia Germaniam inferiorem premit, cui proinde Philippus Hispaniarum Rex per appotationem frumenti opitulatur. Inter quem & Galliæ Regem hoc anno bellum recrudescit. Galli enim exercitus Artesiam vexabat, adēd ut circa Epiphaniam alieniſſimo anni tempore Duacum fruſtrâ tentârint, Lenſam autem urbem vi ceperint, multâ prædâ aſportatâ, & oppido inflammato. Interim Hispani Duce Philiberto Sabaudia Principe ad S. Quintini fanum, Gallorum exercitum ſub Anna Monmorantio Conneſtabili funditus delent: poſtea, ipſo Philippo Rege in caſtra veniente, urbs ipſa validè oppugnata & die 26. Auguſti vi expugnata & direpta eſt, in ipſa urbe captus eſt Amiralius Francia cum multis aliis Nobilibus: victoriq; ſimul proximæ aliquot arces Han & Caſtelletum ceſſerunt; coactus eſt poſt hanc cladem Galliæ Rex ſuos ex Italia revocare.

Colloquium indiſtum eſt Wornatiæ inter Catholicos & Lutheranos, ubi fœda inter ultimos concertatio contigit, ex duodecim Lutheranis quinque ab ipſis reſecti ſunt.

Solimannus Turcarum Imperator, amiſſis militum 40000. cum Tamma Perſarum Rege pacem facere cogitur.

In Boſnia Martyrio coronantur ſex Minoritæ.

In Hispania cum ſanctitatis fama decedit Caſildis Calderonia Ord. S. Franciſci.

Lutherani Pariſiſ malè excipiuntur.

Mahometes Cherif, Rex Feſſani & Marociani Regni, vir prudens & ſtrenuus, à Turcis proditoriè occiditur.

Obiit Vitus Amerbachius, Philoſophus, Theologus & Juridicus inſignis, Profeſſor publicus Ingolſtadii. Scripſit Antiparadoxa cum orationibus de laudibus, de patria, & de ratione ſtudioſorum. Commentar. in libr. Cicer. de officiis. Paraphraſin in orationem Ciceronis pro Archia Poëta. Librum de anima, de Philoſophia naturali, & alios plures.

Anabaptiſta quidam, nomine Adrianus, matrem ſuam adhuc Catholicam conabatur in ſuam ſectam pellicere. Accidit autem Anabaptiſtam illum in carceres conjici, ultimoque ſupplicio. R. P. Brentano Epitome Chronologica.

cio adjudicari. Ad quod cum jam deducendus eſſet, acceſſit mater, rogans, ut poſt obitum ſibi appareret, ſeq; de ſtatu ſuo certiore redderet, quem ſi felicem cognoceret, ſe in eandem doctrinam conſeſſuram. Filius ſupplicio affectus, paulò poſt matri apparuit in forma teterrimi nigerrimique canis, ajens ſe eſſe filium ſuum, ac perpetuò damnatum. Bredenbach. lib. 7. collat. c. 46.

Clarent ex Ord. Bened. Episcopalis tiam Antonius Simonis Monachus Montis Angelorum Congregationis Camaldulensis, primùm Episcopus Minoritanus in Regno Neapolitano electus, mox Sutrii Episcopus renunciatus, dein & Nepienſis Pontifex ſalutatus.

Joannes Olivarius, ex Monacho S. Jovini apud Pictones Abbas S. Dionysii, denique Episcopus Andegavenſis.

Creatus eodem anno Episcopus Sanctonensis Tristandus de Bezet, ex Monacho Clarævalis ad illam dignitatem evectus.

Annus Christi 1558.

Henricus II. Galliarum Rex, Caletum urbem Picardiæ maritimam & munitiffimam, Duce Guisio occupat, ſimiliter Theonis-Villam: alius verò exercitus ad Gravelingam partim captus, partim deletus eſt.

Moritur Eleonora, Galliæ Regina, Caroli V. Imperatoris ſoror.

Carolus V. Imperator, per Legatos Imperium in Principum Electorum manus resignat. Succedit in Imperio Romano Ferdinandus I. ille verò 21. Septemb. piſſimè in Hispaniis exſpiravit.

Diem vitæ extremum claudit Janus Cornarius Medicus & Philoſophus inſignis.

Melchior ex illuſtri ſtirpe Zobeliorum, Episcopus Herbipolensis, ex Cancellaria in arcem equo rediens, ex inſidiis adortus, plumbeâ glande, unâ cum Nobilibus viris Wolffgango Carolo à Wenckheim, & Jacobo Fuchs ab Umbfurt trajicitur. Princeps accepto lethali vulnere, cum equo citato in Montem Marianum properat, ad primam arcis portam ex equo concidit exanimis 15. Aprilis. Locus uterque, & parricidii patrati, & tragicæ lapſus, erectâ columnâ notatus eſt. Præſuit annis 14.

Dunkerka vi expugnatur, & Gallorum denuò tria millia cæduntur.

Moritur Antonius Coloniensis Archiepiscopus, è Comitum à Schauenburg familiâ, habuitque Successorem Joannem Gebhardum è Mansfeldicis Comitibus.

Vitam exiit Reginaldus Polus Cardinalis & Archiepisc. Cantuariensis, multâ & virtute & eruditione, Regioque ſtemmate clariffimus.

Magnus Moscovitarum Dux in Livoniæ Dorpatensem ditionem ingentem mittit exercitum 300000. hominum, qui omnia longè & latè populatur, nulli ætati parcitur.

P. Alphonsus à Castro Soc. Jesu, poſt gravia ſupplicia, mortem pro Chriſto ſubiit, à Mahometanis in Moluccis Inſulis occiſus.

Chriſtophorus Schlatl J. U. Doctör, inſtituitur Episcopus Chiemenſis.

Decedit in Hispania cum opinione ſanctitatis Mentia à Mendoza Ord. Minorum S. Franciſci. Item Gamerini Bernardus ab Offida ex eodem Ordine.

Gggg

Alphon-

Alphonfus II. Ferrariensis & Mutinensis Dux, patri suo Herculi II. in regimine succedit.

Obiit Romulus Amaseus, primò Professor linguæ Græcæ & Latinæ in Universitate Bononiensi, fuit Informator nepotis Papæ Pauli III. exin post varias legationes Summi Pontificis declaratus est Secretarius; inter cætera ingenii sui monumenta in lucem edidit volumen sermonum, & scholas duas de ratione instituendi.

Antonius Augustinus filius Antonii Augustini, Vicecancellarii in Aragoniæ Regno, creatur Episcopus Leridensis.

Obiit Christophorus Dux Brunsvicensis, Archiepiscopus Bremensis & Episcopus Verdensis, cui succedit Georgius frater germanus.

Naturæ debitum solvit Cunegunda Caroli II. Marchionis Badensis conjux.

Jenæ Universitas confirmatur, eidemque Joannes Schræderus primus Rector præficitur.

Annus Christi 1559.

Vitam ærumnis & calamitatibus plenam, claudit Christiæ olim Daniæ Rex.

Carolus Lotharingiæ Dux nuptias celebrat cum Claudiâ Valesia, Henrici II. Franciæ Regis filiâ.

Moritur sine liberis Otto Henricus Elector Palatinus, anno ætatis 56.

Nascitur Joannes Georgius Godelmannus, Jurista insignis, Electoris Saxonæ Confiliarius.

Diem Lauræti obit R. P. Cornelius Vishavens de Soc. Jesu, vir speciali gratiâ mortales à vitiis & à sæculo ad Deum perducendi præditus, animabus è purgatorio liberandis mirè addictus.

Murus in Nemetum Augustâ Spirâ ex immensa altitudine propendens, ventorum vi prostratus, puellam duodennem arripuit, quæ tamèn biduo incolumis sub ruina collapsa mansit, postea sensim eruta in domum contiguam ducta ac refecta, salva maternas ædes adiit.

Moritur Wilhelmus VI. Comes Hennebergicus.

In demortuæ Mariæ Reginæ locum Angli substituunt Elisabetham, quam Henricus Rex ex Bolena susceperat.

Pacem ineunt Henricus Galliæ, & Philippus Hispaniæ Reges, quæ ut stabilior esset, Philippo despondetur Elisabetha Henrici Regis maxima natu filia, & soror ejus Margarita Emmanuëli Philiberto Allobrogum Duci.

Obiit Romæ Joannes Gropperus S. R. E. Cardinalis.

In Cambria Angliæ regione annosa quædam fraxinus, vi tempestatis dejecta est, in cujus parte interiori crucis admiranda effigies humano pede longior, colore nucis Avellanæ conspecta est. Paulo post in Cantia altera Angliæ regione, mulier quædam in subucula sua crucis quoque effigiem vidit expressam, non colore aliquo ab homine effictam, neque acu vel filo intexam, sed cælesti quodam influxu natam.

Die 22. Junii magnificentissimo apparatu celebrantur nuptiæ Philippi Regis Hispaniæ, & Elisabethæ filiæ Henrici Galliarum Regis,

cumque paulo post etiam Philiberti Allobrogum Ducis, & Margaritæ sororis nuptias esset celebraturus Henricus, & interim certamina equestria fierent publicè, ipso Rege omnium admiratione fortissimè se gerente, ecce repente postremi diei concursu, à quo tamen permulti eum retrahere conabantur, inprimis Regina conjux, hasta in Regis pectore frangitur, & ejus fragmentum per galeam adactum in cranium altè defigitur; ex eo vulnere intra paucos dies annos natus quadraginta, ætate, opibus, gloriâ florentissimus occumbit.

Paulus IV. Pontifex Summus Romæ vitam cum morte commutat.

Moritur etiam Hercules Estensis Ferratiæ Dux: item Isabella Ungariæ Regina.

Rex Danorum Iuis & sociorum Principum armis Dinarfos in duram redigit servitutem.

Joannes Angelus Mediolanensis, Papa creatur, dictus Pius IV.

Moritur B. Joanna Monialis Monasterii Bellopratensis in Belgio, quæ à morte alteri Virgini ibidem apparens magnâ lucis claritate, dicebat se à Sponso Christo in magna esse gloriâ collocatam; taliaque esse cælorum gaudia retulit, ut etiam si firmamentum totum, nil nisi membrana, pelagus atramentum, herbæ & gramina calami, omnes denique creaturæ Scriptores essent, illa explicare sufficienter nullo latens possent. Arnold. de Raissè.

Patricius Minorita ab hæreticis occiditur, Decedit ex eodem Ordine Ven. Pacificus, Item Guidobaldus I. Dux Urbini.

Natus est Huldericus Schoberus excellens Poëta.

In Mexico circa hunc annum cum sanctitatis opinione decedit Michaël à Benevento Ordinis Minorum.

Obiit similiter cum pari fama Petrus Laurus ex Ord. Eremitarum S. Augustini.

Vitam cum morte commutat Laurentius Priolus Dux Venetorum, & Philippus Dux Pomeraniæ.

Hispani ob hæreticam pravitate flammis addicuntur Joannes Pontius, Joannes Gonfalyus, Ferdinandus Santivanus, Morzilius, Julianus Ferdinandus, Christophorus Losadas, Christophorus Avellanus, Isabella Vaenia, Maria Viricza, Cornelia Maria Bohortia, Francisca Chaveza.

Moritur Franciscus Duarenus Jurisconsultus illustris.

Bajazethes Solymanni II. Imperatoris Turcarum filius, contra patrem & fratrem Selymum armis decertans, in prælio vincitur. Victus fugit in Persidem.

Bartholomæus de Martyribus ex Ordine D. Dominici, invitus creatur Archiepiscopus Bracarenensis in Lusitania.

Mense Majo dies erat longè pulcherrimus, cum Prior Canonorum Lateranensium, binis utriusque manus digitis Christi præputium, durum èssèt, an molle, pertentat; & ut esset certior, comprimens, in duas partes incautus divulgavit. Quo factò, quæ tonitrua, quæ fulgura, quam obscuratus sit super eum locum aër, ita ut mediâ luce, lucem astantes desiderarent, vix dici potest. Francisc. Toletus in c. 2. Luc. Philip.

Philippus de Bec ex Decano S. Mauritii Andegavi, creatur Episcopus Vindanzæ.

Paulus IV. Papa Brugas Episcopali sede ornat.

Casparus Bruschius insignis Poëta, à Nobilibus quibusdam interceptus, in silva Schlingenbacensi occiditur: ex scriptis ejus habentur: De omnibus totius Germaniæ Episcopatibus epitomes tomus primus. Archiepiscopus Moguntinus cum aliis duodecim Episcopatibus, qui Moguntino subsunt. Monasteriorum Germaniæ præcipuorum ac maximè illustrium centuriâ prima. De Laureaco veteri celebri in Norico civitate, & Patavio Germanico, ac utriusque loci Archiepiscopis & Episcopis omnibus. Descriptio Fichtelbergæ, &c.

Augustinus Cacalla multis annis Caroli V. Imperatoris Ecclesiastes Aulicus, ad Lutheri Sectam transiens, Vallisoleti vivus exurit.

Pax inter Gallos & Hispanos sancitur.

Floret haud minimè inter litteratos nominis F. Maurus Pandolphinus, Monachus S. Mariæ de Florentia Congregationis Casinensis, cuius laudatur eleganti sermone scripta Harmonia quatuor sententiarum Sacræ Scripturæ.

Annus Christi 1560.

Pius Papa IV. coronatur; sed dies hæc gaudii octodecim fatalis erat, dum enim ut fieri in tam solenni actu solet, pecuniam seu nummos missiles colligere parant, oppressi populi multitudine vitam perdunt, sauciatis aliis quadraginta.

Nascitur Casparus Bauhinus, Medicus tam scriptis quàm experientiâ excellens.

Moritur Philippus Dux Pomeraniæ, anno ætatis 45.

Julius Dux Brunsvicensis & Luneburgicus, matrimonium contrahit cum Hedvige Marchionissâ Brandenburgicâ, Joachimi II. Electoris filiâ.

Abbas Cella, Helvetiæ urbs, incendio scelerè vastatur.

Caduntur à Christianis Turcarum 5000. ad Sixum Ungariæ superioris oppidum.

Nascitur Wilhelmus Ludovicus Nassoviæ Comes, Frislandiæ Gubernator. Item Carolus Comes Palatinus Rheni Birckenfeldensis.

E vivis discedit B. Elisabetha Tubback Monialis Cisterciens. Vallis Rosarum Monasterii, humilitate, patientiâ, contemplationisque studio excellens: ab ejus morte cum pro animæ ejus salute Psalterium de more legeretur, auditæ sunt non sine adstantium jucunda demiratione Angelicarum vocum harmoniæ. Ex Chrylost. Henriquez.

Marquardus ab Hattstein Episcopus Spirensis eligitur.

Obiit Philippus Melanchton famosus Hæreticus.

Franciscus II. Galliæ Rex, post celebrem sui apud Rhemos inaugurationem, cum multo comitatu Ambæsiæ se confert, ubi à seditiosis excitato tumultu ipse cum aula tota ingens periculum incurere potuisset; sed in authores seditionis proditos gravissimo mox supplicio est animadversum.

Scoti & Angli Calvinii dogmata amplectuntur. R. P. Brentano Epitome Chronologica.

tur. Moritur indè ex animi afflictione Maria Scotiæ Regina optima; quam 25. Decemb. in fato sequitur Franciscus præfatus, Rex Galliæ, Successorem habuit, Carolum fratrem 12. annorum puerum.

Multa sunt hoc anno visa portenta, alicubi ignes in aère per horas tres, alicubi sanguinem pluit. Fosani tres Cometæ visi, in planitie juxta Centalium maximus equitum numerus conspectus.

Moritur Ernestus, quondam Archiepiscopus Salisburgensis.

Michaël Archiepiscopus similiter Salisburgensis apoplecticâ defluxione occupatus, in silva extinguitur, cui in sede succedit Joannes Jacobus Kuen de Belasi.

Vitâ excedit Robertus Cænalis, Arboricensis Episcopus.

Londini pyramis Paulinæ Ecclesiæ tota ferè lignea plumboque cooperta de cælo exurit, deindè mensa illa, in qua hæretici Calvinii Communionem exercebant.

Hispani Gerben seu Zerben Syrtis minoris in Africa Insulam occupant, hanc dum pertinaci consilio muniunt, amissa est occupandæ Tripolis opportunitas, & spatium colligendi se Turcis datum; quorum adventu in turpem fugam acti Christiani, citra pugnam mastrandos se præbuerunt mense Majo: ipsum autem castrum quod exstruxerant, aliquamdiu generosè propugnatum, amissè sub extremum Junii.

Joannes Liothus ex Ordine D. Francisci ab hæreticis in Francia occiditur, item Nicolaus Trieti.

Vivere desinit Lælius Capillupus, Poëta insignis.

Petrus Cosetus Ord. D. Francisci, occiditur ab hæreticis in Santonibus,

Franciscus Colmenarius Guatemalæ in India Occidentali circa hunc annum defunctus est, & ab indigenis, in quorum conversionem strenuè laboraverat, habitus est in opinione sanctitatis.

Decedit in Mexico cum sanctitatis opinione Joannes Floresius Ord. Minorum. Item Volaterræ Apollonia Pighinesia ejusdem instituti S. Francisci; nec non Petrus Lotichius Medicus & Poëta insignis.

Floret Didacus Covarruvias Hispanus, Martinus Navarrus, Jurisperiti clarissimi.

Moritur Alexander Monsignanus, Jurisconsultus celebris. Item Robertus Dudlaus, Jo. Northumbriæ Ducis filius, Comes Leicestriæ.

Rex Fessæ baptizatur.

Carolus d'Angennes creatur Episcopus Genomanensis.

Herbartus L. B. de Auersperg insignem de Turcis victoriam reportat.

Moritur Philippus Dux Pomerano-Barthenensis, & Diomedes Carafa Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis.

Nascitur Carolus Dux Crojæ & Arschotanus.

Fulget in Gallia eruditionis laude Joannes Doceus, ex Priore Majore S. Dionysii Parisiis, creatus Episc. Laudunensis. Fuit SS. Theologiæ Doctor, & Verbi Dei Prædicator celeberrimus. Scripsit inter alia Sermonum ad populum lib. 1. De Passione Domini lib. 1. De æterna

generatione Filii Dei, & temporali natiuitate ejusdem Filii hominis libros duos. Non minus Ordinem Benedictinum illustrant Simon de Maille ex Monacho & Abbate de Loroux Archiepiscopus Turonensis. Bernardus de Aragonia Ferdinandi nepos, ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Cæsaraugustanus.

Chrysofomus de Sancto Gemiliano Monachus Montis Casini creatur Archiepiscopus Ragusinus.

Obiit Michaël Fornerius ex Abbate Monserratenfi Episcopus Vicensis.

Virtutis famâ Hispanias illustrant Didacus de Lerma Abbas Vallisoletanus & Congregationis Hispanicæ Generalis, & Bartholomæus Garriga.

Annus Christi 1561.

Moritur Carolus, filius Joannis Principis Anhaltini, anno ætatis vigesimo septimo.

Nascitur Wenceslaus, Archidux Austriae, filius Maximiliani II. Imperatoris.

Jenæ infans in utero materno ploratus edere auditur. Fincel. part. 2. & 3. de mirand.

Moguntia Ecclesia B. M. V. ad gradus cum 24. ædificiis conflatur.

P. Gonçalvus Sylveira è Soc. Jesu, Comitum prosapia natus in Lusitania, jussu Regis Monomotapæ pro Christo strangulatur.

Conventus fuit Principum Augustanæ Confessionis Naumburgi in Thuringia.

Lutherani & Zvingliani acerrimis scriptis se invicem provocant, novaque errorum dogmata imò blasphemias cudunt Lucas Stembergerus & Gregorius Paulus, cum Cazanovio.

Equestris Ordo, sub nomine & invocatione S. Stephani Papæ ac Martyris à Cosmo Mediceo Florentiæ Duce instituitur.

Egmondæ & Hornanus Comites decollantur.

Alexander Walachia Princeps ob vitia & sævitiem suis invisus, per Albertum Laskianitentibus Polonis deponitur, Jacobo quodam evecto ad Principatum, quem Turcarum quoque Imperator confirmavit.

Anna Mauritiæ Saxonie Principis Electoris filia cum Wilhelmo Arausie Principe nuptias celebrat.

Philibertus Babou Episcopus Ingulifmensis Purpurato Ecclesie Cardinalium Senatui inferitur.

Item S. Carolus Borromæus Archiepiscopus Mediolanensis.

Dux de Palliano, Comes Alifeus, Leonardus Cardinus, jussu Summi Pontificis decollantur, & Carolus Carafa Cardinalis strangulatur.

Angelus de Faggiis vir meritissimus, Monachus & Abbas Casinensis, Poëta celeberrimus, sanctitatis & doctrinæ eximie famâ Ordinem Benedictinum exornat. Idem præstat Franciscus Levorotus, qui miraculose per vocem per aëra lapsam ad Montem Serratum

vocatus, ibidem egregiâ excelluit sanctitate, mirâ compunctione, & pœnitentiæ rigore, omni posteritati exemplum proponendus. Semel ad serum in die comedebat, à fine matutinarum mediâ nocte usque mane (ubi totum diem confessionibus excipiendis consumebat) coram Crucifixi Imagine orabat.

Annus Christi 1562.

Hoc & sequente anno Calvinistæ in variis Gallia locis magno furore grassantur: clade tamen ingenti ad Drocam à Catholicis afficiuntur hoc anno, capto insuper Condeo Principe, Hugonotum antesignano. Idem Regnum fame & peste vexatur.

Vitus à Würzburg creatur Episcopus Bambergensis.

Lue extinguitur Parisiis Venerabilis P. Paschasius Broëtus Soc. Jesu, vir verè Apostolicus: dicta ubi anno hoc tantâ est vexata contagione, ut 80000. civium amiserit.

Lues pestilens Lublinum hoc & sequenti anno dirè vexat.

P. Andreas Gualdanius Soc. Jesu, pro fide Christi à Turcis sagittis configitur Maznæ in Æthiopia.

Hoc ferè tempore Abdyfu Assyriorum Orientalium Patriarcha Romam veniens, ad Summi Pontificis genua provolutus, obedientiam promisit: juravit etiam se Conciliorum Oecumenicorum, & speciatim Tridentini statuta omnia suscepturum, servaturum, & suos omnes docturum: & quia is in itinere à Turcis spoliatus erat, Pontifex eum ejusque Presbyteros & Diaconum, vestimentis & rebus omnibus ad ejus Sacerdotium pertinentibus, ac viatico donavit.

Francofurti in Romanorum Regem communibus omnium Electorum Principum suffragiis eligitur Maximilianus Bohemæ Rex, Cæsaris Ferdinandi filius: hic etiam advenit Turcici Imperatoris Legatus, cum litteris Imperatoris, etiam equum gradarium, & quatuor camelos cum cæteris donis offerens.

Facta est Patavii translatio SS. Arnaldi Abbatis, Urii Monachi, Felicitatis Virginis, & spectante universâ multitudine populi, aliquot manifestis miraculis confirmata.

Gentianus, Ægidius, Guilielmus, Gratianus, Clemens, in Ordine Sancti Francisci in Belliacensi Conventu ab hæreticis trucidantur.

Andreas ex eodem Ordine Camari in Sicilia cum fama sanctitatis è vita decedit.

Vitæ quoque finem facit Esquivel Diego Alaba, Episcopus Cordubensis, Sacrorum Canonum scientissimus: concinnavit opus insignis de Conciliis universalibus, ac de his, quæ ad Religionis & reipublicæ Christianæ reformationem instituenda videntur.

Antonius Borbonius Navarra Rex Avariæ cum expugnat, paulò post in obsidione Rothomagi globo sclopeti tactus, ex vulnere moritur.

Moritur Joachimus Episcopus Brandenburgensis & Havelbergensis, filius Caroli I. Ducis Monsterbergensis.

Gerardus

Gerardus Americurius Abbas S. Bertini, Audomarensium Episcopus ordinatur.

In Hispaniis extinguitur illustrissimum Ordinis nostri lumen Ven. Petrus Alphonsus de Burgos, contemplationi addictissimus. Scripsit de immortalitate lib. 1. De beneficiis Dei lib. 1. De SS. Sacramento Altaris lib. 1. De vita solitaria lib. 1. De laudibus Deiparæ lib. 1. De præparatione ad mortem lib. 1.

Annus Christi 1563.

Dux Guisus dum durâ obsidione Aurelianum tentat, ejusque occupandi spes optima affulgebat, à Nobili sicario Poldrodo Mereo sclopeto trajicitur, qui delictum in tanto Duce commissum, corporis per equos in quatuor partes dilaceratione luit.

Moritur Joannes Manardus, Medicus insignis: item Compluti R. P. Antonius de Madrido, lucandis Deo animabus ferventissimus, humilitati, mortificationique addictissimus.

Ludovicus Hassia Landgravius nuptias celebrat, cum Hedvige Christophori Ducis Wirtembergici filiæ.

Sumiranda, Chegadoni Arimæ Regis filius, Rex Omuræ, primus Regum Japonicorum baptismum suscipit, & Bartholomæus vocatur.

Posonii in Ungariæ Regem coronatur Maximilianus, jam Romanorum & Bohemæ Rex.

Augustæ Vindelicorum Ministri Ecclesie Lutheranae frustra tentant ejicere dæmonem ex puella obsessâ, ejicit autem brevi Sacerdos Catholicus, ad Divum Mauritium Ecclesiastes; plura de hac historia vide apud Surium in Commentar. rer. in orbe gestar.

Mosci Lithuaniam occupant.

Diem supremum obit Wolfgangus Wilhelmus Dux Neoburgicus.

Jacobus Heraclides Walachia Princeps à suis proditorie occiditur.

Nascitur Henricus Dux Lotharingia.

Floret Joannes Paulus Lancellotus, Perusinus, Jurista celebris.

Moritur B. Justinianus Bergomensis, litteris & vitæ meritis clarissimus, ex Ordine Camaldulensium.

Extinguitur Joannes Acronius ex Frisia oriundus, Matheseos & Medicinæ Professor laudatissimus Basileæ: edidit tractatus varios de terræ motu, de sphaera.

Obiit Joannes Brodæus Criticus celebris, natione Gallus Turonensis, inter varia ingenii sui monumenta edidit Commentarium in anthologiam. Annotationes in Oppiani Kynegeticon. Notas in Euripidem. Annotationes in Dioscoridem. Miscellaneorum lib. 10. Item Conradus Brunus Canonicus Augustæ Vindelicorum doctrinæ laude florens, scripsit de ceremoniis lib. 5. De hæreticis lib. 6. De seditionibus lib. 6. De legationibus lib. 5. De calumniis lib. 3. De Imaginibus &c.

Cum Ven. P. Didacus Landa Guardiani officium ageret in Conventu Ismalensi, magna invaluit eo in loco fames, cumque sterilis

anni sex adhuc menses superessent, vixque frumentum in horreo reconditum sustentandis per mensem ejus Fratribus sufficeret, præcepit, de Dei providentia interim benè sperans, piissimus P. Didacus, ut nemini penitus pauperi, portam pro impetranda elemosyna accedenti, panis denegaretur. Mira res! ex hujusmodi frumento in panes redacto, tum Fratribus, tum cæteris Ecclesie Ministris & Cantoribus, qui numero erant viginti, tum quoque majorum oppidanorum parti integrum semestre abundè subministratum est, & in ejus temporis fine, eadem protinè frumenti mensurâ, acsi omninò intacta fuisset, inventâ. Gonzaga.

Floret Rogerius Montmorentius, Abbas S. Vedasti, vir ut genere sic virtutibus illustrissimus.

Annus Christi 1564.

Nascitur Wilhelmus Dux Brunsvica-Lunenburgensis, filius Otronis: & Pragæ Carolus Spinola, patre Octavio Spinolâ ex progenie Comitum Tassarolorum, Rudolphi II. Consiliario intimo, & ejusdem Magno Strabuli Præfecto; Martyr postea gloriosus in Japonia.

Lues pestifera in Hispania grassatur; quæ inter cæteros, plures Soc. Jesu alumnos, infectis pro salute tam animi quam corporis servitia sua dicantes, vivis subtrahit.

Dirè item sævit Lugduni in Gallia.

Natus est Gothæ Joannes Casimirus Dux Saxonie.

Pater Petrus Venustus Soc. Jesu à male feriato Clerico, quem sæpius ad vitæ emendationem cohortatus erat, tribus vulneribus interimitur.

Rex Daniae & Lubecenses bellum, quod superiori anno in Regem Sueciæ susceperant, continuant maximis impendiis; multis utrinque & datis & acceptis incommodis.

Obiit Ingolstadii vir doctissimus Fridericus Staphylus, ætatis suæ anno 52. hic annis decem vixerat Wittenbergæ familiariter cum Luthero & Melanchtone, sed tandem magnâ Dei benignitate conversus ad Catholicam fidem, hæreticorum fraudes & mendacia atque fedissimas antilogias ita cœpit proferre in publicum, ut omnium illorum in se plus quam Vatinianum concitavit odium.

Ferdinandus I. Imperator tabe catharrali perit, succedit Maximilianus II.

Philippus Hispaniarum Rex classem 100. triremium, absque aliis navibus in Africam mittit ad expugnandam arcem munitissimam del Pevol di Velez appellatam, quæ licet insuperabilis videretur, dum tamen per singula momenta validis tormentorum ictibus verberaretur, præter omnium expectationem 6. die Septembris, Turcis præsidiariis ex metu diffugientibus occupata est. Cum autem factâ expugnatione milites Christiani ad classem se reciperent, Saraceni ingenti numero & magnis clamoribus, multoque impetu eos aggressi, partim occiderunt, partim usque ad 5. vel 6. millia vulnerarunt.

Gggg 3

Calvinus

Calvinus 14. Cal. Junii per varios morbos extinguitur.

Maulbrunnæ habitum est multis diebus colloquium inter Lutheranos & Zvinglianos vel Calvinistas, interfuere Principes duo, Palatinus Elector, & Dux Wittebergicus. Theologi utriusque Principis diu multumque inter se disceptarunt, sed nullâ ratione, neutris alteri parti cedere volentibus, ullam concordiam inire & conciliare potuerunt.

Floret Martinus Cuperus Abbas Crespiensis, Chalcedonensis Episcopus, & Cameraensis Archiepiscopi Suffraganeus.

Romæ decedit Angelus Bonarota, picturæ ac sculpturæ miraculum.

Adolphus Dux Holsatiæ, Friderici I. Daniæ Regis filius natu minimus, nuptias celebrat cum Christina Philippi Hassiæ Landgravi filia.

Occiditur Petrus Bellonius natione Galus, Doctor Medicinæ in Universitate Parisiensi: postquam librum de memorabilibus Judææ, Ægypti, Græciæ, Arabiæ aliisque regionibus congeffisset. Scripsit insuper tractatum de natura volucrum & piscium. Commentarium in Dioscoridem, quem præter Theophrastum in linguam Gallicam transtulit. Præter hæc opera, reliquit scripta alia de neglecta stirpium cultura, earumque cognitione; de arboribus cocciferis, resiniferis, aliisque sempiternâ fronde virentibus.

Lucem mundi aspicit Ernestus Dux Lunenburgico-Hanoveranus.

Georgius II. Dux Bregensis, fundat Gymnasium in urbe Brega.

Carolus S. R. E. Cardinalis & Archiepiscopus Rhemensis Synodum Provinciale celebrat.

Floret ex Ordine nostro Gonsalvus de Illescas Monachus & Abbas S. Fromes, Hispanus, author Historiæ Pontificiæ & Catholicæ. Nec minori nomine celebratur F. Hieronymus Lauretus Catalanus, Monferratensis, vir religiosissimus & ingeniosissimus, inter Scriptores sui sæculi Princeps; edidit lectissimis duobus Tomis *Silvas allegoriarum*.

Obiit illustrissimus Carolus noster de Croy ex Abbate Afligemiensi Episcopus Tornacensis.

Nicolaus Radzivilius Lithuanæ militiæ Præfectus, licet numero longè inferior, feliciter nihilominus cum 18000. Moscis congregatur, & illorum 9000. sternit.

Annus Christi 1565.

Moritur Joannes Dux Olsnensis in Silesia, anno ætatis 56.

Diem obiit R. P. Jacobus Lainez Hispanus, Soc. Jesu secundus Generalis, Pontificus in Concilio Tridentino Theologus, plurimis pro Ecclesia Dei laboribus & missionibus perfunctus.

Item Nicolaus Gaudants, ejusdem Soc. Jesu alumnus, Pontificus ad Mariam Stuardam Scotiæ Reginam Nuncius, continuus in hæreticos præliis & victoriis clatus.

Eodem anno ex eadem Societate R. P. Gaspar de Azevedo, post vitam in maximis corporis

cruciatibus & animarum lucris traductam, contagione à penitente contractâ extinguitur.

Quonquenindonus summæ Japoniæ rei Præfectus, Christianorum fautor, cum fratre Quincacusi ac compluribus aulicis, à Mioxindono quem rei bellicæ præfecerat, aliisque auxerat honoribus, interfectus est.

Moritur Pius IV. Papa. Succedit Pius V. Leodii Abbas Præmonstratens. Ordin. famulum habuit, quem certâ de causâ iussit à se discedere & alium sibi Dominum querere. Tulit hoc ægrè famulus, & vindictæ cupidus, Abbatem post paucos dies in ipso cubiculo jugulat, multamque secum pecuniam è cubiculo eodem auferens, equum occisi Abbatis sternit & abscedit, cum prius nescio quæ mendacia de Abbate ad familiam retulisset.

Christi fides in Indiis plurimum propagatur.

Turcæ à Melita repelluntur istmani suorum strage, cum 78000. pilarum ænearum in Insulam coniecissent: barbarorum cecidere 23000.

Maximilianus Imperator res quoque prospere gerit Duce fortissimo Lazaro Schuendio contra Turcas in Ungaria.

Joannes Ogilbæus Soc. Jesu Presbyter Glasguz in Scotia, ab hæreticis in odium fidei orthodoxæ in patibulo suspensus obiit.

Stephanus à Borda & Antonius de Pulchro-visu in Aquitania à Calvinistis occiduntur.

Obiit Joannes Marchio Badensis, Elector Trevirensis.

Decedit cum sanctitatis opinione Claudius Girardus Ord. S. Francisci.

Valerius creatur Episc. Veronensis.

Tandem Galli post binam frustra tentatam navigationem in Florida Americæ Provincia appellant.

Ladislaus Kerezinius Præfectus perfidus Gyulam Turcis tradit, qui prædarios contra datam fidem occidunt.

Nascitur Jacobus VI. Scotiæ ac dein etiam Angliæ Rex.

Fridericus Daniæ & Ericus Sueciæ Reges acriter confliant.

Georgius d'Armagnac Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Tholosano insuper Archipræfulatu decoratur.

In regione Moluccarum jam per plures in Christum crediderant. Invidit hoc malus demon, & Regum duorum operâ usus, partim blauditiis, partim terroribus illos ad pristinam stultitiam retraxit; sed non defuit ultio divina tam fœdæ apostasiæ. Ager antea fertilissimus, repente sterilis factus est, ut toto eo tempore, quo in apostasia perdurarent, quamvis crebro sererent, nullos fructus attulerit, oriza sementi servata computruerit, aquæ dulces nunquam illic comperto miraculo in salas versæ sint. Surius.

Marcus Antonius Bobba Episcopus Augustæ Prætoris Cardinalitio galero decoratur.

Johannes Feckenamus noster in turrim de nudo Londinensem retrusus, ac dein in castro Wisbi.

Wisbicensi inclusus, liberi tamen semper animi, à Catholicis dogmatibus propugnandis, & ab aliis charitatis operibus, quoad fieri potuit, nunquam cessavit.

Annus Christi 1566.

Michaël Pauli de Ghisleriis ex Ordine S. Dominici, nunc sub nomine Pii V. Sanctorum albo adscriptus, in Pontificem summum eligitur.

Nascitur Hieronymus Trentlerus, Jurisperitus insignis, Imperatoris Consiliarius.

Moritur Wolfgangus, filius Woldemari, Princeps Anhaltinus, anno ætatis 74. Item R. P. Bartholomæus Bustamantius è Societate Jesu, salutis proximorum per omnem vitam zelantissimus, pueris ac Mauris docendis additus, anno ætatis 70.

Vitam quoque cum morte commutat Ven. Ludovicus Blofius Abbas Lætiensis, Ord. S. Benedicti lumen insigne, virtutum ac doctrinæ laude resplendens.

P. Petrus Martinez Soc. Jesu, odio fidei Christianæ occiditur à Barbaris Americanis in Insula Florida.

Solymanus Turcarum Imperator Sigethum cum ingenti exercitu obsidet 31. Julii, die Augusti 19. majorem civitatem in suam redegit potestatem, multis cæsis fortibus viris, qui in arcem se recipere nequiverunt, quod Turcæ mirâ celeritate eos anteverterent.

Die 26. Augusti dum in arcem interiorem incurrunt Turcæ, multos è suis desiderant, & in iis Miserskium Bassam, duo quoque signa eis eripiuntur, & tandem summâ cum ignominia recedere coguntur. 7. Septemb. arx interior per flammam correpta, Comitum Zrinium cum cæteris prædians locum deserere cogit, dicto igitur Comite Duce gloriosâ morte occubitu Turcas ipsos invadunt, fortissimè pugnantes: Zrinus in ponte tribus locis à Janizaris glande percutitur & occiditur. Turcæ cæteros insequentes, paucis demptis trucidant, infantes & mulieres in captivitatem trahuntur; tanta in ipsis mœnibus interioris arcis cadaverum copia cernebatur, ut sanguis hauriri facillè posset; tandem verò flamma ad pulverem tormentarium in quadam turri asservatam perlata, aliquot domos funditus evertit: solo illo incendio grassante, uno illo in loco Turcarum plus minus tria millia extincta sunt. Eodem die occiso Zrinio caput amputatum, & ad Imperatorem in castra missum est, sed ille Tyrannus ante dies aliquot jam crudelem animam exhalat, mirâ interim arte genero ejus Mehmet Bassa id celante, adeo ut etiam Medicum, ne per eum proderetur, clam enecaret: non fuit Turcis incruenta hæc victoria, cæsa enim sunt durante obsidione Turcicorum equitum 18000. Janizarorum 7000. exceptis aliis, qui in scripta relati non sunt: periëre etiam summi nominis tres vel quatuor Bassæ.

Passim ab hæreticis tumultus excitantur in Belgio, sacris Imaginibus dejectis, Ecclesiis & Monasteriis expilatis, illorum tamen non

pauci à Catholicis Præfectis trucidantur, & supremo supplicio afficiuntur.

Angelus Cæsius, Tndertinus creatur Episcopus.

Moritur Jacobus Lainez Soc. Jesu II. Generalis, unus ex decem S. Ignatii sociis, arca utriusque Theologiæ, etiamnum vivus à Pontificibus appellatus.

Joannes Valentinus hæreticis scriptis SSS. Triadem inhonorans, Bernæ capite plectitur.

Moritur Sigismundus Archiepiscopus Magdeburgensis, & Marchio Brandenburgicus, anno ætatis vigesimo octavo: item Martinus Perez de Ajala, ex Episcopo Gaditano Segoviensis, tandem Valentinus Archiepiscopus; inter alia scripsit de divinis traditionibus libros decem.

Anna Alberti Ducis Megapolitani filia Gerardo Curlandiæ Duci nubit.

Alexander Farnesius Dux Parmæ & Placentiæ matrimonium contrahit cum Maria Lusitana, Eduardi de Guymaranes filia, filii Regis Emmanuelis.

Turcæ cum 155000. Casanum urbem obsident, sed incassum, vix non exercitu universo deleta.

Die primâ Augusti Ortona hostium direptioni cessit, templumque Cathedrale à Turcis fuit combustum unâ cum arca, in qua Apostoli Thomæ Reliquiæ asservabantur, illis tamen divinâ virtute intactis integrisque mantibus. Ughell. in Ital. Sacr. tom. 6.

Philippus de Bec Episcopus Vindanæ ad Nannetensem sedem transfertur.

Franciscus Bohierius Episcopus Macropolitani moritur.

Obiit Georgius Dux Brunsvicensis, Archiepiscopus Bremensis, Episcopus Mindensis & Verdensis.

Natus est Christianus Dux Lunenburgico-Hanoveranus. Item Carolus Burbonius Comes Sueffionensis & Druidensis, Ludovici I. Burbonii Principis Condei, & Franciscæ Aurelianensis filius.

Annus Christi 1567.

Wilhelmus Hassiæ Landgravius nuptias celebrat cum Sabina Christophori Wirtembergæ Ducis filia.

Obiit Franciscus Robortellus, Orator & Historiographus insignis. Item Philippus Hassiæ Landgravius, bellicæ artis expertissimus, anno ætatis sexagesimo tertio.

Moritur Catharina nata Comitissa ab Henneberg, conjux Henrici Comitæ à Schyvarzenburg.

Andreas Brunus Sanseverinus, Prior S. Joannis de Nocera, Generalis Ord. Montis Virginis creatur.

Salsa Archiepiscopatûs Salisburgensis fluvius continuatis per binotium diemque totam imbribus auctus, supra pontem cubito altius excrevit: hinc maxima ab everfis ædificiis pratis, hortis, aggeribus, & lignorum septis damna: in Hallensi oppido salis coquendi officina destructa, unâque magna parati salis

salis copia undis abrepta. Hujus inundationis, quam vox DILUVIUM Chronosticè significabat, damna ad valorem 100000. aureorum ascendisse ferunt: secuta 17. Octobris nivium in montanis subita resolutio, ex qua aquæ intumescens haud minora, quam præteritâ æstate, damna intulere.

Comes AreMBERGIUS Frisiæ Præfectus hanc regionem pacat, sedatâ novâ hæreticorum turbâ, quæ etiam Statuis & Imaginibus sacris bellum indicere ausa fuit: Tornacum mox occupatur à Norcarmio, & Episcopus cum Clero pulsus restituitur; subdunt se quoque Valencenæ.

Illustrissima Belgii Gubernatrix per omnes Belgicas nationes, & Comes Egmondanus per Flandriam, sectariorum exercitia omnibus interdicit.

Cambresii apostata quidam Monachus, mutato nomine se Philippum vocat: captus pernegat se eum esse, etiam si multi & mater ipsa certis indicis id ostenderet, & ad respicientiam hortaretur. Cùm suspensus fuisset, sparsio rumore hæretici excitatum dixerunt, ac in Francia concionari: ejus ergo cadaver perquisitum, denuò est suspensum.

Cùm Tornaci contra prohibitionem Norcarmii quidam sectarius præco rursus concionari attentaret, displosus est in eum tormentum majus, quo ictu multi adstantes vulnerati sunt.

Insulenses Matronæ in unum coeuntes, infantes suos omnes ab hæreticis baptizatos, vi ablatos in templum apportarunt, ut quæ omnia erant, ritu Catholico supplerentur. Idem in infantibus rusticis fieri curavit Dominus Raslegemius.

Ingentem tumultum Antverpiæ concitant sectarii, quorum aliquot militares turmæ ex Hollandia & Zelandia redeuntes per Brabantia Drossardum armis petita, magnâ ex parte cæduntur.

Hassletum in obedientiam redit Episcopi Leodiensis: item Valencenæ de novo fidelitatem Belgii Gubernatrici jurant; secuti sunt Trajectentes & Antverpienses. Econtra immodicus exortus est tumultus Buscoducis, ubi sectarii perruptis Curia foribus, Magistratum cum civibus consilia communicantem invaserunt, & cives omnes in fugam compulerunt, paucos tamen intra dies hæc sedata fuit seditio.

In Flandria deturbantur sectariorum fana, Ipris inprimis & Balioli atque Armenteria &c. Porro Comminii jubente Duce Archottano ex fani sectariorum trabibus tria sunt structa patibula, in iisque mox suspensi per plures. Pluribus quoque aliis alibi pari mortis poenâ vel exilio multatis.

In Hispaniis obiit Marchio Bergensis.

In Belgium venit Dux Albanus cum electa militum Hispanorum manu, in locum Ducis sæ Parmensis, quæ annis plus septem pacificè illud gubernarat.

Comes ab Helfenstein Ulricus ad Catholicam fidem redit, abactis è sua ditione hæreticis.

In Gallia novi tumultus, accito etiam è Germania peregrino milite.

Carolus ad Meldas Helvetiorum ope Condæo eripitur: conferitur pugna ad Sandionysium, in qua victoriâ partâ Mommorantius quasi Gallicus Epaminondas ex vulneribus moritur.

Cùm se ultrò abdicasset Pontificatu electus in Archiepiscopum Coloniensem Fridericus Comes à Weda: in ejus locum substituitur Salentinus Comes Isenburgicus, multâ doctrinâ, insigni probitate, rarâ prudentiâ aliisque virtutibus ornatus.

Moritur Calari B. Salvator de Horta Ordinis S. Francisci de Observantia, plurimis miraculis gloriosus.

Ludovicus Ordinis S. Francisci ab hæreticis occiditur.

Gotha expugnatur, & unâ cum arce Grimmenstein, Legatis Imperii Ducique Augusto traditur.

In Gallia, Hubertus à Curia Ordinis Minorum S. Francisci cum sanctitatis opinione decedit.

Moritur Franciscus de Helfault Abbas Blandiniensis Ordinis Divi Benedicti, vir omni virtutum cultu excoltissimus, quem Philippus Hispaniarum Rex Gandensium Episcopum nominaverat, hanc verò dignitatem vir humilissimus recusavit.

Floret Lævinus Apollonius ex Flandria ortus, qui descriptionem Regni Peruani, & itinerarium Gallorum in Floridam edidit.

Augustus Dux Elector Saxonie, arcem ferè regiam Augustiburgum dictam exstruit.

Moritur Ernestus Dux Grubenhagensis, unicâ ex se relicta filiâ Elisabethâ.

Lazarus Suendius Colonellus Imperatorius arcem Zadnar, Georgio Bebecko ad Turcas transfugo propriam cepit, in qua miles optima spolia collegit.

Annus Christi 1568.

Ferdinandus Dux Albanus, Philippum Wilhelmum Arausiacum Principem Leodii captivat, & in Hispaniam mittit.

Ludovicus Princeps Condæus, in prælio commisso captivatur, denique sclopotorum globis perimitur, assæcla erat Protestantium.

Moritur Albertus Prusie Dux, anno ætatis 78. Item Carolus Hispanie Infans, alii jussu patris, tanquam hæresi infectum, necatum asserunt.

Hieronymus Socher Arvernus, Monachus & Abbas Claravallensis, deinde Cisterciensis, & totius Ordinis Generalis quadragesimus sextus, Parisiensis Theologus, ob summam eruditionem, à Pio V. Pontifice Maximo in numerum S. R. E. Cardinalium cooptatur.

P. Franciscus Lopez Soc. Jesu pro fide Christi occiditur à Mahometanis in mari Coci-nensi.

In Archiepiscopatu Salisburgensi torrentes è frequentibus nimbis collecti tantâ violentiâ è Gastinensibus Alpibus proruperunt, ut 5 r. domos solo æquarint, plus quam 200. hominibus desideratis.

Cùm Hugonotæ magnis cladibus affligerentur, legatione missâ suæ Pseudo-Religionis prote-

protectionem ab Imperatore Turcarum petierunt. At verò Sultanus supplices averfatus respondit, supremo Turcarum Imperatori usitatum esse, non cum Regum subditis ac rebellibus, sed cum ipsis Regibus fœdera inire, nec posse sanam esse illorum fidem, qui propriam Regem oppugnant.

Dux Albæ Ferdinandus capit in Belgio perduelles multos; securi percussit Comites Egmondanus & Hornensem, aliosque complures fœderatorum Principes.

Glanatense Regnum movet defectionem contra Philippum Regem, sed frustra.

Ludovicus Nassovius certior factus de adventu Regii Hispanici exercitus, levi primùm certamine usque in noctem cum illis congressus, Damnum se contulic eadem nocte cum omnibus suis, quos insequuntur Hispani, & iterato die alterâ certamine vincuntur, cæstribus Ducibus, quos inter Comes Arenbergius. Post horam unam supervenit Curtius Martinengus Comes cum multo Hispanorum equitatu, cujus adventu Regii recreati, ad hostes redeunt, & Groningam octo militum millia introducunt, quam urbem Geusei sic dicti rebelles obsident, sed per crebras præfidiariorum eruptiones suorum non paucos amittunt.

Comes Montensis occupat Bergas, caeso præsidio quod Meganus Dux Hispanus imposuerat, urbem tamen dictam illicò recuperat Dux Albanus, & die 21. Julii hostilem aggressus exercitum 7000. cæcidit, ex suis octo tantum desideratis. Cesserunt victori signa militaria viginti, sedecim tormenta majora.

Turcæ in Asia bellum gerunt contra Saracenos alios, & Provincias quæ defecerant. Perdunt Mecham ad mare rubrum.

Stephanus à Barguello Ordinis Minorum, Sagii in Normannia à Calvinianis hæreticis plurimis confossus vulneribus, gloriosè pro Christo occumbit.

Theodora Pigneria, Tertiaria Carmelitana, Valentia in Hispania piè defungitur. Item Onuphrius Patavinus, Ordinis S. Augustini eximius Scriptor.

Venerabilis Paulus Lamps de Mechlinia Ordinis Cisterciensis, cùm Bonessense Monasterium ab Arausiano Principe flammis absumeretur, is fugâ sibi consulens, in pago de Ramesia ab hæreticis interceptus, odio professionis sacrae & Sacerdotii, ut erat Monasticâ indutus veste, cruci funibus alligatus, multâ postea sclopotorum trajectorye & concertatione miserè laceratur, donec felicem spiritum Creatori redderet.

Moritur Antonius Albonius, nobili apud Gallos genere ortus, primò Archiepiscopus Lugdunensis, deindè Arelatensis, qui Calvinii assæclas magno fervore ex suis Archidicæcibus proscripsit.

Amurathes Princeps Gravenis, Comes Egmondanus, Flandriae & Artesiae Gubernator, jussu Ducis Albani capitur, & de crimine læsæ Majestatis accusatus, cum Comite Hornio Bruxellis capite plectitur.

Protestantes Inculismam Gallia urbem occupant.

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Nascitur Augustus Dux Brunsvicensis & Luneburgicus, filius Wilhelmi, & Dorothea filia Christiani III. Danicae Regis.

Obiit Henricus Junior Dux Brunsvicensis, Natus est Augustus Dux Luneburgico-Hanoveranus.

Annus Christi 1569.

Ulyssipone sive Lisbonæ pestis horrenda sævit, plurimis incolarum millibus extinctis. Ceciderunt inter illos & P. Alphonsus Egidius Soc. Jesu, & 12. alii focii charitatis victimæ, qui pro salute proximi in Sacramentorum moribundis administratione vitam deposuere.

Diva Virgo Carnotensis non tam urbem sibi dicatam ab Hugonotis obsidentibus, sed suam quoque Imaginem, quæ portæ Drocenti imminet, servavit illasam: cùm enim hæretici desperatâ civitatis expugnatione bilem omnem in Patronæ Imaginem effunderent, eamque innumeris sclopotorum ictibus etiam cominus peterent, & subindè vix quatuor digitis aberrarent, nunquam tamen attingere potuerunt.

Ob Hispanorum res quasdam in Anglia detentas, Antverpiæ mercatores Angli & eorum facultates malè acceptæ sunt. Porro in Anglia par pari relatum illis, qui è Regis Hispaniarum ditionibus essent, cessatumque est à mutuis commerciis, non sine magnis utriusque partis incommodis.

Varii ob fidei Catholicæ professionem in Anglia occiduntur, quos inter fuit Plumitæus Episcopus, vir doctus & pius; & duo viri nobiles de familia Nortonorum.

Ex morbo pereunt Anselotus & Wolfgangus Dux Bipontinus, Hugonotatum in Gallia fulcra; interim fidei & patriæ rebelles Pictavium longâ obsidione premunt, cogeantur incolæ asininis & equinis carnibus vesci; Regius exercitus liberandæ urbis causâ vicinorum oppidum Chastelleraut ad fluvium Viennam situm vicissim obsidet: hæc ratione in auxilium sociorum pertracti hostes, Pictavium ad dies aliquot deserunt; interim relictus Guisanus cum suis, redeuntes ad obsidionem hostes eruptione factâ dissipat, prostratis ex iis bis mille, nec tamen absque suorum cæde & sanguine.

Dux Albanus dum in Belgio decimi nummi exactionem instituit, incolæ ingentes motus concitant.

Armamentarium Venetorum ardet, multis cadis pulveris sulphurei intempestâ nocte incensis, unde magna urbi illata sunt damna, novi muri partim eversi cum Cænobio Coelestinorum, in quo Moniales degebant, è quibus una extincta est, reliquæ ferè mutilatæ, loca vicina propemodum omnia deturbata. Muranum oppidum, ubi parantur vitra, non mediocriter afflictum. Tantis verò ejus incendii fragor fuisse fertur, ut etiam in Istria auditus sit.

Quidam Laurentius de Bobrovvia primùm in tortura, deindè liberè confessus est, quod puerum biennem nomine Joannem, filium viduæ Margarethæ Kozaninae accole-

H h h h

Patri-

Petricovienſis, vendiderit pro duabus Marcis Jacobo de Leyzyca Judæo, quem deinde ab impiis crudeliter conſoſſum ac trucidatum acta advocatialis Petricoviensis teſtantur. Circa idem ferè tempus in Bielko & alibi ſanguis Chriſtianorum à Judæis copioſè eſt effuſus.

Bartholomæus Farratinus creatur Episcopuſ Amerinus.

Cosmus I. Magni Hetruriz Ducis titulo exornatur.

Decedit in Monasterio Monſerratenſi Venerabilis Joannes Clonius, vir Angelicæ vitæ.

In annis litteris Soc. Jeſu refertur, Clericos deſides aliquando fuiſſe in Veſperis gloriſſimæ Virginis Mariæ decantandis, quas in Aſſumptione ejus ſolenni tenebantur dicere in civitate Indorum Bazain, pluresque Angelorum turmas deſcendiſſe de cælo, & ceciniſſe Veſperas illas in choris ſeparatis cæleſti Muſicâ, ita ut multi tranſeuntes per forum, viderent fores apertas templi, cum verè clauſæ eſſent, & intùs tripudiantem turbam Angelorum, de quibus claritas effulgebat, & conſonantia Muſicorum incredibilis aſtabat; de quo Clerici à tranſeuntibus admoniti, accurrentes, & videntes, effuſi ſunt in ſtuporem, quamobrem ſequenti die magno civitatis conſu celebrata eſt ſolennitas illa in gratiarum actionem Virginis & Sanctorum Angelorum.

Wilhelmus Avenſonius à Carolo IX. Galliarum Rege Archiepiſc. nominatur Ebrodunenſis.

Diem vitæ ſupremum claudit Joannes d'Avila Hiſpanus, vir doctrinâ, ſcriptis & virtute inſignis. Eodem anno obit Daniel Barbarus Coadjutor Grimani Patriarchæ Venetorum, Mathematicus & Philoſophus celebris. Scripſit Commentarium in Vitruvium. Practicam perſpectivam. Catenam Græcorum Patrum in 50. Pfalms Latinè verſam.

Henricus Dux Brunſvico-Guelpherbytanus nuptias celebrat cum Urſula, Ducis Franciſci Saxo-Lauenburgici filiâ.

Labores ſuos æternitati conſecrat Benedic- tus de S. Germano Monachus Caſinenſis, & ejuſdem Congregationis Abbas, Latinâ, Græcâ & Hebraicâ linguâ doctus: inter alia quæ doctiſſimè ſcripſit, referuntur:

- In Pfalterium Hebraicum Commentaria.
- In Epistoſas S. Pauli Commentaria.
- Expoſitio in Pfalms.
- Tractatus de uſuris.
- In libros Prædicamentorum Diſputationes.
- Super libros Perihermenas, priorum & poſteriorum, de anima. Ariſtot.
- Proverbia animalium.
- Tractatus de imitatione Ciceronis.
- Contra calumniatores apologia.

Claruit eodem tempore Philippus Fantoni Monachus Camaldulenſis, Philoſophus & Mathematicus inſignis, ejuſdem diſciplinæ in publico Piſanorum ſtudio Profeſſor.

Ad hunc annum perduxit hiftoriam ſuam Georgius Cabillau Monachus Aldenburgerſis, de re hiftorica meritiſſimus.

Ingeni merito de re litteraria meretur Joannes Lontallerus noſter Abbas, Aquifcin- ſinus, ampliffimo Gymnaſio in Academia Du- cæna excitato.

Purpurâ Martyrii ornatur Nicolaus Mac- gerald Monachus Cifterciensis in Hibernia, in patibulo Dublini ſuſpenſus, ac ſemivivus in quatuor partes diviſus; Chriſti fidei hoſtia.

Philippus junior Haſſiæ Landgravius ma- trimonio ſibi jungit Annam Eliſabetham Fride- rici Comitum Palatini & Principis Electoris filiam.

Annus Chriſti 1570.

TRagica luditur ſcena in Waldenburgo, arce Comitum ab Hohenloh, dum enim convocatis ad celebranda Bacchanalia quibuſ- dam Comitibus, ac Nobilibus, inter ceteras animorum relaxationes, ipſi prænobiles convivæ veſtibus ex lino & pice conſectis noctu induuntur, veſtis Comitum Eberhardi ab Hohenloh ſubitò ignem concipit, dumque accurrunt alii pariter veſtiti ad ignem ſopendum, illi pariter ab eo corripiuntur, funeſto ſanè eventu, dum Comes de Tubingen & præſatus Eberhardus jo- cum morte luunt, reliquis flammâ, ut vitam vix retinerent, miſerè ſædatis.

Moritur Bernardus, filius Joannis Prin- cipis Anhaltini, anno ætatis trigefimo.

Turcæ Cyprum Inſulam Venetis eripi- unt; Tinam maris Ægæi Inſulam depopu- lantur.

Moritur Joannes Tranſylvaniæ Wayvoda, anno ætatis trigefimo.

Wratiſlaviâ igne deſagrante ſuper æera conſpicuum ſe oſtendit B. Ceſlaus ante aliquot ſæcula mortuus, & ab incendio protegit ſuz requiei depoſitorium, videlicet S. Adalberti Monasterium.

P. Caniſius Soc. Jeſu doctrinâ & vitæ ſan- ctimoniâ excellens, Auguſtæ Vindelicorum, 10. dæmonia per Eccleſiæ exorcifmos expellit.

Moritur Walpurgis Comitiffa Hennebergi- ca, uxor Caroli Comitum à Gleichen.

Paulus Ricciutus vir litteratiſſimus, Ge- neralis Ord. Montis Virginis creatur.

P. Ignatius Azevedius Soc. Jeſu, illuſtriſſi- mâ Luſitanæ familiâ oriundus, in itinere Bra- ſiliano à Calviniftis pro Catholica religione mari demergitur, quæ Martyrii ſors aliis quo- que triginta novem ex dicta Societate ob- tigit.

Hoc & ſequenti anno plerasque Germa- niæ partes annonæ penuria, caritas, & quæ inde naſcitur fames vexavit. Quod tellus ne- gavit, cælum, quaſi pauperum comprecatione victum, prodigioſè dedit: nam circiter octavum diem Junii in pluribus locis Salis- burgerſis ditionis, præſertim in Præſectura Althenhann frumentum pluit: idem in pluribus Bayariæ vicis, ut Riedenſi, Maukirchenſi contigit.

Hercules Rettinger Episcopuſ Lavantinus naturæ debitum ſolvit.

Decedit à vita Petrus Loredanus Venero- rum Dux, ei ſubrogatur Aloyſius Mocenigus.

Veneti arcem quandam in Mainz promon- torio, Turcis ſe ſe deſperatione deſendentibus, occupant, cuniculiſque inmiſſo pulvere tor- mentario planè evertunt.

Classis

Classis Pontificia & Venetorum ex tempe- ſtate non parvum damnum ſenſit, quibusdam fractis trirēibus, & tormentis aliquot armis- que aliis naufragio amiſſis.

Turcæ occupatâ Cyprî Inſulâ, quò majo- rem Imperatoris ſui Selymi benevolentiam ſibi conciliarent, Galeonem, ut vocant, Mahometis Summi Baſſæ, & duas alias naves flore juventutis apud Nicoſiam captæ impleverunt, multâ non parvi pretii additâ prædâ. Sed ecce, dum pa- rant abitum, atque ex Galeone pulverem ſul- phureum volunt Muſtaphæ petenti exportare, nobilis quædam ſœmina captiva, mortem ſibi oppetendam potiùs, quàm ſpurcis illis libidi- num mancipiis ſerviendum, exiſtimans, pul- verem illum incendit. Sunt tamen qui ejus rei culpam in Galeonis Gubernatorem conferant: ſed is captivis omnibus repentinam mortem attulit, tribusque illis navibus omni- que præ- dæ excidium: ſolo Gubernatore cum tribus cap- tivis evadente.

Petrus Juſtinianus Melitenſium Equitum Ductor, cum quinque trirēibus fortè occurrit octodecim Turcicis trirēibus; à quibus facilè ſuperatus, duas trirēes amiſit, cum reliquis ipſe evaſit. Cæſus eſt etiam Novemb. initio à Turcis ſupra Parium Vincentius Maria de Priulis, quem Veneti exploratorem miſerant cum Angelo So- riano. Sed ea cædes, illo acriter pugnante, multo ſanguine hoſtibus conſtitit. Magni animi ſignum fuit, quòd cum nonniſi unam haberet trirēmem, cum quinque Turcicis congredi non dubitavit, binasque illis eripuit, plus etiam auſurus, ſi à milite copioſiori inſtructor fuiſſet: ſed tandem cum omnibus ſuis interfectus eſt.

Joannes Feltonus vir nobilis in Anglia, Pii V. Papæ ſententiam contra Angliæ Reginam hæreticam, litteris mandatam, quâ hæreſeos condemnabatur, & omni regnandi poteſtate ex- cidiffe declarabatur, pro Catholicæ fidei zelo no- lens homines ſuz gentis Pontificis Summi la- tere ſententiam; eandem in ipſo Corporis Chriſti feſto Londini ad fores Episcopuſ apud ſummam ædem publicè aſſigit; ob quod fa- ctum comprehenſus, ſuſpenſus & quadripartitò diſſectus eſt.

Italia ingenti terræ motu quatitur.

Pax in Gallia, & inter Suecum Danum- que ſancitur.

Cosmus Medicus à Summo Pontifice Magnus Dux Hetruriz creatur, cum antea Dux tantum Florentiz vocaretur.

Uncti in Surria Comitatu Angliæ è Cal- vini ſchola oriuntur, qui docent peccare nemi- nem, niſi qui veritatem ab ipſis prædicatam non recipit. Sander, lib. 7. viſib. Monarch.

Maris & fluviorum magnæ hoc anno fuere exundationes, præſertim in Friſia; con- trâ in Anglia littora maris intrò cedebant, ut homines poſſent ad aliquot paſſuum millia intra maris ambitum pedibus incedere.

Franciſcus Balduinus Juriconſultus obit, qui factus tamen Catholicus Calvini pudenda detexit.

Moritur Gelafius Abbas Ordinis Cifter- ciensis in Hibernia, ſanctitatis laude & mira- culis conſpicuus: cum Nobilis quidam opu- lentus, ut mortuis parentibus berè precare-

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

tur, largam eidem eleemoſynam mitteret, & is pecuniæ ſumrà acceptâ, illicò in genua provolutus, de profundis &c. devotiſſimè re- citaret: ſubridente qui miſſus erat famulo, & ſe millies pro tanta pecunia orationem ejuſmodi recitaturum jactante, vir ſanctus, ne quid ſcandali craſſæ Minervæ homo pateretur, Pfalmum illum in chartula deſcribens, ex ad- verſo pecuniæ, bilanci appendit, & illius pondere prodigioſo, argentum velut ſtipu- lam elevavit & excuſſit. Bucelin, in Menolog.

Voislaus Belga ex Ordine D. Franciſci ab hæreticis occiditur.

Decedit Boniliz in Caſtella cum ſancti- tatis opinione Joannes Linarius. Item in Corſica Vincentius à Venaco Ordinis Mino- rum. Nec non Alphoſus Marinus ejuſdem inſtituti Profeſſus in Hiſpania. Similiter Ba- ptiſta Mercator Valentiz in Hiſpania ejuſdem inſtituti Profeſſus.

Moritur in Anglia ob fidem Catholicam captivus fortiffimus Chriſti Athleta, venera- bilis Joannes Feckenamus ex Ordine Divi Be- nedicti, qui in extremis rerum anguſtiis, car- cere, vinculis fidem Catholicam propugnare nunquam deſiit.

Abdala-Aben-Abo ex Medina urbe na- tus, à Mauris Hiſpanicis poſt necem Aben- Humeya illatam, folio Granatenſi imponitur.

Joannes Aldobrandinus Florentinus à Pio V. Papâ Galera Cardinalitio donatur. Mors è contra eadem ſpouat Marcum Antonium Amulium Venetum, qui Patavii Collegium pro 12. Nobilibus Venetis fundavit, & annuè unicuique 60. aureos conſtituit.

Carolus d'Angennes Episcopuſ Cenoma- nenſis Cardinalitiâ purpurâ decoratur.

Philippus II. Hiſpaniarum Rex Annam Maximiliani II. Imperatoris filiam conjugem ducit.

Obit Philibertus Babou S. R. E. Cardina- lis, Episcopuſ Ingulifmenſis.

Floret Jacobus Beſſon ex Delphinatu Gal- lus, Mathematicus, & Philoſophus inſignis. Edidit theatrum inſtrumentorum & machina- rum. Geometriam. Deſcription & Uſage du Compas Eucliden &c.

Carolus II. Archidux Auſtriæ & Stiriz nuptias celebrat cum Maria Alberti V. Bavariæ Ducis filiâ.

Joachimus Fridericus Marchio Branden- burgicus nuptias celebrat cum Catharina Jo- annis Marchionis Cuſtrinenſis filiâ unicâ.

Annus Chriſti 1571.

Joachimus II. Brandenburgericus Elector, mo- ritur repente tactus apoplexiâ.

Joachimus Erneſtus Princeps Anhaltinus, ſecundum cum Eleonora Chriſtophori Wir- tenbergæ Ducis filiâ matrimonium celebrat.

In lucem mundi prodit Julius Erneſtus, Dux Brunſvico-Luneburgicus, Henrici Ducis, Luneburgico-Tannebergici filius.

Damgarta Pomeraniæ urbs incendio perit.

H h h h 2

In ya-

In variis Germaniæ locis, magnam insolæ annonæ caritatem experiuntur.

Moritur Viennæ in Austria P. Adalbertus Baufeck Soc. Jesu, Boëmus Pragensis, ab ipso Christo Domino in sacra Hostia sibi apparente, Societatem ingredi iussus; qui in eadem insigni animarum zelo, hæreticorum conversionibus, & eminenti Theologiæ doctrinâ enituit.

Dira lues Portum vexat Gaditanum. Item Vilnam Lithuanæ Metropolim, necnon plures Germaniæ urbes.

Obiit Romæ Hieronymus Socher Abbas Cisterciensis, & totius Ordinis Generalis: de quo summus ille Ecclesiæ Pastor Pius V. auditâ ejus morte dixisse fertur: *Miror summo perè quòd ad tanti viri obitum, omnes urbis campanæ ultrò non pulsent.*

P. Petrus Diaz Soc. Jesu, cum 4. sociis in itinere Brasilo pro fide Christi, ab hæreticis in mari demergitur.

Idem obigit P. Alphonso Fernandez cum 6. sociis.

P. Ludovicus Quiros, Gabriel de Solis & Joannes Mendez Soc. Jesu in Insula Florida pro fide Christi barbarè enecantur. Pari Martyrii laureâ ibidem donantur P. Joannes Baptista de Segura, Gabriel Gomez, Petrus de Linarez, Sanctius Savellius, Christophorus Rotundus, omnes ex Societate præfatâ Jesu.

In Silesia pisa, frumentum & triticum pluiffè authores memorant. Cadentis frumenti grana nostris erant simillima, boni saporis, & corticis perquam subtilis, adè ut quidquid haberent substantiæ in optimam farinam molendo converteretur.

Ditmaninga oppidum in Archiepiscopatu Salisburgensi, fulminetactum, usque ad paucas ædificulas in edito positas conflagravit.

Anglia ingenti terræ motu contremuit, & mons integer à suis sedibus avulsus prodigioso transultu situm mutavit.

Anna Maximiliani Imperatoris filia, Hispaniæ Regina, hæredem masculum parit.

Turcæ Famagustam in Cypro deditione capiunt, amissis suorum durante obsidione 30000. Occupant quoque in Dalmatia Antivarum vi, Budoam proditione.

Joannes Storæus hæreticæ pravitatis Inquisitor in Anglia, suspensus, amputatis ventris, dissecto ventre, capite truncatur.

Christianorum confœderata classis, Duce Joanne Austriaco insignem de Turcica victoriam reportat in Sinu Lepantino, triremes Turcarum captæ 180. combustæ 20. submersæ totidem. Primarius Bassa interfectus, 25000. Turcarum occisa, multa capta, è quibus Nobiliores ad Pontificem tracti, & in Castrum S. Angeli inclusi, 20000. Christianorum recuperata; ex nostris triremes admodum paucæ desideratæ sunt, sed viri plures quam fortissimè pugnant. occubuerunt: Columnæ suæ classis Præfecto magnificentissimum triumphum Pontifex decernit, virtutis ergò, ad veterum speciem, ut sic in Capitolium veheretur.

Geusei, cum jam diu in mari piraticam exercuissent, quasdam Hollandiæ Insulas,

Schellinck, Texaliam & Vueringiam occuparunt.

Post casum Jacobum Nothum, in Scotia interfectus quoque est Comes Lipeuxensis, qui secundus Prorex, etiam cum præsidio, ex Anglia eò missus fuerat.

Joannes Marchio Brandenburgicus catharico suffocatur.

Diem supremum obiit Sigismundus Zapolia, Transylvaniæ Princeps.

Mediolani corpus S. Sabinæ viduæ, quæ sub initium sæculi quarti Christiani obierat, incorruptum & suavissimè redolens invenitur.

Moritur Sigismundus Augustus Poloniæ Rex. Similiter Franciscus Ferdinandus d'Availos Pescariæ Marchio.

Wilhelmus le Blanc Tolonii Episcopus consecratur.

Claruit Martinus Cupperus, ex Abbate Crispiniensis Cœnobii inter Montes Hannoniæ & Valencenas, Episcopus Chalcedonenis, & Archiepiscopi Cameracensis Suffraganeus.

Philippus de Sancto Jacobo, Andreas de S. Romano, Joannes Carupmannus, Congregationis Benedictinæ Monseratensis professi, vitæ sanctioris exemplo non tam Ordini quam mundo universo prælucent.

Annus Christi 1572.

TErræ motus vehemens Onipotentem concutit, magnâ domorum actemplorum jacturâ.

Samogetas hucusque idololatrias & in silvis degentes, Sigismundus Poloniæ Rex in pagos reducit, attributisque agris, unum Deum adorare docet, per Jacobum Lafconem.

Dux Aumalensis in obsidione Rupellæ, globo tormenti bellici perimitur.

Nascitur Otto, Ottonis filius, Dux Brunsvico-Luneburgicus.

Moritur Romæ S. Franciscus Borgias ex Duce Gandiæ Soc. Jesu Generalis Præpositus: item Pius V. Papa.

Occiditur ab hæreticis Cornelius Poldermans Religiosus S. Salvatoris Antverpiensis Ord. Cisterc. Rector Monasterii in Zirizea oppido Zelandiæ.

Hugo Boncompagnus Juris Scientiâ insignis, jam annum ætatis septuagesimum emensus, Summus creatur Pontifex, qui nomen Gregorii XIII. assumpsit.

Georgius IV. Agricola J. V. D. transit ab Episcopatu Lavantino ad Seccoviensem.

Carolus IX. Galliæ Rex Elisabetham Austriacam, sanctissimam Principem, uxorem ducit.

Geulifus & cæteri Galli hæretici prope Montes Hannoniæ ab Albano caduntur.

In nuptiis Henrici Regis Navarra, & Margaritæ Valentiæ, vulnus antiquum Guisianiæ cædis in Castillonium cæterosque Calvinistas recruduit; ipse Admiratus cum plurimis Lutetiæ casus, tantorum motuum penas dedit, & in aliis urbibus trucidati non pauci.

Geusei in Belgio plurima munita loca Hispanis eripiunt, nimirum Brielam, Ylissingam, Valen-

Valencenas, Veteres aquas, Goudam, Dor-dracum, Harlemum, Lugdunum Batavorum, Gorcomium &c.

Ludovicus quoque Nassovius Montes Hannoniæ primariam urbem expugnat, quam tamen Albanus mox iterum obsidione premit.

Ruremundam occupant hæretici, & proditione capiunt Aldenardum, cujus Prætorem Judocum de Corteuville, quod fidem Auraco Principi jurare nollet, multis sclopetorum globulis conficiunt, & Sacerdotes omnes in aquas projectos suffocant.

Princeps Auracicus castra Albani Ducis perfingere curans, cum notabili suorum jactura repellitur: Albanus verò, mille quingentos Hispanos sclopetarios cum equitibus levis armaturæ 50. hostibus submittit, qui insigni stratagemate, primò cæsis excubiis, mox ad 500. hæreticos in hostilibus castris trucidarunt, multos abegere equos, multos vulneribus debilitarunt. Auracicus hæc acceptâ clade, clarâ luce celerrimè recessit in Brabantiam.

Montes Hannoniæ deditione capit dictus Albanus Dux: mox Geusei Mechliniam aliâque loca dimittunt, sibi que fugâ consulunt. Zutphania pariter ab Hispanis capitur & diripitur.

Rebelles Batavi quòd urbs Amstelodamum in Regis Hispaniarum fide peristeret, ejus suburbia incendunt, ad 2000. ædium exurunt, Monasteria & Collegia vicina miserandum in modum vastant, pecus omne quod abigere non poterant in aquis præfocant; prope dictam urbem natus est 11. die Decembris vitulus biceps, gemino dorso, & octo pedibus, nec diu supervixit.

Fridericus unus ex Hispanici exercitus Ducibus in pago quodam 12. hæreticorum peditum signa & aliquot equites Harlemum petituros ex improvise adoritur, 700. cædit, septem peditum unumque equitum signum eripit.

Harlemum obsidetur ab Hispanis.

Petrus Joannes ex Ordine Minorum cum fama sanctitatis obiit Majoricæ.

Hippolytus Salvianus, Medicus celebris & scriptor clarus, Romæ defungitur.

Natus est Joannes Sigismundi Joachimi Friderici Marchionis Brandenburgici & Administratoris Magdeburgi primogenitus. Item Sigismundus Bathorius Transylvaniæ Princeps.

Moritur Joanna Albretana Navarra hæres, mater Henrici IV. per chirothecas venenatas.

Bogislaus XIII. Dux Pomeraniæ nuptias celebrat cum Clara, Ducis Francisci Luneburgici filiâ.

Inter anni hujus memorabilia illud refertur, quòd cum F. Andreas Siculo, qui nobilissimâ ortus familiâ atque inter Regni Barones nuncupatus, multo se hominum sanguine in sæculo sedaverat, scelerum pœnitentiâ ductus, ad Capuccinorum se Ordinem contulisset, Clericorumque numero in Conventu S. Euphebi adscriptus esset; dum Novitius res sacras altaris mundâ manu contigit, cunctas sanguine cruentatas reliquit; quòd cum Patribus innotuisset, antequamque Novitii vitam didicissent, è sacro

altaris Ministerio & Clericorum Ordine amotum, ad Laicorum vitam transtulerunt. Eo quippè cœlesti prodigio declaratum fuit, rerum sacrarum contactu indignum esse, qui manus animumque tot hominum cæde contaminasset. Bover. in Annal. Capuccin.

Die 15. Junii Dominus Stanislaus Paulouuski Civis Opatoviciensis iter faciens cum uxore & filia sua, nocte quâdam pervenerunt ad villam nomine Lopovo, ubi quiescit corpus S. Justi Confessoris Eremitæ Camaldulensis; prætereuntes Ecclesiam, omnes simul de curru descendentes, cum devotione in cœmeterio flexis genibus inceperunt orare DEUM, ut meritis S. Justi feliciter in domum sine noxa à latronibus sibi allata, vel ab animalibus silvestribus pervenirent, statimque cum in currum ascendissent, apparuit illis vir venerabilis albis vestibus indutus, in magna claritate, cum duobus baculis ex salice confectis, quorum unum dedit aurigæ, alterum filia Salomez, dicens illis: Ite in pace, Dominus DEUS sit vobiscum, & ego qui sum Justus, ero vestri comes, & Dux in via in hac obscura nocte; tandem disparuit, sed illi baculi divino miraculo, in faces ardentes lucidissimas conversi, clarissimè illis lucebant, donec domum pervenerunt, gratias DEO agentes; qui iterum illis apparuit, dicens: Manete in pace, & tu filia mea fac, ut sis Sponsa DEI Monacha in Sandegz; faces extinguit, & in baculos, ut prius, vertit, & ab oculis eorum evanuit. In act. Sancti Justi.

Annus Christi 1573.

Hispanorum exercitus, Almarium Borealis Hollandiæ urbem obsidione gratis tentat, illâque durante magnam militum copiam perdit.

In mundum editur Georgius Fridericus Marchio Badensis.

Moritur Joannes Wilhelmus Dux Saxoniæ, Joannis Friderici filius, anno ætatis quadragesimo tertio.

In obsidione Rupellæ, obit globo trajectus Claudius Dux Aumaliensis.

Diem vitæ claudit extremum Fridericus à Wirsberg, Episcopus Herbipolensis, Franciæ Orientalis Dux, vir piissimus, cui hoc eodem anno in Episcopali sede successit Julius Echter de Mespelbronn.

Vitam cum morte commutat P. Antonius Araolius Soc. Jesu, Cantaber, vir magnæ per Hispanias, etiam apud Regem exultationis, singulari gratiâ animas tractandi, & ad mortem parandi, divinitus præditus.

Eodem anno ex hac mortali ad vitam immortalis transit Pater Joannes Baptista Sanchez ex eadem Societate Jesu, vir pauperum & nosocomiorum obsequiis unicè deditus, multis animarum lucris & adversis toleratis dives.

Bernardinus Molinari de Jocco, Generalis Ord. Montis Virginis creatur.

Venerabilis P. Martinus Gutierrez Soc. Jesu, squalore carceris & verberibus ab hære-

hæreticis enecatur Cardeliaci in Gallia, cujus corpus exanime, matrona quædam ex cælis apparens in sindone candidissimâ involvit, Ex Math. Tanner.

P. Georgius Schorigius è Societate Jesu, odio Catholicæ quam prædicabat Religionis, veneno sublatus est ab hæreticis, Badenæ.

Cùm Joannes Jacobus Archiepiscopus Salisburgensis ingentem falis fodinam in Tûrnberg excidi fecisset, eò loci id memorabile accidit, ut 26. Novemb. intra montis salinarii profunditatem ad 6300. pedes, unâ cum lapidibus erueretur cadaver viri novem spitamas longi, carne, ossibus, pilis, vestibibus integri; est caput ab incumben- tium saxorum oppressione in majorem lati- tudinem distentum apparebat. Caro penitus exsiccata flavedinem & duritiem adinstar sal- pæ induerat: jacuit per aliquot septimanas oculis omnium expositum, tandem verò cum falis beneficio cessante corrumpi cœpisset, terræ mandatam fuit.

Die 13. Novembris terribilis Cometa vi- sus est.

Natus est Landishuti Maximilianus, Gui- lielmi V. filius, utriusque Bavariz Dux, S. R. I. Archidapifer & Elector.

Comes de Boslu, Hispaniarum Regis Præ- fectus in Hollandia, cum 40. navibus mare Harlemicum occupat, Geuseorum classem fu- gat, omnemque commeatûs per canalem adve- hendi aditum Harlembusibus præcludit.

Cives Amstelodami Geuseorum 200. tru- cidant, & octo eorum naves omnis generis commeatu instructas auferunt.

Princeps Arausicus cum exercitu suo annonam inferre molitur obfesso Harlemo, sed à Catholici Regis exercitu cæditur, cum ja- cturâ militum 1600. 14. signorum militarium, decem tormentorum, & curruum trecento- rum. Interim ex urbe permultæ scemina & pueri prodeunt, se subducere cupientes, sed cum magno ejulatu coguntur reverti in ur- bem: mox fame cogente hæc se victoris ar- bitrio submittere cogitur. Germani mili- tes qui in urbe erant, vitâ donati sunt. At tamen Germani illi itemque Gascones & An- gli, qui apud Montes Hannoniz juraverant se non militaturos contra Hispaniz Regem, & cum iis aliquot seditioni cives, gladio, laqueo & aliis modis necati sunt.

Tunetum à Joanne Austriaco capitur: Turcæ à Bisertanis repelluntur, urbsque ipsa Bisertum Hispanis cedit; Rex verò Tuneta- nus cum uxore & liberis in triremem conje- ctus, in Siciliam abductus est, in ejus locum subrogatus junior Muleaffes.

Christophorus Bravus Ordinis Sancti Francisci, Pici in Castella sanctè obit: vitâ quoque cum sanctitatis opinione Madriti de- cedit, Antonius à Segura; nec non Isabella de Bovadilla, dicta de Jesu, nobilissima, San- ctimonialis Ordinis S. Dominici Vallisoleti in Hispania.

Madriti similiter vitam cum morte com- mutat Didacus à Sancto Martino ex Ordine Minorum Divi Francisci, sanctitatis famâ ce- lebris.

Item Georgius cognomento Dives, Ba- varia Dux.

Parisiis decedit Franciscus Balduinus JC. celeberrimus.

Albertus Fridericus Dux Prussiz, nuptias celebrat cum Maria Eleonora Ducissa Cliviz & Juliaci.

Moritur Joannes Aldobrandinus Sacre Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Pœnitentia- rius supremus, & Præfectus Signaturæ Bre- vium.

Anna Wilhelmi Arausiz Principis quon- dam uxor, Mauritii Saxoniz Electoris filia, moritur.

Occupatâ à Calvinistis Lodevâ in Gallia, in ignem injecerunt corpus Sancti Fulcrani Episcopi ejusdem civitatis, quod integrum in- corruptumque invenerant; ignis velut suam iis exprobraret immanitatem, sacris exuviis pepercit. Nihil tamen moti eo miraculo feri homines, per compita illud Bacchico furore raptarunt, dein in frustra disseuerunt. In act. SS. Bollandi.

Mortalium numero eripitur Barnimus X. Dux Pomeraniz.

Mundi lucem primò aspicit Anna, filia Caroli Archiducis Austriæ & Stiriz.

Inter viros sæculi hujus doctissimos meritò referri potest Montantius, Monachus Benedi- ctinus Sanctæ Mariæ de Florentia, qui ob præ- claras animi dotes à Magno Hetruriz Duce Cosmo, Hospitalis S. Mariæ Novæ Præfes constitutus est. Transtulit ex Græco in Lati- num Philosophiam Nili Monachi antiquissimi;

Veneti Cattaram Dalmatiz urbem muni- tam per assaultum capiunt, plurimos Turcarum Præfidiarios occidunt, alios captivant, cesserunt victoribus 27. tormenta bellica, & octo naves majores commeatu refertæ.

Obiit Antonius Comes Oldenburgicus & Delmenhorstensis, anno ætatis quinquagesimo quarto.

Annus Christi 1574.

Vitâ excedit Bembus, S. R. E. Cardinalis, anno ætatis 78.

Wilhelmus Princeps Arausicus, Mittel- burgum Seelandiz urbem deditioe capit.

Ex utero matris in mundi hujus lucem prodit Fridericus IV. Elector Palatinus.

Pater Leonardus Keselius Societatis Jesu, signis variis in animatum procuratione conspi- cuus, Coloniz à fatuo cum aliis duobus Pa- tribus cultro confossus, occumbit.

Eodem anno & ex eadem Societate Jesu obiit P. Hernandus Guillen, illustri ortu Hi- spanus, rudium & agricolarum assidus in- structor, mercedis omnis contemptor, ut li- gna etiam venum afferret, ad panem è pretio indè cœmendum.

Moritur Poppo XVIII. Comes Henneber- gicus.

P. Gonzalus Cardoso Soc. Jesu, odio fidei interficitur in Æthiopia.

Montgomery Comes, Lutetiz securi percussus.

Henri-

Henricus III. Galliz Rex, ad Poloniz thronum petitur.

Amurathes Selymo patri in Turcico Im- perio succedens, à fraternis cædibus ejus ad- ministracionem auspicatur.

Moritur Carolus Lotharingus Cardina- lis: item Francisca à S. Cruce, fundatrix Mo- nasterii Conceptionis Alcazariz in territorio Toletano.

Majoricæ obit Catharina Thomasa, Ca- nonica Regularis Ordinis Augustiniani, ma- gnam post se relinquens opinionem sanctitatis.

Stephanus Moldaviz Princeps Turcas pro- fligat.

Judæus Joachim Smierlovicz, Puniz in Li- thuania septennem puellam, nomine Elisabe- tham, filiam Ursulæ viduæ Lublensis, die Martis ante Dominicam Palmarum crudeliter concidit, & sanguinem in ollam collegit. Non multò post in Zglobice supra fluvium Dunæ, furati Judæi puerum deduxerunt Tarnovvium. Cùm verò ex certis fundamentis suspicio in illos caderet, & acres tormentorum comminationes accederent, sibi ipsis consulentes, puerum do- muicuidam desertæ injecerunt. Tarnovvii item repertus apud Judæos est Christianus puer, Ju- daico indutus amictu: quod nisi tam citò nota- tum fuisset, facilè est conjicere, quid de illo acturi fuerint: quare etiam ad pecuniariam mul- ctam damnati fuere.

Hugonotæ Duce Capitaneo Vivans, ci- vitatem Sarlatensem intercipiunt, nihil minùs timentem, pro fiducia pacis factæ ad Ru- pellam; Ecclesias spoliunt, sacras Reliquias dispergunt.

Moritur Christophorus Comes Palatinus Rheni, hoc anno à Sancio d'Avila victus.

Finem vivendi facit Abdala, sive Muley Abdalla, Fellæ & Marochii Rex, filius Ma- hometis Cherif, laudabilis patris, proles in- ers, consensu solio illud effuso cognatorum & Ali Bembucar Regni Gubernatoris sangui- ne contaminavit, & commissis aliquot cum hostibus præliis semper succubuit. Diego de Torres Histoire des Cherifs. Thuan. lib. 20. 36. 57.

Vitam quoque exiit Benedictus Aretius, Helvetius Bernensis, Calvinii assecla, scripsit Commentarios in Novum Testamentum, & Pindarum; similiter problemata sacra & ex- amen Theologicum.

Turcæ cum 70000. virorum exercitu Astracanum invadunt Regnum, sed sinistro Marte pugnantes, à Russis ejiciuntur.

Antonius Augustinus, Episcopus Leri- densis, transfertur ad sedem Archiepiscopalem Tarraconensem.

Nascitur Anna Bogislai XIII. Pomeraniz Ducis filia, & Fridericus Dux Luneburgico- Hanoveranus. Item Maria Christina Caroli II. Archiducis Austriæ & Stiriz filia.

Moritur Albertus Caroli II. Marchionis Badenensis filius, ex Cunegunda Brandenburgico- Onolsbacenci. Item Carolus Sacre Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & Archiepiscopus Rhe- menis.

Suecis Wefenburgum in Livonia obsidenti- bus, seditione inter illos motâ Scotorum 1500.

à Germanis & Suecis occisi sunt. Reliqui ad Moscos in Wefenburgum transferunt, qui to- tam postea regionem rapinis & cæde fœdârunt.

Vitam cum Episcopali dignitate deponit Franciscus Richardotus Burgundus Atrebatium Episcopus, cui sufficitur Mathæus Moullartius Ghisleniani in Aduaticis Cœnobii Abbas.

Annus Christi 1575.

Henricus Valefius Rex Galliz coronatur. Carolus Fridericus filius Wilhelmi, Dux Juliaci & Cliviz, anno ætatis 20. Romæ moritur.

Rex Galliarum præfatus nuptias celebrat cum Claudia Ludovica, filiâ Nicolai Comitis Vaudemontii.

Pestis per universam Siciliam grassatur: cùm Trojanopoli multi indiès perirent, ac die secundâ Januarii illa maximè efferveret, cives Imaginem S. Silvestri Monachi in pro- cessione detulerunt, unde lues penitus extin- cta est.

Obiit P. Ludovicus Gonfalius à Cama- ra Soc. Jesu, Lusitanus, clarò loco natus, Jo- annis & Sebastiani Regum Lusitaniz Confessa- rius, indefessus vineæ Domini in Europa & Africa operarius.

Item Syracusis P. Michaël Ochiva ex eadem Societate, gratiâ singulari curationum omnis generis morborum à Deo ornatus, qui innu- meros mortales è cæno vitiorum extraxit.

Vitæ quoque finem facit juxta Vercellas Antonius de Cremona, Ordinis Minorum Sa- cerdos, eximiæ virtutis.

Lusiniacum castrum in civili bello à Duce Montpenferio evertitur.

Illustrant Angliam glorioso certamine supra 200. Religiosi è sola S. Benedicti familia, quos hæreticorum furor Martyres, cum aliis ferè in- numeris ad cælos misit.

Parisiis è Regis Caroli nutu conven- tum fuit, ut post celebratas Regis Navarri nuptias, summo mane ad sonum campanæ Ecclesiæ S. Germani, & tintinnabuli horolo- gii Palatini, quotquot haberi poterant Hugo- noti interficerentur, quod & factum est: ce- ciderunt interempti ad 3000. & Coryphæus ipsorum Colignius Admiralis, etiam post mortem, à petulanti vulgo turpiter illusus & fœdatus est.

Guilielmus Olis, aliis Holst, Ordinis Mi- norum Sacerdos, genere nobilis, inter Brugas & Gandavum ab hæreticis grassatoribus crude- liter interficitur.

Poloni Stephanum Bathorium Ungarum, Regem eligunt.

Confœderati in Belgio Angliæ Reginam subsidio evocant.

Venerabilis Maria Lusitana, Franciscani Ordinis Tertiaria, à Turcis Hierosolymis in ignem conjicitur.

Claudius Gabriel Faber Guardianus, Ani- mundus, Joannes Capucius, Ordinis Mi- norum, Lunelli in Gallia ab hæreticis occi- duntur.

Ridol-

Rudolphus Archidux Austriae in Romanorum Regem coronatur.

Moritur Sabina Georgii Marchionis Brandenburgici filia, uxor Joannis Georgii Electoris Saxoniae.

Jacobus Coppenus Alcmariæ ob Catholicam fidem ab hæreticis trucidatur.

Mahometes Felleæ Rex grandi prælio ab Abdemeleco profligatur.

Amurathes III. Selymi filius Ottomannici Imperii gubernacula suscipit, solum scandens quinque fratres suos natu minores occidi jubet.

Nascitur Augustus Dux Anhaltinus, author lineæ Ducalis Cæthensis.

Moritur Marcus Antonius Bobba Episcopus Augustæ Prætoriae, & Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis.

Franciscus de Bourdeille, nobili genere Gallus, ex Monacho Monasterii Sancti Dionysii, creatur Episcopus Petricoricensis.

Obiit Claudia, filia Henrici secundi Galliarum Regis, uxor Caroli secundi Lotharingæ Ducis.

Dum Cataci in Provincia Rhegensi FF. Capuccini consuetæ vini mendicationi incumbunt, lagenam à Nobili quadam & piâ matronâ vino implendam relinquunt, quam peractâ mendicatione, sibi repetendam proponunt. Lagenam matrona ancillæ tradit, quæ cum in cellam vinariam profecta, lagenam sub dolio defluente collocasset, aliud negotium peractura discedit. Interea illi lagena è memoria excidit, nec nisi post duarum horarum spatia illi in mentem redit. Propè examinatur ancilla, quæ dolium vino effluxo, totum exinanitum arbitratur; quare volucriter citius ad cellam vinariam evolat, ubi impleta lagena, vinum divinâ virtute stetit conspicit. Mox ad heram festinans, miraculum narrat, quæ factò admirabunda cum debitas divinæ benignitati grates rependisset, eò ad pietatem pronior, ac in pauperes liberalior deinceps evasit.

Annus Christi 1576.

Moritur Joannes Albertus Dux Megalopolitinus, anno ætatis 50.

Nascitur Augustus, filius Francisci, Dux Lauenburgicus.

Vitâ excedit Ludovicus Requesenius, Dux Casanus, magnus Castiliæ Commendator, & Governator Belgii.

Stephanus Bathorius Transylvaniæ Princeps Cracoviam occupat. Turcarum ope mox cum Annâ Sigismundi Regis relicta filiâ nuptias celebrans, se in Regem proclamari & coronari impetrat.

Temesvaria, pulvere bellico per fulmen incenso, tota quassatur.

Cornua cervi jam diu parieti ædium Thomæ Amici, civis Lipsiensis appensa, sanguine madent.

Dura lues hoc & sequenti anno grassatur per Regnum Siciliæ.

Obiit Friburgi in Helvetia Pater Canisus Soc. Jesu Sacerdos, Germaniæ novus Apo-

stolus appellatus, cujus corpus post mortem suavissimum odorem spirabat.

Barbatus Ferratus de Candida, Generalis Ord. Montis Virginis creatur.

Maximilianus II. Imperator moritur.

Cum sævissima lues Tridento exorta, totamque Italiam late pervagata, plurima hominum millia stereret, virorum zelo charitatis ferventium pietas inclauit. In qua eminentes tres Insubriæ Episcopi & Cardinales, Carolus Borromæus Mediolanensis, Nicolaus Sfondratus Cremonensis, Hippolytus Rossius Papiensis, omni humanitatis obsequio in miserorum solatium & levamen intenti: præcipue Carolus ministratis propriâ manu Sacramentis & obsequiis, cum evidenti vitæ periculo, tunc maxime boni pastoris munus implevit.

Fatis concedit Catharina de Salazar Virgo Clarissa in Monasterio Conchensi, vitæ sanctimoniâ conspicua: item Hieronymus à Pedona Capuccinus.

In Gallia quintum pacis edictum emanat.

Abdemelec Regnum Marochianum & Fensense, armis Turcicis adjutus, nepoti suo Mahometi Cheribo eripit, qui post aliquot prælia in Portugalliam elapsus, magnarum calamitatum Christianis ipsum reducere conantibus auctor fuit.

Torensis cum copiis, quas à Germania deducebat, profligatur à Duce Guisio, qui tamen, dum ardentius palantes & fugitivos insequitur, in vultu vulneratur.

Rudolphus II. Romanorum fit Imperator.

Isidorus in Arvernia, funditus à Francisco Regis fratre & Prorege deletur.

Eraſtus contra Paracelsum, veteris Medicinæ labefactorem, & novæ conditorem, scribit.

Alexander Piccolomineus Senensis, Philosophus & Mathematicus eximius, decedit.

Mortuæ cum sanctitatis fama decedit Violenta à Corduba Ordinis Minorum.

In Hispania similiter cum pari laude vitæ finem facit Gaspar à Josepho ejusdem Ordinis.

Hispani occupatam à se Antverpiam per tres dies expoliant, ædes 600. igni, incolarum 10000. neci tradunt. Franciscus Sonnius urbis Episcopus Synodum eodem anno celebrat.

Die 21. Junii dum Dux Alaisionius frater Regis Franciæ esset in urbe Castillonio, & excubiæ pedestrium copiarum in villa, quæ dicitur Soulei, à dicta civitate uno plus minus milliaro distante, agerentur; tres milites malè feriatè deprehenderunt præ foribus templi Imaginem B. Antonii in petra erectam, in eamque multa ludibria, dicta & sacrilegia exercuere; sed ecce illico vindicta Dei; duo enim ab invisibili igne continuo consumpti, miseram exhalant animam, tertius facti poenitens, divinam consecutus est misericordiam. Bozius lib. 15. de Signis Ecclesiæ.

Cum hoc anno in Lendinario suburbio quidam vir pius reparare vellet sacellulum, in quo erat Imago B. M. V. artifices muræ calcem maceraturi, sive ut ajunt, subacti, foveam epistylis proximam aquâ fontanâ scatu-

featurientem petierunt; vas igitur vix immisum, cum clarus & liquidus latex sanguineo ita colore inficitur; res quidem prima fronte horribilis, sed tamen pro exitu saluberrima; aquæ enim ita conversæ famâ evulgatâ, ad imaginis venerationem major hominum concursus factus est, ea opportunitate haurientes multi gravissimorum morborum genera depulerunt. Secundus Lancellotus lib. 2. histor. Olivetanæ.

Circâ hunc annum vivere desit Hieronymus Cardanus, natione Italus, Medicus celebris, plures scripsit libros; scilicet Tractatum de vitâ propria; de libris propriis eorumque usu; de studio Socratis, encomium Neronis, encomium Astrologiæ, encomium podagræ, encomium Medicinæ, canem Cerberum seu orationem de Medicorum inficitia; de Sapientia libros V. de prudentia Civili; de subtilitate libros viginti unum, de rerum varietate libros 17. &c.

Inter Belgii sidera emicat insigni splendore Gaspar Bonincourt Atrebas, Eques Hierosolymitanus, dein Aquiscincti Monachismum professus, ex Monacho factus Audemburgensis Abbas, Græcè, Latinè, Gallicè, Teutonicè, Hispanicè peritus; scripsit idioma Gallico peregrinationem suam Hierosolymitanam & ad montem Sinai; sermones ad Fratres; librum unum de Arithmetica; item libros duos versibus Gallicis, alterum de prædestinatione, alterum de sui ipsius cognitione.

Celebratur æternâ meritorum famâ in Provincia eadem Arnoldus Gantoisus Abbas Marchianensis, qui Magnificum in Academia Duacena Gymnasium extruxit.

Annus Christi 1577.

Joannes Fridericus Dux Pomeraniæ, nuptias celebrat cum Erdmude filiâ Joannis Georgii, Principis Electoris Brandenburgici.

Moritur in Francia Remigius Bellaqua, Medicus & Poëta insignis; anno ætatis quinquagesimo.

Turcæ Christianorum 2000. ex Nundinis Sixensibus in captivitate abducentes, ab insequente Christiano milite cæduntur, & recuperatâ prædâ fugantur.

Georgius à Zobel Episcopus salutatur Bambergensis.

Fœdâ contagione Catanam urbem tam sævè invadente, ut tota in vastitatem abitura videretur, in honorem Divæ Agathæ institutâ processione, omnes in nosocomiis infecti subito convaluerunt. Bolland. in vit. S. Agathæ.

Protasius Rex Arimæ baptismum suscipit.

Cometes caudâ versùs Orientem porrectâ horridus, mense Novembri visus est.

Belgii acceptâ potestate convocandi Ordines, ut de re sua & tranquillitate patriæ deliberarent, modò nihil de Religione tractarent, circumventi à Geusiis, mortuò Governatore in suum Principem conspirant, abigendos Hispanos decernunt, se hæreticis jungunt, Auriaco Principi obsequuntur, evocant Mathiam Imperatoris fratrem, dominationis specie, cum interitum ipsi & Auriacus omnia essent gesturi; R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Antverpiam milites introducunt, Hispanos in arce obsident, qui factò impetu, quamvis pauci, de eorum perfidiâ pœnas dignas sumunt, quatuor externorum militum millia jugulant, oppidanos sternunt, diripiunt, in carceres conjiciunt, fugant, ædibus compluribus concrematis.

Joannes Austriacus ad Flandriam pacandam mittitur cum Imperio; certis conditionibus recipitur ab Ordinibus, qui ei postea insidiantur, externos Principes alliciunt, Catholicis melioribus diffidunt, Sacerdotes & omnis generis Clericos ejiciunt.

Petrus Danesius Parisiensis Professorum Regionum primus, deinde Varenfis Episcopus, anno ætatis 80. tribus linguis & omnibus disciplinis ornatus moritur.

Decedit B. Petrus à Xeresio Ordinis S. Francisci, in mari Indico; item Catharina Cardona Carmelitani Ordinis in Hispania Sanctitatis laude celebris; nec non Venerabilis Maria Bagnesia, Virgo tertii Ordinis S. Dominici Florentiæ in Hetruria, patientiâ, amore erga Deum & proximum, ecstasibus admirabilis.

Hieronymus de Gudiel Compluti evulgat Compendium Historiarum Hispaniæ.

Moritur cum nota Sanctitatis Joannes Laicus Ord. S. Francisci Salmantici; item Maria, Parmæ ac Placentiæ Princeps, Duci Alexandro Farnesio nupta.

Decedit Antonius Contius Juris-Consultus celebris.

Cum PP. Carmelitæ Discalceati reedificarent Conventum Bagnesi, ut decentiori humarent in loco, è vetustis loculis eruerunt ossa suorum Venerabilium Patrum, olim ibi defunctorum, quò autem tempore inhumata fuerunt, maximum lucidissimumque splendorem à se emittere in obscurissima nocte fuerunt observata; hyeme postea subsequenti per totum mensem Septembris, suavissimus odor florum mali Medici & rosarum in toto inoluit loco; admirationem autem adauxit, quia nec tunc temporis eo in loco rosæ efflorescere solebant, nec ea in regione malus Medica inveniebatur.

Moritur Remigius Belleau Poëta Gallus, qui in versus Gallicos redegit Poëmata Anacreontis; edidit porro Pastoralia elegantissima, Poëmata de Natura, de differentia lapidum pretiosorum &c.

In Meaco Japoniæ urbe insigni Regulus quidam Ethnico ritu suo dæmoniacam celebrabat festivitatem, in qua plurimum, publicæque Christianæ fidei Sathanico ore detrahebat; mirum! è sereno cælo saxorum crepitantium pluvia decidere visâ & audita est, qua omnis illa idololatrarum multitudo, quæ ad 20000. numerabatur, dilapsa est, neque enim unus permansit eo loci. Maiolus in Meteoris.

Moritur Carolus II. Marchio Badensis & fundator Lineæ Durlacensis anno ætatis quadragésimo octavo; item Gerardus Americus ex Monacho & Abbate Bertiniano primus Audomariensis Episcopus.

Annus Christi 1578.

JOannes Austriacus de Belgis confœderatis triumphat, cæsis decem millibus; 1200. in Mosâ submersis, captis millibus aliquot, & sexcentis in Namurco suspensis; cedit tamèn Amstelodamum Wilhelmi Principis Arauscani armis.

Nascitur Julius Augustus, Julii filius, Dux Brunsvicensis & Luneburgicus; item Fridericus Othonis Ducis Brunsvicensis filius.

Mundi hujus luci oculos claudit Elisabetha, Georgii Friderici Marchionis Onolshacensis conjux, Joannis, Marchionis Brandenburgici filia.

Amersfordia contra Hispanos, fœdus cum Belgis confœderatis init.

Moritur Laurentius Surius ex Ordine Carthusianorum, Vir doctus & insigniter pius, qui editione plurium librorum insignem sibi famam comparavit, anno ætatis 56.

Item P. Joannes de Albotodo Soc. Jesu, plurium Maurorum conversione & virtutibus illustris.

Similiter P. Gaspar Loarte ex eadem Societate Valentia in Hispaniâ diem obit, huic Christus crucem bajulans olim apparuerat, & ad labores animârat, vir fuit doctrinâ & virtute illustris.

P. Mauritius Serpius Soc. Jesu, odio fidei in Africâ à Mahometanis occiditur.

Quadragesima Monachi Monasterii Magiensis in Angliâ in pervigilio Deiparæ Virginis in choro ante altare crudeliter ab hæreticis trucidantur; qui postea surgere, capita sua humo attollere, collis imponere, suis se quilibet sedibus collocare, & præcinente Abbate vespertinas horas decantare visi sunt; absoluto tandem magnâ gravitate & morâ vespertini cantûs obsequio; pristinâ rursus in statione, in quâ prius martyrium subierant, depositis capitibus procuraverunt.

Magnâ infelicitate Sebastianus Portugallia Rex cum Muleyo Mahomete Cheribo, quem in suum Fessense Regnum temerè reducere conabatur, ab infinitâ Barbarorum multitudine oppressus, fortiter dimicans perimitur, ubi & cæsis duodecim Christianorum millibus, & totidèm captis, desiderati sunt Episcopi Coimbrencis & Portuensis, Præfectus Pontificius, Marchio Hybernica, quem Pontifex instruxerat cohortibus Italicis ad Hyberniam occupandam, multiq; alii Principes.

Moritur Joannes Austriacus, Præfectus Belgii seu Gubernator, ei successit Dux Parmensis.

Gandavi Geusii sacras imagines dejiciunt, templa subvertunt, diripiunt, Catholicos vexant & opprimunt.

Atrebatî seditio, & aliis in locis contra Geusios, hinc Ordinum à se invicem distractio; mox ne perirent funditus, & mutarent non dominatum, sed Dominum, incipiunt captare Imperatorem de pace à suo Principe exorandâ.

Pontis lapidei supra Sequanam propè Augustinianos Parisienses, insignia fundamenta jaciuntur in Luparam Regiam.

Servan Urbs Mesopotamiz munitissima propè Tegil fluvium Amurati eripitur à Sopho Persarum, cæsis centum sexaginta Turcarum millibus; Bassa, qui Constantinopolim evaserunt, ab Amurathe ob tantam cladem stomachante, securi percussi sunt.

Mundi lucem primò aspicit Philippus III. Rex Hispania.

Moritur Wenceslaus Adamus Dux Teschenensis in Silesiâ.

Natus est Joannes Ernestus Joachimi Ernesti Principis Anhaltini filius.

Rudolphus Imperator Altorsio privilegia Academia impertitur.

Decedit Diego de Payva de Andrada, Theologus insignis, Nobili in Lusitaniâ familiâ oriundus, interfuit Concilio Tridentino missus à Rege Lusitano Sebastiano; ubi decem libros explanationum orthodoxarum scripsit; fuit Chemnitii Antagonista insignis, contra quem edidit defensionem Tridentinam fidei Catholicæ quinque libris comprehensam.

Nascitur Ferdinandus II. Imperator filius Caroli II. Archi-Ducis.

Carolus filius Nicolai Comitis Vaudemontii, Sacro Cardinalium Collegio adlegitur.

Extinguitur insigne Ordinis Benedictini decus Thomas de Parentis, Vir omni virtutum genere ornatissimus, cui merito suo sufficitur Joannes Saracenus, acerrimi judicii, præstantis doctrinæ, à Philippo Hispaniarum Rege Sacrorum Consilii Senatoribus accensus, postea Cameracensium Archiepiscopus declaratus.

Annus Christi 1579.

MORitur P. Simon Rodriguez Soc. Jesu, è primis 10. S. Ignatii sociis, de Lusitaniâ & Indis optime meritis, atque à DEO multis beneficiis illustratus.

Dira lues ævit per Lusitaniam tribus annis. Scipio Sylvester de Mercogliano, Generalis Ord. Montis Virginis creatur.

Joannes Jacobus Archiepiscopus Salisburgensis apoplexiâ corripitur, cui proinde anno sequenti in Coadjutorem datus est Georgius de Kuenburg.

Obit Albertus Dux Bavariz. Guilielmus Stravus, & Christianus Suys, Ordinis Minorum Religiosi, Treviros petentes, ab hæretico latrone occisi sunt.

Parmensis Principis auspiciis, & ductu Mondragonii, arx Kerpenensis à parte Regii Hispanorum exercitûs 13. horarum spatio septem muralibus machinis verberata, capitur; Belius arcis Præfectus cum suis, nullam se defendendi cogitationem admittens, custodiæ mandatur; atque 8. Januarii die sexto ultra triginta arborum ramis affiguntur; Belli supplicio in 13. ejusdem mensis dilato, quò in novâ, quam extruxerat, arcis portâ & ipse quoque strangulatus interiit.

Trajectum

Trajectum ad Mosam post longam obsidionem à Principe Parmensi expugnatur; paritum in eâ urbe est civibus, pueris & mulieribus, cæsis primo impetu præfidiariis.

In Flandros, Brabantinos, Hollandos, Zelandos præfatus Dux exercitum movere pergit, ut vel pacis conditiones subeant, vel debitas perfidiaz pœnas lauant.

Polonia Rex Mosco Polociam, aliaque loca munita Moscoviz Duci adimit.

Hieronymus à Mediolano Lugduni in Galliâ Capucinus cum famâ Sanctitatis decedit.

In Paniensi Lithuaniz oppido Judæi Christianam puellam, nomine Elisabetham, barbarè trucidarunt.

Joannes ab Amstetdamo ab hæreticis occiditur; item Jacobus Schuermans in Belgio, & Felimeus cum socio in Hiberniâ interimitur.

Joannes Graii Ordinis Minorum occiditur ab hæreticis Bruxellis.

Carolus Lufachius, Henricus, Petrus Vabolescus, Arnaldus Virganastus, Petrus Quartus ex eodem Ordine, Gordonii in territorio Galliz Cadurcensi ab hæreticis similiter interimuntur.

Decedit Camalduli Vener. Romualdus de Fabriano, qui omni humanâ sapientiâ destitutus, divinâ plenissimus, omnem humanam familiaritatem & commercia fugiens, totus cælo intentus, miræ puritatis, silentii, humilitatis, & tantæ simplicitatis fuit, ut planè crederetur nunquam peccasse mortalitèr, captus aliquandò à latronibus, arbori alligatus, morte intentatâ eadem fronte fuit; *Facite, quantum DEUS permittit, aiebat, mihi enim idem, sive hodie mori, sive die crastinâ.* Ex Monim. Camald.

Georgius Fridericus Marchio Brandeburgico-Onolshacensis nuptias celebrat cum Sophiâ Wilhelmi Ducis Luneburgici filiâ.

Carolus Gustavi Sueciz Regis filius, Finlandiz Dux, nuptias cum Annâ Mariâ Friderici Electoris Palatini filiâ celebrat.

Moritur Joannes Baptista Adriani ex nobili Florentiz familiâ natus, Marci Virgillii filius, scripserat sui temporis historiam, & alia nonnulla.

Naturæ debitum solvit Albertus V. Bavariz Dux.

Annaburgum propè Torgaviam ab uxore Augusti Electoris Saxoniz strui coeptum est.

Hugonottæ Ebrodunum occupant, & Ecclesias spoliant.

Nascitur Augustus dictus junior, Dux Brunsvicensis & Luneburgicus, filius Henrici Danseburgici, & Ursulæ Ducissæ Saxo-Lauenburgicæ. Dum Bary in Apuliâ totum ferè devastatum fuisset ab igne Monasterium Monialium S. Scholasticæ, inter cæteras & consumpta fuit imago B. Virginis ab Angelo salutata, verba autem Salutationis, scilicet Ave Maria, quæ ibidem erant inscripta, haud flamma tangerè ausa fuit; eamq; usque adeò conservant eadem Moniales. Beatus in vit. S. Nicolai Myrensis lib. 4.

Accidit hoc anno in Romanâ Provinciâ, ut F. Bartholomæus ab Aquis Taurinis cum socio à Romanâ urbe ad Conventum Ereti proficiscens, Pontificium (ut vocant) panem recentem secum ferret, quem cum pauperi, quia ab eo in viâ elemosynam petierat, dare recusaret, cum primâ

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

ad Conventum appulit, eoque vesci voluit, tam durum perindè, ac si ferreus esset, offendit, ita ut neque malleo, nec securi scindi valuerit. Bover. in annal. Capuccin.

Annus Christi 1580.

NASCitur Augustus, Marchio Brandenburgicus, Friderici, Administratoris Magdeburgensis filius.

Martinus ab Eyb ad Episcopatum Bambergensis promovetur.

R. P. Rodericus Gonzalez Soc. Jesu Hispanus, ardens Ecclesiastes, & Magicarum præcipue artium felix extirpator; dæmonis idcirco odio sibi conscito, dire contractis membris & costis propè ad mortem compressus, obit Mandriti.

Eodem anno vitæ finem Lovanii facit R. P. Adrianus Adriani ex dictâ Societate, magnæ in persecutionibus & carceribus, in curâ animarum toleratis, patientiæ, ac in depellendis spectris & dæmonibus efficaciz.

Lues contagiosa atrociter sævit Parisiis, & aliis Franciz locis, cadit charitatis victima in morbidorum servitio P. Anatolius Regipaldus Soc. Jesu, ex cujus defuncti cadavere suavis odor erupit.

B. Gelasius Oculinar. Abbas Boylensis, Ord. Cisterciensis, qui contra perfidos hæreticos fortissimè decertarat, ad mortem damnatus Martyrio cum uno Ordinis sui socio coronatur, dum ad locum supplicii educeretur, tanto fervore & divino spiritu prædicavit, ut quingentos hæreticos converterit, Chrysost. Henriq. in astro Cisterc. Similem mortem passus est Eugenius Omulkeram.

P. Edmundus Donatus Soc. Jesu, pro religione Catholicâ Corcagiz in Hiberniâ suspensus secatur.

P. Georgius Fernandez & P. Gomez Damaralio Soc. Jesu pro religione enecantur à barbaris in Javâ Insulâ.

Miles quidam hæreticus Joannes Zvichius, cum Oliverius Templ. Hallas obsideret, jacitare ausus est, se palam suis manibus mulierculæ (Deiparentem intelligebat) nasum abscissurum, sed ista jactanti en! subito globus è bombardâ excussus nasum aufert, undè & pœnam & perpetuum inter commilitones risum habuit; quò identidem hominem ad nasum recipiendum Hallas mittebant.

Rebelle Belgici Cortracum, præmissis mutato habitu militibus aliquot, qui ipsis tandem cæsis custodibus portas aperuerunt, occupant.

Eleonora Maximiliani II. Imperatoris filia Minorennis Pragæ moritur.

Ninova ab Ordinum milite, duce Lavonio, scalarum auxilio occupatur, & Comes Egmondanus capitur.

Die 6. Aprilis cum sequentibus, Anglia, Hollandia, Seelandia & Flandriæ pars terræ motu laboravit.

Die 9. Aprilis Mechlinia ab Ordinibus duce Templo, antè diluculum sperato vallo, in potestatem redigitur, magnâque crudelitate in civibus & præfidiarios sævitur.

Lanonius Gallus magnam bellicæ industriae & prudentiæ laudem adeptus, propè Cortracum à malecontentis capitur, & quindecim signa perditam caduntur, partim in fugam conjiciuntur.

1111 2

Præ-

Præfectus parti copiarum ab Ordinibus, de Lanouie nomine, cæsus, fugatisque suis à Regiis capitur in Flandriâ.

Copiæ Regis Hispani, quæ ex magnâ parte Frisiis constabant, trajecto Rheno patriam armis repetunt, obviumque Comitum de Hollac cum 22. vexillis peditum, & equitum 2000. memorabili conflictu superant, cæsis adversariorum 1500. cum de suis tantum 55. amisissent, hac pugna & obsidione Groningenses liberati sunt, & multa Frisiæ tum oppida, tum portus & propugnacula recepta.

Ordinum Præsidarii ex quibusdam oppidis, Distheimio vallo & muro appositis scalis superato, potiti sunt; civium ratio habita est, Ecclesiasticorum verò ædes direptæ.

Cameracum persuasionibus Infii Urbis Præfecti patrocínio Ducis Alençonii se permittit; cives & Ecclesiastici, qui in ejusdem verba jurare noluerunt, urbe exacti sunt.

Mense Julio Stephanus Poloniae Rex ex Lithuania in ipsam Moscoviam ingressus, in ipso itinere arces duas Welisum & Usuatam, deinde Wielikiluckium occupat, & multis suorum amissis sub finem ferè anni in Lithuaniam revertitur.

Legati ab Ordinibus Belgii ad Ducem Alençonium mittuntur, qui se patriamque suam Belgicam certis conditionibus, abjurato Rege Hispaniarum, ipsi offerunt.

Proscriptio Regis Hispaniarum contra Principem Auracum publicatur Namurci.

Malecontenti Buchanium Hannoniæ oppidum munitione ditione capiunt, sed antequam præsidarii egrederentur, pulverem nitratum locis aliquot occultarunt, qui paulò post incensus, magnam oppido deformitatem convulsis plerisque ædificiis, intulit.

Bellum in Galliâ recrudescit, Rex Feram Picardiæ urbem ditione capit.

Hispani exercitûs pars ad Novesium cum Ordinum milite velitati, eundem in fugam conjiciunt.

Cum Hispani & Itali milites, qui Pontificiorum nomen sibi indiderant, duabusque clavibus pro insignibus usi sunt, in Hiberniam appulissent, & munitionem erexissent, magni tumultus excitantur; iidem paulò post ab Angliæ Regina cæduntur.

Daniel Rogerius ab Angliæ Regina in Germaniam amandatus, ad Urbem Cliviam ab Hispanis intercipitur.

Turcarum Imperator ingentem cladem accipit à Perfarum Rege, frustra que ei in lenocinia pacis magnam suæ ditionis partem offert.

Copiæ Regiæ Hispanicæ, in Frisiâ fusis jam aliquot Ordinum copiis, & locis aliquot iisdem adeptis Steenvichium oppidum obsidione cingunt.

Anna Austriaca Philippi II. Regis Catholici uxor moritur.

Mense Octobri Cometa cincinnis primò exiguis, post caudâ longissimâ fulsit.

Obiit Andreas Croquezus Prior Monasterii Hasnoniensis, Vir litteratissimus.

Guilielmus de Heese ex familiâ Comitum Hornensium, læsæ Majestatis & prodicionis accusatus atque convictus, capite plectitur Querceti.

Galli fugantur cædunturque propè Cameracum, quum obsidionem frustra solvere & commeatu juvare tentabant.

Gandenses propè Quæt Atrecht cæduntur fuganturque; Oppidum Conde actu ab Ordinum Belgii militibus captum, ab Hispanis postmodum pari ratione recipitur; vicissim Urbs & arx Athenis, à dictis Ordinibus recuperatur, cæsis defectionis authoribus.

Moritur Gerardus Grosbeck S.R.E. Cardinalis & Episcopus Leodiensis; cui succedit Ernestus Bavariz Dux.

Decedit Joannes Moronus Collegii Cardinalium Decanus, cui succedit Farnesius.

Stratagemate usus Perfarum Rex, Tifis urbem munitam occupat.

Alphonsus de Molinâ novellæ in Mexico vineæ zelosus cultor moritur.

Diem obit Venerabilis Armenia de Savuto regulam S. Francisci de Paulâ professa, viræ Sanctimoniam celebris; item Magdalena Angelica à Lorca, tertiaria Ord. S. Dominici Valentiz, referturque ut Beata ab Arturo in Menologio Franciscano.

Moritur Hieronymus Surita Historicus Hispanus, ætatis anno 67. item Martinus Navarrus; nec non Emmanuel Philibertus Dux Sabaudiz; quibus adjungendus Alvarus Gomez Hispanus, doctrinâ celebris; & Franciscus Alciatus Jurisperitus insignis, Episcopus, Datarius Romæ, & S.R.E. Cardinalis.

Antonius filius Ludovici Emmanuelis ex Mariâ Aragoniâ secundò geniti ex Jolantâ concubinâ natus, Regis Lusitaniz titulum usurpat, sed brevi post regno exire compellitur.

Die 28. Augusti, quo S. Narcissi Episcopi Gerundensis festum agebatur, Joannes Vitalis Gerundensis pictor nocte subigens fatinam ad coquendos panes, massam sanguine permixtam miratus, ex ipsâ matrâ eum stillare vidit; attonitus ad hoc prodigium, rogavit Sanctum, ut fineret ceptum opus peragi, se eo peracto curaturum, ut in tabellâ expressum miraculum aræ ejus appenderetur; mox sanguis ejusque figura cessavit. In Act. SS. Martyr. Bolland.

Annus Christi 1581.

Nascitur Christianus Marchio Brandenburgicus, Joannis Georgii filius.

Moritur Franciscus I. senior, Saxoniz, Angliæ & Westphaliæ Dux, anno ætatis 80.

Wratislaviensem S. Catharinæ Parthenonem à flammis urbem longè latè que depascentibus incolumem servat B. Ceslaus sæculis aliquot jam mortuus.

Gloriosum Martyrii cursum Londini consummat Edmundus Campianus, ob Catholicæ fidei defensionem interfectus.

Lues contagiosa, Lugduni in Galliâ diè savit.

Sexcenti milites hæretici Camberonense in Hannoniâ cœnobiium, Ordinis Cisterciensis, assultu tentant, sed ex supernaturali immisso timore se cum pudore, nec non aliquali suorum jacturâ subducere coacti sunt; postea quidam belli Dux ex eâ multitudine declaravit, se se, cum esset super

super muros, ut suis commilitonibus animum adderet, vidisse magnum alborum Monachorum numerum, in equis per hortum discurrentium, qui Monasterium ipsum tuerentur, quos Angelos fuisse, aut Beatos à Camberonensi hoc Monasterio Monachos non dubitandum puto; ex Chrysof. Henriqu. astro Cisterc.

Obiit Venerabilis Ludovicus d'Éstrada Hortensis Monasterii Abbas in Hispania, vir non solum virtute insignis, sed & eruditione amabilis; cujus oratione in annonæ caritate frumentum Monasterii duobus mensibus citius ad maturitatem venit, ut haberet, quod pauperibus elargiretur, ejus quoque meritis panis, & cibus miraculosè multiplicatus est, orationi deditum sæpius ingens splendor & claritas divina illustravit.

Moritur Catharina Joannis Ernesti Saxoniz Ducis, conjux.

Coburgi magna crux rubra per duas ferè horas in aère visa est.

P. Edmundus Campianus, & P. Alexander Briantus, Angli Soc. Jesu pro fide suspensi & secti sunt Londini.

Hispani obsidionem Steenvichii solvunt, occupant Bredam.

Magni Moscoviz Ducis internuncius ad Imperatorem Romanum venit, atque inde Romam ad summum Pontificem discedit.

Gandenses propè arcem Lieskerchiam fugantur.

Fortiter in Lusitaniâ Albanus agit, Antonium de Leva vincit; & Philippus III. Hispaniarum Rex Portugalliæ coronâ insignitur.

Franciscus Alençonius Cameracum occupat; Sueci Narvam Moscovitis eripiunt.

Aquisgrani ob assumptos quosdam ex heterodoxis ad dignitatem Senatoriam ingentes oriuntururbationes.

Naturæ debitum solvit Adamantius ex Ordine D. Augustini, Orientalium linguarum peritissimus; hinc à Papâ Gregorio XIII. correctio Talmudi ei commissa fuit; idem debitum solvit Adrianus Adriani, Soc. Jesu Presbyter, qui linguâ Belgicâ Antuerpiæ varios scripsit libros Asceticos.

Moritur Christophorus Bathorius Transylvaniæ Princeps, Stephani Poloniae Regis frater; cui succedit in regimine filius Sigismundus.

Riga urbs Livoniæ Stephani Bathorii Poloniae Regis sceptro se subdit.

Ernestus Bavariz Dux eligitur in Episcopum Hildesensem, Frisingensem & Leodiensem.

Annus Christi 1582.

Bellum inter Stephanum Poloniae Regem, & Joannem Basilium Magnum Moscoviz Ducem, magnâ sanguinis profusione hucusque gestum, P. Antonii Possivini à Soc. Jesu industria componitur.

Moritur Basileæ Joannes Bauhinus, Vir experientiâ Medicâ & Chirurgicâ insignis, anno ætatis 71.

Nascitur Georgius, Dux Luneburgico-Hanoveranus, Wilhelmi filius, Princeps fortissimus.

Franciscus Alençonius Dux Andegavenis, Galliæ Regis frater, Antverpiæ magno plausu excipitur, Dux Brabantiz, Sacrique Romani Imperii Marchio proclamatur.

Vitâ excedit Carolina, Ludovici Ducis Mompensirii filia, Wilhelmi Arausiz Principis tertia thori consors.

Item Elisabetha Philippi Hassiæ Landgraviæ filia, Ludovici Palatini Electoris uxor, anno ætatis 43.

Wilhelmus Princeps Arausicus à Cantabro per maxillam utramque globo sclopeti trajectitur, sine vitæ tamèn discrimine.

E vivis discedit Daniel Brendelius ab Homberg, Elector & Archiepiscopus Moguntinus; item Emanuel Alvarez ex Insulâ Maderâ, Soc. Jesu Sacerdos, Rector Collegii Coimbricensis, Grammaticus insignis.

Biturigum urbem lues sæva vexat.

Pascarellus Cicinellus de Mercogliano, Generalis Ord. Montis Virginis creatur.

Moritur Rigæ in Livoniâ Venerabilis Anna, Abbatissa Ord. S. Benedicti, admirandâ constantiâ, fide & patientiâ terris cœloque probata; decrepitæ ætatis sæmina utpote annos numerans 130.

Nobanunga Rex Oaris in Japoniâ, dum Faxibâ Duce adversus Moridonum Amangucii Regem, novemque aliorum Regnorum Dominum, bellum gerit, ipse Meaci ab Aquechio, quem antea & possessionibus ditarat, & ornat honoribus, trucidatur cum filio Jonoschedono; mox ad tanti sceleris ultionem multorum conversa sunt arma, præsertim Faxibæ, Justi Ucondoni, & Sanxi Chindonis tertii Nobanungæ filii; nam senior occubuerat, alter Oquaxen Fungedonus, Farimæ Rex designatus, auditâ patris ac germani nece, de statu mentis præ horrore sceleris, exciderat; primus Ucondonus tyrannum, tendentem Anzuquiamâ Meacum, trahentemque militum millia octo, cum ipse non nisi mille secum haberet, monitis Faxibâ & Nobunangæ filio, qui tribus leucis aberant, ut agmen quisque suum acceleraret, fretus & causæ æquitate, & Crucis vivificæ virtute, magno animo aggreditur, primamque aciem fundit, unico è suis desiderato; Aquechiani eâ strage percussi, atque eminens conspicati accurrentes turmas aliquot, quas Ucondonus consultò subsequi jusserat, rati que Faxibæ, aut Nobunangæ filii copias esse, fugam nullo ordine arripiunt; Aquechius cum acceptis vulneribus aliquot primùm sese in arcem propinquam recepisset, locoque diffidens inde prorupisset, ac solus in incertum vagaretur, agnitus à rusticis, trucidatusque est, duodecimo postquam parricidium perpetrarat die, corpus patibulo affixum, directa complicitum bona.

P. Thomas Cottamus, Soc. Jesu pro fide Christi suspensus & sectus est Londini.

P. Petrus Mascarenia, Soc. Jesu, odio fidei Christianæ in Molucis veneno à barbaris sublatus est.

Theresia Ordinis Carmelitarum reformatrix Sanctorum albo inseritur.

Triumphant memorabili victoriâ de Turcis Persæ.

Antonius Portugalliz Princeps denuò vincitur.

Novum Calendarium Gregorianum publicatur.

Carnis exuvias deponit S. Tereſia Virgo Carmelitana; item Venerabilis Petrus ab Ecceâ Ordinis Minorum Caravaccæ in Hispaniâ; ex eodem Ordine cum Sanctitatis opinione decedit Michaël Borraſius in Italiâ.

Joannes Georgius Dux Lignicenfis & Briſgenſis in Sileſiâ nuptias celebrat cum Annâ filia Chriſtophori Ducis Württembergici.

Mahometes, Turcarum Imperatoris filius, inauditâ pompâ circumciditur præſentibus Chriſtianorum Regum Legatis.

Decedit Erneſtus Ludovicus Dux Pomeraniæ; item in Luſitaniâ B. Elifabetha, Ordinis Ciſtercienfis, quæ à DEO ab utero matris ſignis particularibus electa fuit, cujus nativitati SS. Apoſtoli Simon & Judas viſibilitèr interfuerunt; claudit in vitâ & poſt mortem in ſignibus miraculis.

Natus eſt Joannes Fridericus Dux Württembergicus.

Urbs Arequipa in Regno Peruano terræ motu evertitur.

Poſt diros carceres à Mauritanis perpeſſos naturæ debitum ſolvit Vener. Thomas Andrada de JESU, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Jolanta de Andrada Comitiffa de Lignates, ejus foror, mittebat pro ejus redemptione pecuniam, ipſe autem in ſolatium concaptivorum Chriſtianorum libertatem non ambiebat, ſed pro illis conſolandis cantilenas compoſuit ſpirituales, & libros aliquot de Domini paſſione.

Nascitur Auguſtus Comes Palatinus Rheni, Author Lineæ Sulzbaceniſis; filius Philippi Ludovici, qui Neoburgi reſidebat.

Ruſtico cuidam in Inſulâ Japoniæ Firando quid fuit ſurreptum; cum inter ſeptem furti eſſet ſuſpicio, convenerunt, ut è Cruce Omuræ fragmentum ſublaturum mitterent in aquam, è quâ biberent cuncti, quod cum feciſſent, unus ex eis protinùs horrendum in modum cœpit intumefcere, proinde crimen falſus, veniamque precatus eſt. Bzovius de ſignis Eccleſiæ.

Decedit Joannes Bauhinus Ambianenſis, Vir Medicinæ & Chirurgiæ ſummoperè expertus; ſcripſit tractatum de thermis, hiftoriam de plantis &c. illi ſe ad æternitatis iter ſociat Marcus Mantua Benavidius, patriâ Patavinus, Juris Conſultus inſignis, illius per annos 60. Profeſſor Publicus, tèt Equeſtri dignitate nobilitatus, anno 1545. à Carolo V. anno 1561. à Ferdinando I. Imperatoribus, & anno 1564. à Papâ Pio V. exuvias carnis depoſuit anno ætatis nonageſimo tertio; inter præcipua ejus ſcripta numerantur Collectanea ſuper Jus Cæſareum; apophthegmata legalia; Conſiliorum tomi duo; Problematum Legalium libri quatuor; Topica; endomium Sacerdotii; obſervationum Legalium libri decem; Polymathiæ libri XII; de illuſtribus Jure Conſultis; locorum communium libri tres; de privilegiis militaribus; de pupillorum favoribus.

Elifabetha Joannis Ferin conjugis factus, quòd mortuus ex alvo materno prodiret, in remoto horti margine deſoſus fuerat; dies ſepimus ſuprà decimum agebatur, cum mater dolore mitigato id unum novâ ſpe conceptâ eroriſſet à marito, ut infantis corpusculum effoderet, hac lege, ut ſi computuiſſet, relinqueret, ſin reſtituiſſet integrum, aſſumeret, fortè ſpe haud dubiâ, ut Beatiffima Deipara vitam ei reſtituat; paret ille uxoris importunis precibus, incorruptum reperit, adfertque ad matrem; hæc iter ad Divam Virginem Cervienſem ingreditur, cui à fonte nomen eſt, à fonte, inquam, vitæ; vix ibi depoſitus infans jacuerat; cum roſeo colore in genis tingi, calere, reſpirare, aliæque vitæ ſigna præbere; baptizatur ergò ſummâ omnium lætitiâ, perſtititque viſido formoſus colore, donec Cervienſi ex ditione efferretur, tum enim ſenſim pallescere, & vivere deſiit, cœlitibus convicturus. Robertus Hautport. c. 42. de miraculis B. Virginis Cervienſis.

Cum intrâ conterminos Apuliæ montes à ſicariis duo homines, nempe Sacerdos, & laicus, in Sylvâ occiſi fuiſſent, lupi reperta cadavera diſcreverunt; nam laicum, intacto Presbytero, penitus exedegunt. Maiolus.

Barnimus Dux Pomeraniæ nuptias celebrat cum Annâ Mariâ, Joannis Georgii Principis Electoris filiâ.

Floret Euticius Cordes Belga, Monachus S. Juſtinæ de Paduâ vir inſignitèr doctus, qui in Concilio Tridentino cum ſua laude adfuit.

Claret item in Belgio Carolus Blendeque Atrebas, Aſceta Marchianenſis, qui ſcripſit hiftoriam quinquepartitam de energumenis; alias item hiftorias memorabiles, tranſtulicque ex Latino in Gallicum, Violam animæ Raymondi Sebonii &c.

Annus Chriſti 1583.

Franciſcus Alençonius Antuerpiam Gallis ex condicto perfidè tradere parat; comparent hi apertis vexillis in medio jam urbis foro, obvios quosque trucidantes; ſed cives in unum collecti, hoſtem adoriuntur, fugamque capelle cogunt; numerabantur Gallorum in hoc conſictu occiſorum mille quingenti, ſauciis non connumeratis; captivorum numerus, quos inter Comites, Barones, Nobiles plurimi erant, ad duo millia ſe extendebat; in Gallias proinde redire cogitur Alençonius.

Guilhelmo-ſtadia in oris maritimis Brabantiæ, à Wilhelmo Principe Arauſiaco conditur.

Erneſtus à Mengersdorff Epifcopus Bambergienſis ſalutatur.

Vitam exiit Rev. P. Joannes Maldonatus Soc. JESU, magnus animarum zelator, expugnator hæreſum, ſcriptor orbi notiſſimus.

Item P. Joannes Gonzalez ex eadem JESU Societate, animarum ſuprà propriam vitam zelator inſignis, qui ut obſtinatum moribundum ad pœnitentiam reduceret, ad mortem corporalem ſe obtulit, & exauditus eſt.

Moritur

Moritur Georgius Erneſtus Comes Hennebergicus, Stemmatis ſui ultimus.

P. Rudolphus Aquaviva Soc. JESU, Ducis Atriæ filius, cum quatuor ſociis pro fide Chriſti in Indiâ crudelitèr enecatur.

Electo Colonienſis à fide deficit.

Decedit cum opinione Sanctitatis Olalia Gomezia Tertiana S. Franciſci Ordinis.

Valerius Epifcopus Veronenſis Sacro Purpuratorum Patrum Collegio inferitur.

Moritur Lazarus de Schvendi celeberrimus belli Dux.

Duinkerkam occupat Dux Parmenſis.

Intèr funeſtiſſimas mortis tenebras Mariam Deiparam expertus eſt lumen præfulgens, ut ait S. Ephrem, juvenis ille Spoletanus, de quo Pater Nadaſi in annal. Marian. ad hunc annum; hic enim intèr funeſtiſſimos dæmones ſibi viſus eſt verſari, qui ad piceam illam flammaram fuliginem ſæviſſima inferorum tormenta minabantur, niſi à Beatiffimâ Virgine Mariâ cœleſti luce circumfula in lumen juſtorum fuiſſet eductus; videbatur ille ſibi barathrum intueri caliginolum & formidabiles crepantium flammaram rogos, in mediis verò ignibus cratem ferream poſitam, ſeque ipſum in eâ manibus & pedibus extentum, & ignitis clavis affixum, circumſtantes undique mingi vultu tartareos tortores, qui furcas igneas & uncinos candentes miſero intentabant; inter hos penè deſperantis animi terrores adfuit Beatiffima Virgo Maria immenſo quodam ſplendore circumdata, quæ clientem ſuum blandè aſpiciens, juſſit, infernalibus illis ſpectris velût clypeum firmiſſimum ſalutiferum crucis ſignum objicere, & in ſuo patrocinio ſpem firmam collocare; quo factò ringentibus licèt dæmonibus inſultavit, eosque ex conſpectu ſuo proſtigavit; editâ proinde rursùs fidei profeſſione, novo ſe auctoramento Chriſto ſuo Duci obſtrinxit, & Sacro viatico muniri voluit; aderant, qui eidem pro ablutione aquam offerebant, ſed negavit ille ſe hac indigere, cui Maria morientium Advocata calicem Chriſti pretioſo ſanguine plenum porrexiſſet, & lacteâ dulcedine, quæ profluxerat ex Sacraſſimis illius uberibus, recreaſſet ac potaſſet; eumque ſpe brevi potiundæ æternæ felicitatis animâſſet; & verè uti dixit, evenit, paulò poſt enim maximo cum pietatis ſenſu animam efflavit, & ad promiſſum ſibi in cœlo proemium feliciffimè evolavit.

Natus eſt Joachimus Erneſtus, filius Joannis Georgii Electoris Brandenburgici filius; fundator lineæ Marchionum Onoldinenſium.

Moritur Antonia Borbonia, Claudii Lotharingiæ Ducis conjux, quæ ei ſeptem filios & filias quatuor peperit.

Antonius, ſpurius Ludovici Emmanuelis Luſitaniæ Regis ſecundò-geniti, poſt Henrici Cardinalis obitum, Anglorum ope, Luſitaniam denuò invadit, ſed vi repellitur.

Cum duo adoleſcentuli vetito carnis commercio unâ corpus animumque contaminarent, ſubito horribilique igne, qui ex eorum

corporibus obſcurus ac teter afflabat, arrepti, ita ut erant juncti, eatenùs exarſerunt, quoad in cinerem ſunt redacti. Janus Nicius.

Obiit Franciſcus Belfoſtus vir excultioris doctrinæ intèr alia plura ſcripſit Cosmographiam, & Annales Franciæ.

Item vivere deſiit Renatus Birague S. R. E. Cardinalis, patriâ Mediolanenſis.

Nascitur Maximilianus Erneſtus, Caroli II. Archi-Ducis Aſtriæ filius.

Annus Chriſti 1584.

Horrendus terræ motus duos in Sabaudiâ pagos cum hominibus, bonisque cunctis ſepelit.

Nascitur Henricus Fridericus, Wilhelmi Principis Auriaci filius; ſimilitèr Joannes, Joannis Comitis Rhenano-Bipontini filius; nec non Franciſcus Julius Dux Saxo-Lauenburgicus.

Brunæ in obſequio peſtiferorum P. Leonardus Corcelius Collegii Soc. JESU Miniſter, Vir opinione Sanctitatis apud Collegas ſuos celebratus, flagrantiffimâ in DEUM & proximum charitate (qui jam antè duos meſes de hac morte nuncium cœlitùs datum acceperat) confeſſione noxarum omnium peractâ, intèris in cœlum oculis orando extinguitur.

In Franconiâ primâ Januarii die tonitrûs fulmine quidam interempti ſunt.

P. Ludovicus Govea Soc. JESU, dum Chriſtianam rem apud Indos maximè urget, propinato veneno deceſſit Cocini.

S. Carolus Borromæus S. R. E. Cardinalis & Archiepiſcopus Mediolanenſis ex hac vitâ ad cœleſtem abit.

Sigismundus ab Arzt electus Epifcopus Secovienſis moritur hoc eodem anno nondum confirmatus; cui ſuccedit Martinus, qui totam Styriam ab hæreticâ Lutheri lue purgavit.

Exardeſcit bellum Colonienſe, Erneſto Bavaro contra Gebhardum electo, & hujus cauſam propugnantibus Lutheranis.

Wilhelmus Princeps Auriacus occiditur.

Obiit B. Rudolphus Monachus Montis Virginis, Silentii, ſolitudinis & orationi addiſtiſſimus vitam finiit ſinè afflictione, imò cum manifeſto lætitiæ ſigno.

Ex vitâ diſcedit Ticini in Italiâ Ericus Dux Brunſvicenſis, anno ætatis 56.

Moritur Claudius à Bauma Archiepiſcopus Veſontionenſis S. R. E. Cardinalis, cui in Sede ſuccedit Antonius Perrenotus.

Tencramundam deditione occupat Dux Parmenſis; Gandavum ad Hispaniæ Regis obſequium redit.

Moritur Franciſcus Dux Alençonii.

Vitam ponit in obſidione Hafniæ Ludovicus Dux Megapolitanus, filius Alberti.

Obiit Ericus Dux Brunſvicenſis.

Nascitur Margaretha Caroli II. Archi-Ducis Aſtriæ filia.

Ad

Ad Cathedram Stragensem in Dalmatiâ evocatur Basilius Gradi Monachus Melitenfis Congregationis Casinenfis, Vir doctus, scriptis etiam egregiis de posteritate meritis.

Episcopali quoque honore insignitur Marcus Fedocea Mirandulanus, Monachus S. Benedicti de Mantuâ, & Abbas S. Vitalis Ravennæ Congregationis Casinenfis, factus Episcopus Laquedonensis in Apuliâ, Vir in Mathematicis scientiis eruditissimus.

Moritur B. Rudolphus noster Voronensis, quem Lucas Ruhensis Scrinium virtutum, Regularis vitæ exemplar, & vitæ solitariæ normam appellat.

Annus Christi 1584.

Bonna Ernesti Archi-Ducis militibus traditur.

Moritur Joannes Basilius Dux Magnus Moscoviz, anno ætatis 57. Diem item obit R. P. Franciscus Strada è Soc. JESU zelo, ardore dicendi secundus Chrysothomus, qui mirabiles animorum fructus in Belgio, Lusitaniâ, Hispaniâ, Italiâ fecit.

Mortalitatem pariter eodem die anno 1584. exiit R. P. Georgius Alvarez Soc. JESU, Hispanus, mirâ in animos hominum, quantumvis obstinatorum, potestate ac efficaciâ præditus, quâ peccatores induratos ad pœnitentiam adducebat.

Annus Christi 1585.

Moritur Alfonso Salmeron Toletanus, unus ex primis decem Patribus Soc. JESU, ætatis suæ anno 70. Theologicis scientiis & vitæ pietate insignis.

Angli Duce Drake, Carthagenam in Americâ per assaultum expugnant.

Fundatur Universitas Franckeriana in Frisiâ.

Carolus Emmanuel Sabaudiz Dux in thorum conjugalem adsciscit Catharinam Philippi Hispaniarum Regis filiam.

Moritur Joannes Bodinus Francisci Ducis Alinçoniensis Cancellarius, Vir doctrinæ famâ celebris.

Bruxellæ Belgii Metropolis, per Parmensem Ducem, fame ad deditionem compelluntur; item Antuerpia cum Mechliniâ.

Nascitur Bavorovii in Silesia Adamus Kravarski Soc. JESU postea Sacerdos, Vir verè Apostolicus.

Lues Budigalis 20000. civium è vivis tollit; grassatur pariter Mussiponti juncta ingenti caritati annonæ.

Duo Monachi Cistercienses, quorum unus Patricius, alter verò Malachias vocabatur, alumni Bulliensis Cœnobii, in Hyberniâ suspensi sunt pro tuendâ fide Catholicâ.

Rursus Persæ Turcas superant, caesis 80000. Confœderati Anglis se dedunt.

Gregorio Papæ succedit Sixtus V.

Perhonorifica & inaudita legatio ab ultimâ Japoniâ Pontificem summum salutat.

Contractum est inter Principes Catholicos in Galliâ promovente Guisio scædus, quod Ligam dixere, religio vel prætextus, vel causa, quo motus civiles majori incendio conflagrarent, & Monarchia Gallica tantum non solvebatur.

Pinellus, Vir omnibus laudibus cumulatissimus Cardinalitiâ purpurâ decoratur.

Moritur Romæ S. Felix de Cantalicio ex Ordine Capucinorum.

Hippolytus Aldobrandinus Florentiæ Nobili profapiâ oriundus à Papa Sixto V. ad Cardinalitiam dignitatem promovetur.

Anna Christiani III. Daniæ Regis filia, Augusti Saxoniz Electoris uxor moritur; similiter Jacobus Dux Sabaudiz & Nemofii.

Anno hoc Ulyssipone solverant Goam versus sex è Soc. JESU Religiosi, unâ cum pluribus aliis, qui eadem navi vehebantur, vento primùm propitio usi, mox scædâ admodum tempestate vexati; quamobrem Pater Joannes Gonzales Sanctorum nominibus, pro Societatis pia consuetudine, sorte productis, hoc nimirum sine, ut quilibet Divum aliquem fortiretur, cujus suffragiis in præsentis periculo DEO commendaretur, cum chartulam, quâ S. Mariæ nomen continebatur, protulisset, ventus in puppim se illic recepit, marisque sæ vitia non nihil subsedit, quæ si diutius perseverasset, malè cum omnibus actum fuisset. Lyræus.

Cum Alexander Farnesius Antuerpiam obsideret, Batavi Anglique, ut obsessis opem ferrent, & obsessi eodem tempore, ut hostem distinerent, factâ eruptione acerrimè pugnabant, aggeremque jam Regio militi ereptum possidebant, securi, ut sibi videbantur; tùm à Regiis militibus primò paucioribus conspectus propè aggerem Petrus de Paz Hispanus, Tribunus Vir, & militarius, & pietatis ornamentis laudatissimus, qui jam mensibus aliquot antè defunctus, visus hic armatus, ut solebat, Legionem præcedere, & suis quondam militibus manu advocatis, ut se sequerentur, imperare; indicant primi secundis, hi tertiis, hi sequentibus, vident omnes idem, mirantur, animisque resumptis notum sequuntur Ducem; præit ille, & rectâ in hostem ducit; fit pugna, sed Batavi in naves compulsi, aggerem Regiis relinquere; hoc momento oppidum spe victoriz, & se tuendi, decidit. Martin. Delius lib. 2. disc. Magic. q. 26. c. 5.

Constantinus de Sarno aliàs Bucafoci Neapolitanus, ex Ordine D. Francisci Cardinalitiâ dignitate augetur, vir sublimis ingenii & doctrinæ; mors eadem privat Antonium Cajetanum, Archiepiscopum Capuanum.

Carolus II. Dux Monstbergenfis ad secundas nuptias transit cum Elisabetha Magdalena filia Georgii II. Ducis Briegenfis.

E carcere ad æternos triumphos abire nonnet Joannes Feckenamus, Acatholicorum in Anglia Antagonista & debellator fortissimus.

Eodem anno duo ex Ordine Cisterciensii egregii Christi milites Patricius & Malachias Monachi Bulliensis Hyberniæ suo sanguine consecrant, pro fide Catholica primùm suspensi, & antè mortem alter in quatuor partes sectus, alter lanceâ ad usque cor transfossus illustri triumpho ad immortalitatem felicissimam pertigerunt.

Moritur

Moritur Benedictus de Tocco ex Abbatate Monferratensi ad diversos Pontificatus, Biquensem, Gerundensem, Herdensensem proximis meritis evectus.

Hoc anno novo miraculo intellectum est, quantæ curæ sit DEO Lauretana domus. Paternormitanus civis, viginti ante annos Lauretum profectus, lapidem è sacrâ furrupuerat cellâ, non malo animo, sed pietatis studio; nihilominus domum regressus, gravi extemplo implicatur morbo; ac ne repentini mali causa dubia foret, quotannis circa id tempus, quo culpam admiserat, pœnam luebat; nec medentium judicio naturalis ulla morbo suberat causa; & ipse culpam pietatis nomine involutam minime agnoscebat; tandem religio subiit ægrum animum, & conscientiam stimulante, Sacerdoti vulnus aperuit, hic impense monet, ut sacro lapide restituto salutem in tuto locaret suam: æger mox lapidem tradit transmittendum, undè olim à se fuerat ablatum, nec mora, saxo illo reddito, æger valetudinem recepit; at & porro res dicta visuque digna noviter accidit: vix sacrosanctæ domui illatus fuerat lapis, tunc statim vacuus apparuit locus, undè viginti abhinc annis ille avulsus esse constabat; reposito in suum locum, nota addita index miraculi res comprimendæ peregrinorum audaciæ, Horat. Turfelin. l. 5. Lauretan. histor. c. 9.

Annus Christi 1586.

Moritur Ursula Henrici Ducis Megalopolitani filia, Abbâtissa Cœnobii Virginum in Ribnitio, anno ætatis 76. postquam ad annos ferè sexaginta præfuisset: item Antonius Augustinus Jurisconsultus insignis, Episcopus Tarracensis.

Obiit Genuæ P. Franciscus Adornus Soc. JESU. Italus è Senatorum Genuensium Ordine, S. Caroli Borromæi Confessarius, sapientiâ vitæque sanctitate insignis, cujus præcipuè operâ, Mediolanum & vicinæ Italiæ dioceses ab hæresi conservatæ sunt: defuncti facies mirâ venustate resplenduit.

Item Compluti ex eadem Societate Jesu P. Joannes Ramirez Concionator verè Apostolicus, miserorum pater, qui innumeros à vitiis & sæculo ad DEUM traduxit.

Similiter Neapoli P. Guilielmus Good ex sæpè sacrâ Societate, Nobili sanguine Anglus, multis laboribus Apostolicis per Angliam, Hiberniam & Moscoviam perfunctus.

Pestis Claudiopoli ac in aliis Transylvaniæ locis grassatur; quæ in dictâ urbe P. Ferdinandum Capicium, Soc. JESU Collegii Rectorem, Virum præclarissimum, cum aliis 26. ejusdem societatis se ad servitia infectorum impendentibus è vitâ sustulit.

P. R. Brentano Epitome Chronologica.

Benedictus Cutinus Sanseverinas Generalis Ord. Montis Virginis creator.

Floret Morerosæ in Hispaniâ B. Ignatius Monachus Cisterciensis; qui cum multâ sanctitate vitam finivit, cui iterum restitutus cum linteum, quo mortui facies velata erat, removisset, antiphonam primam Regina cæli letare, canere cœpit, & admiranda quæ in cælesti patriâ conspexerat, indicavit: quibus narratis, sacrum corpusculum de novo componens, inque manus JESU CHRISTI, DEI Patris, Sanctissimi P. Benedicti, melliflui Bernardi, ac innumerabilium Sanctorum, qui ipsi visibilibus apparuerunt, purissimam animam efflavit. Henriquez.

Horrendus terræ motus qualis nunquam ab omni retrò memoriâ, in Japoniâ insulâ extitit: Sacri ædès 60. collapsæ. Mæci non pauca, cum ingenti Deorum delubro; quidquid inter eas urbes spatii est, assiduo 40. dierum tremore agitarum. Nagafama, oppidum erat mille circiter familiarum in Regno Vomi, medium dehiscens terra absorbit, reliquum incendio haustum; alia erat Nagafama in Vocatâ Provinciâ, locus negotiatorum frequentia celebris, cujus post dierum aliquot succussionem, maris insolito æstu fluctibusque immodicis prostrata ædès, ac dein omnia unâ cum habitatoribus in profundum raptâ; sola dejectæ arcis area reliqua fuit, maris spumâ adoperta: arx alia Regni Vomi munitissima, in cacumine montis sita, dies aliquot contremuit, deinde universa intrâ terræ viscera subsedit, ac palus quo steterat loco enata; idem factum arce aliâ Provinciæ Ixejæ; horrendi locis multis patuere hiatus tam vasti, ut sclopo excussa ferrea pila ab orâ voraginis in adversam non pertingeret: tantus verò factor inde exhalabatur, ut procul viatores arceret.

Moritur Joannes Jacobus Archiepiscopus Salisburgenfis.

Hispani Venlonam, Gravam, Novesium occupant: Lecestrius Anglus Duisburgo potitur.

Nostri in Ungariâ Turcas vincunt, Ad cælos abit S. Felix de Cantalicio Ordinis Minorum S. Francisci Capucinorum Romæ; plurimis in vitâ & post mortem miraculis à DEO honoratus.

A morte vitæ & tiarâ privatur Antonius Augustinus, Archiepiscopus Tarracensis, Vir apud omnes sui temporis eruditos ætimateffimus, nec minùs virtutibus quam litteris excultus.

Moritur Madriti Antonius Perrenotus Archiepiscopus Vefontionensis, S. R. E. Cardinalis; cui succedit Franciscus de Rye.

Obiit Stephanus Bathorius Rex Poloniæ, & Transylvaniæ Princeps anno ætatis 54.

Comes Robertus Dudlæus Duisburgum in Zutphaniâ Comitatu expugnat.

kkkk

Decedit

Decedit Adolphus Dux Holfatiæ, Frederici I. Daniæ Regis filius; nec non Antonius Augustinus Archi-Episcopus Tarraconensis: inter ejus opera litteraria vel proprio Marte, vel ab aliis composita & notis illustrata sunt: in M. Terent. Varronem de Linguâ Latinâ emendationum notæ; in S. Pompejum Festum notæ; de XXX. Romanorum Gentibus & Familiis. Hispanico idiomate visa sunt sequentia: Dialogi II. Numismatum Græcorum, Romanorum & Hispanorum, antiquitatum item & inscriptionum veterum &c. emendationum & opinionum Jur. Civ. Lib. de Leg. & Senatus-Consult. Rom. de propriis nominibus Pandectarum Florent. Index Librorum Veterum Jctorum. Juliani Antecessoris Novellarum Justiniani epitome cum notis. &c. antiquæ collectiones Decretalium cum notis. Canones Pœnitentiales; Dialogorum de emendatione Gratiani lib. 2. Constitutiones Provinciales & Synodales Tarraconenses; epitome Juris Pontificii veteris; de perfecto Jcto &c.

Mors oculos claudit Augusto Saxonæ Duci Electori.

Batavi occupant Axellam Flandriæ urbem.

Vivos deserit Martinus Azpilcueta, alias Navarrus dictus, anno ætatis Nonagesimo quarto, fuit Juris Consultus insignis, Pontificis Summi Pœnitentiarius, & Canonicus Regularis S. Augustini; moritur quoque Georgius II. Dux Bregensis.

Carolus Princeps & Comes Palatinus Rheni lineæ Birckenfeldicæ nuptias contrahit cum Dorotheâ Wilhelmi Ducis Brunsvicensis junioris filiâ.

Carolus II. Archi-Dux Austriæ Universitatem Græci fundat.

Nascitur Leopoldus Archi-Dux Austriæ, Caroli II. Archiducis filius.

Augustus Princeps Saxonæ Elector ad secundas nuptias transit eum Agnete Hedvige, Joachimi Ernesti Principis Anhaltini filiâ.

Decedit Lucas Cranach junior, Pictor sui ævi percelebris, & Consul Wittenbergæ; item Constantinus de Lannoy, ex Monacho Cœnobii Sanseverini in urbe Neapolitanâ Episcopus de Vico, ac dein Archiepiscopus Rhegianus in Apuliâ.

Floret Annas Giurius de Escras ex Monacho & Abbate S. Benigni Episcopus Lovovienfis, ac dein S. R. E. Cardinalis.

Floruit sub hac ipsa tempora F. Rodericus de Vadillo Monachus Vallisoletanus Episcopus Cephaludensis.

Joannes Casimirus Saxonæ Dux nuptias celebrat cum Annâ Augusti Saxonæ Electoris filiâ.

Annus Christi 1587.

Bonna à Martino Schenck de Neidegg, Gebhardi Archiepiscopi Colonienfis apostatæ Archi-Stratego, actu intercipitur.

Ad centum anserum anatumque millia, propè Wihitzum in Croatia finibus situm propugnaculum se demittunt, nocte immani clamore se se provocantia, & morfu necantia; quæ milites ac civés glomeratim ad escam asportarunt.

Franciscus Dracus Anglorum Archithalassius, Hispanorum classem 36. navium in Portu Gaditano partim comburit, partim capit, vel tormentorum explosione in mare mergit.

Carolus Comes Mansfeldius Blancobergam expugnat.

Henricus Julius Dux Lauenburgicus, fidem Catholicam profitetur.

Taicofama Japoniæ Imperator, horrendam adversus Christianos persecutionem movet.

Maria Stuarta Scotiæ Regina, Angliam sanguine pro fide Catholica fortiter fuso nobilitat, jussu Elisabethæ decollata.

Georgius Archiepiscopus Salisburgensis repente extinguitur; cui succedit Wolfgangus Theodoricus à Nobili prosapia Dynastarum de Raittenau.

Mauritius Auracus solus Confœderatis præest, fugiente in Angliam Lecestro.

Sigismundus post Stephanum Polonis imperat.

Venerabilis Nicolaus de Rupe Eremicola in Helvetiâ moritur; Vir præclaris divinæ gratiæ charismatibus ab infantia exornatus luxit spiritu prophetiæ & mirifico abstinentiæ dono; vi cujus per plurimos annos nullum planè cibum admisit, ac in vita & post mortem plurimis claruit miraculis.

Balthasar & Petrus ex Ordine D. Francisci, ob Christi fidem in Florida occiduntur.

Alphensius Morgadus edit Hispali Historiam Hispalensem.

Moritur non sine opinione hausti veneni Carolus d'Angennes S. R. E. Cardinalis, Episcopus Cenomanensis, & Gubernator Corneti; cui in Episcopatu Cenomanensi succedit ejus frater Claudius.

Henricus I. Lotharingus, Guisæ Dux, Germanorum equestres, & Helvetorum pedestres copias cædit.

Obiit Michaël Beutherus J. C. & Professor historiarum Argentinæ; inter alia scripsit animadversionum seu disceptationum tam historicarum quàm Chronographicarum lib. 1. Opus factorum antiquitatis Romanæ; Continuationem historiæ Joannis Sleidani; factos Hebræorum, Atheniensium, & Romanorum; praxin rerum criminalium; de globo Astronomico & circulis &c.

Cum hoc anno ab impiis barbaris in Japoniæ Regno multi Sancti Martyres ob fidei constantiam crudeliter necati fuissent, post multum tempus, quæque sexta seriâ

suprà

suprà locum Martyrii columnæ igneæ apparuerunt, quæ à multis visæ fuerunt. Chron. Minor.

Obiit Carolus Vaudemontius S. R. E. Cardinalis & Episcopus Viroduni.

Segebertus Buclæus Westmonasteriensis Monachus, ob egregiam in fide constantiam, carceribus emancipatus, novæ Congregationi Benedictino-Anglicanæ Præfectus datur.

Annus Christi 1588.

Diem obit supremum Genevæ, in optimo ætatis flore, Robertus Guilielmus, Bouillonii Dux, filius Henrici Roberti.

Bonna, Gebhardi Colonienfis Archiepiscopi apostatæ, præsidio, post octo mensium oblidionem per Ducem Parmensem exiit.

Diem vitæ extremum claudit Henricus Dux Lignicensis & Brigenfis.

Dux Guisus jussu Regis Galliæ, cum fratre in arce urbis Blesæ occiditur.

Turcarum exercitus sub Sinan Bassa, à 3000. Christianorum Duce Sigismundo Ragozio, castris exiit, fugaturque, 3000 illorum desideratis.

Corpus, S. Procopii Abbatis ex Ord. D. Bened. Pragæ à Sazaviensi Cœnobio transfertur.

Cornua à cervo vinginti antè annos dejecta, & parietibus aulæ Ducis Wirtembergici appensa, copiosum sanguinem fundunt.

Obiit Jaroslaviæ in Poloniâ P. Joannes Hartus S. J. Nobilis Anglus, ob hæresim impugnatam, carcere, equuleo bis tortus, capitis damnatus, tandem proscriptus.

Messanæ in Sicilia corpora S. Placidi & Sociorum inveniuntur, & fons mirè illic loci scaturire cœpit, Mabill. Annal. Bened. tom. 1.

Joannes Baptista Cassarius, Sanseverinas, Generalis Ord. Montis Virginis creatur.

Richardus Biler & Jacobus Soppius Soc. Jesu, odio Religionis Catholicæ ab hæreticis trucidantur circa Treviros.

Classis Hispanica constans 140. prægrandibus navigiis, vehens 20000. militum, & decem nautarum, præter Nobiles & spontaneos, ac duo millia machinarum bellicarum, ab Alphonso Perefio Medinæ Sidoniæ Duce contra Angliam educta, cum totâ Europa futuri eventus expectatione suspensa hæreret, repente in fortunæ ludibrium cessit: nam conjunctione Belgicæ classis nimis diù & frustra expectatâ, cœpit primò adversa tempestate jactari, mox cum propè Caletum anchoras jecisset, igniariis navibus à Francisco Draco noctu immisissis, & valido vento adjutis coacta discedere, à procelloso Africo infestata, dispersa, lacera, post diuturnam jactationem & totam Britanniam circumnavigatam in Hispaniam rediit, ingenti 30. navium, 11000. hominum jactura. Regina Angliæ Elisabetha exinde tantò in Catholicos crudelior evasit, numismata R. P. Brentano Epitome Chronologica.

etiam in cladis exprobrationem cudi jussit, quibus inscriptum, Venit, vidit, fugit.

Onuphrius laicus cum Sanctitatis opinione moritur Romæ.

Lusitani 520. ope Deiparæ hostium decem millia mirè triumphant.

Decedit Robertus Dudlæus Comes Licestriæ, Joannis Northumbriæ Ducis filius, anno ætatis 55.

Franciscus Panigarola Episcopus Astæ Synodum celebrat.

Obiit Joannes Auratus Lemovicensis Gallus post annum ætatis octuagesimum, cum paulò antè obitum juvenulam in uxorem duxisset, ob factum hoc reprehensus Licentiam prætendebat Poeticam; Poëta enim erat & Criticus insignis.

Quidam hoc anno ad turpem concubitum Indam fœminam pellexerat; cum ecce cedit largifluus imber cum grandis grandine crepitante super tectum; hic mulier subito terrore correpta, virgo, inquit, Maria fer opem, tuere me obsecro; ait vir ferox, & impius mediam complexus, tace stulta, scilicet auxilium nullum ferre potest Maria; abscedit extremam vocem fulmen subitum, quod intonuit, & adhuc loquentem evulsit ab amplexu mulierculæ, quatuorque aut quinque passus ejecit extrâ lectum, & flamma corripit arida nutrimenta; surgit mulier perterrita, miserum inclamat, excitat, percellit; nempè metu examinatum, non exanimem putabat; tandem reperiunt hominem hiantem ore, sine ullis dentibus, sine linguâ, omnia præterea membra ita soluta & fluxa, ut vel leviter contractata manum sequerentur. Bencius de rebus Colleg. Pacensis in Provincia Peruana.

Moritur Wilhelmus le Blanc, Episcopus Tolonii Gallus, vir insignis literaturæ; variarumque peritus linguarum; ex Græco in Latinum transtulit Dionis Nicæi rerum Romanarum historias à Joanne Xiphilino in epitomen redactas; edidit insuper alios tractatus.

Nascitur Constantia Caroli II. Archiducis Austriæ filia.

Obiit Genevæ Robertus Wilhelmus Dux Bullienus, hæredem post se relinquens sororem unicam Carolinam, uxorem Comitiss Henrici de Turenne.

Floret in Italiâ Jacobus de Grassis Nobilis Capuanus, Monachus S. Severini Neapolitanus, J. U. Doctor celeberrimus.

Obiit Catharina Medicæa, Henrici II. Galliæ Regis uxor.

Annus Christi 1589.

Moritur non sine suspitione allati veneni Catharina Medicæa, Henrici III. Regis Galliarum mater.

Breda, insignis & munita Brabantia urbs, à Mauritio Principe Arausico, per navem, sub gramine ustili militibus refertam, actu occupatur.

E vivis excedit Martinus Cromerus Episcopus Warmiensis. Polonicarum rerum scriptor insignis: obit item cum Sanctitatis famâ Catharina Riccia Florentina, ex Ordine D. Dominici, post mortem miraculis à DEO honorata.

Nascitur Zemeticii in Silesiâ, venerabilis Martinus Ignatius Soc. JESU, post eâ insignis Martyr in Bohemiâ factus.

Item Trechovii in Silesiâ Joannes Nerovius ex eadem Societate Sacerdos, Vir miræ Sanctimoniam.

Moritur Venerabilis P. Leo Enriquez ex Soc. Jesu Sacerdos, clarissimo sanguine Lusitanus, Henrici Regis Lusitaniae Confessarius, pauperum Advocatus & animarum Venator prodigiosus: mortem hausit ex lue à pestifero pœnitente contractâ.

Lues pestilens Vilnae, Cracoviae & in aliis Poloniae locis dirè sævit.

Joannes Ballim Monachus Clarimaresci Ord. Cisterciensis historiam scribit ab orbe condito usque ad hunc annum, duobus tomis divisam.

Cùm circa Bononiam pluviis nunquam pene intermittibus obruta ferè essent omnia, & messis impendentis præcisa spes videretur, arcessita è monte Guardia in urbem fuit imago Thaumaturga Dei parentis, cujus vix referato ad ipsam proferendam tabernaculo, veluti recluso carcere Aquilonibus, nubes citatissimè diffugiens cœlum ac solem optatissimum ostenderunt. Bzovius in Annalibus ad annum 1433.

Cùm in Obamâ Arimensis in Japoniâ Regni vico Christianus quidam truncum diffidisset, interius omnia pro naturâ illius arboris candida reperit, sed crucem subnigram in utraq; diffissi trunci parte ita expressam, ut insita quodammodo videretur, & una quidem paululum intrâ reliquum truncum velut capsam depressa, altera tandem extans, lævis utraq; ac si dolabrâ esset perpolita. Bolland. in act. SS. ad diem quintam Febr. in histor. de 26. Crucifixis.

Henricus III. Galliae Rex à quodam Monacho converso Jacobo Clemente, dum litteras ab ipso porrectas legit, Calendis Augusti cultro venenato proditorie percussus, postera die moritur, & Regni hæredem relinquit Henricum IV. Navarrae tunc Regem, & Sectæ Calvinianæ Principem; ex quo novi in Regno tumultus, quousque Rex à Primoribus persuasus, factâ Catholicæ religionis ac fidei publicâ professione, & Lutetiâ Parisiorum actu occupatâ, pacem Regno restituit.

Elisabetha Angliæ Regina non contentâ plurimorum Catholicorum cæde, cum Amurathe Turcarum Imperatore contra Philippum Hispaniæ Regem fœdus init.

Moritur Sixtus V. Papa.

Sebastianus Catanus Ordinis Prædicatorum, Mediolanensis Theologus, instituitur Episcopus Chiemensis.

Antonius Princeps ope Angliæ Regine denuò Portugalliam tentat, sed repellitur.

Obit Albæ in Liguriâ Ven. Maria Margaretha ex Ord. D. Dominici insigni virtutum famâ celebris; item Panormi Benedictus à S. Fratello, cognomento Niger fivè Æthiops, è familiâ Reformatorem observantia S. Francisci, corpus ejus, post annos ferè XXVI. à vermium peste immune omnibus colendum civibus est propositum.

Mortalem vitam cum immortalis commutat Alexander Farnesius, Episcopus Portuens, S. R. E. Cardinalis.

Floret in Monasterio Vallis Ecclesiarum in Hispaniâ Ven. Martinus Novitius, horrendis dæmonum tentationibus agitatus: adfuit clienti optimo Angelorum Regina, & Stygio hoste penè suffocatum, puerum JESUM inter ubera fovens, fugato dæmone visibiliter eripuit; factum tamen permittente Numine rarò exemplò, ut Novitius hic, sed emeritus Christi miles, non sub quocunque tyranno, sed ab ipso tyrannorum Principe crudelissimè excruciat, gloriosè vincens succumberet, & quâdam nocte terribiliter flagris à dæmone concisus, contracto indè ventris fluxu, victricem animam Deo redderet. Theaur. Mon. perfect.

Anglorum classis ad portum Caronium appulsa, suburbium ejusdem occupat.

In lucem mundi prodit Adolphus Fridericus Dux Megapolitano-Sverinensis, filius Joannis & Sophiæ, filia Adolphi Ducis Holsato-Gottorpiensis.

Decedit Alexander Farnesius S. R. E. Cardinalis, nepos Pauli III. Papæ.

Jacobus VI. Scotiæ Rex, cum Annâ Daniæ Regis filiâ Anslogæ in Norvegiâ nuptias celebrat.

Henricus Galliae Rex cum equitibus 500. peditibus Gallis 1200. Helvetis 2000. exercitum adversariorum 30000. constantem cædit.

Natus est Augustus Dux Saxoniae, Christiani I. Electoris filius, ex Sophiâ Marchionis & Electoris Brandenburgici Joannis Georgii filiâ.

E vitâ excedit Michaël Baius Theologus & Decanus S. Petri Lovanii, anno ætatis suæ septuagesimo septimo, omnia bona sua pauperibus ex testamento relinquens; scripsit de meritis operum libros duos; de primâ hominis justitiâ & virtutibus impiorum; de Sacramentis in genere contra Calvinum; de formâ baptismi; de libero hominis arbitrio librum unum; de charitate, justitiâ & justificatione libros tres; de sacrificio librum unum.

Andreas Bathorius S. R. E. Cardinalis, creatur Episcopus Vermelandiæ.

Obit Constantinus de Sarno S. R. E. Cardinalis, & Hieronymus Capicaccius Patavinus, Medicus sui ævi per celebris; scripsit Medicinam practicam lib. 7. de methodo anatomicâ; de differentiis doctrinarum &c.

Morti paret Anna Maria Caroli IX. Regis Spe-

gis Sueciæ conjux, filia Ludovici Comitis Palatini Rheni.

Nascitur Maria Magdalena Caroli II. Archiducis Austriae filia.

Hispani Daventriam per factam à Capiteano Standleio traditionem occupant.

Florent pietatis singularis laude ac meritis excellentibus in Hispaniâ Joannes de Castanza, Placidus de Salinis, Antonius de Corduba, Laurentius Nietus aliique plures ex Ordine nostro.

Moritur in flore juventutis Joannes Wilhelmus II. Ducis Friderici Wilhelmi Electoratus Saxoniae Administratoris filius, quem quatuor diebus frater ejus natu minor fato præcessit.

Annus Christi 1590.

Moritur Hedvigis Ducissa Wirtenbergica, Ludovici Hassiæ Landgravii conjux.

Dilingæ molestâ dysenteriae lue grassante, arreptus ab illâ quoque est in Collegio Convictorum juvenis sanguine & virtute Nobilis, is cùm intelligeret appropinquare mortem, ad ultimum se certamen comparabat, sub patrocinio Virginis Mariæ, quæ & clientulo adfuit, in tabulâ præferens ejus nomen & aliorum quorundam aureis litteris, addidit migrandum ad Cœlites, post exactum breve aliquod spatium in igne purgante: narravit hoc nuntium lætitiæ ac spei plenus Sacerdoti vicino, & exspiravit. Bencius in histor. Soc. Jesu in histor. Collegii Dilingani.

Henricus IV. Galliae & Navarrae Rex, de Confœderatis insignem reportat victoriam, occiso Philippo Comite Egmontano, actis in fugam equitibus Hispanis, turmis pedestribus Helvetorum, aliisque captis: & prosequente victoriam Rege, etiam Parisios occupat.

Nascitur Elisabetha Jacobi I. Angliæ Regis filia.

Insigne patientiæ & pœnitentiæ exemplum hoc anno edit latro quidam ex plurimorum cædibus nobilis & famosus, qui in Austria inferiore in rotam actus est confractis curibus, qui cum aliis fuerit pessimus, in ipsis doloribus cœpit esse religiosissimus: nam quidquid egit, quidquid dixit patientiam spiravit, & pœnitentiam, assiduis vocibus Deo supplicabat, scelerum veniam orabat in ipsis supplicis; imò & Concionatorem agebat, atque à flagitiis adstantes dehortabatur; jamque dies in vesperum declinabat, cùm numerosus populus afflueret, tam generosæ patientiæ spectator, ille verò in pœnas suas pronus, spe futurorum, dolorem mitescere jubebat præsentem; sed & gratias DEO agebat, qui cùm iratus fuerit, misericordiæ recordatus sit, & sic castiget, ut castigando adhuc videatur parcere. Drexel. in prodrom. atern. cap. 2. §. 22.

Moritur Laureti P. Nicolaus Bobadilla Soc. JESU, à Ferdinando I. Imperatore

summè æstimatus, qui Episcopatum sibi oblatum constanter respuit, & in omnibus ferè Imperii Comitibus ad negotia Religionis adhibitus, & per 77. Episcopatus Apostolico zelo operatus maximos animorum fructus retulit.

P. Ludovicus Alvarez Soc. JESU, vitia pro concionibus Apostolico zelo persecutus, veneno ab impiis tollitur Avissii in Lusitaniâ.

P. Franciscus Garrion ejusdem Societatis alumnus, pro fide Christi veneno tollitur in Japoniâ.

Urbanus III. Papa primo electionis mense vitâ excedit; succedit Nicolaus Sfondratus, qui nomen Gregorii XIV. assumpsit, & cùm inter morborum assiduas jactationes annum non integrum exegisset, Ecclesiæ fasces 15. Octobris anno CHRISTI 1591. reliquit Joanni Antonio Fachineto.

Die 15. Septembris vehemens in Austria terræ motus contigit, qui pluribus locis ædificia partim everit, partim rupit, & magnum terræ hiatus aperuit.

Contagio in Salisburgensi Archidicesi sævire incipit, & magnam Hallæ incolarum partem depascitur.

Propè Szydlovv in Poloniâ, Judæi puerum unum rusticanum subriperunt, mirisque tormentis & venarum præcisionibus atque puncturis variis expresso sanguine, corpus in devia abjecerunt; sed sanguine innocuò ad cœlum clamante, & accedente parentum curâ repertum est cadaver.

Obeunt cum opinione Sanctitatis Joannes Ruiz Aunonii in Hispania, & Andreas à Valconeta.

Floret Sanctitatis laude Aunonii Alphonsus ab Asperilla Ord. S. Francisci.

Decedit cum Sanctitatis opinione Maria à S. Hieronymo, Abbatissa in territorio Cordubensi.

Obit Antonius Pasqualinus Sacerdos vitæ exemplaris Bononiæ.

Vitam cum morte commutat Carolus Archidux Austriae, pater Ferdinandi II. Imperatoris: Item Ven. Teresa de Toledo Marchionissa de Velado, Abbatissa Cœnobii S. Annæ Abulæ in Hispania, Ord. Cisterciensis.

Moritur Fiteri in Navarra Sanctæ memoriæ Marcus de Villa Abba Ord. Cisterc. reliquit insignia aliquot ingenii monumenta, quorum præcipuè Commentariorum in Isaiam libri decem celebrantur: ejus corpus longos post annos etiam calce superfusum, tamen inventum est incorruptum. Barnab. de Montalbo.

Floret in Lusitania Petrus Barbosa Juris-Consultus celebris.

Moritur resignato Archiepiscopatu Braccarensi Bartholomæus de Martyribus, ex Ordine D. Dominici, scientiâ & humilitate laudatissimus.

Nascitur Anna Bogislai XIII. Ducis Pomeraniæ filia.

Decedit Joannes Baptista Cardona natione Hispanus, Episcopus Dertosa, Vir insignis doctrinae.

Austria frequentibus terrae motibus concutitur. Moritur Archi-Dux Carolus II. cui posthumus nascitur Carolus.

Claret Joannes Baptista Bertuzulus Casenas, Fanensium in Marchia Anconitanâ ex Ordine Benedictino Episcopus.

Procrastinato pacis tractatu inter Joannem Sueciae Regem & Theodorum Magnum Russiae Ducem, hic cum 100000. capitum exercitum in Livoniam se effundit, & Jvanogorodiam expugnat; Borissovius quoque Federoviz Gudenof, missis aliquot Tartarorum millibus in Finlandiam, magnam pecorum hominumque praedam facit.

Mosci Narvam urbem acriter tentant obfidione.

Annus Christi 1591.

Neithardus à Thüngen Episcopus creatur Bambergensis, Vir doctus, prudens & zelosus, qui diocesim suam reformans, à fide lapsos reduxit.

Spandaviae infans in utero materno ploratus edere auditur. Fincel. p. 2. & 3. de mirand.

Obiit Novocomi P. Edmundus Augerius Soc. JESU, Henrici Regis Galliae Confessarius & Concionator: Catholicae Religionis contra Calvinistas etiam sub furcâ invictus athleta: de quo refertur, quod ad 40000. haereticorum millia ad Catholicam fidem traduxerit; pluraque millia in illâ nutantium, ut perseverarent, conservavit.

P. Petrus Pecquetus ex eadem Societate JESU, post varia in salutem animarum proficue gesta, ex servitio contagiosorum lue afflatus decessit in oppido Mormoyrono, in vitâ & post mortem miraculis coruscans; quo morbo etiam Cracoviae hoc anno occubuit P. Stanislaus Warszavicius Societatis JESU alumnus, è primâ Nobilitate Polonus, Vir magno animarum zelo praeditus, quique Sigismundum tertium Poloniae Regem, Catholicè in Suecia educavit.

Formidabilem stragem Catanæ edidit aëris intemperies, indeque & ex continentium ferè annorum penuriâ a nonna vulgata morborum contagio: productum S. Agathæ corpus, maligni aëris intemperiem fugavit.

Annus hic totam Italiam dirâ fame & peste divexat, quâ Romæ tantum 60000. hominum occubuerunt.

Turcae bellum in Ungariam movent. Rem suam promovent Confœderati, dum Farnesius rebellibus contra Henricum IV. Galliae Regem adest: Sabaudus à Ladigerio vincitur.

Gregorio XIV. succedit in Sede S. Petri Innocentius IX. qui fine anni moritur; decessit hoc eodem anno Bernardus ab Auximo, Capucinus in Marchia, post se Sanctitatis opinionem relinquens.

Mauritius Comes Nassovius Zutphaniam occupat.

Octavius Aquaviva filius Hieronymi Ducis Atrienensis, Sacra Cardinalitâ purpurâ decoratur.

Primæ in Fano S. Michaelis Archangeli Moscoviticæ ditionis nundinæ celebrantur. Synodus celebratur Astenfis.

Carolus Dux Aumaliensis, partes Confœderatorum secutus, à copiis Regis cum suis cæditur.

Presburgi in Hungariâ cum Sacilegi Judæi Sacrosanctas Altaris hostias cultro transfixissent, diversisque contumeliis affecissent, ob tam abominandum & horribile facinus DEUS gravissimè offensus domum, in qua flagitium commissum, fulmine de cælo tetigit, ipsamque unâ cum hospite, ipsius uxore, duobus liberis omnibusque cæteris Judæis, tribus tantum effugientibus, vindice igne ita exussit, ut tamen neque mensa, neque hostiæ-ulla incendii indicia darent. Tilmann. Bredenbach.

Gervasius Babingtonius ab Elisabethâ Angliæ Regina denominatur Episcopus Vigorniensis.

Moritur Franciscus Belcarrus Beguilo, Dynasta de Creste & Chommieres; scripsit Commentarios rerum Gallicarum ab anno Christi 1462. usque ad annum 1566. Tractatum de infantibus, materno in utero ob-euntibus; nec non Poëmata varia.

Natus est Georgius Wilhelmus, filius Caroli Comitis Palatini Rheni, Lineæ Birckenfeldicæ.

Barnabas Brissonius J.C. Celeberrimus Parisiis, cum ausus illorum, qui sub titulo Sanctæ Unionis se Regiæ auctoritati opponebant, approbare nollet, in carcerem ductus crudelissimè occiditur; scripsit de formulis & solennibus populi Romani verbis lib. octo; de significatione Verborum, quæ ad jus pertinent, lib. novendecim; selectarum ex jure Civili antiquitatum lib. 4; de ritu nuptiarum & jure connubiorum lib. 2; de Regio Persarum Principatu lib. 3. &c.

Comes Joannes à Daun cum 4000. Germanis & Anglis, in Westphaliam veniens, transitum securitate promissâ per Gelsicken Electoris Colonienfis oppidum petit, eo impetrato contra fidem datam Ecclesiæ & civis bonis omnibus exiit.

Moritur Ven. P. Laurentius Gonfalez Abbas Bonævallis Ord. Cisterciensis, Vir Angelicâ vitâ hominum mores supergressus; Hanc suam aliorumque trium senum Monachorum mortem postquam prædixisset, flexis genibus, oculis ac manibus ad cælum erectis, hilari vultu fratres circumstantes allocutus hisce supremis verbis: *Frater, video gloriam DEI felicissimè expiravit, facies beatè jam defuncti visa est simillima Angeli, signaque & argumenta alia Sanctitatus ejus apparuerunt.*

Annus

Annus Christi 1592.

Moritur Guilielmus Clivia & Juliaci Dux, anno ætatis 75. & regiminis 53.

Clemens VIII. dictus antea Hyppolitus Silvestri de Aldo-Brandinis, Cardinalis tit. S. Pancratii, natione Florentinus, ad Summum Pontificatum evehitur.

Alexandro Farnesio Parmæ ac Placentiæ Duce mortuo, Rex Hispaniarum, Præfecturæ Belgii Petrum Ernestum Comitem Mansfeldium præficit.

Gallis in subsidium è Belgio mittuntur ab Hispaniarum Rege equites mille, pedum sena millia Carolo Mansfeldio Duce.

Henrico tertio Galliæ Rege occiso, Carolus Cardinalis Borbonius, è Regio sanguine primus Princeps, & Catholicae observantissimus religionis, extremâ tamen jam ætate, affectâque valetudine Galliæ Rex proclamatur, sed mors Regni statim fecit terminum: huic extincto successit, ut in familiæ cognomentum, ita in spem (an umbram verius?) Imperii Magni Carolus Cardinalis Vindocinensis; at hæc spes imbecillis nixa subsidiis, in apertum vix educta, cum funditus succisa, statim exaruit.

Hasan Bassa Petrinæ fortalitium in Croatiâ condit.

P. Thomas Mettamus Soc. Jesu, post toleratas annis 17. in causa fidei Romanæ, carcerum ærumnas, extinguitur Visbici in Angliâ.

P. Georgius Carvalhal & P. Josephus Furlanettus Soc. Jesu à paganis per propinatum venenum tolluntur.

Hispani classem Anglicam grandi victoriâ profligant.

Vilnæ in Lithuaniâ, Judæi puerulum Christianum, Simonem nomine, intercipientes, cultellis forcipibusque adeo atrociter conciderunt, ut supra centum septuaginta vulnera, præter ea quæ infixi sub manuum & pedum unguibus calami fecerant, numerarentur in tenello corpusculo.

Moritur S. Paschalis Baylon Ordinis Minorum Discalceatorum S. Francisci, prope villam Regiam in Regno Valentino, corporis mortificatione, castimoniâ integerrimâ, miraculis celebris: quæ inter porri folia, vesperi pauperibus data unâ nocte renasci precibus impetravit, ab hæreticis lapidibus impeditus minimè tangi potuit; claruit insuper vir DEI spiritu prophetiæ, & agnitione secretorum cordis, scientiâ quoque insulâ qualibet intellexit: post mortem innumeris penè miraculis ejus Sanctitatem DEUS manifestavit.

Mauritius Comes Nassovius Coverdam expugnat.

Pax inter Cæsarem & Galbam Cameraci facta.

Anna Caroli Archi-Ducis Austriae & Ma-

riæ Bavariae Ducissæ filia, Ferdinandi II. Imperatoris soror Sigismundo III. Poloniae ac Sueciæ Regi desponsatur.

Lotharingi Benfeldiam Alsatiae oppidum occupant & muniunt.

Moritur Ernestus Ludovicus filius Philippi Ducis Pomeraniæ; similiter Wilhelmus Dux Luneburgico-Hanoveranus.

Decedit Angerius Gislenius Busbeckius, sanguine, doctrinâ variisque legationibus celebris; scripsit Epistolarum Legationis Gallicæ lib. 2. de verâ Nobilitate lib. 1.

Moritur Elisabetha, Caroli IX. Galliarum Regis vidua, Maximiliani II. Imperatoris filia: item Joannes Georgius Dux Bregensis filius Georgii II.

Wihitzum munitissimum Christianorum ad Croatiae fines propugnaculum, à Turcis occupatur.

Decedit Heidelbergæ Joannes Casimirus Palatinatus ad Rhenum Administrator anno ætatis 49. cujus Principatus Friderico Ludovici Principis Electoris filio ut hæredi proximo obtigit.

Pulcherrimum Ordinis Benedictini ornamentum cælo asseritur Pius Fundanus in Campaniâ Episcopus. Pium pietate ac meritis proximè assecutus est Anastasius Ubertus Casenas Monachus & Cellerarius S. Mariæ de Monte, Vir præter pietatis insignis doctrinâ pariter ornatissimus, Immolesium dein Episcopus.

Annus Christi 1593.

Turcae Montem S. Martini in Ungariâ expugnant; cæduntur ad Albam Regalem.

Wilhelmus V. Dux Bavariae in urbe Ottingensi Collegium PP. Soc. Jesu aedificat.

Moritur flexis ad terram genibus P. Benedictus Herbestus Soc. Jesu, Vir inter Apostolicos labores Deo per orationem conjunctissimus.

Obiit pariter Compostellæ P. Martinus à S. Dominico S. J. Hispanus, à propagato cultu SS. Eucharistiæ, quotidiano usu rosarii, & maximis peccatorum conversionibus celebratus; ætatis 58.

Franciscus Toletus è Soc. Jesu Vir pietate & doctrinâ celeberrimus, S. R. E. Cardinalis creatur.

Confœderatis Galliae de novo creando Rege cogitantibus, Henricus IV. Rex Navarrae publicè fidem Catholicam profiteretur, & Rex postea salutatur totius Galliae, novis mox auctus victoriis.

Neovilla à Carolo Mansfeldio capta est suafore Lauduni Præfecto, illius Domino jam olim infenso, cui tamen à Carolo mox restituitur.

Fœderati quoque Noviodunum obsident & deditione occupant.

Mauri-

Mauritius Comes Nassovia Gertrudisbergam deditione capit, & Hispanorum dominio subtrahit.

Comes Mansfeldius Belgii Gubernator Crepicordium frustraneâ obsidione tentat.

Batavi munimentum excitant in Burtangâ oppido Groningensis ditionis.

Mauritius Comes Nassovius Bruggis potiri conatur, sed frustra; classis enim ducenarum ferè navium, validâ ad eò maris impressione periclitata est, ut compluribus gregariis desideratis, vix ipse Mauritius cum Primoribus potuerit scaphis inscensis in tutum evadere.

Hac in tempestate Texelam inter & Nielandiam, minores Hollandiæ Insulas, quadraginta supra centum stabant in anchoris navès, quibus Hollandi Zelandique mercatores coacervatam variarum mercium vim in alias terrarum partes importaturi, navigationi secundos ventos expectabant, quas tempestas abstrahit in diversa, ad Brevia & Saxa latentia impingit, & miserabilem edit rerum atque hominum stragem; quatuor supra quadraginta onerarias, & quidquid in eis erat, absorbit mare; hominum extincti ferè mille & 500.

P. Jacobus Salecius & Guilielmus Saltemochius Soc. Jesu pro fide Catholicâ ab hæreticis trucidantur Albenaci in Galliâ.

P. Theodorus Mantels in Japoniâ ex odio fidei veneno interimitur.

In pago Silesiæ Vegelsdorffio Christophoro Miller, Joannis fabri lignarii septenni filio, loco dentis qui exciderat, crevit molaris aureus in inferiore maxillâ, eadem firmitate ac figurâ, quâ cæteri naturales, gingivâ molli ac rubricante circumdatus, ad quem admotus lapis Lydius probitatem auri Pannonici exhibuit.

Paulus Regius Vicensis in Surrentinâ Provinciâ Episcopus tomos duos Italicè edit de Sanctis Regni Neapolitani.

Turcæ à Sisecko repulsi, reversi eò potiuntur.

Carolus à Basilica Petri Vir eximiâ doctrinâ & virtute præditus à Clemente VIII. creatur Episcopus Novariensis.

Decedit Jacobus Amiot Episcopus Antisiodorensis, Vir doctus, qui Plutarchum ex Græcâ in Gallicam linguam transtulit.

Sigismundus Augustus Dux Megapolitanus nuptias contrahit cum Clarâ Mariâ, Bogislai XIII. Pomeraniæ Ducis filiâ.

Natus est Carolus Fridericus Dux Monsterbergensis, filius Caroli II.

Joannes Dux Saxonæ thoro sibi jungit Dorotheam Mariam, filiam Joannis Ernesti Principis Anhaltini filiam.

Floret Ven. Laurentius de Zamora Ordinis Cisterciensis Monachus, Theologorum sui ævi Phœbus.

Annus Christi 1594.

Henricus Fridericus Jacobi VI. Scotia Regis, ex Annâ Christiani IV. Daniæ Regis sorore, nascitur primogenitus.

Christianorum exercitus Montem S. Martini in Hungariâ Turcis rursus eripit. Obiit Calari P. Petrus Espiga Soc. Jesu; Sardus, pauperum, miserorum & caprivorum pater, habitus Sardinæ Apostolus, cujus pro animarum salute zelum multis DEUS juvabat signis & miraculis.

Ernestus Archi-Dux Austriæ Belgii administrationem accepit.

Verdugus Præfectus militarium copiarum Regis Hispaniæ Covordam obsidens, Covordam obsidens, subsidium ferentè obsessis Mauritio Nassovio, obsidionem solvit.

Henricus IV. Navarræ Rex Parisiis in Monasterio S. Dionysii hæresin publicè ejurat, & Catholicæ fidei professionem emittit; hinc Galliæ universæ Rex salutatur.

Mauritius Princeps Nassovius Groningam urbem deditione capit.

Meldensis civitas Confœderatorum alias partes tenens, sicuti & Perona, Mons Desiderii, Roia, dicto Henrico IV. se dedunt, cum aliis pluribus.

Carolus Comes Mansfeldius Capellam insigne Picardiæ fortalium ad deditionem cogit. Henricus econtrâ Galliæ Rex Laudunum partes Confœderatorum tenens, obsidet, advolat cum exercitâ subsidiario Mainius & Mansfeldius, factâque cum Henricianis propè Sylvam felici velitatione, Bironio tamen Hispanorum comœatum intercipiente, viam reliquunt; post longam acremque obsidionem milites tandem ac cives deditionem fecere; cui exemplo secutum est Ambianum, Aumalio Duci & urbis Præfecto infensis civibus. Cameracum quoque in manus Henrici datur à Gubernatore Balagnio.

Milites Præfidiarii in Arschotâ & Schemio ob non soluta stipendia seditionem movent, quibus solutis Regi Hispaniæ de novo militant.

Reconciliantur Henrico Galliæ Regi, Nemorosius, Joiosius, ac postremo Mœnius Dices, arma quippè pro tuendâ Religionè Catholicâ à fœderatis sumpta, editâ Regis professione fidei, hac in tuto posita, ad aras jam à Rege cultas sacrandæ erant; secutus jam de Regno Henricus, mox arma vertit in Hispanos, eaque sociat Hollandicis: Lucemburgensis ditio ab eo frustra tentatur, obsistente Carolo Mansfeldio, cujus milites postea in hyberna deducti, intolerabili frigore afflicti, ac ferâ lue correpti, plerique perierunt.

Atrebatum peste infectum invadunt astu Galli, sed Caroli Longovalki Bur-

quoy Comitibus vigilantia & generositate repelluntur; idem iisdem contigit ad oppidum S. Audomari noctu tentatum.

Viam ad Orientalem Indiam Insulasque Japonicas longè breviorè, quàm quæ Lusitanorum navigationibus jam trita erat, aperire sibi statuunt Hollandi, sed venientes ad mare congelatum densissimâ caligine, & navibus à glacie circumfusâ quasi compositis, ultra progredi, nec regredi potuere.

Cæsareani Petriniam in Croatia frustraneâ obsidione tentant.

P. Joannes Cornelius Soc. Jesu, nobilissimâ prosapia Anglus, post repetitam ex manuum pedumque articulis in equuleo distensionem, pro fide Catholica suspensus, exenteratus & dissectus est Dorcestriæ in Angliâ.

P. Gundisalvus de Tapia Soc. Jesu pro fide Christi necatur in Mexico.

Simanus Turcarum Prætor Javarinum proditione Ferdinandi Comitibus ab Hardek caput, qui postea Viennæ perfidiam capitis manusque dextræ abscissione luit.

Turcæ Rhegium diripiunt, & à classe Pontificia fugantur.

Sigismundus III. Upsaliæ Rex Suecorum coronatur.

Eleonora Ortiz Virgo tertii Ordinis Carmelitarum, miraculis clara in Majorica decedit.

Synodus celebratur Astensis à Francisco Panigarola Episcopo.

Cum Turcæ Rhegium Italiæ occupassent & vastassent, Ecclesias profanassent & incendiassent, quandam pulcherrimam Imaginem B. Virginis in tabella depictam in Ecclesia Carmelitarum inventientes, in ardentissimum & copiosissimum ignem projecerunt, sed nullo modo comburi potuit. Deinde eam rapientes projecerunt in puteum, quem etiam immunditiis ad summum usque repleverunt. Post quorum abscissum, tandem inde extracta à Carmelitis fuit, & inventa absque ulla sorde & macula, quam in quodam sacello reposuerunt, ubi nunc magno populi concursu visitatur & colitur, miraculisque fulget. Benedict. Cononus in Chron. Deiparæ.

Sigismundus Bathorius Transylvaniæ Princeps Statuum Conventum Claudiopoli celebrat, ubi 14. seditiosos, ac inter hos Balthasarum Bathorium cognatum suum, captivari & occidi mandavit. Mox per Legatum suum se Cæsaris Romani tutelæ committit.

Philippus de Bec ex Nannetensium Episcopo fit Archiepiscopus Rhemenfis. Erat vir apprime doctus, & Concilio interfuit Tridentino.

Hoc anno Viennæ in Austria Sodalitas Parthenius decumbebat, ad eum confirmandum extremo illo tempore, quidam de Societate Je-

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

su cum venisset, cœpit cum adstantium voluptate incredibili, Beatissimam Virginem præsentem compellere, illius sibi adventum gratulari, oculisque in sublime defixis, magnâ voce, ac majore, quàm pro viribus in divinæ Matris laudem se effundere, & cum magnam partem hymni *Salve Regina* percurrisset, subjungit illa S. Elisabethæ, unde sibi tantum bonum, ut ad se veniret Mater Domini, multaque in eam sententiam continuavit, Matris sanctissimæ aspectu exiliens. Manuale Societ. Jesu.

Natus est Fridericus filius Caroli Comitibus Palatini Rheni lineæ Birckenfeldicæ.

Cum hoc anno Faventiæ statissent FF. Ordinis Servorum B. M. V. in meliorem locum transferre corpus B. Jacobi Philippi ejusdem Ordinis, eò quod miraculis coruscanti honorabiliorem sarcophagum Faventini dicaverant, illud concurrenti populo admirationi fuit, quod flores jam diu super ejus corpus à piis fidelibus antè 100. annos effusi, postmodum perinde recentes inventi sint, ac si eadem die cum proprio colore & odore collecti fuissent.

Christophorus à Teuffenbach Chiliarcha Imperatoris, 2000. Turcas fortiter propè Filleckum Ungariæ fortalium aggreditur, & ex illis 1300. morti tradit.

Obiit Joachimus Sangallensium Archimandrita, Princeps Religiosissimus & doctissimus.

Annus Christi 1595.

Moritur Barbara, Joachimi II. Brandenburgici Electoris filia, Georgii Brigenfis in Silesia Ducis relicta vidua.

Octodurum Helvetiæ oppidum aquæ inundatione, per copiam nivis ex montibus auctâ, funditus deletur.

Nascitur Georgius Rudolphus, Joachimi Fridrichii filius, Dux Lignicensis & Brigenfis.

Moritur Oeniponti Ferdinandus Archidux Austriæ, filius Ferdinandi Imperatoris.

Obiit Bruxellis Ernestus Archidux Austriæ, Belgii Gubernator, Rudolphi II. Imperatoris frater, Princeps mansuetissimus & pacificus. Succedit in Belgii Præfecturam Fontium Comes.

Sinan Turcarum Bassa, Ternovizzam occupat, insequente autem Sigismundo Transylvaniæ Principe, eandem arreptâ fugâ rursus deserit: idem Princeps Turcarum 6000. cædit.

Xequius Hametis Fessæ in Africa Regis filius, Muleum Nazaram Mulei Mahometis filium castris exiit, victoriâ tantâ usum modestiâ, ut nequidem bellicæ Cancelleriæ scriinia pariter occupata eum litteris legere voluerit, sed easdem statim comburi iussit.

Moritur cum opinione sanctitatis Valisoleti P. Franciscus de Morales Soc. Jesu, vir animarum zelo, peccatorum & facinorosorum conversionibus eximius. Similiter Palentia, P. Joannes Fernandez Soc. Jesu Hispanus, Missionarius in Castris, & concionator praevidus, commentariis in sacram Scripturam, animarum lucris, familiaritate & favoribus caelitem conspicuus.

Hollandi Hoyum stratagemate occupant, sed eodem adhuc anno ab Ernesti Electoris Colonienfis, & Belgii Gubernatoris copiis rursus expugnatur.

Verdugus Hispanus Dux belli celebris, ad administrandam Provinciam Luxemburgensem missus, Philippum Nassovium crebris excursionibus omnia devastantem propulsat, cogitque non sine ingenti militum Hollandorum jactura Zelandiam repetere; Fertæ tamen oppidum frustra ab ipso obsidetur, & hoc eodem anno ipse vitæ finem facit.

Hollandi pacem petitum Bruxellas mittunt, sed eâ ludificatâ mox bellum resumunt.

Comes Fontanæ Castelletum Picardiae oppidum deditione capit. Hanum cedit Gallis.

Hispani Dorlentium obsident, exercitum Gallorum subsidiarium insigni clade afficiunt, locus tandem post animosam defensorum resistantiam ab obsessores per assaultum capitur, in quo à saviente milite Hispano tria Gallorum millia caduntur, in quibus viri nobiles supra trecentos. Tot vulnerati, ut in uno nosocomio plures quam centum numerarentur. Cedit quoque iisdem Cameracum urbs cum arce.

Batavi Liram mille peditibus & 100. equitibus noctu intercipiunt, subvenientibus autem Antverpiâ & Mechliniâ copiis ad unum caduntur & capiuntur.

Carolus Dux Aumalienfis rejectâ Gallicæ Regis pace & gratiâ, Hispani in castra sequitur, hinc morti adjudicati effigies per quatuor equos discerpitur. Globo sclopeti in obsidione arcis Comperii trajectus Joannes Aumontius Franciæ Mareschallus, ex vulnere obit.

Albertus Archidux Austriae Rudolphi Cæsaris frater, S. R. E. Cardinalis, Toletanus Archiepiscopus, & Lusitanæ Prorex, ad Belgicas Provincias regendas à Philippo Hispaniæ Rege mittitur.

Moritur Joannes Fridericus Dux Saxo-Coburgicus, paulò antè à Cæsare è captivitate dimissus.

Maximilianus Archidux Austriae Petriam expugnat & excindit, paulò post tamen reedificat.

P. Robertus Southwellus è Soc. Jesu, nobili sanguine in Angliâ natus, pro Catholica fide Londini suspensus & sectus est.

P. Henricus Valpolus ex eadem Societa-

te, post iteratum pluribus horis ex solis pollicibus suspendii tormentum, in furcam aëboraci dissectus est.

P. Abrahamus Georgius, ejusdem instituti Religiosus, in Africa à Mahometanis occiditur.

Rustici in Austria superiori rebellionem movent, confertim ad usque Provinciam Salisburgensis confinia profecti, vicum & Monasterium Monseense occupant, cunctis qui aderant, in sua verba jurare coactis, contra quos suos armat Archiepiscopus, & viam rebelles relegere cogit.

Mathias Archidux Strigonium deditione capit.

Annus hic D. Philippi Nerii fundatoris Congregationis Oratorii beato ad caelum transitu insignitur.

Occidit præclarum Ecclesiæ, litterarum & Ordinis Benedictini fidus, Gilbertus Genebrardus Aquensis in Gallia Archiepiscopus, edito chronico notissimus.

Aræ Bacchi sive Bacharaci cum vir vitæ improbæ à prægnante uxore correptus, ipsam jusisset è conspectu abire cum vivo demone quem in utero gestaret, mox illa contristata, partuque doloribus correpta, 14. Martii monstrum fuit enixa, cujus superior pars hominem, inferior serpentem tricubitali caudâ referebat. Idque in patrem accitum magno impetu irruens, caudâque constringens, dentibus laniatum occidit. Mulier quoque horrendo percussa spectaculo expiravit, tandem & monstrum. Mezger, in histor. Salisburg.

Obiit Joannes Leonardus Cerulus, cognomento Litteratus, vir integerrimus, & miræ in pauperes benignitatis.

Carolus Mansfeldius cæsis Turcarum 50000. dum Strigonium obsidet, moritur, & hoc expugnatur.

Cum magnæ sanctitatis opinione decedit Ven. Bernarda, Monasterii S. Spiritus de Olmedo in Hispaniâ Abbatisa Ord. Cisterciensis, claruit ut multis virtutibus, sic divinis revelationibus, visa sæpe à Monialibus è terra in sublime elevata, Chrysothom. Henriquez.

Gostini mulier quædam, tertium jam, ut ferebatur, infantem Judæis ad mactandum vendidit, cujus causâ Judæi duo sub torquentium manibus extincti sunt.

Decedit Valentia cum insigni sanctimoniam laude Dominicus Gaullartus Ordinis Minorum. Item in Corcyra Franciscus à Bajona ejusdem instituti.

Moritur Joannes Septimius L. B. à Lichtenstein & Nicolspurg, variarum linguarum artiumque liberalium expertissimus, qui magnam Europæ Asiæque partem peragravit.

Philippus & Ernestus Casimirus, Comitibus Nassovii fratres, unâ cum Ernesto Comite Sol-

Solmensi ab Hispanis cum suis cæsi, ad Lippani fluvium capiuntur, Philippus & Solmensis paulò post ex acceptis vulneribus moriuntur.

Ferdinandus Comes Hardecicus Viennæ decollatur.

Natus est Uladislaus, Rex Poloniae. Adamus Wenceslaus Dux Tescohenfis in Silesiâ nuptias celebrat cum Elisabethâ, Gothardi Curlandiæ Ducis filiâ.

Fridericus Borromæus Cardinalis, creatur Archiepiscopus Mediolanensis.

Moritur Wolfgangus Dux Grubenhagenensis.

Maria Christina Caroli II. Archiducis Austriae & Stiriae filia, Sigismundo Bathorio Transylvaniæ Principi nubit.

Vitam cum Imperio deponit Amurathes Turcarum Imperator, cui succedit in regimine Mahometes ejus primogenitus anno ætatis 29. qui mox novemdecim fratres suos, decemque patris defuncti concubinas occidi jusit.

Gilbertus noster Genebrardus Archiepiscopus eligitur Aquensis.

Clarent eodem tempore sub regulâ S. Benedicti Paschalis Venetus Episcopus Arbiensis, Vitalis Zuccoli Patavinus Abbas, scripsit Dialogorum super Meteor. lib. 1. traductionem Cambiorum justorum. Octoginta sermones super Cantica Cantorum.

Henricus Comes Turennius Hispaniæ Ivoix Ducatus Luxemburgensis castrum munitum extorquet.

Nemorosii & Sabaudia Ducis collusione duorum civium Lugdunum astu interciperentur, sed machinatione detectâ, duo illi cives capti, & morte cum sex aliis puniti sunt.

Belgæ confœderati arcem Huy astu intercipiunt. Rursus tamen mox cedit Episcopo Leodiensi Domino suo.

Annus Christi 1596.

Caletum urbs Picardiæ munitissima Alberto Cardinali, Archiduci Austriae se submittit, arx verò in secundo assultu armatâ manu expugnatur, plurimis inde Gallorum trucidatis, & milite Cæsareo largâ prædâ ditato. Cedit & huic Hulltum, Ardea, Hamma.

Franciscus Dracus Archithalassus Anglorum celebris, in tertia versus Americam navigatione moritur.

Albertus Archidux Austriae, Belgii Gubernator designatus, Bruxellis ingenti pompâ & plausu excipitur, Hollandis pacem frustra offert.

Turcarum exercitus à Sigismundo Bathorio, Transylvaniæ Principe, ad Temes-R. P. Brentano Epitome Chronolog.

vvariâ profligatur: urbs tamen frustra obsidetur.

Nascitur Fridericus V. Elector Palatinus ad Rhenum.

Baronius Nonis Junii S. R. E. Cardinalis creatur, parem dignitatem nactus est hoc anno Pompejus Arigoni.

Guilhelmus Bernardi, & Joannes Cornelii, naucleri Batavi, in Oceano septentrionali ingentem regionem, à scopulorum & montium jugis Spizbergæ vocatam, detexerunt.

Angli Portum Gaditanum devastant. Moritur Romæ Franciscus Toletus Soc. Jesu, vir doctrinâ & pietate celeberrimus, S. R. E. Cardinalis.

P. Georgius Valier, & P. Franciscus Rossillo Soc. Jesu, Missionarii classis Catholicae contra Angliam, naufragio contractâ navi, licet evadere cum primis possent, ne in expiatis miseris desererent, fluctibus hauriuntur.

Sonnenberga oppidum Ducatus Coburgensis, per exortum noctu incendium ferè mediâ ex parte, unâ cum arce conflagrat.

Turcæ Petrinam binâ hoc anno obsidione frustra tentant, Agriam expugnant.

P. Antonius Lopez Soc. Jesu, odio fidei veneno ab Indis in Peruvia perimitur.

Vulcanus in Gastinenfi Archiepiscopatus Salisburgensis pag o septuaginta sex domos & tuguria, unâ cum templo parochiali absumit.

Turcæ Clissam & Agriam occupant: nostri, dum post cladem apud Keresium Turcis illatam neglectis ordinibus prædæ incubant, ab hostibus per Assanem Cicalam collectis caduntur, amissis 12000. Hatvvanum tamen expugnant, mactatis in eo Turcis universis.

Angli Hollandique classem Hispanorum in freto Gaditano triumphant.

Obiit Christophorus Mandragonius, bello Hispanico in Belgio clarus.

Henricus Guitius Massiliam Hispanis eripit.

Catharina de Sena professa in Conventu Hispanensi Matris Dei Ord. S. Dominici, imitata virtutes S. Catharinae Senensis, magnâ cum opinione sanctitatis moritur.

Naturæ debitum solvit Andreas Jerinus Episcopus Vratislaviensis, Princeps doctus.

Albertus Austriacus Cardinalis, Belgii Gubernator, Gallis Ardretium extorquet.

Celebratur in Asculo Piceno Synodus.

Virgo quædam in civitate Burdegalensi ad mendacium suum confirmandum, ignem S. Antonii sibi imprecata pejeraverat. Statim dicto incendio illius uri membra coeperunt, facies sacro illo igne incensa scedabatur. Hæc prope ad templum adducta,

addicta, confessione expiata, aqua benedicta haustu restricto incendio, pristina incolumitati restituta est. Annal. Soc. Jesu.

Cum Triemis S. Barbarae Barcinone versus Baleares Insulas solvisset, medio ferè cursu, adversis adeoque vehementibus jactata est ventis, ut jam utrimque undam hauriret. Erat inter vectores F. Antonius Arayz ex Ordine Minimorum, is pulverem S. Raymundi in mare jecit. Posuere venti, secutaque paulò post maris tranquillitas. Ex Act. S. Raymundi.

Cum anno hoc Insula Japoniae à tam vehementi terrae motu quassata fuisset, ut omnes ferè civitates earumque aedificia cum ingenti hominum strage evertae sint, stabiles tamen & firmæ omnes Christianorum Ecclesiae remanserunt. Histor. relat. de Legat. Regis Chinesis &c.

Obiit Joannes Bodinus Andegavensis, author insignis. Edidit Commentarium in Oppianum de venatione. Methodum ad facilem historiarum agnitionem. Libros sex de Republica. Heptaplomeron, sive de abditis rerum sublimium arcanis. Libros sex de demonomania Magorum. Novam distributionem Juris universi in tabula adumbratam. Theatrum universae naturae. &c.

Extinguitur Philippus Dux lineae Grubenhagensis ultimus, cujus jura & Principatum sibi exclusis reliquis vendicat Henricus Julius Dux Brunsvicensis, unde grandia dissidia orta sunt.

Robertus Comes Essexiae classem Hispanorum Indiam, cum mercibus octo millionum Coronatorum Gadibus comburit, occupat ipsam urbem, in qua 4000. pedites, Equites sexcentos partim trucidat, partim captivos abducit.

Marchinus puer penitus elinguis natus, religiosae pietatis instinctu alios pueros, ut poterat, in devotione B. Virginis imitabatur, & intimo cordis affectu, quod eloqui non poterat, gloriosam Virginem deprecabatur, atque ardenti affectu venerabatur, ita ut integras noctes aliquando coram ejusdem Imagine quae Regii colitur meditando consumeret. Hujus igitur anni quadam nocte mensis Aprilis hora septima placuit Altissimo, ut suae Genitricis admirandum facinus in puero Marchino demonstraretur, cum repente tria mirabilia in miraculo uno concurrerent, scilicet, ut Marchinus linguam, quam nunquam habuerat, reciperet, enodaret, loqueretur, ea, quae nunquam ob surditatem audiverat, perfecte pronunciaret, prima autem ipsius verba haec fuerunt, JESUS, MARIA. Mane factores evulgatur, audit, loquitur & omnibus respondet Marchinus, explicans cunctis mirantibus, quid sibi praeterita nocte accidisset. Annal. Servor.

Claret celeberrimi nominis & meritorum fama noster Joannes Dorotheus ex Prio-

re S. Mariae Valensis & J. U. Doctore Episcopus Neapolitanus.

Joannes Saracenus ex Abbate S. Vedasti creatur Archiepiscopus Cameracensis.

Mauritius Comes Nassovius cum 4000. peditibus Hispano-Germanis, & quingentis Equitibus arma feliciter conferit, occisis bis mille, & direptis vexillis triginta.

Annus Christi 1597.

Mauritius, Princeps Auriacus, Meursiam Cliviae urbem deditione capit; similiter Grollam, Enschedam, Otmarham, Oldensaliam, Lingam.

Ambianum Picardiae urbs insignis ab Hermantello Portocarero Hispanorum Duce, stratagemate occupatur. Eandem Henricus Galliae Rex eodem anno obsidet, & deditione capit.

Moritur Cordubae P. Joannes Frias Soc. Jesu, Ecclesiastes ardentissimus, à daemonibus eade causa dire vexatus, sed Angelis acceptissimus, eorum ope à gravi cum jumento lapsu ereptus.

Decedit Compluti P. Millan Garcia ex dicta Societate Jesu, indefesso animarum zelo, & conversionibus peccatorum clarus.

Archidux Austriae Albertus Monte Hulinopotitur, oppido munito in agro Calentensi.

Nangasachi Paulus Miki, Joannes Goto, Jacobus Kifai de Soc. Jesu, cum sex Religiosis Ord. S. Francisci, aliisque pluribus laicis, mortem crucis pro Christi fide subeunt.

P. Michael de Virrea Soc. Jesu ex odio fidei à barbaris necatur in Peruvia.

Bello Ungarico subsidium rogat Imperator in Comitibus Ratisponensibus.

Diem obit Gilbertus Genebrardus ex Ord. S. Benedicti, Historiographus celebris. Item B. Sebastianus de Villoslada Abbas S. Martini Vallisoleti Ord. Bened. mirà caelestis odoris fragrantia non è corpore solum ejus, sed & Imagine ejusdem alicubi asservata prodigiose emanante. Menol. Bucel.

Joannes Adolphus, Adolphi Holsatiae Ducis filius, resignatis fratri suo juniore Joanni Friderico Archiepiscopatu Bremensi & Episcopatu Lubecensi, nuptias celebrat.

Diem obit Casparus Agricola, anno aetatis 73. Professor Juris per annos quadraginta Heidelbergae, inter Jurisconsultos Germaniae praestantissimos numeratus. Eodem anno naturae debitum solvit Alphonsus II. Ferrariae & Mutinae Dux.

Hispani Amaticam vulgò Amatique, urbem Hispaniae novae in Provincia Honduraras condunt.

Cum sanctitatis nota obit Ven. P. Josephus Anchieta Soc. Jesu, qui annis 43. Apostolico labore in Brasilia defudavit, edidit Grammaticam & Dictionarium linguae Brasiliensis.

Cum

Cum Senis magnum incendium totum devastasset, concremassetque facellum, in quo in arca marmorea à lignea circumdata, asservabatur corpus B. Joachimi Senensis Ordinis Servorum, arca nedam marmorea, sed nec lignea, ullam ab igne passam est laesionem. In vit. S. Philip. Benitii, lib. 4. c. 6.

Cum hoc anno ab impiis barbaris in Japoniae Regno multi SS. Martyres ob fidei Christianae constantem confessionem crudeliter necati fuissent, post multum tempus, quae sextà ferià supra locum Martyrii columnae igneae apparuere, quae à multis visae fuerunt. Chron. Minor.

Moritur Alphonsus II. Dux Ferrariae.

Boris Gudenovv post Ivanovvium Magnus Moscoviae Dux creatur.

Henricus IV. Franciae Rex, viginti & duos Equites Ordinis Spiritus Sancti creat.

Viennae Gallus quidam Architectus bellicus, cum Turcis correspondens, capite plectitur, truncumque corpus palo affigitur.

Natus est Joannes Philippus, filius Friderici Wilhelmi Ducis Saxoniae.

Annus Christi 1598.

Bellum inter Clementem VIII. Papam, & Caesarem Estensem componitur: cessit Ducatus Ferrariae Papae, Caesar autem à Rudolpho Imperatore, Imperii Principibus adscitus, Dux Regiensis, & Modenensis declaratur.

Moritur Anna Sigismundi III. Poloniae & Sueciae Regis conjux, Caroli Archiducis Austriae filia.

Henricus Dux Joyosae arcem Capucinatorum institutum amplectitur.

Moritur Neapoli in Campania P. Gaspar Hagevood de Soc. Jesu, nobililis Anglus, laboribus Apostolicis pro patriae salute, & ærumnoso carcere toleratis, multumque à daemonibus perpesis plagis.

Ex vita decedit Conimbriae in Lusitania P. Ignatius Martinez ejusdem Soc. Jesu, post 20. annorum, etiam in Regia conciones, Catheticæ doctrinae per Lusitaniam zelosissimus instaurator, miris eventibus & gratiis in eo munere à Deo donatus.

Item Ferrariae P. Benedictus Palmius ex eadem Societate, aetate suâ alter Chrysostomus, maximis animorum totâ Italiâ conversionibus, & extinctis capitalibus, solâ Crucifixi ostensione oditi, celebris.

Pax inter duos potentissimos Europae Reges Hispanum Gallumque post diuturnum & nomini Christiano perniciosissimum bellum sancitur. Paulò post moritur Philippus Hispaniarum Monarcha.

Initit conjugium inter Albertum Archiducem Hispanique Regis filiam natu maximam Isabellam, cum dotali Belgii Principatu.

In arce Antverpiae praesidiarii tumultuantur, Augustinum Mexiam arcis Praefectum

ejiciunt, tum in sano furore perciti, in urbis aedes, ac praecipue in Curiam Senatoriam, ferreis instructa globis tormenta exonerant, quod malum ut evaderent cives, certam equitibus, certam peditibus singulis pecuniam in sumptus quotidianos promittunt: eo delinimento ac spe vicina solutionis restantis stipendii aliquamdiu conquieverunt, at ubi progressu temporis verba sibi pro stipendiis dari animadvertunt, rursus in tumultus ac furias aguntur, rursus tormentis explosis in urbis domos saevientes.

Obeandem stipendii retentionem tumultuati sunt Praesidiarii in Lirâ, Cameraco & arce Gandavi, neque ab injuriis, insultibus, flagitiis temperarunt, quam centum quinquaginta millibus aureorum partim solutis, partim certâ sponcione promissis, placarentur.

Mendoza Hispaniae Regis in Belgio Belli Dux, Orsojum, Rhenobergam, Budericum, Vesaliam, Reesum, Embricam in Cliviae Ducatu capit. Paulò post pax, ut supra dictum, restabatur.

P. Martinus Laterna Soc. Jesu, pro Catholica fide ab haereticis in mari Balthico demergitur.

A triduanis imbribus aquae ita intumuerunt, ut civitas Salisburgensis & Hallensis fuerint navigabiles: ligna salicoquendo tum in silvis & montibus, tum in septis Hallensibus reposita, undarum rapacitas tantâ copiâ avexit, ut salsa ligneo veluti strato tecta appareret: hinc praeter alios etiam pons civitatis disiectus, aggeres vastati, multae domus, tuguria, horrea, & in Tribenbach non procul Laufingâ plurimae caesae rusticanae everfae, aquae ductus, quem Albulam appellant, disruptus ingenti damno atque sublatus: Eodem tempore Oenus Danubiusque aggeres supergressi magnam accolis vastitatem intulere.

Templum Cathedrale Salisburgi incendio perit.

Christiani Duce Schvarzenbergico per portam minus custoditam, & pulvere nitrato apertam ingressi, Javarinum occupant.

Fuit hic annus fatalis viris celeberrimis, Benedicto Ariae Montano Hispanensi, linguarum ac scientiarum peritiâ, pietate, bibliorum quadrilinguam editione, clarissimo; Thomae quoque Stapletono SS. Theologiae Doctore, pro fide ab Anglia exuli: nec non Abrahamo Ortelio, Cosmographo nominatissimo.

Valachi Nicopolim expugnant.

Albertus puer in Polonia, à Judæis interceptus, horrendum in modum ex fidei Christianae odio maectatur.

Moriuntur Wilhelmus I. Bavariae Dux, & Carolus Marchio Badensis.

Petrus Ballingus Sacerdos, Harlemii à Calvinistis haereticis occiditur.

In Hispania cum sanctitatis fama decedit Alphonsus de Tapia, Ordinis S. Francisci.

Moritur Philippus Cardinalis, Dux Bavarix, Episcopus Ratisponensis.

Obiit Benedictus Arias Montanus, sacrum linguarum peritissimus, natione Hispanus, inter reliqua ingenii sui monumenta edidit elucidationes in Evangelia, in Acta Apostolorum, in Epistolas, in Apocalypsim, in 12. Prophetas, in 30. priores psalmos, in Isaiam. Antiquitatum Judicarum libros novem. &c.

Cum ingens inundatio Tiberis urbem Romam obruisset, & signatè templum S. Marcelli, in quo servantur Corpora SS. Martyrum Dignæ & Emeritæ, harum sepulchrum reverita aqua est, nam transactâ inundatione repertum est sepulchrum pulvere telisque aranearum refertum, in signum fuisse ab aquarum vi immune.

Sigismundus Bathorius Transilvaniæ Principatum Rudolpho Imperatori certis conditionibus cedit, sed facti pœnitens eundem repetit, & à Principatûs Statibus recipitur, excepto Waradino magno, homagium ipsi negante.

Natus est Christianus filius Caroli Comitæ Palatini Rheni lineæ Birckenfeldicæ, fundator lineæ Bischvilariensis.

Decedit Clara Bogislai XIII. Pomeraniæ Ducis uxor, filia Francisci Ducis Luneburgici. Item Henricus Dux Brunsvico-Guelpherbytanus, fundator lineæ hodiernorum Ducum Brunsvicensium.

Moritur Joannes Georgius Princeps Elector Brandenburgicus, anno ætatis septuagesimo secundo: item Richardus Comes Palatinus Rheni, cujus ditio ad Fridericum IV. Principem Electorem devoluta est.

Mortalibus valedit, Bruxellæ mortuus Joannes noster Saracenus, Cameracensis Archiepiscopus.

Victorinus Abbas Casinensis creatur Episcopus Stabiensis.

Mortuus eodem anno Joannes Fremypt Cœnobii S. Benigni Divionensis Monachus, insignis pietate ac nobilitate vir, Andrea Archiepiscopi Bituricensis patruus.

In Hollandia haud procul Catwico per impetuositatem maris piscis ejectus est tantæ molis, ut vix à quadringentis viris loco moveri potuerit. Longitudo ad cubitos sexaginta, altitudo ad triginta excurbat. Os adeò erat patulum, ut vir erectus expansis brachiis in eo stare potuerit. Dentes habuit 40. quorum quivis crassitiem trium digitorum exæquaret. Cauda longa erat cubitis septem, & sat crassus. Morti propinquus, disruptus est eo fragore, ut explosam bombardam credidisset.

Annus Christi 1599.

Moritur Petrus de Pinaco, anno ætatis 59. Archiepiscopus & Comes Lugduni in Gallia.

Henricus Cuyckius Episcopus Ruræ-

mundensis, miraculorum puteum S. Gerlaci, hominum malitiâ antea obstructum, reperit, qui miraculis denuò cœpit clarescere.

Joannes Philippus à Gebfattel Episcopus Bambergensis creatur, pauperum & indigentium verè pater.

Lisabonæ & Conimbricæ, nec non in aliis Lusitanix locis lues contagiosa grassatur; in Hispaniam inde se extendens, ingentem mortalium stragem edit.

Moritur Vallisoleti P. Joannes del Castillo Soc. Jesu, gravissimis demonum vexationibus exagitatus, quòd Deiparæ cultui adictior esset, & tot animæ zelo suo orcoereptas cœlo affereret.

Hispani Bommeliæm frustraneâ obsidione tentant.

Germaniæ Principes, qui VVestphaliæ ab Hispanico milite incessam molestissimè tulerant, à fœderatis Belgii quæ litteris quæ legationibus sollicitati, novum inter se fœdus ineunt, & misso sub Imperio Lupiæ Comitæ exercitu Rhenobergam obsident, sed frustra; idem factum in obsidione Reesii.

Joannes Casimirus Dux Saxo-Coburgicus nuptias celebrat cum Margaretha Ducissa Brunsvico-Luneburgica.

Floret Henricus Jojola à Franciæ Marefcallo Capuccinus, & sacer magno animarum lucro Ecclesiastes.

Transylvaniam invito Cæsare invadit Andreas Battorius Cardinalis, sed victus à Michaële Valacho, in fuga trucidatur.

Canarias populantur Batavi, & in ditum merguntur.

Diem obit Josephus Aosta Soc. Jesu, rerum Indicarum eruditus scriptor. Item Agnes Henriquesia Abbatisa Ord. Cisterciensis in Hispania, cujus corpus post plures annos repertum est incorruptum.

Joannes Bernardus ex odio fidei Christianæ ab Indis occiditur.

Albertus Archidux Austriæ, cum conjugè sua Isabella Clara Eugenia Hispaniæ Infante, summâ pompâ Bruxellis excipitur. Hoc anno Alziræ in Hispania facta est inventio SS. Martyrum Bernardi, Gratix & Mariæ, Regis Carletani filiorum, quorum sacra ossa, cum inventa sunt, cœlesti odore totam Ecclesiam repleverunt, variis ac celeberrimis miraculis Martyrum suorum merita confirmante Altissimo.

Moritur Joannes à Schœnberg, Elector & Archiepiscopus Trevirensis.

Petrus Argerus ex Flandria oriundus, Regi necem illaturus, aliquoties in Galliam venit, deprehensus tandem, debitas hoc anno pœnas dedit.

Roberto Bellarmino è Soc. Jesu Cardinalitia Purpura confertur.

Albertus Bellievre nobilis Gallus creatur Archiepiscopus Lugdunensis.

Sueci Sigismundo Regi publicè fidelitatem renunciant.

Mar-

Margaretha Caroli II. Archiducis Austriæ filia, Philippo III. Hispaniarum Regi desponsatur.

Carolus I. Gonzaga Mantuæ Dux nuptias celebrat cum Catharina Lotharinga.

Cum hoc anno maximè sæviente peste civitas Segobriga vix non tota devastata esset & incolis exhausta, facto voto B. Rochi celebrandi illius festivitatem, statim lues decrefcere cœpit, breviq̃ue tempore planè cessavit. Francisc. à S. Maria in histor. Carmelit.

Annus Christi 1600.

Moritur Joannes Fridericus Dux Pomeraniæ: Item Albertus Fridericus Joachimi Electoris Brandenburgici filius.

Fridericus Mauritius Marchio Anhaltinus, Joannis Georgii filius nascitur: Item Adolphus Dux Slesvico-Holsatiensis, Adolphi & Augustæ Friderici secundi Daniæ Regis filia filius.

Carolus Austriacus, Marchio Burgavii, Archiducis Ferdinandi filius, nuptias celebrat cum Sybilla, Wilhelmi Cliviæ & Juliæ Ducis filia.

Obit P. Thomas de Soto è Soc. Jesu, charitatis & misericordiæ operibus optimè de proximis meritis, in pœnitentibus expiandis indefessus, cœlitum visitationibus & alloquiis per familiariter sui solitus, ætatis 96. Beraunum Bohemiæ civitas ex toto ferè conflagrat.

Wachtendongam Geldiæ munitum oppidum expugnat Mauritius Nassoviensis, similiter Crepicordium: Echelum oppidulum pagosq̃ue ferè omnes mœnibus nudos inter Gandavum & Brugas interjectos ferro flammisq̃ue vastat, econtrâ munimenta quatuor, quorum nomina erant S. Alberti, Sna-schercha, Bredena, & Audenburgum, occupat, eisq̃ue præfidiarios imponit sufficentes.

Friderici Spinolæ triremes quatuor, fœderatorum viginti naves onerarias vehentes commeatum, & bellicum instrumentum, prope Blancobergam captas partim cremarunt, partim onustas prædâ Slufam abduxerunt.

Nonis Julii Catholicus Hispanorum & Belgarum exercitus in Ernesti Nassovii copias irruens, penè omnes cædit.

Sed paulò post Mauritius Nassovius commissio ad Neoportum prælio, ingentem Hispanis cladem infert, capto Mendoza eorum belli duce, aliisque pluribus nobilitate & militari gloriâ insignibus; Albertus Archidux Austriæ vulneratus, fidorum quorundam ac strenuorum militum suorum ope manibus hostis ereptus est. Obtentâ victoriâ Mauritius Neoportum obsidet, sed imbribus continuis impeditus, obsidionem solvere cogitur.

Ferdinandus II. postea Imperator, humili habitu viatorio indutus, cum Augustissima conjugè Maria Anna Bavarica, pedes ex

Stiria ad Deiparam Lauretanam peregrinationem instituit.

Prælium committitur inter Michaëlem Walachiæ Palatinum, & Sigismundum Bathorium, in quo ille victor existens, ex Sigismundi exercitu 8000. delet, mox à Moldavis homagium expetit.

Eduardus Fortunatus Marchio Badensis ex lapsu fractâ cervice moritur.

Vitam mortalem deserit Joachimus dictus Geminus, Joachimi Friderici Electoris Brandeburgici filius.

Pars Castri S. Angeli Romæ conflagrat. Parisiis cauponaria, quæ necem Regi molita erat, viva comburitur.

Gorei Comites Jacobi Angliæ Regis vitæ insidias struunt, quam ipsi tamen Rege libero amittunt.

Pappa Ungariæ fortalium Cæsareis cedit; Turcis parva Comora & Baboza, nec non Canischa.

Sybilla Elisabetha, Ducis Brunsvicensis Augusti soror, Antonio Comiti Oldenburgensi desponsatur.

Balta ductor Cæsareus ad Albam Juliam in Transilvania, cum Michaële Palatino feliciter confligens, 4000. cædit, cæteros profligat, & 12. tormenta bellica occupat.

Præfectus arcis Monmelianæ eandem proditoriè Gallis tradit, illius proinde interfectori Sabaudia Dux 15000. coronatorum promittit.

Ferdinandus Romanorum Rex & Austria Archidux, Ducatus Stiria ac Carinthia ab hæresi purgare incipit.

Moritur Romæ Cardinalis Andreas de Austria.

Denatus est Carolus, Comes Palatinus Rheni, lineæ Birkenfeldianæ pater.

Rudolphus Imperator & Persarum Rex Schach Abas fœdus contra Turcas ineunt.

Lugduni nuptiæ Henrici IV. & Mariæ Florentinæ celebrantur.

P. Petrus Buzelinus, P. Laurentius Everardi, P. Otho Campensis Soc. Jesu, à Calvinistis odio fidei in Belgio necantur.

Obiit Elisabetha Crispa Ordinis S. Francisci de Paulâ Panormi, cum titulo Beatæ relata in gynæceo sacro Arturi.

Mortalis corporis exuvias deponit beatæ memoriæ Joannes Barrerius Abbas Fulienensis, & Congregationis eo nomine sanctissimæ felicissimus Institutior, miri vitæ rigoris vir, miraculis ac revelationibus, in vitâ & à morte illustrissimus.

Decedit in Hispania cum fama sanctitatis Joannes Henriquez Ord. Minorum S. Francisci.

Nicolaus Palfi, Jaurini alter recuperator, & eximius heros, vivis excedit.

Rex Gallia Sabaudia Ducis bellum denunciat.

Moritur in Monasterio Nazareth Liræ ad

ad Netam fluvium Ven. Anna cognomento Bosmans Ordinis Cisterciensis Conversa, admirandæ charitatis erga proximum & humilitatis profundissimæ: in cujus obitu centus longè gratissimus Angelorum auditus est. Arnold. de Raiffe in auctar. ad Nates SS. Belgii.

Decedit Fulvius Ursinus antiquitatum Romanarum illustrator.

Ad regnum æternitatis transit ex Hispania Ven. Anna de Villaroël Sanctimonialis Benedictina Cœnobii S. Annæ Abulensis, exstafibus, perpetuo silentio, vitæque rigore celebris.

Adolphus Comes Schvarzenburgicus in tumultu militari ad Pappam glande ictus moritur.

Moritur Inicus d' Avalos Aragonius, Episcopus Portuensis. Item V Vilhelmus d' Avenfonius S. R. E. Cardinalis & Archiepiscopus Ebrodunensis.

Albertus filius Roberti Ducis Barbanfoni & Claudiæ Comitissæ Palatinæ Rheni nascitur.

Obiit Franciscus de Bourdeille ex Monacho Benedictino Episcopus Petricoriensis.

Jordanus Brunus Nolanus patriâ è Regno Neapolitano, ex Atheorum numero, Romæ publicè rogo addicitur. Scripsit de specierum scrutinio & lampade combinatoria Raimundi Lullii, de Monade, numero & figura, de numerabili immenso.

Turcæ Canisiam Ungariæ urbem expugnant.

Nascitur Carolus I. Jacobi II. Scotiæ & Angliæ Regis filius.

Sueci in Regni Comitibus Sigismundum Regem legitimum cum filio ejus Uladislao à throno excludunt.

Michaël Princeps cum exercitu 9000. Moldaviæ montana transcendens, illam recuperat.

Ferdinandus II. Archidux nuptias celebrat cum Maria Anna, Wilhelmi Bavarie Ducis filia.

Ludovicus Dux Wirtembergicus sponsalia init cum Elisabetha Ludovici Hassiæ Landgravii filia.

Batavi duo fortalitia propè Gandayum, Philippinam & Patientiam, vi occupant.

Eduardus Fortunatus Marchio Badensis sub Secretarii sui nuptiis mero liberis usus, ex scalis decidens cervicem frangit.

Moritur Joachimus Joachimi Friderici Electoris Brandenburgici filius.

Magnus Regni Poloniæ Cancellarius cum 20000. virorum exercitu Valachiz Principatum invadit, & Tartaros ad suas partes trahere satagit.

Comites Gorei in Scotia Regem occisuri, intercipiuntur & morte puniuntur.

Turcæ Canisiam deditione capiunt.

Imperator cum Persarum Rege fœdus contra Turcas init.

Joannes de Castro, Ferdinandi de Castro Comititis de Lemes filius, Monachus S. Vincentii Salmanticensis, per Clementem VIII. Papam Archiepiscopus Tarentinus creatur.

FINIS.



INDEX

Memorabilium

MEMORABILIMUM MUNDI CHRISTIANI SÆCULUM XVII.

Annus Christi 1601.



Hispani frustaneo assultu Ostendam petunt, multis suorum desideratis. Inter hos & Batavos facta armorum conflietu, Hispani ad Neoportum primò victores, mox 8000. suorum cum centum signis bellicis amittunt.

Mundi lucem aspicit Henricus, Georgii Hassiæ Landgravii filius.

Jussu Elisabethæ Angliæ Reginæ, Comiti Essexiano, ter repetito ictu per carnificem caput infelicitè amputatur.

Obiit P. Antonius Sanchez in obsequio pecciferorum Xerezii in Hispania, vir omni virtutum genere, zelo præsertim animarum, despicientiâ & afflictationibus sui insignis.

Vitam deponit Olomueii P. Wenceslaus Sturmus ejusdem Societatis alumnus, qui cum Picarditis voce & calamo bellum gessit, quamplurimos Ecclesiæ orthodoxæ restituit, erroresque sectæ penitus confutavit.

Decedit Hispali P. Antonius Cortesius ex eadem Societate, salutis animarum scientissimus, variis à Deo miraculis honoratus.

E vivis discedit P. Petrus Bernal ex eadem Societate, zelator animarum indefessus, gratiâ curationum & prædicationum à Deo donatus.

Philippo III. Hispaniarum Regi ex Margarita Austriaca nata est Anna Maria. Hæticus IV. Galliarum Rex suscipit ex Maria Medicea Ludovicum XIII.

Mauritius Princeps Nassovius, Sylvam Ducis frustra obsidet, occupat tamen Werdam, Endhoviam & Hellemontium.

S. Raimundus de Pennafort ex Ord. D. Dominici, à Clemente Papa octavo, 29. April. ritu solenni Sanctorum factis adscribitur.

Albam Regalem Dux Mercurius (vulgò Mercœur) sub auspiciis Rudolphi Cesaris vi expugnat, & cum decem millibus quinquaginta Turcarum millia cædit fugatque, occiso in prima acie ipso Duce Nickai Bassa. Obsidionem econtra Canisæ solvere cogitur Ferdinandus Archidux, relictiis hosti impedimentis & tormentis ferè omnibus.

Carolus Dux Sudermanniæ, patruus Sigismundi Regis Poloniæ & Sueciæ, à Statibus Regni Suecici in Regem eligitur.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Impostor quidam Regem Sebastianum dudum in Africa à barbaris cæsum se esse mentitus, turbat Lusitaniam, & in varias opiniones Optimates distrahit.

Papa pacem inter Galliz Regem & Sæbudiæ Ducem procurat.

Carolus Marchio Burgavienfis cum Sybilla Juliz, Cliviz & Bergæ Ducissâ, nuptias Dufeldorpii celebrat.

Moritur Aschaffenburgi Elector & Archiepiscopus Moguntinus, Wolfgangus ex familia de Dalberg.

Obiit Augustus Marchio Brandenburgicus, Electoris Joachimi Friderici filius.

Rheinberga Mauritio Comiti Nassovio deditione cedit.

Georgius Basta Cesareæ aciei Præfectus Sigismundum Bathorium ingenti prælio fundit, cæsis 11000. in spolum victori cesserunt 150. signa militaria, 48. tormenta bellica, cum Cancellaria castrensi.

Michaël Walachiz Palatinus, ob suam erga Cæsarem Romanum infidelitatem, & cum Turcis collusionem, à Centurione Belgico hæcâ confossus, occidit.

Islebia maximâ ex parte conflagrat.

Oliverius Batavus, cum per trium annorum spatium mundi globum circumnavigasset, Rotærodami rursus appellit.

Poloni Caroli Sueciæ Regis exercitum profligant, Koggenhusium occupant, quod tamen ille paulo post recuperat, & 5000. Polonorum cædit.

Ingenti motu terra in pluribus mundi plagis concutitur.

Friderico Electori Palatinatûs Rheni, filius Christianus natus est.

Georgius Paradeiser quondam Canisicæ Præfectus, cum aliis quinque Officialibus Primoribus bellicis, amputatâ dextâ & capite, indecentem dictæ urbis Turcis factam traditionem luit.

Moritur Viennæ Bernardus Princeps Anhaltinus.

Coburgi à Duce Joanne Casimiro Gymnasium conditur.

P. Christophorus Spotecus cum tribus aliis Soc. Jesu, squalore carceris ab hæreticis odio religionis enectus est Stockholmiæ.

P. Rogerius Filcoeus Soc. Jesu pro fide Catholica Londini suspensus & sectus est.

M m m m

Anna

Anna à Cruce ex Ord. D. Francisci Montilia cum sanctitatis fama ex hac vita migrat. Item Venerabilis Didacus Donatus Cisterciensis Ordinis, qui in valle Paradisi longo tempore sanctissime conversatus, admiranda simplicitatis & humilitatis exempla reliquit, cui DEUS inter orandum caelestia arcana & divina mysteria revelavit, & futurarum rerum eventus indicavit: vir fuit in oculis suis humilis & abjectus, sed in conspectu Dei & hominum verè magnus, & diabolicis spiritibus tantoperè formidandus, ut conspectu ejus solo territi, illicò aufugerent. Ex monim. Cister. Henriq. Manriq.

Floret Valentinus Aethiops Abbas S. Petri Erfordiae, Archiepiscopi Moguntinensis Suffraganeus.

Decedit Franciscus de Regno Episcopus Cordubensis.

Moguntia ingenti terræ motu concutitur. Obiit in arce Ungariae Waraldino Joannes Franciscus Aldobrandinus, Pontificiae militiae Archistrategus; cum Rudolpho II. Imperatori 10000. Clementis Papæ VIII. milites, pro suppetiis contra Turcas duxisset. Eodem quo mortuus est anno, filia ejus Margaretha Rainuto hujus nominis primo Farnesio, Parmæ & Placentiae Duci nupsit, filius autem Sylvester Cardinalitiam abctus est dignitate.

Decedit Pragæ Tycho Brahe natione Danus, Mathematicorum sui ævi Princeps, & Cæsar Caporalis Perusinus Poëta celeberrimus.

In flumine perit Franciscus Dux Brunsvicorum Guelpherbytanus, Canonicus Ecclesiae Cathedralis Argentinenfis.

Carolus Bourbonius Comes Sueffionensis nuptias celebrat cum Anna Comitissa Montanensi.

Ven. Marcus Barckvörtus, aliàs Lambertus, post longas carceris molestias, post novem examina, quæ ad iudicium tribunalia subiit, tandem 27. Febr. Londini Martyrio afficitur. Coronam monasticam, sibi eo ipso die, quo coronandus Martyrio erat, & occisus fuit, tonderi curavit, habitum etiam Religionis Benedictinæ (quem nimirum publicè portare in Anglia non licet) reinduens, in eaque fide mori, & pro ea, protestatus est, quam Ordinis sui Monachi, primi omnium Anglis prædicassent. Socium Martyrii habuit R. P. Rogerum Filcox è Soc. Jesu.

Vivis valedicit Theodorus Gladbacensis, singulare Ordinis Benedicti ornamentum, vir sanctæ conversationis, consolator afflictorum, solatium pauperum.

Jacobus du Breul Monachus Benedictinus Congregationis S. Mauri in lucem dat opera omnia S. Isidori.

Annus Christi 1602.

Moritur Norimbergæ vir notæ fortitudinis bellicæ, Dux Mercurius, cum hoc eodem anno in Ungaria oppidum Adon expugnasset. Item Joachimus Fridericus Dux Lignicensis & Brigenfis obiit.

Copiæ Hispanicæ assultum molientes in Ostendam, coguntur pedem referre, numerantur octingenti partim extincti, partim saucii.

Mauritius Princeps Nassovius Graviam obsidet, & deditione capit.

Robertus Bellarminus Soc. Jesu, S. R. E. Cardinalis, Capuanus Archiepiscopus consecratur.

In Aethiopia multum promotum est res Catholica à P. Pæzio Soc. Jesu.

In Transylvania Georgius Basta Cæsaris supremus Dux rem feliciter gerit contra rebelles. Bistricium expugnat, locaque alia, hostilem insuper exercitum funditis delet.

Alba Regalis Præsidiorum Christianorum ignavia iterum amittitur.

Buda à Christiano exercitu frustra tentatur, expugnatur tamen Pæsum Budæ oppositum.

Carolus Gontaldus, Dux Brionius, Pat. & Marechallus Franciæ, publicâ morte inter manus carnificis perduellionem luit.

Angliæ Regina Hispanos Kintaliae obsidionem impedire volentes, prælio vincit.

Ex annonæ caritate & fame, in Livonia, non solum brutorum cadavera, sed seipso devorârunt incolæ.

Neapoli Pseudo-Rex, qui fide se Sebastianum Portugalliae Regem vocabat, ad turemes condemnatus, & in Lusitaniam missus, ibidem ex patibulo suspenditur.

Brunsvicenses Ducis sui regionem rapinis & flammis vastant.

Eisenstadium Pannoniæ inferioris oppidum, totum in favillas abit.

Nata est Catharina Joannis Sigismundi Electoris Brandenburgici filia; uxor postea Bethlemi Gaboris Transylvaniæ Principis.

Christianus II. Saxoniæ Elector, cum Hedvige Daniæ Regis filia Dresdæ nuptias celebrat.

Moritur Catharina; Joachimi Friderici Electoris Brandenburgici prima uxor. Item Renata conjux Guilielmi V. Bavariæ Ducis, Francisci Lotharingi & Christianæ Danz filia.

Diem obiit Hedvige Julii Ducis Brunsvicensis conjux, Joachimi II. Electoris Brandenburgici filia; item in urbe Moscovia Joannes Regis Daniæ frater.

Poloni Weistensteinium fortalitudinem deditione capiunt.

Sabaudiae Dux Genevam astu capere, frustra & cum notabili suorum jacturâ, tentat.

Cum Batavus miles vastato Luxemburgensi Ducatu, per Juliam ad suos rediret, inter alia sacrilegia, etiam templum Mundæ vici barbaro furore diripuit; Imagines altaribus impositas deiecit, sacris se Sacerdotum vestibus induit, funebribus consueto campanarum sono signum dedit, & statuis in Sanctorum ludibrium, funebri circumlatis, eas medio in templo (vestigiis etiam remanentibus) flammis absumpsit, quas inter statua S. Irmundi, ejusque tumba, in qua quiescebat.

P. Franciscus Pagius Soc. Jesu, Londini in Anglia pro fide Catholica suspensus & sectus est: idem Martyrium Corkæ in Hibernia obiit Dominico Colino ejusdem Societatis Jesu alumno.

P. Franciscus Fernandez Soc. Jesu, Chetgani in Regno Bengalæ à Mahometanis, odio Christi fidei trucidatur.

Romæ

Romæ circa hunc annum cum sanctitatis opinione decedit Maria Magdalena de Ursino, Sanctimonialis Ordinis S. Dominici.

Obiit Claudius d' Angennes Episcopus Cenomanensis. Item Rainaldus de Beaune Archiepiscopus Senonensis, anno ætatis 70. Vivere similiter desinit Joannes Jacobus Boissardus natione Burgundus, insignis Antiquarius: edidit recentioris Romæ topographiam. Tractatum de funeribus & sepeliendi modis apud antiquos usitatis. Bibliothecam chalcographicam illustrium virtute atque eruditione in tota Europa virorum in 4. partes distinctam. Tractatum de divinatione & magicis præstigiis.

Franciscus Buisseret sive Buisseter fit Episcopus Namurcensis.

Henrico Julio Duci Brunsvicensi natus est filius Rudolphus.

Christianus II. Princeps Elector, & Joannes Georgius Saxoniae Dux, pulvere bellico ignem concipiente, in Albi fluvio vitæ periculum incurrunt.

Turcæ Albam Regalem occupant.

Cum hoc anno Monfemanis in oppido distante ab urbe Pistoria quinque passuum millibus, fons limpidissimus de repente visitantibus Ecclesiam Beatissimæ Virginis ideò de Fonte novo appellatam, apparuisset, suspicati sunt sagaciores, fontem hunc, quia non sine portento erupit, ab Imagine Virginis accepisse vires medicas: etenim quotquot hæc suspitione pulsati, tentârunt cum fide laticis potum, bono suo didicere exisse à Maria virtutem, quam in aqua mirati sunt. Gumpenberg. in Atlante Marian.

Summo Regis totiusque Galliarum Regni luctu mortalibus valedicit dignissima immortalitate Renata senior, è Ducibus Lotharingiæ, Guisæ Ducissa, Abbatissa Benedictina Monasterii S. Petri Rhemis, ante mortem Angelicâ Musicâ recreata. Succedit ei in regimine Renata junior, ejus neptis, vitæ sanctimoniali non inferior.

Hispanias illustrat doctrinæ fulgore R. P. Raphaël Sarmientus Monachus Hortensis ex familia sacra Cisterciensis: eâ dicendi gratiâ & copiâ locuples, ut si eum cæteris conferre velles (ait Henriquez) parem vix aliquem invenire, majorem neminem posses.

Floret Placidus de Toñantes, ex Monacho celeberrimi Archisterii S. Amiliani in Hispania Ord. D. Bened. primò Guadixensis, deinde Zamorensis Episcopus, immaculatæ Conceptionis Deiparæ assertor disertissimus.

Annus Christi 1603.

Moritur Elisabetha Angliæ Regina, anno ætatis 70. Regni 45. Angli Catholici subsidium petunt à Rege Hispaniæ.

Driesa Marchiæ novæ oppidum conditur. Fridericus Spinola Regis Hispaniæ Archithalassus, in conflictu navali multis vulneribus saucius occumbit.

Livoniam dira lues infestat.

In Hispania moritur Maria, Caroli V. filia, Philippi II. Regis Hispaniæ soror, Maximiliani II. Imperatoris conjux, anno ætatis septuagesimo quinto.

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Præfata Angliæ Regiæ Elisabethæ de-mortuæ, succedit Rex Jacobus, Scotiæ ejus nominis sextus, Angliæ primus, parentis Catholici, & matris etiam Martyris (Mariæ Stuartæ) filius hæreticus.

Peste Constantinopoli extinguitur Mahometes Turcarum Imperator, cum paulò antè suspitione insidiarum uxorem aquis, filium majorem laqueo suffocasset; succedit in Imperio Achmetes filius.

In Ungaria exercitus Cæsaris Duce Colontio Turcas prælio profligat, & Hatvvanum recipit; Bosniæ Regnum tamen Turcis in prædam cedit.

In Transylvania Rebelleum caput, Moyses, natione Ziculus, à Basta & Radulio Wallachiæ Waivvoda rursus superatur, & cum præcipua Transylvaniæ Nobilitate occiditur.

Clemens VIII. Joannem à S. Facundo Beatorum albo adscribit.

Genevenses in Sabaudia Ducis ditiones excursionem faciunt, rapinis & incendiis grassantur.

Hispani Wachtendonckam arcem proditione capiunt, sed brevi à Batavis inde pelluntur, qui & Hochstratam deditione occupant.

Princeps Elector Saxoniae sub venatione proditoriam sclopeti explosionem vix evadit. Canischa unâ cum arce ferè tota conflagrat.

Dux Moscoviæ Torpatum expugnat. Electori Brandenburgico Joanni Sigismundo, filius Joachimus Sigismundus natus est.

Moritur Joannes Adamus Archiepiscopus & Elector Moguntinus.

Emmanuel Neri Italus Soc. Jesu, odio fidei Catholicæ ab Arianis trucidatur Claudio-poli in Transylvania.

Joannes Jacobus Baro de Lamberg Gurgensis Episcopus consecratur.

Moritur Gregorius de Valentia Soc. Jesu Theologus eminentissimus Neapoli.

Decedit cum sanctitatis opinione in Transylvania Joannes Tudertinus ex Ordine Minorum S. Francisci.

Claret Abulæ in Monasterio S. Annæ, insigni vitæ sanctimoniali Venerabilis Elisabetha.

Batavica classis urbem Amboinam in India Hispanis eripit.

Scipio Ammiratus Canonicus Florentiæ, Historiographus insignis, vitam exiit; scripsit Historiam Florentinam De Nobilibus stemmatibus Neapolitanis volumina duo: de Florentinis volumen unum. Discursum super Tacitum. Poëmata & alia.

Moritur sine prole mascula Georgius Fridericus Marchio Brandenburgicus Onoldinus, cui in regimine succedit Joachimus Ernestus filius natu minor Joannis Georgii Electoris Brandenburgici. Vivendi quoque finem facit Sylvius Antoniano patriâ Romanus, S. R. E. Cardinalis: scripsit de Christiana puerorum educatione. Dissertationem de obscuritate solis in morte Christi. De Successione Apostolica De stylo Ecclesiastico, sive de conscribenda Ecclesiastica

M m m m 2

historia.

historiâ. De Primatu S. Petri. Lucubrationes in Rhetoricam Aristotelis, & in orationes Ciceronis.

Moritur Sigismundus Augustus Dux Megapolitanus. Item Andreas Cæsalpinus Aretinus Clementis Papæ Octavi Archiater. Scripsit Quæstionum Peripateticarum lib. 5. Catoptron sive speculum artis Medicæ Hippocraticum. De plantis libros 16. De metallis lib. 3. Quæstionum Medicarum lib. 2. Dæmonum investigationem peripateticam &c.

Natus est Carolus III. aliis IV. Dux Lotharingæ, filius Francisci Comitis Vaudemontii, vir bellicosus, sed ob animi inconstantiam infelix.

Vivere desit Barnimus Dux Pomerano-Stetinensis.

Uscoki Turcarum ditones hostiliter invadunt, nec Christianis incolis parcentes.

Rex Galliarum ipse, cum Regina ad Metensem venit urbem, civium seditionem, cui Sabolensis Castellum Gubernator inconsideratè ansam dederat, suppressurus.

Cæsaris Præfidiarii latè in terras hostium Ottomanicorum excursiones faciunt, Possesgam cum locis aliis trecentis comburunt.

Exspirat Joannes Adamus Archiepiscopus Moguntinus, ex familia de Bicken.

E terris ad cælos migrat Ven. Bernardus Frideccensis Ord. Bened. in Polonia Presbyter, vir insignis vitæ austeritatis, & Concionator celeberrimus, sub agonem supremum S. Martini Turonensis exemplo, comparere ausum malignum genium, generosè increpans, & se se Fratrum commendans precibus, acceptâ à Priore Monasterii generali absolutione, placidè os componens, & claudens lumina, quietissimè obdormivit in Domino. E cujus tumulo odor cælestis fragrantissimus continuè exspirat, & ipse Beatus, Fratris loci illius, crebrius singulari claritate circumamictus, in somnis videndum se præbuit. Sed & litteræ à vivente scriptæ, ægrotantibus duobus applicitæ, valetudinem optatam quamprimùm restituere. Ex vita per Andr. Fredecensem & Mathiam Ubiszavvskium.

E corporis mortaliseragastulo liberè ad vitam immortalem capeffendam evolat anima R. F. Joannis Baptistæ Monachi Fulienfis. Erat genere nobilis, ex Romandiola oriundus, cujus humilitas, patientia in infirmitatibus corporis & variis eventibus & adversis, sui contemptus, obedientiaque exactissima, admirationi omnibus fuit. In nocte obitus sui visionem aliquam è cælo habuisse, haud obscure significavit, & locus ipse Monasterii, in quo vir sanctus supremùm decubuit & obiit, insolito & prodigioso fulgore longè latèque resplenduit, Philipp. Seguin. Carolus à S. Maria.

Claret in Italia eruditionis & virtutis exquisitoris famâ Victorinus de Averfa, ex Monacho Benedictino Cavensi tandem Abbas Casinensis, demum Ariani Episcopus. Reliquit plura præclari ingenii monumenta, eaque inter librum doctissimum, quem Harmoniam Theologicam inscripsit. Praxim judiciariam in causis Religiosorum. Libros aliquot de vanitate mundi, & alia diversa.

Hispanias pari eruditionis laude illustrant

Didacus Sanchez Monachus Carracetensis, & Gabriel Castellanos, Ordinis Cisterciensis hoc sæculo & anno fulgentia sidera.

Fulget orbi Laurentius Nieto, re in Monte Serrato egregiè administratâ, à Philippo III. Episcopus Alensis renunciatus.

Annus Christi 1604.

Moritur Catharina, Ducissa Bituricensis, Galliarum Regis soror.

Adamus Markovskius nobilis Polonus, à Glacensibus hæreticis in Bohemia, ob Catholicam religionem necatur crudeliter.

P. Thomas Dabishier è Soc. Jesu Anglus, post labores, ærumnas, carceres Anglicanos, in constanti animarum procuracione è vivis sublatus est Mussiponti.

Mauritius Princeps Nassovius actu Trajectum ad Mosam interciperet tentat, sed spe suâ frustratur, insidias animadvertentibus urbis Præfecto ac præfidiariis: capittamen deditione Isendicum & Slusam.

Seditiosi qui Graviæ hibernabant, quietis impatientes, aut victum sibi excursionibus ac depopulationibus paraturi, acceptis à Mauritio in societatem facinorum sclopetariis mille, equitum tredecim turmis, Brabantiam longè latèque percurfant, è vicis, pagis, villis pecuniam extorquentes, agentes prædas, rapinis, incendiis, vastitatibus regionem omnem infestantes.

Velasco cum Mauritanis numero multum superioribus pugnans vincitur: cæsis ex suis ferè 400. captis 300. quos inter Centuriones aliquot.

Ostenda post triennem obsidionem Hispanis cedit.

Moritur Joannes Zamoiscus Regni Poloniae Cancellarius, & copiarum Generalis Præfectus, propter doctrinam, prudentiam, felicitatem, & rerum pro Ecclesia reque publicâ non tantum Polonâ, verum & Christianâ, contra Moscos, Turcas, Livones, Tartaros, Dacos aliosque hostes fortiter gestarum magnitudinem, Magni nomen in universo orbe consecutus.

Albertus Archi-Dux Austriae pacem init cum Rege Angliæ: cum eodem fœdus sancit Philippus Rex Hispaniæ. Summa fœderis, ut libera genti utrique commercia, & Anglus Hollandos non juvaret.

Pestum in Ungaria à Christianis ante biennium captum, in Turcarum redit potestatem, ignavo Præfecto aufugiente & locum flammis concedente.

Rex Perfarum Babylonem & Ægyptum invadit, Turcas fundit, & Taurim Perlatum olim Regiam recipit.

Carolo Sueco ejusque hæredibus masculis, abdicato Sigismundi nepote, publico Ordinum Sueciæ decreto, Regnum confirmatur.

Ordo Sanctimonialium à Beata Virgine Annunciata instituitur Genuæ, fundatrice Mariâ Victoriâ Fornerâ.

Multi belli Officiales & Nobiles in Transylvania, ob rebellionis crimen vitâ exuuntur.

Joannes

Annus Christi 1605.

Moritur Glemens VIII. Papa, ex familia Oriundus Aldobrandinâ: succedit Leo XI. Mediceus, & post paucos dies huic mortuo Paulus V.

Fato mortis concedit Sbignæus Archiepiscopus Pragensis, succedit Carolus Lambergius.

Obit P. Ludovicus de Guzman Soc. Jesu, illustri ortu Hispanus, aviculæ à milvo raptæ aspectu ad Deum conversus: miris peccatorum conversionibus, & dono discernendi spiritus cordiumque arcana, singulariter à Deo præditus.

Mauritius Antverpiæ obsidionem frustra tentat: Marchio Spinola Saffiam arcem omni ope contra eum tuetur.

Archidux Albertus Bergam ad Zomam actu interciperet tentat, sed frustraneo conatu; idem contigit de Gravia.

Urbem Geldriam frustra quoque interciperet conatur Mauritius.

Wachtendoncham deditione capit Spinola Marchio, nec non Cracovi oppido & arce potitur.

Stupenda contigit eclipsis.

Ob non soluta stipendia Ungari Baste detrectant Imperia, Moraviam vicinasque Provincias devastant.

Stephanus Botchkaius Zvvinglianae hæresi addictus, Turcarum ope Transylvaniæ partem occupat, & Catholicos dirè persequitur.

Carolus Sueciæ Regem Poloni magnâ exercitûs sui clade afficiunt.

In Anglia cuniculus subter locum Comitiorum ductus, & nitrato pulvere stratus, Regi, cunctisque Regni Proceribus, certum vitæ periculum minabatur; insidiis revelatis, in Catholicos tanquam falso sceleris reos sævities exercetur.

In India Orientali Rex Serraleonæ, ejusque duo fratres ac quatuor liberi, baptizantur à Patre Balthasare Barreira è Soc. Jesu.

In principio infelix hic annus fuit Cæsareanis in Ungaria & Transylvania, cujus potissimam partem rebelles occuparunt, quibus etiam Filleckum cessit. Mense autem Julio Ungari incolæ Schutiæ Insulæ, in Cæsaris gratiam redeuntes, rebellium adventantem turmam funditus delent.

Mauritius Hassiæ Landgravius Calvinismum Marpurgi invehit, ob quam mutationem ingens in populo tumultus oritur, sed mox restinguitur.

Suecorum Rex Carolus Rigensem urbem frustra, & cum 8000. suorum militum jactura obsidet; occubuit hic inter præcipuos Fridericus IV. Dux Brunsvico-Lunenburgicus, Ottonis XV. filius.

Strigonium Turcis deditione cedit.

Cives Donavverdani post recepta Novatorum dogmata, Abbatem S. Crucis explicatis sacris signis cum supplicantium cœtu pro more solemniter procedentem II. Cal. Maji, bidentibus, hastilibus, telis, strictoque ferro armati, cum toto suorum agmine foro exturbant, tria labara discerpunt, Crucis Imaginem confringunt. Hinc turbatæ pacis ab Augustano præsertim Ant-

M m m m 3

titite

tistite accusati, cum vicinorum sectariorum hor-
tatu Cæsaris monita iustaque negligenter, per
Feciale Banno Imperii subijciuntur, hostesque
Imperii declarantur. Executio Maximiliano Ba-
variae Duci imperata. Qui nihil cunctatus in re-
belles movit, & ad primum exercitus conspe-
ctum perterritos ad veniam petendam adegit.
Quam interpellante Maximiliano Cæsar sumpto
de paucis supplicio anno 1609. indulgit: urbi
præsidium à Bavaro impositum, cui cives dein-
ceps jussu Cæsaris parvère.

Decedit cum sanctitatis opinione Paula
Virgo, Tertiaria Ordinis Carmelitarum. Item
in Sicilia Bartholomæus à Motalano instituti
Franciscani Professor.

Moritur Franciscus Mendoza Soc. Jesu,
excellens Sacrae Scripturae interpret.

Bublicium Pomeraniae oppidulum totum
in favillas abit.

Alagonius Gallus, aliàs Joannes de Merar-
gues dictus, ex Provincia oriundus, agens de
Massilia Hispanis tradendâ, ut proditor Parisiis
capite publicè plectitur, & truncum corpus in
quatuor partes secatur, præciso capite Massiliam
transmisso, ubi ad spectaculum appensum fuit.

Moritur Ulysses Aldrovandus Italus, Me-
dicus & Philosophus celebris, agnitioni rerum
naturalium, animalium, plantarum, metallorum,
mineralium, summo studio & expensis usque ad
inopiam ferè incubuit, de quibus 13. Tomos
conscriptit, aliâque plura. Eodem anno vitam
exiit Franciscus Arias Soc. Jesu Sacerdos, Hispa-
nus ex Hispali urbe, scriptis editis celebris.

Vivorum numero subripitur Willelmus
Barclajus, Aberdoniensis ex Scotia, Juris Consul-
tus celebris. Scripsit inter alia præmetia super vi-
tam Agricolæ. Commentarium super tit. ff. de
rebus creditis & de jure jurando. De potestate
Papæ, an & quatenus in Reges & Principes sæ-
culares jus & Imperium habeat. Item de Regno
& Regali potestate, adversus Buchananum,
Brutum, Boucherium &c.

Panormi in Sicilia, quædam nobilis mulier
à dæmone tentata, proprium filium occidit, divi-
sumque in duas partes, unam igni assavit, ut eam
comederet; vir ejus, ut tantum facinus cognovit,
impugnato ense eam occidere tentavit; tunc mu-
lier culpam cognoscens, & scelus deplorans, D.
Franciscum Seraphicum invocavit, qui subito ap-
parens, dissectas pueri carnes in unum compo-
suit, vitamque ei restituit. Chron. Minor.

Decedit Casimirus Dux Pomeraniae, filius
Philippi. Similiter Boris Gudenovv Magnus
Moscoviae Dux, cui quidem in Imperio Fedor Bo-
rissovvz filius ejus succedit, qui tamen eodem
hoc anno strangulatur, succedente Pseudo-De-
metrio.

Henricus Julius Dux Brunsvicensis Brun-
svicum obsidet, ob pluviarum autem copiam ob-
sersionem solvere cogitur.

Rosvurmus Imperatoris Mareschallus
campi, ob necem Comiti Belgiojofæ illatam, Pra-
gæ decollatur.

Ad manes abit Martinus Grimanus Vene-
torum Dux.

Dorothea Hedvvgis Ducissa Guelpherby-
tiana Rudolpho Duci Anhaltino desponsatur.

Apostolicis laboribus & illustribus ingenii

sui monumentis orbem demeretur Laurentius de
Zamora Ordinis Cisterciensis Professor. Scripsit
De perfectionibus & attributis Divinis, & in-
effabili mysterio SSS. Trinitatis lib. 3.

De cognitione propria, de casu hominis &
miseriis naturæ humanæ, deque effectibus
peccati lib. 4.

De prærogativis & laudibus Virginis Mariæ
l. 10.

De viris illustribus Sanctæ Christi Ecclesiæ to-
mis 3. lib. 8.

De armis offensivis & defensivis Ecclesiæ
lib. 2.

De fuga Beatissimæ Mariæ Virginis in Agy-
ptum. lib. 1

Sermonum in Quadragesima habitorum tom. 1.
In Cantica Cantorum dum scriberet, mors
ipsi calamum abstergit.

Extinguitur magnum Ordinis sacri Cisterci-
ensis lumen Edmundus à Cruce, Abbas Cister-
cii, vir meritis & ingenio verè magnus.

Occidit quoque sidus Ecclesiæ præfulgi-
dum Placidus cognomento Fabius, ex Congre-
gationis Olivetanæ Generali, Castri Episcopus.

Vivis eripitur P. G. Athanasius de Lobera
Ord. Cisterciensis, Theologus & Historicus cele-
berrimus. Scripsit sequentes Tractatus:

Vitas SS. Froilani Legionensis, & Attilani
Zamorenis Episcoporum lib. 1.

Antiquitatum urbis Legionensis lib. 1.

Epistolam Historicam ad Regem Hispaniæ
Philippum II. in fol.

Chronologiam Regum Hispaniarum,
Chronicon magnum Regni Gallaciæ.

Numerum cœlitum auget Beatae memoriæ
Malachias Jacensis Episcopus, instituti Cister-
ciensis, exemplar & speculum Episcoporum.

Annus Christi 1606.

Moritur Arnoldus Comes Bentheimius.
Ignatius Loyola Soc. Jesu fundator,
Beatorum catalogo à Summo Pontifice inseritur.
Obit P. Jacobus de Guzman, Soc. Jesu, è
Regum Hispaniæ sanguine satus, qui vitam
omnem in Christianæ doctrinæ explicatione, &
rudium instructione traduxit.

Item Franciscus Moreno ejusdem Soc. Jesu
coadjutor, vitæ sanctimoniæ & gratiæ cœlesti-
bus illustris, animabus ad Deum trahendis, &
pueritiæ sanctè educandæ cœlitus datus, atroci-
bus ideò infestationibus & præstigiis à dæmone
vexatus.

Hispani Brefortii oppidum astu occupant
& expilant: advenientibus verò auxiliariis
Batavorum copiis, eodem rursus cedere cogun-
tur. Idem Slufam noctu interciperet gratis
tentant. Lochemium deditione capiunt: item
Grollam, Rhenobergam.

Continuatis quotidie imbribus in eam Tibe-
ris altitudinem excrevit, ut supergressus ripas, in
vias urbis ac fora se superfunderet. Cùmque im-
petu rapidissimo irrumperet, ad 5000. passus ob-
via quæque corripuit, ac pessum dedit; ut quæ in-
tulit damna, non nisi decies centenis aureorum
millibus. In Belgio verò, Germaniâ, Galliâ, An-
gliâ, ineunte vere, horribilis turbo excitatus,
innumeras penè arbores extirpavit, plurimas
turre, aliasque cujusvis generis ædes evercit,
arque

atque in oris maritimis ingentem navium ac
nautarum stragem dedit.

Venona frustra tentatur à fœderatis. Ab
iisdem autem deditione capitur Lochemium,
paulò antè ab Hispanis occupatum.

Mauritius Princeps Nallovius Grollæ ob-
sersionem solvit, in auxilium illi veniente Spi-
nolâ Marchione.

Arx Linganâ, incenso receptaculo pul-
veristormentarii, funditus diruitur.

Inter fœderatos & Hispanos duodecim
annorum induciæ cum certis conditionibus san-
ciuntur.

In Italia civile exoritur bellum inter Pon-
tificem & Venetos, quod tamen brevi à se-
questro pacis Rege Christianissimo sopitur.

In Moscovia Dux Demetrius à furenti-
bus Russis in frustra concisus; causam futuri
dedisse ferunt, quòd in officiis populares
præteriret, exteròs foveret, nec à Romana
fide abhorreret. Succedit in Moscovitico thro-
no Basilius Zaski.

In Polonia Rex Sigismundus perduelles
hæterodoxos compescit; armisque sibi Regnum
firmat.

Sanciantur vicennales induciæ cum Tur-
cis, Botshkaio, & liberis ejus masculis con-
ceditur jure hæreditario Transylvania.

P. Eduardus Oldcornus Soc. Jesu, post
atroces torturas, & in equuleo distensiones,
odio Religionis Catholicæ suspenditur & dis-
secatur Vigornæ in Angliâ. Simile Marty-
rium Londini subiit P. Henricus Garnettus ex
eadem Societate.

Vincentius Alvarus Societatis Jesu ob-
turbatitè pro fide à Mahometanis in India.

Franciscus Martinez ex eadem Societate,
odio Religionis ab apostata falsò delatus, ad
mortem usque fustibus contunditur.

Paulus V. Papa, gravi cum Venetis con-
troverfiâ exortâ, eosdem interdicto supponit;
illâ tamen altero post anno compositâ, & subla-
to interdicto, Religiosi quoque Ordines, qui
prius excefferant, fuere revocati.

Henricus Julius Dux Brunsvicensis,
Brunsvicum obsidet.

Londini quidam de concepta in Regem
conspiratione rei extremo afficiuntur supplicio.
Idem factum Posonii de iis qui Strigonium Tur-
cis tradiderant.

Botshkaio Turcarum opè nixus varia Hun-
gariæ loca munita expugnat.

Moritur Angelus Cæsius, Episcopus Tu-
dertinus.

Ducis Brunsvicensis copie militares Rid-
dagshusanum antiquissimum Monasterium cum
pagis adjacentibus, Vulcano dicant.

Cracoviæ Studiosi Luthetanorum Ecclesias
demoliuntur.

Duces Saxo Lavenburgici, mediante Au-
gusto Duce Brunsvicensi ad pacem redeunt.

Galliarum Rex cum Regina conjuge in
Sequana fluvio mortis periculum incurrit, ille
enatando vitam redemit, Reginam Dominus
Cathagneratus capillis apprehensam ægrè sal-
vavit; pretium redemptionis gemma fuit 40000.
Ducatorum pretium exæquans.

Moritur Christophorus II. Dux Brunsvico-

Haarburgicus. Item Abulæ in Hispania pia
Virgo Maria de Christo Ord. Cisterc. vitæ verè
Angelicæ, humilitatis, paupertatis & mortifica-
tionis admirandis exemplis celeberrima.

Decedit Ven. P. Petrus à S. Bernardo Con-
gregationis Fulienfis sub Regulâ S. Bened. Gene-
ralis, vir alti & s. blimis spiritus, verus humana-
rum & secretissimum cogitationum inspector,
cujus singulæ actiones, aspectus, verba & totus
homo exterior, interni decoris indicium, nihil
non sanctum & supernaturale spirabant. Hen-
riquez.

Mortalitatem exiit Henricus Julius, Dux
Henrici Julii Brunsvicensis filius; in puerperio
obit Sibylla Elisabetha nata Ducissa Wirtenber-
gica, uxor prima Joannis Georgii Ducis Saxoniz.

Daniæ Rex Londini appellens, arcanattractat
ad 21. usque mensis Julii cum Angliæ Rege.

Perfarum Rex correspondens cum Bassis
Aleppi & Damasci, loca plura Turcis eripit.

Nascitur Agnes Joannis Sigismundi Ele-
ctoris Brandenburgici filia.

Denascitur Joannes senior, Comes Nas-
sovio-Dilleburgicus.

Bartholomæus Farratinus Episcopus Amē-
rinus, fit Cardinalis, & die 60. post sumptam
purpuram moritur.

Vitæ finem facit Justus Lipsius, elegantia
ingenii, & eruditione variâ scriptisque celebris.

Valerius Episcopus Veronensis & S. R. E.
Cardinalis vitâ fugitur. Item Thomas Lom-
bardus, Monachus Ordinis Cisterciensis, zelo
propagandæ fidei ferventissimus, in Hiberniâ
Missionarius Apostolicus; nec non B. memoriæ
Malachias, ex Monacho Hortensi sub regula S.
Benedicti Episcopus Jacensis in Hispania.

Claret Ven. Bernardus Catalanus, Eques de
Calatrava, insignis Mariophilus; dum jam ultia
mum ageret spiritum; BB. Benedictum & Ber-
nardum sibi adstantes, unum à dextris, alterum
à sinistris, ejus manus suaviter sustentantes, ei-
que animum addentes conspexit; quibus ducen-
tibus corpore solutus migravit ad patriam.

In Hiberniâ Eugénus Ogallahutte Abbas
Asseroënsis, admirandæ virtutis & puritatis vir,
cùm in confessione fidei Catholicæ immobilis
perseveraret, capite plectitur.

In Hiberniâ Ven. Bernardus Trejur Mona-
chus Cisterciensis ab hæreticis captus, cùm fi-
dem Catholicam palam confiteretur, capite ple-
ctitur.

Belli induciæ inter Rudolphum II. & Tur-
cas ineuntur.

Vitam exiit Bogislaus XIII. Dux Pome-
rniæ, anno ætatis sexagesimo secundo.

Helvetii cum Gallis fœdus renovant.

Wilhelmus Walchæus post tredecim anno-
rum captivitatem, ob fidei Catholicæ promulga-
tionem, vitam finit, S. P. Benedicti dignus filius.

Annus Christi 1607.

Moritur insigne sæculi hujus decus Cæsar
Baronius S. R. E. Cardinalis. Item S.
Maria Magdalena de Pazzis Ord. S. Mariæ de
Monte Carmelo Florentiæ.

In Transylvania infans in utero materno
ploratus edere, ac Væ, Væ, Væ ingeminare
auditur. Fintel. de mirand.

Dira lues per multas Germaniæ urbes sævit. Paulus Pontifex Summus, audito felici progressu Ecclesiæ in India Orientali, in urbe Cranganore sedem Archiepiscopalem instituit.

Sigismundus Poloniæ Rex rebelles & sectarios in se exurgentes, iteratis vicibus ingenti elade afficit; interim frater ejus Carolus in Sueciæ Regem coronatur.

Ut de pace in Belgio inter Archiducem & Batavos tractari possit, cogitur ille Statibus concedere, se cum illis ita acturum, ut cum Republica libera, eaque conditione fiunt mense Aprili induciæ octo mensium, in quibus de pace ageretur.

Moritur Botshkaius in Transylvania, sine hærede masculo, non sine suspitione veneni, in obitu Transylvanos & Ungaros ad obsequium hortatus Imperatoris: quare Ungari mox coronam Hungaricam Rudolpho restitunt. Sed electus in Botshkai locum absque assensu Cæsaris Sigismundus Ragozius, hæreticus Calvinianus, omnia rursus invertit.

Hieronymus Xaverius Ord. S. Dominici Generalis, ob singularem doctrinam & prudentiam, sacro Purpuratorum Patrum Collegio adscribitur.

Joannes Pistorius Chronicon Episcopatus Constantiensis ad hunc usque annum deduxit.

Joanna de Guilhem, Ordinis Eremitarum S. Augustini in Regno Valentia, clara miraculis, vitam finit.

Carolus Philippi III. Hispaniarum Regis filius nascitur.

Moritur Jacobus Menochius, præstantissimus legum interpret.

Legati Magni Moscoviæ Ducis conquærantur apud Poloniæ Regem, Sendomiriensis Palatini machinationibus Demetrium mediantibus filia nuptiis Moscoviæ obtrusum, insolitum Religionis exercitium introducere voluisse, multasque exinde ditiones substractas, quarum restitutionem repetebant.

Nobilitas Polonica multum cum Rege disfidet.

Filleckum, Novigradum, Serschinum, cum aliis pluribus Ungariæ fortalitiis, Imperatori Christianorum restituntur.

Dissidentibus Papæ & Venetis, utriusque arma parantur, quibus tamen pax prævaluit.

Versatus Bassa Turcicus, contra Persarum Regem & Asia rebelles à Turcarum Imperatore missus, post 18000. suorum jacturam, Persarum partes amplectitur, postquam illos laqueo addidisset, qui ad eum strangulandum fuerant deputati. Persæ proinde aucti transfugarum copiis, omnes ferè trans mare Provincias Turcicas occupant.

Galliarum Rex filio secundo, Duce Aurelianensi augetur.

Batavi de classe Hispanica insignem reportant victoriam.

Joannes Georgius Saxonix Dux, postea Elector, Magdalenam Sybillam Marchionis Alberti Friderici filiam sibi desponsari curat, nuptiasque celebrat Torgaviz.

Contagio Dresdam invadit locaque alia, unde aula Electoris Torgaviam & Atinæbergam transfertur.

Sueci Reiffensteinium Livoniæ propugnaculum recuperant.

Academia Giesæ initium sumit.

Moritur Elisabetha Joannis Georgii Electoris Brandeburgici conjux tertia.

Abdala Princeps Mahometanus, bellicæ gloriæ & consiliorum maturitate celebris, post initum cum Philippo III. Hispaniarum Rege factus, machinatione Santonii cujusdam seu Monachi Mahometani per sicarium trucidatur.

Moritur Anna, Ducissa Nemossii, Herculis II. Ferratiæ Ducis filia.

Clara Maria Bogislai XIII. Ducis Pomeraniæ filia, Sigismundi Augusti Ducis Megapolitani vidua, ad secundum matrimonium transit cum Augusto Duce Brunsvicensi.

Obiit Cæsar de Bus institutor Congregationis de doctrina Christiana.

Episcopus Argentoratensis quoque è Ducum Lotharingæ familia vitam deponit.

Inter Ordinis Benedictini sidera mirè exsplendescit Illustrissimus & Reverendissimus P. Prudentius de Sandoval Monachus S. Mariæ de Najara, & Abbas S. Isidori, Chronographus Regius, primùm ad sublimem Tudenis Episcopatus Cathedram, inde ad Pampilonensem promotus Episcopatum. Scripsit duobus tomis res gestas Caroli V. Imperatoris, sed & diversis duobus libris historiam Tudenis & Pampilonensis Ecclesiarum, multaque alia. Nec minore laude excellunt PP. Franciscus Ximenez Monachus Vallisoletanus. Franciscus de Canseco Abbas. F. Dionysius à S. Bernardo, qui die quadam, cum in oratione coram Deo spiritum totis viribus effunderet, audivit vocem, dicentem sibi: *Dionysi frater, dispone conscientia tua, morieris enim brevi: dimissa tibi sunt peccata.*

In Italia celeberrimus habetur Illustrissimus & Reverendissimus Dominus Victorinus, ex Abbate Casinensi Stabienis, postea Arianensis Pontifex, Summi Pontificis Episcopus Assisens.

Moritur vir eruditione & vitæ integritate illustrissimus Bernardus Gutierrez, Hortensis in Hispania Monachus.

Hispanias illustrat Prudentius de Sandoval, Cœnobii S. Mariæ de Najara alumnus, & Abbas S. Isidori, Chronographus Regius, quem Nobilitas generis, & scientiarum claritudo Philippo Regi III. percharum gratumque fecit; ejus primum ad sublime Tudenis Episcopatus evectus est culmen, inde ad Pampilonensem, egregius undique & ubique Pontifex, copiosis etiam ingenii monumentis eximius.

Victorinus Montis Casini Monachus, postea Episcopus Stabienis, demùm Arisensis floret.

Victorinus Montis Casini Monachus, postea Episcopus Stabienis, demùm Arisensis floret.

Victorinus Montis Casini Monachus, postea Episcopus Stabienis, demùm Arisensis floret.

Annus Christi 1608.

A Poplexiâ moritur Fridericus Dux Wittenbergicus.

Obit Franciscus Maria Taurusus Sacre Romanæ Ecclesiæ Cardinalis. Item Salsæ Ven. P. Joannes Sebastianus del Campo Sæd. Jeta

Jesu Sardus, qui à dæmonibus crudeliter persæpe habitus, eosdem à corporibus & animis peccatorum exigebat, vitæ sanctitate, & magnis in omne genus hominum editis beneficiis conspicuus. Quem secutus 17. Decembris ex eadem Societate P. Paulus Hoffæus, hæreticorum expugnator acerrimus, juvands animabus purgatorii addictissimus.

Rex Congi per Legatos obsequium defert Sedi Apostolicæ.

S. Francisca nobilis Romana vidua, ex Ord. D. Benedicti, Sanctorum catalogo adscribitur.

Papa Ordinem à Vincentio Duce Mantuæ institutum in memoriam sacri sanguinis Christi approbat.

Collisio inter Rudolphum Cæsarem & Mathiam Archiducem fratres Austriacos ab eodem summo Pontifice componitur. Mathiæ cessit cum Austria regnum Ungariæ, dictus præterea successor Regni Bohemiæ, si Rudolphus sine prole masculâ prior vitâ decederet.

Philippus Hispaniarum Rex Philippum Dominicum Victorem, filium natu maximum, nondum tamentrimulû Castellæ Regem renunciat.

Moritur Carolus Dux Lotharingæ, Princeps pietate, virtutibus & annis plenus, ac successorem habet Henricum filium natu maximum.

Carolus Sueciæ Rex Rigæ obsidionem solvere cogitur à Polonis.

Ratisbonæ celebrantur Comitia Imperii successu parum lato.

In Regno Travancoridis in India Orientali cotam Imagine S. Francisci Xaverii arsere lampades 15. aquâ plenæ, non minùs ac aliæ lampades totidem plenæ oleo.

Bambergæ quidam Martinus Gutricus sectæ Lutheri addictus, præmium insigne tulit suæ devotionis erga Deiparam, quam solitus erat quot diebus septem salutationibus Angelicis venerari, ab ipsamet enim in morbo lethali ad ejurandam hæresim invitatus, sumptâ Eucharistiâ à Forneri Suffraganei Bambergensis manibus, in nocte natalitia, sicut prædixerat, piissimè obiit.

Obiit Hieronymus Xaverius S. R. E. Cardinalis, Ordinis S. Dominici Generalis.

P. Thomas Garnettus Soc. Jesu, Londini præfide Catholicâ suscipitur & secatur.

P. Franciscus Pintus Soc. Jesu odio fidei Christianæ à Brasilianis crudeliter occiditur.

Moritur Philippus Menzelius insignis Medicus & Poëta Laureatus, cujus extant 4. Carminum libri.

Obiit in Monasterio Nazareth propè Liram Brabantæ Ven. Maria ejusdem loci Conversa sub instituto Cisterciensium, post cujus obitum ex virgineo cadavere mira odoris suavitas emanavit. Menolog. Henriq.

Claret Abulæ in Hispania Venerabilis Petronilla à Cruce Ord. Cisterciensis virgo, quæ per 20. annos continuos, integras in templo orationi intenta noctes duxit infomnes. Ferreâ catenâ corpus suum strictissimè cinxit, fuit invisâ admodum inferis, à malis genis Dei permittit visibiliter & importunè oppugnata, quos

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

tamen mirâ animi fortitudine contemnens fugabat. Mich. Vasquerus.

Carnis exuvias deponit Venerabilis P. Bernardus Escuderus Ord. Cisterc. in Monasterio Vallis bonæ Professor, vir Angelicæ puritatis, qui nunquam peccatum grave in omni vitâ suâ commisit. Menolog. Henriq.

Henricus IV. Gallia Rex Antipolim Provincia urbem maritimam emit ab Alexandro Grimaldi & Carolo Lotharingo.

Die 25. Maji, quo in Ecclesiâ Abbatiali Favernaci in Burgundia ob Indulgentias plenarias celebris est populi concursus, ob devotionem plebis numerosæ erectum fuit, juxta morem, altare quoddam ligneum ad cancellos chori, cum debitis ornamentis, tabernaculo, cortinis, ut ibidem exponeretur Venerabile Sacramentum loco eminenti. Contigit autem dicta ornamenta igne corripiti, ita ut mappæ, cortinæ, tabernaculum, & altaris mensa omnia sustentans, in cinerem redacta conciderent. Inter has verò flammæ Sacramentum cum Ciborio argenteo in quo expositum erat, populo adorandum, illæsum mansit in aère suspensum, in eadem quâ prius altitudine, nulli rei subnixum, solâ virtute divinâ, & à casu, & ab ignis læsione, illud protegente. Sic mansit triginta trium horarum spatio, populis ad id miraculi confluentibus cum stupore. Die autem Martis, qui fuit tertius Pentecostes, accessit Pastor quidam vicinus cum toto populo suo, Processione celebri ad locum illum indictâ, & ibidem in supremo Altari Missam celebravit. In ea porro sacrificii hora, cereus qui coram miraculoso hoc Sacramento accensus fuerat, tertio extinctus est, nullo vel vento flante, aut aliâ extinctionis causâ apparente. Et in instanti elevationis Hostiæ consecratæ, quam dictus Sacerdos in suo offerebat Sacrificio, altera Hostia, quæ miraculo suspensa hærebat, cum suo Ciborio loco emota est. Cùmque Sacerdos repofuisset in Corporali Hostiam suam post elevationem solitam fieri statim à consecratione, statim & altera suavi motu cum suo vase (nemine manum adhibente) super altero Corporali descendit, quod quidem Corporale infra locum, ubi suspensum Sacramentum in aère hærebat, dispositum apertè fuerat, ut si divinâ dignatione se se demitteret, cum reverentia reciperetur. Marchantius.

Corporis mortalis exuvias deponit Maria, Caroli II. Archiducis Austria & Stiria conjux. Maria Magdalena Caroli ejusdem filia Cosmo II. Magno Hetruriæ Duci nubit. Carolus Archidux Austria creatur Episcopus Wratislaviensis. Dux Mantuanus nuptias celebrat cum filia Ducis Sabaudia. Henrico III. Gallia Regi, filius tertius Dux Andegavensis nascitur. Græcii moritur Maria Caroli Archiducis vidua, Ferdinandi II. Imperatoris Mater, Ferdinandus III. Imperator nascitur. Obiit Joachimus Fridericus Princeps Elector Brandenburgicus.

Turcarum Imperatoris frater susceptis Christianis sacris venit Pragam, & opem contra fratrem regnantem efflagitat.

N n n n

Co

Cosmus II. Magni Hetruriae Ducis filius cum Archiducissa Mariâ Magdalenâ nuptias Graecii celebrat.

Mathias Archidux in Regem Ungariae coronatur.

Fuldæ Conventus Principum Electorum celebratur.

Ordo nostrorum Cælestinorum Sidus fulgidissimum cælo transmittit Patrem Marcousium, cultorem Deiparæ singularem, quæ ei supremum decumbenti adesse & videri dignata, suo insuper alloquio beavit, diem & horam felicissimi transitus dilectissimo clienti suo designavit.

Hoc ipso anno Apostolatam suum in Angliâ laureolâ Martyrii gloriosè coronat Ven. Pater Georgius Gervasius, membrum Congregationis nostræ Anglicanæ.

Moritur hoc eodem anno Alphonfus Delbene, ex Monacho & Abbate Altæ Combæ in Sabaudia Albigenis Episcopus, vir insignis doctrinæ, quam varia ejus scripta exhibent.

Claudit mortales oculos in felicissimam obdormitionem Ven. P. Raphaël Sarmiento Hispanicæ Gentis nostrique Ordinis decus, relictis variis nobilis ingenii monumentis.

Annus Christi 1609.

Nuptiarum gaudia mors turbat Erfordiae, duo enim conclavia dum corruunt, sponfam cum viginti convivis opprimunt, totidem lethaliter sauciis.

Moritur Joannes Wilhelmus, Wilhelmi filius, Dux Juliacensis, anno ætatis 47. suæ lineæ ultimus.

Joannes Godefridus ab Aschhausen Episcopus creatur Bambergensis.

Batavi urbem Bataviam in Insula Java majori condunt.

Romæ mense Augusto excipitur à Paulo V. nova legatio à Rege Persarum Xa Aba, cultum illi & obsequium deferente.

Sectarii per Germaniam, assumpto Correspondentium vocabulo, arctissimo se mutuò obstringunt fœdere contra Catholicos, & unionem ineunt: caput unionis dictus Fridericus hoc nomine IV. Comes Palatinus Rheni & Elector, Calvinio addictus, cui ex heterodoxis adhererunt propè sine numero. Contra hos ex adverso fœdus, quod ligam dixerunt, cudunt Orthodoxi, impulsore potissimum Trevirensium Archiepiscopo Electore, in ejus arce Ehrenbreitsteinensi, multum approbantibus opustam sanctum Pontifice maximo & Rudolpho Cæsare: caput ligæ designatus Dux Bavarie Maximilianus, cui se fide constanti magnisque animis adjunxerunt Archiepiscopi, Episcopi, Abbates per Germaniam præcipui.

In Belgio finistandem impositus bello durissimo: Provinciæ fœderatæ dictæ liberæ, & cum de pace perpetuâ conveniri non posset, pactæ induciæ ad annos duodecim.

Carolus Sueciæ Rex unâ cum copiis auxiliariis Mansfeldianis à Rege Poloniae rursus profligatur. Ab eodem caduntur Moschi, & Smolenskum obsidione cingitur.

Obiit Josephus Scaliger, admirabilis in-

genii vir. Item Ferdinandus Medicus Hetruriae Magnus Dux.

Moritur Nicolaus Serrarius Soc. Jesu, eruditissimus Theologus & Historicus.

Sedes Episcopalis ab urbe Angamala in Malabarâ à Paulo V. Papa Cranganoriam transfertur.

Obiit Jacobus Arminius Professor Lugduni Batavorum; scripsit de diversis Christianæ Religionis capitibus. Orationes itemque tractatus aliquot. Examen thesium Francisci Gomari. Examen modestum libelli Guil. Perkinii, De Prædestinationis modo & ordine: itemque de amplitudine gratiæ divinæ. Analytic. IX. ad Romanos. Dissertationem de vero & genuino sensu c. 7. epist. ad Romanos. Amicam collationem cum Francisco Junio de prædestinatione per litteras habitam.

Decedit Joannes Bochius, Poëta percelebris & Secretarius Urbis Antverpiæ. Scripsit libros varios, quos inter sunt parodia heroica psalmorum Davidicorum, Observationes Physicæ, Ethicæ, Politicæ & Historicæ in Psalmos & Græcis Latinisque authoribus.

Fridericus Borromæus S. R. E. Cardinalis & Archiepiscopus Mediolanensis, Mediolani Concilium celebrat.

Moritur Alexander Burgius Episcopus Burgi S. Sepulchri, vir linguarum & litterarum elegantiorum peritissimus. Item Mathias Pstrokonsky Buzenin Episc. Uladislavienfis in Polonia.

Natus est Carolus II. Gonzaga, Dux Mantuanus.

Mirum istud Madriti accidit: divinis officiis Religiosi certi Ordinis noctu incumbant, & ecce campana major spontè circumacta, mirum in modum insonuit; accurrunt illi, campanam nullo impellente moveri deprehendunt; tum cœlitus se commoveri alicujus magni periculi suspicantur; ex choro itaque diffugiunt, & murus templi continuo collapsus est, qui haud dubio omnes oppressisset, ni signo illo à B. Virgine procurato, commoti fuissent. Coque-tius.

Natus est Ferdinandus Archidux, Philippus III. Hispaniarum Regis filius, postea Archiepiscopus Toletanus & Belgii Governator.

Elisabetha Henrici Julii Ducis Brunsvicensis uxor, in lucem edit filium Henricum Carolum.

Mundi lucem aspicit Sophia Eleonora, Joannis Georgii Saxonie Ducis filia primogenita, quæ postea Hassiæ Landgravio nupsit.

Catholicorum Principum confœderatio Confluentiæ perficitur.

Obiit cum sanctitatis famâ Beata memoria Frater Florentius, Conversus celeberrimus Valis aureæ cœnobii. Is Turca natione, sectâ Mahometanus, singulari Numinis gratiâ ad fidem vocatus, cum infidelium exercitu in Ungaria profligato à Christianis captus esset, à SS. Nicolao & Claudio Episcopis, qui ei vigilanti visibiles apparuerunt, conversus, sanctisque baptismatis undis ablutus, Monachus effectus est.

Annus

Annus Christi 1610.

Mauritius Princeps Arausiacæ Juliæ expugnat.

Moritur Horazdovicii in Bohemiâ P. Wenceslaus Sívihovvsky Soc. Jesu, illustrissimo sanguine vir, qui munus prædicandi Evangelium Christi, cum honoribus Academicis egregiâ arte conjunxit, plurimis hæreticorum ad Ecclesiam feliciter reductis.

Item Romæ P. Robertus Personius ejusdem Societatis, Campiani in conversione Angliæ socius, qui pro extirpanda inde hæresi ad mortem usque desudavit.

Henricus Francorum Rex dum inter plausus & magnificentiam coronandæ Reginæ rhedâ vetus urbem regiam obambulat, à perditissimo sicario Francisco Ravalliaco, rhedâ conscensâ, fasciculum litterarum porrigente, ictu cultri gemino, sinistro lateri ad regionem cordis impacto, perimitur. Parricidæ à regio tribunali inflictae sunt pœnæ sequentes: forcipibus candentibus inusta mammæ, brachia, femora & suræ, manus dextra, quâ cultrum tenuit, igne sulphureo concremata, in partes forcipibus laceratas plumbum liquefactum, oleum fervens, resina accensa, & cera cum sulphure liquefacto infusa, corpus deinde à quatuor equis distractum, membra cum corpore igne consumpta, & cinis inventum dispersus; bona ejus regio fisco addicta, domus natalitia disturbata, pater & mater in exilium amandati, & nominis ejus ne mentio quidem concessa.

Philippus Rex Hispaniarum, Alarchiam firmissimum totius Africanæ oræ Oceanicæ propugnaculum, solerti industriâ amici Regis Mauritianæ feliciter intercipit.

Idem Maurorum ad novies centena millia ab Hispania expellit.

Carolus Borromæus Cardinalis & Archiepiscopus Mediolanensis, Sanctorum catalogo annumeratur.

Sigismundus Poloniae Rex iteratis vicibus Moschos cædit, capto ipsomet magno Duce Suiskio cum duobus ejus fratribus. Obsequium à Tartarorum Astracanensium Chamo & Novogrodia Legatis accipit. Smolenski obsidionem fortiter urget.

Paritiis inchoatur Ordo sacrarum Virginum S. Ursulæ ad instituendas puellas.

Obiit inter Sinas P. Mathæus Riccius Italicus Soc. Jesu, de Ecclesia Sineâ, si quis alius, optimè meritis.

Ad cœlos abit Ven. Placidus à S. Mauro Professor Congregationis Fulviensis, qui mortis suæ horam prædixit. Vir charitate erga fratres, mansuetudine, sui dejectione clarissimus. Henricus in Menol.

Ehrenfridus L. B. à Khüenburg instituitur Episcopus Chiemensis.

Anna vidua, Tertiaria Ordinis Minimorum, Tholozæ cum opinione sanctitatis decedit.

Vivendi finem facit Benedictus Pererius Soc. Jesu, eruditissimus scripturæ sacræ interpret.

Alexius de Menesez Ord. Eremitarum S. R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Augustini, ex Archiepiscopo Goano, fit Archiepiscopus Bracarenfis.

Moritur Thomas Sanchez Soc. Jesu, Theologus insignis.

Londini post quinam capturam inter Misfarum solennia, ut erat sacris indutus vestibus, capitur & morti adjudicatur Ven. Joannes de Mervinia Ord. Benedictini Professor, suspensus proinde, & postea exsectis intestinis in quatuor partes dissectus, cum aliis quatuor Catholicis, inter sedecim latrones, Martyrii gloriosum agonem consummat.

Vitæ diem supremum claudit Franciscus Aguillonius Soc. Jesu Bruxellis, qui magno applausu Philosophiam, Mathesin & Theologiam docuit, edidit sex libros Opticorum à doctis celebratos.

Basilii Suisi Moscoviæ Dux deponitur, & intra Castellum Gostin captivus tenetur.

Floret Ludovicus Beja Perestrellus ex Ordine D. Augustini, Theologus Cardinalis Paleoti, natione Lusitanus, Scripsit libros varios, nimirum responsa Casuum conscientie. De Contractibus libellariis. De venditione rerum fructuosarum ad terminum &c.

Decedit Thomas Bozius Presbyter Oratorii Romæ, Theologus & Historicus insignis. Præter Annales antiquitatum, scripsit de signis Ecclesiæ, De ruinis Gentium & Regnorum, De antiquo & novo Italiæ statu. De Imperio virtutum, De robore bellico.

Daniæ Rex Suecis bellum indicit, Ludovicus XIII. Gallia Rex coronatur.

Hoc anno die 24. Octobris, dum intra Arenariam (quæ inter Basilicam S. Pauli, & Ecclesiam S. Sebastiani Romæ extat) Notarius Publicus de mandato Illustrissimi ac Reverendissimi Cardinalis, urbis Vicarii, cum aliis commoraretur, ut locum Sanctorum Reliquiarum, à Picatore quodam indicatum, recognosceret, majores Campanæ Basilicæ S. Pauli spontè personuerunt. Angelus Rocca de Campan. c. 7.

Marchio Onolsbacensis, Dux VVirtenbergicus, & Marchio Durlacensis, cum confœderatorum A Catholicorum exercitu transeuntes Rhenum, Dachsteinium obsident.

Principes Catholici Monachii ineunt confœderationem.

Maria Elisabetha Joannis Georgii Saxonie Ducis filia secunda nascitur.

Claret in Hispaniâ sanctitatis famâ Hieronymus de Lamas Abbas Garracetanus.

Floret famâ sanctitatis Ven. Elisabetha de Castello Monasterii Benedictini Mayrongensis haud procul Friburgi in Helvetia Professa: cujus sanctitatem suavissimus è corpore, dum efferretur, lateque diffusus odor, & prodigia alia complura prodiderunt.

Annus Christi 1611.

Sancti Victoris & Sociorum sacræ Reliquiæ Sinfulas delatæ, auro aliisque ornamentis egregiè decorantur.

Turcarum Imperator Constantinum Mol-daviae

davia Waivvodam, posito Stephano deponit, hunc bello infestantes Poloni fugam arripere cogunt. Urbe Jassii ferè totâ igne consumptâ.

Transactio fit inter Principes Electores Saxonie & Brandeburgicum super successione in Ducatum Juliacensem.

Crudelis laniena Pragæ peragitur, Zisca infandi Cyclopi, & Taboritarum exemplo post duo sæcula renovato: extrema fæx hominum urbis Pragensis tum hæretici, tum Passaviensis exercitûs, minore urbe Pragensi captâ, antiquam frustrâ oppugnant, collecti, prætextu quæsito, quòd se se in cœnobiis Religiosorum Passavienses occultarent, reverâ religiosis odio, ut omnibus constitit, cœnobiium B. Virginis ad Nives adsitum, invadunt, cellæ, porticus, turris, præsertimque ipsa Ecclesia, innocenti Franciscanorum sanguine redundavit, quatuordecim crudelissimè perempti sunt, amaro convitio: morerentur Catholici nebulones, quos ipse eorum DEUS, quem in Eucharistiâ latere sibi stultè persuaderent, desereret; & ferebat tum, ut subduceret cum ciborio (ut in templis vocant) Eucharistiam unus è Sacerdotibus, cui hæretici Calviniano spiritu ebrii, utramque amputarunt manum, hostias sacras effusas (proh nefas) pedibus conculcantes: cruentum facinus neque hodie aboleri potest, sanguine in parietibus quaqua versum etiamnum lucente. Referunt sepulchro Martyrum post quinque annos aperto, in sacello S. Michaëlis, corpora apparuisse vivida, recentia, plena succi & sanguinis, & cœlestem quendam odorem ex se se spirantia: paulò post cædem, cum vacuum cultoribus cœnobiium staret, videbantur noctu in Ecclesia accensa lumina, exaudiebantur voces psallentium (ipsis etiam hæreticis audientibus) & mediâ nocte matutinum, Deo laudes canebantur: ausus curiosior quispiam explorare, quid ageretur, & per rimam, quæ in Ecclesiæ janua hiabat, inspicere. Vidit eisdem SS. Martyres, quos nuper de facie nôrat, luminaria præferentes, & divinos hymnos canentes, Ecclesiam solenni ritu obire.

In cœnobia Carloviensi Regularium Canoniorum S. Augustini, in Ecclesia ipsa religiosum Clericum, in ambitu Conversum, ut vocant, confecerunt: Abbati seu Præposito in triclinio deprehenso, ab eâdem impuratorum hominum fæce (fœminis hæreticorum, consumpto scilicet omni pudore, adstantibus, & indignis illi sexui convitiis insultantibus) primum excisa virilitas, tum pedes, deinde manus amputatæ, tandem (tormenti sævissimum genus) cum in coronam sacerdotali more atonsum caput viderunt, è vertice pellis tota detracta, quo in tormento spiritum exhalavit.

Moritur ætatis suæ anno 78. R. P. Antonius Pollevinus S. J. Italus, perpetuis missionibus ad fidei propagationem, & Apostolicis in Sueciam, Moscoviam aliasque regiones legationibus, nec non plurimum librorum scriptione clarus.

Pestis Constantiæ ad Rhenum dirè grassatur.

Smolenskum expugnatur à Polonis post

biennii obsidionem acerrimam, quâ periisse dicuntur ducenta Moscorum millia.

Sueci Christianopolim stratagemate capiunt, & flammis tradunt.

Ad cœlos transit Ven. P. Natalis Mars Monachus majoris Monasterii prope Turones, vir verè Apostolicus, post mortem miraculis à Deo honoratus.

Christiernus Rex Daniæ Elsburgum occupat: Rex Sueciæ moritur, à cuius morte orta gravis dissensio inter Proceres Regni de successione, aliis ad Gustavum Caroli filium, aliis verò ad Sigismundum Poloniæ Regem, Dominum naturalem & legitimum, fæces regni postliminio transferri cupientibus, prævalentibus tamen prioribus, Gustavus Rex Sueciæ salutatur.

In Transylvania gravem cladem accipit Bathorius, ejusdem infensor iniquus, amissâ in super Claudiopoli, aliisque oppidis benè multis, quæ ad obedientiam Mathiæ Regis reducuntur. At subito mutatis rebus exercitus Regis strage internecina deletur, ipso Forgachio Palatino Ungariæ vix tandem per silvas incolumi evadente. Prædictus Bathorius hoc anno vitâ excedit.

In Francia moritur Carolus Dux Menius, quem paulò post insequitur Regis frater Dux Aurelianensis.

Mathias Hungariæ jam Rex, Bohemicam sibi patitur imponi coronam, Rudolpho Imperatore fratre connivente, nuptialque contrahit cum Archiducissa Anna Catharina.

Fides Christiana in novam Franciam invehit cœpit.

Bambergæ civis quidam à gravissimâ agitatione dæmonis, quem inter varias execrationes ad symposium invitârât, voto D. Deiparæ ad templum ejus Wejerense nuncupato, liberatur, Forner.

Moritur Burdigalæ in Gallia Venerabilis Godifer à S. Mauro, Monachus Fuldenis, miro vitæ rigore & contemplationis studio celebratus. In Germania Ven. Elisabetha de Castello Monialis Mayrongensis.

P. Raphaël Ferrer Soc. Jesu odio fidei Christianæ submergitur à barbaris in America.

Wolfgangus Theodoricus Archiepiscopus Salisburgensis, & Baviaræ Duces, ratione Præposituræ Berchtolsgadensis armis colliduntur, vicit Bavarus, ipsius Papæ favore fretus.

Bighius Cardinalis titulo S. Alexii creatur. Nicolaus Sadlerus & Nicolaus Hutonus, ex S. P. Benedicti familiâ, post vincula & carceres, datis pro fide cervicibus, gloriosè occumbunt.

Obiit Pinellus S. R. E. Cardinalis, vir omnibus laudibus cumulatissimus. Item Franciscus Montmorancius Soc. Jesu, vir nobilitate ac doctrinâ clarus. Nec non Michaël Gonzales ex Ord. D. Francisci, sanctioris vitæ notâ conspicuus.

Decedit Marianus Perbenedictus S. R. E. itidem Cardinalis, ac Episcopus Camerini in Italia. Item Christianus Princeps Elector Saxonie.

Cum undecimâ die mensis Maji maxima orta esset tempestas in civitate Hispanica Sorie,

inter fragores tonitruum obauditæ fuerunt à sorore Maria à Jesu ex Discalceatis S. Theresiæ quædam voces, aliquod periculum toti imminens communitati denotantes; & ecce, illic fulgur in medio ipsarum cœlo cecidit, sine alicujus tamen noxâ; viditque quædam ex Monialibus Beatissimam Virginem extensis manibus omnes sub proprio amictu defendere. Franciscus à S. Maria in Histor. Carmelit. tom. 1. lib. 5. c. 21.

Moritur Georgius Bersmann Professor Lipsiæ: edidit psalterium Davidis versibus descriptum. Cantici Canticorum paraphrasin poëticam. Calligraphiam Ovidianam, Virgilii, Ovidii, Horatii opera, Ciceronis orationes, Luciani Pharsalicam, ejusdem de bello civili libros X. Scholiis illustravit.

Cum Gerundæ in Aragoniæ Regno vir quidam à pietate alienus, contra S. Ignatium Satyrica componeret carmina, ea ter in laudes illiusque encomia in chartâ mirabiliter mutata reperit. Quod impium opus cum obstinatio iterum aggredere, calamus de repente è manibus ejus profiliit, ipseque sibi invisibili virtute motus, vehementissimum incussit colaphum. Daniel Bartolus in vit. S. Ignatii.

Obiit Ernestus Dux Luneburgico-Hanoveranus. Item Joannes Busæus è Soc. Jesu Presbyter, variis scriptis Asceticis & historicis celebris. Item Margaretha Philippi III. Hispaniarum Regis uxor.

Vivendi finem facit Carolus Eusebius S. R. I. Princeps à Lichtenstein, Dux Troppaviensis &c.

Dani Calmariam deditione occupant.

Augustus Dux Saxonie sponsalia inquit cum Elisabetha Ducissa Brunsvicensi. Et Joannes Comes Palatinus Rheni, Electoratus Administrator, cum Ludovica filia primogenita FridERICI IV. Principis Electoris Palatini defuncti.

Annus Christi 1612.

MORITUR Pagæ Rudolphus II. Imperator, succedit Mathias: subit quoque mortem Ernestus Archiepiscopus & Princeps Elector Colonienis. Item Carolus Lambergius Archiepiscopus Pragensis, cui in dignitate succedit Joannes Lohelius Professor Ordinis Præmonstratensis, vir insigni virtutis laude commendatus, quam ut cognoscas melius, Epitaphium ad ejus tumulum fixum hic scribo.

D. O. M.

MEMORIA
ILLUSTRIS. ET REVERENDISS.
SACRORUM PRINCIPIS
D. JOANNIS LOHE-
LII.

Quem Egra Civem, Ordo Præmonstratensis Teplæ Professum, hoc cœnobiium Præulem & Restauratorem, disciplina assertorem, Monasteria hujus Regni & Pannonici & Sarmatici titulo Vicarii generalis Inspecem, Sebastæ Armeniorum Episcopum, Praga denique

è Suffraganeo & Coadjutore habuit Archiepiscopum, quem ob mores & pietatem perduelles hæretici admirari debuerant & colere. Virum antiquæ fidei, meri candoris, ardentis zeli, effusæ charitatis, sanctæ modestiæ, curæ pervigilis, laboris in vineâ Domini inexhausti, Qui grassante impiâ factione, triennium ob Christum exul, sed cum gloria redditus, ab invictissimo Cæsare Ferdinando II. luporum ab ovili suo expulsionem, Ecclesiarum omnium in manum Archiepiscopi restitutionem impetravit, & effecit, ut bona, quæ dudum hæretico tenebantur in vasore, Archiepiscopum Dominum suum resalutarent, tandem dierum operumque plenus, sensuum adhuc ut animi integer, Jesum ingemans, Jesu meritis ipso animarum die anno Christi 1622. suo 72. Cathedræ X. in paratam sibi requiem translatus est, magno sui desiderio, & eximie sanctitatis opinione apud omnes relicta.

HIC SEPULTUS.

Madridi finem vivendi facit P. Guilielmus Bathæus Soc. Jesu Hybernus, illustrissimis natalibus, animarum zelotes egregius.

Ludovicus Galliæ Rex Annam Mariam Mauritiæ primogenitam Philippi Regis Catholici, & Philippus Princeps Hispaniarum Elisabetham sororem Christianissimi uxorem ducit.

Poloni cæduntur à Moscis, horum Imperium armatâ manu sibi vendicat Michaël Fedorovvizijs.

Continuatur bellum inter Suecos & Danos, variis utrinque cladibus.

Ordines fœderati Belgii sanciant fœdus cum Achmete Turcarum Imperatore, ab iisdem tentatur iterum infeliciter navigatio ad Sinas per borealem poli Arctici plagam Ræselino Duce, qui partim longâ nocte, partim concreto glacie Oceano repulsus, post magnam suorum cladem retrò cedere coactus est.

Franciscus II. Dux Mantuæ sine prole masculâ decedit, undè graves turbæ bellicæ propter successionem.

Magus quidam in Mauritania paucis militibus ingentem Marocci Regis exercitum bis cædit, ac Regnum occupat: sed Rex alium adeptus magum, primum illum eicit, qui nihilominus artem suam instaurans, iterum Regem pellit.

Decedit Octavius Aquaviva Dux Atriæ, Archiepiscopus Neapolitanus & S. R. E. Cardinalis.

Parisiis in Synodo Episcoporum damnatus est liber Edmundi Richerii Syndici Facultatis Theologicæ Parisiensis, quo impugnabat supremam Romani Pontificis potestatem in Ecclesia.

P. Martinus de Aranda Valdivia, P. Horatius de Vecchi, Didacus de Montalvan Soc. Jesu, pro Christo crudeliter interficiuntur in Chi e.

Marcus Sitticus Archiepiscopus Salisburgensis eligitur.

Mortalitatem exuir piæ memoriæ Annæ Scarfius ex Monacho Benedictino S. R. E. Cardinalis, vir suâ ætate in omni virtute præcipuus

puus, Item Christophorus Clavius Soc. Jesu, sæculi nostri Archimedes.

Decedit Vincentius Gonzaga Montisferrati Dux.

Augustus Christiani I. Saxonie Electoris filius, nuptias contrahit cum Elisabetha, Henrici Julii Ducis Brunsvicensis & Luneburgici filia.

Moritur Claudius Bellievre Archiepiscopus Lugdunensis, nobilitate & eruditione illustris, linguæ Hebraicæ apprime gnarus.

Obiit Henricus Caroli I. Angliæ & Scotiæ Regis frater. Similiter Carolus Dux Croiæ & Arschotanus. Item Carolus Bourbonius Comes Sueffionensis & Druidensis.

Augustus Saxonie Dux nuptias celebrat cum filia Henrici Julii Ducis Brunsvicensis.

Mathias eligitur in Romanorum Imperatorem, & intra paucos dies coronatur.

Mediante Archiepiscopo Colonienfi, Leopoldus Archidux, & Joachimus Ernestus Marchio Onolsbacensis reconciliantur.

Northusium maximâ ex parte conflagrat. Princeps Elector Palatinus Rheni ad sponsalia contrahenda cum filia Regia in Angliam contendit.

Nata est Magdalena Sybilla, filia Christiani Marchionis Baruthensis.

Henricus primogenitus Angliæ Regis obiit. Imperatoris Romanorum Legatus Constantinopoli frustra pacis prolongationem quaerit. Turcæ Transylvaniam infestant.

Obiit Dux Mantuæ, quem alterâ mox die funus secuta est filia ejus primogenita, cui in Principatu succedit frater, Purpurâ Cardinalitiâ depositâ.

Angliam gloriosâ confessione & pretiosi sanguinis purpurâ condecorat Ven. P. Guilielmus Scotus Ordinis Benedictini Professor, post crebros carceres & exilia, Londini ob liberam fidei Catholicæ assertionem & propugnationem occisus.

Mortalitatem exiit Reverendissimus P. Victorinus, ex Abbate Casinensi Arianensis Episcopus.

In Hispaniis claret R. P. Ludovicus de Mendoza S. Mariæ de Spinâ Monachus, ab egregia vitæ integritate non minùs quam accuratior eruditione celebratus: edidit vitas Sanctorum per Ordinem mensium tomis sex, Summam Theologiæ moralis. Epistolam Symbolicis characteribus & ingenio plenam ad Philippum III.

Memorabili plausu Avenionensium elevatur corpus Sancti Agricoli nostri Avenionensis Episcopi, & urbis ejusdem celeberrimi Tutelarioris.

Annus Christi 1613.

Cornelius Dubenius Episcopus Dunensis & Conerensis ex Ordine Minorum, cum Patricio Larchrano, Dublinii in Hiberniâ Martyrium subit.

Obiit felicissimè Pragæ, Ven. Pater Marcus Antonius Soldanus Italus, Soc. Jesu Sacerdos, vir miræ charitatis, qui peste tertiâ vice

grassante, cum infirmis infectis indefessè adfuit, eadem correptus est: per jucundâ augustâque servum suum Deus paulò ante obitum visione recreavit: videt delapsum ille cœlitus ad se B. P. Ignatium, & B. Franciscum Xaverium plurimosq; è societate divinâ luce præfulgentes: tum pectus mirâ saliens lætitiâ, primò inclamat: deinde assistentem fratrem, ut intendat oculos, monet: postremò ait: *Non vides conclave hoc refertum sanctis nostris Patribus? Divos circumstantes? mihiq; propitios, cœlites animadvertis?* Hæc ille, jam eorum contubernium prælibans, quorum æternâ moxerat societate fruiturus.

Morgardus Mathematicus in Gallia, quod infausta multa Calendario pro 1614. inseruisset, jussu Regiæ ad triremes condemnatur.

Wolfgangus Guilielmus Dux Neoburgicus fidem Catholicam amplectitur.

Obiit Burgis Ven. P. Sebastianus Sarmiento Soc. Jesu, illustriissimo sanguine in Hispania oriundus: potens opere & sermone concionator & Missionarius. Mirum in dæmones exercuit imperium, durè idcirco ab iis tractatus sæpius, sed Virgine Deiparâ & Christo apparentibus, in morte præsertim, recreatus.

A Mathia Imperatore Ratisbonæ habetur Conventus Imperialis, in quo tum Orthotum Heterodoxi expeditionis Romanæ (ut vocant) collectam contra Turcas, qui impendere Pannoniæ nunciabantur, addixere.

Bathorius in Transylvania à Bethlemo Gabore, qui & ipse clientelæ Ottomanicæ se subdiderat, Turcarum ope profligatur.

In Ungaria contra pacis fœdera Turcæ aliquot pagos & oppida incendunt, incolas in servitutem abripiunt. In mari verò mediterraneo non levia damna accipiunt à triribus Regis Hispaniæ & Magni Ducis Hetruriciæ.

Cosacci præcipuas Moscoviæ penitioris urbes evertunt, & magnis thesauris potiuntur; inde in Tartaros ducentes, eos ingentibus cladibus afficiunt. Duas item & viginti triremes Turcicas in quodam portu incendunt.

Polonia vastatur à seditionis militibus, Podolia à Tartaris. Grassante peste in castra Danica, Daniæ rex cum Sueco pacem inire cogitur.

In Anglia celebrat nuptias cum Elisabetha Jacobi Regis Angliæ filia Fridericus V. Comes Palatinus Rheni & Elector: Monachii item cum Magdalena, Guilielmi V. Bavariæ Ducis, & Renatæ Lotharingicæ filia, Wolfgangus Guilielmus Comes Palatinus Neoburgicus, dissimulatâ etiamnum religione, quam animo complectebatur.

Ferdinandus Cardinalis Mantuanus pileo renunciat, & pro demortuo fratre provinciam gubernandam suscipit. Cum Carolo Emanuele Sabauda, ratione Ducatus Montisferratis, graviter dissidet.

Ulmæ corpus S. Henrici Sulonis, jam anno 1365. mortui, integrum reperitur.

Plenus virtutibus in Hispania moritur Ambrosius Ord. Cister.

Natus ex illustri familia de Herrera, qui Christum immenso splendore circumfusum intueri meruit.

Adamus Wenceslaus Dux Tescohenfis in Silesiâ Catholicam amplectitur fidem.

Obiit Franciscus d' Aguillar Terron del Campo, ex Professore Theologiæ Concionator Aulicus Philippi II. Hispaniarum Regis. Item Hispani R. P. Ludovicus de Alcafar Soc. Jesu Sacerdos: scripsit vestigationem arcani sensûs in Apocalypsi. Libros quinque in eas veteris Testamenti partes quas respicit Apocalypsis, nempe Cantica Ganticorum, Psalmos complures, multa Danielis, aliorumque librorum capita.

Carolus Archidux Austriæ, Episcopus Wratislaviensis, fit etiam Episcopus Brixinensis.

Moritur Carolus Philippus Dux Croiæ & Arschotti.

Urbs Moscua Polonis eripitur.

Imperatrix in Ungariæ Reginam coronatur.

Natus est Joannes Georgius hujus nominis secundus, Princeps Elector Saxonie. Item Christianus Ernestus Marchio Baruthensis.

Obiit Ernestus Marchio Brandenburgicus. Similiter Pragæ Henricus Julius Dux Brunsvicensis.

Michaël Fedroviz Dux Magnus Moscoviæ Legatos mittit ad Imperatorem pro suscipiendâ mediatione inter Poloniam & Moscoviam pacificandam.

Floret in Ordine Cisterciensi Ven. Chrysothomus à Conceptione, qui post longos & multos labores fortiter exantlato, cum aliquandò horas Canonicas legeret, & ad eum versiculum perveniret: *Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini*, se illam intra mensem obtenturum, voce cœlo lapsâ, aperit, disertè & distinctè audire meruit; rei veritatem docuit eventus.

In Hiberniâ miris sanctitatis fulgoribus elucescit sanctæ memoriæ P. Nicolaus Fagan, Monachus Benedictinus Ferrariensis, qui Apostolico fervore hæreticorum errores detegere & confutare non desit. Ob hoc, & plurimarum animarum conversionem verbera, globumque sclopeti in humeros suscipere debuit, quo licet ex vulnere pro voto hæreticorum non interierit, magnos tamen inde dolores sensit, & periculose aliquamdiu decubuit.

Benedictinæ in cœlis coronæ fulgentissima inserta est gemma Maria Bellovillariensis Senior.

Annus Christi 1614.

Spinola Regis Hispaniarum Archistrategus Aquisgranum expugnat & Mülhemium, dedicatione quoque capit Vesaliam inferiorem.

Fundatur Academia Grœningensis.

Nascitur Henricus Fridericus, filius Friderici V. Electoris Palatini.

Bathorius Transylvaniæ Princeps à suis miserè occiditur.

Electo Bandeburgicus deserto Luthero transit ad sectam Calvinii.

Dux Neoburgicus sacra Romana magnâ solemnitate profertur Düsseldorfii, eaque defuncto paulò post parente Ludovico in Ducatum Neoburgicum postliminio reducit.

Poloni sedato factioso milite per quinque milliones, invadunt denuò Moschos, & tres eorum exercitus feliciter profligant.

Cosacci Thraciam ad conspectum usque Constantinopoli, & Nagaiensem Tartariam depopulantur, Bythiniam & Paphlagoniam vastant, Trapezuntem cum portu, armamentario & 27. triribus evertunt, Sinopem incendunt, ingentiq; prædâ potiuntur.

Rex Gallie attingens annum 14. in Parlamento Parisiensi Regni administrationem suscipit, & trium Ordinum Comitata celebrat.

Persecutionem in Japonenses Christianos dirè urget Rex Cubo paganus, Anglorum præcipuè & Batavorum artibus, qui ad reddendam sibi negotiationis viam faciliorem mentiuntur Regi, id unum agi à Catholicis, ut Hispanis & Lulitanis pateat aditus ad occupandam Japoniam.

Decedit cum opinione sanctitatis Franciscus à Camerota, Burgii in Sicilia. Item Catharina Calabrex, Tertiaria Ord. S. Dominici, magnam post se reliquens famam sanctitatis.

SS. Mercurii & Socii, Locrinæ & Sociæ Martyrum sacra corpora, extracta è cœmeterio S. Calisti, Mantuam deferuntur.

Decedit propè Alexandriam Ægypti Venerabilis Joannes Baptista cognomento Zack, Abbas in urbe Van, qui inde vitulinus dictus est, quòd quadrivianum fœtentem vitulum à morte ad vitam revocasset, cum Turcæ exprobrarent, & pro signo Christianæ fidei evidenti illud miraculi exigerent: consurrexit illico ad preces Joannis vitulus, & ad ubera cucurrit. Joannem à morte innumeris glorificavit miraculis Deus, ita ut invocatus non Christianos solummodò, sed & Turcas prodigiosè juvaret. Illius sanctitatem dum juvenis Turca rideret, & supra ejus tumulum sordes ejicere conaretur, viscera simul cum anima ejecit, quòd ejus scelus pater & amici execrati, cum pro salute ejusdem vovissent, ille quamprimùm grandi prodigio vitæ & sanitati est redditus. Bucelin. in Menolog.

Obiit Romæ Joannes Fontana Architectus celeberrimus.

Nascitur Augustus Saxonie Dux; Joannis Georgii Saxonie Electoris, & Magdalene Sybillæ, Alberti Friderici Marchionis Brandenburgici filia proles.

Moritur Philippus Ludovicus Comes Palatinus Rheni, Neoburgi residens.

Decedit F. Benedictus à Jesu Maria Carmelita discalceatus, cujus vita odorem sanctitatis ubique sparsit: maximâ aliquando siti laboranti Angelus Domini, sicuti Eliæ, panem & aquam, quibus reficeretur, deportavit. Francisc. à S. Maria in histor. Carmelitanâ.

Franciscus Busseret Episcopus Namurcensis ad Sedem Archiepiscopalem Cameracensem transfertur.

Quidam Christianus nomine Michaël, in Cochinetzu civitate Japoniæ Insulæ, ob fidei Catholicæ defensionem crudeli nece vivis fuerat sublatuſ, cum ecce quadraginta quatuor diebus poſt ejus obituſ, Nonis Januarii anno 1615. ex parvo ejus agro, in quo paucis diebus ante mortem granum ferotinum feminaverat, mirabiliter inter frigidiffimas nives grana illa germinarunt, in altiffimas ariftas crevère, florem fructumque eodem tempore dederunt; ſed & horum admirabiliora evenerunt, cum etenim omnes illæ ariftæ à Chriſtianiſ ſublataſ fuiſſent devotionis cauſâ, ſtatim aliæ mirabiliter germinarunt, quod, & his avulſis, tertio mirabili eventu accidit; tot prodigiis meritum inclyti Chriſtiani atteſtante cælo. Daniel Bartolus in 2. parte Japonis libro 3.

In Gallia Henricus Burbonius Princeps Condæus, Dux Nivernenſis, Duxque Bullionius, Regina gubernationem ſiniſtris aſpicientes oculis, turbas movere moluntur.

Georgius Albertus Marchio creatur magnus Magiſter Ordinis Equitum Teutonicorum.

Auguſtus filius Principis Electoris Saxoniæ naſcitur.

Mauritius Comes Naſſovius Emericum, Reeſium, Goch, Calcariam, Geneppam, Kraenburgum, aliaque loca occupat.

Fridericus Udalricus Dux Brunſvicenſis nuptias celebrat cum Annâ Sophiâ filiâ Joannis Sigifmundi Electoris Brandenburgici.

Bethlem Gabor in Transylvania Lippam, Aradium, Geno, aliaque loca deditione capit.

Rex Sueciæ, cæſis auxiliariſ Moscorum copiis, Pleſcoviam urbem à ſe obſidione preſſam occupat.

Naſcitur Eberhardus III. Dux Wirtembergicus.

Rex Sueciæ cum confociatis Belgis confœderationem ad 15. annos init.

Francofurti ad Mœnum magnus oritur tumultus, donec authores capti & ex urbe proſcripti ſunt.

Triumphis Martyrum in cœlum tranſmittit Ordo noſter Venerabilem Helmium ſive Dunſtallum, qui in Anglia ob Catholicæ fidei propagationem captus, pluribuſque annis in carcere detentus, pronunciatâ demum in eum mortis ſententiâ, ſigno ſe ſanctæ crucis communiens, *Benedicta ſit, inquit, Sancta Trinitas, atque indiviſa Unitas, conſitebimur ei, quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam.* Utque adſtabat coram tribunali, in genua procidens, aliquod temporis ſpatium orationi impendit. Juſſus ad patibulum uſque ad equorum caudas raptari, tum ſuſpendi, mox fune recifo ſemivivus è patibulo deturbari, virilibus, corde & viſceribus evulſis, ac in accenſum roguſ projectis, tum demum capite truncari, & in quatuor partes diſcerpi, *Deo gratias, reſpondit, atqui omnia iſta, alloquitur judicem, Per illuſtris Domine, mors ſunt tantummodo unica, eaq; non admodum pertimeſcenda, quam ego amplector libentiſſimè.* Hiſ dictis

ad ſupplicium raptus, tormenta vultu minime immutato mirâ oris ſerenitate pertulit.

Herbipolim, & Sancti Jacobi in ea Monasterium miro vitæ rigore & ſanctitate illuſtrat R. F. Gabriel, qui Angelicâ recreari muſicâ, corpûſque ſancti Marci ejuſdem quondam loci Abbatis invenire meruit.

Valedicentes terris ad ſuperos abeunt Ven. Laurentius de Zamora, & Joannes Alopius Garſtenſis in ſuperiore Auſtriâ cœnobii Monachus, à magna Numiniſ gratia, maxime in liberandis energumenis & proſtigandis cacodæmonibus, plurimum celebratus.

Annus Chriſti 1615.

CAdit charitatis victima in peſte infectorum ſervitio, Niſſæ in Sileſiâ, Venerabilis P. Dominicus Valeſius Italus Forojulienſis, vir Apoſtolicus, miræque virtutiſ, ex viſione B. Aloyſii cum Divâ Catharinâ Senenſi, tum Dei Matris cum puero Jeſu, ad inſignem vitæ Chriſtianiæ perfectionem provocatus.

Moritur Valliſoleti P. Guilielmus Weſonus Soc. Jeſu Angluſ, Apoſtolicæ zelo plenuſ, quem inter Angliæ carceres annis 17. toleratoſ, judicium tribunalia, dæmonum infeſtationeſ, abundè probavit.

Conimbricæ obit P. Sebaſtianus Barradius ex eadem Societate, concionibuſ & libriſ orbi notiſſimuſ: qui ingenteſ animarum fruſtus, ardenti zelo & inferni tormentorum, quæ in raptu vidit, comminatione retulit.

Xereſii vitam exiit P. Antoniuſ de Cardenas, Soc. Jeſu, Illuſtriſſimo ſanguine ſatuſ, humilitate, pauperum curâ, rudium præcipue & ægrorum procuratione, nec non prophetiæ dono conſpicuſ.

Romam deferuntur litteræ à Gabriele Gangrenſi in Paphlagonia Epifcopo, quibuſ agnoſcit Primatum Romani Pontificiſ, quod hoc etiam anno præſtant Legati miſſi ab Idate in Japonia Rege Voxu.

Correſpondenteſ conveniunt Norimbergam, præſentibuſ Legatiſ Regum Franciæ, Angliæ, Daniæ, & Ordinum fœderatorum Belgii. Annal. Boici.

Inter Sabaudum & Hiſpanum, qui partes tuebatur Mantuani in cauſa Monferratenſi, par conſtituitur.

Eadem inſtauratur Viennæ in annos 20. cum Cæſare à Legatiſ Turciciſ: inter Polonoſ verò & Moſchoſ fruſtrâ tentatur.

Chamuſ Tartarorum Tauricanorum devaſtat Ruſſiam, Ruſſi contra Ducibuſ Viſnovicio & Corecio depopulantur Daciâ, occiſo ejuſdem Regulo, in cujuſ locum ſufficiunt Michailonem.

Patriam ſuam glorioſâ morte hoc anno illuſtravit Joanneſ Ogilbeuſ Nobiliſ Scotuſ, Soc. Jeſu Sacerdoſ, in odium fidei Catholicæ trucidatuſ ab hæreticiſ in urbe Glaſguenſi Regni Scotiæ.

Neo-

Neohuſii in Bohemia 480. ædes incendio pereunt.

Moritur Martinuſ Hættinger Abbas S. Petri Salibuſ Ord. S. Benedicte, cujuſ induſtriâ, pietateſ & eruditioneſ, multa & varia ſcripta teſtantur. In iſ ſunt libelluſ præcatoriſ, quo continentur preceſ affectuoſæ in ſinguloſ hebdomadæ dieſ diſtributæ. Tractatuſ de S. Amando. Liber de origine ac progreſſu monachatuſ, ac præcipue Chronicon Monasterii à S. Ruperto ad annuſ uſque 1611. quo reſ geſtaſ maxime ſui temporis diligentiffimè proſequitur.

Jacobuſ Eberlin à Rottenbach aſſumitur ad Epifcopatuſ Seccovienuſem.

Diem obit Caroluſ à Baſilica - Petri Epifcopuſ Novarienſiſ, relictiſ eruditioniſ ſuæ præclaris monumentiſ.

Celebratur Synoduſ Andegavi.

Finem vivendi facit Auguſtuſ Saxoniæ Dux, Chriſtiani I. Electoriſ filiſ, anno ætatiſ 27. nullâ ex ſe prole relicta. Item Franciſcuſ Buſſeret Archiepiſcopuſ Cameracenſiſ.

Fridericuſ Udalricuſ Dux Brunſvicenſiſ Brunſvicuſ urbem obſidet, ſed ob miſſaſ Bataavorum & Urbium Hanſeaticarum ſuppeticiaſ militareſ obſidioneſ ſolvere cogitur.

Catharina Caroli IX. Sueciæ Regiſ filia, Joanni Caſimiro, Comiti Palatino Rheni Bipontino, deponſatur.

Chriſtianiſ Wilhelmuſ, Marchio Brandenburgicuſ, nuptiaſ celebrat, cum Dorotheâ filiâ Henrici Julii Ducis Brunſvicenſiſ.

Vitæ filii Electoriſ Brandenburgici in Ducatu Juliaceſiſ inſidiæ ſtructæ, deteguntur.

Berlini ob amotioneſ ſacrarum Imaginum magnæ concitantur turbationeſ.

Hiſpani & Sabaudi propè Aſtam arma conſerunt; paulò poſt pax proclamatur.

Obit Henricuſ Caroluſ, filiſ Henrici Julii Ducis Brunſvicenſiſ.

Erdmannuſ Auguſtuſ Marchio Baruthenſiſ natuſ eſt.

Urbs nova Mühlhemium ad Rhenum, contra Cæſariſ inhibitioneſ condita, ruſſuſ deſtruitur.

Princepſ Condæuſ Hugonottaſ in ſuaſ parteſ trahit.

Vivere deſinit Joachimuſ Caroluſ, Julii Ducis Brunſvicenſiſ filiſ.

Natuſ eſt Dreſdæ Chriſtianiſ filiſ quintuſ Principiſ Electoriſ.

Sponſalia inſit Chriſtianiſ Wilhelmuſ Marchio Brandenburgicuſ, cum Dorotheâ filiâ Henrici Julii Ducis Brunſvicenſiſ.

Sueci cum Moſchiſ armittitiuſ ineunt.

Obſidiuſ Urbis Brunſvicenſiſ ſolvitur.

Vivorum numero eripitur Georgiuſ Albertuſ, Marchio Brandenburgicuſ, Magiſter magnuſ Teutonicorum Equitum.

Pax inter Fridericuſ Udalricuſ, Ducem Brunſvicenſem, & urbem Brunſvicuſ ſtabilitur.

Obit Auguſtuſ, frater Principiſ Electoriſ Saxoniæ.

Floret Romæ ſanctitatiſ famâ F. Joſephuſ à S. Germano Congregationiſ Fulienſium, natione Siculuſ, vir planè eccliaſticuſ.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Sub hunc annuſ vivere deſiit V. P. F. Bernarduſ Catalanuſ, Ordiniſ de Calatrava, Mariophiluſ inſignis.

Extinguitur Michaël Perez de Heredia, vir multæ experienciæ & eruditioniſ, Abbas in Valle Paradifi. Scripſit elegantiffimo ſtylo, Quadrageſimalium concionum lib. 1. Concionum de Sanctiſ tom. 1. De fugâ B. Mariæ Virginis lib. 1.

Ex hac lachrymarum vallè in hortuſ Elyſiſoſ tranſplantatur elegantiffimuſ Ordiniſ noſtri ſcoluſ Maria de Friburguſ, quæ ipſam SSS. Trinitateſ, & Chriſtuſ intueri meruit. Inter officiuſ divinuſ ferè ſempèr Angeluſ ſuum cuſtodem adeò præſentem & propinquuſ habuit, ut ipſi parteſ ſediliſ in Choro cederet. Fulſit aliquot poſt morteſ miraculiſ; ejuſ quoque ſoror germanâ, à dæmone obſeſſa, ſolo Mariæ roſariuſ collo injecto, brevi eſt liberata.

Annus Chriſti 1616.

TAm calida erat hujus ætatiſ intemperieſ; ut flumina etiam permagna ſuiſ ferè aquis deſtituerentur.

Wurcenæ (Miſniæ oppiduſ eſt) cibuiſ ſexiſ in ſanguineſ commutari viſuſ eſt.

Obit Belmontii in Angliâ Thomuſ Pondo Soc. Jeſu, è Coniugiuſ avitâ familiâ Angluſ, ob zelum propagandæ fidei ultra triginta annuſ carceribuſ afflictuſ.

Ad ſuperuſ Lupiſ in Italiâ abijt Ven. P. Bernardinuſ Realinuſ ejuſdem Soc. Jeſu, ſalutiſ animarum ſitientiſſimuſ, vaticiniſ & prodigiſ claruſ, ætatiſ ſuæ 86.

Inter Hiſpanuſ & Sabauduſ recrudescit belluſ in Italiâ, & acriuſ, quàm antea geritur; pacem tamen inter utruſque conſtant Papa & Galliaſ Rex.

Componitur diſcordia Principum & Regiſ Galliaſ, redeuntiuſ Lutetiam cum Reginiſ matre & conjuge. Princepſ Condæuſ cum reliquiſ fœderatiſ Regiſ accedit, ſed ob novaſ ſuſpicioneſ detentiuſ in palatio regio, mittitur in cuſtodiam arcis Baſillæ.

Turcæ paſſim terrâ marique caduntur. In mari mediterraneo ab Hiſpaniſ ſeparatiſ, à Florentiniſ ac Melitenſibuſ unitim: ad paludem Mæotidem à Coſacciſ, in Aſiâ à Perſiſ, ubi illorum 40. millia peſte ac ferro periſſe dicuntur.

Incrementuſ capitiſ fideiſ Romaniſ in Imperio Sinenſi. Oſto PP. Soc. Jeſu, fidem barbariſ Tepeguanis in novâ Hiſpaniâ annunciatam, ſuo ſanguine ſubſcribunt.

P. Joanneſ Metella, & P. Ludovicuſ Pelin-gottuſ ex eadem Societate, odio Chriſtianiæ religioniſ lanceiſ confixi & capite truncati ſunt ab ethnicis in inſula Ceilano.

P. Ferdinanduſ de Tovar Soc. Jeſu à barbariſ Americaniſ odio fideiſ interimitur in nova Hiſpania. Pariſ Martyriſ honoreſ ibidem decoratur P. Joanneſ de Fonte & P. Hieronymuſ de Moranta Soc. Jeſu: item P. Ferdinanduſ Santaren.

Annus hic Venetos cum Ferdinando Stiria Archiduce collidit: in causa fuere Uliochi gens Croatica, quorum incursiones & praedationes saepe accusatas, nunquam emendatas, Veneti indignè ferentes, & ipsi Archiducis ditionem armata manu invaserunt. Bellum variâ fortunâ biennio gestum.

Decedit Claudius Aquaviva, Soc. Jesu Generalis V. admirandæ prudentiæ & sapientiæ vir. Similiter Adrianus d'Amboise Episcopus Treccricensis.

Dominica de Cruce, Ordinis S. Domini Professa in Monasterio S. Catharinæ de Senis Duaci, cum magnâ sanctitatis opinione moritur.

Corpus B. Mafaldæ anno 1252. mortuæ, reperitur incorruptum, multisque claret miraculis.

Joannes de Robles Presbyter Caravacensis, Hispanicè imprimi curat libris duobus historiam & miracula Crucis Caravacanae.

Obit in Gallæcia & Monasterio Montis-Ramorum Ven. Dominicus Monachus Ord. Cisterc. qui plurimas defunctorum animas precibus suis cælo asseruit.

Naturæ debitum solvit R. Candidus Monachus Nucalensis ex Ordine Cisterciensium, vir verè Apostolicus, miraculorum gloriâ longè illustrius. Eum in morte subsequitur Gabriel Acoſta, Professor Publicus & Canonicus Conimbræ in Lusitania: composuit explanationes in caput 49. libri primi Moysis, in librum Ruth, Threnos Jeremiæ, Jonam & Malachiam, Lugduni in Gallia anno 1641. impressas.

Ex mundo ad æterna transit Prosper Alpinus, Medicus & Botanicus insignis, qui hanc artem Patavii publicè docuit. Scripsit de medicinâ Methodica libros tredecim, De medicina Ægyptiorum libros sex. De plantis Egypti lib. 1. De præfagiendâ ægrotantium vitâ. De balsamo &c.

Nascitur Fridericus Joachimi Ernesti Marchionis Onoldini filius.

Obit Cardinalis Pompejus Arigoni.

Batavi Arimoam Asiæ Insulam detegunt.

Morti succumbit Wilhelmus Ballonus, natione Gallus, medicus insignis. Edidit scriptis Confilia medicinalia. Librum definitionum medicarum. De virginum & mulierum morbis. Opuscula medica de arthritide, de calculo & urinarum hypostasi.

Obit Sigismundus Archidux Austria, Episcopus Passaviensis.

Anna Imperatrix in Bohemiæ Reginam coronatur.

Nascitur Sophia Elisabetha, Christiani Wilhelmi Marchionis Brandenburgici & Administratoris Magdeburgensis filia.

Fridericus Udalticus, Dux Brunsvicensis, à Senatu & Civibus urbis Brunsvici homagium recipit.

Hispani Tremoniâ, Sufatum, Lippstadium &c. occupant.

Armorum induciæ inter Romanorum & Turcarum Imperatorem statuuntur.

Christina Magdalena Comitissæ Palatini Linæ Kleebergensis filia nata est.

Rudolphus Dux Brunsvicensis Tübingæ

vitam finit. Quem ad æternitatem sequitur Maria Julii Ernesti Ducis Brunsvico-Dannenbergensis uxor, cum paulò antè filiam Mariam Catharinam peperisset.

Georgius Wilhelmus, Elector Brandenburgensis, Elisabetham Charlottam, Friderici IV. Comitissæ Palatini ad Rhenum & Principis Electoris filiam, in thorum sibi adlegit.

Christianus II, Dux Brunsvicensis, Episcopus Halberstadiensis salutatur.

Aquisgrani contra tumultuantes sententia publicatur & executioni mandatur.

Fit funus Hedvigis, Ottonis XV. Ducis Brunsvico-Harburgensis uxor secunda.

Moritur eximium Belgii decus Petrus Americus Abbas Crispiniensis, summæ apud Belgii Principes auctoritatis; qui alia inter digna memoratu, Hispanos Contraci rebelles, magno cum periculo urbis & Provinciæ, mirè compe-scuit, sumpto Venerabili Sacramento, & intrepidè per mediam legionem sic transeundo.

Extinguitur & aliud clarum Belgii & Ordinis nostri lumen, Columbanus Durax Abbas Cœnobii Blandiniensis, relictis ingenii ce-ber monumentis, qui multa utiliter contra hæreticos scripsit, aliæque inter doctissimum in Regulam S. P. N. Commentarium.

Annus Christi 1617.

Moritur Adamus Wenceslaus, Dux Tescohenſis in Silesia.

Nascitur Carolus Ludovicus, Elector Palatinus ad Rhenum.

In Caroli Zerolini territorio, panis à muliere die Dominico coctus, in sanguinem mutatur.

Diem vitæ extremum claudit Julius Echet de Mespelbronn, Episcopus Herbipolensis, Franciæ Orientalis Dux, conditor magni Hospitalis Julianæ, quo augustius Germania non habet; Universitatem olim aliò translata restituit, exstructo pro omnium disciplinarum Studiosis nobilissimo palatio: explevit in regiminè annos 44. successit ei eodem anno Joannes Godfridus ab Aschhausen.

Romæ mense Julio promulgatur Jubilæum sacrum: in Germania celebrant Lutherani Jubilæum primum, quod hic annus esset centesimus à defectione Lutheri.

Matthias Imperator adoptat in filium de consensu fratrum, Maximiliani Supremi Magistri Ordinis Teutonici, & Alberti Electoris Principis, carentium liberis, Ferdinandum Archiducem, Ducem Stiria, Ferdinandi I. ex filio Carolo fratre Maximiliani II. nepotem, & ditionum possessionumque Austriacarum hæredem scribit.

Sectarii denuò coeunt Heilbrunnæ, ubi nequicquam dehortante Cæsare superiorum territorum fœdera confirmant, & nova cum exteris ineunt.

In Gallia Concinus Florentinus Mareschal-lus Franciæ, favore Regiæ Matris nimis potens, & criminationibus oneratus, dum jussu Regis comprehendendus in aditu palatii armis resistit, à Satellitibus occiditur. Corpus occisi à

vili plebeculâ exhumatum & fœdè laceratum demùm flammis cœssit. Sublato sic Concino, mox arma fœderati posuerunt, veniam à Rege precati, sic Regno tranquillitas restituta. Edicto publico ejusdem Regis iusta est Provinciæ Bearnensi libertas Religionis Catholicæ, & restitutio bonorum Ecclesiasticorum antè annos 50. ereptorum.

Turcæ cum Tartaris deprædantur Poloniam.

Moritur Achmetes Turcarum Imperator, qui in Imperio succedit filius Osmanes, Mustafa prioris fratre in carcerem recluso.

Mense Decembri ex violentâ dierum pluvium pluviam obruit inundatione Catalaunia: hausta aquis multa oppida, pagi, vici, submersa insuper aliquot hominum millia.

Gubernator Mediolani Vercellas Sabauda eripit.

Obit in Hibernia Nicolaus Fagan Abbas Suriensis in Hibernia, vir Apostolicus & literatus, qui multos hæreticos convertit, fustes & vulnera ab iis sustinuit.

Moritur Compluti Venerabilis Guilielmus Walchæus, Cisterciensis Ordinis Monachus & Episcopus Midenſis, qui pro fide Catholica tredecim annos carceris squalorem aliasque ærumnas in Hibernia pertulit.

P. Joannes Baptista Maciadus, Soc. Jesu, fidei odio capite truncatur in Japonia.

Moritur Wolfgangus Theodoricus Archiepiscopus Salisburgensis.

Gymnasium Salisburgense per Benedictinos Patres regendum fundatur.

In Austria inferiori Venet. P. Joachimus Tabernicius Cellæ Mariæ infra Anasium Cœnobita, Parochus Inzersdorffensis, vir Religiosus admodum ac eruditus, cum pro suo munere nova A catholicorum dogmata sapientiùs convelleret ac refutaret, ab illis interceptus, tredecim ictibus lethalibus, & 12. insuper aliis sauciatus, atque crudeliter interemptus, ad præmia Martyrum evolat, cujus animam plures, qui eodem convolaverant A catholici, & duo qui intervernerant viri Catholici, in specie splendidissimæ Sphæræ & globi rotundi in cœlum conscendere contuiti sunt. Corpus ejus in Ecclesia parochiali per dies quindecim expositum, nullum omnino fœtorem reddidit, imò gratâ elegans rube-dine, dormientis instar se habuit. Ex Menol. Buccellini.

In Japonia cum sanctitatis opinione decedit Petrus ab Ascensione Ordinis Minorum S. Francisci.

Corpus B. Tarasie Regiæ Legionensis & Monialis Benedictinæ, post 300. & plures annos effoditur aded incorruptum, ac si tunc primum terræ fuisset commendatum.

Exultans ex hac vita migrat in Hispania B. Maria Vela Monialis Cisterciensis Ordinis, quæ crebris revelationibus, Christi & Deiparæ dulci præsentia & alloquio assuefacta, post gravissimas infirmitates, intensissimos dolores, varias persecutiones ac dæmonis insidias viriliter superatas, Christi amplexu & Virgineo lacte sui meruit.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Naturæ debitum solvit Adamus Wenceslaus, Dux Tescohenſis in Silesia.

Angermunda urbs in Marchia veteri tota conflagrat.

Celebratur Synodus Andegavi.

Obit Franciscus Aquilonius, sive Aguilonius è Soc. Jesu Sacerdos: docuit Philosophiam Duaci, Theologiam Antvverpiæ, ubi postea Collegii Rector extitit: famam sibi insignem peperit ex Matheos scientia; scripsit libros sex Opticorum: alios insuper sub manibus habens, præsertim catoptricam & dioptricam, à morte humanis subtractus est.

Elisabetha Henrici Julii Ducis Brunsvico-Luneburgici filia, Augusti Saxonie Ducis vidua, nubit Joanni Philippo Duci Altenburgico.

Decedit Petrus Bockenbergius Calvinista. Edidit Catalogum, Genealogiam & Historiam brevem, Regulorum Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ. Item Catalogum & historiam brevem Episcoporum Ultrajectensium & Antistitum Egmondanorum. De Veterum Frisonum disciplina militari.

Moritur Christophorus Brovverus, Soc. Jesu Sacerdos: edidit antiquitatum Fuldensium lib. 4. Antiquitatum & annalium Trevirensium libros viginti duos. Sidera illustrium & sanctorum virorum, qui Germaniam olim rebus gestis ornarunt. Venantium Clementem Fortunatum à se notis illustratum.

Diem vitæ supremum claudit Christina Caroli IX. Sveciæ Regis conjux, filia Adolphi Holstatiæ Ducis: & Carolus II. Dux Monstærburgensis.

Mediante Anglorum Rege, pax inter Suecos & Moscos sancitur.

Dux Vindocinus & Bouillontis à Gallia Rege banno feriuntur. Idem Rex copias auxiliares mittit Duci Sabaudia.

Albertus Marchio Onolsbacensis nascitur.

Ferdinandus Archidux à Mathia Imperatore in filium adoptatus, Pragæ in Bohemiæ Regem coronatur. Pax inter Venetos & Archiducem Græcii redintegratur.

Mareschalli Gallia Ancrel uxoris Parisiis decollatur & comburitur.

Hispaniæ Rex, per instrumentum publicum renunciat juri Successionis in Bohemiæ & Hungariæ Regnis.

Sueci Polonis fortalitium Dunamundæ eripiunt: iidem Bernaviam & Goldingiam occupant.

Obit Julius Augustus, Dux Brunsvico-Luneburgicus.

Nata est Ludovica Carolina, filia Electoris Brandenburgici.

Georgius II. Dux Brunsvico-Luneburgicus nuptias celebrat, cum Anna Eleonora, Landgravia Hasso-Darmstadiana.

In lucem editur Magdalena Sybilla filia Georgii I. Electoris Saxonie.

Hollandia ratione Arminianorum magnis motibus quassatur.

Rex Sueciæ Upsaliæ coronatur.

Vitam exiit Dorothea Abbatisa Quedlinburgensis, filia Christiani I. Electoris Saxonie.

Nascitur e contra Carolus Ludovicus, primogenitus Comitissæ Palatini & Principis Electoris.

Julius Ernestus Dux Brunsvico-Luneburgicus matrimonium contrahit cum Sybilla filia Wilhelmi VII. Ducis Cellensis.

Inundationes immanes Cataloniam molestant.

Annus Christi 1618.

Pilsenum Bohemiarum urbs munita, ab Ernesto Comite Mansfeldio, rebellium Bohemorum Duce expugnatur. Philippoburgum à Philippo Christophoro, Episcopo Spirensi, insigni fortalio munitur.

Nascitur Elisabetha, Friderici V. Electoris Palatini filia.

Joannes Ernestus Schofferus Austriæ in urbe regni Bohemiarum Primas, ob religionem Catholicam hæreticorum conjuratione, plus quam ducentis & septuaginta vulneribus trucidatur.

Moritur Neapoli P. Julius Mancinellus Soc. Jesu, Italus, per omnia charitatis opera salutis animarum in Europa & Africa zelator Apostolicus, pluribus miraculis gloriosus.

Ingolstadii ex vivis discedit P. Jacobus Rhein ex eadem Societate, singulari in Deiparam amore, & Spiritu Prophetiæ clarus.

Visa mense Decembri Cometa horribilis, belli diurni & publicarum calamitatum in Germaniâ funestus prodromus.

Mense Majo horrendum tumultuati Pragæ Sectarii, concitato præcipuo Henrico Mathæo, Comite Turriano factiosorum principe. Guilielmus Slabata supremus Prætor, & Jaroslav Borstia Martinizius Carlsstadii Burggravius, cum Philippo Fabricio Cæsaris Consiliario & in Regno Bohemiarum Secretario, ex arcis fenestrâ in subjectam fossatam per spatium circiter 50. cubitorum (vitâ tamen DEO protegente incolumi) præcipitati, multi ministrorum regiorum in vincula conjecti, & fortunis spoliati, arx Carolsteinia, ubi diadema regium, thesaurus, & privilegia Regni solent asservari, occupata, graves collectæ Provinciis indictæ. PP. Soc. Jesu primum ex urbe, tum ex toto Regno, inani obtentu, quasi abolendorum privilegiorum auctores fuissent, exturbati. Moravi, Silesii & Lusatii ad eandem defectionem sollicitati, ipsum etiam Regnum inter alios venale propositum Emmanueli Allobrogum Duci pretio sesqui-Millionis aureorum, 4000. peditum, 1000. equitum, quos suis stipendiis lectos mitteret auxilio, aleretque triennio. Repressi tamen utcunque conatus nefarii rebellium à Comite Bucquoio, & Comite Tampierio Lotharingo Ducibus exercitibus Cæsarei, recepto Crumlovio, Pilgramio, aliisque locis.

In Comitibus Posonii Ferdinandus coronatur Hungariæ Rex.

Pax constituta inter Hispanum & Sabaudum, restituta Vercellis, quas anno superiore occuparat Gubernator Mediolani, locisque aliis utrinque captis.

In Grisonum montanâ regione apud Clavenam mons cum oppido Pluravio terræ lapsu subsidit, confepulto cum omnibus incolis oppido. Antè dictam oppressionem duo examina apum ita furiosè inter se pugnarunt, ut omnes utrinque mortuæ conciderint, quasi præsens-

sent, se non habituras deinceps possessores. Venetiis ob suspicionem conjurationis in urbem, à Duce Ossunæ Pro-Rege Neapolitano concinnatæ, multi Galli, nec pauci Hispani supplicio affecti.

Comes Fürstenbergius Legatus à Ferdinando, petit à Rege Galliarum auxilia contra Bohemos. Hamburgum sententiâ Cameræ Imperatoriarum Spirensis, urbs libera Imperii declaratur.

Ab hæreticis Anglis capite plectitur Eugenius Ogallahute, Abbas Monasterii S. Marie de Samaria Ord. Cisterciensis. Paulò post pari morte pro fide secutus est Eugenium Bernardus Trejur.

P. Bernardus de Cisneros, P. Didacus de Oroscio, P. Joannes de Valle, P. Ludovicus de Alabes, Soc. Jesu, à barbaris Americanis odio fidei in novâ Hispania occiduntur.

Obiit sanctè Antonia Aureliana Ludovici Ducis Longavillani, & Mariæ Borboniæ filia, quæ Sanctimonialis Benedictinas Congregationis B. M. V. de monte Carmelo, & S. Scholasticæ instituit, vel potius restituit in Piccaviensi cœnobio.

Pax inter Venetos & Ferdinandum Scitiæ Archiducem, constat.

Moritur Maximilianus Archidux Austriae, Ordinis Teutonici supremus Magister, & duodecimo post ipsum die Anna Ferdinandi Archiducis Cenipontani filia, Mathiæ Imperatoris conjunx.

Apoplexiâ tactus obiit Georgius Stobzus Episcopus Lavantinus, vir apprime zelosus in extirpandis hæreticis.

Cum sanctitatis famâ è terrâ migrat Margarita Sanctimonialis Ordinis Cisterciensis in Monasterio Donsinarum in Parco.

Archangelus Gianius Florentinus edit in lucem Annales Ordinis Servorum DEI.

Obiit Albertus Fridericus Dux Prussiarum die octavâ Augusti.

Item Gothofredus Antonius, juris Consultus celebris, natione Westphalus. Edidit disputationes anti-Vultejanas quatuor. Disputationes XV. feudales. Apologeticam disputationem de potestate Imperatoris legibus solutâ, & hodierno statu, adversus Hermannum Vultejum. Adversaria in plerasque Andreae Gallii practica-biles observationes.

Diem quoque vitæ supremum Bruxellis claudit Carolus Dux Aumaliensis. Cujus filia Maria Henrico I. Duci Sabaudiarum & Nemausis nubit.

Vitam cum morte commutat Barbara Aurillot, Ordinis Monialium de monte Carmelo, nobili genere in Gallia nata, filia Domini de Champlastreux, vidua quondam Domini d'Acariæ Cameræ ratiociniorum Regiorum assidentis; quæ magnam post se sanctitatis famam reliquit.

Carolus Archidux Austriae, Episcopus Wratislaviensis & Brixinonensis creatur Ordinis Teutonici supremus Magister, mortuo Maximiliano Archiduce.

Inter Suecos & Polonos biennales indicia incuntur.

Comes Tampierius Dux cum Cæsareo milite Bohemiam invadit, Bistricium locaque alia capit.

Electores Saxoniarum Directores Bohemiarum ad submissionem Cæsari faciendam cohortatur.

Obiit Elisabetha Christophori II. Ducis Brunsvicensis uxor. Similiter Anna Maria, conjux Barnimi Pomeraniæ Ducis.

Bohemi Duce Turriano Comite Austriam infestant.

Vivere desit Anna Catharina Mathiæ Imperatoris uxor.

Cum sanctitatis famâ ex Congregatione Calvariarum decedunt Anna Doxan, & Maria de Goulesne.

Ad cælos quoque ex hac lachrymarum valle transfertur Venerabilis Margarita Duyterhelst Monialis vallis Rosarum, spiritu Prophetico, signis & virtutibus admiranda.

Annus Christi 1619.

Pilsenum in Bohemia à Comite Tillio, Cæsaris Archistratego recuperatur.

Mathias Imperator Ernestum Comitem Mansfeldium Nothum, alterum factiosorum Bohemorum Principem, ob occupatam Pilsnam, & alia in Imperium commissa, proscribit edicto 19. Februarii: & Martii die 20. moritur, Princeps de re Catholica optimè meritus.

Turrianus & Mansfeldius Aprili & Majo in Bohemia omnia cædibus, rapinis & incendiis vastant; Catholicos, præsertim Ecclesiasticos, dire vexant.

Nascitur Rupertus Friderici V. Electoris Palatini filius.

P. Melchior Grodecus, Soc. Jesu, à Calvinianis cum P. Stephano Pongraz, & Marco Crifino Strigonienfi Canonico, Cassoviarum quatuor dies fame, siti aliisque incommodis, præsertim fidiculis, ac novo suppliciorum genere, filicem inter & rotam bombardarum interceptis, compressis & dilaceratis quibusdam corporis partibus (quas nominare pudor vetat) excruciat, sanctissimæ Religionis vitam impendit.

Moritur Ulyssiponæ in Lusitania Venerabilis Pater Laurentius de Brindisio, S. Francisci Seraphici Ordinis Capuccinorum Generalis. Vir miraculorum, linguarum & Prophetiæ dono illustri.

In Transylvania infans in utero materno ploratus edere, ac Væ, Væ, Væ! ingeminare auditur. Fintel. de mirandis.

Obiit Bruxellis P. Franciscus Costerus, Soc. Jesu, innocentiam vitæ, Apostolico zelo, laboribus pro Catholica vita susceptis, & eximio Deiparæ cultu conspicuus.

Ferdinandus Rex Ungariæ & Bohemiarum Francofurti ad Mœnum, adnitentibus præcipue Schvvicardo Moguntino, Ferdinando Colonienfi & Lothario Trevirensi Electoribus Ecclesiasticis, nec dissentientibus sæcularibus Saxone, Brandenburgico 28. Augusti proclamatur Augustus, & 9. Septembris Imperii insignibus inauguratur.

In Bohemia à rebellibus abdicato Ferdinando, in Regem eligitur 15. Septemb. Fridericus Comes Palatinus Rheni, Regis Angliæ gener, & 14. Novemb. ritu solenni coronatur.

Sub auspiciis Friderici Turriani Viennam obsidet, Mansfeldius cum Bucquoio Duce Cæsarianarum copiarum confligit, uterque infeliter. Copiæ Mansfeldicæ ad Naddiziam urbem Bohemorum ad internecionem propè delentur, signa militaria 14. capta, apparatus omnis bellicus victoribus in prædam relictus.

Turrianus Mansfeldii clade percussus cum ignominia Viennam deserere cogitur.

Ligistæ (sic dicti fœderati Catholici) Moguntinus in primis Septemvir, Herbipolenfis & Bavarus, numerosum militem conscribunt.

Bethlemus Gabor Transylvaniae Princeps capit in Ungaria Cassoviam, Filecum, & Posonium cum corona Ungarica ibi asservatâ.

Philippus Rex Hispaniæ cum Philippo filio, & Elisabetha ejus sponsa in Lusitaniam veniens, facit in eorum verba jurare Lusitanos.

Viennæ in Austria Carolo Gonzaga Duce Nivernensi præcipuo auctore institutus Ordo Sacræ Militiæ Christianæ, sub protectione B. V. S. Michaëlis & S. Francisci, confirmatur à Paulo V.

Leonardus Kimura primus à Japonibus à S. Xaverio baptizatus, primus ex Societate Jesu pro fide Christi lento igne exustus, consumptis igne funibus caput reverenter prunis coronavit Nangasacki.

Moritur Marcus Sitticus Archiepiscopus Salisburgensis, ex Stemmate Comitum de Hohenembs, succedit in Cathedra Archiepiscopali Paris Lodronius.

Nicolaus L. B. à Wolckenstein instituitur Episcopus Chiemensis.

Decedit Hippolytus Galantinus Sacerdos Florentinus, Congregationis S. Francisci doctrinæ Christianæ fundator, multis post mortem miraculis clarus.

Amalia Elisabetha filia Comitissæ Philippæ Ludovici Hanovio-Munzenbergici, Wilhelmo V. Landgravio Hasso-Cassellensi nuptui traditur.

Nata est Anna Sophia, filia Georgii Wilhelmi, Comitissæ Palatini Rheni Linæ Birekenfeldicæ.

Paulus Boudot creatur Episcopus Audimapolitanus.

Circa Francofurtum urbem ingens terræ motus sentitur.

Vidua Regina Galliarum, collectis gazis, Blesisque relictis, ad Germaniæ confinia se recipit.

Victor Sabaudiarum Dux, Parisiis cum sorore Regis Galliarum nuptias celebrat.

Idem agit Halberstadii Hedviggis filia Henrici Julii Ducis Brunsvicensis cum Udalrico Duce Pomeraniæ.

Harburgi vitæ scenam claudit Joannes Fridericus, Dux Brunsvicensis.

Georgius Albertus Marchio Brandenburgicus, Linæ Culmbacensis fundator, natus est.

Mauritius Joannis Georgii I. Principis Electoris Saxoniarum filius sextò genitus, ad mundi lucem prodit.

Bohemi rebelles Brinnam in Moravia occupant, eisdem traditur Spielberga; PP. Soc. Jesu ex dicto Marchionatu ab A Catholicis proscribuntur, ut & ex Silesia.

Gustavus Adolphus Sueciæ, & Christianus IV. Daniæ Reges Ulfsbeki convenientes, tractatus per Legatos suos initos ratihabent.

Vivos deserit Maria Elisabetha, Joannis O-
stro-Gothicæ Ducis uxor.

Joannis Casimiri Comitis Palatini ad Rhe-
num uxor, filiam parit Elisabetham Æmilianam.

Articuli confœderationis Bohemiæ, Mo-
ravia, Silesiæ, Lusatia & Austria, jurejurando fir-
mantur.

Ferdinandus II. Romanorum Imperator
creatur.

Joannes Sigismundus, Marchio Branden-
burgicus, & Princeps Elector, filio Georgio Wil-
helmo regiminis habenas resignat, moriturque
die 25. Decembr.

Rupertus filius Friderici V. Comitis Pala-
tini ad Rhenum Pragæ natus est.

Cœlum novam terris stellam eripit Ga-
brielam ab Herya, S. Petri Rhemenfis Monialem,
absolutissimæ perfectionis.

Efflat in præsentia S. Roberti aliorumque
cœlitum hilariter cantando animam, Ven. Placi-
dus de Luzuringa Monachus Ord. Cisterci-
ensis.

Cœlis immigrat Ven. Soror Catharina co-
gnomine Poëta, Tertiaria D. Benedicti, à Christo
visibiliter ad Ordinem vocata.

Admirandæ virtutis famâ excelsit Joannes
Malderus, ex Abbate S. Mariæ de Loco S. Bernardi
Antverpiensium Episcopus.

Carnis solutus vinculis ad sidera evolat
Beatae memoriæ Jacobus, è Nobili Magliulorum
Familia natus, Monachus Benedictinus in Mona-
sterio S. Severini Neapoli, sibi rigidus, in omnes
largus; ejus ossa magnis DEUS prodigiis hodie-
dum honorat.

Annus Christi 1620.

Bucquoyus Imperatoriarum copiarum du-
ctor, exercitum Mansfeldii, ad Langelorum
in Austria inferiori sternit. Prachaticium ar-
matâ manu expugnat, cives militesque præsidia-
rios unâ delet.

Nascitur Mauritius, Friderici V. Electoris
Palatini filius. Item Albertus filius Joachimi
Ernesti Marchionis Onoldini.

Joannes Sarcander, Decanus Holesfovien-
sis, ut secretum confessionis aperiret, à Calvinis-
tis Olomucium abripitur, carceribus publicis,
torturæque immanissimæ, in stat patriæ prodito-
ris traditur. Primâ torturæ diē 13. Febr. manus
post terga in altum funibus eductas ex vertebrâ
suspendunt, pedes gravi mole deorsum premunt,
ut tenso corpore nudoque dolorosius supplici-
um inferant. At ex innocente nihil exprimen-
tes abierunt. Die 17. Februarii iidem exami-
natores secundam in eo exercuerunt torturam,
quæ quanquam acerrima fuit, tamen longè gra-
vior eo nomine, quod per duas integras horas,
etiam sæpius ac vario modo repetita duraverit.
Die 18. Februarii redeunt deputati examinatores,
vino fumantes, ac omnes benè poti. Hartman-
nus à Puchaim mandat, ut carnifex Martyrem

non candelis, sed facibus urat. Quibus absum-
tis stomachabundus carnifex abjicit residua fra-
cta. Hinc à Stiborio Ziernovvski & à Bene-
dicto Prachma edoctus, ardente pice, resinâ,
sulphure, denique plumis oleo tinctis horrendum
in modum præcordia, ventrem, latera,
lumbos, costas (quæ ab igne emollitæ solo flu-
tu solvebantur) ambussit aded, ut viscera, quæ
clare videbantur, ægrè intrâ sinus se se cohibe-
rent: taceo, quàm execrabiles artes magicas, in
innocente Martyre carnifex debuerit exercere!
siquidem Calvinistis incredibile atque impossi-
bile videbatur, solâ patientiæ virtute tanta tor-
menta perferre, ac non commoveri, ut ad illo-
rum vota responderet; sed omninò putarant
Martyrem eodem mille artium Magistro niti,
quo illimet erga eum affecti erant: durârat hæc
tortura amplius quàm ad tres horas; Summa:
vitam citiùs nedum corpus totum amittere pa-
ratus erat Martyr, quàm innocentia suæ notam
inurere, aut sigillum Confessionis violare, uti
avidè truculenti Calvinistæ flagitarant. Quat-
tam torturam illaturos summa injustitia, vel ma-
gis ignominia & hominum respectus vetuit ar-
tentare. Post hæc quatuor septimanis in eis-
dem carceribus in gravissimis doloribus patien-
tissimè supervixerat; tum 17. Martii obdormivit
in Domino.

R. P. Stephanus Benassai Italus, ex celebri
Romæ caudidico Soc. Jesu Religiosus, qui anima-
rum lucris magno zelo se impendit, in obsequio
classis Pontificiæ contagio infecta demoritur;
cum ex auditione pœnitentium se infectum sen-
sit, iterabat sæpius: O quàm benè mihi est! O
quàm felix sum! imus ad paradysum: imus ad
paradysum. Eadem, quâ obiit horâ, unus è Soc.
Jesu in Collegio ad S. Andream vidit in cellâ
suâ splendidam lucem, & virum albis vestitum
vultu hilari & sereno, quem accuratius intuens,
Stephanum esse cognovit.

Panormi ex vitâ decedit P. Octavius Ca-
jetanus Soc. Jesu, è Comitibus Sortini Siculus, ex
odio Sacramenti pœnitentiæ, in cujus admini-
stratione assiduus erat, ad necem etiam magicis
artibus quæsitus, qui tamen à S. Ignatio in-
demnis servatus, vitas SS. Siciliæ in lucem edi-
dit.

Obiit in Gallia oppido S. Mariæ P. Jo-
annes Bordestus Soc. Jesu, vir summæ doctrinæ
& zeli animarum, Canadensis in novâ Franciâ
Missionis auctor. Item Venerabilis Franciscus
Gonzaga, ex Generali Franciscanorum Episcopus
Mantuanus. Nec non Thomas Comes Nada-
rius vitæ summi consilii.

Diem vitæ extremum Vendæ claudit P.
Ertmannus Tolgsdorffius Soc. Jesu, Præhenus,
Livoniæ Pater & Apostolus habitus, in quâ fere
solus fidem Catholicam conservavit, cantum
Ecclesiasticum restituit, operarius ad mortem
usque indefessus.

Burdigalæ obiit P. Guilielmus Baillius ejus-
dem Soc. Jesu instituti, hæreticorum ac impi-
mis Calvinistarum impugnator acerrimus, qui
veneficos quoque quàm plurimos à demoniacis
præstigiis ad frugem reduxit.

Petrus

Petrus de Oviedo Monachus Hortensis
ex Cisterciensium Ordine, antea Abbas Com-
plutensis Collegii, Archiepiscopus Dominica-
politanus, & totius novi orbis Primas insti-
tuitur.

Imperator Friderici Palatini electionem
Bohemicam declarat irritam: Friderici filius
sexennis à Bohemis declaratur Successor Re-
gni.

Imperatori mittuntur subsidia militum
& pecuniarum à summo Pontifice, Regibus Hi-
spaniæ & Poloniæ.

Maximilianus Bavarus Protestantes Austria
egit renunciare fœderi Bohemorum, & obedire
Cæsari. Hujus nomine Elector Saxonie occu-
pat Lusatiam; quam postmodum fiduciario jure
possidendam accepit.

Ambrosius Spinola Ductor copiarum Hi-
spanicarum, transmissis Rheno, cum exercitu pe-
ditum 20000 & equitum 4000. Baccaracum,
Cruciacum, Algeshemium, Oppenheimium,
aliasque urbes ditionis Palatinæ expugnat.

Bethlem Gabor ab aliquibus leditiosis Un-
garis proclamatur Rex Ungariæ, Austriam in-
curfat, & Palatino auxilia mittit.

Tampierius Cæsaris Ductor egregius, ad Po-
sonium, quod insederant Gaboriani, occiditur.

Maximilianus Baviaræ Dux in monte albo
propè Pragam rebellem Bohemorum exercitum
invadit, & profligat, cæsa ex hostibus novem
circiter millia, capti quàm plurimi, inter quos
eminuere Turrianus Comes, Saxo-Vveimarien-
sis Dux, Rheingravus, Stirumius & Schlikius,
aliique non pauci genere & dignitate conspi-
cui: erepta signa militaria centum, cum vexillo
Friderici Prætoriano, è Cæsarianis & Bavaricis
desiderati vix ultra ducentos, fauciatu cen-
tenti. Fructus victoriæ fuit Praga, & paulò post
recepta Bohemia tota. Mox idem Bavarus Au-
striam superiorem subigit.

Sigismundus Poloniæ Rex Varsoviæ Comitiam
celebrans 15. Nov. ingressu Ecclesiæ à nobili Po-
lono securi bis caput humerumque percussus,
ibique statim vulneribus obligatis, noluit re-
gredi domum, quin prius ad quod venerat, au-
diret sacrum.

In Valle Telina favore Ducis Feriæ Guber-
natoris Mediolanensis, Calvinistis omnibus oc-
cisis, totam Vallem in suam potestatem redigunt.
Ricciol.

Ferrariæ diē 30. Julii S. Ignatius Lojola in-
fantem septimestrem lapsum ex fenestrâ altâ cu-
bitos octo ex manibus mulieris incautæ, quæ
Sanctum invocaverat, suscepit suis manibus, &
apparens mulieri restituit. Bartol. in vit.

Romæ decedit B. memoriæ Joannes à S.
Hieronymo, secundus Congregationis Fulien-
sis Vicarius Generalis, charitate erga proximos,
zelo observantiæ regularis conspicuus, cujus
præclara merita miraculosis signis post mortem
innotuerunt. Philip. Malabayla.

P. Godefridus Thelen, Soc. Jesu, fidei Ro-
manæ odio sclopotum ictibus conficitur ab hæ-
reticis Caubæ in Germaniæ.

P. Franciscus Ribeirus, Soc. Jesu, odio fidei
Christianæ, à Mahometanis, in ipsò Missæ sacri-
ficio interficitur in Africa.

Ambrosius Fernandez, ejusdem Societatis
alumnus, carceris squallore ac ærumnis, pro
Christi religione confectus est Omuræ in Ja-
ponia.

Moritur in Sicilia propè centenarius Ven.
Fratres Antoninus de Panormo Monachus Mon-
tis Regalis sub regula S. Bened. miraculis pluri-
bus post mortem gloriosus.

Annus Christi 1620.

Obit Ven. Petrus Georgius Odeschalcus Co-
menfis, Episcopus primùm Alexandrinus,
dein Viglebanensis in Insubiâ: item Augustinus
Tornellus, Annalium Veteris Testamenti scri-
ptor.

Vivendi finem facit anno ætatis 75. Ange-
lus Roua Ordinis Divi Augustini, Sacrista Apo-
stolicus. Scripsit Bibliothecam Vaticanam: item
Bibliothecam Theologicam & Scripturalem.

Augustus Comes Palatinus Rheni, Sulzba-
censis Lineæ, nuptias celebrat cum Hedvige,
Joannis Adolphi Ducis Holstæ - Gottorfensis
filia.

Guilielmus Bailias Soc. Jesu Sacerdos, post
Bearniam ab hæresi ad fidem Catholicam re-
ductam, Apostolicos labores morte concludit.

Fridericus Wilhelmus primogenitus Ge-
orgii V. Wilhelmi Electoris Principis Branden-
burgici in lucem editur.

Naturæ debitum solvit Hedvige, Otto-
nis XV. Ducis Brunsvicæ-Haarburgensis filia.

Oenipontè vehemens incendium 200000
Coronatorum damnum causat.

Initur armistitium inter Imperatorem &
Bethlem Gaborum Transylvaniæ Principem.

Cetus longitudinis ulnarum 57. crassitu-
dinis cubitorum 30. in Wollinæ Insulæ littus
ejicitur.

Status Austriae inferioris Cæsari homagi-
um præstant. Idem Principi Electori Saxonie
curam pacificandæ Bohemiæ, & executionem
contra refractarios mandat.

Ernestus Ludovicus, Dux Saxo-Lauenbur-
gicus, in Austria superiori à rusticis occiditur.

Turcarum Imperator Legato Regni Polo-
nici, sub prætextu ostensæ insinceritatis, oculum
erui jubet.

Cofacci & Belgii milites, Austriam incen-
diis & rapinis vexant.

Copie Cæsareæ Bodniam deditione, Pra-
chadizium per assaultum capiunt. Eadem ca-
piunt urbem Grunbergam cum arce.

In Gallia sopitur bellum, quod inter Ludo-
vicum XIII. ejusque matrem exarserat.

In Bearnia A Catholicis exercitum interdici-
tur Religionis, & Sacerdotibus Soc. Jesu ibidem
accessus datur.

Turcæ Polonorum exercitum delent,
20000. trucidant, quos inter fuit Magnus Re-
gni Cancellarius.

Gustavus Adolphus Suecorum Rex, nu-
ptias Holmiæ celebrat, cum Maria Eleonora
filia Joannis Sigismundi Principis Electoris Bran-
denburgici.

Hispani

Hispani Duce Spinolâ Friedbergam in Hassiâ, Wezariam & Gelenhusium occupant.

Oculos mundo claudit, cœlo aperit Ven. Joannes à S. Hieronymo, eximie sanctitatis exemplar, & Ordinis Fulienfis fidus, cujus præclara merita, miraculosis signis, omnibus à morte innotuerunt.

In Galliis sub hoc ipsum tempus ex hac vitâ migrat Ven. Catharina de Alvequin Monialis sub regulâ similiter Benedictinâ, insigni miraculorum gloriâ clarissima.

Decedit Reverendissimus & Illustrissimus Joannes de Valle, ex Monacho Archisterii S. P. Benedicti in urbe Vallisolerana, Guadalaxarenfis in India Episcopus. Item Jacobus de Graffis Abbas Casinensis Congregationis, vir undique doctissimus, Mariophilus insignis, obiit mortis suæ præcius.

Annus Christi 1621.

Paulus V. Burghesius Papa moritur. Succedit in Pontificatu summo Gregorius XV. Bononiensis, dictus olim Alexander Pompejus de Ludovisis.

Academia Rintelienfis in Westphalia conditur.

Per mandatum Cæsaris, verbi ministris catholicis discessus ex Bohemiæ regno indicitur.

Moritur Romæ Robertus Bellarminus Soc. Jesu S. R. E. Cardinalis, Marcelli II. Pontificis nepos, Ecclesiæ Catholicæ Athleta, hæresum expugnator, zelo Apostolico, & vitæ sanctimoniam conspicuus, ætatis suæ 80.

Humanis eximitur Cosmus Magnus Dux Hetruriæ, cui succedit Ferdinandus decennis filius, sub tutela matris Austriacæ, aviæ Lotharingæ, & patrui Cardinalis Medicei.

Obiit Philippus III. Hispaniarum Rex, ætatis 45. Regni 23. & locum reliquit Philippo ejusdem nominis IV. annorum 16. adolescenti, qui mox Ducem Ossunæ, Proregem Siciliæ & postea Neapolis, inclusit in carcerem, & Rodericum Calderonum damnavit capite.

Vitam mortalem exiit Albertus Archidux, Belgii Dominus.

Ferdinandus Imperator Fridericum Palatinum, cum factiosis Principibus edicto describit.

Bucquoyus subigit Imperatori Moraviam, Saxo Silesiam, Maximilianus Palatinatum superiorem, vi expugnato Cambo, & deditione acceptâ Ambergâ. In Palatinatu inferiore captis nonnullis urbibus & munimentis frustra tentatur Franckendalium à Corduba Legionum Hispanicarum Ductore.

In Bohemiâ Mansfeldius amissâ Pilsnâ, & cæsis copiis, in eas conclusus angustias à Tillio, ut cogeretur Imperatori polliceri obsequium, quod tamen solutus periculo non præstitit.

Bucquoyus in Ungaria Posonio, aliisque locis recuperatis, in obsidione Neuensoli confingens cum hoste, desertusque à suis, occiditur.

Classis Hispana Regem Marocci ab obsidione cujusdam arcis ad Mamoram fluvium Africa magnâ strage repellit: duas item & tri-

ginta naves Batavicas Venetiis redeuntes, elapsa jam tempore induciarum, aut capit, aut demergit.

In Gallia rem fortiter & feliciter gerit contra hæreticos Ludovicus, subactis sexaginta & aliquot urbibus, castellis & munimentis: in Polonia, Ladislaus filius Regis Sigismundi contra Turcas, quorum centum circiter millia diversis præliis delevisse dicitur. Totidem memorantur morbis, aliisque casibus extincta.

Bambergæ adolescentes quatuor, qui Stygii Veteratoris fraudibus, & perditis cujusdam nebulonis præstigiis circumventi fuerant, eoque adacti, ut conceptis verbis, consignatisque suo sanguine chirographis, dæmoni se devoverint, à PP. Soc. Jesu ritè expiati, turpissimo servitio exierunt. Ipse etiam doli artifex diabolus per sacros exorcismos in Sacello Collegii S. Laurentio sacro per plures dies continuatos, patrocinante inprimis tam sancto operi B. Ignatio, ad restitutionem chirographorum tandem est compulsus.

In Sardinia corpus S. Pupaquii Martyris Calaritani invenitur.

P. Joannes de las Missas Soc. Jesu, ob prædicationem fidei Christianæ à barbaris trucidatur in Insulis Philippinis.

Obiit Parisiis Venerabilis P. Carolus à S. Bernardo Monachus Fulienfis, nobilis genere, fundator monasterii Fontanensis, vir Angelicæ ferè puritatis: post cujus obitum non desuerunt signa miraculosa, quibus sanctitatem ejus Deus declaravit. Henriq.

Moritur Elisabetha de Neapoli Ordinis S. Augustini, miraculis clara. Item in Conventu S. Francisci Neapoli cum sanctitatis opinione decedit Bartholomæus Agricola de Amberg, Germanus, Sacerdos Ordinis Minorum. Nec non beatæ memoriæ Joannes Jacobus Monachus Fulienfis, incredibilis austeritatis vir, & verbi DEI concionator verè Apostolicus.

Vivis subtrahitur Albertus Bellievre Archiepiscopus quondam Lugdunensis, quam verò dignitatem diu antè mortem deposuerat.

Osmanes Turcarum Imperator Mahometem fratrem facit strangulari.

Baro à Teuffenbach, Statuum Moraviæ quondam Generalis, Oeniponte capite plectitur.

Angliæ Parlamentum Friderico Palatino suppetias promittit.

Pragæ fit executio pœnæ in Bohemiæ Directores, Schlikio pluribusque ex Primoribus capite plexis.

Baruthum solis octodecim ædibus salvis totum conflagrat.

Fit funus Constantia Archiducissa Austriæ, Sigismundi III. Poloniæ Regis uxor.

Sueciæ Rex Rigam Livoniæ Metropolim post bimestrem obsidionem deditione capit.

Poloniæ Rex Electorem Brandenburgiæ cum Varsoviæ de Ducatu Prussicæ infeudat.

Christianus Dux Brunsvicensis suppetias fert militares Friderico Comiti Palatino exautorato.

Nasci-

Nascitur Maximilianus Henricus Bavaricæ Dux, postea Archiepiscopus & Elector Coloniensis.

Cæsaris copiæ Troppaviam deditione capiunt.

Dux Feriensis Gubernator Mediolanensis Chiavennam expugnat.

Armistitium duorum annorum initur à Suecis & Polonis.

Tabor Bohemiæ fortalitium se subdit Imperatori.

Mors oculos claudit Carolo Duci de Lynes, supremo Regni Gallicæ Ministro Statûs.

Turcarum Imperator initâ cum Polonis pace Constantinopolim revertitur.

Christianus Dux Brunsvicensis Palatinatum Rheni deserit, nec reditum inveniens per Franconiam, ad Westphalam declinat.

Angliæ Parlamentum, spe nuptiarum Principis Walliæ cum filiâ Hispaniarum Regis evanescente, sine fructu dissolvitur.

Gabriel à S. Maria Monachus Monasterii S. Malonis sub Regulâ S. Benedicti, hæreticorum fulmen dictus, creatur Archiepiscopus Rhemenfis.

Decedit Guillelmus Fouquet de la Varenne ex Abbate Athenatensi Andegavensis Episcopus.

In Armeniâ ex Ordine Benedictino Sanctitatis famâ floret Paulus Abbas Monasterii S. Thadzi, qui creberrima miracula in confirmationem fidei orthodoxæ pattavit.

Claret Alvarus ex Monacho Cisterciensi Berivelæ Episcopus primùm Bosenfis in Sardinia designatus, mox Solsonensis in Catalonia creatus.

Annus Christi 1622.

Hispani, Duce Comite Montenfi Juliacum Hollandis eripiunt.

Tillius Archistrategus Cæsaris, Christiani Ducis Brunsvicensis exercitum prælio fudit tantâ strage, ut ex 30000. hostium vix 6000. remanserint.

Nascitur Ludovica Hollandina, Friderici V. Electoris Palatini filia, Abbatissa in Regno Gallicæ facta.

P. Carolus Spinola Soc. Jesu, ex illustrissimâ Tassaroliorum Comitum stirpe progenitus, cum aliis pluribus præfatæ Societatis Jesu Viris, in Japoniâ Nangasachi pro fide Christi lento igne comburitur; socios Martyrii habuit Sebastianum Quimuram, P. Ludovicum de Flores Dominicanum, P. Petrum de Sunniga Augustinianum, aliosque plures.

Moritur Joannes Lohelius Archiepiscopus Pragensis, Vir omni virtutum laude excellens.

Similiter Joannes Godefridus ab Aschhausen Episcopus Bambergensis & Herbipolensis.

B. Ignatius Loyola Sanctorum numero adscribitur, cum S. Isidoro Agricola Hispano, & Francisco Xaverio, Theresiâ, Philippo Nerio.

Lusitani Baticaloense fortalitium in Ceilanâ Insulâ exstruunt.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Obiit Barcinone P. Petrus Gil Soc. Jesu Hispanus, magnus rerum terrenarum sui que contemptor, zelator animarum insatiabilis.

Die 24. Maji decretum Paulus V. edit, quod vetat in publicis actibus asserere B. Virginem Deiparam conceptam in peccato originali, extendit etiam ad privata colloquia.

Tillius in Marchiâ Badensi Mansfeldium castris exiit; gravior illata clades fuit in campo Wimpfenensi ab eodem Marchioni Durlacensi, ceciderunt ex Durlacensibus sex circiter millia, capti quàm plurimi cum Magno Duce Wirttenbergico & Birckenfeldico.

Ladenburgum Tillio redditur, & paulo post Manhemium cum Heidelbergâ expugnatur.

Osmannes Turcarum Imperator strangulatur, & ex carcere in solium Ottomannicum elevatur Mustapha Osmannis patruus.

Rex Gallicæ multa loca ab hæreticis occupata recuperat, revocatque veram religionem in Bearniam, undè medio sæculo exulaverat.

Bethlem Gabor restituit Imperatori coronam Ungaricam, quâ Oedenburgi in Comitibus Augusta coronata est Regina Pannoniæ.

Carolus Dux Lotharingæ Episcopus Viridunensis ex concessione Summi Pontificis abdicatis Insulis se consecrat Societati Jesu, in quâ post aliquot annos religiosissimè transactos obiit Tolosæ in Aquitaniâ cum famâ insignis Sanctitatis & virtutis.

P. Harvæus Malvesius Soc. Jesu, odio Religionis Catholicæ crudeliter interficitur ab hæreticis in Galliâ Cleraci; eadem Martyrii fors obigit P. Joanni Sandæo ex eadem Societate propè Westadium ad Rhenum.

P. Ægidius de Abren Soc. Jesu, verberibus ad mortem ex odio religionis à Calvinistis in Javâ majore Jacatræ contunditur.

Augustinus Ota Soc. Jesu, pro fide Christi capite truncatur in Japoniâ Ikinoscimæ.

P. Camillus Constantius Soc. Jesu, religionis odio in dicto Japoniæ regno Tabiræ vivus lento igne concrematur; pari Martyrii genere coronantur P. Petrus Navarrus, Dionysius Fugixima, Petrus Onizuccha.

Obiit Neapoli cum Sanctitatis famâ Bartholomæus Agricola ex Ord. S. Francisci.

Fidelis Capucinus inter prædicandum à rusticis hæreticis occisus est in Bretgoviâ; cum titulo Beati refertur à Murero in Helvetiâ Sacrà.

Decedit Avenione cum Sanctitatis opinione, Petrus Martini; laicus Ord. S. Francisci.

Corpus S. Fabii Martyris Romæ ad Ecclesiam PP. Capuccinorum Bononiæ transfertur.

Alexander Comes de Calcione, creatur Episcopus Montis Politiani.

Decedit Neapoli cum Sanctitatis opinione Magdalena à Constantio, Ordinis S. Francisci.

Nascitur Upsaliæ Carolus Gustavus, postea factus Rex Sueciæ.

Vitâ fungitur Melchior Adamus heterodoxus patria Grotkaviensis ex Silesia; qui primus vitas Historicorum, Philosophorumque in lucem dedit.

Pppp

Vivis

Vivis quoque valedicit Joannes Marius Avantius, scripsit historiam Ecclesiasticam à Lutheri apostasià ad sua usque tempora; Consilia item plurima de rebus civilibus & criminalibus.

Vesontione in Galliis, Monasterium S. Mariæ Magdalenaë penitus conflagravit, imago B. Mariæ Virginis filium è cruce depositum in sinu habentis sola intacta remansit, neque velum, quod erat super caput ejus, ignis omninò tetigit, licet in cineres redegerit reclinatorium, in quo fuerat reposita. Bened. Cononus in Chron. Deipara.

Octobri mense ineunte ab assiduis imbris, atque ventorum vi usque ad eò Padus intumuit, ut nihil propius esset, quam ut per disiectos aggeres effunderet se se latè, ac Guastalam miserabili illuvione mergeret, jamque minas suas ad mœnia horrendum in modum admurmurabat, fusæ publicæ ad Deiparam preces, nec mora; aquarum moles, quæ petere Guastalam videbatur, Gualterium, quod Mutinensis ditionis oppidum est, incubuit.

Nascitur Cæsar d' Estrées filius Francisci Hannibalis Ducis Esstrensis, Paris & Marechalli Franciæ; similiter Maria Magdalena filia Georgii Wilhelmi Comitis Palatini Rheni Lineæ Birckenfeldicæ; & Christianus Ludovicus Dux Luneburgico-Hanoveranus.

In Britannia inferiori in diocesi Leonensi, inter Landernacum & montem Relaxum, vulgò Moraly, contigit, quod sequitur; cum puellulæ baptizandæ patrinus hæreticus adhibitus foret, illeque nomen vellet dare, miraculosâ loquelâ infans omnibus stupentibus dixit: *Maria est nomen meum*; undè nec patrinus ille admittus fuit, nec nomen, quod optabat, imposuit, quandoquidem divinitus repudiari censeretur. Marchant. in Candelabr. Myst. de baptismo.

Carolus Philippus frater Gustavi Adolphi Regis Sueciæ moritur; sociam se funeris hujus jungit Hedvigis filia Henrici Julii Ducis Halberstadiani, uxor Udalrici Ducis Pomeraniæ.

Ferdinandus II. Imperator matrimonium contrahit cum Eleonora Vincentii Ducis Mantuani filia.

Christianus Ludovicus, filius Georgii II. Ducis Brunsvico-Luneburgici natus est.

Bellum noviter exarscit inter Hispanos & Batavos, qui irruptionem in Brabantiam facientes ingentem prædam colligunt.

Dilsberga à Tillio frustra obsidetur.

Hagenovia à Mansfeldio deditio capitur, Ladenburgum vi.

Amurathes IV. Solium Ottomannicum conscendit.

Fridericus Comes Palatinus exauctoratus Darmstadium occupat.

Ligistæ Catholici Spiram & Wormatiam occupant; Leopoldus Archi-Dux Hagenoviam recuperat.

Hispani cum jacturâ 10000. suorum obsidionem Bergæ ad Somam solvunt.

Obiit Sophia vidua Christiani I. Principis Electoris.

Bibliotheca Electoralis Heidelbergæ inventa, Romam transfertur.

Floret Jacobus de Venny d'Arbous Abbas Cluniacensis, miraculis gloriosus.

Annus Christi 1623.

Nascitur Ludovicus Friderici V. Electoris Palatini filius.

Sævit lues pestifera per Moraviam.

Philippus Adolphus ab Ehrenberg, Ecclesiæ Herbipolensis Episcopus eligitur; Joannes Georgius Fuchs, Dornheim promovetur ad Episcopatum Bambergensem.

Romæ Officium Sanctæ Inquisitionis contra hæreticam pravitatem stabilitur; in Hispania hæresis illuminatorum extirpatur.

Diem supremum obiit Gregorius XV. ætatis 72. Sedis 2. cum 5. mensibus, substituitur Urbanus VIII.

In Comitibus Ratisbonensibus Ferdinandus Imperator creat Maximilianum, Ducem Baviaræ, S. R. I. Electorem Dapiferum; Tillium verò Ducem fortissimum exornat dignitate Comitum.

Proceres Circuli Saxonie inferioris ineunt fœdus cum Rege Daniæ, qui se impigrè parat ad bellum.

Carolus Walliæ Princeps Jacobi Angliæ Regis unicus filius, Mariam Philippi III. filiam postulat uxorem & impetrat Madriti, quò cum 4. Sociis incognitus advenerat.

S. Franciscus Salesius Episcopus Gebennensis, plus quam 72000. hæreticorum conversos, moritur.

Moritur Venerabilis Pater D. Adrianus Cancellier Abbas Dunensis, dum felix ejus anima carne solvenda erat, lux apparuit, quæ totum illum locum, in quo DEI famulus luctabatur cum morte, illustravit & replevit. Chrysof. Henriq. in astr. Cisterc.

Ven. Guillelmus à S. Alexio Congregationis Fulienfis Monachus, rigoris statutorum suorum extitit tenacissimus, cui humilitatis & orationis studium ita conjunxit, ut plerumque totas noctes in amplexu crucis cum lachrymis & gemitu transegerit, sæpèque gelu rigens ab Ecclesiâ ad infirmitorium à Fratribus apportatus sit; quò in fervore semper sibi præsens, ad finem usque vitæ perseveravit; denique animam cum magnâ jucunditate spiritus Creatori suo inter ultimi Sacramenti unctiones reddidit, Bucellin. in Menolog.

P. Hieronymus de Angelis, Simon Jerapò è Soc. Jesu, cum Joanne Faramondo Imperatoris Japoniæ confobrino, vivi lento igne pro Christi fide exusti sunt Jendi in Japoniâ.

Claret P. Albertus Wiuk Koialovicz, qui scripsit Miscellaneas Ecclesiasticas Lithuaniae.

B. Josaphat Archiepiscopus Polocensis Ruthenus, Ord. S. Basilii pro fide & unione Romana Vitepsci trucidatur.

Extremum Naturæ debitum solvit Leonardus Lessius Soc. Jesu, Vir doctissimus & scriptis clarissimus.

Ernestus

Ernestus Adalbertus ab Harrach Archiepiscopus Pragensis Cardinalitiâ purpurâ auctetur.

Christianus Halberstattenensis profligatur à Tillio ad Stadloam, cæcis 5000, captis 6000.

Moritur Venerabilis P. Desiderius à Curia Ord. S. P. Bened. Congregationum SS. Vitoni & Hidulphi, nec non S. Mauri institutor zelosissimus; quò ipso die horâ circiter meridianâ splendidissima de cælo fax plerisque intuentibus contra Ecclesiam S. Victorii apparuit, faciesque Viri lætissimi ita fulgida visa est, ut effigies & imago vera gloriæ immortalis, qua tùm anima ejus potiebatur, videretur, accersitque, qui depingerent, mirarentur & simul angerentur colore sapiens mutato, formosior semper vultum fieri & splendidior; ex Menolog. Bened.

Natus est Christianus, Adolphi Friderici Ducis Megapolitano-Sverinensis filius, ex primo matrimonio progenitus. Item Pauluccius Altierius, postea S. R. E. Camerarius, Sacri Collegii Subdecanus, Archiepiscopus Ravennæ, Gubernator Laureti, Protector Ordinum Carmelitarum & Dominicanorum.

Amurathes IV. filius Achmetis, quindecim annorum puer, Ottomannicum solium conscendit, amoto ob imbecillitatem ingenii Mustaphâ.

Decedit P. Franciscus Antonius de Angelis Soc. Jesu, per plures annos Missionarius in India & Æthiopia, Zacharium Æthiopum Regem ad abjurandam Eutychemiam hæresim induxit, & Maldonati explanationem in Evangelia S. Matthæi & S. Joannis in linguam Æthiopicam transposuit.

Moritur Casparus Bauhinus Basileensis, Medicus celebris, Professor Anatomices & Botanicæ; de ipsius scriptis extant, Pinax theatri Botanici, sive Index in Theophrasti, Dioscoridis, Plinii & Botanicorum, qui à sæculo scripserunt, opera. Tractatus de Lapide Bezoar &c. item Clara Maria conjux Augusti Ducis Brunsvicensis.

Obiit Hieronymus Buccaferreus Professor Juris Bononiæ celeberrimus; edidit inter cætera Volumen è consiliis Juris 1400. selectum.

Petrus Ludovicus Carafa Vir integerrimæ vitæ, Theologus & Jurista insignis, creatur Episcopus Tricarici in Basilicatâ Regni Neapolitani provinciâ.

Obiit Philippus Sigismundus filius Julii Ducis Brunsvicensis.

Rex Franciæ, Dux Sabaudie & Venetorum Respublica fœdus ineunt cum Confœderatis Helvetis.

Diem supremum claudit Clara Maria Augusti II. Ducis Guelpherbytiani uxor.

Joannes Georgius Comes Hohen-Zolleranus ab Imperatore S. R. I. Principis titulo ornatur.

Dignitatem & vitam deponit Antonius Priulus Dux Venetorum; cui succedit Franciscus Contarenus.

Bethlem Gabor Princeps Transylvaniæ cum 60000. virorum exercitu Ungariam, Moraviam & Austriam invadit.

Decedit Lotharius Archiepiscopus & Elector Trevirensis anno regiminis 24. in cujus locum R. P. Brentano Epitome Chronologica.

cum eligitur Philippus Christophorus Episcopus Spirensis.

Hispani Lipstadium deditio capiant.

Augustus Dux Guelpherbytianus desponsat sibi Dorotheam filiam Rudolphi Principis Anhaltini.

Bethlem Gabor, auditò rumore advenientis exercitus 40000. capitum, copias Cæsareas, quas concluderat & obfederat, liberas dimittit.

Sparenberga deditio Hispanis cedit.

Nascitur Ernestus Landgravius Hasso-Rhenofeldensis.

E Cælestina Familiâ ad cælestes Beatorum Sedes abiit beatæ memoriæ Joannes Baptista de Guardia Grelle, dono prophetiæ illustris; cujus corpus ad annos triginta tres inter alia cadavera, tabo consumpta, repertum est integrum & incorruptum.

Evolat in cælum animus Ven. P. Francisci à S. Maria Magdalena Fulienfium in Gallia Provincialis; qui horam mortis suæ Spiritu Prophetico prædixit.

Annus Christi 1624.

URbanus Papa Octavus, Jacobum de Marchiâ, ex Ordine Minorum, beatorum catalogo adscribit.

Pirata ex Barbariâ, Alexandria Ægypti expulsa, urbem totam flammis devastant.

Rex Gentilis Congi, ad erudiendum in fide Catholicâ populum, Missionarios à Sede Pontificiâ petit.

Romæ Ordo militiæ Christianæ approbatur.

Obiit Wattenis P. Thomas Stephensonus Soc. Jesu, Anglus, laboribus in Angliâ Apostolicis, & carcere fidei causâ perpresso conspicuus.

In Angliâ fœdus nuptiale inter Principem Walliæ & Mariam infantem Hispaniæ à Parlamento rescinditur, novumque instituitur cum Henricâ Mariâ sorore Ludovici Regis Galliæ, salvâ religione Catholicâ.

Ex Hiberniâ omnes Ecclesiastici edicto Regio proscrubantur; belli consilia de restituendo Comite Palatino ferventiùs quam nunquam antea agitantur.

Pro eodem Palatino Hagæ Comitum ineunt fœdus Ordines fœderati cum plerisque aliis Principibus, & Statibus Germaniæ A Catholicis contra Domum Austriacam.

Contra eandem conspirarunt hoc anno Galli & Veneti, Helveti & Sabaudi, tùm pro Palatinatûs vindicatione, tùm pro libertate Vallis-Telinæ, quam etiamnum Austriaci insidebant.

Ambrosius Spinola Ductor Hispanicarum & Belgicarum copiarum Bredam obsidet, eamque capit mense Junio anni sequentis post impensas à Rege Hispaniæ in obsidione decem milliones aureorum.

Romæ Marcus Antonius de Dominis Archiepiscopus Spalatenfium ob relapsum in hæresim, quam anno priore ejurarat, traditur in custodiam mense Aprili, & Decembri in carcere moritur; cadaver demortui cum scriptis jussu Inquisitionis in campo Floræ flammis additum.

Pppp 2

Obiit

Obiit Henricus Dux Lotharingæ sine prole masculâ, cui succedit in Principatum filia ejus Nicolea natu major, nupta Carolo, Patrueli suo, filio Francisci Comitis Vaudemontii, fratris prædicti Henrici.

P. Didacus Carvallis Soc. Jesu, tolerato glacialis aquæ per 12. horas frigore, pro Christo enecatur Scendaii in Japoniâ.

P. Michaël Carvallis Omuræ similiter in Japoniâ ob Christi fidem inter lentos ignes consumitur.

Carolus Archi-Dux, Magnus Magister Ordinis Teutonici & Episcopus Uratislaviensis, ut Lusitanæ Regno vicariâ potestate præflet, evocatus in Hispaniam, trigesimo postquam advenerat die extinctus est, Princeps magnæ prudentiæ & moderationis; at lucui Augustissimæ domui paulò post substituit genialem lætitiâ Hymenæus per nuptias Serenissimi Archi-Ducis Leopoldi cum Claudiâ Magni Hetruriæ Ducis filiâ & Urbinatis viduâ.

Polonia à duplici hoste Turcâ & Suecô premitur; ille magnum Tartarorum exercitum per Walachiam sub Cantimiro Murza immisit, ingenti tamèn & prodigiôsâ clade profligatum; cum Stanislaus Coniecpolsius cum exiguâ manu, nimirum tribus equitum millibus & 700. peditibus, 30000. Scytharum aggressus, prælio fudit, omni prædâ hominum pecudumque recuperatâ.

Horam mortis suæ Spiritu Prophetico prædicens, cum magna Sanctitatis opinione moritur Tolosæ in Galliâ Ven. P. Franciscus à S. Maria Magdalena Fulienfis Congregationis Provincialis.

Elevatum alterâ vice Sacrum corpus B. Idesbaldi Abbatis Dunensis ex Ord. Cisterciensium, post annos à morte 457. repertum denuò est constanti & testatissimo prorsus miraculo incorruptum.

Vitæ finem facit Martinus Becanus insignis Theologus Soc. Jesu.

Item Wilhelmus Bavaræ Dux, Maximiliani primi Electoris parens, nec non Josephus Blancanus Soc. Jesu, Scriptor Mathematicus clarus.

Fit belli Danici contra Cæsarem initium.

Moritur Parisiis Ven. Guillelmus Monachus Fullensis Concionator insignis, magno animorum lucro commendatissimus.

Decedit in Aurea Valle Ven. P. Dionysius P. Argentier Abbas Clavævallis, illustrissimum hac ætate Sydus, miraculis clarens.

Natus est Georgius Wilhelmus Dux Luneburgico-Cellensis.

Henricus Comes Bergensis Equitatus Hispanici Polemarchus Velaviam invadens ingentem illi jacturam infert.

Batavi in America Hispanis districtum omnium Sanctorum, sive Bajam todos los Santos unâ cum castellis S. Antonii & Tapesepe eripiunt, & in urbe S. Salvatoris ingenti prædâ potiuntur.

Pax inter Cæsarem & Bethlem Gabor sancitur; armistitium item fit inter Suecos & Polonos.

Cardinalis Cleselius ex castro S. Angeli, in quo captivus tenebatur, liber à Papa dimittitur, & pristinae dignitati restituitur.

Mauritius Princeps Cliviam occupat, & fortificationes maxima ex parte diruit.

Prædicantes Acatolici cum Ministris Scholarum ex Vienna proscribuntur.

Urbanus VIII. indicit Jubilæum.

Annus Christi 1625.

Moritur Fridericus Wilhelmus Dux Teschenensis, sui Stemmatis ultimus; item Ludovicus filius Friderici V. Electoris Palatini.

Nascitur hoc eodem anno frater Ludovici, Eduardus.

Vitam Londini finit P. Joannes Bennetus Soc. Jesu Anglus, ob animarum zelum carcere variisque tormentis excruciat.

Bredam capit post longam obsidionem Ambrosius Spinola.

Jubilæum promulgatum Romæ multis etiam Principes accivit in Italiam.

Elisabetha Portugalliæ Regina tertii Ordinis S. Francisci in Sanctarum numerum relata est; Beatos quoque dixit Urbanus Papa Andreæ Abelinum Theatinum, & Felicem Capucinum.

Renovatâ inter Ferdinandum & Amurthem pace, eique inserto etiam Gabore, idem Ferdinandus filium suum Ferdinandum postea Cæsarem hujus nominis III. curat eligendum Regem Hungariæ.

E Moravia proscripsi Anabaptistæ, è 20000. media pars ritus Catholicos, verè an fidè, sunt amplexi; cæteri in Ungaria, Transylvania, Walachia & Polonia fecere colonias.

Verbi Lutherici Præcones Vienna rursum exacti, pœnâ non levi constitutâ in Dominos, qui eos in suis Dynastiis retinerent; eliminati item ex universitate, qui eadem labe inquinati.

Acatolicis in Palatinatu superiore indictum à Maximiliano Electore, ut vel sectam mutarent, vel solum verterent.

Moritur Jacobus Angliæ Rex, successorem accipit filium Carolum, qui 18. Maji celebrat nuptias cum Maria Henrica Francica, Sorore Regis Galliæ.

Moritur quoque Mauritius Princeps Arabinicus, magnus ille Batavorum Imperator belli, in cujus locum successus fuit frater ejus Henricus.

Rex Daniæ, electus Dux Protestantium Saxonæ inferioris, detractâ tandem larvâ palam se hostem Catholicorum proficitur, armaque infert Cæsari, sed graviter mulctatur à Cæsarianis Ducibus Tillio & Wallensteinio, amissâ Hameliâ, Mindâ aliisque locis plurimis.

Ecclesia Abyssina reconciliatur Romanæ per Alphonsum Mendium assumptum ad Patriarchatum Æthiopiæ è Soc. Jesu.

Bambergæ statua miraculosa B. V. Mariæ in ædibus civis cujusdam ex oculo altero limpidissimum liquorem, oleo tamen quàm aquæ similiorem visa est stillare; paucos post dies in templo PP. Soc. Jesu publicæ venerationi exponitur.

P. Theodorus Risvius Soc. Jesu inter carceris ærumnas odio religionis Catholicæ conficitur Neomagi in Belgio.

P. Fran.

Annus Christi 1626.

Antiquissima Comitum de Schaumburg familia extinguitur.

Rebellium rusticorum aliquot millia apud Wolfseckium, Superioris Austriæ arcem, trucidantur à milite Cæsareo, Duce Papenheimio.

Nascitur Henrica Maria, Filia Friderici V. Electoris Palatini.

Obiit Parisiis P. Petrus Cotton Soc. Jesu, in Gallia Norondæ illustri profapia ortus, Regis Galliæ Henrici Confessarius, ob Sectarios acerrimè impugnatos sæpius de vita periclitatus.

Fatis item concedit Bracciani Alexander Cardinalis & Princeps Ursinus, proximis adjuvandis summoperè intentus, Legatus Apostolicus Ravennæ, & ad Ferdinandum II. Pragæ; in condonandis injuriis planè admirabilis.

Urbanus Papa litteris in Japoniam missis, Christianos ad Martyrium animat; eidem spontè renuntiat hoc anno Ducatum suum Franciscus Maria à Rovere Dux Urbini.

Exercitus Mansfeldii ad pontem Theffaviensem à Wallensteinio Duce Fridlandiæ ad internecionem propè deletur, ipso Mansfeldio cum aliquot Equitum reliquis ægrè fuga dilapsos cæsi sunt 4000. capti 3000.

Eandem aleam experiri coactus Christianus Rex Daniæ in agro Brunsvicensi ad Lutheram oppidum, ubi à Tillio Duce Cæsareo fufus prostratusque cum exercitu florentissimo amisit suos Duces penè omnes, tormenta majora 22. signa militaria 80. & omnem apparatus bellicum; gratulatus est tam insignem victoriam ex urbe Victori Urbanus Pontifex disertissimis litteris.

Moritur Guilielmus Albertus Dux Bavaræ ætate 77. item Joannes Svicardus Archiepiscopus & Elector Moguntinus ætatis 75. Regiminis 23. Vir sui ævi præstantissimus, in quo certavit eximia in DEUM pietas & religio cum publicæ salutis studio; vivere etiam desierunt Halberstadius & Mansfeldius; nec non Joannes Ernestus Dux Vinariensis.

Menfe Januario Bætis fluvius inundatione post hominum memoriam inauditâ Hispalim nocte intemptâ obruit.

In Gallia Cardinalis Richelieu ad summum enititur, & apud Regem unus potest omnia, Principibus reliquis vel tacere compulsis, vel si reniterentur, aulâ exturbatis.

P. Joannes de Bæza, & P. Caspar de Castro Soc. Jesu, gravissimis proscriptionis ærumnis à Xogunfama Imperatore conficiuntur in Japonia.

P. Franciscus Paciecus, P. Balthasar de Torres, P. Joannes Zola cum sex Coadjutoribus Japoniis Soc. Jesu, lento igne vivi pro Christo exuruntur Nangasacki in Japonia.

Ernestus Harrachius Pragensis Archipræsul sacrâ purpurâ exornatur.

Abiit in cælum Margarita Arbusia beatæ memoriæ Abbatissa Vallis Gratiarum, non tam sanguine, quàm vitæ Sanctitate & austeritate celeberrima, suâ ætate altera Gertrudis habitâ;

Pppp

noven-

P. Franciscus Macciadus, & P. Bernardus Pereira Soc. Jesu, capite plectuntur à Mahometanis Aufciagurellæ in Æthiopia.

Anglicana classis, 150. navibus, & omni bellico apparatu contra Hispanos instructa, cum milites Gadibus excensionem tentassent, & à Ferdinando Gironio toto littore depulsi & ad naves rejecti fuissent, in reditu procellis & tempestatibus jactata, paucos admodum de decem peditum millibus, in Angliam revexit; Hispanis fortuna benignius arrisit, qui in Brasilia portum omnium SS. Friderici Toletani ductu Batavis eripuerunt.

Joannes Christophorus ex Comitibus de Lichtenstein, instituitur Episcopus Chiemensis.

Cæsaraugustæ Maria Josepha Navarra, Virgo Carmelitici instituti, cum opinione Sanctitatis moritur.

Decedit Joachimus Ernestus Marchio Onolsbacensis; item Sancho d' Avila Episcopus Placentinus, natione Hispanus, Scriptor devotus; quibus se mortalitatis depositæ socium jungit Paulus Beni Professor eloquentiæ Patavii, unus ex Scriptoribus sui temporis celeberrimis; inter alia scripsit Commentarios in Poët. & Rhetor. Aristotelis. in sex libros priores Æneidum; in Salustium Histor. lib. 4. disputationem de Annalibus Ecclesiasticis Cardinalis Batonii.

Natus est Carolus Otto Comes Palatinus Rheni, Lineæ Birckenfeldicæ, filius Georgii Wilhelmi; item Joannes Fridericus Dux Luneburgico-Hanoveranus.

Galli in America Australi ejusque Insula Caienna pedem figunt, & fortalium Ceperou extruunt.

Sophia Eleonora Electoris Saxonæ filia natu maxima, Georgio Hassiæ Landgravio desponsatur.

Leopoldus Ludovicus Comes Palatinus Veldentianus natus est.

Galli Niceam Paleam in Ducatu Mediolanensi occupant, Gaviqque arcem in Liguria.

Mundi lucem aspicit Joannes Fridericus filius Georgii II. Ducis Brunsvico-Luneburgici; item Henricus Augustus, filius Augusti II. Ducis Guelpherbytiani.

Christianus Dux Brunsvicensis cum Comite Mansfeldio ducens exercitum 12000. peditum & 2000. equitum, in Archidiecepsi Coloniensi ac Episcopatu Monasteriensi gravissimas facit exactiones & damna.

Tillius Cæsaris Polemarchus Christianum Ducem Brunsvicensem Nordheimii obsidionem solvere cogit; Nienburgum verò frustra obsidet.

Rex Sueciæ vix non tota Livonia potitur.

Urbs Oldendorffium in Ducatu Brunsvicensi à Cæsareanis expulatur & igni traditur; iidem pontem Dessauii occupant, & aggeribus muniunt.

Moritur Dorothea Augusta Abbatissa Gandersheimensis, filia Julii Ducis Brunsvico-Guelpherbytiani.

Obiit Ven. Joanna de Conflans Monialis Calvariensis, in suprema cum morte lucta hilari voce hymnum solennem Te DEUM laudamus intonans,

novennis tyruncula Sacre Religioni se addixit, in qua nullo pietatis detrimento linguas Gallicam, Latinam, Hispanicam, Italicam, præterea Architecturam, Musicam, Medicinam mirâ facilitate addidit, de qua memorant, non solum ex ejus corpore, sed & vestimentorum particulis prodigiosum oleum dimanare.

Vitam exiit Odoardus Farnesius S. R. E. Cardinalis, Alexandri Farnesii Parmæ & Placentiæ Ducis filius, insignis pietatis & prudentiæ vir.

Christianus Dux Brunsvicensis, bello Germanico notissimus moritur, è cujus ore paulò antè mortem vermis prodiit, quatuor ulnas longus, duosque crassus digitos.

Amurathes IV. Turcarum Imperator Bagdad urbem frustraneâ obsidione premit, Persis eandem generosè propugnantibus.

Thomas Sanchez è Societate Jesu Cordubæ natus, adolescentiam inter ceteras virtutes cum primis amore Deiparæ imbut, cum sextum supra decimum ætatis annum attigisset, ut in Societatem admitteretur, vehementer Superiores sollicitavit, non erat, quod ei aditum in Societatem difficile redderet, nisi unica linguæ balbutientis ad loquendum difficultas; postquam ardentè Virginis Deiparæ opem inelamavit, ut hocce à se, quo à Societate prohiberetur, obstaculum dimoveretur, loquendi difficultatem benigna & misericors mater ei omnem prodigiòse ademittit, ex annal. Soc. Jesu.

Moritur Augustinus Antolinez patriâ Valisoletanus, ex Ordine Divi Augustini, Archiepiscopus Compostellanus, scripsit varias vitas Sanctorum, & tractatum de immaculata Conceptione Deiparæ.

Vitam cum morte commutat Franciscus Baco, Baro de Verulamio, Vice Comes S. Albani, magnus olim Angliæ Regni Cancellarius, à qua dignitate ipsum avaritia dejecit. Scripsit historiam Regni Henrici VII, de Sapientiâ veterum; de bello Sacro; de naturali & universali Philosophiâ; historiam ventorum; historiam vitæ & mortis; introductionem historiam anonymi.

Lælius Biscia Romanus Cardinalitio galero donatur.

Paulus Boudot Episcopus Audimaropolitanus transfertur ad Sedem Atrebatensem.

Sueciæ Rex Polonos cædit in Livonia, exinde Prussiam invadens Pilaviam, Braunsbergam, Frauenburgum & Elbingam occupat; Principes Catholici fœdus renovant.

Carolus I. Angliæ Rex coronatur.

Mediantibus Anglis & Batavis Galliæ Rex pacem Hugonotis concedit.

Leopoldus Archi-Dux abdicato Clericali statu matrimonium init cum Claudiâ Medicæ Urbini Ducissâ.

Viennæ Ordo novus Consilii Aulici publicatur.

Gaſto Dux Aurelianensis nuptias celebrat cum Mariâ Borbonia.

Obit Ludovicus Landgravius Hasso-Darmstadianus.

Cæsareani Göttingiâ fortalicio Luneburgico per deditionem potiuntur; item Rheno-feldâ.

Fridericus Udalricus Dux Brunsvico-Guelpherbytianus, abdicato Daniæ Rege, se Cæsari submittit.

Maria Elisabetha Saxonæ Electoris secundogenita, Friderico Holsatiæ Duci desponsatur.

Georgius Fridericus L. B. à Greiffenklau Sedi Archiepiscopali Moguntinæ præficitur.

Christianus II. Daniæ Rex Hoyam occupat.

Ad superos se recipit B. memoriæ Hieronymus Arminius Monachus Benedictinus ad Scaldas Panormi, virtutum omnium luce fulgens, patiendi fame & siti plenus ad miracula usque; percutienti se in maxillam dæmoni cum præberet alteram, fugere de obsello corpore compulsi; tæ porrectum sibi venenum tæ nullo vitæ periculo sumpsit, mille persecutionibus obiectus, omnes teste innocentia felix vicit; à cacodæmone ad altissimam fenestram ad præcipitandum sublatus, compulsus est dæmon eò referre, undè illum arripuerat; futura & absentia Hieronymus prævidit, ipsasque hominum arcanas cogitationes, occultos defectus, desideria, intentiones divino illustratus lumine cognovit.

Fuit hic quoque annus ultimus, finis exilii & introitus patriæ cælestis Zachariæ Cucurbici de Sciacca ex dicto Panormitano asceterio; savissimus corporis sui castigator extitit, crudis herbis & aquâ victitans, quam vitæ amaritudinem Angelicæ visitationes & alloquia dulcorârunt.

Terris quoque subtrahitur cæloque inferitur Ven. Renata junior S. Petri Rhemenis Abbatissa, Lotharingæ Ducissa, absolutissimæ Sanctitatis exemplar.

Extinguitur hoc eodem anno Claudius Lornel Crispinienis in Hannoniâ Abbas dignissimus, Vir mixtæ frugalitatis, innocentia & devotionis, hic moriturus, etsi præ debilitate vix movere se posset, sacro tamèn Viatico munendus, ultrò è lectulo exsiliens, illud summâ devotione genuflexus excepit.

Annus Christi 1627.

Rupella post longam obstinatam obsidionem cogente fame Ludovico XIII. Francorum, Regi se submittit; periére in urbe 13000. hominum millia.

Nascitur Philippus Friderici V. Electoris Palatini filius.

Cæsaris mandato hæretici ex Austria proscribuntur; opponentibus se illi Statibus catholicis, respondit piissimus Imperator, velle se potius cum conjuge & liberis Augustis stipem emendicare, quam hæreticam pravitate suis in terris tolerare.

Moritur P. Josephus Scammaca Soc. Jesu, ferventissimus per annos 45. Ecclesiastes; quadragesimas quotidianis dictionibus absolvit 40. & supra 100. volumina de rebus divinis scripsit.

Eodem

Eodem anno extremum vitæ diem claudit P. Rodericus Ninno de Guzman ex eadem Jesu Societate, splendè ortu Hispanus, Concionator Regius Philippi IV. qui ardente zelo vitia infestatus tabernas lusorias, & Veneris prostibula feliciter Toleti extirpavit.

Urbanus VIII. adscripsit Martyrum catalogo tres è Soc. Jesu, Paulum Michi, Joannem Gotho, Jacobum Kisai & aliquot Franciscanos pro fide Christianâ à Japonibus occisos.

Pragam defertur corpus S. Norberti Episcopi Magdeburgensis.

Imago Crucifixi in Speluncâ Manresanâ, ubi olim S. Ignatius de Loyolâ vitæ sanctioris tyrocinium posuit, sanguine manavit. Ricciol.

Multas iterum clades passus hoc anno Daniæ Rex à Ducibus Cæsareis, & compulsus ad petendam pacem à Cæsare, in cujus potestatem cessere loca ferè omnia intra Albim & Oceanum Balticum.

Ludovicus Rex Galliæ graviter conquiritur per suum Legatum apud Carolum Regem Angliæ de non servatis matrimonii conditionibus, & de amandatis ex Angliâ Ecclesiasticis, quos Regina secum ex Galliâ duxerat.

Angli frustra tentant Insulam Rheam ditionis Gallicæ, & ab arce S. Martini cum strage repelluntur à Schombergio; occupant econtra Barbadam Americæ Insulam.

Sigismundus Rex Poloniæ cum filiis Ladislao & Casimiro gravi clade afficit Suecos, interfecto eorum Polemarcho, aliisque Ducibus plurimis, ipso etiam Rege Gustavo ictu globi vulnerato.

Parisius duella repressa sunt, Nobilibus gladiatoribus publicè licitoris manu capite minutis Francisco Momorancio Buttevilio, & Francisco Rosmandeco Comite Capellarum.

In Apuliâ ex ingenti motu terra contremuit horis quinque, cum magnâ hominum & domorum strage.

In Sardinia corpus S. Feliciæ Virginis & Martyris invenitur.

Casinenſe Archisterium S. P. Benedictus memorabili prodigio exornat; agebatur de attollendo in majorem splendorem Sanctissimi Patriarchæ sepulchro; obstabat major ara, quam transferri placuit, sed indestructam; quippe aram comminueret, quam Christi Vicarius Alexander II. in decem Archiepiscoporum, & 43. Episcoporum præsentia consecraverat, piaculo ducebatur; vocantur itaque Architecti peritissimi, qui omnem movent lapidem, ut aram integram & incorruptam loco moveant, sed actum agunt; altiori manu, facili negotio id Sanctissimus Patriarcha egit; nocte concubiâ cum totus mons prodigiòsâ luce circumfusus splendesceret, organis absque humanâ operâ complaudentibus, ara suo loco divinitus mota, spatium, quod Sanctissimi Patriarchæ monumentum suo ornatui poscebat, reliquit; undè & loco & loci Patrono nova veneratio & admiratio. Metzger. in histor. Salisburg.

Coloniæ eum Sanctitatis opinione decedit Thomas à JESU, Ordinis Prædicatorum.

Ven. Joannes à S. Dionysio Monachus Fulienſis obiit, contemplatione & patientiâ admirabilis.

Item Laurentius Baierlinck, novo vitæ humanæ theatro juris publici factò, celebris.

Suprà Monasterium Capuccinorum S. Remi in Januensi Provinciâ ferè tribus mensibus lumina prodigiòsa in obscurâ nocte, nedum ab ipsis Fratribus, sed & à vicinis populis conspecta sunt; quæ lumina aliquando in Ecclesiam ingredi totamque illuminare visa sunt; ex Anton. Brena.

Cum in odium fidei combustione occisus fuisset Nangasachi in Japonia P. Thomas Tzugi è Soc. Jesu; illud à morte admirandum habuit, quod illi pectus ultrò à morte distractum diffilerit, & è pectore sic hiantè rubens illicò flammula promicuerit, stupentibus ob prodigium iis, qui aderant Lusitanis, atque Japonibus. Philipp. Alegambe de mort. illustr. PP. Soc. Jesu.

Justinus Antolinez Juris-Consultus insignis, creatur Episcopus Dertosa.

Hoc anno in Parian delapsus è cælo ignis innumeras domos absumpsit, & quindecim millia hominum combussit; Sapiens ille ignis transsaltabat ad aliqua Prætoria, quærens securos sceleratores; nam haustâ unâ domo in aliam magno intervallo disjunctam transcurrerat; visus est multis contestantibus è cælo defluxisse; ipsi se Ethnici fatebantur ob scelera recentia id promeritos. Patres Dominicani, qui in ea urbe erant, timentes cladem, produxerunt imaginem B. MARIÆ Virginis, quam vocant de Rosario, extrâ domum; ac licet septies transcurreret illac incendium, integra superfuit, cum magna Ethnicorum admiratione, & nostræ fidei opinione; dixerant enim, nunc videbimus, an Castellorum DEUS possit suos juvare; hæsit aliquoties flamma parietibus domus, sed miraculosè extincta, conjectis in ignes placentalis, quas vocant S. Nicolai Joan. Eusebius.

Nascitur Rudolphus Augustus Dux Brunsvico-Guelpherbytianus.

Decedit Eberhardus Bronchorstus Jctus celebris, & Professor Lugduni Batavorum; edidit *εναγγοφικων* Centurias 4. & conciliationes eorumdem; Centurias 2. Miscellaneorum Juris Controversiarum; Tractatum de privilegiis Studioforum, tum Professorum & Doctorum; Enarrationem in tit. de diversis regulis Juris antiqui &c.

Moritur Carolus à Lichtenstein, Dux Troppaviensis &c. Vir Catholicæ fidei zelo ardentissimus.

Decedit Vicentius II. Dux Mantuæ & Montisferrati; succedit Carolus I. Gonzaga.

Carolus II. Gonzaga desponsat sibi Mariam Gonzagam filiam unicam Francisci IV.

Bellum

Bellum de novo inchoat Bethlem Gabor, sed à Wallensteinio Duce Cæsarei exercitus reprimitur.

Georgius Landgravius Hasso - Darmstadianus nuptias Torgaviæ celebrat cum Sophia Eleonora filia Electoris Saxoniz.

Nascitur Maria Ludovica Gastonis Ducis Aurelianensis filia; e contra ex vita decedit Maria Bourbonia præfati Ducis uxor.

Tillius Vordheimium deditioe capit, Duxque Fridlandiz Koselium urbem munitam.

Dani Troppaviam Cæsareanis cedunt.

Batavi occupant Grollam.

Tillius totâ ferè potitur Holfatiâ, Cæsarei Danos ex Episcopatibus Bremenfi & Verdensi ejiciunt.

Pax inter Romanorum & Turcarum Imperatorum ad annos 25. prolongatur.

Dani à Cæsaris copiis cæduntur in Jutia, eorumque multi captivantur; qui & Nienburgum dedunt victoribus, cedit & Bremerverda, cum Guelferbyto.

Ferdinandus III. in Bohemiz Regem coronatur.

Decedit Ducissa Lotharingiz; similiter Sultanus Selymus Magnus Indiæ Mogul, dictus Jehan Ghir Patscha, cui in Imperio succedit filius Sultanus Korum, sive Scha Gehan.

Annus Christi 1628.

Nascitur Carolina sive Charlotta, Friderici V. Electoris Palatini filia.

P. Camillus de Gram, Ordinis S. Benedicti ab hæreticis crudeliter in Kosteletzensi Bohemiz ditione perimitur.

Bavariæ hoc anno adjectus est Palatinus Superior ad diluendas impensas belli, factas à Maximiliano tot annis in obsequium Domûs Austriacæ; dignitas item Septemviratûs ad omnes Maximiliani posteros & agnatos, qui à Guilielmo ipsius parente, per justos natales descenderent, perpetuâ serie extensâ.

Stada à Tillio subigitur, sed Stralsundia infelicitèr, & cum jacturâ decem millium à Fridlando obsidetur, nactus inde occasionem Suecus, cujus opem implorant Stralsundenses, invadendi Germaniam.

Felicio fait Fridlandus in expugnando Rostochio, & supprimendo motu agrestium in Bohemiâ.

Dani instaurato exercitu nonnulla damna intulerunt Cæsarianis, à quibus vicissim non levi clade semel iterumque sunt affecti.

Tandem post toleratam mensium 15. obsidionem acerrimam cessere in potestatem Ludovici Galliz Regis Rupellenses; fame ad deditioem coacti; ajunt esse reperta ad 15000. cadavera obessorum, ex quibus aliqua semivivata à fame pereuntibus.

In Italiâ gravissima orta dissensio ratione Ducatûs Mantuani inter Carolum Gonzagam Ducem Nivernensem & Ferdinandum Gonzagam Ducem Guastallæ, & Mariam viduam Ducis Lotharingiz, Sororem natu majorem

trium ultimorum Ducum Mantuanorum, quorum pars quælibet totam sibi hæreditatem vendicabat; Sabauda sibi deposcente ditionem Montferratensem.

P. Edmundus Arousmithæus Soc. Jesu, pro fide Catholica suspensus, & dissectus est Lancastriz.

P. Matthæus Fernandez, P. Bernardus Peccius Soc. Jesu, ab idololatriis in Regno Jafana Pataviz occiduntur.

P. Michaël Nacascima Soc. Jesu ferventibus aquis montis Ungen, ad mortem usque per multos dies pro fide Christi ex cruciatu in Japoniâ.

P. Rochus Gonzalez à S. Cruce & P. Alphonfus Rodriquez Soc. Jesu, crudelissimè ab idololatriis Paraquariensibus occiduntur; parem Martyrii lauream in Paraquariâ obtinet P. Joannes de Castillo; ex eadem Societate.

Moritur Vincentius Carassa Generalis Soc. Jesu, Vir genere, pietate & doctrina illustris.

Alphonfus III. Mutinensis & Rhegiensis Dux, Cæsari patri succedit.

Obiit Alvarezius Soc. Jesu, Presbyter Lusitanus, docuit Evoræ Theologiam, ediditque indicem expurgatorium librorum, ab exorto Luthero.

Natus est Emmanuel Philibertus Amadeus Princeps Cariniani.

Capitulum Archiepiscopalis Ecclesiz Magdeburgensis abdicato Christiano Wilhelmo Administratore, Augustum Electoris Saxoniz secundò genitum postulant.

Ferdinandus II. Imperator Wallensteinium Sacri Rom. Imperii Principem creat, eique Ducatus Megalopolitanum & Saganensem in feudum dat.

Cæsareani Lindaviam occupant, & civitates armis exuunt.

Sophia Amalia Georgii II. Ducis Brunsvico-Luneburgici filia nascitur, futura Daniæ Regina.

In lucem quoque editur Rudolphus Augustus, filius Augusti II. Ducis Guelferbytiani.

Wolgastia se Cæsari submittit, uti & Crempa.

Batavi Hispanorum classem Argentariam ex India Occidentali reducem diripiunt.

Eleonora Caroli Mantuæ Ducis filia nascitur, quæ postea Ferdinando III. Imperatori in matrimonium collocata est.

Gallia & Ordo præcipuè Sacer Cisterciensis magno cum luctu amittit, superis jungendum, Bernardum de Montgaillard, Monasterii Aureæ vallis in Ducatu Luxemburgensi Abbatem Reverendissimum, Virum non minus mirâ faciendâ, & doctrinâ quam vitæ Sanctimonîâ celeberrimum, & post mortem signis prodigiosis illustrissimum.

Annus Christi 1629.

Nascitur Ernestus Augustus, Elector primus Brunsvico-Luneburgicus. Propè

Propè Harlemium aquis submergitur Henricus Fridericus, filius Friderici V. Electoris Palatini.

P. Mathias Burnatius Societ. Jesu ab hæreticis tumultuantibus propè Rovvensko in Bohemia, cum puero Catholico ministro, plurimis vulneribus, ex fidei Catholice odio perimitur.

P. Joannes Gondinus Soc. Jesu, Hispanus, vir insatiabilis zeli, in animarum conversione atrocita quæque perpeffus, tandem maleficio magico è vita exturbatur Toleti.

Petrus Pazmani è Societat. Jesu ab Urbano VIII. sacrâ purpurâ donatur.

Sanctorum numerum auxit hoc anno Andreas Corfinus Florentinus Carmelita, & Episcopus Fesulanus. Beatis quoque indigentibus adscriptus Cajetanus Thienæus, alter Theatinorum conditor.

Imperator confectâ pace cum Daniæ Rege, promulgat Edictum de restituendis Ecclesiarum possessionibus post transactionem Passaviensem occupatis, cujus executio in variis locis Germaniz urgetur, non sine magnis difficultatibus, & malè ominosis turbis.

Magdeburgum rebellis & pertinax civitas obsidione cingitur à Duce Fridlandiz, sed eventu irritò.

Gustavo Regi Sueciz subduntur faces à Legato magni Regis in Europa, sub nescio quo prætextu politico vindicandæ libertatis Germanicæ, ad bellum inferendum Cæsari, ejusque fœderatis.

Tentatis frustra mediis lenioribus ad pacandam rem Mantuanam sine turbis, devenitur hoc anno ad arma. Pro Duce Nivernensi auxiliares venere copiz Francicæ 40000. Contra Ducem è diverso moverunt infestis signis cum Hispanis Cæsariani, à quibus occupatis brevi tempore Ducatûs locis firmioribus, captisque ad eò ipsis suburbiis S. Georgii ad Mantuam, cœpit ipsa urbs coronâ cingi, excitatis hinc inde propugnaculis ad præcludendum aditum excurrentibus.

Coacta est hoc anno se dedere Hollandis post quatuor mensium oppugnationem deficiente pulvere tormentario Sylva Ducis. Eisdem paulò post cessit Vesalia, quæ prodicione civium, quæ Gubernatoris somnolentiâ, quam capite postea luit Antverpiæ.

Viennæ in captivitate, quæ ipsi peperit libertatem filiorum Dei, ad fidem orthodoxam conversus Rupertus Comes Palatinus, filius Friderici olim Septemviri, qui se Regem Bohemiz scripsit.

P. Bernardus Reus Soc. Jesu, evulso corde telis configitur à Gentilibus in Regno Peruano.

Obiit Georgius Fridericus à Greiffenklau, Archiepiscopus & Elector Moguntinus.

Bethlem Gabor Transylvaniz Princeps ex morbo hydropico perit.

Arionæ duabus leucis ab Andufar civitate Bæticæ sæpius noctu supra turrim templi cujusdam in aère apparuerunt ingentes luces stellæ, & Processio triginta Sanctorum: missus eò Vicarius Episcopi cum aliis, ut se informarent, qui suis etiam oculis, rem ita esse comperit.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

runt, judicârunt esse fodiendum locum vicinum, nùm fortè istuc sepultæ essent Sanctorum Reliquiæ, quæ sanè repertæ sunt triginta corporum, & variis miraculis probatum est, ea esse Sanctorum. Joan. Euseb. lib. 1. De mirac. nat. cap. 72.

Civis Bambergæ in Franconia defuncti vidua honesta, nescio cujus negotii causâ fluvio præterlabenti appropinquavit, in quem aquis solitò majoribus tumidum, aut pede fallente, aut vertigine cerebrum turbante, incautè capite prævolante cecidit; auxiliares manus solum porrigere potuit tunc præfens puella domestica, sed sicut annis, sic viribus minor, has dum porrigit, simul decedens, aquarum vorticibus vitæque pari periculo involvitur. Frustraneus nunc ambarum clamor; Cælum solum & Cœlites auxilium suppeditent necesse est. Domina miraculosæ in PP. Soc. Jesu Collegio Imaginis memor, illuc pro sua famulæque vita Deiparæ Thaumaturgæ votum nuncupat, mox è nubibus vocem, in auxilium adsum, audire sibi visa, venerandum insuper aspectu virum oculis corporeis conspicit, qui ad littus utramque incolumem stitit. Ex libell. Mirac. Deiparæ.

Alphonfus III. Dux Mutinensis, Isabellâ Sabaudiz Ducisâ conjugè mortuâ, Capuccinorum Ordinem amplectitur, sub nomine Fratris Joannis Baptistæ.

Ernestus Montecuculi Imperatoris exercitus Dux Amersfordiam occupat.

Armandus Borbonius Princeps Contiacensis, filius Henrici II. mundi lucem primò aspicit. Huic autem oculos per mortem claudis Casparus Bartholinus Medicus insignis Hafniæ: scripsit Institutiones Anatomicas. Controversias Anatomicas. Paradoxa Medica 142. Manuductionem ad veram Psychologiam ex sacris litteris, De natura Theologiz. De partitionibus scripturæ S. Varios tractatus & dissertationes Physicas. Rhetorica, Logica, Ethica, Metaphysica &c.

Decedit Lælius Bisciola Soc. Jesu, vir exquisitæ scientiæ: edidit horarum subcisivarum, seu rerum in omni genere excellentium tomos duos. Observationum sacrarum lib. 12. Digressionum in Evangelia Mathæi & Joannis, item in epistol. Pauli ad Roman. Galat. & Hebræos lib. 4. &c.

Natus est Ernestus Augustus Dux Luneburgico-Hanoveranus.

Peste decedit Joannes Buxtorfius Professor linguarum Basileæ: edidit Manuale. Synagogam Judaicam. Epistolas Hebraicas. Thesaurum Grammaticum linguæ Hebrææ. Lexicon Hebraicum. De abbreviaturis Hebraicis. Grammaticam Chaldaicam & Syriacam &c.

Natus est Carolus III. Dux Mantuæ & Montisferrati.

Cæsaris copiz Curiam præsidio & aggeribus muniunt.

Inter Suecos & Polonos sex annorum armistitium initur.

Georgii Ducis Brunsvicensis uxor gemellos edit, Ernestum Augustum filium, & Dorotheam Magdalenam, quæ tamen brevi post baptismum deceffit.

Reformatio in Episcopatu Halberstadiensi à Fridlandiæ Duce inchoatur, sitque executio Imperatorii edicti.

Sententiâ Cameræ Imperialis Domui Brunsvico-Luneburgicæ restitutio Episcopatus Hildefiensis imponitur.

Cum insigni sanctitatis fama decedit Ven. Margarita ab Assumptione, Monialis Montis Calvariz, quæ Angeli Custodis operâ mirè utebatur.

Annus Christi 1630.

Nascitur Sophia, Friderici quinti, Electoris Palatini filia.

Moritur Venerabilis Pater Dominicus, cognomine Ruzola, (gentilitium hoc nomen est) ab Ordine Discalceatorum Carmelitarum, quem professus fuit, Dominicus à Jesu Maria appellatus. Ortum traxit ex Bilbili Hispaniæ urbe; duo matri, cum uterum ferret, eo gravis, visa cœlestia sunt oblata; prius, videbat habere se puerum ardentem faculam ore ferentem, mox toto orbe retia expandentem; alterum non dormienti, sed vigilanti sæpius contigit, cœlestem musicam audire personantem, & suavissimos ultra humanum modum odores persentiscere: nullâ interpretatione res eget, si vitam Domini inspicias. Nec illud miraculo vacat: sine ullo matris dolore editum in lucem esse. Hæc materna sunt: at Dominicus infans sabbathinis diebus semel tantum in die lac maternum fugebat. Puer Angelum Magistrum habuit, qui orare Dominicum docuit, à quo etiam postea toto vitæ cursu excitabatur è somno. Decimo quarto ætatis anno adolescens Carmelitarum ingressus est Ordinem, cujus Generalis postea annorum decursu electus fuit: dein Legatus à Gregorio XV. Pontifice in Germaniam missus, Maximilianum Bavariz Ducem in Bohemiam contra hæreticos secutus, miraculosam de hostibus victoriam precibus suis & meritis obtinuit: mirâ in dæmones potestate, ecstasibus & revelationibus à Deo honoratus.

Dux Wirtembergicus aliàs Protestantium contra Imperatorem confœderatus, sanius capiens consilium, hujus nunc partes sequitur, & Catholicis ablata bona Ecclesiastica restituit.

Sæva lues Parmam depopulatur.

P. Petrus Justinellus, Societatis JESU Italus, à puero nosocomiorum & pauperum obsequiis deditus, qui inter eos Christum in specie ægroti aliquando vidit, eorundem in peste servitio hoc anno immoritur.

In Comitio Ratisponensi repetuntur veteres querelæ adversus Fridlandum, & militum insolentiam, gravesque exactiones. Unde illic exauctoratur Fridlandus, jubeturque cedere Præfecturâ. Ei substituitur Tillius.

Querelis antiquis additæ novæ à Protestantibus contra edictum Cæsareum de restitutione bonorum Ecclesiasticorum, ejusque abolitio vel saltem suspensio importunè fla-

gitata, sed frustrâ. Ab Austria igitur in Septentrionem ab irritatis versâ consilia, & Gustavus Rex Sueciæ, Princeps ætate & viribus florens, bellandique peritiâ celebris, in subsidium laborantis hæresis & excidium Germaniæ evocatus.

Prima exscensio exercitus Gustaviani, quem classis ex Suecia advexerat, facta in Insula Rugia, quæ mox exactis paulò ante à Leslæo Cæsarianis cessit in Regis potestatem; in eandem è vestigio concesserunt duæ aliæ, Spanda Wanaga & Usedomus. Secuta est expugnatio Wolgasti & Stettini, & paulò post editio totius Pomeraniæ.

Jacturam Pomeraniæ visus est non nihil refarcire Papenheimus, Dux Cæsareus in paucis fortis & bellicosus, Ducatu Lauenburgico, quem expugnato Boizenburgo, Neohusio & Ratzenburgo, ademit Carolo Francisco Saxoni Lauenburgico, qui ad partes Suecicas desciverat.

In Italia Sabauda bellum denunciatur à Gallo, cujus jugum occupato Pignarolio brevi tempore, præter arcem Mommelianam, suscipere coacta est tota Sabaudia.

Mantua à Germanis nocte intempestâ inter 18. & 19. Julii intercipitur, & per triduum diripitur.

Secuta pax mense Octobri inter Cæsarem hinc Hispanos & Sabaudum, & Gallos inde Venetos & Carolum Ducem Nivernensem.

Concessus hoc anno Cardinalibus jubente Pontifice titulus Eminentissimi, ut non tantum purpurâ & colore, sed & nominis nobilitate ab aliis distinguerentur. Briet. Ricciolus rejicit hanc concessionem in annum sequentem.

P. Julius Margicus nobili loco in Italia natus, Societatis JESU alumnus, tollitur veneno ab idololatris in fructibus porrecto.

Coronatur Francofurti Eleonora Cæsaris conjux.

Obiit P. Hieremias Drexelius Societatis JESU, eleganti ac piâ Scriptorum varietate clarus.

Carolus Emmauel Sabaudiz Dux moritur.

Civis cujusdam Scheslizensis in Diœcesi Bambergensi filia, cum vix annum ætatis quartum attigisset, tantâ morbillorum copiâ oblecta est, ut vix acis apici locum darent, unde contigit, ut misella oculorum lumine utroque privaretur, nec illi restituendo medicinæ ulli vis erat. Rebus ergo desperatis humanis confugit ad Thaumaturgam Virginis Deiparæ Iconem ad templum Societatis JESU Bambergæ mater, sit ibidem supplex, & si lumen redderetur filioli, quod inter bona esset optimum charissimumque, in gratitudinis mnemosynon spondet. Sic spe plena lares revisit, vix ostium aperitur cubi- culi, de statu filioli inquit; hæc, benè, inquit, se res habet, sed uno duntaxat oculo video, in altero cæco sum cæcior. Mater sanitatis avida, cum adverteret, votum & preces non cessasse in vanum, animum resumit, dieque altero ad templum præfatum revertitur, votoque sæpius cum precibus repetitio, majori

majori cum fiducia se domum recipit. Mirum! filiolum utroque jam oculo utentem invenit. Mox votum exsolutura pro beneficio accepto, scyphum argenteum auro delibutum tanquam rem obstantiæ suæ charissimam Virgini Thaumaturgæ defert. Ex libello dicto Maria Consolatrici afflictorum.

Moritur Gabriel de Alba Spina vulgò Aubespine Episcopus Aurelianensis.

Caminum urbs Pomeraniæ vix non tota in cineres redigitur.

Circa hunc annum obiit Mathæus Cario- phylus Gretensis, Archiepiscopus Cognienfis.

Die 29. Maji natus Carolus II. Angliæ Rex, filius Caroli I.

Hoc anno in Ulyssiponensi Conventu Discalceatarum S. Theresiæ, spatio duorum circiter mensium, septies circiter audita est campana Conventus magnum dare sonum, nullo naturaliter impulsa motore; unde rem admirantes Moniales, eo admirabili sonitu crediderunt, S. matrem Theresiam eas reprehendere voluisse negligentiam, quæ tunc circa regularem observantiam eo in Conventu irreperat; quare facti pœnitentes, non amplius sonum audierunt. Francisc. à S. Matre in Histor. Carmelit. tom. 1. lib. 5. cap. 31.

Maria Elisabetha Georgii I. Saxoniz Electoris filia Friderico Duci Holfato-Gottorpiensi desponsatur.

Natus est Magnus Russiæ Dux Alexius Michalovviziuz.

Norimbergæ, Augustæ, Ratisponæ & alibi, ante meridiem tres soles cum circulo & aliquot iridibus visi sunt.

Cæsareæ militares copiaz Gartias deditione capiunt.

Diem vitæ supremum finit Carolus Emanuel Dux Sabaudiz. Item Ambrosius Spinola Marchio.

Sueci Damgartam & Rubizium occupant, item Griphshagam, cæduntque Cæsareanorum 2500.

Hispani Casalem cum arce occupant.

Angeli & Hispani pacem ineunt.

Batavi de Hispanis in India Occidentali triumphant, & Fernambucum in Brasilia occupant.

Obiit Antonius Perez Benedictinus, ex Congregationis Hispanicæ Præsidi Generali Archiepiscopus Cæsaraugustanus.

Claret ex Ordine Divi Benedicti quoque Christophorus de Aresti, è cœnobio S. Stephani ad ripam Silensis fluvii in Regno Gallaciæ ob insignia vitæ merita Episcopali Insulâ ornatus.

Annus Christi 1631.

Super Parthenopolim in aère thronus ignitus cum cruce, in Cassiopææ signo apparet, auditusque simul ingens fragor, quasi explosione tormenti bellici editus: cœlum ipsum nubibus obscuris, coloreque sulphureo terribile erat; indubium factæ urbis hoc anno eversionis præ- sagium; periëre enim in expugnatione urbis à Cæsareanis factæ incolarum 30000.

Zatecium in Bohemia ab Electoris Saxonici R. P. Brentano Epitome Chronologica.

copiis militaribus occupatur: item Praga ipsamet cum potiore Bohemiæ parte.

Moritur Charlotta Friderici V. Electoris Palatini filia. Item Catharina Comitissa de Montfort, Adami de Novadomo conjux, sanctitatis famâ clara, anno ætatis 76. mortuæ vetulæ facies sic gratiosa apparuit, ut comparata filiæ ac focui puellis, omnibus illis junior & pulchrior videretur.

Moritur Philippus Adolphus ab Ehrenberg, Episcopus Herbipolensis, honoris divini zelator; stygios veneficorum conventus disturbavit, plurimis eorum rogo addictis. Succedit eodem hoc anno in sede Episcopali Franciscus Comes ab Hatzfeld.

Carolus Dux Lauenburgicus Catholicam fidem profitetur.

Idem agunt ambo ejus fratres Julius Henricus & Rudolphus.

In Conventu Lipsiensi Protestantium sub schemate defensionis libertatis Germanicæ, re ipsâ decretum bellum contra Cæsarem ac Catholicos, spolia Ecclesiastica reposcentes. Invitati ad armorum societatem Danus, Dux Holfatiæ, civitates maritimæ seu Hanseaticæ, & quidquid præterea potentiz nomine est celebre per partes Boreales.

Contra Imperatorem item & potestatem Austriacam fœdus inierunt Reges Franciæ & Angliæ, nec non Ordines fœderati Belgii.

Suecus expugnato Francofurto ad Viadrum, & deditione acceptâ Colbergâ & Landsbergâ, trahit in suas partes Electorem Brandeburgicum, & paulò post Electorem Saxoniz.

Tillius ad Lipsiam cladem accipit, desiderata ex Cæsareanis 5. circiter millia, plures alii numerant, ex Suecis verò & Saxonibus 4. ad minimum millia; Sueco cessere 27. machinæ æneæ, signa militaria supra centum, ingentes præterea manubiæ.

Gustavus Rex obtentâ victoriâ per Thuringiam in Franconiam movit, ubi expugnata Herbipoli, ejusque arce validissimâ, non sine multorum strage, torrentis instar pervagatus Mœnum & Rhenum, Aschaffenburgum, Francofurtum, Hœchstam, Moguntiam, Wormati- am, aliaque loca quam plurima vel vi, vel deditione accepit, celeritate incredibili.

Dux Lotharingiz armat milites pro Cæsare, dissentit cum Rege Franciæ, cum quo tamen paulò post pacem rursus componit.

Gasto Dux Aurelianensis à Rege Ludovico & Richelio in Lotharingiam rejicitur, ubi duxit Margaritam sororem Ducis.

In Italia die decimo sexto Decembris, cum ex nocte, terra plusquam viginti vicibus tremuisset, & bombus in ipsa Dalmatia auditus esset, Vesuvius eructavit flammam, bitumen, saxa & cineres ad decem ferè milliaria, duravitque cum tonitru boatuque horrendo terræ tremor ad dies septem; cinis non modò Apuliam & Calabriam, sed & Dalmatiam flante vento texit. Nolæ & in agro Melphitano pluit lapidibus, ferro & chalybe, torrens

igneus in aliquot rivos diffusus quosdam pagos cum incolis hausit, pepercit tamen mirabiliter ædi sacræ Beatæ Mariæ Virginis de Succursu appellatæ propè Neapolim sitæ. Post incendium verò (mirum dictu) aquarum ingentem vim Vesuvius effudit in campos versus Nolam & Palmam. S. Januarii sanguis ad præsentiam sui capitis liquefcens, gestatusque per urbem, calamitatem avertit à populo; post unum tandem mensem cessavit cinerum eructatio. Ricciol.

P. Joannes Arnoldi Societ. Jesu, Religio- nis Catholicæ odio ab hæreticis in Germania jugulatur Visselhofdæ.

Cum Sanctitatis fama Salmanticæ decedit Anna Maria à S. Josepho Ordinis Sancti Francisci.

Obiit Franciscus Maria, postremus Urbini Dux.

Ferdinandus III. Imperator nuptias celebrat cum Maria Regis Philippi IV. sorore.

Insua Algovizæ urbs Imperialis tota in flammis abit.

Natus est Josephus Saëntz d' Aguirre, factus postea Monachus Benedictinus, & Ordinis totius singulare decus, de quo aliàs plura.

Moritur Martinus Bonacina Mediolanensis, Theologiæ & J. U. Doctor, Referendarius utriusque signaturæ: præter plura de Theologia morali, scripsit quoque de Simonia, De Incarnatione Christi, De electione Summi Pontificis, & censuris occasione ipsius electionis. De alienatione bonorum Ecclesiasticorum, De contractibus & restitutione.

Decedit Julius Cæsar Capaccius ex Campania Romana, Secretarius urbis Neapolitanæ, vir insignis Litteraturæ, scripsit varia: Trattato dell' imprese. Il Secretario. Bediche quadragesimali, Il Principe, Historiam Puteolanam, Historiam Neapolitanam. Illustrium mulierum & illustrium litteris virorum elogium.

Obiit Maria Magdalena Cosmi II. Magni Hetrurizæ Ducis conjux, Archiducissa Austriæ. Item Carolus II. filius Caroli I. Mantuzæ Ducis.

Nec non Dux Ludovicus Fridericus Administrator Ducatus Wirtenbergici, cui succedit frater Julius Fridericus.

Fœdus inter Moscovizæ Ducem & Sueciæ Regem Stetini stabilitur.

Griphisvaldiam Sueci deditioe capiunt.

Cæsareani Ducatum Wirtenbergicum invadentes, Ducem ad renunciandum Lipsiensi fœderi compellunt. Idem actum de Memminga urbe Imperiali, Franconia, Norimberga & Ulma.

Tillius occupat Merseburgum. Exercitus Suecorum & Saxonum uniuntur.

Classis Hispanica magnam à Batavis cladem patitur.

Lipsia cedit deditioe Cæsareanis: Sueci Merseburgum rursus occupant. Item Hallam & Burgum Mauriti. Lipsia quoque in potestatem rursus Electoris Saxoniz venit.

Norimberga protectioni Sueciæ Regis se committit. Wilhelmus Hassiæ Landgravius Mindam occupat, Sueci Rostockium, & totum ferè Ducatum Megapolitanum, Wisnariâ exceptâ, qui Ducem restitunt.

Hassi Kœnigsteinio per deditioem potiuntur.

Sueci Manheimium stratagemate, Wisnariam deditioe obtinent.

Ulma & Argentina protectionem Sueci Regis agnoscunt.

Floret Maurus de Villaroël Abbas S. Vincentii Salmanticæ, qui Generalis officio præclarè perfunctus, primò quidem ad thronum Episcopalem Sacensem, dein verò ad Osensem in Arragonia evectus est. Gloriosa hæc munia Angelicâ puritate, & amplissimis animarum solatiis ab eo fuisse administrata, cœlum per prodigia, ceu manifesta sanctitatis indicia, post facta pro dignitate comprobavit.

Fuit hic annus vitæ ultimus Ven. Margari- tæ Marfin, Moniali Calvarienfis Congregationis in Monasterio Morleacensi, cujus animam cœlo inferri vidit sanctæ memoriæ Anna de Goulaine.

Annus Christi 1632.

Saxonicum præsidium, in Zatecio Bohemiz oppido, à Cæsaris copiis nocturno tempore obruitur, & maxima ex parte cum civibus multis occiditur, nobilibus Bohemis in captivitate abductis.

Holckius Frauensteinium in Misnia occupat, & diripit.

Crucinacium à Suecis occupatur, magnâ suorum & inprimis Ducum jacturâ. Idem castrum Braunfelsiû, & alia nonnulla loca occupant.

Falckenavia Bohemiz oppidum, cum templo, Scholis & Curiâ, incendio absumitur.

Moritur Fridericus V. Elector Palatinus. Item Augustus Comes Palatinus Sulzbacensis.

Nascitur Gustavus ejusdem filius.

Diem vitæ extremum claudit Pater Jacobus Ruiz de Montoya, Soc. Jesu, profundissimæ doctrinæ Theologus, simulque pauperum pater, & rudium catechista perpetuus, Barbarorum & Maurorum advocatus, quorum supra centum millia baptizari fecit.

Fridlando rursus summa belli Præfectura demandatur à Cæsare, non sine offensione Catholicorum Principum.

Ossa Cæsarianarum partium Commissarius Generalis, Offenburgum, Willstadium, Lauterburgum, Weissenburgum, Stolhofum & Luzenaviam, aliâque loca in Alfatia & Marchia Badensi, ejectis inde Suecis occupat.

Papenheimius in Saxonia inferione expugnatâ Schœningâ & Helmstadio, omnia circumquaque terrore & vastitate complet.

Mense Martio luculentam cladem accipit Bambergæ à Tillio Hornius Suecorum Dux, ultra bis mille in loco ex Suecis cæsi, Dux Solmenfis graviter vulneratus, reliqui omnes in fugam coniecti.

Mense Aprili Rex Sueciæ in suam potestatem redigit Donavverdam, Dilingam aliasque urbes circa Danubium, Augustam item Vindelicorum, Norlingam & Campodunum. Dum intereâ Fridlandus Saxones Sueco fœderatos Pragâ & Bohemiâ ejicit.

Mense Majo Gustavus Rex, acceptâ magnâ clade, & amissis aliquot Ducibus primi nominis, solvit cum ignominia obsidionem Ingolstadii. Celsère

Celsère tamen illi eodem mense Landsperga, Landishuta, Frisinga & Monachium, ubi inter 140. machinas æneas una reperta est plena 30000. aureorum, Ricciol.

Moritur ex vulnere heros Europâ totâ nominatissimus, Joannes Tzerclas Comes Tillius.

Mense Septembri Castra Cæsariana & Bavaria ad Norimbergam acriter sed infeliciter oppugnat Suecus, rejectus cum clade 4000. fortissimorum militum.

Prælium Norimbergenfè secutum Lucense in Saxonia longè acerrimum, & tum ardore & pertinacia pugnantium, tum morte Regis Gustavi celeberrimum. Dubia mansit victoria. Sueci amisère Regem, Papenheimium Cæsariani, quibus id vitio vertitur, quòd nocte eadem, quæ pugnam diremit, victis similes, relictis in prædam hosti 27. tormentis, Lipsiam se receperint.

In Gallia Dux Monmorantius perduellionis postulatus capitur, & Parlamenti Tholofani judicio capite minuitur.

Christianus Wilhelmus Marchio Brandenburgicus, ejurato Luthero, publicè se Catholicum professus est Neostadii Austriæ.

Moritur Rex Sigismundus, cui in Comitibus Polonia substituitur filius Vladislaus IV.

Coronacum hoc & sequentibus duobus annis frustra obsident & assultibus tentant Sueci, Torpati in Livonia Universitas conditur.

Blasius Schelling Soc. Jesu ob defensionem sacrarum Reliquiarum crudeliter tortus, tandem ab hæreticis trucidatur Eberspergæ in Bavariâ.

P. Antonius Ifcida Soc. Jesu, post toleratas 30. diebus arduas montis Ungen aquas, & equulei tormenta, vivus lento igne exurit in Nangasaki in Japonia.

P. Julius Pasqualis, & P. Emmanuel Martinez, ejusdem instituti alumni, ab idololatriis in America sagittis configuntur.

Dat insignem Martyrem florentissimum & Imperiale Monasterium Vinearum (vulgò *Weingarten*) Ord. S. Benedicti in Suevia, imò dedit Monasterio Martyrem hæreticus furor Religiosissimum juvenem Ven. F. Rupertum, ex illustrissimâ familia Comitum Khuen de Belasi, Liechtenberg &c. natum, Joannis Jacobi Archiepiscopi Salisburgensis ex fratre nepotem. Hunc dum cæteros Religiosos fuga fervaret, febri vehementer detentum, Sueci irruentes deprehenderunt. Mox ligatum verberibus immaniter cædunt, suspensum aliquoties in sublime tollunt, donec nigresceret, seminecem rursus dimittunt, novosque cruciatus admovent. Tandem unus truculentior asciam gravi ictu in caput infligit, è quo vulnere generosissima anima corpore soluta cœlum petiit. Fuit vitæ innocentissimæ, & regularis disciplinæ observantissimus, suumque fatum non semel prædixerat, insuper nemine adhuc hostis adventum suspicante, fugiendum, & quâ viâ, disertè præmonuerat.

Trajectum Fridericus Henricus Princeps Arausicus occupat.

Moritur Joannes Baptista Agucchius, Italus Bononiensis, Episcopus & Cardinalis, inter ævi sui doctissimos numerandus.

Antonius Borbonius, Comes Moreti, Hen-

rici IV. Regis Gallizæ filius naturalis, in prælio sclopeti globo occiditur.

Obiit Bruno d'Affringues, Prior Generalis Carthusianorum, in Jurisprudencia, historia Ecclesiastica, & linguarum peritia versatissimus. Naturæ quoque debitum solvit Leopoldus Archidux Austriæ, Gubernator Tirolensis.

Carolus Lotharingizæ Dux ad secundas nuptias transit cum Beatrice de Cussance, viduâ Eugenii Leopoldi Principis de Cantaluce.

Ara Bacchi & Cruciniacum Suecis cedit, Portus item Wisnariensis.

Cæsareæ copiz à Saxonibus propè Brendesium.

Sueci in potestatem suam redigunt Gœttingam, Duderstadium & Goslarium.

Saxones clade afficiuntur propè Saatium. Imperator & Hispanizæ Rex fœdus ineunt.

Hassi Mindam, Cæsareani Eimbeckam occupant.

Magnus Moscovizæ Dux Polonis bellum denunciat.

Die 20. Martii facta est conjunctio exercituum Regis Sueciæ, ac Electorum Saxoniz & Brandenburgi.

Sueci Magdeburgo præsidium imponunt. Saatium in Bohemia Saxones per assultum expugnant.

Augusta Vindelicorum in manus venit Regis Sueciæ.

Ratispona astu à Bavaris occupatur.

Ulma, Lindavia, Memminga Suecis cedunt. Cæsareani Stadâ excedunt, quam Sueci præsidio firmant.

Hispani per Suecos ex Palatinatu pelluntur. Fortalium Ehrenbreitstein Gallis traditur.

Dux Aurelianensis Cardinali Richelieu bellum denunciat.

Egra Cæsareanis à Saxonibus traditur. Duderstadium Georgio Duci Luneburgico traditur: præsidiaz partim captivatis, partim in fidem Sueciæ Regis jurare coactis.

Glogavia major & Lignizium à Saxonibus Cæsari eripiuntur.

Trevirorum urbem occupant Galli.

Post 11. septimanarum obsidionem Hispani Batavis Trajectum cedunt.

Generalis Imperatoris Holckius Voigtlandiam invadit, & durè agit cum incolis. Idem Cygneam deditioe capit.

Limburgum à Batavis occupatur.

Saxonicus exercitus Cæsareum in fugam agit. Offenburgum Sueci per deditioem capiunt. Wratislavia & Novesium cedit Saxonibus. Hildesium Cæsareis.

Pars maxima Gothanzæ urbis in favillas redigitur. Pax initur inter Ludovicum XIII. Regem Gallizæ ejusque fratrem Ducem Aurelianensem.

Chemnitium, Freiberga, Misena, Leucopetra, Merseburgum, Naumburgum sese Cæsari dedunt. Lipsiam obsidet Wallensteinus, quæ in ejusdem potestatem redigitur. Econtrâ Sueci recuperant Naumburgum & Bensfeldam. Cæsareani Hallam Saxoniz exspoliant. Lipsia astu à Saxonibus occupatur. Obiit quoque Chemnitium. Sueci in potestatem suam redigunt Schlettstadium, Colmarium, Friburgum.

Annus Christi 1633.

ULadislavus IV. Sigismundi Poloniae Regis filius, regis ejusdem Regni insignibus Cracoviae decoratur. Smolenskum obsidione solvit, & insignem de Moscovitis reportat victoriam.

Christina Gustavi Adolphi filia, Regni Sueciae Regina declaratur.

Moritur Joannes Georgius Fuchs à Dornheim Episcopus Bambergensis, cui in Episcopatu sufficitur Franciscus ab Hatzfeld Episcopus simul Herbipolensis.

Obit sancte Vallisoleti Venerabilis Marina d'Escobar, frequentioribus visionibus caelestibus, & prophetiae spiritu à Deo honorata.

In Japonia viginti quinque à Soc. Jesu cum aliis plurimis Christianis ob Christi fidem vitam privantur.

Hornius Dux Suecus expugnat Kauffburam & Mindelhemium. Sed frustra oppugnat Villingam & Constantiam.

Aldringerus contra Dux Caesareo-Boicus recuperat Landsbergam, Memmingam ad ultro-neam deditionem adigit, Campidunum verò ausum resistere post tres insultus vi subigit. Insuper Forbesium cum Suecis caedit.

Dux Weimariae frustra egregie resistente Joanne Werthio, redigit in potestatem Suecorum Neoburgum, Straubingam & Ratisbonam: per id tempus graviter periclitatur Ingolstadtum clanculari conspiratione cum Suecis Joan. Philippi Cratzii Comitis Scharpfensteinii urbis praefecti, quam deinde securi percussus Viennae anno 1635. sanguine luere coactus est.

Alfatia prope universa relicta est praeda Hornio & Birckenfeldio, culpa & cunctatione Aldringeri, servatum tamen Brisacum, Rheinfelda non sine sanguine expugnata, & tres reliquae civitates Sylvaticae per ultroneam deditionem occupatae.

In Saxonia inferiore omnia hoc anno adversa Caesarianis, Cronsfeldius, qui cum summo Imperio copiis praefuit, repetitis cladibus attritus, amisit Hameliam cum aliis nobilissimis civitatibus, vix habuit, quò laceras exercitus reliquias reciperet.

Felicioior fuit Fridlandus, qui cum exercitu 50000. à Bohemia in Silesiam progressus, intra breve tempus caesis saepe Suecis, occupata Goltbergam, Sagano, Grossam, Glogaviam, Lignizio, Francofurtum ad Viadrum, imò ipsam Marchiam Brandenburgicam & Pomeraniam ferè universam, victorias ad Balthicum usque mare promovit.

In Italia Hyacinthus Gentinus, nepos Cardinalis Centini Ascolitani, veneficiis necromanticis molitur necem Urbano VIII. at scelere patefacto securi percussus, sceleris complicibus vel combustis, vel tremibus aut carceri perpetuo mancipatis.

Moritur Joannes Casimirus Dux Saxo-Coburgicus.

Graeci in Stiria lues saevit contagiosa.

P. Ignatius Fialho Soc. Jesu à Mohometanis odio fidei Christianae gladiis confoditur in Regno Mogor.

P. Jacobus Giannonius & Joannes Kidera,

Soc. Jesu, pro fide Christi suspendio in fossam necantur Scimabaræ in Japonia.

Joannes Jama Soc. Jesu, pedibus in scrobem pro fide Christi suspensus, necatur Jendi in Japonia.

P. Michaël Pineda ex dicta Societate, exclusus odio fidei Christianae omni hospitio, calamitatibus & aëris intemperie triduo extinguitur Nangasaki.

Thomas Riocan, Dionysius Jamamoto, Soc. Jesu, lentis ignibus pro fide Christi cremantur Cosuræ in Japonia: eadem Martyrispecies obtigit Ludovico Cafucu & Jacobo Tacuscimæ.

P. Benedictus Fernandez & P. Paulus Saito, ambo quoque ex Soc. Jesu, suspendio expedibus in scrobem, & posterior quidem totos septem dies tolerato, pro Christo necati sunt Nangasaki.

P. Antonius Bellavia Societas Jesu, odio sacramentalis confessionis sublatus ab hæreticis in Brasilia ad Pernambucam.

Cum Sueciae cohortes haud procul Ratisbona pagum Regen dictum, praeter alios, hostilibus flammis absumpissent, picta Deiparentis, filium infantem suaviter intuentis Imago, quam pictor pagi indigena (Paulus Regner illi nomen) domi suae coluerat, inter ipsas domus ruinas & cineres, à flammis intacta, & levi solum fuligine alicubi infecta, inventa fuit, quae nunc apud Plain in Archiepiscopatu Salisburgensi honorifice asservatur.

Meurissius ex Ordine Franciscano & Doctore Parisiensi Sacrae Theologiae, Episcopus Madurensis & Suffraganeus Ecclesiae Metensis, edit historiam Episcoporum Metensium.

Alexander Bichius Cardinalitatis Purpuram decoratur.

Naturae debitum solvit Georgius Abbot Archiepiscopus Cantuariensis Heterodoxus, natus Guilfordiae, facultatis dono, & Comitis Dunbartiensis favore ad tantam dignitatem sublimatus; quae tamen pacifice frui non potuit, multis, nescio an calumniatorum, an vere accusantium litibus jactatus; has ut evaderet, urbem natalitiam petiit, ibi corporis exuvias depositurus, ubi vitam hauserat. Erat natus parentibus à civium numero, ingenio tamen non plebejus inter ea, quae scripsit, numeranda sunt: Quaestiones sex Theologicae totidem praelectionibus disputatae: Conciones super Jonam Prophetam: Geographia. &c.

Obiit Antonius Andrada Soc. Jesu Sacerdos, Missionarius in India Orientali & Tartaria, veneno sublatus.

Natus est Jacobus Angliae Rex.

Franciscus Maria Brancacius Neapolitanus Sacro Cardinalium Collegio adscribitur.

Natus est Antonius Ulricus Dux Brunsvico-Guelpherbytanus.

Moritur Christianus Dux Luneburgico-Hanoveranus.

Caesareani Hagenoam astu intercepti.

In Alfatia 2000. rebellium rusticorum delentur; captivi sunt mille: 1600. quoque in Dammerskirchen sunt occisi.

Brega cum aliis Silesiae locis ab Arnheimio copiarum Electoris Saxoniae Praefecto occupatur.

Tremonia, Dorsta, & Coesfelda ab Hassis. Vechta aliaque loca à Georgio Duce Luneburgico expugnantur. Rintelae praesidium imponitur à Suecis.

Christianus Marchio Onolsbacensis sub via diem obit in Francia. Sueci cogunt Caesareanos obsidionem Andernaci solvere. Iidem Heidelbergam subito occupant, Imperatoris autem copiae Francofurtum ad Viadrum.

Rheinberga deditur Batavis.

Sueci Lotharingos praelio fundunt: Iidem Peinam, Pymontium ac Calenbergam occupant.

Holckius Caesarearum copiarum Praefectus Saxoniam infestans, multas urbes occupat, & ingentem praedam colligit; eidem deditur Lipsia urbs, quam tamen arce inexpugnata rursus deserit.

Huldricus Daniae Regis filius sclopeti globotrajectus moritur.

Nascitur Ferdinandus IV. postea Romanorum, Hungariae & Bohemiae Rex.

Pax inter Galliae Regem & Lotharingiae Ducem firmatur.

Suecicae copiae à Wallensteinio magna clade afficiuntur. Caesareae quatuor urbes Sylvaticas recuperant, item Glogaviam magnam, Lignizium, Saganum, Crosnam, urbesque alias; Goerlitium per assaultum capiunt.

Mosci probrosam cum Polonis pacem inire coguntur, totis castris relictis.

Ratisponam deditione capit Bernardus Dux Vinariensis.

Chamum & Burglengenfelda Suecici juris fiunt.

Moritur Christianus Dux Brunsvico-Luneburgicus. Item Isabella Clara Eugenia, Hispaniarum Regis filia, Alberti Archiducis uxor. Nec non Dux Feriensis, Italicarum copiarum Polemarchus.

Lipstadtium ab Hassia Landgravio occupatur. Philippiburgum deditione capiunt Sueci.

Caelo inferitur Ven. Anna de Goulaine Monialis Galvariensis, Christi stigmatibus insignita.

Annus Christi 1634.

Sueci Weidam, Palatinatus superioris oppidum occupant. Item Rubeacum in Alfatia, ubi dire saevierunt in quosdam Sacerdotes, Aichstadtium flammis addicunt.

Wallensteinus Dux Friedlandiae, ob ambitum coronae Bohemiae, & clandestinam cum Suecis consiliorum communicationem, jubetur à Caesare vel vinciri vel occidi: diem habuit fatalem Egrae 26. Febr. necem executi sunt tres Scoti Lessæus, Gordonus & Buttlerus, Duces belli, per Devoruxium, natione Hybernum, à cujus dextra Fridlandus in cubiculo solo tectus indusio, mutusque per pectoris medium ferrum in viscera recepit, & mox animam tam formidandam non minus suis, quam hostibus, prostratus humi efflavit: eodem fato paulò antè sublatus fuerat in arce Egrensi inter cenandum ab iisdem triumviris quatuor Fridlandianae molitionis complices, *Ibus, Kinskus, Terskius, & Niemannus*, plures deinceps in Bohemia, Austria & Silesia capti, & publico supplicio affecti.

Wallensteinio in summo rei militaris imperio succedit Ferdinandus Rex Hungariae Caesaris filius, qui junctis illic copiis cum Bavaris, Ratisbonam obsidet, & post sumptuosam & cruentam obsidionem deditione occupat.

Batavi Coloniam in Brasilia occupant, urbem à Lusitanis nomine trium Regum insignitam.

Saxoniae Elector bellum Ferdinando II, Imperatori infert.

P. Hieremias Fischer Soc. Jesu. Rector Collegii Glogovienensis in Silesia, ab hæreticis occiditur.

Fridericus ex familia Ducum Hassiae Darmstadtienis, Orthodoxam fidem profitetur.

Vorchemium ditionis Bambergensis civitatem egregie munitam Sueci frustraneam obsidione tentant, unde eam solventes movent in Bavariam, Landishutam aggrediuntur, expugnant, caedem diripiunt.

Aldringerus supremus Bavarorum Dux, qui Landishutanis subsidio advolarat, occiditur.

Rex Hungariae auctus copiis Hispanicis sub Ferdinando Cardinale Infante, Nordlingam acerrime oppugnat, & advolentem subsidio laborantibus Nordlinganis Weimarium Ducem, cum universis ferè copiis Suecicis memorabili praelio profligat. Cecidere ex Suecis 14000. 6000. venerunt in victorum manus, in iis Hornius, Cratzius, Rostemius, aliique Duces quam plurimi. Plures primae notae occubuerunt, inter quos Fridericus Marchio junior, Witbergerus & alii; capta 80. tormenta, curruum 4000. equi 1200. signa militaria 300. quae missa ad summum Pontificem, in Vaticano aliisque templis Romae pependerunt: à Caesarianis aliisque desiderati non nisi 1200. octo horas pugna tenuit cum incredibili ardore animorum. Fructus victoriae fuit Nordlinga mox reddita, occupata cum Herbipoli, Schveinfurto aliisque urbibus Franconiae, recepta Suevia & Wirtenbergensis Ducatus, cum magna parte Palatinatus superioris ac inferioris.

Collapsas Suecorum res erigit Rex Franciae, & in praemium Philippiburgi sibi à Suecis dediti, mittit in subsidium Weimario, suo Duce Forcaeo, 20000. armatorum.

Romae corpus S. Martine Virginis & Martyris reperitur.

P. Antonius de Andrade Soc. Jesu, propinato à nefariis in odium Religionis veneno tollitur, in morte Deiparae aspectu recreatus.

P. Sebastianus Vieira ex eadem Societate, cum aliis quinque, triduo scrobis tormento, & subjecto igne, pro fide Christi necatur Jendi in Japonia.

P. Joannes del Carpio ejusdem instituti, à Mahometanis odio Religionis interficitur in Insulis Philippinis Ogmuci.

Pestis per Bavariam grassata innumeros mortales, & in sola civitate Monacensi ad 15. millia sustulit.

Moritur Lauffingæ Mechtildis Leuchtenbergica, Ducissa Bavarica: item Anna Maria Ennonis Comitis Australis Frisiae filia.

Caesareani Albeckum Ulmenis Reipublicae Castrum & oppidum occupant, flammisque devastant.

Moritur

Moritur Cosmus Alamanni Soc. Jes. Prebyter, vir devotus & doctrinæ singularis.

Nascitur Dorothea Catharina filia Christiani I. Comitis Palatini Rheni lineæ Bischveilerianæ, & Magdalenz Catharinæ, filiz Joannis II. Ducis Bipontini.

Ex hac vita mortali abit Fridericus Borromæus S. R. E. Cardinalis & Archiepiscopus Mediolanensis: insignia relinquens ingenii sui monumenta, videlicet: Sacri racionamenti. La grazia de Prencipi. Le lodi divine. Sermoni sinodali. De Episcopo concionante. Medicamenta litteraria. De Christianæ mentis jucunditate. De sacris nostrorum temporum oratoribus.

Hornius Sueciæ Regis Campi-Mareschallus occupat in Suevia Biberacum & Memmingam: Suecorum item exercitus sui juris facit Palatinatum superiorem, & obsidet Neoburgum.

Philippiburgum urgente fame se quoque Suecis subjicit.

Franciscus Albertus Dux Saxo-Lauenburgicus, Electoris Saxoniz Campi-Mareschallus, ad Wallensteinium Egram profecturus, interceptitur.

Cæsareæ copiz in Alsatia caduntur, quâ clade usi Sueci, Befortium aliaque loca occupant. Eadem fortunâ potiuntur Oelfnâ, præfidiariis interfectis, & ingenti prædâ collectâ. Iisdem se subdit Landesberga in Silesia, & Friburgum in Brisgovia.

Reconciliatur Ludovicus XIII. Rex Galliz cum matre sua & Duce Aurelianensi, in gratiam receptis, qui illis adhæserant.

Turcarum Imperator cum ingenti exercitu Poloniam petit.

Ligistæ Huxaristam per assaultum occupant. Saxones Budissam & Gærlizium occupant. Saxones propè Lignitum cum Cæsareano confingunt exercitu, & victores evadunt.

Sueci Hammoniâ per assaultum potiuntur. Grosna & Glogavia magna cum locis aliis Saxonibus & Brandenburgicis cedunt.

Initur pax inter Moscos & Polonos, Rege Poloniz titulo Ducis Moscoviz renunciante: Mosci verò Smolenskum & Czernichoviam pro perpetuo Polonis cedunt.

Confœderati Suecorum Hildesium aliaque loca occupant.

La Motta venit in potestatem Regis Galliz.

Suecorum & confœderatorum exercitus propè Nærdlingam penitus deletur à Cæsareanis, totaque castra in victorum manus venere; hoc in prælio occubuit Fridericus Marchio Brandenburgicus.

Donaverda ab iisdem Cæsareanis occupatur.

Obierunt Fridericus Udalricus Dux Brunsvico-Luneburgicus, & Dorothea uxor Augusti Ducis Brunsvico-Luneburgici: Viennæ item Franciscus Julius Dux Saxo-Lauenburgicus.

Generalis Piccolomineus arcem Herbipoli occupat.

Schorndorfium Ducatus Wirtenbergici fortalium iniectione glandium ignivomarum ad deditionem cogitur.

Pirnæ in initu tractatus pacis inter Cæsarem & Saxoniz Electorem.

Galli Cæsareas copias ab obsidione Heidelbergæ repellunt.

Nascitur Maria Anna Archiducissa Austriæ, postea Philippi IV. Hispaniz Regis uxor.

Batavi Paraybam cum adjacentibus fortalitiis, Hispanis eripiunt in Brasilia.

E terris ad cælos abeunt Francisca de Calovette, & Ancilla ejusdem prænomini, ambæ Moniales Congregationis Calvarienfis, quarum ultima ecstasibus frequentibus, crebris revelationibus Angeli Custodis atque ipsius Deiparæ apparitionibus fuit honorata.

Annus Christi 1635.

Sueci à Milite Episcopi, ex urbe Herbipoli pelluntur.

Cæsarianæ copiz arcem Philippoburgi in assaultu armatâ manu expugnant, & prædam copiosissimam reportant, præter tormenta ænea 128. frugum copiam penè immensam, nec non vini, cum sedecies centenis aureorum duplonum millibus.

Spira ex potestate Suecica ad Cæsarem redit. Item Biberacum.

Hispani Limburgum recuperant, eiectione Batavis.

Moritur P. Manuel Teyxeyra Soc. Jesu Lusitanus, animarum sitientissimus, & in procuratione earum mira expertus; etiam filiolum maledicæ matri à Dæmone è sinu ereptum, pœnitenti deinde sanum restituit. Ex defuncti corpore mira odoris fragrantia emanavit.

Eodem anno & ex eadem Societate JESU decedit Saffari, zelo Apostolico de Sardinia optime meritus P. Joannes Manconius, Matris DEI auxilium in concionibus mirè experiri solitus, qui eandem cæterosque Cœlites sapientis spectabiles habuit.

Componitur pax inter Imperatorem & Saxonem, in quam illicò concessere Principes non pauci, inter quos Elector Brandeburgicus & Dux Wirtenbergicus: eandem amplexa est Norimberga, Francofurtum & Erfordium, aliæque Status & Civitates.

Augusta Vindelicorum fame cogitur ad deditionem à Wallio Duce Bavarico.

Treviris Gallicum præsidium eiectione, & Elector captivus abducitur Viennam, ad dicendam causam de introductis Gallorum præfidiis contra constitutiones Imperii. Petium quidem à Pontifice, ut Elector vel dimitteretur, si innocens, vel si nocens, restitueretur potestati Ecclesiasticæ, judicandus ab ipso Pontifice, sed bona verba data Pontifici.

Idem cum minis postulavit à Cardinale Infante Belgarum Principe Rex Galliz, sed remissus ad Cæsarem, mox misso feciali Bruxellas bellum denunciavit Austriacis, quod & mox intulit, cladeque non contemnendâ Hispanos ad Namurcum affecit: territus tamen paulò post adventu Piccolominei Ducis Cæsarei, & secessu Batavorum ob amissam arcem Schenkianam, cum ignominia ab obsidione Lovanii cedere coactus fuit.

In Alsatiâ Dux Lotharingiz varia loca occupat, Heidelbergæ, Dilsperga, Wormatia & Moguntia cedunt in potestatem Regis Hungariz. Joannes Werthius variis præliis Suegicis Gallosque laceffit, vincit fugatque, aliquoties tamen non sine reciproca clade; idem cum militibus 4000. Parisios usque excurrit.

In partibus Italiz Vallis Tellina à Gallis occupatur tota: Valencia tamen ab eorum Duce Crequio, Sabauda & Parmensi frustra obsidetur.

Novus in monte Aethnâ patefactus hiatus, ignita immani mole saxa ejaculatus, simul torrentem flammeum effudit, qui in septem dein rivos partitus, ingentem latè stragem dedit; nam medii duo planitiem, quæ Roselli dicitur, depopulati sunt; dexterior, fata, vineas, arbores depastus, Pedaræ & Trecastragnæ oppidis ruinam minabatur; trium, qui sinistra fluebant, cursus Jacii oppidi territorium corripuit ac vastavit.

P. Gaspar Paës & P. Joannes Pereira Soc. Jesu fidei Catholicæ odio à Schismaticis Aethiopicis Assæ crudeliter necantur.

P. Christophorus de Mendoza Soc. Jesu, crudelissimè ab idololatriis pro Christo necatur in Paraquariâ.

Moritur Elisabetha Lotharingica utriusque Bavariæ Ducissa & Electrix, Princeps religiosissima & prudentissima.

Cæsi sunt Hispani, & captus Dux Feriz à Gallis propè Namurcum.

Obiit Stephanus Aligreus Franciz Cancellarius; similiter Diego Lopez de Andradâ ex Concionatore Aulico Philippi IV. Hispaniarum Regis Archiepiscopus Hydruntinus, Orator disertissimus, & Monachus ex Ordine Eremitarum S. Augustini; reliquit post mortem tres tomos sermonum Hispanicâ linguâ conscriptorum.

Mortis debitum reddit Henningus Arniseus Archiater Regis Daniz, multa post se relinquens sui monumenta; tractatum de auctoritate Principum in populum semper inviolabili; de Jure Majestatis; relectiones politicas, de subjectione & exemptione Clericorum; de potestate temporali Pontificis in Principes, de translatione Imperii Romani; de Republicâ; de jure connubiorum &c.

Nascitur Ludovica Sophia filia Christiani I. Comitis Palatini Rheni lineæ Bischveilerianæ.

Decedit Johannes Bonifacius Venetus, Jurisperitus, Poëta & Historicus celebris, scripsit Commentarium supra Legem feudalem Venetorum; Tractatum de furtis & de componendis epitaphiis; Methodum Legum Serenissimæ Reipublicæ Venetæ &c. item Paulus Boudot Episcopus Atrebatensis; & Franciscus Bozius, scriptor Annalium mundi, Temporalis Ecclesiæ Monarchiz &c. frater erat præclarissimi Thomæ Bozii.

Finem vivendi & fingendi facit Antonius Brunus Pedemontanus, Poëta sui ævi celebris; edidit Metamorphoses, Parnassum, Tres gratias, Venerem, Epistolas Heroicas.

Natus est Eugenius Mauritius Dux Cariniani, filius Thomæ Francisci.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Sexto Idus Decembris decessit è vivis in Conventu Popelonensi Discalceatarum S. Theresiz, Soror Leonora à S. Hieronymo, eademque nocte, licet frigidissimâ, cerasus proxima cella defunctæ, eâ ex parte, quâ cellam aspiciebat, resloruit. Francisc. à S. Mariâ in hist. Discalceat. tom. 2. l. 6. c. 22.

Turcarum Imperator Persiarum Regi Schach Saphian Sethe bellum infert.

Coburgum deditur Cæsareanis; item Culmbacum cum arce Blaisenburgo.

Spira unâ cum Præfidiariis in Gallorum venit potestatem.

Vivos deserit Jul. Frider. Dux Wirtenbergic. Cæsareani Nienburgum fortalium tradunt Georgio Duci Brunsvico-Luneburgico.

Ducis Lotharingiz exercitus caditur à Gallis, Hispanorum classis cladem 8000. militum patitur.

Cæsarea Luthera à Gallis Cæsaris Polemarcho vi & assaultu occupatur.

Maximilianus Bavariæ Elector nuptias celebrat cum Maria Annâ filiâ Imperatoris.

Item Augustus Dux Guelpherbytanus tertiâ vice matrimonium init cum Sophiâ Elisabethâ, Joannis Alberti Ducis Megalopolitano-Giitroviensis filiâ.

Schenckii arx ab Hispanis vi expugnatur.

Bernardus Dux Vinariensis Moguntiam obsidione liberat, & Russelheimium occupat; mox tamen Moguntia Cæsareanis traditur.

Pax inter Polonos & Suecos ad 26. annos prolongatur.

Bernardi Ducis Vinariensis copiz gravi clade afficiuntur propè Walderfang.

Franckenthalia sui deditionem facit Cæsareis copiis.

Sueci cadunt Duci Neoburgico Landbergam, Blanckenbergam, Windeckium, & Syburgum. Saxoniz Electoris copiz propè Domitium à Suecis caduntur.

Limburgum à Batavis Hispanis traditur.

Galliz Rex occupat fortalium S. Michaelis in Lotharingiâ, & præfidiarios captos ad triremes mittit.

Dux Feriz & Carolus de Austriâ nocturno tempore ex captivitate fugâ dilabuntur.

Saxones iteratam à Suecis cladem accipiunt, hi que Havelbergam per assaultum capiunt.

Moritur Sophia Ducissa vidua Pomeraniæ, Electoris Brandenburgici soror.

Saxonica copiz jungunt se Cæsareanis.

Annus Christi 1636.

Bernardiburgum Saxoniz urbs ab Electoris copiis in quinto assaultu expugnatur, trucidato cum Suecis militibus præfidiariis ingenti civium numero: editâ clade, omnia direptioni cedunt.

Fundatur Universitas Ultrajectina. Clagenfurtum Carinthiz Metropolis, incendio suaditè depascitur.

Pannirus Dux exercitus Suecici Naumburgum expugnat, & crudeliter ibidem sævit.

Moritur Gandiz P. Josephus de Calataynd Societ. JESU, magnus & fidelis DEI servus, eximius à DEO gratiis & donis ad animarum salutem præditus.

Inter Polonos & Suecos induciæ usque ad annos 26. prorogantur.

Saxones adjuti à Cæsariis, Ductore Hatzfeldio, cædunt Suecos, & confugientes Magdeburgum unâ cum civitate cogunt ad ditionem: paulò post congressi cum iisdem ad Widstochium cruentâ pugna & dubiâ victoriâ, parte neutrâ ex arenâ cedente; triumphus tamen à nonnullis acclamatus Suecis, quòd his priores indè moverint Cæsariani.

Dux Lotharingæ Condæum Gallorum Ductorem ab obsidione Dolæ, urbis in Burgundiæ Comitatu fortissimæ, cum clade trium millium submovet; infeliciter in eundem Comitatum cum exercitu florentissimo 40000. movit Galassius, ubi ipsi cum Gallis, fame & cælo, fuit configendum.

Joannes Werthius plùs quàm octonis vicibus Gallos vicit fuditque, quin sub exeuntem annum in Franciam usque excurrit, omnia latè terrore complens.

Maximiliano Electori Bavar. natus ex Mariâ Annâ Austriacâ Ferdinandi Imperatoris filiâ Ferdinandus,

Ratisbonæ in Comitibus II. Calend. Januarii Ferdinandus Rex Ungariæ ac Bohemiæ renuntiatur cum ingenti plausu & gratulatione, frustrâ obsistente Gallo, & protestante Carolo Ludovico Palatino, Romanorum Rex: secuta est inauguratio solennis die Decembris penultimo.

P. Didacus Juki Soc. Jesu triduo in scrobem ex pedibus suspensus vitam pro Christo finit Ozacæ in Japonia.

Salisburgi pestis grassatur.

Moritur Philippus Cavarellus Abbas S. Vedasti apud Atrebatas, Ord. S. Bened. Vir insignis pietatis & zeli pro DEI honore ac cultu promovendo.

Decedit Franciscus de Rye Archiepiscopus Vefontionensis, cui succedit Claudius d'Archey Abbas Balmensis, & Ecclesiæ Bifontinæ Decanus.

Hatzfeldius Magdeburgum ad ditionem cogit.

Obiit Augustus Dux Hanoveranus & Lunenburgicus morte repentinâ, anno ætatis 68. item Julius Ernestus Dux Brunsvico-Danneburgicus.

Natus est Ferdinandus Albertus Dux Brunsvico-Guelpherbytanus.

Moritur Franciscus Bivarius ex Ordine Cisterciensium, natione Hispanus edidit vitas varias SS. tractatum de Viris illustribus Ordinis Cisterciensis; tractatum de incarnatione. Commentarios super Philosophiam Aristotelis, &c.

Imperator Eberhardum Ducem Wirtembergicum & Wilhelmum Landgravium Hassiæ in gratiam admittit.

Sabaudi Castrum Belveder occupant, quod Governator Ducatus Mediolanensis mox recipit.

Bannierius Polemarchus Suecicus Barbium vi expugnat, de pluribus Saxonie urbibus ingentes pecuniarum exactiones facit, & mercatoribus Hamburgensibus ex nundinis Lipsiensibus redeuntibus ad 500000. Imperiales aufert.

Hispani Longovicum in Lotharingâ expugnant.

Moritur uxor quondam Joannis Friderici Ducis Wirtembergici, nata Marchionissa Brandenburgica.

Copie Imperatoris & Hispanice Mosellam transeuntes, irruptionem faciunt in Galliam. Marchio de la Force proelium in Lotharingâ cum Coloredo, cujus copias cædit, ipsumque capit.

Cæsareani Hamburgum occupant, Saxones Bereuburgum arcem per assultum obtinent.

Sueci urbem Brandenburgum, se ex Cæsaris castris esse mentiti, actu obtinent, Misdam per proditionem.

Cæsar Lusatiam Superiorem Electori Saxonie cedit.

Hispani arcem Schenckii & Gravenverdam Batavis tradunt.

Copie Imperatoris & Saxonice Ratenviam derepentè adoriuntur & occupant, brevi autem recuperatur à Suecis.

Bernardus Dux Vinariensis cum Cardinale de Voltette, obsessores ab Hagenoviâ submovet, comæatum infert, insuper quatuor legiones Croaticas cædit.

Vespere Piritzii in Marchiâ sub horam 9. & 10. portentum magnum in aère visum est.

Galli & Hispani in Italiâ armis confligentes ex parte utrâque 5000. amittunt, stetit tamen victoria satis cruenta penes Gallos, qui plura postea loca occupant.

Sueci Cæsareanos Hanoviae obsidionem solvere cogunt.

Befortium in Alfatia superiori Gallis cedit, item Ehenheimium superius, & Tabernæ Alfatice.

Saxones Magdeburgum per ditionem capiunt.

Perisæ Revan urbem egregiè munitam Turcis eripiunt: Cæsaris copie Suecis Stargardiam in Pomeraniâ.

Santones, Ingulismenses, Lemovicenses, & Petricorienes contra Regem insurgunt, 18000. in campum educentes.

Princeps Condeus Dolensem obsidionem solvens, plurimum comæatum hostibus relinquit.

Cæsar Ratisbonæ advenit. Hispani plurimas Picardiæ urbes felici successu obtinent.

Bannierius Polemarchus Suecius junctus Lesleo, potitur Luneburgo, Cæsareani Havelbergâ, Paderbonâ & Ratenaviâ.

Obiit Cardinalis Franciscus à Dietrichstein, primus Familiæ suæ Princeps, anno ætatis 70.

Imperator Galliarum Regi bellum per litteras denuntiat.

Tremonia in Cæsareanorum potestatem venit cum arce Werle; Sueci Gartiam obtinent.

Prælium ineunt Georgius Ragozius Princeps Transylvaniæ & Isthuan Bethlen, qui cum Turcis tergum vertere cogitur:

Wrangelius Suecus Berolinum occupat.

Turcæ à Christianis cæduntur propè Connam,

Bannier-

Bannierius Erfordiâ potitur. Ferdinandus III. Ratisbonæ in Romanorum Regem eligitur.

Annus Christi 1637.

Moritur Ferdinandus II. Imperator, anno ætatis 59.

Neapoli Duci Medinensi filius gignitur: qui mendicum & mendicam pro patris exoptat; decedit verò hic P. Franciscus Pavonus Societ. JESU, Apostolico zelo omne genus hominum complexus: obiit item P. Petrus Pazmanii ex eadem Societate S. R. E. Cardinalis & Archiepiscopus Strigoniensis, fundatis Clericorum Seminariis, Religiosorum domiciliis, concionibus & libris contra hæreticos editis de Ecclesiâ Catholicâ & Ungariâ optimè meritis; & Romæ P. Joannes Gerardi è Societ. JESU avitâ Nobilitate Anglus, carceres, torturas, multas calamitates in animarum procuracione repertus; ætatis suæ 80. anno.

Eripitur Gallis fame ferè enectis à Werthio Hermanstadium arx ad Rheni & Mosellæ confluentes munitissima.

Castra Gallo-Weimariensium à Werthio eodem ingenti fortitudine expugnantur, hostesque tormentis, annonâ & impedimentis omnibus exuti ultra Rhenum cum dedecore rejiciuntur.

In Saxoniâ Bannerus Ductor Suecicus post acceptas clades varias & amissas urbes non paucas magni nominis, ad extremos usque Pomeraniæ fines repellitur à Galasso.

In Italiâ & mari mediterraneo vario Marte pugnatum inter Gallos & Hispanos, eorumque fœderatos.

In Belgio Cardinalis Infans eripit Hollandis Venloiam & Ruremundam; Hollandi vicissim obsident Bredam, & post novem hebdomadas ad ditionem compellunt.

Nangasacki in Japoniâ illustri Martyrio asseruit fidem Christianam P. Marcellus Mastrillus Soc. Jesu.

Migrat ad Virginum sponsum Maria d'Estouteville Abbatissa Hederensis in agro Parisiensi, quæ alto Procerum stemmate orta, & Regiam stirpem sanguine attingens calcato sæculi luxu, Monialis effecta, omnis castimonie, abstinentiæ, charitatis, obedientiæ, humilitatis & abnegationis perfectæ, sydus, typus & regula omnibus facta est; ex Menolog. Gallico Sauffais.

P. Antonius Sociro è Soc. Jesu pro fide Christi ab idololatriis occiditur in Ceilanâ Insulâ.

P. Marcellus Franciscus Mastrillus è Marchionibus Italiæ, & ejusdem Societ. alumnus post crudelissima infusionis aquæ, & quatuor duarum in scrobe è pedibus suspensionis supplicia, capite demum tertio ictu truncatur Nangasacki in Japoniâ.

P. Petrus de Espinosa Soc. Jesu odio nominis Jesu in Paraquariâ ab idololatriis necatur.

Diem obit Cornelius à Lapide Soc. Jesu, Commentator totius Scripturæ Sacræ eruditissimus.

Multa mortalium millia cum pluribus urbibus, oppidis, castris & villis terræ motu pereunt in Calabriâ.

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Moritur Dominicus Arumæus Nobilis Friso Jurisconsultus insignis, & Professor extra-ordinarius in universitate Jenensi, scripsit decisionum & sententiarum lib. I. de Comitibus Romano-Germanicis lib. I. discursus Academicos de Jure publico; Commentarium Methodicum de morâ; Exercitationes Justinianeas in Institutiones Juris &c.

Felix fuit hic transitus sui annus Sodali Viennæ, sub titulo Purificatæ Virginis, qui in Collegio Soc. Jesu decumbens ad mortem, cum jam morti proximus esset, omnis expertus Musicæ, cygni instar Litanias Lauretanæ modulari cœpit, ubi venit ad verba illa: *Mater admirabilis*, & canere desiit & vivere.

Nascitur Christianus filius Christiani I. Comitis Palatini Rheni, lineæ Bischoveilerianæ. Decedit Romæ Abrahamus Rzovius Nobilis Polonus, ex Ordine Divi Dominici, Historicus insignis.

Sueci ductore Bannierio octo Legiones Saxonicas ferè delent, & Torgaviam occupant. Lipsiam obsident; sed advenientibus copiis auxiliariis rursus deserunt.

Moritur Joannes Georgius Marchio Brandenburgicus.

Uladislao IV. Poloniæ Regi bellum à Turcis denuntiatur.

Batavi fortalitiu Povacon in Brasilia Lusitanorum jurisdictioni subtrahunt.

Arnheimius Electoris Saxonie Locumtenens Generalis Peitzenburgi à Stenone Bilsken Sueco captivatur & Holmiam abducitur.

Moritur improlis Bogislaus XIV. Pomeraniæ Dux, Sueciæ Rege pro hærede scripto, prætendente jus hæreditarium Electore Brandenburgico, qui Cæsaris opem implorat.

Sueci in mense Aprili magnam Glogaviam & Crosnam in Silesiâ occupant.

Turcæ à Polonis, Cosaccis & Tartaris insigni clade afficiuntur.

Hassi Fechtâ & Bielefeldâ potiuntur. Lusitani Castrum & Fortalitiu Minam in Indiâ Occidentali tradunt Batavis.

Cæcilia Renata Imperatoris Ferdinandi filia Uladislao Poloniæ Regi Viennæ desponsatur.

Assovva urbs & fortalitiu celebre à Cosaccis & Moscis occupatur, à Gallis Landrecium; à Cæsareanis Gartia, Uckerunda, Havelberga aliæque loca plura.

Obiit Wilhelmus Landgravius Hassiæ.

Batavi Bredâ per ditionem potiuntur, Galli Leucatam ab obsidione liberant, & Hispanis cladem inferunt.

Vitâ excedit Dux Mantuanus: item Victor Amadeus Sabaudie Dux.

Electore Saxonie homagium excipit in Lusatia.

Imperator Carolo Eusebio à Lichtenstein Principatus Troppaviensem & Carnoviensem dono dat.

Copie Electoris Saxonici Mauritiiburgum stratagemate sibi vendicant, Gallis Damvillerium in Ducatu Luxemburgensi ab Hispanis traditur: illi Chimacum quoque cum arce juris sui faciunt.

Copie Imperatoris Wolgastiâ per assultum potiuntur, eodem simul tempore Usedomia Insulâ, & paulò post Demminò.

Rrrr 2

Sueciæ

Sueciæ Regina edictum promulgat, quo Electoris Brandenburgici subditi Pomeraniã excedere jubentur.

Annus Christi 1638.

Rhenofelda à Bernardo Duce Saxo - Weimariensi obsidetur.

Batavi Baticaloënse fortalium in Ceilano Insulã Lusitanis eripiunt; sed apud Calloum cladem accipiunt ab Hispanis.

Cæsariani & Bavari sub Ducibus Savello & Werthio cogunt præfatum Weimariensem Ducem, cum ingenti suorum & Gallorum auxilium clade solvere obsidionem Rheinfeldæ: sed dum agunt securius, ab eodem inopinatò obruti vel trucidantur vel capiuntur.

Werthius, qui omnium diutissimè restitit, cum Enckenfortio Speerreutero, Furstenbergio & aliis Præfectis, excepto Savellio, in Gallias missus fuit, grande donum Ludovico Regi: victoriam auxere hosti Rheinfeldæ dedita cum Castro Rötelenfi, tum Friburgum Brisgoviz, & demum Brisfacum non vi, sed fame domitum.

Felicior fuit res Hatzfeldio supremo Cæsaris Tribuno in Saxoniã inferiore contrã binos Friderici Palatini filios Carolum Ludovicum & Rupertum, quos memorabili pugna ad Lemgoviam profligavit, capto ipso Ruperto, & Carolo ægrè dilapso.

Amurathes Turcarum Imperator hoc anno tandem Babylonem: (aliis Bagdetum dictum) post quartum assaultum totius exercitus 30000 armatorum expugnat; desiderata ex Turcis 40000. plures ex Persis.

Galli cum magnã ignominiã & damno repelluntur ab obsidione Fontarabiã, & S. Audomari, cum majore coguntur Hispanis dedere Cremam in Italiã post amissum Ducem Crequium; recuperant tamèn per Ducem Longæ Villæ Lunæ Villam, aliasque nonnullas arces in Lotharingiã & Burgundiã.

Hollandi in Belgium exscendentes ab Hispanis profligantur, & ab obsidione Geldriæ proturbantur.

Casimirus Polonus Regis Uladislai frater designatus Pro-Rex Lusitaniz, dum per Franciam incognitus in Hispanias festinat, intercipitur, & Lutetiam captivus abducitur.

Die 5. Septembris, post annos 23. sterilis conjugii natus est Regi Galliz Delphinus; Rex voti causã misit ad B. V. Lauretanam statuam Angeli ex argento solido sustinentis suis ulnis infantem ex auro solido Delphini instar offerendum Deiparæ; Regina verò illuc misit duas pretiosissimas coronas, unam pro infante Jesu, alteram pro Virgine matre.

In Calabria exeunte Martio horribilis terræ motus urbes Consentiam, Stilianum, Nicastrum, aliasque proximas cum omnibus pagis concussit, & aliquot penitus obruit. Nicastrati solus Episcopus, & Capucinatorum Guardianus mortem evasit.

Galli Rentejam occupant.

P. Joannes Goddens, P. Gerardus Paësman & Philippus Nottin è Soc. Jesu, odio Religionis post crudelissima tormenta capite plectuntur à Calvinistis Trajecti.

P. Apollinaris de Almeida Episcopus Nicenus, P. Hyacinthus Francisci, P. Franciscus Rodericus Soc. Jesu, odio Romanæ Ecclesiæ suspenduntur & lapidantur à Schismaticis in Æthiopiã Oinadegæ.

Cæsari secundò genitùs Maximilianus, Thomas; Electori Bavariz Maximilianus Philippus, Regis Hispaniarum filia nati sunt.

Sueci Bernaviam Urbem ditionis Brandenburgici Electoris occupantes, incolas durè vexant.

Contigit pugna ad Vittenvinner Alfatiz, desideratis utrinque 6000. Gortzio demum se recipiente.

Horribilibus terræ motibus dum quassata fuit Calabria, ut supra insinuatum fuit, pagus Soriani ob intercessionem S. Dominici, cujus ibi miraculosa colitur imago, ab imminente periculo liberatus est: cumque ad illius Ecclesiam totus confugeret supplex populus, omnibus cernentibus, rutilantes stellæ sacram imaginem circumdantes per multos dies observatæ fuerunt.

Decedit Christophorus Besoldus Juris Consultus insignis, ex Professore Tubingensi factus Catholicus, professus publicè Jus Ingolstadii; reliquit plura ingenii sui monumenta, quæ inter sunt, Synopsis rerum ab Orbe condito gestarum usque ad Ferdinandi Imperium: Synopsis doctrinæ politicæ. Politicorum l. 2. de naturâ populorum, & de linguarum ortu atque immutatione; de veræ Philosophiz fundamento; de Sessionis præcedentia; historia Imperii Constantinopolitani & Turcici, Siculi & Neapolitani; de Incrementis Imperiorum; thesaurus practicus.

Obiit Lælius Bisca S. R. E. Cardinalis.

VVarnemunda à Suecis Cæsareis & Saxonis copiis traditur.

Chimiacum iterum cedit Hispanis.

Hassi occupant Paderbornam, & præfidiarios ex parte trucidant: Cæsariani astu capiunt Meppam.

Poligniacum Comitatus Burgundiz oppidum per assaultum, arx verò per deditionem in Gallorum potestatem venit.

Hispani expugnant Vercellas. Gartiam Sueci, qui paulò post propè Domitium 2400. milites Saxonicos cadunt.

Galli potiuntur Castelleto.

Sophia Elisabetha Marchionissa Brandenburgica Duci Altenburgensi desponsatur.

Electo Saxoniz cum quatuor filiis suis ad Cæsarem venit Litomerium, & magnis donis afficitur.

Recentè mortuum Sabaudiz Ducem filius ejus primogenitus Franciscus Hyacinthus fato sequitur, Carolo Emanueli fratri Ducatu relicto.

Ex hac vitâ migrat Joannes Ernestus Dux Saxo-Isenacensis.

Joannes Georgius II. Princeps hæreditarius Electoris Saxoniz, nuptias celebrat cum Magdalenâ Sibyllâ Marchionissâ Culmbacensi.

Generalis Arnhemius astu semet ex Suecicâ captivitate liberat.

Annus Christi 1639.

Joannes Meagh Sacerdos, Martinus Ignatius, & Venceslaus Trnozka Laici Coadjutores S. J.

in Bohemiã ad Cutenbergam, ab hæreticis in Silvã occiduntur.

Moritur Brisaci peste, vel, ut alii volunt, veneno Bernardus Dux Weinmarius in flore ætatis: Dux bello clarus & felix.

Vendito Gallis Brisaco Weinmarienses ex assè fiunt Francici, eorumque stratego Generali Longævillæo, Coronæ Gallicæ Legato, certâ tamen quorundam terminorum moderatione Sacramentum dicunt.

In Saxoniã iterum ut anno priore Catholicorum res ière in deterius. Bannerus cæsis ad Chemnitium Cæsarianis & Saxonibus Victoriam Pragam usque propagat, quam tamen adventu Leopoldi Archi-Ducis firmatam irritis fragoribus concutit.

In Italiã novi belli semina jaciuntur ex morte Ducis Sabaudiz, cujus voluntatem ultimam nullam declarat Cæsar, & contrã Christianam Ducissam viduam tutores Caroli filii constituit Principes Thomam & Mauritium Cardinalem, fratres defuncti Ducis.

Carolus Ludovicus Palatinus ex Angliã in Germaniam spe Præfecturæ exercitus Suecici citatis itineribus advolat, sed jussu Richelii in Galliã detentus ulterius pergere prohibetur.

Piccolomineus Dux Cæsareus Gallos sub Ficherio ab obsidione Theonis. Villæ feliciter depellit: capitur tamen à Gallis Hesdinum.

Lues multa pecorum millia per Germaniam enecat.

P. Petrus Cassus ejusdem Societatis, pro Christi fide variis tormentis enecatur Jendi in Japoniã.

P. Amarus Moureira Soc. Jesu; odio religionis ab hæreticis occiditur ad Goam.

P. Didacus de Alfaro Soc. Jesu ob Christi fidem ab infidelibus in Paraquariã occiditur; similem Martyrii palmam ibidem promerentur P. Gaspar Oforius de Valderavano & P. Antonius Riparius; ex eadem societate.

Viennæ Imperatori duo filii intrã octiduum per mortem eripiuntur; magno sanè Austriæ & Imperii luctu.

Martinus de Aragoniã fortissimus Hispanorum belli Dux moritur.

Natus est Ludovicus XIV. Galliz Rex.

Decedit Joannes Christianus Dux Bregensis in Silesiã.

Status Saxoniz inferioris Conventum celebrant Lüneburgi, & Neutrales se declarant.

Leopoldus Wilhelmus Archi-Dux, & Episcopus Olomucensis, fit quoque Magnus Equitum Teutonicorum Magister.

Pfilius Polemarchus Suecicus Gardelebiam occupat, Sueci item occupant Cygneam, Chemnitium, Mauritiiburgum & loca alia: Hispanis autem cedunt Castellum Cengii, Invurea, Veruca, Villanova d'Asti, Pontestura, Mons Calvus &c.

Obiit Joannes Philippus Dux Saxo-Altenburgensis.

Suecorum exercitus se in Bohemiam effundit, Misniam depopulatur, Brendelium occupant, similiter Eichsfeldiam.

Hispani cæsis Gallorum auxiliariis copiis Trinum in Principatu Pedemontano per assaultum capiunt, item Vercellas & Cunæum.

Polemarchus Cæsareus Piccolomineus villam Theodonis ab obsidione liberat, Gallorum 6000. occidit, 3000. captivat.

Galli econtrã occupant Hesdinum, Villam Francam, Clavasium.

Turinum Sabaudi Gallis vi eripiunt.

Turcæ cum Venetis pacem ineunt, cum hi 300000. Coronatorum solvissent.

Bannierus Priam Bohemiz oppidum, commeatum sibi tribuere renuens, incendit.

Comes Piccolomineus ab Hispaniarum Rege Principatu Amalphitano donatur.

Catharina Ducissa Lauenburgica moritur.

In Mense Octobri Mediovicum in Lotharingiã Gallis traditur. Sueci confederatis reddunt Bielefeldam: deseruat Pirnam. Saxones Budissam occupant.

Batavorum classis de Hispaniã insignem victoriam reportat.

Filius Primogenitus Electoris Palatini per Gallias iter faciens, jussu Regis intercipitur, & sub custodia Regionum militum ad Nemus Vicennarum captivus ducitur.

Leopoldus Archi-Dux Investituram Episcopatum Argentorati, Halberstadii & Passavi accipit.

In Mense Novembri Sueci Budissam recuperant, captivatis præfidiariis.

Galli de Hispanis in Principatu Pedemontano triumphant.

In Transsylvaniã dives auri-fodina detegitur, & Waradini Princeps Bethlem Gabor in templo diruto ingentem thesaurum reperit.

Norinbergæ Conventus pro pace reducendâ instituitur.

Ferdinandus Ducis Lotharingiz filius nascitur.

Obiit Antonius Abbas Cremifanensis, & Episcopus Viennensis in Austriã, Cardinalitiz jam dignitati destinatus, non sine Augustis in terrâ lachrymis, ipsius nempe Imperatoris, Imperatricis, Principum & totius Aulæ Cæsareæ.

Familiam Benedictinam, imo mundum universum illustrat Placidus è familiã Pacieca, vetustissimisque Ferrariæ Principibus & Marchionibus ortus, qui generis splendore, mundi que deliciis fusque deque habitis, pro epulis jejunia, pro factu paupertatem in S. Vincentii cœnobio Salmanticensi quæsit; raræ eloquentiæ torrente, ac verborum nitore famosus, Rex ipse Catholicus expetiit, tandem invitatus ad Placentinam Episcopalem sedem raptus est.

Quo ipso etiam tempore claret Martinus de Rianno, frater Germanus Præfidi Regni Castellæ, celeberrimus pariter è suggestu Regio Ecclesiastes, ex Congregatione nostrâ Vallisoletanâ cui Legionensis Episcopatus pro laboribus obtigit.

Annus Christi 1640.

Christina Sueciæ Regina Aboæ in Finlandiã Universitatem condit.

Celliere Comitatus Burgundiz oppidum, summo manè per Gallos consensum, spoliatur, & igne funditus deletur; iidem Atrebatum occupant.

R r r r ;

Sueci

Sueci in Mainungâ urbe captivos se Cæsaris copiis dedunt.

Ibrahimus I. Turcarum Imperator creatur, occiso à Prætorianis Amurathe fratre.

Sanctissimè ultimum vitæ diem, lue pestiferâ ex servitio apud ægrotos afflatus, obiit Ven. P. Franciscus Oellerus è Soc. JESU: eadem obitus hora, subito pulsato lenitèr ostio, cubiculum ad P. Casparum Tauß notæ sanctimonix Virum ingreditur, brevi pallio succinctus, cum bileo & baculo, quasi ex itinere veniret, aut iter pararet. P. Casparus amicum viventem ratus: *P. Francisce, inquit, unde & quo pedes? hachorâ, respondet P. Oellerus, ex hac vitâ decessi, & quia me totum DEO, & obsequio pestiferorum donavi, magnâque id muneris obivi charitate, poenas mihi omnes purgatorii condonavit DEUS, adeoque in cælum propero; hoc gaudium tecum communicare volui, ut cum veteri amico; Vale & DEUM lauda in præmiis fidelem;* ex Bohusl. Balbin. in histor. Miscell. Bohemix.

Ex eadem Societate defunctus est P. Joannes Franciscus Regis, natione Gallus, salutis animarum sitientissimus, & innumeris miraculis clarus, quem Clemens Papa XI. Beatorum Catalogo adscripsit.

Comitia Imperialia Ratisbonæ indicuntur pro ineundis consiliis & rationibus componendæ pacis in Germaniâ, quibus ipse interest Imperator.

Amoto à Præfecturâ militari Gallasso exercitibus cum supremâ potestate præficitur Leopoldus Archi-Dux frater Imperatoris, sub cuius auspiciis ipso adhuc mense Februario ductus in Suecos miles, & primo statim impetu expugnatum Colinum & Regio - Græcium: recepta Clumizia, decemque turmæ equitum hostilium ad internecionem deletæ, occupato deinde Leutmeritio & Brandisio totâ Bohemiâ exactus Bannerus Suecorum Polemarchus; demum etiam crescentibus indies palmis in manibus Archiducis ad extremam usque Visurgim rejectus virtute Hatzfeldii & Piccolominei.

In tractu Rheni & Regionibus finitimis varia fuit fortunæ facies nunc vincentibus Bavaris, nunc prævalentibus Weinmariis.

Königsmarckius prudentiâ & fortitudine Francorum exturbatus à Franconiâ semel iterumque cæditur à Bavaris & Saxonibus.

Mense Majo gravitèr tumultuatum in Catalonia: palatium Regium incensum, Pro-Rex in frustra concisus, Ministri Regii nullo discrimine passim trucidati, ejuratâ insuper Hispano fide Gallus in vota, opem & tutelam vocatus.

Eodem anno Lusitani exosi Imperium Oliverii, ejusque Secretarii Vasconcelli, unanimi ferè animorum consensu in Regem sibi eligunt Joannem IV. Ducem Brigantiæ progeniem ex Odoardo fratre olim Henrici Regis, cumque intentatis minis ad sceptrum acceptandum adigunt.

In Italiâ Comes Harcurtius Gallus Legationem Hispanam cum clade 3000 obsidionem Casalensem solvere cogit, & Taurinum paulò post expugnatum victor ingreditur.

Londini die 3. Novembris, coëgit Senatus Regem suum ad retractandam formulam, quâ

Scotos rebelles appellarat, eidem jus vectigalium ademit, edicta contra Regis Ministros promulgavit, instituit contra Episcopos Liturgiam novam, & Catholicos vetuit exhibere reverentiam nomini Jesu, surgere ad lectionem Evangelii, & imagines Deiparæ in templis exponere.

Cum VVarendorpiæ in VVestphaliâ nova Virginis matris assumptæ & coronatæ lignea statua è templi, quod ad veteris Parochiæ discrimen Novum vocant, fornice suspenderetur, organa nemine folles inflante, nemine manubria epitoniorum movente, ultrò modulatè sonnerunt; cujus rei procul fama prodita, & honoris Deiparæ amplificandi, & orthodoxæ religionis eâ Regione, quam tùm hæreticorum arma, licet incolumi Warendorpiâ, concusserant, stabiliendæ omen fuit. Boland. in append. ad act. SS. 30. die Januar.

P. Brunus à S. Cruce, & P. Ludovicus Cardeira Soc. Jesu, pro defensione S. Romanæ Ecclesiæ suspenduntur & lapidantur à Schismaticis in Æthiopiâ.

Germaniam terræ motus concutit.

Finem vitæ & regiminis facit Schach - Sophi Rex Persarum.

Leonardus Götzius Episcopus Lavantinus dies vitæ claudit; item Jacobus Saliarius Soc. JESU, Annalium veteris testamenti conditor.

Cæsar - Augustæ in Hispaniâ Joannes de Pelicer adolescens abscisso ante biennium crure atque sepulto, ad eleemosynam sedere solitus antè Ecclesiam Dominæ nostræ de Pilari, per somnium visus est sibi inungi ex lampade ante sacram Virginis imaginem ardente, & pridem resectum crus recipere: prout illud reipsâ restitutum experrectus ipse, tum parentes, vicini ac cives omnes, ac denique Ecclesiastici Judices postridiè sunt admirati, miraculo subscribentes attestatone publicâ & solenni.

Alexander de Calcione Comes, Episcopus Montis Politiani, Episcopatu se abdicat.

Obiit Justinus Antolinaz Episcopus Dertosa, scripsit historiam Ecclesiasticam Grantentem.

Nascitur Anna Magdalena, filia Christiani I. Comitis Palatini Rheni Linez Bischoffweilerianæ, & Casimirus Sigismundus filius Regis Poloniæ.

Carolus Ludovicus filius Electoris Palatini antè annum à Gallis interceptus liber dimittitur.

Sueci cladem patiuntur à Cæsareis ad Plaviam urbem; Classis Hispanica à Batavis in Brasiliâ.

Galli Carolomontium frustra obsident.

Jungunt se copix militares Luneburgicæ, Vinarienses & Hassorum; idem fit inter Bavaros & Cæsareanos.

Doctor Otto Brugman Ducis Holstiaë Consiliarius, & antehac Legatus ad Persarum Regem, Gottorpiæ extremo afficitur supplicio.

Die 9. Junii natus est Viennæ Leopoldus, Romanorum postea Imperator.

Mundi item lucem aspicit Michaël, postea Rex Poloniæ; & Philippus Dux Aurelianensis secundò genitus Ludovici XIII. Galliarum Regis, qui

qui in mense Augusto Atrebatum sui juris facit.

Scoti Novum Castrum in Angliâ occupant, Cæsaris Copiæ Huxarsiam.

Madriti obit captivus Dux Arschottanus: & Radicofani in Principatu Pedemontano Dux Guisus; nec non Catharina filia Sabaudia Ducis.

Cæsareæ Copiæ propè Ziegenhemium ab Hassis cæduntur.

E vita migrat Georgius Wilhelmus Princeps Elector Brandenburgicus.

Fridberga Hassiæ se subdit Polemarcho Cæsaris Geeleno.

Lis oritur inter Daniæ Regem & Batavos ob vectigalium augmentationem in freto.

Apud Tropeum in Provinciâ mare cetum ejecit ad littus, ejus longitudo erat pedum 320. latitudo 180. fauces 45. pedes æquabant.

Joannes IV. Lusitaniæ Rex coronatur.

Annus Christi 1641.

BAtavi ob serici mercaturam cum Persarum Rege litigantes, fortalitium Kismisch in sinu Perico oppugnant, sed æstu solis excessivo coacti obsidionem solvunt; nunc donis obtinentes, quod armis non poterant.

Piccolominius Dux Cæsareus Suecicum Chiliarcham Schlangium cum 4000. equitum ad Neoburgum Palatinatûs superioris oppidum captivat.

Gustavus Friderici V. Electoris Palatini filius moritur; item P. Joannes Fischerus è Societat. JESU, qui in Angliâ gravissimas persecutiones & pressuras in curâ animarum expertus est.

Mense Januario Bannerius Archistrategus Suecorum irrumpit in Franconiam & Palatinatum Superiorem, & capto nullo negotio per Tubadelium Bambergâ, Chambio, Fürtho, Glattoviâ aliisque locis, omnia cædibus, rapinis, & direptionibus miscet; plura meditantem conterruit clades Schlangii: Bannerius inde compulsus fugere à Comite Cellenio in fines usque Misniæ, ubi contracta ægritudine paulò post vivere desiit Halberstadii: successorem dixit Dorstensohnium absentem, virum fortem & in paucis militarem.

Rex Christianissimus cum Christinâ Reginâ Sueciæ initum antè triennium fœdus Hamburgi renovat, auctis auxiliariis pecuniarum subsidiis.

Sueci sub Königsmarckio variis cladibus atteruntur à Sporkio, aliisque Cæsaris Ducoribus, & ex variis urbibus & munitioibus exturbantur.

Legatus Angliæ cum pro Palatino iniquiora postularet, jussus est faceßere Ratisbonâ, cujus precibus tamen donatus libertate Rupertus Palatinus hucusque Viennæ captivus.

Marchio Velorum missus ab Aulâ Madritensi ad reducendos rebelles Catalanos, Tarraconem deditioe capit, Barcinonem tamèn frustra tentat: Galli vicissim capiunt in ditione Ruscinonensi Canetum, Elnam & Argileriam, sed ab obsidione Tarraconensi per classem Hispanam cum clade & dedecore recedere coguntur.

In Lusitaniâ Archiepiscopus Bracarensis datus in custodiam, quod compertus conspissasse contra vitam Regis & Reginæ, aliorumque Procerum, complices reliqui supplicio affecti.

In Angliâ omnia plena tumultibus: Reginæ confessarius jubetur jurare apertè & sine restrictione mentali ad librum Evangelii Calvinistici & Puritani, annon conatus fuerit reducere Regem ad doctrinam Papæ, quod dùm constantèr renuit, turri Londinensi includitur. Regi fideiiores, Archiepiscopus Cantuariensis & Hiberniæ Pro-Rex coniecti in vincula. Proregi etiam tortoris manu amputatum caput; atque huic tantæ immanitati subscribere coactus fuit Carolus, jam non amplius Rex, sed larva Regis, cui præter titulum & fugam in tutiora loca nil porrò reliquum fuit.

Et Gallia turbis concussa secessione Comitum Sueffionensis, Ducis Guisii, Ducis Bullionii, aliorumque Principum, qui à suis humeris excussum volebant jugum Richelii.

Drepani, dùm in Quadragesimâ explicaretur illud Psalmi: *Irruitis universi vos, tanquam parieti inclinato:* ruens subitò fornix templi in subjectum auditorium obrivit circitèr 500. Domicellas & aliquos viros, ipso etiam ictu lapidis læso in brachium Concionatore.

Bruxellis cum magno Belgii luctu obiit Cardinalis Infans Ferdinandus, terrarum illarum Gubernator.

P. Ambrosius Barlo Ord. D. Benedicti, cum ultra 20. annos magno animarum lucro in propagandæ fidei negotio defudasset, præter Doctoralem, Martyrii quoque coronam accepit, Lancastræ supremo supplicio affectus.

In Turcico Imperio turbo immanis à die 10. Augusti ad 18. ejusdem immaniter sæviens, arbores funditus evellit, domos tectis nudat pluraque ædificia evertit: fama insuper rulit sagittas è cælo lapsas fuisse quarum plures Imperatoris Palatium penetrantes magnam Janiticharorum turmam interemerunt: visi fuere insuper hoc tempore duo Cometæ planè ignei, quorum unus visu terribilis dicto palatio supereminebat.

Galli Aeriam Artesiæ munitum oppidum occupant, mox Hispani recuperant.

Archibaldus Comes Argatheliæ in Scotiâ Marchionis titulo honoratur.

Nascitur Henricus Franciscus Princeps Fundanus, Comes Mansfeldius.

Obiit Parisiis P. Claudius Bernardus, dictus Sacerdos pauper, quia omnia quæ habere poterat, inter indigentes distribuebat, Vir in animarum zelo indefessus, & earundem conversione felix.

Licunyzus Tyrannus Caifunus Imperii Chinenensis urbem obsidet, Imperator obsidionem solvere volens, aggeres perfringi jubet ad hostes delendos & submergendos, quod equidem factum, sed cum ipso urbis simul excidio quæ cum 300000. incolis per aquas irruentes deleta est.

Georgius Dux Luneburgicus obsidet Guelferbytum.

Cæsarei Wildstadium à Suecis accipiunt.

Obiit Hildesii supra fatus Dux Georgius, cujus in Ducatu filius natus maximus Christianus Ludovicus succedit.

Wilhelmus Dux Arausiacus cum Mariâ Regis Angliæ filiâ desponsatur.

Arx Cruciniaci à Suecis traditur Cæsareanis, qui & Cygneam occupant.

Hispani apud Tarraconem à Gallis prælio vincuntur. Princeps Condæus occupat Helenam in Comitatu Ruscinonensi.

Cæsaris exercitus cæditur propè Guelpherbytum.

Suecos inter & Gallos fœdus renovatur.

Dux Sueffionensis in prælio propè Sedanum globo trajectus occumbit.

Electo Brandenburgico armistitium cum Suecis init.

Electo Saxonie obsidet Gorlitium, & occupat.

Princeps Arausiacus arcem Genappeam deditione capit. Cæsareis traditur Ostervicka, Homburgum, Dorsta.

Batavi expugnant Loandum S. Pauli in Africâ.

Affacum à Russis incensum Turcis cedit.

Galli occupant Cunæum.

Ratisponæ ad finem Comitiorum, editum Cæsareum de Amnestiâ Generali publicatur.

Galliæ Regina Galliam deferens, venit Coloniam.

Dux Baruthensis nuptias celebrat cum Sophiâ filiâ Marchionis Onolsbacensis.

Papa creat duodecim Cardinales, inter quos fuit Mazarinus Galliæ Regni supremus Minister.

Cæsareani obsidionem arcis Duellii solvunt.

Antonius Comes Eggenbergius à S. C. Majestate Imperii Principibus adnumeratur.

E Cœlestinâ familiâ enituit Venerabilis Petrus Santutius, Spiritu prophetiæ, gratiâ curationum, visionibus & revelationibus, vi in dæmones ac miraculorum frequentiam inclutus: magnus litterarum amicus, corporis hostis.

Renatus Ambrosius Tanvier Monachus Benedictinus, in lucem dat Petri Abbatis Cellensis primùm, deinde S. Remigii apud Remos, ac demum Episcopi Carnotensis Opera omnia.

Annus Christi 1642.

Galli Viguertium occupant, oppidum patrum, sed munitum in Ducatu Mediolanensi; item Perpiniatum in Catalonia, sed ad pagum Honocurtium ditionis Cameracensis insigni clade afficiuntur.

Dissipatur acies Cæsaris ad Lipsiam: in eadem moribundo Tribuno, gravi vulnere strato, absolutionem sacramentalem impendit P. Laurentius Passoke Soc. JESU Sacerdos, subito ab hostium equitatu occupatur, qui dum Mariam ejurare recusat, hæreticus quidam oestro percitus, gladio Patrem transfodit, ac mox, sclopo manuali extracto, glande plumbeâ, mortuum humi sternit; idem eadem occasione evenit P. Matthæo Cramero; ejusdem instituti religioso Sacerdoti.

Moritur apoplexiâ tactus Franciscus Comes ab Hatzfeld, Episcopus Herbipolensis & Bambergensis; anno regiminis Episcopalis undecimo: eidem hoc eodem anno succedit Joannes Philippus L. B. à Schönborn; in Episcopatu Herbipolensi; in Bambergensi autem Melchior Otto Voit à Salzburg.

Leonardus Dorstensohnus novus Suecorum Polemarchus adjuncto sibi Königsmarckio intrâ paucos menses celeritate & felicitate incredibili totam ferè Silesiam & Moraviam cum ejus urbe Principali Olomucio sibi subiecit.

Accessit ad cumulum malorum strages planè internecina Lamboii Ducis Cæsari ad Kempenam in Germaniâ inferiore; miles omnis vel in acie & fugâ cæsus, vel ad signa Gallo-Suecica coactus.

Romæ litigatum à Legatis Regis Catholici & Lusitani, undè demum post cædes Hispanorum, declaratus irregularis, discessit Lusitanus Episcopus Lamecensis.

In Angliâ & Regnis affinis invalescunt indicis turbæ, palamque arma intentantur Carolo, ni subscribat illic conditionibus iniquissimis, quas dictabat Regi impudens & rebellis Calvinistarum factio: undè Regina quasi deductura filiam desponsatam Principi Arausiano discedit ex Angliâ.

Coloniz exul moritur inter opera Christianæ pietatis & patientiæ Maria Medicea, mater Ludovici XIII. sequitur eam paulò post Cardinalis Richelius consumptus pleuritide anno ætatis 58.

Londini in Angliâ Albanus Roë Ord. S. Benedicti Presbyter, anno ætatis suæ sexagesimo ob fidei Catholicæ defensionem & Confessionem è patibulo suspensus, amputatis virilibus, evulso corde ac visceribus, tandem in quatuor partes dissectus illustre Martyrium consummat.

P. Stanislaus Bronovsky, P. Christophorus Czarnostovsky, Caspar Woiniz, Joannes Domagalsky Poloni è Soc. JESU à Schismaticis Ruthenis, ex odio fidei crudeliter in Podoliâ necantur.

P. Thomas Hollandus præfati instituti Alumnus odio Sacerdotii Catholici Londini è patibulo suspensus dissectatur.

P. Franciscus de Mendoza Societ. JESU odio fidei Christianæ necatur ab idololatris in Philippinarum insulâ Mindanao.

P. Bartholomæus Sanchez à dictis idololatris occiditur Buhayeni similiter in Philippinis.

Diem Florentiæ obiit Galilæus Galilæi Astrologus scientissimus.

Thomas Aquinas, Hibernus, Catmelitani Ordinis Alumnus, in patriâ & oppido Pontano hæreses oppugnans, pro Christo suspendium & mortem perpetitur; plurima beatitudinis signa cælitus data cultum illi procurarunt.

Antonius Diemens Batavus Insulam novam in mari pacifico detegit, sitam inter Bataviam & Seelandiam novam, quæ ab ipso nomen sortita est.

Plures Hispanorum naves auro argentoque divites maris undis absorbentur: Mexicani Regni Gubernator seditionem movet.

Christina

Christina Sueciæ Regina coronatur.

Pontifex Summus in Ducem Parmensem censuram Ecclesiasticam stringit.

Parlamentum Angliæ Hullum occupat.

Princeps Doria Hispanorum Archithalassus cum ingenti pecuniæ summa captivatur.

Comes Galassius Polemarchus Cæsareus ab Hispaniarum Rege titulo Principis & urbe Lucherâ donatur.

Maximilianus Henricus Baviaræ Dux fit Coadiutor Electoris & Archiepiscopi Colonienfis.

Vinarienses Suecorum Confœderati multa loca in Archidicepsi Colonienfi, Ducatu Juliæcensi &c. occupant.

Königsmarckius sæpiùs per velitationes felices cum Saxonibus congregitur.

Uniti Angli, Scoti, Hiberni rebellium 9000 occidunt.

Decedit Dux Wilhelmus ultimus lineæ Haaburgensis, cujus proinde Ducis Friderico Cellensi, Ducique Augusto accrescit.

Gallicarum copiarum Campi Marechalus de la Mothe Hispanos in Comitatu Ruscionensi clade afficit.

Poloniæ Regis filia Friderico Wilhelmo Principi Palatino-Neoburgico desponsatur.

Turcæ cum Imperatore Romanorum pacem ad viginti annos prolongant.

Papa Lotharingiæ Ducem Beatricem illegitimè sibi nuptam dimittere recusantem excommunicationis vinculo innodat.

In Brunsvicensi & Luneburgico Ducatibus pax cum Cæsare inita publicatur.

Rebellium Hibernorum exercitus propè Kingsalium funestâ rursus clade afficitur.

Balsæam Galli Hispanis tradunt.

Torstensohnus Cæsaris & Saxonum exercitum cædit ad Schvveidnizium, & Franciscum Albertum Archistrategum capit, qui mox ex vulnere accepto moritur.

Gallorum exercitus funditur apud Honnecurtium.

Schach-Abas Persarum Rex coronatur.

Batavi Insulas Moluccenses & Malaccam occupant.

Bellum inter Angliæ Regem & Parlamentum exardescit.

Sponsalia ineuntur inter Daniæ Regis filium, & Sophiam Amaliam Georgii Ducis Brunsvico-Luneburgici filiam.

Gubernator Portus Ostium sive Portum Magnum Angliæ Regi tradit, quem locum Parlamenti copiæ obsident & recuperant. Rex idem expugnat Varvicum.

Marchio Onolsbacensis nuptias celebrat cum Henrica Ludovicâ Principe Montis Bellicardi.

Leslæus Polemarchus Galliviam & Carolomontium Hiberniæ fortalium occupat.

Galli & Sabaudi Nicæam ad deditionem cogunt, item Perpiniatum totumque Comitatum Ruscionensem.

Königsmarckius Naumburgum frustra obsidet; Præsidarios autem milites imponit arci Citiensi.

Sibylla Maria Joannis Georgii Ducis Electoris Saxonie primogenita nascitur.

In Mense Septembri Gallis cedit Sedanum & Dertona.

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Torstensohnus Lipsiam obsidet, & denuò Cæsareum Saxonicumque exercitum prælio vincit. Sueci insuper Chemnitium recuperant.

Lusitani Hispanis varia fortalitia Lusitaniæ contigua eripiunt.

Fridericus VI. Marchio Badeno-Durlacensis, nuptias celebrat cum Christinâ Magdalena filiâ Joannis Casimiri, Comitum Palatini Rheni; ad finiendum bellum cum Hispanis initum Dux Aurelianensis Gallæ Regis frater, Dux Buillonius aliique Primates seditionem movent, quæ res autem ut crimen læsæ Majestatis reputata, super Thuanum & alios capitis pœnam invenit.

Annus Christi 1643.

Cæsaris exercitus Freibergam à Suecorum obsidione liberat.

Die 20. Februarii in pago Balingen, propè Srutgardiam, diversis vicibus cælum sanguinem pluebat.

Gallis eripiunt Hispani Theonis-villam, per pacem tamen Pyrenaicam illis paulò post restitunt.

Moritur Venerabilis P. Albertus Chanovvsky. Soc. Jesu Sacerdos; Vir magnæ Sanctitatis; natus is erat illustri familiâ: Societatem ingressus ardentissimum fovebat animarum zelum; humilitatis tantæ fuit, ut comparatis aliquot anserum centuriis, in decrepitâ etiam senectâ non dubitaret, eosdem in unum gregem coactos Pragam pro nutriendis Collegii sociis appellere, sequebatur gregem virgâ per iter, & voce monendo, plerumque ipse aut divini officii psalmos, aut rosarium, ut vocant, virgineum precando decurrens & in loco pascens, donec Pragam per Mediam urbem, quò destinaret, cum anseribus perveniret: placuisse sanè Deo tanti viri virtutes, cælum sæpè miris eventis ostendit: fuere qui eum cœlesti lumine circumfusum, & qui igneos quosdam globos super ejus cubiculum effulgere non semel viderunt: fuere, qui collatis temporibus, in duobus simul locis, maximè cum morientibus adesset, eosque ad mortem compararet, clarè perspexerunt; ipsius P. Alberti confessione constat, non semel nocte intemptâ ad se venisse adolescentulos cum facibus, & ad ignotos ægros, & jamjam morituros deduxisse, ut sacramenta perciperent, qui peracto pietatis officio & Patre reducto, subito videri desinerent, quos ob id, & ob illam formæ gratiam humanâ majorem & modestiam prorsus cœlestem P. Albertus & alii cœlestes genios fuisse suspicantur; ex histor. Miscell. Bohuslai Balbini.

Joannes Werthius Ductor Cæsareus in Ducatu Wirtenbergico quinque hostiles legiones opprimit.

A Mercio Geppinga cum arce capitur, Gallis præsidariis captis, à Truckmillero eadem felicitate capta Tubinga, Galli insuper, qui laborantibus Tubingenibus subsidio accurrerant, ita excepti, ut vix Decuria salva evaserit.

Guebrianus Archistrategus Gallicus ex Franconiâ à Duce Lotharingiæ & Hatzfeldio exactus ad Rotvilam globo tormenti occiditur: copiæ reliquæ ferè omnes Gallo-Sueciæ, quibus cum

cum summo Imperio præfuerat Guebrianus, dum hinc inde per stativa ad Danubium sparſa, metuque omni soluta agunt liberius, improvise irruptione à Mercio, Joanne Werthio & Sporkio obruuntur, plerisque vel caesis vel captis, aut dissipatis, præter 6000. vel 7000. gregariorum venire in censum captivorum quinque Primates castrorum Præfecti cum multis aliis tribunis, Protribunis Centurionibus &c. capta insuper cum machinis æneis impedimenta omnia, in quibus fuit vis ingens auri & argenti facti infectique, & mensuram totius exercitus stipendium.

In Silesiâ & Moraviâ conatus Dorstensohnii utcumque repressi per Galassum, cui denud commissa in his partibus summa Præfectura exercitus.

Feliciter cecidit belli alea Gallis in Cataloniâ ad Castellum Mirabellum, item in Campaniâ, ubi sub Duce Enghuino de Hispanis ad Rocroiam memorabili, sed cruentâ victoriâ triumpharunt.

In Ungariâ nova conflatur seditio Hungarorum & Valachorum sub Ragozio adversus Cæsarem, authoribus potissimum Gallis & Suecis.

Moritur Ludovicus XIII. Galliarum Rex, cui succedit filius Ludovicus XIV. sub tutelâ quidem matris, sed sub consilio Ducis Aurelianensis, & eo absente Principis Condæ & Cardinalis Mazarini.

P. Briantus Cansfeldus Soc. Jesu post verbera & atroces injurias, squalore carceris in causâ fidei Catholicæ è vivis aufertur.

P. Antonius Rubinus, P. Antonius Capocius, P. Albertus Mecinski, P. Didacus de Morales, P. Franciscus Marquez è Soc. Jesu post toleratum infusâ aquæ, & violentè exprellæ tormentum in scrobem è pedibus suspens, pro fide Christi necantur Nangasaki.

Cum Tubadelius, Suecicarum partium Strategus, pagum Weingarteni Ordinis Benedictini Cœnobio subjacentem exurere statuisset, & jam concubiâ nocte facinus pararet, en! in diducto suprâ Cœnobium aère fulgetra in hostium capita emicare & minitari, plateæ & tota vicinia, quâ ingrediendum erat, candidis equitibus insideri; tantus inde terror hostes perculit, ut relictis impedimentis in effusillimam fugam se præcipitarent: sed & spectra metuenti aspectus Suecos immodestius per Monasterii cellas, triclinium, pharmacopœum vagantes exagitarent, tandemque migrare compulerunt; cum etiam Widerholtius Duellii Gubernator, in extremum Monasterii exitium & vastitatem cum paratis jam incendiariis immineret, in aère spectabilis admodum Virgo Deipara supra ipsum Monasterium manu vexillum rotare in signum protectionis, non tantum ab hostibus, sed etiam à plurimis Catholicorum visa est. Mezger. in histor. Salisburg.

Franciscus Vigilius ex Comitibus de Spauer instituitur Episcopus Chiemenſis.

Paulus à S. Magdalenâ Londini in Angliâ fidei causa publico iudicio interficitur.

Marcus Cyriacopolus è Candia prognatus die 23. Maji Smyrnæ ex odio fidei occiditur.

Alsfelda superioris Hassiæ urbs, à Geilla Hainforum inferiorum Generali obsessa expugnatur.

Obiit Tobias Adams Juris Consultus intimis Consiliarius Aulicus Ducis Vinariensis; qui

cum Græciam, Syriam, Palæstinam peragrasset, in Italiam delatus, Neapoli substitit factus auditor doctissimi Thomæ Campanellæ, cujus Philosophiam realem, in lucem edidit, item prodromum Philosophiæ Campanellæ, & libros quatuor de Magiâ.

Tingis Africæ urbs unâ cum Castello firmissimo à Lusitanis occupatur.

Urbanus Octavus Papa Joannem Baptistam Altieri Cardinalitio galero ornat.

Vitam exiit Alvarez Arias Soc. Jesu ejusdemque Generalis Præpositus; scripsit encomia SS. Eucharistiæ, & B. M. Virginis ex S. Scripturâ deprompta.

Natus est Muley Ismaël Marocciani Regni Rex, quem trecentos genuisse filios sermo est.

Copiæ militares Parlamenti Anglicani Regias cædunt.

Mundi lucem aspicit Carolus Leopoldus Dux Lotharingiæ, filius Nicolai Francisci, Archistrategus bellicosissimus & victoriosus Leopoldi I. Imperatoris.

Uberlinga urbs ad Lacum Podamicum subitò à Gallo-Vinariensibus occupatur.

Castellum Astæ deditioem sui facit Sabaudis, Fœdus trium Regnorum Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ Londini publicatur, augeturque dissensio Sabaudi Dertofam Hispanis tradunt.

Valachi haud procul Viennâ Austriæ se Suecis jungunt.

Königsmarckius per stratagema potitur Halberstadio. Osterwicka quoque per deditioem Suecis cedit.

In Mense Augusto plures Confederatorum Italiæ Principum militares copiæ velitativibus sese impetunt, cæditur à Florentinis Summi Pontificis exercitus.

Obiit Margaretha Joannis Casimiri Saxoniarum Ducis uxor, filia Wilhelmi VII. Ducis Brunsvico-Cellensis.

Electo Brandenburgico initâ cum Suecis Neutralitate, Cæsareis copiis per terras suas transitum negat.

Classis Hispanica à Gallis propè Carthaginem novam notabili clade afficitur.

Domitium Suecis traditur.

Exercitus Gallo-Suecicus prope Dulingam ad Danubium à Bavaro-Cæsareis gravem irragem percipit.

Sueci Ducatum Holfatiæ hostiliter invadunt variaque loca occupant.

Cyanea in Cæsaris & Saxonum potestatem redigitur.

Annus Christi 1644.

IN Clerevall oppido, quatuor milliariibus à Monte Belligardo disto ventorum turbine domus multa everſa, plures homines oppreſſerunt.

Usur Piale Archithalassius Turcarum, ab Ibrahim Imperatore sine ulla ferè causa funi addictus, jam jam strangulandus dicebat: Imperii Ottomanici habenas nunc à stulto moderari, nolle se proinde diutius sub illo vivere.

Nascitur Christianus Ernestus, Marchio Baruthenus.

Avia Constantinii Principis in Chinaram Regno, à P. Andrea Koffler S. Jesu baptizatur.

Moritur P. Petrus de Urteaga Soc. Jesu, clarissimo sanguine Hispanus, concionator per annos

annos 44. qui se totum animabus lucrands impendit, & comæatum non semel prodigiosè in alimenta suorum recepit.

Datum initium compositioni pacis Monasterii & Osnabrugi, & simul novo bello inter Suecos & Danos. His jussu Cæsaris suppetias tulit Galassus, sed quia nimis lentas, parum proficuas, Suecis ferè prævalentibus, nec paucas munitiones à Danis extorquentibus, nec Galassus immunis à clade mansit, cum lacero, multumque diminuto exercitu agrè in Bohemiam regressus.

Ad tractum Rheni superioris res prospera Cæsariano-Bavaricis ab initio sub primo Ductore Mercio. Uberlinga & Friburgum post obsidionem non admodum prolixam Sueco-Francis erepta. Turenus insuper & Condæus ad Friburgum gravi clade affecti, cæsis cum supremo castrorum Præfecto Ruffilonio, multisque Tribunis & Ducibus aliis, sex ferè gregariorum milibus. Labem Friburgensem eluere Galli anno adultiori expugnatione Philippoburgi, Moguntiæ, Spira, Wormatiæ, aliorumque locorum in Palatinatu non ignobilium.

In Transylvania res acta felicissimè contra Ragozium, hujus exercitum numerosissimum paucis licet copiis ita fatigavit Bucquoyus, ut ad petendam pacem anno insequenti compulerit.

In Belgio Galli potiuntur Gravelingâ, in Catalaunia Ilerda Hispani, & copias Francicas sub Motta Ductore Prorege Catalauniæ feliciter profligant.

In Podolia 80000. Tartarorum fugantur à Polonis, capta & occisa in acie 20000. occisorum in fuga ab efferatis colonis numerus non est relatus.

In Angliâ facies rerum turbulentissima, exercitus Regius, qui adversus Scotos & Parlamentarios auxilio missus obſeſſo Eboraco, à rebellibus fufus, fugatus & tormentis impedimentisque omnibus exutus; Eboracum expugnatum, Rex ipse Oxonium cum reliquis copiarum fugere, Landus verò Archiepiscopus Cantuariensis etiam securi caput in foro Londinensi subdere coactus. Summa delicti capitalis, quod videretur in fidem Romanam propensior, & Carolo addictior, & Parlamenti Consiliū parum probaret.

Moritur Urbanus VIII. succedit Innocentius X. antea dictus Joannes Baptista Pamphilus. Papæ defuncto per mortem sequitur Cardinalis Guido Bentivoglius.

Gualterius sacrâ purpurâ ab Innocentio X. ornatur.

Vitam deponit F. Joannes Baptista, ex Ordine Capuccinorum, Dux quondam Mutinensis & Rhegiensis; item Henricus Altingus, quondam Informator Friderici V. Electoris Palatini, Theologus Heterodoxus, scripsit notas in Decadem Problematum Joannis Böhm, de glorioso Dei & beatorum cælo; locos communes tum didacticos, tum elencticos; problemata tum theoretica tum practica; explicationem catecheseos Palatinæ, cum vindiciis ab Arminianis & Socinianis; exegesis Augustinæ Confessionis, unâ cum Syllabo controversiarum Lutheranarum.

Dani Carolostadium in Gothia Occidentali comburunt.

Carolus Eusebius Princeps à Lichtenstein R. P. Brentano Epitome Chronologica.

nubit Joannæ Beatrici filiæ Maximiliani Principis à Dietrichstein.

Holmiæ bellum contra Danos proclamatur. Hornius Generalis Sueciæ Regis Scandiam Insulam invadit, Helsingoburgum occupat.

Fœdus inter Gallos, Suecos, Batavos ad tres annos prolongatur.

Rupertus Comes Palatinus Rheni, ab Angliæ Rege Dux Cumbriæ creatur.

Obiit Hermannus Georgius Abbas & Princeps Fuldenſis.

Erdmudis Sophia Joannis Georgii II. Saxoniarum Ducis filia nascitur.

Dux Holfatiæ, cum conjugè & nobili Comitatu ab Hassis capitur.

Exercitus Regius à Parlamentariis propè Hoptonium cæditur: qui & Vintonia potiuntur: econtra exercitus Scotorum à Regio ad interfectionem deletur.

Moritur Cæcilia Renata Uladislai Sigismundi Regis Poloniæ uxor; filia Ferdinandi II. Imperatoris.

Osnabrugi Legatus Regiæ Sueciæ ad pacis tractatum missus solenni pompâ excipitur.

Mediante Galliarum Rege pax inter Papam & Confederatos Italiæ Principes redintegratur.

Turenus maximam Lotharingiæ partem devastat.

Hassi à Lotharingis cæduntur.

Totkensohnii invasionem Fioniæ frustra tentat.

Dani irruptionem faciunt in Norvegiam, & infra Jutiam variâ loca & munimenta occupant.

Grimma in Suecorum manus venit. Elector autem Saxoniarum cum aliis locis recuperat.

Galli loca in Comitatu Burgundiæ occupant.

Schwveidnizium Cæsareis traditur; item Uberlinga, Citium, Wolavia.

Sueci de classe Danica triumphant.

Cæsareæ copiæ obsidionem Casoviarum solvunt.

Regis Angliæ exercitus dum obſeſſo Eboraco suppetias ferre contendit, magnâ clade afficitur: cædit tamen aliâ occasione Parlamentarios die 19. Septembris.

Friburgum Brisgoviarum deditur Bavaris.

Königsmarckius Torgavia potitur, quam tamen mox non sine suorum notabili damno relinquere, & per Albim fugam arripere cogitur.

Suecorum classis insignem reportat victoriam de Danis apud Insulam Fimeram.

Moritur Isabella Philippi IV. Hispaniarum Regis uxor, filia Henrici IV. Galliarum Regis.

Galassus cum Cæsareo exercitu Bohemiam petit, insequente Totkensohnio: Equestres Cæsaris turmæ cæduntur propè Jüterbock.

Pegavia glandium injectione à Suecis incenditur, & occupatur similiter Citium.

Christina Sueciæ Regina expleto ætatis anno decimo octavo plenam Regni administrationem suscipit.

Obiit Albertus Dux Saxo-Isenacensis.

Arcem Citii demoliuntur Sueci, Naumburgum quoque portis, turribus maximâque murosum parte privant.

Ssss a

Mors extinguit magnum Ecclesie & ordinis Benedictini lumen Franciscum de Borgia Archiepiscopum de las Charcas in America.

Occidit illustrissimum Benedictinæ familiæ sidus Josephus de la Cerda, ex Concionatore Aulico Regis Catholici Episcopus primum Almeriensis, postea Parensis.

Item Bernardus de Ontiveros, æquè Benedictinus, S. Dominici de Silos Professor, cujus in publicis Universitatibus triginta annorum sudores Theologicos, laureatumque verticem dignissime tandem coronavit Insula Episcopalis Calagurritana.

Floret Alphonsus de Aguayo Abbas Saguntinus, & Congregationis Benedictinæ Hispanicæ in Romanâ Curiâ Procurator Generalis, qui vitæ Sanctorum æmulæ merito Episcopatum celeberrimi Portus & Urbis Cajetæ tulit.

Nec minùs claret Didacus de Sylvâ, ex Ascetâ S. Joannis de Burgos præfata Congregationis Moderator & Episcopus tandem Guadigenensis.

E vivis discedit circa hunc annum Zacharias Asceta Casinas, qui confratris sui Gregorii à S. Eliâ in eodem monte conversi animam multo ac cœlesti lumine cinctam cœlum conscendere conspexit.

Annus Christi 1645.

Floret Rodericus Mendez Silva Hispanus disertus scriptor & curiosus.

Hassia Landgravii milites circa Bonnam pagos aliquot, & villas incendio devastant.

Bassa Sophiæ, de incolarum per exactiones suppressione accusatus, jussu Ibrahimi Turcarum Sultani, Constantinopoli laqueo suffocatur, ejusque corpus canibus dilaniandum in publicâ plateâ relinquitur.

Altero die post, Imperii Turcici vicarius, eò quod sub togâ armatus, & ense ad latus præinctus coram Tyranno comparuerit, pari fure serico, vitam finit.

In Bohemiâ ad Taborem infeliciter confli- gitur ab Hatzfeldio contra Dorstenonium Suecum; culpa cladis rejecta in intempestivam spoliatorum direptionem: feliciter cum Turenno conflixit ad Herbsthufium non procul Mergenthemio Mercius supremus Dux Bavorum; clades Gallorum ex eo æstimari potest, quod reliquæ universi exercitus vix fuerint mille & quingenti equites; cum eisdem post instauratas copias depugnatum à Mercio ad Allerheimium & Nordlingam, magnâ utrinque virtute, victoriâ ancipiti, strage Gallorum majori; amissa à Gallis signa militaria 70. à Bavaris undecim: triumphum hi canerent, nisi Mercium perdidissent, heroem sui avi clarissimum.

Bruna civitas Moraviæ longâ, sed inutili & irritâ obsidione premitur à Dorstenohnio: Sueci tamen occupant Litomerium, Steinium, Cremfam, Iglaviam, Znoimium, Nicolai Burgum, Torgaviam, Insulam, Bornholmiam &c.

Turcæ Caneam urbem Cretæ fortissimam occupant, illorum tamen in obsidione 40000. periére. Candiam frustra obsident.

Hollandi Hulstium in Belgio occupant, item Bethunam in Artesiâ.

Inter Casarem & Ragozium, Suecos & Danos pax componitur.

In Hiberniâ Religio Catholica per Sectarios supprimitur.

In Angliâ contra Regem in Præfectum Generalem eligitur Fairfaxius, in Subpræfectum Cromvelius.

Electo Treverensis, post decennem captivitatem, urgentibus Legatis Franciæ & Suciæ libertati restituitur.

P. Richardus Braslæus Soc. Jesu ærumnis & illuvie carceris pro fide Catholica in Angliâ conficitur; pari Martyrii laureâ Londini coronatur P. Henticus Morsæus, suspensus & dissectus; nec non Lancastræ P. Joannes Grossus carceris squalore enecatur.

P. Joannes Aresius Soc. Jesu occiditur in Philippinis odio virtutis.

P. Petrus Romerus Soc. Jesu cum Mattheo Fernandez crudeliter ab Idololatris in Paraguarâ interimuntur.

Benedictus Odescalcus S. R. E. Cardinalis cum Ald. Cybo creatur.

Moritur Mutius Vitellescus Soc. Jesu Generalis VI. prudentiâ ac pietate conspicuus.

Piissime obiit Albertus Chanovvski Vir Apostolicus Pragæ.

Alexius Michaëlovviz Michaëli Föderovviz patri suo, in Regimine Magni Russiæ Ducatus succedit.

Hassi, Sueci & Galli copias suas militares conjungunt; propè Gemundam ad Werram. Marefchallus Campi Gallicus du Plessis Prâlin expugnat Rhodam in Cataloniâ.

Eduardus Electoris Palatini filius sponsalia contrahit cum Annâ Ducissâ Niverniæ, ratificationem tamen Galliarum Regis nisi prius hæresi abjuratâ obtinere nequivit.

Cardinalis Mazarini à Regina vidua Supremus Gubernator Regis juvenis declaratur.

Dux Aurelianensis in facie exercitus Hispanici fluvium Colmam transit, occupat Lincke, Burburgum &c. propè Lorensium quoque in prælio victor evadit.

Regis Angliæ exercitus notabile patitur damnum propè Nasby.

Legati Principum à Legatis Principum Imperii Electorum prætendunt titulum Excellentiæ, aliâs reciprocè nec illos eodem honorari.

Galli occupant Mottam in Lotharingiâ, & demoliuntur; tormentis item quatunt Wimpinam, & cogunt ad deditionem, similiter Rotenburgum ad Tuberam, Landaviam &c.

Pacis fœdera ineuntur inter Danos & Batavos.

Electo Saxoniarum facit armistitium cum Suecis ad menses sex.

Classis Veneta vincit Turcicam ingenti Turcarum clade, occupans naves majores triginta, & plures tormentorum bellicorum glandibus inter maris undas sepeliens.

Die 10. Octobris Cæsar edictum de Amnestiâ Generali promulgat.

Hassi urbem Marpurgum occupant, & arcem obsident.

Turen-

Turenus Electorem Treverensem in possessionem Urbis Trevirorum immittit.

Venetorum Dux non obstante senio belli contra Turcas Generalissimus denominatur.

Hispani Mardyckum recuperant.

Obiit Maria de Levy, filia Ducis à Vandratura, Monialis Calvariensis, virtutum lucidum speculum.

Æternitati Sanctæ dat animam Sanctam Ven. Zacharias Petronius Abbas Casinensis Congregationis, Miraculorum gloriâ illustris.

Annus Christi 1646.

Armamentarium incendio correptum Venetiis dirum fatum minatur.

Galli Tabernas Montium in Ducatu Biontino, tempore matutino repente obruunt, incolis pessimè habitis, oppidum cum multis infantibus, & quibusdam in partu laborantibus incendio tradunt.

In Austriâ, Moraviâ, Bohemiâ recuperantur à Bucquoio loca plurima annis prioribus à Suecis occupata.

Pro Dorstenonio, qui dolore acceptæ cladis & ignominie ad Brunam ultrò se abdicarat Imperio militari, inclaruit hoc anno Wrangelius, non præliis, & victoriis, sed incendiis & depopulationibus, quibus Westphalam Franconiam, Sueviam, Bavariam, omnemque latè regionem incendiarius, prædo fœdè devastavit; offendit tamen ad Augustam Vindelicorum, cujus obsidionem cum jacturâ duorum ferè millium solvere compulsus est.

Veneti sub Thomâ Morosino bis Turcas prælio navali vincunt; vincuntur vicissim in Cretâ ad Rethimum, cum hujus loci jacturâ, & Novigradam amittunt in Dalmatiâ.

In Belgio Franci frustra obnitentibus Hispanis potiuntur Cortraco & Dunkerka; in Cataloniâ verò cum ingenti clade, & jacturâ tormentorum & impedimentorum omnium septimestrem obsidionem Ilerdæ sive Leridæ solve- re coguntur à Leganesio Hispanorum Stratego.

In Angliâ Fairfaxius Oxonium obsidet, Cromvelius exercitum Regium fundit, Rex mutatâ veste in castra Scotorum fugit, sed paulò post ab illis infami prodicione pro 400000. libris Sterlingis, Anglis venditur; à Parlamento Episcopatus omnes abrogantur: Lestria & Oxonium occupantur: Parlamentarii insigni clade à Catholicis Hibernis afficiuntur.

In Italiâ Casimirus, Ladislai Poloniæ Regis frater, contemptâ sæculi pompâ Societatem Jesu ingressus ex eadem retrahitur ad purpuram & galerum Cardinalitium. Mense Augusto coronatur Bohemiæ Rex Ferdinandus Archi-Dux.

Moritur sub finem anni Borbonius Princeps Condæus, qui natus & educatus in hæresi vixit, obiitque Catholicus.

Hoc anno Pontifici Maximo Innocentio X. se stitit, eumque more Christianorum

Principum osculo pedum veneratus fuit Don Aamathai, filius Tunetani Regis primogenitus, & hæres Regni: qui antè aliquot annos captus alloquio captivorum Christianorum, capessendæ Religionis Christianæ desiderio, clam fugâ ex Tuneto in Siciliam se proripuerat, & à PP. Soc. Jesu ritè instructus, Sacro fonte ablatus fuerat.

P. Isaacus Jogues è Soc. Jesu post evulsos unguis, præcisos & præmorfos articulos, innumera tolerata pro Christo ab Hiroquiis supplicia & ærumnas, ferratâ clavâ cæsus, & capite plexus est in Canadâ apud Hirounnos.

Sanguinis sui purpurâ hunc annum nobilitat P. Philippus Povelus Ord. S. Benedicti, qui post navatam 24. annis, lucrandis DEO animabus operam in Angliâ flagrante demùm hoc anno inter Regem & Parlamentum bello, dum Catholicis in Regio exercitu merentibus curâ & solatiis assistit, à Parlamentariis capitur, & patibuli supplicio addicitur, cum prius plures concaptivos, quos inter unus Centurio, & duo Nobiles, ad veræ fidei & salutis viam persuasionem in carcere adduxisset.

Viennæ in Austriâ decedit cum celebri Sanctimonie famâ, Ven. Paula Maria de Jesu, Præfata Parthenonis Carmelitarum Theresianarum.

Moritur P. Emanuel Almeida Soc. Jesu, Missionarius per annos quadraginta in Indiâ Orientali & Æthiopiâ; scripsit librum de erroribus Abyssinorum, relationem & historiam de Æthiopiâ &c.

Obiit Antonius Barberinus ex Capucino S. R. E. Cardinalis, frater germanus Urbani VIII. Pontificis Summi.

Haud procul Torringtonio Copiæ militares Parlamenti sexcentos Equites Caroli I. Angliæ Regis fundunt.

In locum defuncti Francisci Erizonis Venetorum Ducis eligitur Franciscus Molino.

Galliæ Rex Legatum Pontificium ex Avonione abire jubet, & arma parat contra Christi vicarium.

Rex Poloniæ, Status Confœderati Belgii, Duxque Lotharingiæ partes tuentur Electoris Brandenburgici contra Suecos, Pomeraniam totam pro satisfactione petentes.

Angliæ Rex in angustias redactus, generale postulat armistitium.

Obiit Imperatrix Maria Anna Ferdinandi III. uxor, Philippi III. Hispaniarum Regis filia.

Sueci Paderbornam & Lemgoviam occupant, item Pyrmontium.

Galli Portu S. Stephani, Portu Herculis, Telamone, Orbitello, & Plumbio potiuntur, unde Magnus Hetruriæ Dux se Neutralelem proficitur.

Ferdinandus Carolus Archi-Dux cum Annâ Medicæâ, Cosmi II. Magni Hetruriæ Ducis filiâ nuptias celebrat.

Cortracum deditionem sui facit Duci Aurelianensi, & Oxonia Parlamento.

Sueci Franckensteinium Silesiæ Castrum Casareanis cedunt.

Moritur ex partu filii Ducissæ Mutinensis, Turcæ Sudam in Creta Insula & Novigradum in Dalmatia occupant.

Decedit Odoarius Dux Parmæ, cui in regimine Rainucius filius succedit.

Cæsaris copiæ Schaffnaburgum & Ratagemate occupant: deditio Steinheimium.

Wrangelius Polemarchus Suecicus Bavariam invadit; Augustam Vindelicorum obsidione cingit, expilat Frisingam & Pfaffenhoven, Laubingam, Landsbergam & Landshutum &c. occupat.

Obiit Balthasar Philippus filius Hispaniæ Regis, jam cum Ferdinandi III. Imperatoris filia desponsatus.

Galli post 18. dierum obsidionem Dunkercâ potiuntur,

Vitâ excedit Sophia Erdmanni Marchionis Baruthensis uxor.

Fridericus Wilhelmus Elector Brandenburgicus, nuptias Hæzæ Comitum celebrat cum Ludovica Henrica Arausici Principis filia.

Londini Philippus Povelus ex Ordine D. Benedicti, multis etiam in carcere ad fidem orthodoxam reductis, acerrimam patitur necem, nobile genus suum sanguine haud paulò nobiliori decorans.

Annus Christi 1647.

Post 20. dierum obsidionem, Sueci Schveinfurtum Cæsareanis cedunt.

Rudolphus Dux Lauenburgicus Catholicam fidem profitetur.

Maria Sinarum Imperatoris conjux, sacro baptismi fonte abluitur; nec non Carolus Americæ Princeps.

Colonienfis & Bavarus Electores ineunt inducias particulares cum Suecis, eorumque fœderatis, non sine indignatione Cæsaris, quibus tamen paulò post, quòd pactis non staretur à Suecis, renunciatum ab utroque Electore, & arma rursus sociata Cæsari.

Wrangelius irritâ obsidione duorum mensium premit Lindavium ad lacum Acronianum, ad fines verò Bohemiæ Egram expugnat; majora meditata reprimuntur ab Holzapfelio Archistratego Cæsareo, & in Hassiam rejicitur, ibidem à Cæsareanis Marpurgum expugnatum, & à militibus direptum.

Scoti tradunt Regem Angliæ, eâ tamen expressè lege, ne quid gravius statuatur in personam Regis, quâ tamen perfidè violatâ infelix Carolus à perduellibus Daumviris à carcere ad carcerem ignominiosè raptatur, incassum laborante pro ejus liberatione Nobilitate.

Neapoli gravissimè hoc anno tumultuatum à plebe ob immoderatas exactiones, & auctas enormiter gabellas, Duce vili quodam piscatore Thoma Aniello, qui stipatus factiosorum turba vestigalia passim sustulit, & in obstantes sine delectu ferro & rapinis desæviit, extortitamen brevi cum vita fasces furioso rebeli, caput suffixum hastæ, cadaver tractum per urbem, suppressus indè non nihil tumultus, non sublatus.

Hollandi pacem petunt & impetrant à Rege Catholico, retentâ novâ Reipublicæ formâ post 80. annorum rebellionem.

In Dalmatia Veneti prosperè bellum gerunt cum Turcis, Xomonicum occupant, Novigradum recuperant, Scardonam capiunt, & Sebenicum repulsis Barbaris fortiter propugnant.

Defuncto Anselmo Casimiro evenitur ad Septemviratum Moguntinum communi suffragantium consensione, ex Nobilissimâ Schönborniorum familiâ, Joannes Philippus Episcopus Herbipolensis.

Curbertus Prescottus Soc. Jesu post plurimum annorum ærumnosum carcerem, ejusdem squalore, & miseris, pro religione Catholica consumtus est Londini.

Eodem anno P. Guilielmus Boytonus ex dictâ Societate, pro religione Catholica ab hæreticis Anglis in templo occiditur.

In Bavariâ Castro, cui nomen Natternberg, veneticæ, vipereum genus, in vincula datæ & quæstioni subiectæ, falsæ sunt nullibi suis actibus & maleficiis accessum paruisse, ubi Crux S. Benedicti affixa vel defossa esset.

Moritur Comes Mathias Gallus, Dux belli famosissimus.

Alexius Michaëlovvicius Russiæ Monarcha nuptias contrahit cum Maria Iliavna filia primogenita Danilovvicii Miloslavsky; Augustus item Saxonæ Dux cum Anna Maria Adolphi Friderici Ducis Megapolitani filia, ex qua filios quinque, filias septem suscepit.

Calmaria Ostro-Gothiæ urbs vix non tota in cineres abit.

Moritur Carolus Fridericus Dux Montherbergensis.

Camillus Pamphilus depositâ Purpurâ Cardinalitiâ matrimonium init cum Olympiâ Alodbrandinâ.

Eleonora Catharina Comitissa Palatina in thorum sibi adlegit Fridericum Hassiæ-Landgravium.

Vitam exiit Henricus Fridericus Princeps Arausicanus, cui succedit filius Wilhelmus. Schaffnaburgum occupatur à Turenno. Veneti insignem de Turcis victoriam navalem reportant.

Hispani Comineo potiuntur & Armentariis; item Landrecio.

Mundum deserit Christianus Princeps hæreditarius Daniæ.

Ferdinandus IV. Bohemiæ Rex, coronâ pariter insignitur Ungariæ.

Georgius III. Electoris Saxonæ primogenitus mundi lucem aspicit.

Ob non soluta stipendia Vinariensis exercitus à Gallico se separat, quem Königsmarckius sub sua signa assumit.

Falckenauia in Bohemia Cæsareanis copiis cedit.

Mareschallus Campi de Gallion Bassiam expugnat.

Obiit Casimirus filius Regis Poloniæ.

Copiæ Cæsareæ & Suecicæ vario Marte decertant in Bohemiâ.

Sueci in Insula Mainavia ingentem thesaurum quinque millionum inventunt.

In mundi lucem prodit Ferdinandus Leopoldus Archi-Dux.

Galli Hispanos ab obsidione Wormatiæ remonent; hi autem Dixmudâ potiuntur.

Sueci Dinckelspilam expilant, eamque deserunt.

Turennius Falckensteinium arcem à se occupatam demolitur.

Exercitus Suecorum per Misniam & Thuringiam iter carpit, quem Cæsareis & Bavaris in Misniam sequuntur.

Hassi Windeckam, Sueci Memmingam Cæsaris copiis tradunt.

Angliæ Rex ex Hamptoni Curiâ ad Westim Insulam profugit.

Dux Fridericus Administrator Magdeburgensis nuptias contrahit cum Anna Maria Adolphi Ducis Megapolitani filia.

Cedit Cæsareanis arx Nideckæ, & Iglavia. Dux Guisus cum classe Gallica Neapolim venit, incolis contra Hispanos opem laturus.

Dux Richeliæu de Hispanica classe triumphat.

Annus Christi 1648.

Sueci Winshemium liberam Romani Imperii urbem occupant; sicut & Taborium in igne & munitum Bohemiæ oppidum. Cæsareas copias fundunt ad Lycum Fluvium.

Moritur Rex Aracani Regni in Indiâ: cujus mortem magnus subsecutus est populorum tumultus; donec unanimi illorum consensu filius defuncti Regis naturalis, adhuc infans electus est: cujus loco duo Regis defuncti cognati, cum aliis quibusdam Regni Proceribus maximis, gubernaculum tenuerunt.

Melchior Otto Episcopus Bambergensis fundat Academiam, quæ ex suo nomine Ottoniana dicitur.

Diem obit P. Fridericus Hunecken Soc. Jesu, indefessus per Bohemiam operarius, ubi plura hæreticorum millia Ecclesiæ Catholicæ restituit.

Bavaria & Suevia à Gallo-Suecis sub Turenno & Wrangelio rapinis, incendiis & direptionibus fœdum in modum devastatur.

Pragæ urbs parva cum Ratschino arce Regiâ inopinatâ impressione à Königsmarkio invaditur, expugnatur & diripitur; ab obsidione verò urbis veteris & novæ cum strage 4000 recedere compellitur virtute potissimum Coloredi urbium Præfecti & Academicorum, quorum in reprimendis hostilibus insultibus fortitudo incredibilis toto obsidionis tempore emicuit.

Ernestus Landgravius Hassiæ à Lamboio Ductore Cæsareo ad urbem Geisecam cæditur.

Regnum Neapolitanum novis tumultibus succutitur, & à populo Neapolitano pro novæ Reipublicæ Governatore acceptatur Dux Guisus, nupèr è Galliâ ad fovendas has turbas emissus.

Parisiis insurgit Parlamentum contra Regem & Mazarinum, & hujus auctoritatem depressam cupit.

In Hispaniâ conjurati contra Regem Ca-

tholicum comprehensi, quos inter Carolus Padilia, & Petrus de Sylvâ decollati, Rodericus de Sylvâ perpetuo carceri addictus, & Joannes Padiliæ frater voluntariâ inediâ interiit; Rex die latæ sententiæ iussit exponi in omnibus templis Sanctissimam Eucharistiam, & 3000. missarum celebrari in suffragium eorum, quos supplicio affecerat.

In Sabaudia quoque conjurati, ut fortilegiis aut veneno tollerent Christianam Matrem cum filio Duce, per quendam Theologum detecti & puniti sunt.

Constantinopoli post occisum primum Vezirium, præfocatus & ipse est Ibrahimus Imperator à Janizaris, evecto ad solum filio ejus Achmetè.

In Angliâ Rex accusatus à Fairfaxio & Cromvelio apud Parlamentum per libellum supplicem de gravibus criminibus; sed cum dicto libello non responderetur, irritati ambo, cum exercitu Londinum advolant, urbeque receptâ ex Parlamento sibi suspectos ejiciunt, Regem ex Insulâ ad iudicium adducendum curant.

Ladislao Regi Poloniæ defuncto morte repentina, succedit frater ejus Casimirus Cardinalis, quo tempore in Russiâ Cosaci & Tartari omnia ferro & flammis excindunt.

Emergit tandem pax Germaniæ Monasterii Westphalorum.

P. Franciscus Paliola Soc. Jesu, odio religionis à nefario quodam fidei apostatâ hastâ transfixus occumbit in Indiæ Insulâ Mindanao: pari Martyrio coronatur in Ibabao Insulâ P. Michaël Ponce ejusdem societatis.

P. Antonius Daniel ejusdem instituti alumnus, pro Christo sagittis & bombardis ab Hirocensibus Idololâtris confixus, & unâ cum templo combustus est.

S. Marcianæ puellæ, Virginis, Martyris, & alterius pueri corpora ex cœmeterio Romano S. Cyriacæ Bohoniâ sunt translata.

Resignante Episcopatum Lodevensem Joanne Plantavitio, illum adeptus est Franciscus Bosquet.

Decedit Fridericus Dux Luneburgico-Hanoveranus.

Christianus Dux Bregensis & Lignicensis matrimonium init cum Ludovicâ Joannis Casimiri Principis Anhaltini filia.

Hassus Homburgum deditio caput.

Dux Mutinensis nuptias celebrat cum Victoriâ Farnesiâ.

Moritur Christianus IV. Daniæ Rex, succedit in Regno Fridericus III.

Lutetiæ obiit Catharina Lotharinga, Caroli Ducis filia.

Mitaviæ moritur Princeps juvenis Curlandiz.

Clissam Dalmatiæ urbem occupant Veneti. Wilhelmus Electoris Brandenburgici filius Cliviæ nascitur.

Galli Dortosam per assaultum expugnant: occupant Iprum, & Hispanos prælio vincunt ad Cremonam.

Ferdinandus III. Imperator matrimonio sibi jungit Mariam Leopoldinam Leopoldi Archi-Ducis ex Tiroli filiam.

Inter Archiepiscopum Coloniensem, & Civitatem Leodiensem Magnum oritur diffidium, quæ apud Galliarum Regem suppetias quarit. Scotorum exercitus ab Anglico funditur. Hispanica acies à Gallis ad Lentium rursum cæditur.

Magdalena Sibylla Augusti Ducis Saxo-Hallensis nata est.

In partu Ducissæ obit Sophia Dorothea conjux Ducis Wûrtembergici.

Vitâ exiit Princeps Ragozius senior, in Principatu succedit filius senior.

Fairfaxius & Cromvelius Withehaliam Regis sedem occupant.

Christianus Ludovicus, & Georgius Wilhelmus Duces Brunsvico-Luneburgici transigunt de Ducatûs ditionibus.

Mortalitatem exiit Claudia Leopoldi Archiducis conjux, Magni Florentiæ Ducis filia.

Annus Christi 1649.

Galli Dertofam in Catalonia expugnant.

Moritur Venerabilis P. Martinus Stredonius è Soc. Jesu: cujus Sanctimoniam miris & multis eventibus illustravit DEUS: constat eum, cum missam legeret, & ardore divino raperetur, sublimem evectum, & elatum à terra sic stetit: sapiens flammaram cælestis lux circa Patrem visa: in obsidione Brunensi Suecorum visus est aliquibus sublimis super ipsius Ecclesiæ tectum flexis genibus divinam misericordiam implorare pro populo; obsidione paulò post solutâ: neque modò homines, sed etiam animæ ex flammis piacularibus auxilia Patris petiere & lætissimè impetravere; paulò antè obitum novem solatia amico cuidam suo dictabat, quorum Meditatione lætus moreretur.

1. Quòd centuplam Superiorum ergâ se infirmum charitatem experiretur.
2. Quòd si unquam, tum voluntatem haberet cum Deo conjunctam.
3. Quòd suorum Superiorum voluntatem fecisset omni tempore.
4. Quòd nullum mortalium ex proposito offendisset.
5. Quòd fidelitèr administrasset, quæ spectant ad cultum divinum.
6. Quòd ipsum DEUS morbis exercuisset.
7. Quòd ab ipsâ infantia à Beatissimâ Virgine mirabilitèr fuisset educatus.
8. Quòd florem Virginitatis speraret se ilaturum sepulchro illibatum.
9. Quòd moreretur filius S. R. E. & S. Matris Societatis.

Ex Lutheri ad Catholicorum fidem transeunt Alexander Sondersburgicus Dux Slesvicensis, Holfatiæ Comes. Ferdinandus Leopoldus Dux Norvvegiæ, Canonicus postea Ecclesiæ Cathedralis Olomucensis, & Decanus Vratislaviensis. Alexander Rudolphus Dux Norvvegiæ, Canonicus postea Ecclesiæ Vratislaviensis, ac Custos Ecclesiæ Cathedralis Olomucensis.

Moritur P. Vincentius Caraffa Soc. Jesu Generalis septimus è Principum sanguine; vitæ Sanctitate, & in proximum charitate insignis.

Carolus Stuardus Angliæ Rex paricidio sæculis & gentibus omnibus execrando truncatur: obierit hæreticus, an, ut quidam retulere, Catholicus, novit solus DEUS; indè pars Parlamenti melior conflata ex Proceribus, dicta *Domus Superior*; extincta, sublata Monarchia, & nova Republicæ forma constituta, cui sub titulo Gubernatoris jussu præfere Cromvelius. Fairfaxio conceditur cura exercitiis, ab Hibernis & Scotis acclamatus Rex Carolus, filius occisi, qui cum fratre Duce Eboracensi, versabatur in Hollandiâ.

Classis Turcica à Venetis partim debellatur, partim incenditur.

Ludovicus Rex Franciæ rebelles Parisinos obsessâ Lutetia fame cogit ad obsequia.

Poloni sub auspiciis novi Regis Casimiri, fundunt fugantque 300. Cosackorum & Tartarorum milia, coguntque Cosackos ad acceptandam pacem legibus, quas victores victis dictare solent.

P. Robertus Netervillius Soc. Jesu ab hæreticis Anglis pedibus raptatus, fustibus contusus, & quaqua versum, ad mortem usque allisus ob fidem Catholicam moritur.

Eodem anno P. Joannes Bathæus ex eadem Societate ac hæreticis Anglis ob parem fidei causam plumbeis glandibus trajectus occubuit.

P. Antonius Criminalis Soc. Jesu à Badagis idololatriis in Indiâ Orientali quatuor lanceis confoditur & obtruncatur.

P. Vincentius Damianus Soc. Jesu, odio religionis Christianæ ab idololatriis lanceis percussus occumbit in Insulis Philippinis.

P. Joannes de Breuef & P. Gabriel Lalle-mant Soc. Jesu, excoxiato vertice, subulis sub unguibus infixis, ferventibus aquis baptizati, in locum evulso- rum oculorum ardentibus prunis inditis, ignitis appensis securibus toto corpore ustulati: ac demum plurium horarum tormentis, rescisis undique & voratis eorum carnibus, membratim pro Christo discepti sunt ab Iro-quesiis in Novâ Franciâ; ubi etiam, hoc anno ab idololatriis occisus est P. Carolus Garnier ex eadem societate; item P. Natalis Chabanel, à Barbaro fidei apostatâ, religionis odio, aquis præfocatus.

Moritur Maria Leopoldina Imperatrix eodem die, quo Carolum Josephum Archiducem enixè erat.

Natus est Joannes Franciscus Albanus ex Nobili Urbini Ducatûs familia nunc Pontifex Maximus.

Floret Paulus Augustinus Aprosus Juris-peritus, collegit Bibliothecam curiosam Intemelii, pluraque idiomate Italico scripsit.

Augustinus Barbosa Lusitanus consecratur Romæ in Episcopum Ugentinum, post mensures autem septem vitam claudit; scripsit de Officio Episcopi, Remissiones Doctorum super varia loca Concilii Tridentini, Formulatum Episcopale;

Varias juris tractationes. Repertorium Juris Civilis & Canonici. De Canonici, Collectanea DD. in libros quinque Decretalium.

Dux de Ormond stans pro Carolo II. Angliæ Rege, à copiis diversæ partis cæditur, 4000. suorum desideratis.

Nascitur Carolus Henricus Princeps Vaudemontius, filius Caroli IV. Lotharingiæ Ducis ex nuptiis secundis.

Cum hoc anno magna fames Goæ, viciniquæ in regionibus grassaretur, ita ut eneecti fame, deficerent passim pauperes; pulsatum charitate pectus Petri Avitabilis omnigenæ virtutis Viri, tunc ibi degentis; pecunias mutuo accepit, coemptaque orizâ, quæ est communis Goæ alimonia, pauperes rescire cepit, qui quotidie ad quatercentum supra quinquaginta pertingebant. Nec defuit piæ charitati providentia cæli; nam aliquando occurrente vi pauperum majore solito, cum non satis esse consueta orizæ mensura videri posset, instructo agmine, ita sua singulis portio contigit, veluti adaucta annona esset: adaucta profectò, sed agente divinitus charitate. Joseph. Sylos in histor. Cleric. Regul. part. 3. lib. 11.

Die 8. Febr. facta est extraditio mutua ratificationis pacis Moparteriensis.

Parlamentum Scotiæ Carolum II. occisi Regis filium publicè Regem proclamat; idem faciunt Hiberni.

Nata est Sophia Amalia, filia Marchionis Onolsbacensis.

Dux Mutinæ transigit cum Rege Hispaniæ.

Carolus Gustavus à Regni Sueciæ Statibus sub certis conditionibus Christianæ Successor declaratur, casu, quo ipsa ejus matrimonium recufaret.

Londini Dux Hamiltonius & alii nonnulli capite plectuntur. Parlamentum Angliæ edit manifestationem causarum, quæ ipsam ad novam regiminis formam inducendam movisset.

Obiit Albertus IV. Episcopus Ratisponensis.

Galli S. Venantii oppidum tradunt Hispanis; hi Ypras quoque recuperant.

Venetorum classis Turcicam ingenti clade afficit.

Joannes Casimirus Poloniæ Rex fratris sui Uladislai IV. viduam conjugem ducit.

Oculos mors claudit Annæ Eleonoræ, Georgii II. Ducis Brunsvico-Lüneburgici conjugi, Ludovici Landgraviæ Hassio-Darmstadiensis filia.

Wilhelmus Landgravius Hassio-Cassellanus, nuptias celebrat cum Hedvige Sophia Electoris Brandenburgici filia.

Carolus II. Angliæ Rex in prælio succumbens, fuga se in Galliam subtrahit.

Ferdinandus Carolus Josephus, Ferdinandi III. ex secundo matrimonio filius, nascitur.

Vivos deserit Dorothea, Caroli Comitissæ Palatini lineæ Birckenfeldensis uxor, filia Wilhelmi Ducis Brunsvico-Cellensis filia.

Comes Harcourtius Condæum intrâ duos dies occupat.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Obiit Ducissa Mutinensis post filiarum partum. Elector & Archiepiscopus Colonienfis reoccupato Leodio, reos plecti jubet.

Joannes Princeps Anhaltinus in contubernium thori sibi associat Sophiam Augustam Ducissam Holfato-Gottorpiensem.

Vitâ excedunt Wilhelmus Henricus, filius Principis Electoris Brandenburgici, & Joannes Ludovicus Comes Palatinus Sultzbacensis.

Ferdinandi III. Imperatoris filia Maria Anna Philippo IV. Hispaniæ Regi desponsatur.

Dux Mutinensis nuptias celebrat cum Isabella Clara Archiducissa Tirolensi-Austriaca.

Annum hunc nobilitat Venerabilis Joannes Benedictus Citello, Monachus Benedictinus Cavenfis, cui præclara, quæ fecit, signa præclaram sanctitatis famam conciliarunt.

Annus Christi 1650.

Hispani Dertofam Gallis rursum extorquent: item Populonium & Portam Longonem. Occumbit in conflictu Philippus Fridericus V. Electoris Palatini filius.

Cadanzæ die XI. Martii Judæus, Nœ nomine, diu antè crudelissimam voluntatem circumferens, aliquem ex Christianis puerum occidendi, tandem commoditatem nactus, puero Christiano Mathiæ nomine, cultrum immergit; eum occidit. Deprehensum atrox facinus, Judæus datus in vincula non modò non negavit factum, sed etiam magnificè gloriatus est; excarnificatus, ut merebatur, & ad mortem damnatus, hætenus pertinax nebulo, paulò antè mortem ignominia & doloris plenam, in publico theatro signis, & quæ potuit voce, baptismum Christianum expetiit, etsi nulla spes vitæ amplius superesset, ad stare sibi parvulum, quem occiderat, & imperare baptismum significabat: obtinuit, multique iterum subjectus tormentis, quæ magna patientia toleravit, optimè ad mortem comparatus, & Christum Messiam invocans, expiravit, 21. Martii.

Constantinus filius Yumlie, Imperatoris Chinenfis, litteras submissione plenas per Legatum ad Alexandrum Papam VII. destinat, quibus illum certiore reddidit, se cum Anna avia, nec non Helena matre, & Maria Imperatoris conjugè, Christiana Sacra suscepisse.

Abjurat hæresin Aflisii in Italia Dux Hannoveranus, qui Romam tendens in itinere vitam deponit.

Celebratum est hoc anno Jubilæum Romæ Magno Christianorum concursu; ibidem damnata pax Germanica, quæ novus Electoratus erat constitutus, & Ecclesiæ bona alienata, quæ fieri debuisset, se inconsultò, negavit Pontifex.

Londini dejectæ sunt Jacobi & Caroli Statuæ, ut Regiæ tyrannidis monumenta: affecti insuper supplicio, aut acti in exilium, qui Regiæ authoritati favere videbantur.

Scoti declarati hostes Republicæ Anglicanæ, victique acie à Cromvelio fugere Sterlinum, ab eodem occupatum Edimburgum.

In Gallia Princeps Condæus cum Principe Contio & Duce Longavillæo tanquam nova molientes, jussu Regiæ & Ducis Aurelianensis, comprehensi & in custodiam dati, frustra Turonio Principum libertatem armatis precibus postulante;

fulante; victus enim fugatusque à Mazzarino Marte cruento ad Rethelium, didicit de se deinceps, quam de captivis sollicitus esse.

Veneti feliciter certant in Creta adversus Turcas.

Cæsar tertiis nuptiis ducit Eleonoram Gonzagam sororem Ducis Mantuæ.

Madridi suscipitur ingenti pompâ Cæsaris filia, Maria Anna, Regi Hispaniarum Viennæ desponsata.

Coronatur Christina Regina Sueciæ.

P. Matthæus Grimes Soc. Jesu, ærumnoso carceris pædore pro Christo Londini conficitur.

P. Joannes de Campo ex eadem Societate, in Insulis Philippinis, odio fidei Christianæ ab idololatris interficitur.

P. Cornelius Beudin ex Soc. Jesu eandem ob causam crudeliter ab idololatris Indis raptus & pro Christo strangulatus est apud Tarumarenfes in America.

Moritur Ferdinandus Elector Colonienfis, successit Maximilianus ex fratre nepos, jam prius cum jure successionis in tres Ecclesias, Coloniensem, Leodiensem & Hildesiensem Coadjutor electus.

Corpora SS. Martyrum Victoris & Scyrenzi Roma Tornacum transferuntur.

Decedit Ludovicus Wilhelmus Nassovius, Princeps Arausicus, Belgii Confœderati gubernator.

Tartari Urbem Kanton in China prodicione capiunt, maximâ strage incolarum, quorum ad centum millia per gladium ceciderunt.

Moritur die 24. Augusti Henrica Ludovica filia Friderici Ducis Wûrtembergico-Montis-Pelligardenfis filia, uxor Alberti V. Marchionis Onolsbacensis, quæ ei tres filias peperit.

Civis Bambergensis in Franconia cujusdam uxor suum infantem semestrem, adeo incaute in manus sumpserat, ut is prolapsus ad terram, brachiolum fracturâ variâ doleret, ligat id quidem chirurgus, matri tamen in faciem dicit, fore impossibile, ut humanis remediis brachiolum recto usui unquam redderetur; mater hoc territa responso, brachium cereum ad iconem Virginis Deiparæ Thaumaturgam in templum Societatis Jesu deportat, & pro infante supplex ibidem opem implorat, inde recedit domum. Die alterâ, ligaturam brachioli læsi resolvit, illudque ita rectum ac sanum reperit, ut nullum prorsus fracturæ indicium appareret. Videns Mater sanatam prolem, allatæ per Virginem Deiparam opis mox obliviscitur, silet, at ægrè silentium tulit alma auxiliatrix, mulierem per anni cursum singulis noctibus palam ut beneficium pandat, increpat, quibus visionibus territa mulier, Collegium PP. Soc. Jesu adit, illiusque Rectori integram rei seriem manifestat. Ex libello Maria Consolatrix Afflictorum dicto, & Bambergæ typis excuso.

Christina Elisabetha Comitissa de Barby Rudolpho Augusto Duci Brunsvico-Lüneburgico nubit.

Natus est Wilhelmus Henricus Princeps Nassovio-Arausicus, postea Rex Angliæ.

Obiit Andreas Brunnerus Soc. Jesu Sacerdos, edidit annales virtuti & fortunæ Bojorum. Chach-Abas hujus nominis secundus Rex

Perfarum Cantahariam magni Mogolis Imperio subtrahit.

Christina Sueciæ Regina coronatur, quæ eodem die Carolum Gustavum cognatum suum Successorem Regni declarat.

Carolus Magnus Marchio Badensis nuptias celebrat cum Maria Juliana Georgii Friderici Comitis de Hohenlohe filia.

Obiit Ludovicus Princeps Anhaltino-Cothanus.

Princeps Jano Radzivilius thori sociam sibi adlegit Mariam, Basilii Principis Moldaviæ filiam; Carolus Ludovicus Comes Palatinus Rheni filiam Landgravii Hasso-Cassellani.

Moriuntur Dorothea conjux Administratores Magdeburgensis, filia Henrici Julii Ducis Brunsvicensis; & Sophia Elisabetha Marchionissa Brandenburgica, uxor Friderici Wilhelmi Ducis Saxo-Altenburgensis; huic se mortis comitem jungit Elisabetha Ducissa Brunsvico-Lüneburgica.

Wilhelmus Christophorus Landgravius Hasso-Homburgensis nuptias celebrat cum Sophia Eleonora Landgravia Hasso-Darmstadtensi.

Nata est Carolina Amalia filia Landgravii Hasso-Cassellani, postea Danicæ Regina; similiter Wilhelmina Ernestina Regis Danicæ filia; item Maria Anna Theresia filia Regis Poloniæ.

Parlamentarii profigant exercitum Hibernorum.

Pax perpetua initur inter Polonos & Moscos, Christianus Dux Megalopolitanus matrimonium init cum relicta vidua Francisci Alberti Ducis Saxo-Lauenburgici.

Hispani occupant fortalitium Felicis, Castellam, & Retelium.

Ducissa Aurelianensis filium parit. Vitâ excedit Henrica Ludovica nata Ducissa Wûrtembergica, uxor prima Alberti Marchionis Onolsbacensis.

Moritur in Venti Insula Elisabetha, Caroli decollati Angliæ Regis filia.

Ducis Lotharingæ exercitus varia Gallis loca munita eripiunt, prælio autem commisso ad internecionem ferè caduntur.

Rudolphus Augustus Dux Brunsvico-Lüneburgicus nuptias celebrat cum Christina Elisabetha filia Comitis Alberti Friderici de Barby. Naturæ debitum solvit Princeps Senior Condazæ.

Dresnæ Christianus & Mauritius Electores Saxonie filii nuptias celebrant.

Matrimonium init Ludovicus Landgravius Hasso-Darmstadianus cum Maria Elisabetha Ducissa Holsato-Schlesvicensi.

Augusti Ducis Saxo-Hallensis filius secundus, idem nomen Augusti gerens, nascitur.

Galli iterum potiuntur Retelio, iidem Hispanorum exercitum cadunt.

Æternitatem adit Anna Sophia Joannis Sigismundi Principis Electoris Brandenburgici filia, Friderici Udalrici Ducis Brunsvico-Lüneburgici relicta vidua.

Octavus Piccolomineus Dux Melphitanus, Imperatoris supremus belli Præfectus, collato sibi Ducatu Monstbergensi, S. R. I. Principibus adnumeratur; idem honor obtigit Joanni Ludovico Comiti Nassovio-Hadamariensi.

Ex vivis decedit Franciscus de Berga ex stirpe Comitum de Graxal, is in Monasterio Saguntino Monachum Benedictinum professus, Apostolicus

solici fervore mox incaluit, Charquensis hinc in India Episc. renuntiatus, tum Limensis etiam, opulentissimo Regno multum consuluit, multis millibus infidelium in Christi ovile aggregatis.

Vitam quoque cum morte commutat Joannes de Valle ejusdem Institutii Monachus ad Episcopatum Guadalaxarensis in India assumptus; nec non Bernardus Monachus S. Pauli Romæ è Ducali Mutorum familiâ, mirum in dæmones Imperium exercens.

Annus Christi 1651.

Moritur Henrica Maria filia Friderici V. Electoris Palatini, conjux Sigismundi Ragotzii Transylvaniæ Principis.

Item R. P. Andreas Mersich è Soc. Jesu. Vir Apostolicus, qui per 40. annos Concionatoris munus exercuit, & doctis sanctisque colloquiis ultra decem millia & duodevicesmos hæreticos ad fidem orthodoxam reduxit.

Bohemorum ad 30. millia, hoc anno ad partes Catholicorum transeunt.

Marchio Meillarsius, Calvinista in Gallia, unâ cum conjugè, quatuor filiis & filiabus tribus hæresin abjurat.

In Anglia multi Catholici in odium fidei orthodoxæ occisi, quos inter eminuit Episcopus Rossensis, qui etiam exsectâ linguâ perrexit prædicare veritatem Catholicam; quo miraculo infantes hæretici cor Martyri evulserunt, quod ad femihoram quasi novâ linguâ palpitavit.

In Gallia captivi Principes operâ Parlamentarii dimissi custodia redeunt Parisios, ibique magno plausu excipiuntur. Mazarinus verò jussu Regine vi & armis adversariorum expresso excedit Regno; & per Sedanum fugit Coloniam ad Electorem. Fugam secuta proscriptio ejusdem Solennis à Parlamento, promissis 60. aureorum millibus sicario, qui Cardinalem occiderit: susceptâ tamen paulo post administratione Regni à Ludovico XIV. anno ætatis 14. Mazarinus, ita volente Rege, redit ad Franciæ confinia armatus, Condæus contra cum fratre Contio & Marfinsio Prorege Cataloniæ deficit ad Hispanos.

Veneti prosperè contra Turcas bellum sustinent. Rex Casimirus Polonus potitur insigni victoria & præda de Cosakis & Tartaris, cæsis barbarorum plus 100000. de suis desideratis vix 2200.

Moritur Maximilianus Elector Baviaræ anno ætatis 78. postquam sponsalia primogeniti ejus Ferdinandi Mariæ cum Adelaide Amadei Sabaudicæ Ducis filiâ celebrata fuissent.

P. Petrus Wrichtus Soc. Jesu, odio Sacerdotii Catholici Londini suspenditur & membratim disseccatur.

Moritur Nicolaus Causinus Soc. Jesu, cujus erudita & pia scripta leguntur.

Vitam deponit Amalia Elisabetha Wilhelmi V. Landgravii Hasso-Cassellani relicta vidua, mulier prudens & bellicosa.

Arpajonensis Gallicæ Baronia Ducatus titulo honoratur: Dux primus fuit Ludovicus, ultimus stemmatis Arpajonensis.

Joannes Fridericus Dux Lüneburgico-Hannoveranus Catholicam fidem publicè profiteretur.

Chach Gehan Magnus Indorum Mogul filium suum natu maximum cum 300000. virorum exercitu ad expugnandam urbem Candahar mittit, qui perditâ maximâ suorum

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

parte re infectâ obsidionem solvere cogitur.

Carolus II. Stuardus Scotiæ coronâ insignitur, paulo post cum numeroso exercitu in Angliam pergens adversus Cronvelium, ab hoc victus, mutato habitu Vigorniam, inde in Galliam fugit.

Ferdinandus III. Imperator thoro suo adsciscit Eleonoram, Caroli I. Mantuani Ducis filiam.

Carolus Principis Elect. Palatini filius nascitur. Obiit Leonardus Torstensohnus Suecorum Polemarchus celeberrimus.

Turenii exercitus ab Hispanis ad Gallos recedit.

Moritur Joannes Hassæ Landgravius. Udalricus Dux Wûrtembergicus cum Isabella ab Arenberg matrimonium consummat.

Vivis valedicit Sophia Marchionis Onolsbacensis relicta vidua.

Wolfgangus Wilhelmus Dux Neoburgicus sponsalia init cum Maria Francisca Principe Fürstenbergica.

Octavius Piccolomineus Princeps Melphitanus matrimonio sibi copulat Mariam Benignam filiam Ducis Saxo-Lauenburgici.

Princeps Ragozius Elisabethæ, Friderici Comitis Palatini filiz, desponsatur.

Wilhelmus filius Landgravii Hasso Cassellani nascitur.

Ex utero materno in mundi lucem prodit Margarita Theresia, postea Romanorum Imperatrix, Regis Catholici filia.

Radzivilius Lithuanæ militiæ Præfectus Cosaccis Kioviæ eripit.

Pax inter Polonos & Cosaccos Zaporovienfes initur.

Obiit Emilia Elisabetha, marito viduata, Landgravia Hasso-Cassellana.

Comes Marfinus jungit se cum sociis suis Condæo, deseritque Cataloniæ.

Hispani Winocibergam deditione capiunt. Albertus Marchio Onolsb. nuptias celebrat cum Sophia Margaretha Comitissa Oettingensi.

Electo Colonienfis à Nuntio Apostolico solenni pompâ in Archiepiscopum consecratur.

Parlamentarii in Anglia Castello Corneto, & Garnesca Insula & Limmerico potiuntur.

Magdalena Sophia Christiani Ducis Saxo-Merleburgici filia primogenita in mundum venit; item Joannes Philippus primus filius Mauritii Ducis Saxo-Cytiensis.

Mañia Insula Archithalasso Anglico traditur.

Matrimoniali vinculo sibi jungit Georgius Albertus Marchio Culmbacensis Mariam Elisabetham Ducissam Holsatiæ.

Landgravius Hasso Rheinfeldensis unâ cum uxore Maria Eleonora, Colonie Romanam fidem publicè profiteretur.

Mundum & Ordinem Benedictinum doctrinæ famâ percurrit Lucas d' Achery Monachus Benedictinus ex Congregatione S. Mauri, qui hoc anno B. Lanfranci Cantuariensis Archiepiscopi Opera omnia, cum vita, epistolis & appendice, notis & observationibus observata in lucem edit; item Guiberti Abbatis de Novigento opera. Quibus postea successit Spicilegium veterum Scriptorum XIII. voluminibus.

Annus Christi 1652.

Moritur Wilhelmus Comes Slavvata, Castellarius supremus Regni Bohemiæ, Vir probatissimæ virtutis.

Mortalis similiter carnis farcinam deponit Venerabilis Pater Nicolaus Lancicius è Soc. Jesu, vitæ sanctitate & Prophetiæ spiritu clarus.

Coronatur Rex Regni Aracani in India, adhuc juvenis.

Convertuntur per Jesuitas in Bohemia, hæreticorum 15540. PP. quoque Ord. S. Dominici in Africa innumerabilem propemodum infidelium turmam ad Christi fidem traducunt: Imperator Monomotapæ cum universa sua aula baptizatur, cui nomen Dominici fuit impositum; Imperatrix nomen Ludovicæ, ejus primogenitum nomen Michaëlis sortiti sunt.

Romam venit legatio ex Sinjs, quam obiit P. Martinus ex Soc. Jesu, missa à Jungliæo Imperatore Sinarum, cujus mater & filius primogenitus, cum Principe eunuchorum Achille Pangâ, jam Christianis aquis erant abluti.

Plebs Parisiensis iterum in seditionem versa in centore potissimum Condæo, acriter pugnatum inter Regios & seditiosos, quos tandem Rex vincit, & ad æquiora adigit tùm Condæum, Contium Ducem, Rupifocensem, & Ducissam Longavillæam rebelles & reos læsæ Majestatis proclamat, & Mazarinum reducem ab exilio honorificentissimè cum tota aula excipit, Cardinalem verò Redesim Mazarino adversantem comprehendit, & in custodiam Vicennarum abduci jubet.

Angli autore Cromvelio bellum indicunt Batavis ob piscationem Pelamidum in Oceano Scotico circa Orcades, hi prælio navali commisso vincuntur.

Hispani recuperant Belagueriam, Gerundam & tandem Barcinonem; in Belgio Dunkerckam peste laborantem ad deditioem cogunt: in Italia potiuntur Crescentino, & profligant copias auxiliares Gallorum.

Ferdinandus Imperator Comitiam celebrat Ratisbonæ.

Poloni primò victores Cosaccorum superantur ab horum auxiliariis Tartaris. Caminicka tamen tentata septies, illæsa semper perstitit, naturâ loci simul & virtute propugnatorum.

Sub finem autumnus herbæ & radices arborum absumptæ in Polonia à locustis; undè anno insequenti orta fames, & gravis pestilentia extinxit multa hominum millia.

P. Joannes Vorthingtonus Soc. Jesu inter ærumnosi carceris squalores odio Catholicæ fidei extinguitur.

P. Christophorus Ferreira Soc. Jesu, primùm à fide Christi tormentorum vi factus apostata, postmodum octogenario major respiciens, pro Christo dirè raptatus, & in fovea ex pedibus suspensus, necatus est in Japonia.

P. Jacobus Basile ejusdem Societatis ab idololatriis truncatur, & è cruce suspenditur, apud Papigochos Indos in America.

P. Jacobus Vhuteux ob prædicatum Huro-nibus Christum occiditur ab Hieroquiis.

Lotharius Fridericus à Metternich, creatur Episcopus Spirensis.

Conducibile in primis visum est hoc anno ad orthodoxæ Ecclesiæ auctoritatem, quòd quidam Trenchinensium in Ungaris accolæ omnes, unico excepto, hæretici colligenda demessâ jam

segete occupati, cum coactâ repetita fulminibus tempestate sub arbore opperiantur, ut illa transeat Catholico se cruce, ut solent Catholici, muniente, inermes illi à fulmine variè sunt afflicti, nemine planè immuni, præter armatum salutari crucis signo Catholicum: nam ut reliquos omnes à cadente fulmine afflitos, ac surditate percussos omittam, sex illorum gravissimis vestigiis, quorum unum tertio postea die diem obiit: alii verò quatuor, præter surdos illos & hosce saucios, eo ipso loco extemplo sunt à fulmine interempti. Annæ litteræ Soc. Jesu.

Posonii valuit ad Magistratus & hæreticorum animos Jesuitis adjungendos decumanum Prædicantis blateronis mendacium, quò palam concionali suâ licentiâ dixit in templo, quingentis ab hinc annis Jesuitam vitam functum Posonii in templi medio de sandapilla igne usquequaque circumseptum exutrisse, ac dilectè populo affirmasse, æternùm se datum in prædam ignium æternorum; hæc res plures ad PP. Jesuitarum cum templi, tùm Scholarum celebritates accivit, ut potè quos viderent, cum veritate vinci non possint, tam luculentis mendaciis, idque non semel, oppugnari.

Græcii puer è classe infimâ, qui ipso B. Aloysii festo se Beato impensius commendarat, in vexilli ferro armati cuspidem oculo incurrit, corruitque semiexanimis: mox erectus, ferunt oculo defixum exemit sine ullo vestigio vulneris vel doloris.

Mirabile hic annus conversionis exemplum in Lutheranis duobus ostendit Hradistii Studiosus quidam Catholicus die, quo per Ecclesiæ auctoritatem carnibus vesci non licet, audit ab hæretico patrefamilias iussus igni carnes in prandium ad moveri, ergo ille occasione imminens, ubi deprehendit illum ad audiendum verbi ministrum abiisse, clam se in ædes penetrans, repertum nescio ubi, & huic servatum consilio prægrandem bufonem inconscis omnibus in ollam (è qua carnes priùs ejecerat) coniecit, seque inde clandestinò subduxit. Reduci marito uxor prandium paratura, cum se carnes ex olla in paropsidem putaret effundere, bufonem illum, ipso marito fortè ad spectante, effudit, quod spectaculum conjuges fraudis nihil admodum suspicatos, ut repentina & inopinata ferè graviora sunt, ita inopinatè attonitos & silentio pallidos in eam extemplo mentem adduxit, ut Posonium in Ungariam abierint, hæresimque ejurant, mirabili DEI consilio, ex inconsulta illa juvenis jocatione tam seria eruentis. Ex annis litteris Soc. Jesu pro hoc anno.

Nissæ festâ S. Barbaræ V. M. luce in profluentem Bilam delapsa mulier, memor antelucanæ paulò ante à Sacerdote quodam audite lectionis, quam de mirabili erga suos S. Barbaræ tutela disertè habuerat, voto sacræ quocunq; Synaxeos S. Barbaræ die adeundæ concepto, propitiam sensit Sanctam. Etenim eo ipso voti nuncupati momento, secretâ quâdam vi elevari, & prehenso brachio sub glacie sensit se perducere ad littus, luculentò, nobili atque ad incitandam admirabilis hujus Partheno - Martyris pietatem, valituro exemplo incolumis. Ibid.

Egræ

Egræ infelix umbra fœminæ à fide orthodoxâ ad Lutherum devolutæ, atque ita extinctæ, clarâ luce cubiculum incredibili eorum, qui hæc videbant, horrore infestum habebat: sed affixa conclavi illi S. Ignatii imagine, tranquillata sunt omnia, dum post longiora temporum evolutorum intervalla ludentes pueri eam imaginem sustulere, quo velut signo dato tremenda larvæ effigies reversa, sed aliâ rursus S. Ignatii effigie affixâ depulsa est. ibid.

Nascitur Carolina Christiani Ducis Bregensis filia.

Casalis obsidionem Galli solvere coguntur. Natus est Carolus filius Caroli III. Mantuæ Ducis.

Barbados Insula se subdit Parlamento Anglico.

Augusti Ducis Hallensis filius tertius Christianus in lucem editur.

Obiit Philippus Christophorus à Sötern Princeps Elector & Archiepiscopus Trevirensis, cui succedit Carolus Casparus L. B. à Leihen.

Cardinalis Mazarinus supremus belli Præfectus à Rege Galliarum declaratur.

Confœderati Galliarum Duces Regium exercitum magnâ clade fundunt. Andegavum tamen se Regi subdit.

Joannes Philippus Mauriti Ducis Citiensis primogenitus moritur.

Maria Theresia Josepha Ferdinandi III. Imperatoris filia nascitur.

Princeps Condæus Hoquincurtium Regium Campi-Marefchallum cædit.

Ab Imperatore Comitiam Imperii indicuntur.

Annus Christi 1652.

Confœderatorum exercitus à Regio propè Stampas fugatur.

Veneti fortalium S. Georgii & Scyrum Insulam occupant.

Gravelinga cedit Hispanis, item Trium in Italia.

Carolina Elisabetha Electoris Palatini filia, postea Ducissa Anrelianensis nascitur.

Dux Lotharingæ fœdus offensivum & defensivum cum Confœderatis Galliarum Principibus init, mox tamen promissis sibi duobus pecuniæ millionibus ad partes regias transit.

Vitâ exiit Joannes Casimirus Comes Palatinus Rheni: item Sibylla Wilhelmi Ducis Brunsvicensis filia, Julii Ernesti Ducis Dannebergici relicta vidua.

Turennius ante Portam S. Antonii propè Lutetiam Confœderatorum exercitum sternit.

Dux Nemosii Belfortium Ducem in duello occidit.

Gustaphus Adolphus Dux Bipontinus mundi lucem aspicit; econtrâ Dux Valesius, filius Ducis Aurelianensis illi oculos per mortem claudit: immortalitatis quoque iter aggreditur Dux Bouillonius.

Cardinalis Mazarinus denuò ex Aula Regiæ abire jubetur.

Ducissa Mantuæ filiam parit: Nascitur quoque Ludovica filia Landgravii Hasso Cassellani, Princeps non minùs Condæus filio augetur.

Mauritius Ducis Citiensis filius secundus editur, moritur econtrâ mater ejus Sophia Hedvvigis.

Gubernator Leucatæ urbem hanc Hispanis pro 15000. libris vendit.

Galliæ Rex Amnestiam universalem subditis suis promulgat, & Lutetiam revertitur.

Hispani Casalem deditioem capiunt. Retelium cedit Principi Condæo; item urbs Menehoudum; dictus Princeps Generalissimus exercitus Hispanici in Belgio nominatur.

Ducissa Aurelianensis enixa est filiam. Ad aulam cum honore revocatur Cardinalis Mazarinus.

Moritur Melchior Otto Episcopus Bambergensis.

Unio Electoralis inter Principes Electores Saxonem & Brandenburgicum renovatur.

Mundum deserit Barbara Margaretha Ducissa Monsterbergensis.

Marchionissa Onolsbacensis Ludovica Sophia nascitur; item Joannes Georgius primogenitus Ducis Merseburgensis.

Galliæ Rex Cardinalem de Rez carceri mancipat.

Brema Imperii bannò feritur.

Ordinem Benedictum illustrat Adamus Adami Abbas Gladbacensis, designatus Episcopus Hierapolitanus, Ecclesiæ Hildesensis Suffraganeus.

Annus Christi 1653.

Mortuò Melchior Ottone Episcopò Bambergensi, in ejus locum eligitur Philippus Valentinus Voit à Rieneck.

Obiit Wolfgangus Guilielmus Dux Neoburgicus, Chivæ & Juliæensis; in agone cunctis suis ministris Catholicam fidem commendans.

Augustæ Vindelicorum in Romanorum Regem eligitur Ferdinandus Ungariæ & Bohemiæ Rex, Ferdinandi Imperatoris filius; inauguratus paulò post Ratisbonæ ingenti pompâ.

In Campania Galliæ Cardinalis Mazarinus rem prosperè gerit contrâ hostes Franciæ.

Cromvelius pace ubique per Insulas Britannicas composita, etiam Scotiæ & Hiberniæ protector renunciatur.

Acerrimè hoc anno certatum sæpius in utroque mari à duobus formidandis classibus, Anglica & Batava, sed dubio plerumque Martè, & ancipiti victoria, magis tamen conversâ ad Anglos quàm Batavos, undè hi ab illis quasi victi pacem postulârunt.

Innocentius X. proscripsit quinque dogmata Jansenii Iprensis Episcopi, tanquàm à fide orthodoxâ aliena.

Elisabetha Amelia Magdalena, Landgravis Hasso-Darmstadiana, Philippi Wilhelmi Ducis Neoburgi, postea Electoris Palatini uxor, hæresis abjuratâ fidem profitetur Catholicam.

P. Bernardus Nugueira Soc. Jesu, pro fide Catholica à Schismaticis suspenditur in Æthiopiæ Regno Gojama.

Moritur Paris Archiepiscopus Salisburgensis anno ætatis 68. regiminis 35. supræmam

mam agentis voces fuere: *Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi: in te Domine speravi, non confundar in aeternum.*

Tempore Aquitanicarum barbarum capta est urbs Sarlatensis à copiis Principis Condæi, pessimèque tractata; quo malo compulsi Cives Sarlatenses, voto se se obligarunt, curandi per totum annum, quinto singulorum mensium die, Sacrum musicè celebrandum in honorem S. Sacerdotis urbis Patroni, si ea ab hostibus liberaretur; vix votum fuerat nuncupatum, cum cives, qui fuerant relegati, quibusdam regiis copiis fulti, die 24. Martii ejusdem anni, regressi in urbem, ipsam recuperarunt præfidiariis mactatis; quæ res partes Principis in Aquitannia prorsus perdidit.

Alexius Alexovicus filius Alexii Michaëlovicii, Magni Moscoviæ Ducis nascitur.

Christina Sueciæ Regina in honorem Antonii Pimentelii Legati Regis Catholici Ordinem Amaranthinum instituit: Insignia hujus erant Ligula coloris ignei, in qua annulus pendeat aureus cum duplici conferta littera A. Symbolum erat, semper idem; Equites uxorati mortuâ conjuge calibatum dein servare, & innupti matrimonium contrahendum vitare adstringebantur.

Decedit Georgius Rudolphus Dux Lignianensis in Silesia.

Ducis Condæi copiarum Leodiensem Diocæsimum magnis pecuniarum exactioibus vexant.

Obiit Georgius Rudolphus Dux Bregensis & Lignicensis.

Nata est Dorothea Sophia filia Rudolphi Augusti Ducis Brunsvico-Lüneburgici.

Wenceslaus Poppelius Princeps à Lobkowitz, Norinbergæ nuptias celebrat cum Augusta Sophia Comitissa Palatina Sultzbacensis.

Imperator Joannem Weickardum Comitem ab Auersberg S. R. Imperii Principis titulo ornat.

Principum quoque numero adscribit Rex Galliarum Campi Marefchallum Turennum.

Anna Maria Augusti Ducis Saxo-Hallensis filia secunda gignitur.

Ferdinandus Marchio Badensis, per Legatum sponsalia init cum Ludovica Ducissa Cariniana.

Ragozius Transylvaniae Princeps jubente Turcarum Imperatore ex improvise Moldaviam invadit, & ejusdem Principem expellit.

Cromvelius Parlamentum Angliæ ex toto abdicat.

Obiit Mauritius, Ducis Citiensis secundogenitus.

Ferdinandus Imperator Eleonorâ Mariâ filiâ augetur, moritur e contra filia ejus altera Maria Theresia Josepha.

Nata est Claudia Felicitas filia Archiducis Ferdinandi Caroli, postea Imperatrix.

Imperator Prædicantes ex Silesiâ abire jubet. Elector Colonienfis controversiam movet Moguntino ex causâ coronationis.

Clara Augusta, filia Augusti Ducis Brunsvicensis, Friderico Duci Württembergico-Neoburgensi nubit.

Retelium à Gallis recuperatur.

Wismatæ Judicium Appellationis Regium introducit.

Stephanus Princeps novus Valachiarum, ope

Ragozii Transylvaniae Principis, Basilii antecessoris sui exercitum delet.

Ratisponæ Eleonora in Imperatricem coronatur.

Galli obtinent Commeriacum, Burdegalam, Musonum.

Moritur Elsa Beata, uxor Comitis Palatini Bipontano-Kleeburgensis.

Brema soluta pœnâ pecuniariâ, datâque cautione de non amplius turbando &c. à banno liberatur.

Galli obsidionem Gerundæ cogunt solvere.

Urbs Soczovva Poloniae Regi Principibusque Confederatis deditioem facit.

Christianus Ludovicus Dux Brunsvico-Lüneburgicus nuptias celebrat cum Dorothea, Philippi Ducis Holsato-Glücksburgensis filia.

Pax inter Polonos Tartaros & Cosacos initur.

Natus est filius secundus Christiani Ducis Saxo-Merseburgensis.

Galli prælio vincunt Hispanos propè Bordills.

Achmetes IV. Turcarum Imperator annum ætatis attingens decimum quartum, regimen ipse assumit.

Turcæ Selanum Candiarum urbem deditioem capiunt.

Annus Christi 1654.

Asio-Adiam Saged, Abyssiniæ postea Imperator nascitur.

Moritur P. Petrus Claver Soc. Jesu, per 40. annos Missionarius in America, Mahometanorum ex Guineâ & Angolâ eò delatorum ad trecenta millia sacro baptismi fonte expiavit.

Diem quoque obiit P. Franciscus Aguado ex eadem Societate, Hispanus, Concionator Regius, honorum ac terrenorum omnium contemptor egregius, non tantum vivorum, sed & mortuorum celo asserendorum efficax zelator.

Morte præmatura ex pustulis abreptus ex humanis fuit Ferdinandus IV. Romanorum, Hungariæ ac Bohemorum Rex.

Regni insignia suscipit Rhemis Ludovicus XIV. Galliarum Rex; sua coram Senatu & Proceribus deponit Christina Regina Sueciæ, & in Carolum Gustavum Comitem Palatinum transfert, retentis duntaxat in sustentationem annuam ducentis Imperialium millibus.

Alexius Michalovizius Dux Moschorum Smolenskum expugnat, victor urbem ingressus, quandam B. V. Iconem magnâ veneratione coluit, ei que uni rem bene gestam adscripsit.

Galliarum Rex Atrebatum, pulsus Hispanis, obsidione liberat.

Carolus Dux Lotharingæ in Belgio Hispanis suspectus, ob clandestinam cum Mazari-no amicitiam captivus abducitur Bruxellas, inde relegatus in Hispaniam.

Guidobaldus Comes de Thun creatur Archiepiscopus Salisburgensis, Vir summi ingenii, expertæ prudentiæ & dexteritatis.

Albertus de Priamis Episcopus Lavantinus moritur.

Natus est Ludovicus Josephus Dux Vindocinus, militari gloriâ & experientiâ illustris.

Moritur apoplexia in sua arce Gyacensis Claudius d' Achey Archiepiscopus Veleontio-

nensis,

nensis, cui succedit Carolus Emmanuel de Gorenod Marchio de Marnay, frater Ducis de Pontdenaux: Obiit quoque Joannes Baptista Altierius S. R. E. Cardinalis, Vir magni meriti & capacitatis Papali folio dignæ; item Joannes Valentinus Andreae Theologus Lutheranus & Poëta celebris: scripsit præter Poëmata Mythologiam Christianam, sive virtutum & vitiorum vitæ humanæ imaginem; De curiositatis perniciæ Syntagma; Opuscula de restitutione reipublicæ Christianæ in Germania; Subsidia rei Christianæ & litterariæ; Theophilum seu de Religione Christiana colenda; Menippum priorum & posteriorum; Peregrinum in patria; Famam Andreanam reslorescentem.

Lucretia Barberina Francisco Duci Mutinensi & Rhegiensi nubit.

Obiit Christianus I. Comes Palatinus Rheni, fundator lineæ Bischoveilerianæ.

Carolus X. Sueciæ Rex desponsat sibi Hedwigem Eleonoram, Friderici Ducis Holsato-Goddorpici filiam.

Moritur Joannes Georgius, Christiani Ducis Saxo-Merseburgensis primogenitus.

Initur confederatio Rhenana, inter Principes Electores Coloniensem, Trevirensis & Episcopum Monasteriensis.

Galli Befordiam occupant.

Imperator Heterodoxos in Austria, Moravia & Silesia reformat.

Universitas Carolina & Ferdinandæ Pragæ in unum corpus redigitur.

Galli & Lotharingi factâ transactione ex diocesi Leodiensi discedunt.

Christina Sophia Rudolphi Augusti Ducis Brunsvicensis filia secunda in mundum editur.

Mauritius Dux Citiensis sponsalia contrahit cum Dorothea Maria Ducissa Saxo-Vinariensi.

Imperator Mandatum avocatorium & inhibitorium, pœnam corporis & vitæ continens, tam Statibus Ducatus Bremensis & Verdenis, quam Commissariis Suecicis mittit.

Pax inter Anglos & Batavos reducitur.

Copiarum Electoris Palatini arcem Falckensteinium subito occupant, Governatorem Lotharingum occidunt, & milites præfidiarios eji-ciunt.

Finiuntur Imperii Comitatus Ratisponæ.

Classis Veneta cruento prælio Turcicam vincit.

Sophia Augusti Saxo-Hallensis Ducis filia tertia nascitur.

Princeps Conti Villam Francam in Comitatu Ruscionensi capit; Hispani verò Pratum de Meloduno occupant.

Galli obsidionem Alexandriæ Satelliorum solvunt.

Lutetiæ obiit Fridericus filius primogenitus Ducis Holsato-Slesvicensis.

Galli Hispanorum exercitum ab obsidione Atrebatum repellunt.

Mosci Lithuanorum exercitum fundunt, Lithuaniam devastant, Ploscum occupant.

Mundo subtrahitur Islam Gerey Tartarorum Chanus, cui succedit Mehmet Gerey.

Turenus Quercetum & Malobodium expugnat.

Joannes Philippus Marchionis Onolsbacensis filius in mundum venit.

Smolenscium post quatuor mensium obsidionem sub potestate Moscorum redigitur.

Mosci Vitepscum per assaultum capiunt.

Poloni Busiam vi occupant & evertunt.

Nata est Imperatori filia Maria Anna Josepha.

Ferdinandus Poppelius Princeps à Lobkowitz filii natiuitate exhilaratur.

E vivis excedit Philippus à Monte Scaglio Monachus Casinas, extasis illustris; æstu aliquando Mariano ad ædes Lauretanæ abiens, ab ingruentibus undique pluviis ita immunis evasit, ut vestium quidem ne unus pilus tangeretur.

Annus Christi 1655.

Christina Sueciæ Regina Oeniponti fidem Catholicam publicè profitetur. Romæ die Natali Domini sacro Confirmationis oleo delibata est.

Nascitur Augustus Dux Merseburgicus, & Ernestus Dux Saxo-Hilpershusianus.

Carolus Contarenus Venetæ Reipublicæ Dux & Princeps creatur.

Pestis Olomucium invadit tantâ sævitiâ, ut majorem civium partem extinxerit.

Nascitur Rinaldus Dux Mutinensis.

Moritur P. Andreas Vitus Soc. Jesu, in Angliâ & Marilandia America Provinciâ Apostolicis laboribus clarus.

Finem vivendi facit Innocentius Papa X. confectus ex febricula ad hydropem accedente; ejus locum occupavit Cardinalis Fabius Chisius Senensis, dictus Alexander VII.

Leopoldo Ignatio Imperatoris secundo genito juratur à Statibus Austriæ, & à Proceribus Ungariæ imponitur mense Julio Pisonii Regium diadema.

Rex Galliarum edito decreto excludit ab officii aulae suæ, siveque fratris omnes Hugonotras.

Bulla Pontificia contra Jansenistas acceptatur Parisiis ab Ecclesiasticis.

Poloni hoc anno, præter prædiores domesticos à tribus sævissimis hostibus externis impetiti, Suecis, Moscis & Cosackis penè ad incitatas rediguntur; à Sueco capta Varavia, Thorunum, Cracovia, aliæque urbes plurimæ; à Moscis Lithuania cum Vilna Ducatus Metropoli incendiis & rapinis devastata.

Coram Archiepiscopo & Electore Moguntino Joanne Philippo Christianus Augustus Comes Palatinus Rheni & Princeps Sultzbacensis Lutheranismum ejurat.

P. Alexander Lopez, P. Joannes Montiel & Soc. Jesu odio fidei Christianæ crudeliter cruci-dati sunt ab idololatriis Indis Mindanæ.

Corpora SS. Martyrum Gervasii & Urbani Romæ Viennam Austriæ transferuntur.

Obiit P. Nicolaus Abraham Lotharingus & Soc. Jesu, Vir in humanioribus optimè versatus. Edidit in tertium volumen orationum Ciceronis Commentarium; Pharum V. T. sive Sacrarum questionum libros XV; Paraphrasin Evangelii S. Joannis; tractatum de veritate & mendaciorum paraphrasin in omnia opera Virgilii; epitomen rudimentorum ling. Hebr. versibus Latinis breviter comprehensam.

Marietta Stephani Solerchiae filia, Soror Zaræ, penes quam per tempus satis longum commorata fuerat, Spalatrum navigandi patremque visendi causâ è litore solvit; quod erat calamitatis origo, cognatum quidem, sed hominem vitis immersum in navi secum debebat, à quo in primo quem attigerant portu, Turcis pro pecunia vendita fuit & tradita, utque dum decurso trium mensium spatio Constantinopolim deducta Ali cuidam consignaretur; arrisitilla oculis Mahometani, animumque eius ad matrimonium cum ea ineundum acriter incitavit; hinc minis blanditiisque captivam adoritur, queis machinis Mariettam à verâ fide ad sacrilegas Alcorani leges observandas pervertat; sed surdæ cecinit fabulam; Mariettam itaque barbarus caudæ equinæ alligat, super terram raptat & flagellis horrendè impellit; labefactarunt hæc virilem hucusque virginis animum, oretenus Mahometis se doctrinam secutura n promittens, protinus per Mussi ceremoniis variis candidata, si ita dicere fas est, turpissimæ sectæ initiatur. Sic Mahometana ore & habitu exteriori, fidem tamen salvificam corde semper retinebat, & immaculatæ Deiparæ Mariæ adjutorium indiès lachrymis plurimis pro venia impetranda exorabat. Interim animo dejecta à specto insuper dira minante adeò exagitabatur, ut obsessæ instar dentibus fremeret, ejulareque in immensum, totis contremiscebat artibus, per os & nares sanguinem copiosum profundeabat; affligebat non parùm species tam miseranda animum Ali, & ad quærenda pro dilectæ levamento media acriter stimulat. Non desunt vota & preces, quas à Sacerdotibus Mahometanis & Schismaticis Græcis pariter efflagitabat: his autem nihil exorantibus, Mariettam Seraglio-nem Bosnia urbem ad aram miraculosam Virginis Deiparæ seipso comitante coram PP. Franciscanis stitit. Ali recedente, mox Marietta coram icone miraculosa sese in preces effundens, in iis aliquantisper moram trahit: & ecce! Maria hæc se alloqui verbis visa est: *Sanabo te, sed non hic, verum volo, ut Ragusam te conferas, & ibidem templum nomini meo sacrum, quod vocatur S. Mariæ ab Arce, inquiras, ibi optata te sanitati restituam.* His obtemperans monitis, nec non Patris cujusdam Franciscani consilio, iter aggreditur, nulloque retinente obstaculo Ragusæ appulit, ibi cum sine mora templum ingressa fuisset, suâ illico infirmitate corripitur; accurrere Virgines Moniales Ord. S. Benedicti, commiseratione animitus tactæ, ipsa autem solum haustum aquæ lustralis exoptat, quem cum sumpsit in momento sana reddebatur.

Galli Armando Borbonio Duce Villam Francam, Podicertam aliâque loca in Catalonia Principatu occupant.

Natus est Ferdinandus Dux Churlandiæ. Pax inter Batavos & Anglos inicitur. Classis Anglicæ Archithalassus Blackius propè Tuncum novem naves Turcicas comburit, & 3000. milites Mahometanos occidit.

Decedit Petrus Ludovicus Carafa S. R. E. Cardinalis & Archiepiscopus Capuanus.

Nascitur Carolus XI. Rex Suecorum, item Carolus Æmilii filius Electoris Brandenburgici.

Manifestum Cardinalis de Reez, Lutetiae carnificis manu publicè igni traditur.

Carolus Contarenus eligitur in Ducem Venetorum.

Mortalitatem exiit Maria Eleonora Suecia Regina, vidua Gustaphi Adolphi; item Carolus Ferdinandus Episcopus Niffensis, frater Joannis Casimiri Regis Poloniae, nec non Christianus Marchio Baruthensis.

Princeps Mutinensis nuptias celebrat cum Martinossia.

Leopoldus Archidux eligitur in Regem Ungariæ; & post dies aliquot etiam Regnicoronâ insignitur.

Nata est Eleonora Magdalena Theresia, filia Comitissæ Palatini Neoburgici, postea Imperatrix.

Veneti navali prælio Turcas vincunt. Vita exiit Eleonora Ferdinandi II. Imperatoris relicta vidua.

Düneburgum Livoniae fortalicium à Suecis per deditionem capitur, item Pohnania.

Landrecium occupatur à Gallis; item Condéum.

Princeps Elector Brandenburgicus fœdus inicit cum Belgis Confœderatis.

Obiit Ducissa Bouillonica Lutetiae.

Leopoldus Wilhelmus Archidux creatur Episcopus Niffensis.

Uxor Rudolphi Augusti Principalem Domum Brunsvico-Guelpherbytianam filia Eleonorâ Sophiâ auget.

Gallia Rex Waldenses Sabaudia Ducem reconciliat.

Galli in præsentia sui Regis S. Ghisleni oppidum expugnant.

Lithuania protectioni Sueciae Regis se subdit.

Poloniae exercitus à Suecis fugatur, in quorum potestatem quoque venit Varavia.

Catharina Augusti Ducis Hallensis filia in lucem editur.

Galli post dies quinquaginta Ticini obsidionem solvere coguntur.

Fridericus Hassia Landgravius globo scopeti trajectus vivis eximitur.

Dux Vindocinus classem Hispanicam à Barcinone repellit.

Fridericus Elector Brandenburgicus Universitatem Duisburgi fundat.

Quarciani stipendia Suecorum accipiunt. Cracovia cum arce Suecis cedit.

Mosci Lublinum subito occupant, & incolas exagitant.

Maximilianus Princeps Dietrichsteinus, Caesareæ aulae Magnus Magister moritur.

Galli & Angli fœdus contra Hispanos ineunt.

Imperator se Mediatorem offert Suecis & Polonis.

Carolus XI. Sueciae Regis filius nascitur. Thoronium se Suecis submittit, idem facit Elbinga.

Vitæ subtrahitur Joannes Georgius Dux Holsato-Gottorpiensis.

In lucem mundi editur Joannes Albertus, filius Ducis Megalopolitano-Gustroviensis.

Duci

Dei Mutinensi à Caesare mittitur avocatorium, jubeturque ex Ducatu Mediolanensi copias militares reducere.

Nascitur Philippus Princeps Hasso-Casselanus.

Pax inter Anglos & Gallos publicatur. Decedit Maria filia Ducis Sabaudia.

Angli Jamaica Insulam occupant.

Annus Christi 1656.

Aquisgrani tria millia ædificiorum incendio absumuntur.

Nascitur Antonius Egon Princeps Furstenbergicus.

Moritur Venerabilis Pater Joannes Nerovius Societatis Jesu, vir Apostolicus. Mira sunt quæ de eo narrantur: Matrona moriens Patrem Joannem ad confessionem advocat; properavit ipse, sed illa petitioni suæ immortua est: quâ de re loci Dominus venientem Patrem admonuit. Iste nihilominus duci se ad mortuam jubet, remotisque omnibus preces fundit: loci Dominus curiosè quid agatur per januam observat, vidit cadaver erigi, & aures consentienti præbere Nerovium: rebus omnibus expletis, aperitur janua, cadaver suo loco jacet, ita tùm discessum est, Domino stupente, & quoad vixit miraculum prædicante. Joannes præ divini amoris dulcedine jugiter in lachrymas, maximè dum Missam legebat, difflebat. Sanctæ Dorotheæ Virgini specialiter devotus, eandem spectabilem habuit, & aliquando ab ea tantam pecuniæ summam accepit, quantâ Collegii Neo-Pragensis debitum posset expungi. Animas mortuorum ad se venientes sapissimè vidit precum auxilia postulantes, & colloquebantur familiariter.

Urbs Neapolitana civibus ferè omnibus per pestem orbat.

Extremum diem vitæ claudit Panormi P. Aloysius la Nuza Soc. Jelu, illustribus natalibus Siculus, patriæ suæ Apostolus, innumerabilem animarum lucris, prædicationibus & signis, ante & post mortem conspicuus.

Moscoviae Dux Torpatum Livoniae munitam urbem expugnat, mox dein pax inicitur cum Polonis.

Pragæ inauguratus est solenni ritu & splendidissimâ pompâ Rex Bohemorum, Leopoldus Archidux.

Poloni Suecos tribus vicibus profligant, Varavia omnem prædam Poloniae extortam recipiunt, Moschis insuper & Cosakis ad æquas pacis conditiones adactis, recuperant Lithuaniam, Podelasia & Russiam rubram.

Iterùm binis vicibus victa & profligata est classis Turcica à Venetis. Duplicis victoriae præmium fuit capta Tenedos, Chius & Lemnus.

Bellum erumpit inter Anglos & Hispanos, unde Carolus Rex Britanniae desertâ Franciâ secedit Bruxellas.

Parisiis apparatus splendidissimo excipitur Regina Sueciae.

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Galli cum clade & jactura tormentorum repelluntur ab obsidione Valencenarum.

In Anglia exorta est Secta Tremendum (ab Anglis voce patriâ dicuntur Quacker) quod inter orandum toto corpore contremiscent. Eorum author Jacobus Naylos ex Imperio Cromvelii captus, & exceptus verberibus jussus est exulare.

Defuncto Regi Lusitaniae Joanni, succedit ejus primogenitus Alphonsus IV.

Incendium in pistrino exortum majorem partem urbis Aquisgranensis absumpsit, ubi id miraculum contigit, quod Cœnobium PP. Capuccinorum, medias inter flammis, Deo divitem paupertatem sartam testam servante, intactum perstitit, dum latè circum sacra æquæ ac profana ædificia sævienti Vulcano in prædam cederent.

In Italia lues contagiosa Campaniam depopulata, ipsam quoque Romam invasit, ubi D. Francisci Xaverii imploratâ ope, multi à lethali pestilente sanitate vel servarunt, vel restitutam grati agnoverunt.

Natus est Philippus Vindocini Dux, Magnus Francia Prior, militari gloriâ celebris.

Mundi lucem aspicit Maria Elisabetha filia Landgravii Hasso-Darmstadiani.

Antonius Ulricus Dux Brunsvico-Guelpherbytianus nuptias celebrat cum Elisabetha Juliana filia Ducis Friderici Holsato-Nordburgici.

Moritur Eleonora Sophia filia Rudolphi Augusti Ducis Brunsvico-Luneburgici.

Turini mortis falci succumbit Thomas Sabaudia Dux.

Princeps Elector Brandenburgicus fœdus inicit cum Gallia Rege intuitu Clivia Ducatus. Item cum Rege Sueciae contra Polonos.

Mariaburgum Regis Sueciae se submittit dominio. Poloni occupant Sandomiriam, sed cæduntur propè Gnesnam.

Obiit Carolus Contarenus Dux Venetorum.

Loco Archiducis Leopoldi Wilhelmi, Belgii Hispanici gubernacula suscipit Joannes de Austria.

Princeps Harcurtius matrimonium inicit cum Ducissa Bullionensi.

Franciscus Cornarus novus Venetorum Dux coronatur, qui post paucos dies moritur. In ejus locum sufficitur Berluccius Valerius.

Mauritius Saxoniae Dux Citiensis secundum celebrat conjugium cum Dorothea Maria Ducissa Saxo-Vinariensi.

Magnus Moscoviae Dux invadit Careliam, Ingriam atque Livoniam, & Rigam per hebdomadas septem frustra obsidet.

Ferdinandi Caroli Archiducis filia Maria Magdalena nascitur.

Moritur Othavio Piccolomineus Dux Amalphitanus, Sacri Romani Imperii Princeps, Caesareæ militiae Locumtenens Generalis.

Christina Augusti Ducis Hallensis filia nascitur. Econtra extinguitur filia quarta Ducis Aurelianensis.

Eleonora Imperatrix in Bohemiae Regnam coronatur.

Ulrica Eleonora Danicae Regis filia, postea Sueciae Regina, in mundum editur.

U u u

Galli

Galli Valentia ad Padum, & Capellam potiuntur.

Peronam ab obsidione liberant.

Georgius Ragozius Transylvaniae Princeps foedus cum Sueciae Rege contra Polonos init.

Poloni Lancizium urbem per assaultum capiunt, arcem per deditioem.

E vita migrat Joannes Georgius I, Princeps Elector Saxoniae.

Konigsmarckius Polemarchus Sueciae prope Dantiscum capitur.

Mediante Caesare pax inter Moscos & Polonos restituitur.

Regnum cum vita deponit Joannes Rex Lusitaniae, cui succedit filius primogenitus Joannes Alphonsus.

Princeps Elector Brandenburgicus novum cum Sueciae Rege foedus pangit, quo liberum Prussiae Imperium sibi vendicat. Idem pacem inter Polonos & Suecos reducere nititur, illis in Ducali Pomerania & Marchia Brandenburgica hostiliter agentibus.

Annus Christi 1657.

Arturus Ordinis Minorum sub Regula Sancti Francisci Professus, tomum edit, quem sacrum Gynaeceum, seu Martyrologium amplissimum Sanctarum ac Beatarum mulierum inscripsit.

Dano milite in fugam acto, Sueci Fioniam Insulam occupant.

Tenedos Insula in Turcarum redit potestatem, ob Praefecti ignaviam.

Imago Mariana in solenni processione per urbem Clifam delata, copiosas lachrymas fundere coepit.

Ferdinando III, Imperatori, ex Eleonora Caroli Mantuae Ducis filia, filius in lucem editur; quo eodem anno ipse Imperator vivendi finem facit.

Mundi lucem primo aspicit Henricus Saxoniae Dux, Magdeburgi Administratoris filius.

Veneti potiuntur victoriam adversus Turcas ad Seston & Abydum, quae major fuisset, nisi stetit Mocenigo magnae virtutis ac experientiae Duce, qui cum multis Nobilibus navis suae accenso pulvere tormentario conflavit.

Hispani Gallis eripiunt Fanum S. Giseni: Hispanis econtra Galli Fanum S. Venantii & Mommedium: Cameracum tamen frustra tentant; uti Alexandrinam Lombardiae Princeps Mutinensis.

Cracovia recuperatur a Polonis ope Caesarianorum.

Nascitur Fridericus Dux Wirtembergicus filius Eberhardi. Item Augustus Fridericus filius Antonii Ulrici Ducis Brunsvico-Guelpherbytiani. Nec non Fridericus Augustus huius nominis III. Prussiae Rex & Elector Brandenburgicus.

Nascitur Carolus Bernardus Marchio Badenensis.

Pax inter Anglos & Lusitanos publicatur. Byria se se Poloniae Regi submittit.

Nicolae Lotharingae Ducissa moritur. Arx Augustae Taurinorum a Gallis Sabaudiae Duci restituitur.

Imperator novo inito foedere Polonis 16000. milites pro suppetiis contra Ragozium promittit, isti 60000. armatos in castris suis ducenti traditur Cracovia.

Dux Mantuanus, perpetuus Imperii Vicarius in Italia a Caesare declaratur.

Oritur lis inter Electores Bavariae & Palatinatus ob Vicariatum Imperii.

Fit transactio universalis inter Principem Electorem Saxoniae ejusque fratres.

Foedus ineunt Galliae & Angliae Reges, Electores Archiepiscopi Moguntinus & Coloniae componunt litem ob jus coronandi Imperatorem.

Daniae Rex bellum ejusque causas contra Suecos declarat; idem cum Polonis armorum societatem & foedus init, Bremervendam occupat, Poloni Cracoviam, qui & Ragozium ad renunciandum foederi cum Suecis inito cogunt.

Inter eosdem Polonos Welavienensis tractatus cum Electore Brandenburgico, contra praefatos Suecos perficitur.

In lucem editur Georgius Fridericus Marchio Culmbacensis.

Vitae subtrahitur Mauritius Dux Sabaudiae.

Nascitur Henricus Augusti Ducis Saxo-Hallensis filius quartus.

Elector Brandenburgicus quaerit amicitiam Magni Moscoviae Ducis contra Regem Sueciae, foedusque init cum Rege Daniae.

Belgae Confederati Lusitanis bellum indicunt.

Angli Mardicum occupant traduntque Gallis: Sueci Fridericidam per assaultum capiunt.

Venit ad mundi lucem Philippus Ducis Saxo-Mersenburgensis quinto genitus. Item Philippus Prosper Regis Hispaniae filius.

Floret Didacus de Heria, Abbas Benedictinus Sancti Martini Compostellae, & Episcopus de Los Angelos novi orbis; sola virtus fuit, mansuetudo praesertim & clementia, quae Didacum ad id fastigium evexerit; eam quippe rebelles subinde Indos contra Hispanicorum exactores magno Regis Hispaniarum bono sedavit, misso baculo Pastoralis veniae impetratae teste.

Annus Christi 1658.

Bavorum classis navalis, Jafnapatnamuram cum arce in Zeilana Insula, Lusitanis eripit.

Sophia Friderici V. Electoris Palatini filia sponsalia contrahit cum Ernesto Augusto primo Electore Brunsvico-Luneburgico.

Moritur Pater Hieronymus Lopez Societatis Jesu, post crudelem apud Mauros captivitatem, ferventissimum animarum zelator, operarius in perpetuis Missionibus indefessus.

Francia

Francofurti mense Junio die 28. renunciatus est Caesar, Leopoldus Ungariae & Bohemiae Rex.

Acerrime hoc anno pugnatum inter Suecos & Danos, horumque foederatos Batavos. Sueci obsidionem Hafniae, post profligatam suam classem in freto Sundico a navibus Batavis Danorum auxiliariis, cum clade incensis castris solvere coguntur.

Galli suae ditioni adjiciunt partem non modicam Belgii cum Dunkerka, Ypris, aliisque urbibus non ignobilibus.

Moritur in Anglia Cromvelius Governator magnae Britanniae, relicto Successore dignitatis filio Richardo.

Thorunum post cruentam sex mensium obsidionem a Caesariano Polonis ad deditioem cogitur.

Thomas Villanovanus Sanctorum coetui solenniter accensetur.

Moritur Ferdinandus Aloysius Josephus Archidux Austriae, Ferdinandi III. Imperatoris filius. Item Eduardus Albuquerque Cuelhus, Lusitanus, nobilissima prosapia natus, Marchio Bakti Comesque Pernambuco in Brasilia; hic edidit Diarium bellorum in Brasilia ab anno 1630. usque ad sua tempora.

Alphonsus IV, Francisco I. patre mortuo, in Ducatibus Mutinensi & Rhegiensi succedit.

Obit Aegidius Gonzales d'Avila, Clericus Hispanus, Regis Catholici Historiographus. Scripsit idioma Hispanico historiam antiquitatum Salamanticae. Vitam Alphonsi Tostati. Theatro de las Grandezas de Madrid. Theatro Ecclesiastico de las Iglesias de Espanna. Theatro Ecclesiastico de las Iglesias de las Indias. Item vitam Henrici III. Castiliae Regis.

Natus est Joannes Philippus, Comes Palatinus Rheni, Dux Neoburgicus, Princeps Elector. Item Thomas filius Regis Hispaniae.

Sueci per mare Balticum glacie constrictum irruptionem faciunt in Insulam Fioniam, 4400. milites & 1500. rusticos armatos profligant. Jacobum Curlandiae Ducem cum tota familia sua Narvam captivum mittunt. Nasciviam in Lalandia occupant.

Turennius Gallorum belli Dux, Hispanos praelio fundit.

Diem obeunt Dux de Candale Regis Galliae Locumtenens in Catalonia; & Marcus, Antonius Princeps Borghesius.

Princeps Elector Brandenburgicus init foedus defensivum cum Ungaris & Bohemis.

Moritur Adolphus Fridericus Dux Megalopolitano-Sverinensis.

Roschildae pax initur inter Danos & Suecos, cum magno horum emolumento; ad intimam potestatem unionem firmandam amborum Reges Fridericiburgi conveniunt.

Heldinum Hispanis a Gallis redditur. Hi S. Winocibergam occupant.

Joannes Wilhelmus Josephus Comes Palatino-Neoburgicus nascitur.

Venorum Respublica contra Turcas, Cretam Insulam denuo invadentes, apud Principes Electores Sacri Romani Imperii suppetias militares quaerit.

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Bremerverda Suecis restituitur.

Trinum Italiae urbs deditur Sabaudis.

Comes de Schomberg Lusitaniae Regis belli Praefectus, Hispanos apud Villam Viscomam praelio devincit.

Foedus initur inter Principes Electores Ecclesiasticos, Episcopum Monasteriensem, Comitem Palatino-Neoburgicum, Regem Sueciae, Duces Brunsvicenses & Luneburgicos, nec non Hassiae Landgravium, inde tamen recedunt Elector Trevirensis & Episcopus Monasteriensis.

Romae obiit Dux Savellius.

Elisabetha Eleonora, Antonii Ulrici Ducis Brunsvicensis filia primogenita, in lucem editur. Item Eleonora Magdalena filia Mauriti Ducis Citiensis.

Turennius Hispanos rursus clade afficit.

Galli Mortaria potiuntur.

Naturae debitum solvit Dux Mutinae.

Insula Bornholmia recuperatur a Danis item Drontheimum.

Georgius Ragotzius Principatu Transylvaniae se abdicat, succedit interim Franciscus Redejus, mox autem facti poenitens illum reassumit, Turcis interim in Transylvaniae confiniis varia loca occupantibus.

Ad aeternitatem abierunt Fridericus Hassiae Landgravius, Mauritius Dux Sabaudiae, Betruccius Valerius Dux Venetorum, cui succedit Pefarus.

Imperator foedus contra Suecos init cum Regibus Poloniae ac Daniae, nec non Principe Electore Brandenburgico.

Floret Jacobus de Heria, in S. Martini Monasterio Benedictino Compostellae Monachus, qui virtute & eruditione, gemino velut jubare conspicuus, cum Professoris in urbis Compostellanae Academia & Theologi verè profundum munere praclare functus esset, evanidi honoris, fructusque incerti impatiens, iter in novam Hispaniam ad Indos, novus in praelio fidei Achilles instituit; flammam, non verba, sparsisse videri poterat Apostolicus Orator, adeo in amore Catholicae veritatis incolae incaluerunt, ut vitae & fortunarum pati iacturam potius, quam fidei naufragium maluerint. Meritorum hinc prerogativa ad viduatam Bonorum Aeternam Cathedram, eundem evocavit.

Annus Christi 1659.

Fidem Catholicam abjuratae Calviniae haeresi amplectitur, Ludovica Hollandina, Friderici V. Electoris Palatini filia.

Fridericus ex sanguine Ducum Hassiae Darmstadenium S. R. E. Cardinalis creatur.

Lineam Comitum Barbiensium mors extinguit.

Iterum ab obsidione Hafniae cum magna clade rejiciuntur Sueci a Danis, firmatis subsidio Caesareo: ejusdem ope rejiciuntur Sueci ex Insula Fionia, quam elapso anno occupaverant; perdunt quoque rursus Curlandiam.

Armorum indictae induciae Hispanos inter & Francos, quas tandem 12. Novembris inter

Uuuu 2

Insula

Insula Phasianorum pax secuta est, matrimoniumque conclusum inter Regem Christianissimum & Theresiam filiam Regis Catholici.

In Anglia novæ exortæ sunt turbæ, agentibus præcipuè Munckio Scoto, & Lamberto Anglo, Ducibus exercitûs Anglici & Scotici, Parlamentum novum dissolutum, vetus restitutum, Protector Richardus exauthoratus.

Dux Lotharingiæ captivus in Hispania libertati restituitur, protestatur contra quædam capita pacis Hispano-Gallicæ.

Inter Turcas & Ragozium Transylvaniae Principem vario Marte pugnatum, Transylvano tamen semper formidando Turcis, seu victo seu victore.

A Morosino Venetæ classis Præfecto expugnata in Morea urbs Methone, & fauces interclusæ Helleponti.

P. Stephanus Yaime Soc. Jesu, ob impugnatam idololatriam & libidinem, occiditur à barbaris in Insulis Philippinis.

Corpora Sanctorum Martyrum, Romani, Alberti, Domitii, Albani, Agapiti, Constantii, Pamphili, Mariani, Liobati, Victoriz, Ruffinæ, Valerii, Quirini, Erini, Benigni, Romæ Antverpiam translata sunt.

Moritur Carolus Emmanuel de Gorrenod Archiepiscopus Vefontionensis; cui succedit Joannes Jacobus Fauche Prior Mortuæ-Aquæ.

Natus est Albertus Ernestus filius Alberti V. Marchionis Onolsbacensis & Sophiæ Margarethæ, filiz Comitissæ Oertingensis.

Anna Magdalena filia Christiani I. Comitissæ Palatini Rheni lineæ Bischveilerianæ, Joanni Rainaldo Comiti Hanoviz desponsatur.

Lusitani rursus de Hispanis triumphant, & ingentem capiunt prædam.

Obiit Dux Nemasensis.

Rex Daniæ & Princeps Elector Brandenburgicus fœdus contra Suecos ineunt,

Ex hac vita decedit Magdalena Sibylla Joannis Georgii I. Electoris Saxoniz vidua.

Sueci Dirschaviam ad Vistulam occupant. Item Insulas Lalandiam, Mornam, Falstrianam & Langelandiam.

Augusto Duci Hallensi filius quintus Albertus gignitur.

Animam ad æternitatem transmittit Anna Eleonora, Georgii Ducis Brunsvico-Luneburgensis relicta vidua, nata Hassiæ Landgravia.

Cofacci redeunt sub Regis Poloniz dominio.

Sueci noctu Stargardiam transcendunt, in Prussia autem res infeliciter illis succedunt.

In lucem mundi editur Christiana, Christiani Ducis Saxo-Merseburgensis filia.

Imperatoris exercitus contra Pomeraniam Suecicam movet.

Poloni Mitaviam Suecis eripiunt, Præfidiariis captis vel occisis.

Londini diem obit Joannes Fridericus Dux Wirtenburgicus.

Denascitur Fridericus Dux Holsatiæ, hæresque Norvegiæ.

Cæsarei fortalitium Græfenhagenense ad Viadrum occupant. His quoque cedunt Dacu & loca munita alia.

Elector Brandenburgicus copias suas militares Cæsareanis associat.

Dominus Contarinus Dux Venetorum salutatur.

Anna Sophia Antonii Ulrici Ducis Brunsvico-Guelpherbytiani filia secunda nata est.

Confœderati obsidionem Stetini solvere coguntur, se autem iisdem dedit Demminum.

Dani Suecos in Insula Fionia ingentia clade afficiunt, & Nyburgum occupant.

Tractatus pacis inter Suecos & Polonos inchoantur.

Mirificum hoc tempore spargit fulgorem Gregorius Parcerio, S. Martini in urbe Compostellana Asceta Benedictinus, salutatus Episcopus Gerundenis, postquæ Tortonenis in Gottholomiâ.

Claret eodem tempore Maurus de Tobar, Abbas Vallisoletanus, quem suffragante eruditione, & animarum insigni zelo, Episcopatus Novæ Vizayæ in Indiis excepit. Dives antea Abbas, & pauperrimus mox Pontifex, negabat cumulando auro per tanta pericula in Indias se penetrâsse, luctum animarum unicè sibi cordi esse, palam testatus. In quarum proinde recuperandam salutem totum se se piè prodigus exhaustit.

Annus Christi 1660.

Moritur Carolus Gustavus Rex Sueciæ: Christina frustra ab Ordinibus ad repetenda gubernacula regni, & ejurandam fidem Catholicam invitatur. Fatis item concedit Dux Lauenburgicus.

Nascitur Georgius Ludovicus, Elector Brunsvico-Luneburgicus, S. R. I. Archithesaurarius, nunc Angliæ Rex.

Denascitur Venerabilis P. Adamus Kravvsky Soc. Jesu, vir Apokolicus, cujus operâ in Bohemia ultra 30000. hæreticorum ad fidem orthodoxam reducta sunt: totus Dei amore æstuans, per totas sæpè noctes per cubiculum inambulando ingeminare auditus est: *Ab Jesu mi! Ab Sanctissime, dulcissime Jesu mi!* & iterum: *O Jesu! O Maria! O Maria! O Jesu!*

Viam universæ carnis ingreditur Eather Bossani vidua, illustrissimis orta natalibus, sanctimoniz famâ celebris.

Carolus II. revocatur à Parlamento ad sceptrum paternum Angliæ, his conditionibus, ut parcat parricidis parentis Caroli, non ducat uxorem diversæ religionis à Protestantibus, non abroget edictum adversus Catholicos, solos ritus Scoticos in Ecclesiis observari jubeat, nec Gallos aut Hispanos in Regnum introducat. Exceptus fuit Londini quàm honorificentissimè, & singulari omnium Ordinum voluptate, decretumque, ut dies ille ingressus memoriâ perpetuâ recoleretur: subinde authores Principes parricidii Regii morte jussu Senatûs multrati: ossa etiam Cromwellii & aliorum ex humo refossa, & sub furcis publicis infamibus ignibus combusta.

Fontarabiæ nuptiæ celebratæ inter Mariam Theresiam & Ludovicum XIV. Galliæ Regem, per illius procuratorem Harostium mense Junio, Eodem mense post amicam congressum Regis Hispani

Hispani cum Ludovico in Insula Phasianorum, perfectum matrimonium Lucii in æde S. Joannis: secutus ingressus solennis Regis & Reginz Parisios eâ pompâ, cui similem Lutetia nunquam viderat.

Impropero Marte hoc anno certatum à Venetis contra Turcas, infeliciter ab iis tentata Canea, Nigropons & Cythera, cæsi insuper & fugati ad Candiam.

Ragozium in pugna ad Hermanstadium quatuor lethalibus plagis fauciatus Varadini moritur, Varadinum à Turcis occupatur.

Mosci semel iterumque à Polonis gravissimè cæsi ad petendam pacem adiguntur, quam tamen impetrare nequeunt.

Novis tremit motibus Calabria: Vesuvius flammæ, lapides ignitos & cineres evomit.

Serenissima Electrix Bavariz felici partu filiam enixa est, quæ postea Galliæ Desino data est in matrimonium.

Franciscus Guilielmus Ratisponensis & Osnabrugensis Episcopus è Comitibus Wartenbergicis, Cæsare viri merita commendante, Romæ inter purpuratos Patres ab Alexandro VII. assumitur.

Decedit Joannes de Lugo Soc. Jesu Cardinalis, pietate, religione monumentisque ingenii clarissimus.

Aurengzeb Cha-Gehans Magni Mogolis secundogenitus, vivo adhuc patre eoque invito Imperiale solum conscendit.

Diem obit supremum Anna Bogislai XIII. Pomeraniz Ducis filia.

Nascitur Georgius Wilhelmus, filius Christiani Ducis Bregensis & Lignicensis.

Pax inter Suecos, Danos & Polonos restabulitur.

Anna Caroli IV. Lotharingiz Ducis filia, Julio Augusto Duci æquè Lotharingo & Principi de Lislebonne nubit.

Moritur Elisabetha Carolina Electoris Brandenburgici vidua, Friderici IV. Electoris Palatini filia.

Galliæ Rex Principatum Arausiensem occupat

Decedit Enno Princeps Frisiz Orientalis.

Dux Mercurius Massiliam ingressus, eam suis privilegiis ob motam seditionem privat.

Obiit Dux Aurelianensis, Ludovici XIII. Galliæ Regis frater.

Carolus XI. Sueciæ Rex salutatur.

Juliacum ab Hispanis Duci Neoburgico restituitur.

Franciscus Dux Parmensis nuptias celebrat cum Margaretha Sabaudiz Ducis filiâ.

Sueci Mariæburgum Polonis restitunt.

Canisia Ungariæ fortalitium fulgure incensum in favillas abit.

Nata est Magdalena Ducis Megalopolitano-Gustraviensis filia. Mundi quoque lucem primò aspicit Ludovicus Antonius filius Ducis Neoburgici. Item Sophia Hedvvigis filia Ducis Mersenburgensis.

Urbs Monasteriensis ob motam seditionem à Cæsaris & Episcopi militaribus copiis obsidetur.

Leopoldus Imperator homagium Stiriz Ducatus excipit.

Elbingam Sueci Polonis cedunt. Varadinum Turcis traditur.

Georgius Dux Bregensis & Lignicensis nuptias celebrat cum Elisabetha Carolina lineæ Palatinæ-Simmerensis.

Dania ex Regno electivo fit hæreditarium.

Totus Moscorum exercitus captivum se tradit Polonis.

Præfidiarii in fortalio Zechelheid tumultuantes, locum Principi Abassio cedunt.

Maria Principis Arausiensis vidua Londini moritur. Similiter Dux Ludovicus Gonzaga, Polemarchus Cæsaris & Gubernator Jaurini.

Claret sidus Benedictini Ordinis fulgentissimum Idelphonfus à S. Victore, Monachus S. Joannis Burgensis, cui primò Almeriensis in Gallæcia, Zamorensis indè Episcopalis Insula assignata fuit.

Annus Christi 1661.

Moritur in arce Silvæ Vincennarum, supremus regni Galliæ Minister, Mazarinus, S. R. E. Cardinalis.

Nascitur Fridericus Augustus, Ernesti Augusti primi Electoris Brunsvico-Luneburgici filius. Item Henricus Marchio Brandenburgico-Culmbacensis.

Viennæ in Austria Cometa spectatur, belli, ut putatur, Turcici mox secuti præsigium.

Moritur Georgius Hassiæ Landgravius.

Romæ Alexander VII. ad pias preces Regis Catholici peculiarem constitutionem edit in favorem propugnantium DEI parentem in primo conceptionis instanti à labe originis præservatam, pœnasque fulminat in eos, qui sententiam tam piam quoquo modo vellicare ausint.

Rex Angliæ coronatur Westmonasterii, firmat nuptias cum Catharina sorore Regis Lusitaniz, indignante & fremente Hispano: permitti Catharinæ ad obsequia 10. Religiosi, decretumque, tollenda Elisabethæ edicta contra Catholicos, & permittendam libertatem Religionis. Jesuitæ tamen Parlamenti edicto toto Regno exulare jussi. In Scotia quidam Nobiles læsæ Majestatis rei supplicio ultimo affecti, inter quos fuit Archibaldus Marchio Argatheliæ.

Dux Montecuculus missus subsidio laboranti Janosio Kiminio Principi Transylvaniae contra Turcas, eorumque clientem Abassium invasorem Transylvaniae, pugna commissa ad Kamblium, eosdem cum Tartaris grandiclade prosternit; 15000. partim cæsa, partim in captivitatem abstracta. Aucta Turcarum clades in Bosnia à Comite Nicolao Zrinio: nec nihil passi sunt à Venetis, qui juncti Melitensibus in portu Insulæ Chii 33. triremes Turcicas occiso Bassâ Mazzamarnâ in cineres redegerunt.

Moschi hoc anno penè cladibus consumpti, hinc à Tartaris, illinc à Polonis, in quorum potestatem rediit Vilna.

Regi Hispaniarum natus est Infans, dictus postea Carolus II. Regi Franciæ Delphinus.

Parisiis atrox incendium aspectu sanctissimæ Eucharistiæ derepentè reprimitur.

U u u 3

Rex

Rex Daniæ suppressâ autoritate Nobilium potestatem illimitatam in Regno exercere incipit.

Per continuatos multis diebus imbres, & pluvias postea resolutas, per exundationem fluminum & rivorum, damna ubique in Archiepiscopatu Salisburgensi ingentia causata sunt, multæ dirutæ ædes, rupti pontes nullo relicto.

Armando Principi Contiensi ex Anna Maria Martinozzia, Cardinalis Mazarini sororis filiâ, Ludovicus filius nascitur.

Moritur Philippus Brietius è Soc. Jesu, vir insignis litteraturæ: edidit Parallela Geograph. vet. ac nov. tomis tribus. Acuta dicta Poëtarum veterum, Syntagma de iisdem Poëtis. De Italia vet. & novâ. Chronicon universale duas in partes distributum.

Status Romani Imperii suppetitas Imperatori contra Turcas promittunt.

Obiit Theodoricus Adolphus Episcopus Paderbornensis.

Adolphus Comes Palatinus Bipontinus secundas celebrat nuptias cum Elsa, Erici Regni Sueciæ Cancellarii filiâ.

Mortali vitæ subtrahitur Eleonora Magdalena, filia Mauritii Saxonæ Ducis.

Natus est Leopoldus Augustus, Antonii Udalrici Ducis Brunsvicensis filius secundus.

Naturæ debitum solvit Ludovicus de Cofse Dux Brisacus.

Urbs Monasteriensis se suo Episcopo submitit, qui eam arce magis reddit munitam.

Philippus Dux Aurelianensis cum Henrica, Caroli I. Angliæ Regis filiâ, nuptias celebrat.

Carolus II. Rex Angliæ coronatur.

Hispanorum exercitus invadit Lusitaniam, mox autem repellitur.

Magnus Hetruriz Dux thoro suo adlegit Margaritam Ludovicam, Gastonis Ducis Aurelianensis filiam.

Pax Moscos inter & Suecos, item inter Batavos & Belgas confederatos renovatur.

Natus est Henricus filius sextus Christiani Ducis Merseburgensis; nec non Carolus Philippus filius Ducis Palatino-Neoburgici.

Denascitur Philippus Prosper filius Regis Hispaniæ.

Mortalibus valedicit Franciscus Wilhelmus à Wartenberg, S. R. E. Cardinalis, Episcopus Ratisponensis ac Osnabrugensis.

In mundum venit Dorothea Carolina, filia Marchionis Onolsbacensis.

Annus Christi 1662.

BAtavi Cochinum Lusitanorum urbem in littore Malabarico, post acrem longamque obsidionem occupant.

Moritur Elisabetha Angliæ Regis Jacobi I. filia, conjux Friderici V. Electoris Palatini ad Rhenum.

Principis Ragozii conjux ex Marchionum Brandenburgicorum familia oriunda, unâ cum filio orthodoxam fidem amplectitur.

Moritur P. Antonius Brignole, ex Senatore Genuensi, Soc. Jesu alumnus, in paupe-

rum eleemosynas omnino profusus, mortem suam ex vero prædixit.

Romæ gravis exorta dissensio inter Pontificios, & Ducem Crequium Regis Christianissimi Legatum, ob occisum à milite Corso Bettoum famulum Ducis Crequianæ. Crequius plenus irâ & minis decessit Româ. Pontificius vicissim Legatus remissus ex Francia, 30 stipatus militibus ad pontem usque Bellovacensem.

Frustrâ tentatur compositio rei Transylvanicæ, & pacis claudicantis inter Cæsarem & Turcas instauratio. Undè illic à Turcis Claudiopolis cinctâ obsidio, quod tamen brevi cum magna clade Turcarum fuit sublatum à Cæsarianis.

Zrinvarium fortalium excitatur.

In Gallia innovantur decreta adversus Hugonottas, authores novæ sectæ illuminatorum jussi includi carceribus. Viginti tria templa hæreticorum in ditone Gebenensi æquata solo.

In Anglia detecta conspiratio plusquam decem millium conjuratorum adversus Regem, Ducem Eboracensem, aliosque ministros Regios, imò totam urbem Londinensem. Conjuratorum plerique erant Anabaptistæ, Presbyteriani, Quaceri & alii hujusmodi furfuris homines.

Inter Anglos & Lusitanos pax perpetua sancitur: sed inter Lusitanos & Hispanos belum recrudescit, & magnâ utrinque alacritate paratur.

Carolus Dux Lotharingiæ concedit Regi Franciæ ditionem suam certis conditionibus, quas tamen ejus propinqui vehementer improbant, & aperte impugnant.

Cosaki semel victores Moschorum, bis ab eisdem profligantur.

In urbe Passaviensi incendium circa Xenodochium parvis initiis exortum 27. Aprilis horâ secundâ pomeridianâ, ventus primum ab occasu, dein ab ortu ingruens, tantâ vehementiâ per pleraque civitatis tecta unius horæ spatium propagavit, ut vix 60. ædes intactæ permanserint. Basilica Cathedralis unâ cum templo Parochiali, Collegio PP. Soc. Jesu, vicinæque Parthenone Nidernburgensi conflavit: ubi tamen insigni prodigio celebre Deiparentis simulacrum medias inter flammâs, unâ cum votiva cera sine omni noxa & nullo integrum perstitit.

Leopoldus Guilielmus Archidux Austriæ, cum bello & pace utilissimam operam Imperio & domui Austriacæ diu navasset, post diuturnam ægritudinem è vivis abiit, quem paulò post secutus est Archidux Ferdinandus Carolus.

Moritur apoplexiâ Joannes Jacobus Fauche Archiepiscopus Vefontionensis, cui successit Petrus Antonius de Grandi Monte. Mortis societatem eodem anno præbet Alphonsus IV. Dux Mutinensis.

Mosci Tartaros ex Astracano eiciunt. Natus est Augustus Wilhelmus, filius Antonii Ulrici Ducis Brunsvico-Guelpherbytiani.

Carolus

Carolus II. Angliæ Rex, nuptias contrahit cum Catharina Joannis IV. Lusitanæ Regis filiâ.

Carolus Josephus Archidux Austriæ creatur Coadjutor supremi Magistri Equitum Ordinis Teutonici.

Kemeny Janos Transylvaniæ Princeps in conflictu cum Turcis occiditur.

Obiit Elisabetha Friderici Comitis & Electoris Palatini uxor, filia Regis Angliæ; nec non Henricus Ludovicus Princeps Nassovius.

Pax restablitur inter Batavos & Tunetos.

Decedit Leopoldus Augustus filius Antonii Udalrici Ducis Brunsvicensis.

Archiepiscopus Colonienfis Synodum Coloniz celebrat.

Abassius fortalitia Fogarasek & Devam in Transylvania occupat, Claudiopolim gratis obsidet.

Puncta fœderis inter Batavos & Galliz Regem perficiuntur.

Natus est Maximilianus Emmanuel Princeps Elector Bavariz.

Angli Regi Galliz Dunquercam, Mardikum, Winocibergam magno suo damno vendunt.

Iidem Angli & Tripolitana Respublica pacem ineunt.

Christianus Ernestus Marchio Byruthensis nuptias celebrat cum filia Principis Electoris Saxoniz.

Regi Galliz filia nata est.

Electo Brandenburgico Viadrum cum Suevo conjungit.

Eleonora Imperatrix vidua Ordinem Mansipiorum virtutis instituit.

Floret Andreas de Montopoli ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Rossanensis; nec non Caravita Archiepiscopus Amalphanus, & Fortunatus Morosini Episcopus Trevisanus, æquæ Benedictini.

Annus Christi 1663.

Lusitani propè Eboram insignem de Hispanis victoriam reportant.

Abjuratâ Calvinî hæresi, fidem orthodoxam in Gallia amplectitur Eduardus Friderici V. Electoris Palatini filius, qui hoc anno vivis excedit.

Turcæ Ungarorum 3000. cædunt in acie, captivis 1400. capita amputant.

Jussu Imperatoris, A catholici verbi Ministri ex Saganensi Silesiæ Ducatu proscribuntur.

Moritur Christianus Dux Saxo-Altenburgicus, variolis infectus, anno ætatis 10.

P. Joannes Baptista de Larrauri Soc. Jesu, à barbaris odio Christianæ fidei interficitur in Insulis Philippinis.

Pontificii se armant contra vim Gallorum, quam terrâ marique ditionibus Statûs Ecclesiastici minaciter ostentant.

Turcæ Vivarinum in Hungaria mense Augusto, & post obsidionem sex hebdomadarum ad deditionem cogunt. Parem sortem subierunt Nitria, Leventium & Novigradium aliaque loca in Ungaria superiore: cæpta inde à Tartaris Ungariæ & Austriæ vastatio, & propagata

in Moraviam usque & Silesiam: repressi tamen fusique semel ac iterum à Petro & Nicolao Zriniis Turcæ in finibus Croatiæ & Stiriz.

Londini promulgatur edictum, ut exceptis famulis Regiæ, omnes Catholici intra triduum ex Anglia, & intra octiduum ex Scotia & Hibernia excedant.

Sub medio hiemis rigore Serinius Hungaro-Croaticæ militiæ Polemarchus, junctis cum Comite Hohenloo consiliis & armis, Turcicas ditiones invadit, expilatis ad 20. milliarum pagis & castellis, urbem Quinque-Ecclesiensem occupat & prædatur, haud difficile etiam castello potiturus, si Ungaris tantus pugnandi quàm prædandi animus fuisset; inde ulterius provecti pontem Esseckianum, nobile opus Solymanni, ad impediendum Turcicarum copiarum trajectum, exurunt.

Moritur Joannes Georgius Comes ab Herberstein, Episcopus Ratisponensis, cum dignitate Episcopalem vix delibasset. Successit Capitularium Procerum suffragiis, Adamus Laurentius Comes de Tœrring.

Eodem anno fati concessit Joannes Marcus Liber Baro ab Aldringen, Episcopus Secco-viensis.

Corpus Laurentii Archiepiscopi Bracharenfis, anno 1397. mortui, hoc anno planè vividum & succulentum transfertur.

Decedit Ali Bassa unus ex belli Ducibus Imperii Ottomannici famosissimis; sub Amurathe Imperatore contra Persas rem tam fortiter & dexterè egit, ut is ipsi sororem suam in conjugem dedit.

Dorothea Elisabetha filia Georgii III. Ducis Bregensis, Henrico Principi Nassovio-Dilenburgico matrimonio copulatur.

Moritur Ludovicus Dux Lignicensis in Silesia, nullis ex se hæredibus relictis; succedit in Principatu frater natu minor Christianus.

Franciscus Eggo Comes à Fürstenberg creatur Episcopus Argentoratensis.

Adolphus Wilhelmus Dux Saxo-Ifenacensis matrimonio sibi jungit Mariam Elisabetham filiam Augusti Ducis Brunsvicensis.

Decedit in Comitibus Imperii Ratisponæ Episcopus Wormatiensis.

Culmbaci nascitur Princeps Carolus Augustus.

Connubium Imperatoris cum Margarita Hispaniæ Regis filiâ, Madriti publicatur.

Obiit Romæ Henricus Dux Aurelianensis. Item Catharina Augusti Ducis Saxo-Hallensis filia, quam paulò post dux ejus sorores Elisabetha & Dorothea ad æternitatem sequuntur.

Duci Eboracensi filius Jacobus nascitur. Decedit Wilhelmus Landgravius Hasso-Cassellanus.

Antonius Udalricus Dux Brunsvico-Guelpherbytianus, nativitate filii Augusti Friderici exhilaratur.

Dux Parmensis in sponsam sibi adoptat Isabellam, Francisci Ducis Mutinensis filiam.

Urbi Erfordiz Bannum Imperii innuatur.

Christi

Christianus Dux Megalopolitanus Lutetiae fidem Romanam Catholicam proficitur.

Ad mundi lucem prodit Maria Elisabetha, filia Adolphi Joannis Comitis Palatini Biontani.

Sibylla Ursula filia Augusti Ducis Brunsvicensis Christiano Duci Holsato-Glucksburgensi copulatur.

Filia Daniae Regis, Joanni Georgio III. Principis Electoris Saxoniae primogenito desponsatur.

Eleonora Juliana filia Marchionis Onolsbacensis nata est.

Leopoldus Imperator ad Comitia Imperii venit Ratisponam.

Florent & sanctitatis famam Ordinem Benedictinum ornant Elisabetha Tripedi Conversa Ciminiae in Sicilia; Columba, Virgo Placentina; Agatha Volti Monialis Monasterii Charitatis Bivonae, singulae miraculorum ac revelationum gratias ditatae, quas crebrae comitabantur Caelitum visitationes; nec non Maria de Roccaforte.

Annus Christi 1664.

Cæsariani soluta obsidione Quinque-Ecclesias, Ungariae urbem, incendio tradunt, Canisiam frustra obsident: Nitria tamen & Leventium hosti extortae, Turcarumque exercitus cum clade 6000. fugatur. Haud diu post, hostis 300. Janizaros in modicam Muræ Insulam concubiâ nocte trajecit, inde ulterius in Serinianam Insulam promoturus, at Heroica virtus Comitis Strozzi, qui transmissio vado cum paucis suorum fulminis instar in illos invehit, omnes ad internecionem delevit. Sed festino pede adversa prosperis haeserunt, & medias inter lauros cupressi surrexere: nam dum Comes praefatus ejecto hoste militum suorum virtutem gratis & laudibus attollit, repente è vicino monte globus sclopeto excussus advolat, & viro heroico vitam adimit.

Turcae ad Neo-Serinianum castrum oppugnandum convertuntur, idque 30. Junii transcensis undequaque operibus vi armata sub oculis Christiani exercitus expugnant; miserandum spectaculum! cum de lectissimis militibus plus quam mille ducentos, aut hostile ferrum, aut Mura interjecta crudeli nece abriperet. E mille septingentis vix trecenti, relique magnam partem faucii, fati asperitatem evadere; mox Turcae loci occupati muros everterunt.

Primo die Augusti secuta victoria insignis Cæsarianorum Duce Montecuculio ad S. Gothardum, occisis cruentâ strage Barbarorum 16000. dum Arrhabonem fluvium trajicere satagunt: pax post dies decem à pugna inter Cæsarem & Ottomannos confecta.

Dirimitur controversia inter Alexandrum Pontificem, & Ludovicum Francorum Regem: caput pactorum, ut Pontifex Corsis à Sedis Apostolicae militiâ perpetuo abdicatis, pacis integritate memoriam in marmore Romae extare procuraret, Rex vicissim Avenionem, & Comitatum Vindalcinum nuper Ecclesiae ablatum eidem restitueret.

A Lusitanis capitur Alcantara urbs; ab hisdem caeli Hispani ad castrum Roderici: facta paulo post armorum suspensio inter utrosque. Erfordia reducitur vi armata à Joanne Philippo Moguntino Electore ad primae obedientiae sacramentum, cui se subducere jam à multis annis coeperat.

Obit inter venandum moribus fatalibus apri Nicolaus Serinius, heros sui ævi famosus.

Episcopus Monasteriensis graviter colliditur cum Hollandis, ob ademptum Eyderum castrum Embdensis in Frisia Comiti; eosdem inter & Anglos jaciuntur semina belli in mari per mutuas navium praedationes.

Die 15. Decembris coeptus videri in caelo ingens Cometes, caudâ oblongâ coloris plumbei occasum & septentrionem versus protensa, tardus in principio & sine, velox in medio.

Polonia foris victrix Moschorum, laborare incipit intestinis dissidiis ex nimio Reginae Mariae Nivernensis commercio cum Gallis. Qui hoc anno Igilgelium in Africa occuparunt urbem munitam Regni Algeriani, quos tamen Turcae statim iterum expulerunt: in discessu decem cohortes Legionis Piccardiae mari absorptae interierunt, 900. ægroti cum 36. tormentis æneis ac equis 150. barbaris in praedam cessere.

Pauluccius Altierius Sacro Cardinalium Collegio adscribitur, vir magni ingenii & fortunæ.

Natus est Franciscus Ludovicus Borbonius, Princeps Contiacensis, Armandi Borbonii filius secundò genitus.

Baruthum Gymnasio Christiano-Ernestino decoratur.

Moritur Georgius III. Dux Bregensis, filius Joannis Christiani & Dorotheae Sibyllae filiae Joannis Georgii Principis Electoris Brandenburgici.

Batavi ex Cajennensi Americae Meridionalis Insulâ à Gallis pelluntur. Angli rursus illis bellum indicunt, & commisso praelio navali victores evadunt.

Obit Carolus Josephus filius Ferdinandi III. Imperatoris, supremus Ordinis Teutonici Magister &c.

Preficium & Babotscha in Cæsaris veniunt potestatem, item Segestum.

Obit Augustus Henricus, filius Antonii Ulrici Ducis Brunsvicensis.

Galliae Rex foedus defensivum contrahit cum Electore Brandenburgico.

Natus est Mauritius Wilhelmus, filius primus ex nuptiis secundis Mauritiæ Ducis Clivensis.

Ferdinandus Comes Porcia, S. R. I. Principis titulo ab Imperatore honoratur.

Obit Mauritius Princeps Merseburgensis, Archiepiscopus Salisburgensis Principalis Commissarius Imperatoris pro Comitibus Imperii denominatur.

Turcae iteratis vicibus à Cæsareis ceduntur.

Angli Batavis vana loca in Africa eripiunt.

Obit Henricus Dux Gouliis.

Duciss. Aurelianensis filium enixa est.

Vivis

Annus Christi 1665.

Vivis subtrahitur Margaretha Sophia, Alberti Marchionis Onolsbacensis uxor, nata Comitissa Oettingensis.

Nata est Sophia Wilhelmina filia Principis Nassoviensis.

Turcae Vesprinium aggressi, multa suorum nece repelluntur.

Angli Novo Amstelodamo in America potiuntur.

Wilhelmus Princeps Nassovius ex incuria semetipsum globo sclopeti interimit.

Galli Coloniam in Insulam S. Laurentii mittunt.

Augustus Dux Saxo-Hallensis Gymnasium Leucopetrae fundat.

Galliae Regina filiam Mariam Annam in lucem edit, quae autem huic brevi subtrahitur.

Principis Electoris Brandenburgici uxor gemellos Henricum & Amaliam enixa est, quos tamen praematurè sibi morte praereptos luxit.

Decedit quoque Augustus Carolus, Ducis Brunsvicensis Antonii Udalrici filius, die 4. Augusti hujus anni natus.

Floret Joannes de Espinosa Abbas Archiepiscopatus Monserratenensis ac totius Hispanicae Congregationis Generalis, Episcopus inde Urgellensis, ac demùm Archiepiscopus Tarraconensis.

Item Jacobus Lentius S. Pauli in urbe Professor, ex Procuratore Generali in Archiepiscopum Complianum Neapolitani Regni assumptus.

Similiter Aegidius Colonna, Urbani VIII. & Clementis X. Summorum Pontificum sanguineus, ac Monachus Sublacentis, qui Archiepiscopus de Carbognano inde renunciatus est. Nec non Angelus de Nuce Professor & Abbas Sacri Montis Casini, primò ad Soranum, deindè Rossanensem in Calabria Archiepiscopatum evectus. Item Ildephonfus Garcia Monachus, Placentini in Hispania Episcopi Suffraganeus. Uti & Antonius de Soto Major, Asceta Sancti Salvatoris de Cella Nova, Abbas inde Montis Serrati prope Vennam Austriae, electus Episcopus Samandriensis in Ungaria. His demùm adjungendi sunt Benedictus de Rivas Episcopus in Indiis de Porto Rico. Josephus Sonier, Abbas S. Vincentii Congregationis Divi Vitoni & Hydulphi, Cellissimi Principis & Archiepiscopi Bisuntini Suffraganeus & Episcopus Andrevillensis. Victorinus de Aversa Episcopus Castri-maris & Ariani. Marinus Baduarius ex Monacho S. Georgii Majoris Venetiis Episcopus Polanus. Theodorus ex Cœnobio Sanctae Julinae de Padua Praeful Arbensis. Hippolytus de Mantua, Professor Benedictinus Monasterii de Podolyrone, Episcopus de Petra-Honori vulgò Bertinoro. Maurus Spinola, Vintimiliensis Antistes in Liguria, Monachus S. Catharinae de Janua. Alexander Pallavicinus, è Monasterio S. Joannis Evangelistae de Parma, vici S. Dominici Episcopus.

Subtrahitur vivis Aloysius Caraffa Abbas Casinensis, filius Fabricii Caraffae Ducis Andriae, Monasticae vitae exemplar & Magister absolutissimus.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Abdicatis, quibus in statu Clericali cumulatissimus fuerat, Episcopatus, cum Serenissima Maria Hedvige Augusta, Sulzbacensi Comite Palatinâ Rheni, conjugalem contractum in Archidux Sigismundus Franciscus Comes Tirolensis; sed ecce! dum fervent apparatus & studia connubialis festi, Hymenæo Libitina supervenit, & Princeps optimus in ætatis flore vivis per repentinum morbum eripitur. Cùm triduo antecedente Cometa, supra Regiam Oenipontanam conspectus, tristi comâ velut ad feretrum praeluxisset.

Romae Divis adscriptus ab Alexandro VII. Franciscus Salesius, Gebennensis Episcopus.

In Gallia jussi à Rege Episcopi & Ecclesiastici universi subscribere intrates menses Bullae Alexandri VII. contra Jansenistas; Hugonotæ verò vel esse Catholici vel esse ab officiis & artibus exclusi; censura Sorbonae adversus librum de infallibili Pontificis autoritate à Clero Gallicano fortiter repressa.

Dux Eboracensis frater Caroli, Anglorum Archithalassus, conerit classem Bata vicam.

Ab Hispanis rursùm conclamatum ad arma adversus Lusitanos, sed improspere; ad Villam Vitiosam castris exuti, fusi, fugatique, desiderarunt equites 2400. pedites 6000.

In colonia factioni Gallicae fortiter se opponit Lubomirskius Dux confœderatorum, sed à majore numero Regiorum obrutus, cedere vi & tempori tantisper cogitur.

Moritur Philippus IV. Hispaniarum Rex: Successor acclamatus Carolus II. puer quadriennis sub tutela & administratione matris & 6. Magnatum.

Par fatum subit Carolus Dux Mantuae.

Apud Sinas obit dierum & meritorum plenus P. Jo. Adamus Schall Soc. Jesu, Germanus, postquam per annos 43. labore & fructu incredibili defudasset in propaganda & excolenda Ecclesia Senensis.

Vivendi finem facit R. P. Joannes Bollandus Societatis Jesu, Hagiographus celebris, qui Sanctorum acta studiosè congregavit. Item Hieronyma Veramontia Virgo-Vidua Deo devota Asculi in Piceno. Naturae item debitum solvit Maria Catharina Julii Ernesti Ducis Brunsvicensis filia, conjux Adolphi Friderici Ducis Megapolitano-Suerinensis. Similiter Christianus Ludovicus Dux Luneburgico-Hanoveranus, nullis ex se prolibus relictis.

Natus est Joannes Reinhardus Comes Hanovius.

Bellum inter Sueciae Regem & Electorem Brandenburgicum exardescit, illius copiae prope Fehr-Bellinum ab hoc magna clade afficiuntur, Hagae Comitum bellum nomine omnium Confœderatorum contra Coronam Sueciae declarat.

Christianus Wilhelmus Marchio Brandenburgicus, Administrator Archiepiscopatus Magdeburgensis, vitam cum morte commutat.

Ordo Equestris S. Michaëlis in Gallia restituitur.

Diem obit in Hispania Dux Assidonis.

Item Princeps Porcia.

Holmiae foedus cum Galliae Rege renovatur.

X x x

Ludo-

Ludovicus Bavariz Electoris filius nascitur.

Wilhelmo Principi Arausiz, dictus Principatus à Rege Galliz restituitur.

Leopoldinum in Ungaria superiore fortalium extrui cœptum.

Joannes Georgius filius secundus ex uxore secunda Mauritio Duci Saxo-Citiensi natus est.

Imperator Romanorum Legationem solennem mittit Constantinopolim; vicissim venit Legatus Turcicus Viennam.

Obit Maria Elisabetha Landgravia Hassiz, nata Ducissa Holsato-Slesvicensis.

Albertus Marchio Onolsbacensis matrimonium consummat cum Christina Marchionissa Badensi.

Stabilitur pax per interpositionem Archiepiscopi Colonienfis, Electoris Brandenburgici & Sueciz Regis, inter litigantes Duces Brunsvicenses & Luneburgicos.

Dux Bellofortius Algerianis piratis multas naves eripit, pluresque submergit.

Joannes Casimirus filius Joannis Adolphi Ducis Bipontini ex linea Kleeburgensi, Lubeca nascitur.

Vivis valedicit Maria Anna filia Ferdinandi II. Imperatoris, uxor Maximiliani Electoris Bavariz.

Episcopus Monasteriensis Batavis Borekenloun aliaque loca munita vi armorum eripit.

Christianus Albertus Dux Holsato-Gottorpiensis Universitatem Kilonii fundat.

Facta inter fratres divisione, Joannes Fridericus Dux Brunsvico-Luneburgicus, adit regimen Principatus Calenbergensis, Grubenhagenensis & Transylvani.

Antonio Udalrico Duci Brunsvicensi filius sextus, Augustus Franciscus nascitur.

Eberhardus Comes Frisiz Orientalis numero S. R. I. Principum adlegitur.

Georgius Albertus Marchio Culmbacensis cum Sophia Maria Comitissa Solmeasi secundas nuptias contrahit.

Hocquincurtius Eques Gallus pugnans una navi Veneta, Turcarum triremes triginta tres in fugam vertit.

Obit Julius Henricus Dux Saxo-Lauenburgicus.

Anglia seva peste exagitur, adeo ut Londini duntaxat, intra sex mensium spatium, hominum 97000. interierint.

Claret Julius Odescalculus è Monasterio Benedictino S. Petri Ingrassiate, Episcopus Novariz, Innocentii XI. Pontificis Summi frater germanus.

Annus Christi 1666.

Nascitur Maximilianus Wilhelmus Ernesti Augusti Electoris Brunsvico-Luneburgici filius.

P. Petrus Suarez Soc. Jesu, odio religionis occiditur in Insulis Marianis.

Margarita Hispanica despondetur Romanorum Imperatori Leopoldo, & die quinta Decembris solenni pompa Viennam ingreditur.

Tentata à hoc anno à Venetis Cydonia, ut Turca ab obsidione Candiz diverterentur, sed insultu inutili, quem tamen paulo post compensavit præda 12. navium plenarum commeatibus, quæ classis Venetæ Præfectus in Maliaco sinu potitus fuit. Candia præterea novo milite firmata adversus Barbaros.

Hollandi ope Gallorum pacem extorquent ab Episcopo Monasteriensi, non tamen victoriam ab Anglis, à quibus ad oram Tamefis tantam iterum sunt cladem passi, ut per omnia penè Oceani littora dispersæ natarent reliquæ diffractarum navium.

In Polonia adactus est Lubomirskius cum fœderatis ad petendam à Rege Casimiro pacem, & deprecandam factorum veniam: evicit nihilominus, ut meditata successoris in Regnum intrusio proscriberetur, & integra Ordinibus assereretur libertas, eligendi post abdicacionem vel mortem Regis ad coronam, quem maleissent Poloni.

Regina Christina remeavit in Sueciam, ut interesset Holmiz Regni Comitissis pro Rege Caroli inauguratione, & reservata sibi jura facta testaque tueretur.

Comes Ballassus rebellis Ungarus post incensa & occupata oppida plurima, opemque Turcarum necquicquam imploratam, à Regni Palatino cæditur, & Viennam ad pristinos carceres remittitur.

Civitas Bremensis post tolerata incommoda plurima ab Imperio tandem avellitur, & Sueco subjicitur.

Londini improvise incendio conflagrante domorum 15000. præter Ecclesias 84. aliasque ædes complures usui publico destinatas.

Decedit Georgius Lippai Archiepiscopus Strigonienfis, prudentiâ, liberalitate ac pietate insignis.

Nascitur Victor Amadeus II. Dux Sabaudiz.

Alphonsus Henricus Lusitaniz Rex, conjugium init cum Maria Elisabetha Francisca, Caroli Amadei Sabaudi, Ducis Nemorolini filia.

Moritur Anna Austriaca, Philippi III. Hispaniarum Regis filia primogenita, Ludovici XIII. Galliarum Regis vidua. Item Dux Armandus Borbonius, bellicâ virtute & scientiâ excellens, scripsit manu propriâ tractatum de obligatione personarum in dignitate constitutarum, erga Deum, proximum & seipos.

Natus est Urbanus Barberinus Princeps Prænestinus & Hispaniz Grandis.

In Eugubino Conventu FF. S. Augustini in Umbria, translatum fuit corpus Beati Petri Eremitæ ejusdem Ordinis, quod integrum inviolatumque fuit inventum, cum eodem habitu vili & rudi, cum quo ante tot annos primum fuit sepultum, non absque insigni miraculo virtutis, ex ipso corpore ad vestem derivatæ. In Act. SS. Bollandi.

Angli Batavos ex India Occidentali pellunt, & Danis bellum indicunt. Batavorum classis e contra Angliz littora infestat, variasque naves bellicas comburit.

Maria

Maria Eleonora Rosalia, filia Caroli Eusebii Principis à Lichtenstein, nubit Joanni Sigfrido Principi ab Eggenberg.

Inter Principem Electorem Brandenburgicum, & Comitem Palatino-Neoburgensem lis de successione in Ducatum Juliacensem componitur.

Galliz Rex cum Batavis fœdus iniens, Anglis bellum denuntiat.

Turcarum Imperator Leopoldo Imperatori Romanorum Bibliothecam Mathiz Corvini quondam Ungariz Regis dono dat, quæ Viennam transportatur.

Reges Angliz & Sueciz Londini tractatum commerciorum ineunt.

Obit Regina Lusitaniz, Joannis quondam Regis vidua.

Princeps Elector Brandenburgicus & Sueciz Rex fœdus faciunt defensivum.

Angli pelluntur ex Insula S. Christophori.

Obit Cardinalis Medicæus.

Ludovicus, Principis Electoris Brandenburgici filius, Cliviz nascitur.

Item Ivan Joannes filius Magni Ducis Moscoviæ; nec non Maria Sylvia Brabantina filia Principis de Tarante. Enixa quoque est filium Ducis Eboracensis conjux.

Ex vita decedit Christina Margaretha, uxor Christiani Ducis Megalopolitano-Suerinensis; mortalitatis se Comitem jungit Joannes Georgius filius Ducis Citiensis.

Imperator Comitem Philippum de Croy Principis titulo ornat.

Sophia Dorothea Principis Electoris Brunsvico-Luneburgici uxor Cellæ in lucem editur.

Vivos relinquunt Augustus Dux Brunsvico-Guelpherbythianus, & Georgius Albertus Marchio-Culmbacensis.

Ludovicus Henricus Comes Palatinus Simmerensis nuptias celebrat cum Martha Principe Arausicana; item Joannes Georgius Principis Electoris Saxoniz Primogenitus, Hafniz cum Anna Sophia, Daniz Regis filia.

In lucem editur Christianus Augustus, Ducis Citiensis filius; item Maximilianus Wilhelmus filius Ernesti Augusti Ducis Brunsvico-Luneburgici.

Daniz Rex, Belgæ Confœderati, Princeps Elector Brandenburgicus, Duces Georgius Wilhelmus & Ernestus Augustus fœdus ineunt defensivum.

Denascitur Augustus Franciscus, Antonii Ulrici, Ducis Guelpherbythiani filius natus minimus, luctum mitigat nativitas filiz Augustæ Dorotheæ.

Annus Christi 1667.

Galli Insulas Flandriz urbem occupant, similiter Tornacum, Aldenardum, Cortracum, & alia non pauca, nec minoris momenti oppida, tam incuriis defensionis propriæ Hispaniz, ut vix pauculas tandem copias objecerint torrenti Gallico.

Natus est Leopoldo Augusto ex conjuge Margarita Hispanica Ferdinandus, Wenceslaus, Leopoldus, Michael, Elzearius. Patrini fuere R.P. Brentano Epitome Chronologica.

Rex Hispaniarum & Imperatrix vidua, compatrinus Dux Lotharingæ.

Moritur Albertus Dux Bavariz. Eodem anno luxit Ratispona suum Principem & Episcopum Adamum Laurentium, cui in sede sufficitur Guidobaldus Archiepiscopus Salisburgensis, paulo post etiam creatus S.R.E. Cardinalis. Eundem honorem Spinolæ Pontificio Legato Viennæ Cæsar obtinuit.

Moritur Cardinalis Ernestus, Comes de Harrach, Archiepiscopus Pragensis: post ipsum à Cæsare nominatus Comes Guilielmus de Kolovvath, sed vix delibata dignitate, priusquam confirmationem acciperet, vivis ereptus. Successit Mathæus Ferdinandus à Bilenberg, Ordinem S. Benedicti Braunæ professus, qui ex Abbate ad S. Nicolaum Pragæ promotus erat ad Episcopatum Reginzhradecensem.

Diem Romæ supremum obiit Alexander VII. Pontifex Maximus, cui sequenti Junio suffectus Julius Cardinalis Rospigliosus, dictus Clemens IX.

Delusis tandem longo tractuum involucro Venetis, arctius premi incipit Candia à Turcis.

Horrendus terræ motus concutit Dalmatiam, subversa Raguzæ pars maxima: periire omnes incolæ, præter 400. & moniales 60. quæ extractæ fuere ex minis, in quibus triduo jacebant semisepultæ, aliæ quædam civitates penitus absorptæ, & solo æquatæ.

Post incensam à Batavis Anglorum classem in Tamefi, sancitur pax inter ambas gentes iis pactis, ut retineret, quæ pars alterutra flagrante bello occupasset.

Moritur Gandavi Godefridus VVendelinus, Canonicus Tornacensis vir litteratissimus, ac Patriarum antiquitatum studiosissimus; item Nicolaus Sanson Geographus insignis, ex Abbavilla natus.

Morbillis ex Italia redux 22. Octobris extinguitur Albertus V. Marchio Onolsbacensis.

Naturæ debitum solvit Leo Allatius, Summi Pontificis Bibliothecarius, vir in Antiquitatibus egregiè versatus. Non modicam impendit operam in uniendis cum Latina Ecclesia Græcis. Plura ejus extant monumenta ingenii: Catena SS. PP. in Jeremiam; Eustachius Antiochenus in hexameron; apes Urbanæ; de Mellis; de Georgiis; de Simeonibus, Monumentum Adulitanum Ptolemæi III. de Patria Homeri; Vindiciæ Synodi Ephesinæ; De octava Synodo Photiana; de mensurâ temporum antiquorum. De libris Ecclesiasticis Græcorum; De Ecclesiis Occidentalis & Orientalis perpetuo consensu; Consultatio fabulæ de Joanna Papissa; Libanii Orationes, Procli Diadochi Paraphrasis in Ptolemæi Lib. IV. Socratis, Antisthenis &c. epistolæ; Sallustii Philosophi Opusculum de Diis & mundo; Philo Byzantius de septem orbis spectaculis; Excerpta varia Græcorum Sophistarum & Rhetorum, Orthodoxæ Græciæ scriptores, Symmicton liber &c.

Pragæ in Bohemia vitam cum Professura deponit Rodericus de Arriaga, natione Hispanus, Soc. Jesu Sacerdos, relinquens post vitæ cursum absolutum cursum Philosophicum & Theologicum, quo adhuc inter Philosophos & Theologos doctæ vitæ vestigia reliquit.

Ferdinandus Albertus Dux Brunsvico-Guelpherbytanus matrimonio sibi jungit Christianam Friderici Landgravii Hassiæ filiam.

Wratislaviæ moritur Princeps Lubomirskius. Poloni cum Moscis tredecim annorum armistitium ineunt.

Regis Daniæ Primogenitus cum Carolina Amalia Landgravia Hassiæ - Castellana desponsatur.

Prælium cruentum committitur inter Persas & Turcas, ceciderunt horum 28000. cum septendecim exercitibus Primoribus: illi 7500. desiderarunt.

Vitæ subtrahitur Ludovica Henrica Principis Electoris Brandenburgici prima uxor, Friderici Henrici Principis Arausicani filia.

Galli obsidionem Teneramundæ solvere coguntur.

Editur in Gallia Codex Ludovicianus. Eduardus Ducis Eboracensis filius nascitur.

Christianus Albertus Dux Holsato-Gottorpiensis nuptias celebrat cum Friderica Amalia Regis Daniæ filia.

Mundi lucem primò aspicit Sibylla Maria filia Christiani Ducis Merseburgensis.

Imperator cum Statibus Imperii suppetias Hispaniæ Regi contrà Gallos decernit.

Ferdinandus Albertus Dux Brunsvicensis, cum Christiana Landgravii Hassiæ-Eschveggii filia matrimonium init.

Joanni Adolpho Comiti Palatino Bipontano filius Gustaphus Casimirus gignitur.

Annus Christi 1668.

Fundatur Universitas Lundinensis in Scania. Nascitur Sophia Charlotta, filia Ernesti Augusti Electoris Brunsvico-Lüneburgici.

Moritur Magdalena Sibylla, Friderici Wilhelmi Ducis Saxo-Altenburgici conjux, anno ætatis 50. item Guidobaldus S. R. E. Cardinalis. Archiepiscopus Salisburgensis, cui succedit Maximilianus Gandolphus Comes de Kienburg.

Alphonfus Lusitanæ Rex & Regno & uxori ineptus iudicatus, utrumque fratri Petro concedere cogitur.

Casimirus Rex Poloniæ renuntiat Regno, & posita corona contendit in Galliam, ubi vitæ reliquum privatus exegit.

Rex Galliarum Burgundiam invadit, & intrâ paucas hebdomadas per ignaviam & perfidiam Provinciæ Primatum in potestatem redigit; rediit tamen eodem adhuc anno Provincia ad priores Dominos ex conditionibus pacis paulò post secutæ, quæ Burgundiam asseruit Hispanis, Gallis verò, quidquid ab iis in Belgio erat occupatum.

Sufficitur Polonico Throno Michaël Korbuth Dux Vifnovicensis, cui, sui quasi incurio, dissidia aliorum circa exteri alicujus Principis electionem coronam imposuerunt.

Laurentius Cornelius Classis Venetæ Præfectus potitur insigni victoriâ de classe Turcicâ ad Fodellam,

Clemens Pontifex tres Regularium Ordines suppressit, ut ex divenditis eorum patrimoniis æs collectum, quod excurrit ad nongenta & amplius Ducatorum millia cederet Venetorum Reipublicæ pro levandis expensis, quas ferebat in defendenda Candia.

Sancita pax inter Hispanos ac Lusitanos. Lusitani dicti liberi, & ab ignominia rebellionis absoluti; restituta omnia, quæ utriusque fuerant Regni, antequàm coalescerent in unum tempore Philippi II. excepto Ceutæ fortalicio, quod Hispanorum juri relictum est.

Moritur Ferdinandus Wenceslaus, Cesaris Primogenitus; fortuito incendio Palatii Cesaris pars maxima conflagrat; lenivit jacturam ædium insigne miraculum, quo DEUS suæ Crucis particulam medios inter ignes illasam voluit; in cuius portenti memoriam Eleonora Ferdinandi III. Imperatoris vidua instituit adinstar Equestrum Ordinum Nobiliorum societatem mulierum, quarum pietati præcipuè incumberet Crucem venerari, gestato labaro aureo ceu numismate, quod ex humero sinistro penderet.

Parisiis Marechallus Turennius publicè abjurato Calvinismo Romanam fidem professus fuit.

Moritur Philippus Brietius Geographus celebris, patriâ Abbavillanus in Picardia; item Magdalena Sibylla, Friderici Wilhelmi Ducis Altenburgensis uxor.

Maximilianus Bavaricæ Dux nuptialia festagat cum Ludovica Turria, Friderici Mauritiæ Ducis Bullionensis filia.

Imperator cum Rege Sueciæ fœdus defensivum quinquennale init; in honorem Deiparæ colossum insignem poni jubet.

Nata est Amalia Antonia, filia Antonii Ulrici Ducis Brunsvico-Guelpherbythiani; brevi autem moritur.

Princeps Elector Brandenburgicus secundas nuptias facit cum Dorothea Christiani Ludovici Ducis Brunsvico-Cellensis viduâ.

Fridericus Henricus, Mauritiæ Ducis Citiensis quartò genitus, in mundi lucem editur.

Decedit Princeps Gonzaga Imperatoris Consiliarius intimus, & Consilii Aulico-bellici Præses.

Galliæ Regina Duce[m] Andegavensem enixa est.

Joannes Fridericus Dux Brunsvico-Lüneburgicus matrimonium init cum Benedicta Henrica Philippa Eduardi Comitis Palatini filia.

Inter Principem Electorem Palatinum & Lotharingiæ Duce[m] dissidium oritur.

Ernesto Augusto Duci Brunsvico-Lüneburgico filia Sophia Carolina gignitur.

Joannes Georgius hujus nominis IV. post eâ Saxonie Princeps Elector nascitur.

Vivere desit Ferdinandus Leopoldus Archidux Austriæ, Imperatoris frater.

Decedit Matthæus Ferdinandus à Bilenberg, ex Monacho & Abbate Benedictino primùm Regino-Græcensis Episcopus, deindè Archiepiscopus Pragenis.

Floret Nicolaus Merlo Horæius; Monasterii S. Pantaleonis Colonie olim Prior designatus, Suffraganeus Hildesienfis.

Annus Christi 1669.

Nascitur Carolus Philippus Ernesti Augusti Electoris Brunsvico-Lüneburgici filius.

Lues in Amboina Indiæ Orientalis insula, magnam hominum copiam vivis subtrahit.

Moritur P. Franciscus Anna Beauvau Soc. JEsu, è Regum Galliarum sanguine Lotharingus, qui conjuge cum amplissimis fortunis relicta, filium primogenitum & seipsum DEO consecravit, & laboribus missionum inter rucolas insudavit.

Diem vitæ extremum claudit Fridericus Wilhelmus Dux Saxo-Altenburgicus.

Salisburgi Montis Monachorum latus, quod plateæ Gtottenfi imminet, pede per accolarum excavationes in dies magis magisque debilitato, intrâ secundam & tertiam horam matutinam diei 16. Julii repente solvi cœpit, & ingenti subsidentium saxorum ruina totum Archiepiscopale seminarium cum æde D. Marco sacra, ac anteriori parte sacelli B. Virginis, simulque tredecim domos evertit; ultra 200. capita hæc ruina involvit, inter quæ Alumni 16. & tres PP. Benedictini; quatuor ex alumnis vivi è ruinis extracti & servati fuere: exiguo post intervallo consecuta est nova saxorum depluentium grando, quæ complures spectandi aut juvandi gratiâ præsentis oppressit.

S. Montis Andecensis à Sacratissimis Reliquiis famosum Benedictinæ familiæ Cœnobium fulmen summæ turri illapsum absumpsit. Sacro tamen cimeliarchio medios inter ignes illæso.

In oppido Schvvacensi tribus leucis Oeniponto distante ignobilis rivus illud interluens, à nubium subitanæ resolutione in proximis Alpibus ita intumuit, ut ingenti cum fragore saxa prægrandia secum volvens, ad 30. ædes subvertit magnâ hominum strage.

Obiit Clemens Nonus Pontifex Maximus; succedit Æmilius Altieri, dictus Clemens X.

Nata est Cæsari Leopoldo filia Maria Antonia Josepha Benedicta Rosalia Petronella: econtrâ biduò post denata est Oeniponti Archiducissa Maria Magdalena anno ætatis decimo quarto.

Moritur Philippus Fridericus Comes Breuner Episcopus Viennensis, cui succedit L. B. de Wallerdorff. Judæis migratio ex Viennâ indicitur.

Cessit hoc anno Turcis famosa illa Candia: culpa deditio[n]is rejecta potissimum in Gallos, qui inopinato suo discessu urbem, dum maxime laborabat, destituerunt. Postquam prius per inconsultam & omnino temerariam eruptionem florem militiæ ferro Turcico mactandum objecerant. Obsidio triennis absumpsit Christianorum 29000. Turcarum verò 70000. præter rusticorum & captivorum 38000. qui in suffodiendis caniculis, & excandis suggestibus operam præstare erant coacti.

Factis SS. adscripti sunt Petrus de Alcanta-

ra Ordinis S. Francisci, & Magdalena de Pazzis Menialis Carmelitana.

Recruduere tumultus in Hispania concitato potissimum Joanne Austriaco: petitus præcipuè Nithardus Reginæ Confessarius, quod plus, quàm vellent Hispani, admoventur negotiis Regni; undè ut invidiam declinaret Vir prudens, primùm aulam, tum etiam ipsum Regnum reliquit: Joanni Austriaco delata administratio Regni Arragoniæ.

Mons Æthna renovavit antiquos Siciliae terrores mense Martio, dum in plures voragines apertus circumquaque ignes, saxa & cineres evomeret; aliquot vicinis pagis; repetitis terræ concussionibus, aut quassatis, aut attritis.

Pax Gallos inter & Hispanos stabilitur.

Stephanus Radzin magnas in Moscovia turbas concitat, Casanum & Astracanum Regnum sibi subjicit, captus deindè perfidiæ pœnas morte luit.

Æmilius Altierius à Clemente Papâ IX. sacra purpurâ ornatur, futurus postea Pontifex summus.

Fanum S. Michaëlis Archangeli in Moscovia, ferè totum in flammis abit.

Parisiis apoplexiâ tactus obiit Antonius d' Aumontio-Estrabonnensis. Par & Marechallus Franciæ, Vir militari peritiâ insignis.

Decessit Georgius Wilhelmus, filius Caroli Comitis Palatini Rheni, lineæ Birckenfeldicæ: & Henrietta Maria Caroli I. Angliæ Regis uxor, Henrici IV. Galliarum Regis filia.

Joanna Beatrix filia Caroli Eusebii Principis à Lichtenstein, nubit Maximiliano Jacobo Principi à Lichtenstein.

Imperatori Viennæ insidiæ per venenum ponuntur.

Joannis Adolphi Ducis Bipontini uxor, Christianam Magdalenam filiam parit: uxor verò Electoris Brandenburgici filium Philippum Wilhelmum.

Buda vix non tota conflagrat. Depositus Lusitanæ Rex Alphonfus ad Terceram Insulam transportatur.

Maria Ducissa Gurlandiæ Wilhelmo Principi Hassiæ-Castellano desponsatur.

Hæc Comitum tractatus commerciorum inter Lusitanos & Batavos perficitur.

Henrica Maria Regina vidua Angliæ, Henrici IV. Galliæ Regis filia, diem vitæ claudit extremum; item Anna Maria Augusti Ducis Saxo-Hallensis uxor.

Candia Insulæ cognominis Metropolis in Turcarum redigitur potestatem.

Michaël in Poloniæ Regem coronatur. Nata est Henrica Christiana filia Antonii Ulrici Ducis Brunsvicensis.

Obiit Francisca Emmanuelis Lotharingiæ Ducis filia, uxor Ducis Vindocini.

Magdalena Sibylla Augusti Ducis Saxo-Hallensis filia Friderico Duci Gothano desponsatur.

Obiit Princeps Radzivilius. Princeps Taffileta Regnum Fessanum & Maroccanum subigit.

Floret Joannes cognomento Emmanuel ex Abbate Monferratenfi primò Episcopus Urgellitanus, deindè Archiepiscopus Tarraconensis.

Item Ignatius, sive Eneco de Arroyo, qui Monferratenſis propè Viennam Auſtriæ aliquamdiu Prior, indè in Hiſpanias revocatus, creatusque Abbas S. Adriani in Regno Arragoniæ, tum S. Victoriani in eodem Regno: demùm in Saſſaritanum in Sardinia Archiepiſcopum eſt aſſumptus.

Annus Chriſti 1670.

Leopoldo I. Romanorum Auguſto piſſimo, in dapibus venenum miſcetur, ſed quia indè non comedit, mortis laqueos evaſit.

Moritur P. Nicolaus Zucchi, Soc. Jeſu, Italus, Magnus Prædicator, & Vineæ Chriſti operarius, qui innumeras DEO animas laboribus Apoſtolicis DEO lucratus eſt, poſt mortem miraculis illuſtris.

P. Ludovicus de Medina, Soc. Jeſu, à barbaris, ob prædicatum Chriſtum crudeliter in Inſulis Marianis, olim Latronum dictis, interficitur.

Die 17. Julii intrà tertiam & quartam matutinam ingens terræ motus omnem ferè ſuperiorem Germaniam, præcipuè Noricum concuſſit.

Dùm in arce Juvavienſi tres balliſtarii tyrones fabricandis pyrobolariis artiſciis dant operam: die 17. Septembris repentè à mallei fortiori icu ſcintilla exiliit, quæ extemplo pulverem nitratum hinc indè ſparſum, mox & pyrobolos corripuit: unus confeſſim exanimatus penè totus in cineres abiit: duo laboris ſocii, miſerè tamen uſulati, per fores evaſerunt, quorum alter poſtridiè fuit extinctus: Magnum fuit arci & urbi periculum ab igne jam totam officinam populato & altum emicante; ſed & hoc accurrentium induſtriâ in tempore reſtincto, arx & urbs ſecuritati reddita fuere.

Joannes Franciſcus, Comes de Preiſing in Hohenſchau inſtituitur, Epifcopus Chiemeniſis.

Wenceslaus VVilhelmus, Comes de Hofkirchen fit Epifcopus Seccovieniſis.

Detecta hoc anno conjuratio periculoſiſſima, quam cuderant nonnulli Magnates Ungariæ adverſus Leopoldum Cæſarem, eumque Regem Ungariæ. Conſpirationis primipili Petrus Zrinius, Franciſcus Frangipanius, Franciſcus Nadaſkius Comites, cum Eraſmo Comite Tattenbachio Styrio in vincula conjeſti, urbes & arces, quæ rebellibus ſecretò vel favebant, vel favere meditantur, terrore & armis aut cohibita, aut ad officium reducta; Ungaria tota, quam antea quaſi precario adminiſtrabat Leopoldus, inſeſſa milite Germano.

Tumultuatum pro more in Polonia in dictis antecomitialibus. Ratihabitu tamen matrimonium Regis cum ſore Cæſaris, & ſancita pax cum Duce Moſchorum, rebellesque Goſacci cum ſuo Ductore Dorofenſckio victi & fugati.

Gravius ſævitum à Meſſanenſibus adverſus Pro-Regem alioſque Miniſtros regioſ, quorum alii fuere à Senatu urbico incluſi in carceres, alii aſſiſti equuleo, alii ejeſti in exilium.

Lotharingia repentinâ invaſione obruitur à Gallis, ægrè elapſo hoſtium manus ipſo Duce Carolo hujus nominis IV. cujus frater Franciſcus, qui primùm Cardinalis & Tullenſis Epifcopus, poſtea renunciatâ purpurâ & inſulâ factus eſt

conjux Conſobrinx Claudiæ, & Caroli V. Magni illius Archiſtrategi parens, deceſſit hoc ipſo anno Viennæ.

Ferdinandus Carolus Dux Mantuæ accipit inveſtituram Ducatus Vaſtalleniſis à Cæſare ex occasione matrimonii, quod contraxit cum Maria Duciffa Vaſtalleniſis.

In Dania obiit Fridericus hujus nominis III. Princeps ingenio mitis, & religioni ultrâ Principum curas addiſtus, cujus rationes & momenta crebris lectionibus ſcrutabatur, hoc uno infelix, quod mentis dubiæ ſcrupulos nemo Catholicus abſterſerit. Succreſſit in Regno Chriſtiænus V.

Moritur Alexius Alexovvicius filius Magni Ruſſiæ Monarchæ: Similiter Franciſcus Annatus ex Soc. Jeſu, Theologus inſignis, Ludovici XIV. Galliæ Regi a confeſſione, inſignis Janſeniſtarum Antagoniſta. Scripſit de ſcientia media contra novos ejus impugnatores, unâ cum exercitatione ſcholæſtica ſub nomine Eugeniæ Philadelphi, & appendice ad Guilh. Camerarium; Auguſtinum Abaianum vindicatum &c.

Rex Ardræ in Guinea, Legationem mittit ad Galliæ Regem, ad ſtabilienda Gallorum in Regno tuo commercia.

Cofacci Aſtracanum urbem per proditorem capiunt; incolarum primariis & belli Officialibus morte diris que tormentis vexatis.

Moritur Robertus Dux Barbançonius, Imperator cum Hiſpaniæ Rege & Bataviæ fœdus init.

Obiit Georgius Monckius Dux, Caroli II. Angliæ Regis Archithalaſſus.

Nascitur Sophia Amalia, Duciffa Hoſſato-Gottorpieniſis; Ferdinandi Alberti quoque Bevereniſis Ducalis domûs filio augetur Leopoldo Carolo, qui autem poſt aliquot menſes à morte præripitur.

Judæi Imperatoris edicto ex Vienna præſcribuntur.

Imperatrix filium Joannem enixa eſt, qui autem paulò poſt vivis ſubtractus fuit.

Uxor Joannis Friderici, Ducis Brunſvico-Luneburgici, filiam Annam Sophiam parit.

Marchio Martellus Archithalaſſus Galliæ Regis, Algerianos piratas ad pacem petendam cogit.

Mediante Galliæ Rege inter Sabaudiæ Ducem & Januensem Rempubliam tractatus pacifici ineuntur.

Guſtavus Emmanuel filius Comitum Palatini Bipontani in lucem mundi prodit.

Clemens Papa X. ex Familia Altiſſima S. Petri thronum conſcendit.

Natus eſt Fridericus Auguſtus filius Principis Electoris Saxoniz, nunc Poloniæ Rex &c.

Vitam cum morte commutat Magnus Heſtruriæ Dux.

Fridericus Magnus Marchio Badeniſis nuptias celebrat cum Auguſta Maria filia Ducis Hoſſato-Sleſvicieniſis.

Natus eſt Leopoldus Eberhardus, Dux Württembergicus.

Ad æternitatem abit Erdmudis Sophia Marchioniffa Barutheniſis.

Annus Jubilæi Romæ ſortitur initium. Obiit

Obiit Philippi Ducis Aurelianiſis uxor Anna, Caroli I. Angliæ Regis filia.

Eſſecium Imperatoris ſe ſubjicit poteſtati.

Nata eſt Sophia Ludovica filia Landgraviæ Haſſo-Darmſtadieniſis.

Callovia & Eperies à Cæſareanis occupantur.

Defuncti Palatini Ungariæ vidua, Cæſareum præſidium in Muranum admittit.

Princeps Elector Coloniſis peregrinationem luſcipiens Lauretum, in Summi Pontificis, uti & Venetorum ditone ſplendide excipitur.

Motus Calvinistarum in Gallia Regis prudentiâ ſedantur.

Dux Judæorum Synagogæ Viennæ ritu ſolenni in Sacella S. Leopoldi & S. Margarethæ conſecrantur.

Nata eſt Maria Anna Theſſia Duciffa Saxo-Lauenburgica: ſimiliter Wilhelmus Princeps Naſſovio-Dillenburgicus.

Eleonora Maria Imperatoris ſoror in Poloniæ Reginam coronatur.

Fridericus Landgravius Haſſo-Caſſellanus in thori conſortem adoptat Ludovicam Elſabetham Ducis Curlandiæ filiam.

Nascitur Maria Sophia filia Mauritiæ Ducis Citiſis. Item Maria Amalia filia Principis Electoris Brandenburgici.

Obiit Pariſiis Wilhelmus filius Landgraviæ Haſſo-Caſſellani.

In mundum prodit Anna Sophia filia Ducis Saxo-Gothani.

Pax inter Crimæos Tartatos & Magnum Moſcoviæ Ducem initur.

Taſſileta varia Africa loca occupat.

Stephanus Razin Moſcus rebellis, Caſanum & Aſtracanum Regnum occupat.

Decedit Venerabilis Maria Joanna Bonhomia, Monialis Ordinis noſtri, quam Chriſtus è cælo descendens, ſtipatus agmine 12. Patriarcharum & Prophetarum, duodecim item Apoſtolorum, duodecim pariter Martyrum, totidemque Confeſſorum & Virginum, præſente inſuper Deiparâ, ſibi ſponſam copulavit.

Annus Chriſti 1671.

Chriſtianus Erneſti Auguſti, Electoris Brunſvico-Luneburgici, filius nascitur.

In Moravia Catholica fides ingens ſumit incrementum.

Sexaginta Gentilium millia, in Latronum Inſulis Chriſtiana ſacra intra duos annos ſuſcipiunt.

In urbe Monaſterienſi, incendium 400. ædes, non annumeratis Eccleſiis ac Monaſteriis abſumit.

Famofus Moſcoviæ rebellis Stanko Rarzin, qui Aſtracanum & omnem latè regionem populatus erat, tandem in caſſes incidit, & Moſcoviæ innumeras cædes & rapinas rotæ ſupplicio luit. Aſtracanum quoque à Moſcis recipitur.

Clemens X. Beatos Cœlites Franciſcum Borgiam, Bertrandum, Cajetanum, Philippum Benitium, Roſam Limanam, inter Sanctos reſert. Cæſari verò Eſtreenſi Gallo Cardinalitiam conſert dignitatem.

Poſt longos ſed inutiles queſtus, conjuratae rebellionis pœnas dederunt ſupplicio ultimo captivi Magnates Hungariæ. Poſt cædem mutatus ſtatus Ungariæ, ſuppreſſis nonnullis officiis, quorum authoritate vel cœpta vel promotæ fuerat rebellio: templa ab hæreticis repetita, eorum miniſtri, quod de juſtitia Cæſaris malè loquerentur, ex Regno faceſſere juſſi, arces inſuper nonnullæ exſtructæ, quibus gens lubrica fidem ſuam teneret.

Lotharingiam fruſtrâ repetit à Rege Galliæ Cæſar per ablegatum Comitem Windiſgrazium exuli Duci Carolo.

Tumultuatum hoc anno iterùm, iterùmque ac tertio Meſſanæ, non ſine cædibus ac incendiis, jam à popularibus adverſus Nobiles ob caritatem annonæ, jam à Nobilibus adverſus Miniſtros Regios prætextu conſervandæ libertatis, quam à Præfecto rerum militarium inductione militis Hiſpani imminutum iri querebatur Nobilitas.

Nec Rhenus inferior vacavit tumultibus orta diſſidia inter Electorem & Civitatem Coloniſem: Electore patrociniæ Ludovici, Civitate Leopoldum libertatis vindicem interpellante. Hujus armis ſub Marchione de Grana reſpreſſus conatus eorum, qui in turbido piſcari nitebantur.

Dum Polonia laborat inteſtinis diſſidiis, Turcæ juncti rebellibus Coſacis irrumpunt in Volhyniam, & Podoliam, capiuntque Camnieckam, etiam poſituri Leopoli, niſi pax ignominioſa non minus quam damnosa obſidionem ſolvillet.

Moritur Antonius Barberinus S. R. E. Cardinalis, Archiepiſcopus & Dux Rhemenſis, Par & Magnus Franciæ Eleemoſynarius. Item Carolus Otto Comes Palatinus Rheni lineæ Birckenfeldicæ, quæ cum eo quoad virilem ſexum extincta eſt.

Rudolphus Auguſtus Dux Brunſvicieniſis Brunſvicum urbem plenè ſui juris facit.

Natus eſt Ludovicus Rudolphus filius Antonii Ulrici Ducis Brunſvico-Guelpherbytiani. Mundi ſimiliter lucem aſpicit Carolina Felicitas Joannis Friderici Ducis Luneburgico-Hanoverani filia. Item Sophia Ludovica filia Marchionis Byruthieni.

Denascitur Anna Maria filia Ducis Saxo-Hallenſis. Similiter Leopoldus Marchio Badenſis.

Joannes Adolphus Dux Hallenſis ſponſalia inquit cum Joanna Magdalena filia Ducis Altenburgeniſis.

Joannes Fridericus Dux Brunſvico-Luneburgicus nativitate filia Carolinæ Felicitatis exhilaratur.

Mortuo Domino de Perſixe, à Rege Galliæ Harlaeus Archiepiſcopus Pariſienſis denominatur.

Decedit Anna Sophia filia Ducis Brunſvico-Luneburgici. Item Anna Hyde conjux Ducis Eboraceniſis.

Contra Gallorum irruptionem à Principe Electore Brandenburgico, Epifcopo Monaſterienſi, Duce Neoburgico & Archiepiſcopo Coloniſi fœdus inquit deſenſivum.

Vivere

Vivere desit Sophia Eleonora relicta vi-
dua Georgii Landgraviæ Hassio-Darmstaden-
sis. Item Philippus Dux Andegaven-
sis.

Natus est Ludovicus Ludolphus filius An-
tonii Ulrici Ducis Guelferbythiani.

Ad æternitatem abit Dux Guisus, anno
ætatis decimo nono.

Viventium numerum auget ortu suo Chri-
stianus, filius Ernesti Augusti Ducis Brunsvico-
Luneburgici.

Filius Principis Electoris Palatini nuptias
celebrat cum Wilhelmina Ernestina filia Regis
Dania: eidem Regi nascitur filius Fridericus.

Moritur Joachimus Ernestus Dux Holsato-
Gottorpiensis.

Dux Aurelianensis Gallia: Regis frater nu-
ptias celebrat cum Carolina Elisabetha Palatina.

Natus est Josephus Clemens filius Principis
Electoris Bavaria:.

Fœdus ineunt Imperator, Hispania: Rex,
& Batavorum Respublica.

Ex mundo abit Sybilla Ursula uxor Chri-
stiani Ducis Holsato-Gluckstadiensis, filia Du-
cis Brunsvico-Guelpherbythiani. In mundum
econtra intrat Christiana Eberhardina filia Mar-
chionis Byruthieni.

Annus Christi 1672.

Nascitur Ernestus Ludovicus, Ducis Mai-
nungæ filius.

Allobroges cum Genuensibus ad Zucca-
rellum oppidum infeliciter configunt,

Episcopi Monasteriensis exercitus, urbem
Grœningam durâ sed frustraneâ obsidio tentat.

Lignicii 250. domus, cum palatio Episcopi,
aliisque ædificiis publicis conflagent.

Moritur Philippus Valentinus Episcopus
Bambergensis, cui in Episcopatu succedit Pe-
trus Philippus à Dernbach.

Ecclesia: Catholicis in Ungaria ereptæ,
restituuntur, illisque accedit Abassius Princeps
Transylvanica:.

Fridericus Wilhelmus junior Dux Saxo-
Altenburgicus anno ætatis 50. per variolas ex-
tinguitur.

P. Didacus de Sanvitores Soc. Jesu, pri-
mus insularum Latronum in America Aposto-
lus, pro fide Christi à barbaris interimitur.

Bernardus Gustavus, Marchio Badensis,
antè in Divi Benedicti familiam & Principale
Monasterium Fuldense solenni votorum emis-
sione adscriptus, à Clemente Papa decimo Sa-
cræ purpuræ honore donatur.

Everardus Nitardus annitente Regina: Hi-
spania:, cui à Confessionibus fuerat, Cardina-
liatâ quoque dignitate decoratur.

Mota in seditionem plebs Hagæ Comitum,
nece duorum fratrum Cornelii & Joannis de
With, qui credebantur auro externo corrupti
pessumire libertatem patriæ, litavit furori
publico: eadem admittente delata rursùm supre-
ma armorum Præfectura Wilhelmo Henrico
Principi Auriaco, cui duo eneati hæcenus obli-
terant.

Novos motus cient in Ungaria Rebellium
reliqua: sub Comite Balassio, Kalo, Eperies-
sam, & alias nonnullas urbes intercipiunt, læ-
tæque incendiis, cædibus & rapinis grassantur.
Plura aufuræ, nisi repressus seditionum furor

à copiis Cæsareis ab inferiore immixtis in Hun-
gariam superiorem.

Prodit in orbis lucem Petrus Alexovicus
Magnus Moscovia: Dux, rerum gestarum glo-
riâ celeberrimus.

Augustus Saxonica: Dux, secundas nuptias
celebrat cum Joanna Walpurga, Georgii Wil-
helmi Comitis Leiningensis-Westerburgici filia.

Octavius Ignatius Dux Arembergicus &
Barbansonius nuptias item celebrat cum The-
resia Manriquezia de Lara, sorore Marchionis
Aguilarii.

Moritur Joannes Brunneemannus J. C. in-
signis, Consiliarius Electoris Brandenburgici, &
Professor Juris Francofurti ad Viadrum. Edi-
dit enchiridion Logicum. Commentarios in
Pandectas. Collegium Irenico-Politicum de tra-
ctatibus pacis. De cessione actionum & versu-
ris cum constitutione Imperatoria & Electorali
Saxonica de cessionibus. Repetitionem para-
titlorum Wesembecii. Memoriale præcipua-
rum legum Codicis per quæstiones. Com-
mentarium in omnes libros singulasque leges
& authenticas Codicis Justiniani. De Jure
Ecclesiastico secundum consuetudinem Prote-
stantium imprimis Lutheranorum. De Pro-
cessu Consistoriali apud Protestantem, cum præ-
lectionibus ad regulas Juris Canonici. Deci-
sionum centurias quinque. Consilia seu Re-
sponsa Academica. Jus Institutionum contro-
versum ad usum modernum applicatum. Tracta-
tus duos de Processu tum Civili tum Criminali
inquisitorio. De Processu legitime instituendo
& abbreviando. De cumulatione & trans-
missione actionum. Judicium de exemptione
Clericorum Evangelicorum. De processu con-
cursus creditorum.

Galliarum Rex tam atroci bello adortus
est Batavos, ut penè hoc anno de Republica
actum fuisse videretur, in brevi enim tem-
poris spatio plusquam quadraginta urbes &
fortalitia suæ ditionis fecit, quorum nomina
ita memorantur: Orsoya, Rhenoberga, Ve-
salia, Burichium, Rhefa, Emericum, Muni-
mentum Schenckianum, Doesburga, Dote-
cum, Grolla, Bæfort, Lochum, Borckeloo,
Oldenzel, Zutphania, Daventria, Zvolla,
Hasselta, Steenvick, Campena, Hatten,
Wollenhoven, Blockziel, Elburgum, Har-
dervicum, Amersfort, Naerda, Muyda,
Wesop, Arnhemium, Rhena, Wyckum, Traje-
ctum ad Rhenum sive Utrecht, Woerda, Issel-
stein, Monfortium, Viana, Culenburg,
Leerdam, Ardenburg, Tiel, Bommel, Neo-
magus.

Classis Batavorum & Anglorum tribus
successivè diebus gravissimè consistantur
mense Martio. Die 28. Maji classes Anglo-
Gallica & Belgica denuò maximâ pugna: navali
collisæ ab octava antemeridiana in mediam
usque noctem tam terribilibus tormentorum icti-
bus se exceperunt, ut vix similem illa clades ha-
buerit; victoriam utraque pars sibi vindicabat.

Goudæ in Hollandia quidam proditores ca-
taractis laxatis Principis Auriaci castra aquis in-
undare & submergere constituerunt. Rustici
autem quidam id prævidentes in tempore in ur-
bem se receperunt, & cataractis illis demissis
inundationi obicem posuerunt.

Die

Die 6. Julii fœdus Anglo-Gallicum Hel-
wici redintegratum fuit, & Batavis durissimæ
pacis conditiones iterum propositæ, quas neu-
tquam admittere voluerunt.

Electo: Brandenburgicus cum 30000. arma-
tis militibus ad flumen Visurgim expeditionem
suscepit, ut Electo: Colonienfi & Episcopo
Monasterienfi diversionem pararet.

Perrus Grotius Ordinum Belgii ad Regem
Gallia: Legatus cum tota sua familia in Galli-
am profugit, occultæ conspirationis in patriam
infiltratus, quasi Silvam Ducis, Gorcum &
alias urbes Gallis tradere constitisset.

Die 13. Mensis Julii supremus Batavorum
armamentaria: rei Præfectus Mombas ob adi-
tum hostibus in Bataviam patefactum 12. anno-
rum carceri addicebatur, ipse verò cum custo-
dibus corruptis Ultrajectum versus ad Gallos
profugiebat.

Multis in urbibus Hollandia: & Zelandia:
auspiciis Principis Auriaci novi Magistratus
præficiebantur, quia plebs nullo alio medio
à concursibus & seditionibus distineri poterat.

Imperator Romanorum, Rex Dania:, E-
lecto: Brandenburgicus, Dux Brunsvicensis in
Zell & Wolfenbüttel, ut & Landgravius Has-
sia:, benè perpendentes, quam late Gallica arma
popularentur, ad avertendum periculum
Brunsvigæ mutuam defensionis fœdus ineunt.

Fine Septembris Princeps Auriacus cum
Domino de Sylestein Wördenam urbem ob-
sidione clauderet, contra illum Dux Luxenbur-
gicus aliquot millia Ultrajecto eduxit, unde
acri prælio utrinque certatum, cæsis Gallo-
rum 2000. Batavorum autem ex parte Syleste-
nius occubuit, & obsidio iterum soluta fuit.

Imperatrix Romanorum filiam enixa est,
quæ Maria Anna dicta.

Judæo Medico ob blasphemias in Deipa-
ram ejctas Pragæ lingua palo affixa, post ho-
ræ spatium inde abrupta, ipse virgis cæsus, &
relegatus fuit.

Fridericus Wilhelmus Altenburgici stem-
matis ultimus Saxonica: Dux, variolis obiit. Un-
de Principatus Coburgensis & Altenburgensis
hæreditario jure ad Ernestum Saxonica: Ducem
& ad Vinarienses devoluti sunt.

Brisacenses à ponte Argentoratensi no-
vem juga excindunt, quod initium postea ru-
ptæ pacis Germanos & Gallos inter habitum
fuit.

Turca: cum 200000. armatorum in Polo-
niam bellum movent, Polonis maximè inter
se dissidentibus, & multæ conspirationes in
Regem ineuntur. Pax tamen postea inter Po-
lonos & Turcas inita eâ conditione, ut Poloni
singulis annis 22000. Ducato: tributis loco pen-
derent, Podoliam Turcis, Ukrainam Cosac-
cis cederent.

In Hispania Madriti, Granada:, in Galli-
cia, Biscaia, Andalusia, & aliis locis, per terræ
motum multæ ædes funditus everse sunt.

In Gallia Regi natus Ludovicus Franciscus
secundò genitus, Dux Andegavenfis dictus,
triduo post diem supremum obiit.

In Gallia eadem Joannes Casimirus olim
Rex Polonia:, Regno abdicato, Abbatia: Fescam-
pensi à Rege Gallia: donatus, fato suo functus est.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Electo: Brandenburgicus Werlæ arcis ob-
sidionem solvere cogitur.

Floret Franciscus Rice ex Monacho Mon-
serratenfi Episcopus in India, vir Apostolico ze-
lo plenus.

Natus est Fridericus Albertus Dux Brun-
svico-Beveranus. Item Albertus Fridericus fi-
lius Principis Electoris Brandenburgici. Similiter
Maria Anna Josepha filia Imperatoris, quæ pau-
lò post obiit.

A Parlamento Anglia: bellum Batavis de-
nunciatur, quod à Gallia: Rege quoque factum
est, qui Hispanis in Belgio varia loca subtrahit.

Pax inter Turcas & Polonos renovatur.
Gallia: Regi natus est filius Ludovicus Fran-
ciscus; Regi Dania: Christianus Wilhelmus.
Quorum ille post paucos dies vivere desit.

Obiit in Gallia Joannes Casimirus quon-
dam Rex Polonia:.

Annus Christi 1673.

Nascitur Christianus Augustus Dux Hol-
satiæ.

Moritur Joannes Philippus ex Libero Ba-
rone à Schœnborn, Archiepiscopus & Ele-
cto: Moguntinus, Episcopus Herbipol-
ensis ac Wormatiensis, Princeps ingenii dex-
terrimi, qui consiliis suis ac autoritate ad
pacem Imperio redditam plurimum contribuit:
Leopoldum coronavit Romanorum Regem:
Erfordiam armatâ manu reduxit ad obsequium.
Urbem Herbipolensem, arcemque Marianam
vallis & propugnaculis non solidâ minùs
quam eleganti mole munivit. Cui eodem hoc
anno in sede Pontificali Herbipolensi successit
Joannes Hartmannus ex Illustri familia Domi-
norum de Rosenbach.

In Silesia pluribus è locis Lutheranismus
proscribitur.

Sebastianus Comes de Pœtting Episcopus
Lavantinus in Carinthia, ad Cathedram Passa-
viensem vocatur, cui subrogatur Franciscus Ca-
sparus de Stadion: Seccoviensi verò Episcopa-
tui præficitur Wenceslaus Comes de Hofkir-
chen.

Ludovicus Rex Gallia: obsidet Trajectum
ad Mosam, & post dies 13. repetitis impressio-
nibus acerrimis deditone accipit cum ingenti
jactura suorum, nam præter aliquot centenos
Duces & Officiales insigniores, amisisse dicitur
12000. gregariorum: Versa dein arma Gallo-
rum in Hispanos & Cæsarem, qui cum Electo:
re Brandenburgico aliisque Imperii Principibus
properabant auxilia Batavis.

Occupatur à Gallis Trevis, Schlettsta-
dium, Colmaria, aliæque urbes Imperiales in
Alsatia, Turennius insuper profundius in Fran-
coniam usque se extendit, castraque firmat pro-
pè Oxovium, sed insigni stratagemate illusus
à Duce Montecuculo, non sine clade suorum,
ultra Rhenum retruditur: Montecuculus ve-
rò junctus Hispano-Hollandis, adortus improvi-
sò Bonnam expugnat, omnemque reliquam
Electoris Colonienfis ditionem recipit, tantâ
consternatione Gallorum, ut omnibus convasa-
tis è toto Belgio Acatholico, exceptis solâ Gra-
viâ & Trajecto, abierint.

Y y y y

Nec

Nec melius arrisit Gallis fortuna in Catalonia, ubi ab Hispanis copiis insigniter fuere afflicti.

Poloni instaurato hoc anno bello Turcas sub Joanne Sobieski supremo Regni Polemarcho prope Chozymum ad Tyram fluvium clade internecina delerunt: plura moliri vetuit anni tempestas, & mors Regis Michaelis.

Leopoldus Imperator ad secundas nuptias transit cum Claudia Felicitate Ferdinandi Caroli Archiducis Tyrolensis filia.

In Anglia novo edicto proscripti Catholici, cui occasionem praebuit Jacobus Dux Eboracensis Caroli Regis frater, qui certam licet non publicam religionem Catholicam in conjugem duxerat Mariam Eleonoram filiam Ducis Mutinae.

Dorothea Sophia filia Rudolphi Augusti Ducis Brunsvico-Guelpherbythiani nubit Joanni Adolpho Ducis Holfato-Plœnensi.

Nascitur Wilhelmina Amalia, Joannis Friderici Ducis Luneburgico-Hanoverani filia.

Carolina Christiani Ducis Bregensis & Lignicensis filia Friderico Duci Holfato-Sunderburgico nubit.

Carolus IV. Dux Lotharingae init foedus cum Imperatore & Rege Hispaniarum.

Turennius Imperiales in Hassiam, Darmstadtium & VVetteraviam usque persequebatur. VVezlaria 1000. VVittgensteinenses 1500. Principes Hademarius & Dilenburgensis etiam ingentem pecuniam summam Gallis solvere coacti.

Duodecima die Maji inter Regem Galliam & Electorem Brandeburgicum pax conclusa fuit iis conditionibus, ut Galli Electori Brandeburgico omnes urbes à se & sociis hoc bello ereptas, exceptis Vesalia & Rhesa (quae Gallis usque ad finem belli Gallo-Belgici manerent) cum omni causa restituerent. Elector autem Brandeburgicus ab omni auxilio Batavis impoſterum ferendo abſtineret, excepto, si Galliae Rex aliquid contra Imperium Romanum moliretur, quo casu Electori liberum foret Imperii partes tueri. Ita Imperator à Brandenburgico destitutus, ferè solus Gallorum impetum excipere coactus fuit.

Classis Batavica bis cum classe Anglo-Gallica acerrime pugnans, toties victrix evadit.

In India Orientali etiam Gallos & Batavos inter strenue hoc anno pugnatum, & Insulam Ceilon ab his illis erepta fuit; & in India Occidentali Evertius Anglis Insulas Virginias cum septem navibus subtraxit.

Comes Palatinus in Simmern ejus stemmatis ultimus fato functus est, cujus ditiones Elector Palatinus tanquam proximus agnatus sibi vindicabat.

Inter Genuensium Rempublicam & Sabaudiae Ducem pax initur.

In India Orientali Navarchus de Goens Belgae ad littus Coromandel fortalium S. Thomae per vim Gallis eripit.

Nata est Eleonora Magdalena filia Marchionis Byruthenii.

Joannes Fridericus Marchio Onolsbacensis nuptias celebrat cum Joanna Elisabetha Marchionissa Badeno-Durlacensi.

Decedit Sibylla Ursula filia Ducis Brunsvico-Luneburgici.

Joannes Adolphus Dux Holfato-Plœnensis in thorum adſciscit Dorotheam Sophiam, filiam Rudolphi Augusti, Ducis Brunsvico-Guelpherbythiani.

Annus Christi 1674.

ARX munita Fleckensteinum in Alſatia inferiori, à timido Praefecto Gallis traditur.

Nascitur Ernestus Augustus, filius Ernesti Augusti Electoris Brunsvico-Luneburgici.

P. Didacus Aloysius de S. Victore Societ. Jesu in Insulis Marianis à paganis occiditur, postquam cum sociis ad 50. illorum millia ad Christi fidem duxerat.

P. Franciscus Ezqueria Soc. Jesu odio fidei Christianae necatur à Barbaris in Insulis Latro-num seu Marianis.

Die nona Aprilis sub ipsis mediae noctis tenebris, cum alto sopore tota aula sepulta quiesceret, saevum incendium in Electorali Bavariae Palatio erupit, magnamque ejus partem absumpsit: periére in flammis ingentis pretii artificia, aulae, cimelia; hominum non pauci partim oppressi, partim laesi fuere.

Rex Galliae immisso in Caesarianos Turenno, qui eos distraheret, mense Majo Burgundiam invadit, & intra paucas hebdomadas vi & metu subigit.

Turennius Caesarianis occurrens in Palatinatu, cum eis decertat acriter confictu, sed dubia victoria. Cecidit tamen aléa in pugna prope Holz & Enſhemium, cum praeter impedimenta omnia quatuor suorum millia amittit: Germani à suis desiderarunt 1200. Hi auctis copiis Brandeburgicis Brisacum eminens coronam cingunt.

Carolus Dux Lotharingae, qui ditione licet privatus, propriis tamen copiis in exercitu Caesareo militabat, 500. Nobiles Gallos extremo delectu in Provincia Andegavensi recensitos (vulgo Arriereban) immixtis aliquot equitum cohortibus ita incautos opprimit, ut praeter 150. qui venere in censum captivorum, reliqui omnes ferro sint deleti.

In Belgio ad Mosam Generalis Souherius recuperato Hujo & Dinantio ad oppidum Seneff cum Gallis congregitur cruento admodum Marte, dirimi nequivit pugna nisi per noctem, cujus beneficio elapsi Galli in tutiora, victoriam cessere foederatis. Gravia post protractam ad tres menses obsidionem dedita Principi Auriaco.

Rex Sueciae in favorem Galli indicit bellum Electori Brandeburgico & Caesari. Compensavit tamen novi hostis periculum accessus foederati Regis Daniae, qui eodem tempore transit in partes Caesaris.

Primo confligit hoc anno praelio novus rebellium Hungarorum Dux Emericus Teckelius, cum copiis Caesarianis, pro extorquenda facultate liberè profitendi haeresin, sed victus fugatusque abcedere coactus accepto vulnere in fronte.

In Co-

In Comitibus Polonorum eligitur Rex Joannes Sobiesky, supremus Regni Mareſchallus.

Obiit Albertus Ernestus filius Joachimi Ernesti Marchionis Onoldini; Item Joannes Adolphus filius Augusti Ducis Saxoniae, Praepositus Magdeburgensis Ecclesiae.

Natus est Christianus III. Comes Palatinus Rheni lineae Bischoveirianae.

Cardinalitiam purpuram cum vita deponit Joannes Bona S.R.E. Cardinalis, Ordinis Cisterciensis Generalis, Nobilitate, virtute & doctrina celeberrimus. Scripsit de divina psalmodia; manu ductionem ad caelum; viam compendii ad Deum; De rebus liturgicis; De discretione Spirituum; De discretione vitae Christianae; medullam SS. PP. & Philosophorum &c.

Brandeburgicus Vice-Chiliarcha Hennig prope Maaf-Münster haud procul Tabernis turmas aliquot Nobilium Gallicorum aggressus, centum ex illis caesis, sex mulos Mareſchalli de Crequy argentea supellectile & aliis pretiosis rebus onustos cum multis captivis in castra reduxit. Nobilium reliqui summo cum luctu patrias sedes repetebant, dolentes nobilissimas Regni familias hoc bello vastari. Eodem ferè tempore Elector Brandeburgicus arcem Hornburgum prope Brisacum cum aliis locis munitis occupat; jamque Brisaci ipsius obsidionem moliebatur, cum Princeps Electoralis 27. Nov. aliquot septimanis ardenti febre correptus decubuerat, Argentorati diem obiit supremum.

Ducis Lotharingae copiae Remiremontium, Spinalium, aliaque Lotharingae loca recuperant, totamque Lotharingiam receperunt, si Princeps Arausicus cum suis & Hispanorum copiis citius auxilio venisset, quibus subsidia retardantibus Turennius ejectis Lotharingis, Baroneque de Mercy cum Colonello du Croix captis totam iterum Lotharingiam sui juris fecit.

Classarii Batavici in Pulchram Insulam (Bell Isle) in mari Aquitanico exscensionem fecerunt, & per aliquot milliaria praedam ex Insula congestam cum magna pecunia tormentorum bellicorum, vini & salis copiam iterum in naves se recipiebant. 25. Junii eadem classis, ad Insulam Natmontiers appulit. Gallis relicto arce cum omnibus tormentis navibusque 19. in littore relictis in continentem profugientibus.

Hugonottarum nonnulli cum Batavis dictae excursionis & occultae conspirationis reis peractis Princeps de Rohan, Eques de Preaux, & Marchionissa de Villars Lutetiae Parisiorum capite truncati, & quidam alii suspensi, quasi contra Regis & Delphini vitam aliquid moliti fuissent.

Marchio de Schomberg prope Caucoliberim in agro Ruscionensi Hispanos proelio adritur, Hispani autem statim Gallorum tormenta expugnant, moxque Gallis profligatis multos praefectos bellicos, in iisque Schombergii filium tanquam Equitatus Chiliarcham captivum cum aliis abduxerunt. Toto ibi die à sexta matutina ad decimam Vespertinam dimicatum fuit.

Cives Messinae in Sicilia tumultuantur, & Gallorum opem implorant, sed ab his postea ni-

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

mium divexati, magno suo malo senserunt, evitatam charybdi se in Scyllam incidisse, Dominumque mutasse, non servitutum.

Natae sunt Sophia Eleonora filia Ferdinandi; Alberti Ducis Brunsvico-Beverensis, & Elisabetha Sophia filia Principis Electoris Brandeburgici, qui Regiomontium in Prussia occupat.

Joannes Adolphus Comes de Schwartzenberg, Principum S. R. I. numero inseritur.

In lucem editur Anna Maria, Josepha, Imperatoris filia; item Fridericus Augustus Joannis Adolphi Saxo-Hallensis Ducis primogenitus. Infeliciores fuit Poloniae Regina, quae prolem mortuam enixa est.

Obiit Caesaris filia paucos ante dies nata. Turennius Brisacum ab obsessione liberat.

In Lusitania multi Procerum conjurationis in Principem Regentem Petrum rei peracti, quodque hoc sublato ejus fratrem Alphonsum Regno restituere voluissent, ultimo supplicio affecti, quos inter Cancellarius Maldonatus, & Urbis Lissabonae Praefectus Ferdinandus Mascarenhas, qui capite truncati; alii laqueo suffocati, alii carceri perpetuo mancipati fuerunt.

Rex novus Poloniae cum exercitu suo in Podoliam movit, & ferè omnia Ukrainae munita expugnavit, jamque duas portas urbis Camienicensis Turcis eriperat, quas tamen debito copiarum numero destitutus iterum dimittere coactus fuit. Quam expeditionem mox pax cum Turcis inita secuta est.

Annus Christi 1675.

Hic annus plenariae remissionis Jubilaeo sacer Romam versus ex omnibus Provinciis ingentem peregrinorum concursum excivit, quos inter quidam Germaniae Principes ad Apostolorum limina se contulere.

Galliarum Rex Ludovicus XIV. antequam foederati de armis capiendis cogitabant, Belgiam invadit, urbesque non paucas seu terrore seu obsidione capit. Arcem verò Leodiensem, ut fama ferebat, pecuniam expugnat: sed cum Treviri obsessae suppetias ferre cogitant Galli, strage luculentam afficiuntur à Duce Lotharingio capto ipso, cum Treviri, Duce Crequio. Quam cladem praesens mors Turenii prope Sasbachium, globo tormenti ex Caesaris castris è vivis ablati.

Elector Brandeburgicus soluta obsidione Brisaci properans ad tutandas Provincias proprias, Suecos primo congressu ita fudit, ut sex millia ex suis desiderarent, quam cladem iis postea semel ac iterum egregie refricuit: auctarium victoriae fuerunt Insulae Volinia & Usedomensis: eadem felicitate extortus Suecis Ducatus Verdensis & Bremensis, excepta urbe Stadiâ, ab Episcopo Monasteriensi & Principibus Brunsvicensibus; quo eodem tempore Rex Daniae deleta classe Suecorum in Portu Wismarienti ipsam Wisnariam suae potestatis fecit.

In littore Africano à paucis militibus Hispanis egregie defenditur contra ingentem Barbarorum multitudinem arx Oranensis.

Yyyy 2

Galli

Galli in Brisgovia Neoburgum incendio penitus devastant.

Moritur Ernestus Dux Saxoniae, & Carolus IV. Dux Lotharingae.

Annus Christi 1675.

Mense Januario portum Massanensem inventus sex navibus armatis & tribus onerariis urbis possessionem cepit nomine Regis Ludovici Marchio Valavodiensis, & mox sibi consignari imperavit, quidquid ad tutandum locum adversus Hispanos conferre videbatur. Idem Augustam acri obsidione expugnat.

Moritur Dux Lignicensis, stemmatis sui ultimus, Ducatu ad domum Archi-Austriacam devoluto.

Naturae item debitum solvit Joannes Hartmannus Episcopus Herbipolensis, biennio in Episcopatu exacto. Cui eodem anno succedit Petrus Philippus à Dernbach, Episcopus jam Bambergensis.

Piè in Domino obit in Meliteni Insula Dominicus Ottomannus filius Ibraimi Turcarum Imperatoris, qui unà cum matre ad Mahometis sepulchrum contendens, ab equitibus Melitenis interceptus, primò baptisma, deinde S. Dominici habitum & institutum susceperat.

Petrus Diaz Soc. Jesu à barbaris Insularum Marianarum, fidei & pudicitiae propugnatae causâ, occiditur.

Vitae finem facit Matthaeus Archiepiscopus Pragensis. Item Lotharius Fridericus Archiepiscopus Moguntinus.

Archiepiscopus Salisburgensis cum consensu Capituli Cathedralis, locum & Ecclesiam Plainensem cum omnibus adpertinentibus bonis Ordini S. Benedicti in perpetuum donat, & partim pro conservatione & augmento Ecclesiae partim pro sustentatione quatuor ad minus PP. Benedictinorum 24000. florenorum assignat.

Decedit Franciscus Maria Brancacius, S. R. E. Cardinalis, Episcopus Viterbiensis.

Gabriel Gerberon Monachus Congregationis S. Mauri juris publici facit opera omnia S. Anselmi, accuratissime emendata.

Rex Sueciae Daniae Regis in se exacerbatum prospiciens animum, & Regiae sororis matrimonium & foedus cum Daniae Rege per Oratores istuc missos exoptat, Matrimonium illud quidem Suecis denegatum non fuit, sed ut foedus cum illis iniret Daniae Rex Imperii jam fociis addictus adduci non potuit.

Die 16. Augusti sub Montecuculi & Condao Ducibus Wolfshemio haud procul iterum commisso proelio Galli inferiores Bensfeldam versus fugam capessunt, qui tamen recentibus copiis instructi in Alsatia Molzheimium, Rosheimium & superius Ehenheimium paulò post recuperabant, Saræpontanam arcem miserè diripiebant.

Ipse Rex Galliae expeditionem in Flandriam suscipit, Limburgum & alia loca munita expugnat, fociis Batavorum nequicquam id impedire allaborantibus Hollandi autem Binckium interceptabant.

In Gallicis Provinciis variis in locis subdi-

ti contra Regis edicta insurrexerunt, & tributa imperata exsolvere noluerunt.

Admiralius Reuter cum classe Batavica Hispanis contra Messinenses in Sicilia subsidio advenit.

Norrvegiae Prorex Guldenloevvius etiam bellum in Norrvegiae Praefecturâ Bahus Suecis intulit.

Dorofensko Cosaccorum caput à Rege Poloniae ad Moscoviae Ducem deficit, multaque Cosaccorum sedes cis Boristhenem flammis exusta, ne iterum ad Polonos regrederentur.

Tartarorum Chamus aliquot millia Christianorum propè Miedzybocz in servitute abducit.

Poloniae Rex publicis litteris Comitibus indicit ad Coronationem Regiam sequentis anni initio solenniter celebrandam, & ad deliberationes de Republica suscipiendas. Paulò antè idem Rex Turcas & Tartaros ab obsidione urbis Tremboulæ repulerat.

In exercitu Turcico Pestis quotidie magnum hominum numerum absumpsit, & Metropolis Walachiae Jassy omni praesidio per luem pestiferam nudata fuit.

In urbe Caminieca ante duos annos à Turcis occupatâ ingens incendium obortum est, quo plures quam 2000. aedes flammis absumptae, & ipsa Armeniorum Curia, in qua Turcae omnem comitatum abdiderant, conflagravit. Toto triduo hoc incendium durasse, & ipse Aly Bassa urbis Praefectus cum filio in illo perisse dicitur.

Venetorum Duci Dominico Contarini nonagesimo aetatis anno mortuo successus est à Senatu Nicolaus Sagredo.

Classis Veneta Turcas piratas intercipit, qui Methone & Coronae ex Morea multa Christianorum navigiis damna intulerant.

Amstelodamum ob aggeres in agris ruptos inundationis periculo penè totum expositum, quin & Hollandia Septentrionalis quasi tota diluvio submersa fuit, & Australis Hollandia multa ex inundatione ista damna passa est mense Octobri die 13. Decembris nova diluvies denudò Hollandiam ingenti malo damnoque mulctat.

Imperatrix filiam enixa est, uti & Ducissa Eboracensis, cujus filia Catharina Laura dicta hoc anno obiit. Mortuus pariter Carolus Lotharingae Dux senior. Diem quoque supremum obiit Maria Eleonora viduata Comitissa Palatina Simmerensis.

Georgius Dux Megalopolitanus matrimonio sibi jungit Elisabetham Eleonoram, filiam Antonii Ulrici Ducis Brunsvicensis.

Natus est Christianus Princeps haereditarius Daniae Regis.

Decedit Dorothea Maria uxor Mauritiû Ducis Citiensis.

Damianus Hartardus L.B. de Layen eligitur in Archiepiscopum Moguntinum.

Obiit Joannes Georgius Dux Megalopolitanus.

In mundi lucem prodit Christianus Albertus Marchio Onolsbacensis.

Princeps Curlandiae nuptias celebrat cum filia Henrici Comitissae Nassoviensis.

Clau-

Claudia Eleonora filia Ferdinandi Alberti Ducis Brunsvico-Beverensis nascitur.

Annus Christi 1676.

Confoederati Caroliburgum in Ducatu Bremensi Suecis eripiunt, cum magnâ tormentorum bellicorum praedâ. Wilhelmus quoque Elector Brandenburgicus, ad Fehrbellinum Suecos castris exiit. Hi autem in Scania victores evadunt.

Moritur Alepius Michalovvitz, Moscoviae Monarcha, Princeps subditis pra omnibus charus, cultui Dei juxta ritum suum addictissimus, mirâ mansuetudine, & in pauperes liberalitate praeditus.

Arx Leodii cuniculis evertitur.

Urbs Oldenburgum in VVestphalia à fulmine incensa, exceptâ una Ecclesiâ, & aedibus 40. tota conflatur.

Moritur Francisca Slavatina, nata Comitissa de Meggau: foemina insigni vitae Sanctimoniam.

Serenissima Bavariae Electrix Adelhais obit.

Item Clemens Pontifex Maximus, cui succedit Benedictus Odeschalcus, qui Innocentii XI. nomine insigniri voluit.

Galli in Belgio expugnant Condæum, Buchainum, Ariam, in Diocesi Leodiensi Bullonium, in finibus Palatinatûs & Lõtharingiae ditionem Bipontinam, & in finibus Burgundiae Mompelgardium, Duce VVirtenbergico, cui parebat, ad Helvetos se recipiente.

Carolus Dux Lotharingae Praefectus summâ autoritate copiis Caesarianis capit post trimestrem obsidionem Philippoburgum.

In mari bis pugnatum inter Gallos & Hispanos, hisque foederatos Hollandos, cum nonnulla Gallorum clade, qui tamen paulò post Taurominam occupant.

Sancitur pax inter Turcas & Polonos, cujus summa, ut abolito tributi nomine, quod tempore Regis Michaelis pacti fuerunt, & restituta Republicae Veraniâ cum potiore parte Podoliae, juris Turcici maneret Caminiecka cum eo districtu, quem Rex designasset.

Diem extremum obit Claudia Felicitas secunda Caesaris Leopoldi conjux, qui cum prole mascula haecenus destitueretur, ad tertia vota hoc ipso anno transit cum Magdalena Theresia Palatini Neoburgensis filia.

Anclamum anterioris Pomeraniae civitas à Caesareanis & Brandenburgicis copiis obsidetur & expugnatur.

Naturae debitum solvit Achmet Cuprogli Magnus Imperii Ottomanici Vicarius: Magni animi Vir, pacati tamen, & qui debellavit Candiam, novit seipsum vincere condonando inimicis injurias sibi illatas.

Moritur quoque Jacobus Altingus Theologus Heterodoxus, qui varios tractatus analyticos, exegeticos, practicos, problematicos & Philosophicos edidit. Item Tobias Andreas Professor historiarum & Graecae linguae Groningae edidit methodi Cartesianae assertionem oppositam Jacobi Revii Methodi Cartesianae considerationi Theologicae. Necnon brevem replicationem brevi explicationi mentis humanae Henrici Regis repositum.

Obit Sophia, Augusti Saxoniae Ducis filia,

uxor Caroli VVilhelmi Ducis Anhaltino-Servestani.

Nascitur Fridericus Princeps haereditarius Hasso-Casselanus, nunc Sueciae Rex.

Tiamam Episcopalem cum vitâ deponit Franciscus Bosquet Episcopus Montispeffulani: reliquit varia scripta magnâ apud doctos estimationis. Quae inter sunt Synopsis legum Michaelis Pelli, quam cum versione Latina & notis edidit. Historia Ecclesiastica Galliae: Vita Pontificum, qui Avenione sedem suam habuerunt.

Galli Bochanium in Hannonia expugnant. Ex vulnere in obsidione Philippoburgi accepto obiit Augustus Fridericus Dux Brunsvico Guelpherbytanus.

Batavi Gallos ex Cajennensi Americae Meridionalis Insula pellunt.

Dani Caroli portum in Sueciae Provincia Bleckingeni occupant.

Theodorus sive Fædor Alexovvicius Magnus fit Moscoviae Monarcha.

Wilhelmus Princeps Fürstenbergius Viennâ Brinnam in Moravia captivus abducitur.

In obsidione Philippoburgi globo majore cervices trajectus Augustus Fridericus Dux Brunsvico-Luneburgicus lumina claudit.

Hungari Malecontenti Zathmariae intercipiendae consilium inierant, sed 200. suorum amissis retrò cedere cogebantur. Idem cum 1000. equitibus Kallo direpentè adorti à Bargozii Hufaris & Heiducis necnon parvo equitatu Germanico fortiter repulsi 70. eorum caesis.

Daniae Rex Batavâ classe adjutus, Duce Trompio per mare Balthicum victor Suecorum coercet atteritq; potentiam, Ystedium Bleckingeniae urbem à Suecis desertam occupat, & Guldenloevvius Norrvegiae Prorex urbem & arcem VVennesburg 6. milliaribus Gotheburgo disitam cum magna comitatu, falis & frumenti copiâ Suecis per deditionem eripuit.

Mense Augusto ipse Rex Daniae Christianstadium Bleckingeniae urbem tribus locis magno impetu cum suis copiis adortus: Aesqui horae spatio expugnavit.

In Norrvegia Dani quidem Gothenburgum & Bahusium obsederant, Cancellario autem Sueciae Comite Magno de la Garde cum 20000. suorum adventante obidio soluta fuit. Eodem mense Augusto Halmstadium & Laholmiam inter Danorum penè duae legiones à Suecis interfectione deletae, & ipse Generalis Major Duncanus cum conjuge sua & Colonello Troppio, ut & 53. aliis Praefectis bellicis in Suecorum potestatem venerunt.

Petrus Schumacher cognomine Greiffenfeld, alter Daniae Sejanus, à Dano Rege ad amplissimos dignitatis gradus evectus, & à Scriba Comes factus, gratis Regis subito excidens, ob crimen, ut putatur, prodicionis & collusionis cum hoste in ergastulum detruditur, mortisque damnatus à Rege quidem vita donatus, & omnibus exutus honoribus opibusque perpetuis mancipatur vinculis.

Hispani Batavorum classe adjuti Augustam Siciliae terrâ marique obsederunt. Inde Galli Messina cum 37. bellicis & incendiariis profecti urbis obsidionem soluturi, acerrimè cum Batavis & Hispanorum Duce Monte-

chio conflictati sunt, quo in conflictu Ruyter supremus Batavæ classis Præfectus pede sinistro per globum tormenti ablato capiteque vulnerato à superiore navis tabulato in transfennas procidens mortalitatem exiit.

Poloniæ Rex solenni coronatione inauguratus fuit.

Augusto Duci Saxo-Hallensi ex secundis nuptiis filius Mauritius natus est.

Obiit Dux Valesius, filius Philippi Ducis Aurelianensis Hunc mortalitatis comes ad æternitatem secutus est Carolus Princeps Elector & Archiepiscopus Trevirensis, cui succedit ejus jam olim Coadjutor Joannes Hugo ab Orsbeck.

Augustus Fridericus Dux Holsatiæ nuptias celebrat cum Christina filia Ducis Saxo-Hallensis.

Mortuorum numerum auget Maria Josepha Clementia, Leopoldi Imperatoris filia natu minima. Item Sophia Elisabetha vidua Augusti Ducis Brunsvico-Guelpherbythiani.

Nata est Dorothea Friderica filia Marchionis Onolsbacensis.

Vitam exiit Venetorum Dux Nicolaus Sagredo, in cujus locum eligitur Aloysius Contarenus. Mortua quoque est Ludovica Carolina uxor Ducis Curlandiæ.

Annus Christi 1677.

Parlamentum in Anglia convocatur, quidam autem de domo, ut vocant, superiori, liberè nimis contra Regis auctoritatem locuti captivitati traduntur, inter quos erant Dux Buckinghamus, & Comes Salisburienfis.

Galli vix dum mitescente non nihil hyeme asperiore cum 5000. Valencenas, urbem Hannoniæ maximam aggrediuntur, & præfectina deditio in potestatem redigunt. Præcipitavit deditio infelix eruptio obsessorum; dum enim malè accepti foris trepidè ad suos refugiunt, insimul obsidentes, qui instabant tergis fugientium in urbem recipiunt, ægrè incolumitatem vitæ & fortunarum à victore Ludovico deprecari.

Estrensis classis Gallicæ Præfectus cum millibus duobus horum excensionem facit in Tubago, Indiæ occidentalis Insulâ, sed omnes ab Hollandis intercepti, maximaque ex parte interfecti sunt.

Galli præfati Cameracum deditio capiant. Item Friburgum Tractus Brisgovienfis primariam urbem, & Aeriam Artesiæ fortalitium.

Ungari, Turcarum suffulti auxilio, incendiis latè omnia devastant.

Georgius Christianus Landgravius Hasso-Homburgensis ex acatholico fidei Catholicæ propugnator zelosissimus obiit.

Fatisitem concedit Bernardus Gustavus Marchio Durlaco-Badensis, Abbas Fuldenfis & Campidunensis, S. R. E. Cardinalis.

Rostochii ingens incendium 700. domos absumit, damnumque inestimabile causat.

Cometa sub finem Aprilis conspectus, subobscurâ luce, & tristi comâ, scoparum fasci non abfimilis.

Innocentius XI. Pontifex, ut radicem præcideret homicidiis, aliisque malis innumeris,

solenni & severo edicto sustulit immunitatem districtuum, quos circa palatia hæctenus describere solebant Oratores Regum & Principum, & in quibus prætendebant jus asyli omnibus eò confugientibus sacrum & inviolabile: acriter etiam restitit Oratoribus Hispano & Gallo, quod contemptâ suâ auctoritate, quam Romæ volebat omninò servari indemnem, non desisterent conscribere milites, & rapere ad signa etiam invitos.

Dira lues per totam Hispaniam latè grassatur, cui sanandæ vix anno vertente inventum remedium, expressus scilicet succus ex malis limoniis. Ex authorato ibidem Marchione Villafrensi vocatur ad præcipuas Regni curas Joannes Austriacus.

Denuò Oranum in orâ Africæ obsedère Barbari, sed internecinâ eruptione disjecti à Governatore, turpi fugâ se se subducere compulsi fuerunt.

Mutuis se cladibus conficiunt Sueci & Dani, horumque fœderati: Malmoa & Insula Rugia cesit Danis, Brandeburgico Electori Stetinum: Suecis felix fuit pugna, quâ ceciderunt bis mille & quingenti Dani, fugatis reliquis, quos vix Rex Christianus Landischronium reducere potuit.

Obsidionem Carolo regii magnâ militum jacturâ solvere cogitur Princeps Auriacus.

Moritur Isaac Barrovius Anglus, Mathematicos & Græcæ linguæ peritissimus; inter opera sua mathematica reliquit Archimedis & Eudidis opera, Apollonii Conica, & Theodosii spherica methodo novâ illustrata & demonstrata.

Natus est Augustus Ferdinandus Dux Brunsvico-Guelpherbythianus, filius Ferdinandi Alberti, & Christianæ Hassiæ Landgraviz.

Wilhelmus Henricus Princeps Nassovio-Arausiacus, nubit Mariæ Stuardæ Jacobi Angliæ Regis filiz.

Anna Sophia filia Antonii Ulrici, Ducis Brunsvico-Guelpherbythiani nuptias celebrat cum Carolo Gustavo Marchione Badeno-Durlacensi.

Batavi à Gallis è Cajennensi America Meridionalis Insula ejiciuntur.

Galli Mompelgardii in cives sæviunt, atque omnia castella ac arces in Alsatiâ demoluntur, cæde, incendiò & rapinis longè latèque ad Rhenum omnia devastantes, ne Cæsareanis commeatus & media vivendi superessent.

Cæsareus interim exercitus cum confederatis copiis in Lotharingiam movit, & circa Mosellam unum alterumque locum occupans. Ducem Crequium non procul Verduno subsistentem retrocedere coëgit. Postea ut rapinis & incendiis in Alsatiâ obex poneretur, Dux Saxo-Isenacensis cum exercitu 10000. militum advenit, Ducemque Gallicum de Monclas repulit. Sed mense Septembri Crequius copias suas Monclasio auxilio misit, quorum armis conjunctis, Dux Isenacensis post pugnam trium horarum acerrimam cedere coactus fuit.

Riga Livoniæ urbs præcipua per incendios ab hostibus missos grave patitur incendium, quorum tamen nonnulli comprehensi dignas factis pœnas tulerunt.

In Hungariâ Dux Cæsareanarum copiarum

rum Coppius, postquam Malecontenti oblatam amnestiam repudiârunt, sævitiâ in eos immani usus, Hungarorum animos magis exasperavit, quam sedavit motus.

Christianus Dux Saxo-Gothanus nuptias celebrat cum Christina filia Ducis Merseburgensis.

Principi Electori Brandenburgico filius Christianus Ludovicus nascitur.

In lucem quoque editur Joannes Georgius, filius Joannis Adolphi Ducis Saxo-Hallensis, & Sophia Hedvvigis filia Daniæ Regis.

Mosci Turcas grandi clade afficiunt, occisis 3000. occupatis tormentis bellicis sexaginta novem.

Philippus Ernestus Dux Holsato-Sonderburgicus, in obsidione Stetini globo tormenti ictus occumbit.

Pirata Algerienses Anglis bellum denunciant.

Nascitur Duci Eboracensi filius Carolus, qui paulò post vitæ rursus subtrahitur.

Annus Christi 1678.

D Anos in Rugia Insula aggreditur Koenigsmarekius, belli Suecici Præfectus, & plerosque illorum capit.

Illi Bahusium frustraneâ quoque obsidione sentant. Suecos econtrâ captâ Stralsundâ & Gripsvaldiâ Brandenburgici totâ Pomeraniâ ejiciunt.

Carolus Lotharingiæ Dux, nuptias celebrat cum Eleonorâ antea Poloniæ Reginâ, Leopoldi I. Imperatoris sorore.

Ludovicus Galliarum Rex tribus diversis exercitibus Montes, Namurcum, Ipras obsidet, quas occupat cum Gandavo: infeliciores tamen erat ad Montes Dux Luxemburgicus, à quorum obsidione depulsus cum ingenti clade à Principe Auriaco, majore afficiendus, nisi subitus nuncius de constituta pace particulari inter Gallos & Hollandos, qui ad tam fatale opus adacti, ut creditur, timore præcipiti excrefcentis indies apud populos auctoritatis Principis Auriaci, victoriam fœderatorum stitisset.

Hollandos secuti eodem anno vel invitati Hispani, & oblatam à Gallis pacem, iis quas hi dictabant, legibus acceptare coacti.

Moritur Joannes Hofmannus Vicarius ad Ecclesiam Metropolitanam Pragensem, vir innocentissimæ simplicitatis & patientiæ: cujus sanctimoniam ipsum Numen manifestare voluit, illo ipso enim temporis momento quo eum mori contigit, camera ejus sub tecto, in quantum neminem habitare constabat, tanto lumine circumfusa apparuit, ut miraculo spectantibus esset.

Nascitur Franciscus Ernestus Dux Parmensis.

Moritur Damianus Hartardus Archiepiscopus & Elector Moguntinus.

Dorothea Hedvvigis, Ducissa Holsatiæ, Catholicam fidem in Ecclesia PP. Soc. Jesu, Bambergæ profitetur.

Christiani Armeni, per Legatos Romanum Pontificem pro totius Christianismi capite venerantur.

Natus est Josephus Archidux Austriæ, postea Imperator.

In Sicilia defervescit paulatim rebellio, pertæsiq; Siculi genium Gallicum, clandestinis consiliis conspirant hinc inde, tum in Pro-Regem, tum in totam reliquam nationem peregrinam, undè veriti Galli secundas vespèras, è Sicilia se proripiunt in classem, & evadunt.

Rebelles Hungari, expugnato Neofolio, aliisque civitatibus montanis, pergunt impiâ sævitie omnia circumquaque posita direptionibus & incendiis funestare: quibus territus Cæsar nova Regni Comitibus spondet rebellibus, cui sponfioni acquiescentes tantisper à grassando abstinere.

Genuenses offensam Regis Ludovici ob expetitam sed negatam salutem classis Gallicæ eâ formâ, quam pacta nuper inita deposcebant, magnâ humilitate Parisiis expiare coguntur.

Decedit Cæsar Egasseus Bülæus, Scriba Judicii & Historiographus Universitatis Parisiensis: edidit speculum eloquentiæ; item thesaurum Romanarum antiquitatum; similiter historiam Universitatis Parisiensis voluminibus sex.

Ortum in arce Gothana incendium, turrim altissimam & pulcherrimam devastat.

Obiit Landgravius Hassiæ.

Estrensis Archi-thalassus Galliz Regis, in America classe sua petris allisus, iugens patitur naufragium.

Natus est Georgius Fridericus Marchio Onolsbacensis.

In Frisia obiit Anna Maria Schumannia virgo doctissima.

Navarchus quidam Anglicus Regulam quandam circa littora Guineæ habitantem astu in navem pelliciens secum in Angliam deduxit; rem ægrè ferens Angliæ Rex, eundem in terram suam reduci iussit.

Daniæ Rex arcem Helsingburgum occupat.

Sævit lues contagiosa magnâ hominum strage Algerii, in Candia & Cypro Insulis.

Fulgur Gemblacum urbem in favillas redigit.

Turcæ Czecherynum per stratagemam occupant.

Natus est Poloniæ Regi filius Alexander, Erdmannus Philippus filius Marchionis Byruthieni ex equi lapsu moritur.

Mortalitatem exiit Christophorus Bernardus à Gaalen Episcopus Monasteriensis.

Princeps hæreditarius Ducis Palatino-Neoburgici, cum Maria Anna Leopoldi Imperatoris sorore Viennæ nuptias celebrat.

Cæsaris copiz in Ungaria urbes montanas recuperant.

Natus est Georgius Wilhelmus Princeps hæreditarius Byrutheniensis.

Ad Insulam Bornholmiam naves Suecicæ plures cum commeatu & tormentis naufragio pereunt.

Carolus Henricus L. B. à Metternich Archiepiscopus & Elector Moguntinus creatur.

Russi cum Polonis inducias pangunt, ut Turcas Ukrainiam infestantes securius repellere possent. Ipsi verò Poloni suspectabant Turca-

rum arma non procul Leopoli grassantia, cum pax nuper facta non satis tuta videretur ob conditiones quasdam nondum confirmatas.

Romæ Papa de reducendo Cardinalium numero cogitabat, simulque Clericis, ne cum sexu sequiori liberius conversentur, severe interdiceret. Ad declarandum Cæsari honorem infanti ejus recens nato fascias consecratas mittit.

Annus Christi 1679.

URbs Villacum in Carinthia incendio ferè tota perit.

Ervan, insignis regni Persarum urbs, terræ motu cum 30000. hominum absorbetur.

Moritur Ferdinandus Maria Bavariz Elector, annos natus 43.

Joannes Ernestus ex Comitibus de Thun Seccovienfis Episcopus inauguratur.

Diem obit Carolus Henricus, L. B. de Metternich, Elector & Archiepiscopus Moguntinus.

In Anglia gravissimâ persecutione concutitur res Catholica, autore Tito Oate Calvinistarum ad Catholicos, & ab istis ad primæ hæresis sectatores transfugâ.

Constituitur pax Neomagensis inter Cæsarem & Imperium ex una, Galliz item & Sueciz Coronas ex parte altera, vi cujus relictum Friburgum Gallo, restituta Pomerania Sueco.

Rebelles Ungari neglectis induciis rursus ad arma & solitas direptiones convolant, novis Teckelii suggestionibus, & Abbassi Transylvaniz Principis auxiliis erecti: repressi tamen non nihil tum à Lesleo Duce copiarum Cæsaris, tum à lue pestifera, quæ per ditiones Cæsaris hæreditarias, aliasque nonnullas Provincias Germaniz, crudeliter hoc anno grassata fuit.

Rex Catholicus nuptias contrahit cum Maria Aloysia Philippi Aurelianensis Ducis filiâ.

In Hispania fato decedit Joannes Austriacus, non sine suspitione veneni.

Anselmus Franciscus Fridericus ex nobili & antiqua Ingelheimiorum ad Rhenum familia, patre Joanne, matre Annâ Elisabethâ Sturmenfederin ab Oppenveiler, creatur Archiepiscopus Moguntinus.

Moritur Franciscus Barberinus S. R. E. Cardinalis, Episcopus Ostiensis, sacri Collegii Decanus, fautor doctorum hominum optimus.

Sueci Batavique ineunt pacem & commerciorum tractatum.

Nascitur Albertina Joannetta, filia Mauritiî Henrici Principis Nassovio-Hadamariensis.

Caroli V. Lotharingiz Ducis conjux, Leopoldi Imperatoris soror, in lucem edit Leopoldum Josephum Dominicum Agapetum Hyacinthum.

Miro doctrinæ & virtutum splendore Ordinem Benedictinum illustrat Josephus Sænen de Aguirre, Archiepiscopus Toletanus, S. R. E. Cardinalis.

Eidem Ordini per mortem subtrahitur Joannes Baptista de Brixia, Monachus olim & Decanus cenobii SS. Faustini & Jovitz, Abbas postea Castro-Casineasis, qui puerum mortuum ad vitam revocavit.

Floret ejusdem Ordinis Benedictini Monachus Dionysius Sanmarthanus, qui hoc anno

opera omnia S. Augustini cum notis & illustrationibus doctissimis in lucem edidit; ad hoc admirabile & Ecclesiz necessarium opus operam quoque suam contulerunt Franciscus Delphinus, Robertus Guerardus, Joannes Durandus, Petrus Coutant, & Claudius Maurus omnes Monachi ex Congregatione S. Mauri.

Joannes Garetius Monachus Benedictinus Congregationis S. Mauri profert opera omnia Casiodori tom. 2.

Reformati, qui in Gallia Hugonotti vocantur, omnibus juribus, quæ cum aliis civibus in quibusdam locis eis erant communia, privantur, negatâ quoque potestate emigrandi: templa etiam eorum destruantur, scholique clausis liberi sextum annum supergressi Sacerdotibus & Jesuitis traduntur in Catholica fide informandi, unde quàm plurimi in Angliam discedunt.

Rex Galliz ut Helvetios includeret, fortalium Huningæ non procul Basileâ extrui jubet, Ducem autem Mompelgardensem, qui conclusâ pace Ducatum suum repetere volebat, capit, captivumque abducit.

Contra veneficas & veneficia noviter excogitata, ut lentâ vel citâ morte homines extinguerentur, Rex inquirere, pœnasque sumere gravissimas constituit, peculiari judicio (Chambre Ardente dicto) in ejusmodi maleficos erecto.

Gallorum suavis Dux Sabaudiz Regentis Principis Portugalliz filiam in matrimonium sibi petit. Sed cum biennio post classem Portugallensem sponsum ad nuptias contrahendas Ulyssiponem vectura advenisset, repulsam illa tulit, ac ad eum sine sponso Portugalliam repetiit.

In Scotia Presbyteriani seditionem excitant, quam Dux Monmouthius à Rege exercitui Præfectus dissipavit, interfectis partim, partim captis rebellibus. Multi tamen & in Anglia & in Scotia in ipsum Monmouthium tanquam naturalem Regis filium inclinabant.

Russi dum in Ukraina bellum vario Marte contra Turcas prosequuntur, domi per rebellionem à Proceribus quibusdam adversus Magnam Ducem concitatam turbantur.

Pestis Viennæ grassatur, quare Imperator cum familia sua Serenissima & Proceribus Aulae Pragæ concessit, Mortui sunt Incolarum 140000.

Christiana Carolina Regis Daniz filia nascitur.

Suecorum Rex graviter decumbens, medicorum tamen industriâ sanitati restituitur.

Princeps Fürstenbergius per Decretum Cæsareum liber dimittitur.

Imperatrix filiam partu enixa est, quæ autem brevi è vivis discedit.

Nata est Carolina Sophia filia Marchionis Onolsbacensis, quæ autem paulò post extinguitur.

Fridericus III. Electoris Brandenburgici filius, nuptias contrahit cum Elisabethâ Henrica filia Landgravii Hasso-Cassellani.

Christianus Dux Saxo-Merseburgensis matrimonium consummat cum Erdmude Dorothea filia Ducis Citiensis.

Obit Mauritius Princeps Nassovius.

Annus

Annus Christi 1680.

GAlli Dinantum Episcopatus Leodiensis urbem occupant, qui arcem mirè muniunt.

Fulgur tonitru excussum urbis Huesdæ in Hollandiâ turrim tangit, in quâ 800. centumpondia pulveris bellici & 30000. globi ignovomerant repositi, qui ignem concipientes immenso fragore arcem, partemque urbis evertunt, & ducentos ultra homines morti tradiderunt.

Moritur Carolus Ludovicus Elector Palatinus: item Elisabetha Abbatisa Hervordenfis, Friderici V. Electoris Palatini filia.

Dura lues Bohemiam invadit, per regnum plura quàm octoginta, Pragæ solùm plus quàm 25. millia mortalium absumens.

Cometa inauditæ ferè longitudinis ac latitudinis orbem terrarum terret.

Obit P. Jacobus Serranus Soc. Jesu Hispanus, per omnia charitatis officia de proximis benè meritus, aspectu & amplexu pueri Jesu in supremo morbo recreatus.

Coburgi in palatio Ducali campana sua sponte sonitus edidit.

Moritur Joannes Fridericus Dux Hanoveranus Catholicus.

In Saxoniz & Franconiz finibus mense Novembris & Decembris duo Cometæ visi sunt.

In grassantes iterum more suo rapinis, cædibus & incendiis rebelles Ungaros, vario Marte & armorum eventu pugnatum à Comite Caprara Duce Cæsarearum copiarum.

Delphino Galliarum nubit Maria Anna Christiana Bavara pridie nonas Martii, in Campaniz confinibus à Rege, aulaque Primoribus magnâ pompâ excepta.

Natus est Carolus Josephus Ignatius filius Caroli Lotharingiz Ducis. Item Ferdinandus Albertus Dux Brunsvico-Guelpherbytanus.

Obit Ludovica Christiani Ducis Bregensis & Lignicensis uxor.

Galli non obstante pace superiori anno Germaniz redditâ, in Alsatia Palatinatu & Trevirensi Diocesi pro lubitu arces munitas occupant, demoliuntur, subditos ad tributa pendenda compellunt, sacra Protestantium turbant, & multis etiam interdiciunt. Ne autem absque prætextu in Imperii terris grassari viderentur, Camera Metensis multas dependentias & Reuniones earum ditionum effinxit, quæ ante aliquot sæcula Alsatiz & contiguis terris conjunctæ fuerunt, quas quasi jure postliminii Rex Galliz suo Regno vindicare ei que reunire posset.

Pragâ pestis Dresdam & inde Lipsiam delata multa millia hominum extinxit. Elector Saxoniz Joannes Georgius II. hæc de causâ Freibergam concesserat, sed ibi postea diuturno morbo confectus anno ætatis 67. die 22. Augusti obiit. Augustus ejus frater Administrator Archiepiscopatus Magdeburgensis, paulò antè circa diem 4. Junii ætatis suæ anno 66. fati concesserat.

In Septentrione pax inter Suecos & Danos facta confirmatur nunc per nuptias à Rege Sueciz cum Daniz Regis sorore Ulricâ Eleonorâ die 15. Maji celebratus.

Russi cum Turcis propter Ukrainam adhuc bellerunt, quorum Legatus ad Portam Otto-

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

mannicam indignis modis habitus, domum reversus est re infectâ. Tartari in Rusiam irruentes non solùm igne & ferro latissimè grassati sunt, sed & 15000. Russos captivos abduxerunt.

Princeps Radzivilius Poloniz Regni Legatus, Romæ moritur.

Itali Gallorum machinationes suspectant, imprimis dum de Casalâ, Gallis à Duce Mantuano venditâ, rumor increbesceret magis.

Nova Hispaniz Regina Madriti festivâ pompâ excipitur.

Nata est Joanna V. Wilhelmina filia Ducis Saxo-Hallensis Joannis Adolphi.

Galliz Rex declarationem edit, vi cujus omnes filii ejus naturales sibi in hæreditatibus succedere deberent.

Joannes Ernestus Dux Saxo-Saalfeldensis, nuptias celebrat cum Sophia Hedvige filia Ducis Merseburgensis.

Poloniz Regi nascitur filius.

Obit Archiepiscopus Strigonii Georgius Schlepechenius, filius rustici.

Princeps Haly Tunetanus totum regnum occupat, & fratrem Mahometem natu majorem ex patriâ pellit.

Princeps Parmensis, Madriti, Gubernator Belgii declaratur.

Maximilianus Emmanuel annum attingens ætatis 18. ipse regimen suscipit.

Dux Magnus Moscorum nuptias clam celebrat cum Ophimia Routefsky, ex familia quadam Polonica nobili oriundâ.

Inter Galliz & Sueciz Reges fœdus arctius initur.

In mundi lucem editur Ludovica Dorothea Sophia, filia Principis Electoris Brandenburgici. Item Christianus Mauritius filius Ducis Christianiani Merseburgensis.

Obit Joanna Elisabetha Joannis Friderici Marchionis Onolsbacensis prima uxor.

Malacca horrendo terræ motu concutitur. Fatis concedit Princeps de Monticuculi, Imperatoris Archistrategus.

Daniz Regi nascitur filius Carolus. Moritur Romæ P. Athanasius Kircherus è Soc. Jesu, vir famæ immortalis.

Imperatori nascitur filia Maria Elisabetha.

Ludovicus Marchio Brandenburgicus nuptias celebrat cum Ludovicâ Carolinâ Radzivilâ.

Jafock Adiam Sagehed Abyssinorum Rex regimen suscipit.

Annus Christi 1681.

ABoæ in Finlandiâ, repentino incendio nongentæ domus conflagravit, cum Ecclesia Cathedrali.

Christianopolis urbs in Comitatu Oldenburgico erigitur.

Pars tertia urbis Candiz, cum jacturâ & morte aliquot centenorum hominum, terræ motu evertitur.

Rhenus & Danubius aggeribus & ripis superfusi, ingentia tam inferiori, quàm superiori Germaniz damna intulerunt.

Summus Pontifex renunciat Cardinales sedecim, quos maturo judicio purpurâ digniores censuerat.

Zzzz

Cele-

Celebrantur Comititia Oedenburgi à Cæsare, Comes Esterhazius honore Regni Palatini decoratur: Augusta in Reginam Ungariæ inauguratur.

Rex Galliarum Ludovicus, Casalium in Italia sibi à Duce Mantuano permissum, & Argentoratum partim minis partim armis occupat; cessit ejusdem quoque potestati Comitatus Chimienfis.

Prænobile Aldobrandinæ familiæ stemma in Donna Olympia, Joannis Georgii Ducis Rofanenfis conjugæ extinguitur.

Obiit Magdalena Sibylla, uxor Friderici Ducis Saxo-Gothani, filia Augusti Ducis Saxoniarum.

Constantia Barberina Francisco Gaëtano Sermonettæ & Casertæ Duci nubit.

Moritur Christina Elisabetha, Rudolphi Augusti Ducis Brunsvico-Luneburgici conjux, Comitissa de Barby.

Obiit Sigismundus de Bircken, aliis Betulius dictus, natione Bohemus, in Poësi Germanicâ optimè excultus: edidit Germanico Idiomate Joannis Jacobi Fuggeri speculum honorum Archi-Domus Austriacæ usque ad Maximilianum I. Descriptionem Danubii. Mausolæum Regum Hungariæ. Ulysses Brandeburgicum, Guelpho-Saxoniarum inferioris silvam lauream. Electoratus Saxonici Aulam heroum. Pegnesin libr. 2. Theatrum Germanicum. Commenii orbem pictum &c.

Elisabetha Eleonora Antonii Ulrici Ducis Brunsvico-Guelpherbytiani filia, relicta vidua Joannis Georgii Ducis Megapolitani, ad secundas nuptias transit cum Bernardo Duce Saxo-Meinungenfi.

Christina Marchionissa Badeno-Durlacensis Friderico Duci Saxo-Gothano desponsatur.

Legati Cæsaris & Imperii Francofurtum venerunt, & de Argentorato contra datam fidem à Gallis intercepto conqueruntur, ejusque apud Legatum Gallicum restitutionem fortiter urgent. Venit & Francofurtum Legatus Suecicus, qui de Ducatu Bipontino restituendo agere paravit, nam Gallus eum, quasi feudum suum esset, Duci Birckenfeldensi ob præstitum sibi homagium tradiderat: alius etiam Legatus Suecicus extraordinarius Viennam commigravit, de fœdere novo cum Imperatore ineundo acturus.

In Comitibus Ratisponensibus maturo consilio actum, ut exercitus 60000. militum ad securitatem Imperii conservandam conscriberetur, qui intra tres annos augeri, minui & dimitti posset.

In Anglia subinde plures conspirationis rei manifestantur, inter quos etiam Comes Staffortensis capite plexus. Quia verò superius & inferius Parlamentum instanter urgebant, ut omnes Catholici Regno ejicerentur, utque Princeps Eboracensis Regis frater penitus à successione Regni excluderetur, Rex utroque Conventu soluto Parlamentorum desideria irrita fecit.

In Norvegia Drontheimium die 18. Aprilis exorto incendio intra 12. horas deflagavit.

Russi cum Turcis inducias 20. annorum pangunt, inde bellum Turcico-Russicum in Polonos derivatum.

Natus est Fridericus V Vilhelmus, filius Joannis Adolphi Ducis Leucopetrenfis,

Elisabetha Eleonora relicta vidua Ducis Megapolitani, secundas nuptias celebrat cum Bernardo Duce Saxo-Meinungenfi.

Fœdus inicitur inter Electores Principes Saxonem & Brandenburgicum.

Decedit nullâ ex se prole masculâ relicta Fridericus Ludovicus, Dux Bipontinus,

Mauritani Hispaniarum Regi Urbem Marmoram eripiunt.

Augustus V Vilhelmus Dux Brunsvico-Guelpherbytianus matrimonium inicit cum Christianâ Sophiâ filiâ Ducis Rudolphi Augusti.

Dux Luceburgicus post carcerem & relegationem in gratiam Galliarum Regis redit.

Hedvigis Sophia Suecorum Regi nascitur.

Pestis Islebiæ, Magdeburgum & Mansfeldensem Comitatum invadit.

Leodienses ob exactiorem sexagesimi nummi, in Dominum suum Archiepiscopum Coloniensem insurgunt.

Ducatus Luceburgicus, Metropoli exceptâ, Galliarum Regi traditur.

Monte Regali in Ducatu Pedemontano magna turbæ concitantur.

Hungari malecontenti ope Turcarum & Principis Transylvaniæ fortalitia Bessermium & Callo occupant.

Respublica Algeriensis bellum Gallis denunciât.

Turcarum Imperator Moldaviæ Principi, simul Valachiam & Ukrainiam confert.

Imperator cum Hungariæ Statibus transactionem pauco tempore duraturam facit.

Fridericus Marchio Onolsbacensis, Eleonoram Erdmutham Ludovicam Ducis Isenacensis filiam matrimonio sibi jungit.

Vivere desinit Mauritius Dux Citionsis: item Curlandiæ Dux Senex.

Annus Christi 1682.

Moritur Rupertus, filius Friderici V. Electoris Palatini.

Stupenda fluminum exundatio per quatuor hebdomadam continuas pluvias causata, magnam in Europa hominum, pecorum, urbium, villarum stragem edit.

Blasius sive Volas Archiepiscopus Schismaticus Samacæ ad mare Caspium, ejurato schismate, Pontifici Romano cum suis se subjicit.

Per solennia Cleri Gallicani comitia non solum permissum Regi jus Regaliæ in omnes Galliarum Ecclesias, sed etiam propinata Gallis nonnulla dogmata, quæ minus favebant authoritati Pontificis.

Caprara Ablegatus Cæsaris frustra Constantinopoli renovare contendit vicennales inducias cum Turcis, qui jam publicis auxiliis favore cœperant rebelles Ungaros.

Teckelius rebellium antesignanus in facultates Procerum sibi renitentium ferro & igni desævit. Cassoviam, Eperiesam, Leventium, Filleckium, Tokaium, aliaque loca bene multa in potestatem redigit, ornatusque à Porta Ottomanica Principalibus insignibus, chlamyde, frama, & sariisâ, sibi publicè arrogat in moneta, aliisque numismatis titulum: Principis & partium Regni Hungariæ Domini.

Comes

Comes Schafsburius in vitam Regis Angliæ Caroli, ejusque fratris Jacobi Ducis Eboracensis conspirat, sed dum tardiori apparatu ad rem gerendam se complices accingunt, metu percussus Schafsburius in Hollandiam fugit.

Excessit è vivis Theodorus Alexovizius Moschorum Dux, sublatus, ut creditum, veneno. Undè graviter sævitum à milite Prætorio in Primores, qui putabantur propinasse toxicum. Suffectus est Theodoro frater ejus minimus Petrus Alexovizius, qui tamen paulò post adnitente potissimum sorore Sophiâ regiminis socium admittere coactus fuit fratrem Fridericum, quem Petro potiore faciebat ætas, posteriorem verò oculorum mentisque imbecillitas.

Cæsari natus filius secundò genitus, Delphino primogenitus, cui cum titulo Ducis Burgundiæ impositum nomen Ludovici.

Batavi in suum commodum usi dissidiis & bello inter Agom Regem Bantam in Java Insula, ejusque filium Aguium, huic mittunt suppetias, ejus patrem castris exuunt, & captivum in Bataviam transferunt.

Classis Gallica Algerium in Africa globorum igneorum injectione vexat, domos plures flammis & incolarum quingentos neci tradit.

Christina uxor Ferdinandi Alberti Ducis Brunsvico-Guelpherbytiano-Beverani gemellos edit Ferdinandum Christianum, & Ernestum Ferdinandum.

Decedit Anna Sophia Abbatissa Quedlinburgensis, filia Georgii Wilhelmi Comitum Palatini Rheni, Lineæ Birckenfeldicæ.

Ratisbonæ de apparatu bellico in usum exercitus Imperii comparando denuò agitur, & statuitur exteris non permittendum, ut in Germania milites imposterum legant.

Francofurti initium consultationis de capitibus pacis Neomagenfis adhuc controversis factum est, ubi statim à Legatis Imperatoris & Imperii monitum, Reuniones adhuc à Rege Galliarum contra datam fidem continuari. Sub exitum tandem Novembris Gallici Legati re infectâ discesserunt.

Cum Imperator ob turbas in Hungaria auctas hoc tempore solus Imperium defendere non posset, Regem Sueciæ, Batavos & aliquot Imperii Ordines in Societatem fœderis invitat.

Post obitum Francisci Egonis Episcopi Argentoratensis, ejus frater Princeps Wilhelmus de Fürstenberg in Episcopum Argentoratensem iterum electus fuit.

Mense Majo ingens terræ motus per Galliam & Germaniam observatus est. Ætate infrequente morbus epidemicus armenta & pecudes invasit, ut si non maturè linguæ earum inciderebantur, certis medicamentis adhibitis, intra 14. horas extinguerentur. Origo mali ex Baviarâ orta, inde longè lateque per Germaniam & vicinas Provincias serpere cœpit.

Galliarum Rex durante Conventu Francofurtensi Luceburgum incluserat, ut nec importari nec exportari urbe quicquam posset. Sed Angliæ Rege intercedente copias inde deduxit.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

In causâ Principatus Arausionensis in Parlamento Lutetiano contra Principem Auriacum sententia lata fuit. Inde urbis Arausionensis mœnia destrui jubet Rex Galliarum, ejusque Ducatum Arausionensi Principi aufert, & Joanni Ludovico Longovillæo adjudicat.

Hispani cum pacem nuper factam infidam & inutilem viderent, Gallique bellicos apparatus atque postulata Regis iniqua expenderent, fœdus cum Cæsare, Suecis & Batavis pro defensione pacis Neomagiensis faciunt.

In Portugallia gravissima inquisitio contra Judæos instituta, eorumque quidam præfractæ suæ Religionis in hærentes vivi combusti sunt.

Aula Suecica per Nativitatem Principis Regii, qui in baptismo Carolus dictus, valde exhilarata fuit.

Die 16. Augusti novus iterum Cometa non multum à stellis Ursæ Majoris distans apparuit.

Natus est Christianus filius Adolphi Ducis Saxo-Leucopetrenfis.

Princeps Elector Baviarum 10000. milites Imperatori pro suppetiis mittendos promittit.

Erfordiarum Præfidiarii milites ab Imperatore immittuntur.

Plescovia urbs vix non tota conflatur.

Tockelius caput Ungarorum malecontentorum, cum Ragozii vidua nuptias celebrat.

Ex Valachiâ aliquot vicorum millia, cum uxoribus & liberis ad excolendam Ukrainiam vi adiguntur.

Vesuvius immensam ignis copiam evomit.

Pirata Algeriensis, Tunetani & Tripolitani Gallis magna damna inferunt.

Georgius Ludovicus Princeps hæreditarius Hannoveranus, postea Elector, nuptias celebrat cum Sophia Dorothea filia Georgii Wilhelmi Ducis Brunsvico-Cellensis.

Societas Batavica Rebellem Magni Materani internecinâ clade afficit, proin iste se dictæ Societati submittit, quæ res Batavis Anglorum, Gallorum atque Danorum odium causavit.

Annus Christi 1683.

Cæsar intentus de infringendis Turcarum conatibus, qui ingentes pro bello proximo apparatus moliri dicebantur, valida undique auxilia, tum ex Imperio, tum ex Polonorum Republicâ, quâ cum inita armorum societas, accersere contendit.

Eidem causæ pro viribus patrocinari satagit Innocentius Papa XI. quâ indistincto Jubilæo, quo fideles DEI opem exorarent, quâ liberali æris numerati profusione, suisque & suasionibus & exemplo præcipuos Italiæ & orbis Christiani Proceres impellit, ut quæ possent, communi defensionis conferrent auxilia.

Die 13. Julii post inundata barbarâ immanitate, & longè lateque devastata cadibus & incendiis rapinisque omnia, cum exercitu numerosissimo 200000. appellit ad Viennam Austriæ obsidendam Cara Mustapha Bassa, eaque

Zzzz z

eaque omnia per menses duos offensionum genera exercere incipit, quibus in obsessas urbes deservire solet armatus furor. Dum tandem 2. Septembris à fœderatis exercitibus, quorum Duces præcipui fuerunt Joannes Casimirus Rex Poloniæ, Carolus Dux Lotharingiæ, Joannes Georgius Saxonæ, & Emmanuel Bavaræ Electores, obsidentes barbari funduntur, fuganturque, & cum insigni clade totis castris exuuntur. Cessere victoribus pretiosissima castrorum Turcicorum impedimenta omnia, opibus omnis generis propè immensis & Munitionibus referta. Nomen Ernesti Rudigeri Comitis Starenbergii, qui tam fortiter quàm feliciter urbem propugnavit, adscriptum immortalitati. Præmium Vezirii, aliorumque Bassarum fuit restis, quo acceptam cladem luerunt.

Nec dum victoriarum satis, reliquæ Barbarorum profligantur ab iisdem fœderatis ad Barcanum & Strigonium, quod paulò post conatu non magno ad deditionem cogitur.

Cofaci sub Duce Corischio invadunt funduntque Tartaros Turcarum fœderatos, cæsis eorum triginta millibus.

Nec Morlachi in finibus Dalmatarum vivere indemnes Turcas, quorum ditiones rapinis & incendiis mirè funestantur.

In Belgio Galli disjecto congressu Cortracensi, in quo expense jura Ludovici in ditiones Hispanorum, sub Duce Humerio Cortracum & Dixmudam occupant, sub Duce verò Crequio Luxenburgum impetunt, procellaque innumerâ globorum ignes vomentium dilacerant.

Mense Novembri crevit Delphino post primum filius secundò genitus, cui nomen inditum Philippi à patruo susceptore, & attributus titulus Ducis Andegavensium.

Renovata hoc anno Londini conjuratio adversus Regem à Senis Magnatibus, quos impii facinoris executores sibi substituerat Schafsburius, in omnem occasionem tollendi Caroli & Jacobi fratris vigili curâ intentis, sed quò minus succumberent meditato sceleri incauti fratres, effecit unus conspiratorum, qui conceptæ prodicionis pœnitentia ductus, rem totam aperuit regi, cujus jussu partim intercepti & multati, partim fugâ supplicium declinaverunt.

Moritur Petrus Philippus à Dernbach, Episcopus Bambergensis & Herbipolensis, libertatis Ecclesiasticæ, suæque jurisdictionis defensor magnanimus, militem copiosum alens, tum in subsidium Cæsaris sibi fœderati, tum in patriæ tutelam. Succedit ei in sede Herbipolensi Conradus Wilhelmus à Wernau, in Bambergensi Marquardus Sebastianus à Stauffenberg.

Macharinus Episcopus Samauriæ in Armenia, à Sede Apostolica Missionarios expetit, idem agit Euthymius Archiepiscopus Tyri, qui Papam pro totius Christianismi capite agnoscit: Ignatius quoque Patriarcha Antiochenus, & Josephus Patriarcha Chaldæorum sedi Apostolicæ se subiecit.

Cum Sanctitatis fama Pragæ obiit P. Joannes Malobitzki Soc. Jesu in obsequio pestiferorum, singularis Mariani cultus propagator, humilitate, animarum zelo, & charitate proximi conspicuus.

Moritur Ferdinandus, L. B. de Fürstenberg Episcopus Paderbornensis,

Classis Gallorum denuò Algerium globorum igneorum injectione aggreditur, cogitque ad extraditionem captivorum Gallorum: quo facto populus urbis seditionem movens Babam Hafanum trucidat, & loco ejus Mezzomortuum Principem sibi deligit, qui Gallis fortiter restitit.

Vitam finit Alphonsus Henricus Lusitanæ Rex depositus, quem morte subsequitur ejus quondam conjux Maria Elisabetha. Vita quoque metam mors ponit Annæ Sophiæ Abbatissæ Quedlinburgensi, filiæ Georgii II. Landgravii Hasso-Darmstadiani, & Sophiæ Eleonoræ filiz Joannis Georgii I. Electoris Saxonæ.

Nascitur Gustavus Caroli XI. Suecorum Regis filius: item Ferdinandus Josephus Philippus, filius Caroli V. Ducis Lotharingiæ.

Decedit Galliarum Regina: Calvinistæ in omnibus Provinciis Gallicis premuntur, destructis templis, interdictis scholis &c.

Rex Hispaniæ cum Suecis fœdus in initum confirmat, Gallicisquæ prætensis juribus in Luxenburgum, & multa Brabantia loca annuere recusat; nam Gubernatori Belgii mandavit, ut Gallis Brabantiam & Flandriam depopulantibus arma opponeret. Quo facto Gallus Audenardam & Dixmudam expugnat, moxque Neoporto imminet. Luxeburgi obsidionem solvere cogitur. Electorem Brandenburgicum ut sibi conciliet Hispanus, debita restantia exsolvere, novaquæ subsidia illi dare pollicetur.

Cum Russis pax solenni Sacramento in templo à Rege Sueciæ & Russorum Legatis confirmatur.

Antonius Franciscus Comes Palatinus Rheni, Imperatricis frater, Episcopus Vratislaviensis creatur.

Cæsar cum Ducibus Brunsvico-Lüneburgicis speciale fœdus in initum.

Moritur Albertus Ernestus Princeps Octingensis.

Muley Ismael Rex Marocciani & Fessani Regni transigit cum cognato suo Taffletâ, ita ut ipse in possessione Marocciani & Fessani Regni maneret: Taffletta verò Princeps esset Provinciarum Sutz & Cgzulæ.

Nascitur Wilhelmina Carolina filia Marchionis Onolsbacensis.

Mons Æthna mense Aprili horrendè ignem evomit.

Obiit Joannes Ernestus Dux Saxo-Vinariensis; item Princeps Schvvarzenbergius.

Regi Poloniæ natus est filius.

Vita subtrahitur Hedvvis Sophia Landgravia Hasso-Cassellana, filia Electoris Brandenburgici.

Uxor Joannis Adolphi Ducis Saxo-Leucopetrani filiam Annam Mariam enixa est.

Decedit Elisabetha Henrica uxor prima Principis Electoris Brandenburgici, nata Landgravia Hasso-Cassellana.

Coloniarum Agrippinæ introducuntur Novi duo Consules cum Senatu novo, Syndicis & Secretariis ab officio suspensis: varia quoque Urbis Dicastreria cassantur.

Ungarorum 15000. sub vexillis Palatini Regni, ad castra Teckeliana simul transeunt.

Obiit ex vulnere Princeps Sabaudiarum, filius Comitissæ Sueffionensis; vivere quoque desit Dux

Dux Arenbergicus, nec non Episcopus Wormatiensis ex familiâ Baronum de Bassenheim.

Georgius Princeps Regius Daniæ nuptias celebrat cum Anna Ducis Eboracensis filia.

Dux Lotharingiæ cædit copias Comitissæ Tœckelii propè Pofaniam.

Princeps Elector Colonienfis fit simul Episcopus Monasteriensis.

Imperatori nascitur filia Maria Anna Josephæ.

Hildesum & Baderborna Episcopum accipiunt L. B. de Metternich.

Christianus Vdalricus Dux Württembergicus nuptias celebrat cum Sibylla Maria, filia Ducis Saxo-Merseburgici.

Principi hæreditario Hannoverano natus est filius Georgius Augustus.

Christiani milites Turcis fortalium Zithim eripiunt.

Turcarum Imperator Tartarorum Chanum ob præcipitem fugam ex proelio Viennensi, dignitate privat, eamque Adzy Kirey confert.

Annus Christi 1684.

Moritur Alvisus Contarini Venetorum Dux, vir ætate & prudentia consummatus. Succedit Marcus Antonius Justiniani.

Galli in Belgio circa Antverpiam oppidula & pagos plurimos incendio tradunt, ut, quia inde domuum non erat copia, homines multi frigoris sævitæ perierunt.

Sophia Charlotta Ernesti Augusti Electoris Brunsvico-Lüneburgici filia, Friderico Electori Brandeburgico, postea Prussiarum Regi matrimonio copulatur.

Febri malignæ æstibus extinguitur 5. Septembris Conradus Wilhelmus à Wernau Episcopus Herbipolensis primo regiminis anno: magnam fortunati regiminis spem fecerat augustus in Principis electi corpore decoro Spiritus, & sociata Majestati vultus clementia, quâ subditorum animos in sui amorem suavissimè traxerat. Succedit ei eodem hoc anno in sede Episcopali Joannes Godefridus à Guttenberg.

Innocentius XI. Papa Thuribium Mongroveum Archiepiscopum Limanum Beatorum catalogo adscribit; idem Missionarios plures in Regna Siam & Tunquin, nec non Hollandiam adque Grifones delegat.

Hamburgi fœdum incendium 214. ades absumit, damnum inde causatum ad tria millionum æstimationem se extendit.

Franciscus Morosinus Venetæ classis Supremus Præfectus Insulam S. Mauræ expugnat: secuta est mense Septembri expugnatio Prevesæ, & terror insularum in mari Ægeo, quarum aliquas raptu captivorum, omnes emunctis tributis afflixit.

Cæsareani sub variis Ducibus rem fortiter agere pergunt contra Barbaros. Sub Duce Lotharingiæ Vicegradium & Vacciam expugnant: Præfectum Budensem in inito certamine fundunt, fugantque occisis quatuor Turcarum millibus, raptaque prædâ omnium signorum, tum rei tormentariæ, quam secum vehebant; repetitis item cladibus atterunt Seraskirium, qui iteratis vicibus suppetias inferre conatus obsessis Budensibus: irrito tamen conatu moliantur obsidionem Budensem, quam primâ die Novembris post ja-

cturam multorum millium, quos partim ferrum, partim morbus sustulit, solvere coguntur.

Sub Duce Leslæo Verovitizam in confinibus Sclavoniæ occupant, & ultra pagos 200. cum nonnullis benè munitis castris & arcibus ad Cæsaris fidem retrahunt.

Schulzius quaternis omnino præliis superior cædit, funditque Teckelium cum auxiliariis Turcis ac Tartaris, semelque ac iterum castris & impedimentis ferè omnibus exiit.

Rebelles Ungari allecti spe veniæ & impunitatis, quam eis proposuerat Leopoldus, magno numero ad primæ fidei Sacramenta redeunt.

In Angliâ & Scotia solemnibus comitiis designatus Successor Regis Caroli fratet, Jacobus Dux Eboracensis.

Luxenburgum à Gallis expugnatur, & Treviris nudatur mœnibus. Secuta subindè vicenales induciæ inter Cæsarem, Regem Hispaniæ & Regem Galliarum, quorum pactis retineret Rex Ludovicus Argentoratum in Germania, Luxenburgum, Belmontium & Chimatum in Belgio, restituit Hispano Corracò & Dixmudâ.

Genuensis civitatis elegantissima pars ab injectione ignivomorum globorum per Gallos vastatur.

Moritur Joannes Casparus de Ampringen Magnus Teutonicorum Equitum Magister.

Ferdinando Alberto Duci Brunsvico-Beverano natus est filius Henricus Ferdinandus.

Augusta Dorothea filia Antonii Ulrici Ducis Brunsvico-Guelpherbytiani, nuptias celebrat cum Antonio Gunthero Comite Schvvarzburgico.

Emmanuel Philibertus Amadeus Princeps Cariniani nuptias celebrat cum Angela Catharina Astensi, ex familiâ Ducum Mutinensium.

Nascitur Ulricus Caroli XI. Sueciæ Regis filius.

Decedit Carolus Eusebius S. R. I. Princeps à Lichtenstein Dux Troppaviensis.

Obiit cum Sanctitatis notâ Ven. Ludovicus Caraffa, Fabricii, Ducis Andriæ filius; S. Severini Neapolitani Cœnobii Professor, Abbas Casinensis.

Hoc anno triplex sacrum fœdus inter Imperatorem, Poloniæ Regem & Rempubicam Venetam contra Turcas in quinque annos in initum & firmatum est.

Cofacci Tartarorum aliquot millia neci dederunt multosque eorum pagos funditus delaverunt.

Poloniæ copiæ plurimis velitationibus Turcis multa damna inferebant. In Ukrainensi tractu & Tartarorum & Turcarum plurimi cæsi. Jaslovvica urbs post primum obsidionis diem, quamvis rebus omnibus satis instructa Regi se submisit. Inde Lubocenskio in initum Caminicum arctius includere, ipse Rex Poloniæ in Ducatum Wallachiæ sive Daciæ cum exercitu movit. Interea Tartarorum Sultanus Galga cum aliquot millibus Chozimum advenerat, qui Polonorum postremas copias lassere aliquoties contendebat, qui tamen cæsis suorum pluribus fortiter reprimebatur. Porro dicti Poloni propè Cooperanicum 4000. Tartarorum neci dabant, quod ipsum Turcæ videntes in hyberna discesserunt.

Moriuntur hoc anno secundò genitus Imperatoris Leopoldus, item Princeps Isevacensis ex vulnere in obsidione Budæ percepto: Benedictus

Henrica Joannis Friderici Ducis olim Brunsvico-Hannoverani relicta vidua, Princeps Rhemi Palatina, nec non Isabella Monmorancia, Christiani Ludovici Suerinensis - Megalopolitani Ducis conjux, & Ducis Lucenburgenfis soror.

Horrendum mense Januario per Europam universam frigus sæviit.

Ejusdem mensis die 24. circa horam octavam & nonam vespertinam visæ sunt tres lunæ, signo crucis notatæ.

Cosacci Polemarchum suum Kunitzkium in urbe Moilo occidunt.

Galli cum magna suorum clade Gerundia obsidionem solvere ab Hispanis coguntur.

Princeps Elector Colonienfis Leodium sibi rebellem urbem occupat, & nece duorum Consulum reformat.

Elector Brandenburgicus, Ducesque Brunsvico - Lüneburgici fœdus defensivum pangunt.

Imperatori nata est filia Maria Theresia.

Annus Christi 1685.

Moritur Marquardus Schenck de Castell, Episcopus Aichstadianus, & Cæsaris legatus primarius in Comitibus Imperii Ratisbonæ, anno ætatis octuagesimo; item Archiepiscopus Strigoniensis anno ætatis 81.

Niemorovia, magna Poloniae urbs, à Tartaris & Turcis exspoliatur, devastatur, comburitur, incolis universis partim occisis, partim in captivitate abductis.

Dresda vetus incendio absumitur.

Sabaudia Dux omnes hæreticos è terris suis proscibit.

Maximilianus Emmanuel Bavarie Elector, Mariam Antoniam, Cæsaris Leopoldi ex Margaritâ Hispanicâ filiam, conjugem ducit.

Romæ decreto Congregationis, quam Sancti Officii vocant, ad carceres tractus Michaël Molinos Sacerdos Hispanus, qui fictæ pietatis larvâ abusus, sub devotionis prætextu, multos incautæ conscientia propinatâ orationis, quam Quietis vocabat, methodo ad inanem perfectionis fastum seducebat. Eadem pœnâ alter delirantis Sæctæ Coryphæus Mediolano paulò post Romam evocatus à seducendo quiescere compulsus fuit.

In Hispania Carolus Rex insigne Austriae pietatis exemplum dedit: jussu enim Sacerdote, quem offenderat ruri agro rustico sacrum viaticum deferentem, rhedam regiam conscendere, ipse pedibus procedentem ad rusticum mapale comitatus est, eo humilitatis & modestiæ specimine, ut orbis mirandi materiam habeat.

Fatis concedit Londini Carolus Angliæ Rex, in extremis vitæ assertâ religione Catholicâ, quam ab annis benè multis secretò jam coluisse creditus fuit; Successor ipso obitu die salutatur Jacobus Eboracensium Dux, licet se Catholicum, & Sacris Romanis addictum palàm profiteretur. Dux Monmouthus Regis Caroli notus, & Comes Argilius, qui palàm conscriptis copiis se illi opponere ausi, prælio victi, ex sententiâ Parlamenti, ut perduelles, & læsæ Majestatis rei, capitali supplicio sunt affecti.

Ludovicus XIV. Gallia Rex edicto solenni ex universo Regno suo proscibit Calvinismum,

ac hæreticorum templa dirui, ac eliminari omnes hæresis Præcones jubet.

Moritur Heidelbergæ Carolus Elector Palatinus improlis, sororem relinquens Carolam Elisabetham, quæ pridem Philippo Aurelianensium Duci nupta, litibus & periculoso dissidio ansam præbuit: successit ditionibus & Electorali dignitati Philippus Wilhelmus Dux Neoburgensis Catholicus, cujus voluntate & imperio fides orthodoxa in Principatum revocata est.

Carolus, Imperator modernus gloriosissimus, natus est.

Lotharingæ Dux, exercitûs Cæsarei Præfectus supremus Vivarinum obsidet, occupat, Turcarumque exercitum apud Strigonium cædit fugatque. Occisus in urbe Vivarino victore milite Christiano Turcæ penè omnes ætatis & sexûs promiscui, qui in ea inventi sunt: victoriam augent, Eperies, Cassovia, Tockaium, Zolnockium, & tota quâ latè patet Pannonia superior.

Veneti sub Duce Morosino post fugatos terrâ marique barbaros, vi penetrarunt in urbem Coronam, aliisque loca non pauca suæ fecerunt potestatis.

In Turciâ immanis turbo arbores, tecta resque alias naturâ munitas evertit.

Occidit insigne litteratorum & Ordinis Benedictini sidus, Lucas Acherius, ex Congregatione S. Mauri in Gallia: protulit in lucem Epistolam S. Barnabæ Græcè & Latinè cum notis Menardi, vitam & scripta S. Lanfranci Archiepiscopi Cantuariensis. Spicilegium tredecim constans voluminibus. Obiit Parisiis in Monasterio S. Germani de Prato, ubi Bibliothecarii officio fungebatur.

Moritur Gustavus Caroli XI. Sueciae Regis filius. Natus econtra est Carolo Lotharingæ Duci Josephus Innocentius Emmanuel.

Obiit Fridericus Augustus filius primogenitus Friderici III. Prussiae Regis.

Teckelius tot præsidii amissis undique ferè conclusum se videns Poloniae Regis protectionem quidem anxie expetebat, sed frustra, & melior ejus thesauri pars cum 16000. florenis, quæ omnia Mongazium deserti jusserat, à Zathmariensibus Hufaris interceptabantur.

Præfectus sivè Bassa Magni Waradini Teckelium dolose ad se vocatum captivat, & in vincula conjectum, mittit Adrianopolim: Petrozizius hoc facto irritatus ad vindictam transit ad Cæsareanos.

Leslæus quoque Præfectus Militiæ Cæsareæ in Croatia, suburbia Canisæ cum omni frumento, quod in illis Regionibus eo anno creverat, comburi & absumi jussit; idem ut pontem Esseckensem igne vastaret, mandato Imperatoris accepto, Esseckum urbem prius interceptabat; eaque direptâ pontis ruinæ intentus erat, quem & exussit.

Constantinopoli & in aliis Turciæ urbibus ob appropinquantem Venetorum classem omnia ad ingentem seditionem spectabant, ad quam prohibendam Aga Janitscharorum cum 20000. peditum urbi imponebatur. Præfecti ob non collectas copias capite truncabantur.

Sulima à Cosaccis deficiens ad Turcas cum suis transit; inde aliquot Tartarorum millibus auctus Niemeroviam urbem ad deditioem facien-

faciendam frustra sollicitat. Generalis tandem Cosaccorum Mohila perfidis superveniens, Tartaros omnes in fugam egit, transfugæ verò Cosacci statim armis abjectis veniam à Generali olim suo implorabant: idem Mohila jussu Regis Poloniae in Tartaros, Hulizam, Zvvanicam & Podanicam usque excurrentes, & ultra 4000. Christianorum ex istis finibus in servitutem abducentes, excursionem fecit, & propè Raticoriam eos adortus, plurimis eorum cæsis, & Christianis è servitute liberatis, reliquos in fugam conjecit.

Veneti Chium tormentis quassant, & tres naves Turcicas in fundum demergunt; hostilem exercitum adorti non tantum Turcas in fugam conjecerunt, sed & ipsum exercitum Præfectum sivè Bassam neci dederunt; exin per incursum in urbem Coronam jam antè obsessam percurrunt, & omnes Turcas nullo vel sexûs vel ætatis discrimine habito neci dederunt. Huic victoriæ successit victorio Xarnatæ & Calamatæ. His Venetorum victoriis animati Mainotæ magno numero se iis subjecerunt.

Principis Electoris Brandenburgici conjux filium parit, qui sacro baptismate tinctus nomen Friderici Augusti sortitus est.

Obierunt Regina Danicæ vidua, Ducum Brunsvico - Lüneburgicorum soror; Ducissa Mantuæ, Marchio de Vitry, Casimirus Hanoviz Comes.

Eucharis Comes de Castell Aichstadianus creatur Episcopus.

Dux Genuensis cum quatuor Senioribus Versaliam veniens, Regis indignationem extinguit, eumque Reipublicæ reconciliat.

Nascitur Christiana Ernestina filia Philippi Ducis Mersenburgensis.

Deposito Dimitrasko Moldaviae Principe, Constantinus Serdar à Turcarum Imperatore eo titulo honoratur.

Moscua 17000. ædes, sacella, templa & Monasteria conflagent.

In mundi lucem prodierunt, Joannes Adolphus filius Ducis Leucopetrani: Carolus Franciscus filius Augustissimi Imperatoris Leopoldi: Fridericus filius Regis Sueciæ.

Naturæ debitum solvit Clara Isabella Sigismundi Francisci Archiducis Oenipontani soror, ac uxor Caroli Gonzagæ Ducis Mantuani.

Annus Christi 1686.

Princes Carassa castrum S. Jobi in Ungariâ, unius glandis ignivomæ jactu ad deditioem cogit.

Provincia Grœningensis, per mare ruptis aggeribus inundatur, ingenti damno, adeo ut circa solam duntaxat urbem Grœningam ultra 3000. homines, & 30000. pecudum desiderarentur.

Rinaldus Estensis S. R. E. Cardinalis creatur.

Danicæ Rex cum 15000. suorum Hamburgum infestans, aliis Imperii Principibus urbis defensionem in se suscipientibus, inde discedit; quidam verò è civibus tanquam proditores, & mali authores, acriter & secundum rigorem legis puniuntur.

Holmiæ 2000. ferè ædes incendio, cum multis hominibus absumuntur.

Vienna suum Episcopum Emericum ex ordine Capuccinorum exulit, cui Successor datus à Cæsare Ernestus Comes de Trauthson.

Obiit Eleonora Imperatrix vidua.

Mercius Aradium arcem ad flumen Marosium capit, cæsis in ea bis mille Janizaris.

Buda Ungariæ Metropolis ab exercitu Leopoldi Magni, inspectante coram exercitu hostili validissimo, sub jugum mittitur die 2. Septembris, quo Romæ Innocentius Papa XI. Cardinales 27. creavit.

Ludovicus Princeps Badensis, partim sui nominis terrore, partim levibus obsidionibus expugnavit Simonturnam, Quinque Ecclesias, Siclosium, Caposvarium.

Dux Veteranus cum 5000. trino certamine cædit Turcarum & Tartarorum ferè 20000. triplicem victoriam ingens consecuta equorum & generis omnis impedimentorum præda, cujus caput fuit Segedinum.

Veneti expugnant Navarinum, Methonem, Naupliam.

Polonicus exercitus Tartaros adhuc somno oppressos 5. Octobris summo diluculo aggreditur, & clade insigni sternit, multis in servitutem abductis, reliquis in proximas silvas celeri fugâ dilapsis: inter eosdem & Moschos sancita pax, & armorum fœderatio contra Turcas.

Hæretici per edictum Ducis vel ex Sabaudia abire, vel fidem orthodoxam amplecti jubentur.

Augustæ Vindelicorum sancita est inter Cæsarem, Imperii Ordines, & Rempublicam Batavorum fœderatio, ad mutuum, nisi quod immineret bellum, Statuum defensionem.

Delphino tertius filius gignitur, cui Caroli nomen, & agnomen Ducis Bituricensium attributum est.

Legati Siamensis Regis Parisiis adveniunt, qui Ludovico Regis sui potentissimi amicitiam & fœdera sponderunt.

Nicolaus Noury Monachus Benedictinus ex Congregatione S. Mauri protulit hoc antio opera omnia S. Ambrosii cum notis volum. 2. idem dein edidit Apparatum in Bibliam SS. Patrum; ejus Coadjutor fuit Jacobus du Frische ejusdem Instituti alumnus.

In Dalmatiâ Morlachi crebris in Turcas excursionibus hostes laceßebant, & propè Clivanum 1000. Turcarum pedites & 500. equites in fugam agebant, & cæsis qui obstabant, ipsam urbem Clivanum expugnabant: posthæc Generalis militiæ Venetæ in his oris Scinum urbem cum arce occupat.

In Turciâ ipsâ ob tam infestis belli successus sacrorum Præfectus Musti dictus tanquam fax & tuba belli in Christianos suscepti officio motus, eique supremus rei judicariæ Præfectus Cadilesker apud Turcas dictus, substitutus fuit. Neque bello tantum, sed & fame & peste Turcia Constantinopoli, Cairi, Aleppi & aliis in locis miserè affligebatur, & in Arabiâ novi motus exoriebantur, cujus incolæ novum Regem expetebant.

Caroli Ludovici Electoris Palatini vidua, Guilielmi V. Hassiæ Landgravii filia obiit.

Brandenburgici Electoris Principis filio Friderico Augusto mortuo, Electoralis filia Emilia

Emilia Carolo juniore Mecklenburgensi in Güstrov Ducis matrimonio elocata fuit.

In Civitate Colonienſi diſcordiæ inſteſtinæ raptis ad ſupplicium ſeditionis auctoris hoc anno ſopitæ fuerunt; novus enim Senatus à factioſis conſtitutus per Commiſſarios Cæſareos iterum loco motus, & primus dignitati ſuæ reſtitutus eſt; ſeditionis auctores, qui nimiam ſibi in Senatus reſ geſtas & rationes inquirendi licentiam ſumpſerant, partim mortis damnati, partim exilio bonis eorum addictis mulctati fuerunt.

Batavi de tuendis regionum ſuarum limitibus ſolliciti, fœdus cum Suecis renovant.

Decedit Joanna Magdalena nata Duciffa Saxo-Altenburgica, conjux Joannis Adolphi Ducis Leucopetrenſis: item Joannes Fridericus Marchio Onolsbacenſis.

Henricus Dux Saxo-Barbienſis, nuptias celebrat cum Eliſabethâ Albertinâ Marchionis Anhaltino-Deſſavienſis filiâ.

Comites Ferdinandus Joſephus à Dietrichſtein, Albertus Erneſtus Oettingenſis, & Georgius Fridericus Comes de Waldeck, S. R. I. Principum numero inferuntur.

Maria Sophia Eliſabetha filia Ducis Neoburgici Luſitaniæ Regi deſponſatur.

Obiit Princeps Condeus experienciâ rei militaris celebris.

Sueciæ Regi natus eſt filius Carolus Guſtavus.

Annus Chriſti 1687.

PÉtrivaradinum in Sclavoniâ à victorioſo Leopoldi I. exercitu expugnatur.

Dux Eſtreenſis, Regis Galliarum apud ſummum Pontificem Legatus, repentino morbo ſupprimitur & moritur: ſubmittitur Henricus Carolus Marchio Lavardinus, qui in urbem 1. Decembris ſtipatus ferè ducentis armatis, abſque promiſcua tibicinum, Epheborum, Familiarium, equorum, rhedarum, curruum & impedimentorum multitudine, magnâ pompâ ingreditur, ſed quia Franchigias (ut vocant) Quarteriorum, quas Pontifex ſummus aboleri volebat, manutenendi erat ſtudioſus, fruſtrâ à Pontifice audiri petiit, minisque & precibus egit, ut velut Orator haberetur, alto ubique ſilentio exceptus à Pontificis miniſtris; quin etiam publico interdicto devota Eccleſia S. Ludovici, in quam feſtis Natalitiis Chriſti ſe Orator contulerat devotionis gratiâ. Sed cum plauſu excipitur Caſtelmenius Comes, Jacobi Anglorum Regis nomine Orator.

Lotharingiæ & Bavariæ Duces exercitum Cæſareum rurfus deducunt in Hungariam, mox Turcas Dardâ ejiciunt, inſigni paulò poſt clade atterunt inter Sicloſium & Mohazium: poſt victoriam ducta pars copiarum ſub Lotharingiæ Duce in Tranſylvaniam, quæ brevi integra aſſeritur Cæſari: dum interim Orovitza, Poſega, Palota, Eſſeckinn, Walpo, aliâque tum in Hungariâ, tum in Sclavoniâ urbes ſe ſe reliquis exercitus ductoribus timore percuffæ ſubmittunt.

Coronat hujus anni victorias Agria urbs munitiffima, urgente fame ad deditioem compulſa.

Corona Hungariæ jam Archidomui Auſtriacæ jure acquisitionis hæreditaria, Poſonii Joſepho Leopoldi primogenito ſolemniter imponitur, Moſoſinus claſſis Venetæ Præfectus, ex ſcen-

ſione factâ in Peloponeſo, primo impetu aggreſſus Patras, fugatoque Seraskirio, qui urbi ſuperpetias inferre deſtinabat, mox deditioem accepit: inde delatus in Sinum Corinthiacum, cum utraque arce & urbe Naupacto nullo negotio eſt poſitus, fugientibus undique Turcis, antequam obſidione premerentur: ceſſerunt quoque victoribus Venetis Athenæ.

Pridè Idus Auguſti ceſſit in poteſtatem eorundem Venetorum Corinthus, flammis prius data à barbaris, quam ſecuta poſt tentatam fruſtrâ Malvaſiam arx Athenienſis, cujus præſidarii ſexcenti vix incolumem vitam à victoribus exorârunt.

In Dalmatiâ armis victricis Reipublicæ caput ſubmittit Caſtrum novum, hoſtilisque exercitus ſemel ac iterum fortiter repreſſus.

Conſtantinopoli gravis coorta ſeditio adverſus Sultanum Mehemetem, & magnis clamoribus ab eo expetita capita Vezirii aliorumque Aulae Miniſtrorum, quæ demeti illico Imperator juſſit, ut placaret furorem ſeditioſorum, qui tamen non quieverunt, dum ipſe Mehemetes publica exanthoratione folio exturbatus, carcerique addictus eſſet: in ejus locum ſuſſectus Solymanus IV.

Lobkovitzius Legatus Cæſareus fruſtra Aulae Pariſienſi excuſare nititur fœdus Auguſtanum, quod ſibi velut inſenſum & minax omnino abolitum voluit Rex Ludovicus.

Joannes Erneſtus Comes de Thun Epicoſopus Seccovienſis ad Cathedram Archiepiſcopalem Salisburgenſem poſtulat.

Moritur Ludovicus Borbonius, Princeps Contiacenſis, nullis relictis prolibus: & Conſtantia Barberina Sermonetta & Caſerta Ducis conjux.

Decedit Ferdinandus Albertus Dux Brunſvico-Guelpherbytanus: item Benedictus Brachet nobili genere Gallus, Prior Generalis Congregationis S. Mauri, vir ſingularis virtutis & meriti per Galliam univerſam.

Marchio Brandenburgicus Ludovicus anno ætatis 21. præmaturâ morte, non ſine ſuſpitione veneni præbiti, è vivis ſublatus eſt.

Carolus Megalopolitanus Dux cum Mariâ Ameliâ Brandenb. Electoris filia nuptias celebrat.

Sub finem anni in Zeelandiâ Daniæ prope Heſingôr & in Comitatu Oldenburgico, nec non Ducatu Bremeniſi, vi ventorum & tempeſtatum maxima damna ſubditis illata.

Ruſſi cum aliquot millibus Coſaccorum contra Tartaros Præcopenſes expeditionem ſuſcipiunt, & Alſoffum munimentum Tartarorum oppugnare conſtituunt, iisque omnem commeatum, quem Tartari per mare nigrum Conſtantinopolim devehere conſtituerant, eripiunt. Tartari autem non tantum Kiovia ſuburbia deprædabantur, ſed & urbem Trypolin expugnabant, omnibus ibi reptis ſecum abductis.

Samuelovizius Coſaccorum Generalis à Tartaris pecuniâ corruptus, Ruſſorum copiis præcipue equeſtribus multa damna intuliſſe credebatur, ob id in vincula conjectus, metu mortis ſibi à lege tanquam patriæ proditori inferendæ, hanc præveniens, ipſe veneno vitam ſibi extinxit fertur.

Ham-

Hamburgi magnus tumultus contra Judæos excitabatur, quod Altonæ quidam Chriſtianus ob Judæum occiſum rotæ impoſitus eſſet; hic tamen motus ſtudio Senatus ſtatim iterum ſedatus fuit.

Mortuus hoc anno eſt Maximilianus Gandolphus, Archiepiſcopus Salisburgenſis: item Henrietta Maria, Joannis Friderici Ducis Hannoverani filia. Mors porro vivis ſubtrahit Eleonoram Sophiam uxorem Philippi Ducis Saxo-Merſeburgienſis; item Mariam Eliſabetham natam Duciffam Brunſvico-Beveranam, conjugem Alberti Ducis Saxo-Coburgienſis; nec non Magdalenam Sibyllam Electoris quondam Saxoniæ relictam viduam; cum Raiâ Singâ Inſulæ Ceilanæ Rege.

Mundo verò nati ſunt Joannes Wilhelmus, filius Ducis Philippi Saxo-Merſeburgici, Maria Joſepha filia Leopoldi I. Imperatoris.

Annus Chriſti 1688.

Polemarchus Cæſaris Heiſterus Teckelianum fundit exercitum.

Walachiæ ac Serviæ Status Leopoldi Magni ſe ſubmittunt Imperio, expugnata per aſſultum Albâ Gracâ.

Mungazium arx munitiffima in finibus Hungariæ ac Tranſylvaniæ, tandem poſt longam obſidionem Cæſari dedit Teckelii uxor. Parem deditioem faciunt præſidarii Albæ Regaliſ: Lippam expugnat Caraffa, captis caſisque bis mille præſidariis Turcis.

Ludovicus Princeps Badenſis, Caſtanoviziam, Gradſcam aliâque oppida & arces, quæ vel ad Sayum vel ad Unnam erant, occupat, inſuper cum 3000. Germanorum fudit 16000. Turcarum, caſis ad minimum 5000. omnibus hoſtilis exercitus impedimentis in poteſtatem redactis, cujus victoriæ trophæa 32. militaria vexilla Viennam ad Cæſarem miſſa ſunt.

Wilhelmus Princeps Arauſiæ cum claſſe, 16000. armorum onuſtâ, in Angliâ appellit.

Galli Romanum Imperium hoſtiliter & inopinatò adoriuntur: Kaiſerslutra, Spira, Wormatia, Heidelberga, Hailbronna, Moguntia, Gallicis præſidiis firmantur, Philippoburgum poſt obſidionem dierum 26. ad deditioem coactum, ſubactum demùm cum Franckendalio Manhemium; ſola reſtitit Conſtancia, quæ Gallorum impetum repreſſit.

Petro Regi Luſitaniæ conjux Maria Sophia Neoburgienſis filium parit, qui autem paulò poſt non ſine gravi aulae luctu decedit.

Demortuo Duci Venetorum Marco Antonio Juſtiniano, ſummo omnium conſenſu ſufficitur Franciſcus Moſoſinus, ſummus claſſis Venetæ Præfectus, plurimis trophæis glorioſus.

Deſuncto Henrico Maximiliano Electore Colonienſi, ſubſtituitur neglecto Fürſtenbergio Cardinale, Joſephus Clemens Dux Bavariæ.

Naturæ debitum ſolvit Fridericus Dux Megapolitano-Suerinenſis, filius Adolphi Friderici ex ſecundo matrimonio.

Joannes Alexovvicius, ob intellectus deſectum Moſcoviæ regimen deponit, conjux ejus Sophia, cum Gallyzinio Moſcoviæ Archi-
R.P. Brentano Epitome Chronolog.

ſtratego turbas concitans, in monaſterium detruditur.

Gallorum claſſis ſub Archithalaffo Eſtreo 10420. ignivomos globos majores in Algerium mittit, per quos urbis duæ tertiæ in favillam abierunt: exacerbati verò incolæ reſidentem ibidem Gallorum Conſulem magno tormento bellico immiſſum contra Gallos exploſerunt.

Nascitur Ulrica Eleonora nunc Sueciæ Regina: ſimiliter Erneſtus Auguſtus filius Ducis Saxo-Vinarienſis, nec non Fridericus Wilhelmus modernus Pruſſiæ Rex.

Decedit Joachimus Sailer Abbas Monaſterii Fiſchingenſis Ord. S. Benedicti, vir omni virtutum & doctrinæ genere inſtructiffimus, ut plurimi ejus in lucem editi libri clarè oſtendunt.

Obiit Fridericus Wilhelmus Elector Brandenburgicus, anno ætatis ſexageſimo nono, Electoratus & regiminis 49.

Imperator cum Helvetiis paciſatur, ut civitates Foreſtales, vulgò Waldſtæde, Circulo Suevico & Friburgo Briſgoviciæ vicinâs, in ſuam clientelam reciperent.

Electo Bavariæ cum ſuis copiis in Ducatum Wirtenbergenſem contra Gallos proſectus, Neutralitatis à Gallis ſibi oblatas leges plene recuſavit, & ex territorio Wirtenbergenſi Gallos ejecit.

Turcia cum turbis ſcæret, multi Mahometem folio dejectum iterum reſtitutum petebant, alii Mahometis IV. filium primogenitum Muſtapham throno Imperiali imponendum, & Solymanum tanquam rerum gerendarum planè imperitum iterum deponendum eſſe contendebant. Præcipue dicti Muſtaphæ mater Sultana Haſe cum Primo Vezirio eò rem dirigebat publicam, ut ſeditione ortâ Solymanus à tumultuantibus de throno deiceretur, eoque dejecto Muſtapha Imperio præſiceretur. Hæc de cauſâ Primo-Vezirius ſingulis caminis aureum, & in ſingula capita tributum imponebat: populus autem & milites exinde exasperati, tributumque illud detrectantes, armis correptis dicti Primo-Vezirii ædes per vim expugnabant, ipſumque quamvis fruſtrâ obnitentem interfeciebant: inde novum Palatium Seraglio dictum per vim intrabant, multisque ſpoliis ditati hinc inde per urbem vagantes, Caimacanum ſive Imperii Vicarium & Teſterdarium ſive Theſaurarium aliosque ad necis ſupplicium raptabant, & ferro & flammis in urbe graſſabantur. Triduo exacto Sacerdos Turcicus indignitate rei commotus, quosdam civium incitabat, ut ad rebellium jugum excutiendum, & ad liberandum ab internecione civitatem Mahometis, vexillum publicè è palatio ſuſpenderent, & quoquoque eorum Solymani in obſequio fideles perſisterent, eò ſe conferrent, reliqui tanquam rebelles capitis ſupplicio punirentur. Ita ſeditio utcumque compreſſa, & rebelles capti, ferro occiſi, partim in mare præcipitati fuerunt.

Italiæ multæ urbes non tantum Romam inter & Venetias, ſed Neapolim uſque, terræ motibus ſæpe per totam æſtatem quaſata; præ reliquis autem ipſa urbs Neapolis concuſſa eſt magnâ ædificiorum ruinâ.

Aaaa

pâ : Beneventanâ in urbe omnes ædes & templa vix uno excepto funditus deleta & solo æquata; Salernitana & Surrentina urbes etiam non levi damno ex hoc terræ motu affectæ fuerunt.

Angliæ Regi natus est Princeps Walliæ, Filio primogenito Magni Hetruriæ Ducis Bavarix Electoris Soror Violanta Beatrix desponsatur.

Morlachi in Dalmatiâ Turcarum agros multis excursionibus divexant : Montenigrini quoque & Albanix multi incolæ Turcarum jugum exosi in Venetorum tutelam recipi petierunt; in Peloponeso & confinibus ejus & Thebæ & Athenæ exceptâ harum arce solo æquata, & Misthra olim Sparta dicta, ob Turcarum ejus loci cum Malvasiæ Præfecto habitum commercium, incolis suis nudata fuit, viris in triremes, mulieribus autem in alia loca abductis: inde Venetorum copiæ in Eubæam traductæ urbis Negropontanæ obsidioni acriter sed frustra institerunt: in Dalmatiâ autem Clynum Turcis ereptum fuit.

Mauri in Africâ Oranum, la Roche & alia Hispanorum in finibus Africæ munimenta hostiliter aggrediuntur, sed Orani præfectus stratagemate eos egregie decepit, navibus enim aliquot in mare emissis discessum ex urbe cum suis simulabat. Mauri autem urbem præsidio nudatam credentes, omni studio eam interciperet & impetu facto etiam expugnare satagebant: Præfectus autem omnibus propugnaculis bene firmatis ita obsessores excepit, ut ferè 10000. neci datis, reliqui fugâ sibi quantocyus confulerent.

Inter Suecos & Batavos fœdus mutuum tam de-quam offensivum erigitur, cumque Electore Brandenburgico pristina amicitia redintegrata.

Vivis subtracti fuere hoc anno Carolus junior Dux Megalopolitano - Gültroviensis, & Maria Lotharingica Ducissa Guisæ.

Ad Mundi verò lucem prodiit Mauritius Wilhelmus filius Christiani Ducis Saxo-Merseburgensis: similiter Ludovicus Carolus Marchio Culmbacensis.

Barbekus Capituli Hildesienfis Decanus in Episcopum Hildesiensem, Baro Plettenbergius in Monasteriensem, & Baro de Helderem in Leodiensem Episcopum renunciati fuerunt.

Annus Christi 1689.

Bonna Gallorum potestati subdita à copiis Brandenburgicis, globis sphaerisque ignivomis vastari quidem, expugnari tamen non poterat; cedit autem postea virtuti invictæ Caroli Lotharingæ Ducis, uti ex Moguntia.

Ex terræ motu Oniponti plurima domuum pars destruitur, sub quarum ruinâ ultra sexcenti homines sepeliuntur.

Moritur Maria Ludovica, Hispaniæ Regina.

Galli Manheimium incendio devastant: præfagium mali esse poterat globus igneus in aëre hic loci visus, qui splendore fulguri æmulus, cum tormenti bellici fragore evanuit: malum idem expertum est Bruchsalium, ditionis Spirenensis urbs, nec non Francodalia.

Coronia sive Stephanopolis insignis Tran-

sylvaniæ urbs, ab incendiis, exceptâ arce, flammis penitus pessumdatur.

Heiderslebius Chiliarcha Electoris Colonienfis, Werleum oppidum ante annum à Gallia occupatum, per stratagemata una cum arce recuperat, & Præsidium Gallicum in captivitatem redigit.

Jaso-Adiam Saged, Abyssiniæ Imperator creatur.

Constituitur pax inter Sinenses & Moschos in urbe Nipehou Tartariæ Orientalis, prope Sinensis Imperii fines, operâ duorum PP. Soc. Jesu, Thomæ Pereira Lusitani, & Joannis Francisci Gerbiloni Galli, quos legationi suæ solenni ad locum congressus addiderat Imperator Sinarum. Comitatus legationis Sinicæ fuit hominum octo aut novem millium, in quibus 3000. militum, Mandarinum, id est Magistratibus præcipuis conspicui 150. equi 12000. camelorum 3000. tormenta bellica 50.

Spiram, WORMATIAM, Oppenheimium, Bingham, Aram Bacchi, Badenam, Pforzheimium, Etlingam aliasque urbes complures in cinerem redigunt Galli.

Obit Innocentius Papa XI. annos natus 78. suffectus ei est Petrus Ottobonus Venetus, qui Alexandri VIII. nomen assumpsit.

Romæ itidem obiit Christina Alexandra Suecorum Regina, annorum 63. sepulta in Basilicâ D. Petri Vaticani.

Rex Jacobus fugitivus ex Angliâ, in Galliâ à Ludovico Rege omni comitatus officio excipitur; cujus ope classe appulsus in Hiberniâ, Londonderrix, quæ tenebatur præsidio Wilhelmiano, obsidionem admovet, quam tamen postea allatis urbi subsidiis iterum solvere cogitur; arx insuper Edimburgi, quam hactenus nomine Jacobi fortiter propugnârat Gordonus, cessit in potestatem hostium. Eodem hoc anno Wilhelmus magno plausu heterodoxorum excipitur Londini, ibidemque cum Mariâ conjugæ solenni ritu regis insignibus inauguratur: ejus in partes transeunt potentissimi quique Europæ Principes, quibus omnibus à Rege Christianissimo bellum indicitur. Kilmoria arx Hiberniæ insigniter munita ejusdem Wilhelmus potestati cedit.

Princeps Ludovicus Badensis in Serviâ castra Turcarum 100. & amplius tormentis bellicis munita vi expugnat, & per internecionam hostium cladem iis cum omnibus exercitibus impedimentis & opibus potitur. Barbarorum reliquæ delentur sub muris Nissæ quo se receperant, Nissæque nullo obistente capitur: relectum inde iter cum parte copiarum versus Danubium, ubi profligatis rursus Turcis, & dissipatis navigiis hostilibus, expugnat Widi-num: pars reliqua exercitus progressa est in interiora Albanix.

Gallorum Rex pacem cum Algerii Republica inquit, ejusdem suppeditis contra Anglos Batavosque imposteros usus.

Christianus Saxoniæ Dux, filius Augusti, in obsidione Moguntinâ læsus obit. Henricus ejus Frater Calvini dogma amplectitur.

Nascitur Franciscus Josephus filius Caroli Lotharingæ Ducis.

Decedit Emericus Bigot Rothomagensis vir,

vir insignis litteraturæ: scripsit librum, cui titulus Histoire des Ouvrages de Savans.

Vitæ eripitur Maria Anna, Ferdinandi III. Imperatoris filia, conjux Joannis Wilhelmi Principis Electoris, Comitumque Palatini Rheni: item Maria Magdalena filia Georgii Wilhelmi Comitis Palatini Rheni lineæ Birckenfeldicæ, conjux Antonii Guntheri Comitis Schvvarzburgico-Sondershusii.

Electoris Saxoniæ Copiæ auxiliares sub ipsius novi anni auspicio Hailbronnâ, aliaque loca & arces Gallis eripiunt.

Sigethum in Cæsaris potestatem venit.

Nati sunt hoc anno Christianus Ludovicus, filius Philippi Ducis Merseburgensis; Maria Magdalena Josepha filia Leopoldi I. Imperatoris; Albertus Wolfgangus filius Marchionis Culmbacensis; nec non Franciscus Josephus Maria, filius Ducis Lotharingæ.

Fridericus Wilhelmus Imperatricis frater, globo in obsidione Moguntia trajectus, obit.

Rheinberga deditionem facit Electori Brandenburgico.

Decedit Dorothea defuncti Electoris Brandenburgici filia, nata Ducissa Holsatiensis.

Maria Anna Ducis Palatino-Neoburgici filia, Hispaniarum Regi desponsatur.

Mulhufa grandi incendio fœdatur.

Obit Julius Franciscus Dux Saxo-Lauenburgicus, nullis ex se masculis hæredibus relictis: item Adolphus Joannes Dux Bipontinus.

Portugalliæ Regi filius nascitur, Joannes Franciscus Antonius.

Piccolominius Generalis Imperatoris Scopiæ, Pristinam aliaque loca plurima expugnat.

La Rache Hispanorum munimentum in Africâ, per deditionem Mauritanis cedit.

Carolus Philippus Dux Brunsvico-Luneburgicus in conflictu cum Turcis occumbit.

Adrianopoli Primovezirius cum Caimacan strangulatur.

Annus Christi 1690.

Cadit in conflictu cum Turcis habito Fridericus Augustus, Ernesti Augusti Electoris Brunsvico-Luneburgici filius: similem mortis casum experitur frater ejus Carolus Philippus conficiens cum Tartaris in Albanâ.

Ignatius ex Comitibus de Wolckenstein, confirmatur Episcopus Chiemensis.

Rudolphus Josephus Comes de Thun consecratur in Episcopum Seccoviensem.

Alexander Octavus solenni ritu sanctorum catalogo annumerat Laurentium Justinianum Venetiarum primum Patriarcham, Joannem à S. Facundo Augustinianum, Joannem Capistranum, & Pasqualem Baylon Franciscanos, & Joannem de Deo Fratrum Xenodochus inferventium fundatorem.

Josephus Leopoldi Augusti primogenitus à concordia Electorum Collegio renunciatur Rex Romanorum, regisque insignibus inauguratur Augustæ Vindelicorum: ibidem paulo post solenni inauguratione insignita est dignitate Augusti.

R.P. Brentano Epitome Chronolog.

gustali Eleonora Magdalena Teresa Augustissimi Leopoldi Augusta conjunx.

Canischa invicti roboris in Hungariâ inferiore munimentum, post obsidionem ferè annum, fame tandem adacta Cæsari Romanorum se subjicit.

Moritur Welitzii propè Linzium Carolus V. Dux Lotharingæ, Archistrategus Imperatoris ter felix.

Strasserus Tribunus Cæsareus, dum audacius quam cautius Tartaros numero longè superiores aggreditur, cum magnâ copiarum parte occiditur: Nissam Turcæ occupant, Vidinum post triduanam obsidionem illis pariter traditur. Belgradum post octidui tantum obsidionem vi expugnatur, quòd globus igneus hostium casu fatali in turrim pulverariam illapsus, incensâ arce, & disjectis magnâ ex parte muris, ad irrumpendum viam Turcis aperuisset: ex propugnatoribus 3220. vix 400. cum primoribus Ducibus ægerrimâ fugâ in alteram Danubii ripam dilapsi sunt, reliquis omnibus vel flammâ aut ferro absumptis: excursus inde in Hungariam, à victore Barbaro ad mœnia usque Essecki, quod perierat, nisi actu militari delusus Ducis Croy, territusque ficto per tubas & tympana adventu subsidii retrò viam relegisset Bassa Bosnienfis.

Quatuor Cæsarianorum millia, quæ ad tutandos Provinciæ fines excubabant, ab irruente Teckelio cum auxiliaribus Tartaris, Turcis & Walachis improvisâ irruptione deleta, capti ipsi Ducibus Heuslero & Doria: unde brevî ditio ferè integra cessit in potestatem victoris. Res turbatissimas restituere visus Princeps Badensis, qui cum exiguis copiis Transylvaniam ingressus, per continuas velitationes tam fortiter & efficaciter pressit rebellem incubatorem, ut eadem, quâ venerat, celeritate provinciâ excedere cogeretur.

In Belgio terrâ marique triumphant Galli: in freto Caletano ab eis depressa classis Batavorum: ad Floriacum verò casus profligatusque Waldeckius cum summâ potestate Præfectus exercitui fœderato: ab iisdem malè habitus propè Salucias in Pedemontio Victor Amadeus Dux Sabaudiæ, qui nuper ad partes fœderatorum transferat.

In Hiberniâ econtra ceditur profligaturque cum Gallis subsidiariis Jacobus Rex, & amisso Dublino, Drogheda, Kingsalio aliisque urbibus præcipuis rursus in Gallias vela facere cogitur.

Veneti post 17. mensium obsidionem Malvasiam in Peloponeso occupant.

Dux Morosinus Venetiis solenni pompâ recipit pileum & enses à Romano Pontifice solenni ritu consecratos, è summo armorum Præfecto, factus Reipublicæ Princeps.

Cum die 21. Januarii Monachii in templo Ducalis Hospitalis S. Elisabethæ viduæ, Litanix recitabantur Lauretanæ, Deipara ex Icone sua oculos primò ad infantulum Jesum in præsepio ibidem reclinatam, & exinde ad patientem, & in cruce morientem filium suum, demùm ad populum Monacensem sibi devotum, miro ac materno plene affectu

convertit; uti testantur publicæ & authenticæ litteræ Reverendissimi Episcopi Frisingensis anno 1691. typis publicis impressæ.

Alexander Papa Octavus Laurentio Altierio Cardinalitiam purpuram largitur, similiter Francisco Barberino.

Nascitur Leopoldus, Philippi Caroli Francisci Principis Arembergici filius.

Mauritani Septam urbem obsident, & obsidionem ultra 26. annos continuant.

Ludovicus Rudolphus filius Antonii Ulrici Ducis Brunsvico-Guelpherbytiani, nuptias celebrat cum Christianâ Ludovicâ, Alberti Ernesti Principis Oettingensis filia.

Natus est Victor Amadeus Princeps Cariniani, filius Emanuelis Philiberti; denatus verò Georgius Geißler Abbas Benedictinus Villingensis ad S. Georgium in Herciniâ silvâ, ob insignem pietatis & doctrinæ famam celeberrimus.

Floret Joannes Mabillonius ex Congregatione S. Mauri Benedictinus, edidit hoc anno opera omnia S. Bernardi.

Dux Holsatiæ cum parte Cæsarearum copiarum excursionem facit in Bulgariam contra Arnautas, qui in montana fugiunt; occupatur verò Loma, expilatur & incenditur.

Circa Oenipontem aliaque Germaniæ loca ingens terræ motus sentitur, quo etiam concussa fuit Smyrna, plurimis circum circa locis penitus everfis.

Cæsareani Turcicam urbem Teren assultu capiunt, Bagnialucam quoque Bosniæ metropolim, quam flammis donant, in libertatem tamen assertis quatuor millibus captivorum Christianorum.

Petro Magno Moscoviæ Duci nata est filia: Imperatori Leopoldo quoque Maria Margaretha.

Odoardo Francisco Parmæ Duci, matrimonii vinculo jungitur Dorothea Sophia, Imperatricis Romanorum soror.

Decedit Delphini conjux Maria Anna Christina, Electoris Baviaræ filia; mortis pariter censum solvunt Transylvaniæ Princeps Abaffi; Fridericus Wilhelmus Dux Citiensis, Philippus Dux Merseburgensis, Philippus Wilhelmus Elector Palatinus.

Veneti Caninam & Vallonam in Albaniam occupant: eorum Classis propè Lesbium Insulam insignem quoque de Turcis victoriam reportat; cedit denique eorum armis Vergoratum Castrum, in Erzegovinam regionem iter pandens.

Annus Christi 1691.

Boufflerius Militiæ Gallicæ Præfectus, cum 14000. suorum, Leodium injectione globorum igneorum tentat, veniente autem ad suppetias Confœderatorum armatâ manu, obsidionem cum notabili impedimentorum & commeatibus jacturâ solvit.

Spandavia fortalium infigne, Electoris Brandenburgici, per pulverem bellicum fulmine incensum dirè vastatur.

Moritur Alexander VIII, Pontifex maximus; post longam 5. mensium consultationem ei sufficitur Antonius Pignatellus Neapolitanus, qui Innocentii XII, nomine insigniri voluit.

Menfe Julio congregitur cum Turcis propè Salanckemenum ad Danubium acie admo-

dum cruentâ Ludovicus Badensis, & post aliquot horarum pugnam acerrimam, perruptis demum castris, Barbaros in medio conclusos strage ab hoc bello Turcico inauditâ proferunt; ceciderunt ex Turcis summus Vezirius, & præcipui quinque Duces, cum integro robore exercitus, campus per aliquot milliaria Germanica stratus oppletusque cadaveribus: in castris reperta 154. tormenta majora ænea, præcipuum Veziri vexillum, & propè innumera armorum, commeatuum & jumentorum multitudo.

Galli Nicæam arcem in finibus Liguriæ occupant; ab obsidione tamen Cunei turpiter fugantur, impedimentorum etiam parte derelictâ, ne cum Eugenio Sabaudia Principe ad ferendas suppetias celerante pugnam conferere cogentur.

Elector Baviaræ copiarum Cæsarearum Dux supremus, Fossanum, Savilianum & Salucias expugnat, & paulò post etiam Carmaniolam cum ingenti commeatuum copiâ, quam ibidem Galli coacervârunt: idem Elector Princeps declaratur Belgii Catholici Gubernator.

Limmerikum Hiberniæ fortalium munitissimum, longâ obsidione fatigatum se dedit Ginkelio Duci Wilhelmiano.

Galli urbem Barcinonensem globorum igneorum injectione vexant; Carmagnolam recuperant.

Nascitur Carolina Augusta filia Augusti Ducis Saxo-Merseburgici.

Joannes Wilhelmus Princeps Elector, Comes Palatinus Rheni, conjugio sibi copulat Mariam Annam Ludovicam, Cosmi III. Magni Hetruriæ Ducis filiam.

Moritur Ludovica Sophia filia Christiani I. Comitis Palatini Rheni, lineæ Bischveilerianæ: similiter Dorothea Elisabetha, uxor Henrici, Principis Nassovio-Dillenburgici: & Raimundus Capisucchi S. R. E. Cardinalis; scripsit controversias Theologicas; Scholasticas; Morales; Dogmaticas; Scripturales ad mentem D. Thomæ resolutas; appendices ad controversias supra dictas; vitam B. Joannis Chisii; censuram seu votum ad librum de cultu & veneratione Sanctorum Veteris Testamenti; discursum de gradu virtutum in sanctis canonizandis requisito &c.

Galliæ Rex Ludovicus XIV, Ordinem Equestrem S. Ludovici fundat, cujus se ipsum caput & Præsidem constituit.

Fridericus Augustus Dux Brunsvico-Luneburgicus in velitatione cum Turcis occumbit.

Ludovicus Antonius Ordinis Teutonici Equitum Magister, Comes Palatinus Rheni, Moguntini Archiepiscopi Coadjutor creatur.

Elisabetha Amalia Principis Electoris Palatini filia, Jacobo Regis Poloniæ filio nubit.

Lugos munimentum à Cæsareis copiis assultu capitur, ac incolæ cum præfidiariis occiduntur.

Nascuntur Dorothea Carolina Marchionis Culmbacensis, & Dorothea Wilhelmina Ducis Citiensis filiæ.

Galli Castellam Villæ Francæ deditione capiunt, similiter Montes Hannoniæ & Nicæam.

Veneti Montenero arcem munitissimam in Dalmatiâ suâ faciunt ditionis.

Portugalliæ Rex filii nativitate exhilaratur, cui nomen Francisci, Xaverii, Antonii &c.

Dux

Dux Noaillius Origuellam in Catalonia expugnat: Wilhelmus autem in Hibernia Atlonam, cujus insuper exercitus Hibernicum fugat.

Cum vitâ Ottomannici Imperii regimen deponit Solymanus; succedit Achmetes.

Decedit Fridericus Dux Saxo-Gothanus. In lucem editur Elisabetha Christina Juliana, filia Ludovici Rudolphi Ducis Brunsvico-Guelpherbytiani.

Gallovidiâ VVilhelmo Araufiæ Principi se se subdit. Titelium in Transilvaniæ finibus deditionem sui facit Turcis, qui verò datâ fide non steterunt.

Tyrconelius Comes Jacobo Angliæ Regi fidelissimus vitam deponit. Idem egit Joannes Georgius III. Saxoniæ Elector: succedit Georgius IV.

Lippa Imperatoris dominium suscipit, uti & Gradiscia utraque ad Savum fluvium.

Varadinum à Cæsaris exercitu obsidetur.

Ad æternitatem abijt Christianus Dux Senior Saxo-Merseburgensis.

Poloniæ Rex Nimeckum Valachiæ munimentum expugnat.

Magnus Indiæ Mogul sive Mogorum Imperator Aureng Zeb, anno ætatis nonagesimo quinto obijt.

Magno Rusiæ Duci, filius secundus Alexander Petrovicius gignitur.

Monmelianum in Gallorum recidit potestatem.

Annus Christi 1692.

NAmurcum à Gallis expugnat: qui paulò post in campo Steinkirchano confœderatos etiam ad receptum cogunt. Isti contra in Delphinatu direptionem faciunt, Ebrodunum aliaque loca occupant.

Ornatissima classis Gallica strage planè fatali à Rüsselio Archithalassò Anglico disjicitur: concremata navigia 56. capta 19. pericere classiariorum 6000. 2000. venere in censum captivorum.

Frustrâ Galli oppugnant Rheinfelsam arcem egregiè munitam ad Rhenum: jam occupatis munimentis exterioribus muris imminabant, cum aberumpentibus die postero magnâ alacritate Hassis, & munimenta & arcem, solutâ non sine magnâ suorum clade obsidione, deserere coguntur.

Impetrata tandem & permessa est hoc anno Sinis omnibus Christianæ Religionis libertas, solenni que decreto promulgata Pekini.

Varadinum majus inter præcipua Hungariæ munimenta, positâ pervicaciâ cervicem Leopoldo Imperatori submittit.

Viennæ solenni ritu collata investitura noni Electoratus Ernesto Augusto Duci Hannoverano & Episcopo Osnaburgensi.

Moritur Christianus, Adolphi Friderici filius, Dux Megapolitano-Severinensis, nullo ex matrimonio suscepto hæredè.

Jacobi II. Angliæ Regis exercitus, ad Agrim Hiberniæ oppidulum strage sat magnâ dissipatur.

Moritur Lipsiæ Albertus, Augusti Saxoniæ Ducis filius, cum antea ad fidem Catholicam transisset.

Decedit Joannes Henricus Bœclerus Con-

filiarius Cæsareus & Moguntinus, Historiographus Regis Sueciæ, & Professor historiarum Argentinæ: edidit inter cætera Commentarium in Taciti XV. capita priora libri 1. Annalium. Comentationes Plinianas. Corpel. Nepotem cum notis & indice. Herodiani historiarum lib. 8. cum notis. Manilium cum notis. Annotation. in Terentium. Annotationes & characteres Politic. in Velleji histor. Rom. Notitiam Sacri Romani Imperii. De auspicio regio librum. Animadversiones in Hippolyti à Lapide dissert. de ratione status Imperii Roman. German. Notas & animadversiones in Dan. Ottonis jus publicum. De Scripto-ribus Græcis & Latinis ab Homero ad initium sæculi XVI. post Christum natum. Nov. Testamentum Græcum, Commentationem in Hug. Grotii lib. de jure belli & pacis. Lectiones Polybianas ad Capellum. Tractatum de Amnestiâ. Bibliographiam historico-politico-philologicam. Historiam universalem à mundo condito usq; ad Christi Nativitatem, cum historia Principum schola, atque dissertatione de utilitate ex histor. universali capiendâ. Historiam belli Sueco-Danici, &c.

Carabusa urbs Cretæ Insulæ sub Venetorum adhuc jure stans, proditione Turcis traditur.

In Congregatione S. Mauri Ordinis S. Benedicti floret doctrinæ famâ Joannes Martianus: qui hoc anno vol. V. edidit opera omnia S. Hieronymi. Illius in hoc exquisitissimo opere socius fuit Antonius Pouget. Scripsit porrò Harmoniam Analyticam. Tractatum historicum de Canone sacrorum librorum. Observationes ad versiones Gallicanas Novi Testamenti. Novum Testamentum in Gallicum translatum. Sancti Evangelii secundum Mathæum versionem vulgatam antiquam Latinam & Italam è vetustissimis erutam monumentis &c. Accessit Epistola Canonica S. Jacobi Apostoli, juxta vulgatam veterem, seu Italicam versionem. Eruditionis Hieronymianæ defensio adversus Joannem Clericum.

Tartarorum Chamus ob negligentiam regimine privatur, quo iterum donatur Mahometes ante annum depositus.

Nati sunt Fridericus Emmanuel Marchio Byruthienus, Jacobi Angliæ Regis filia, Fridericus primogenitus Henrici Ducis Leucopetranobarbiensis, Carolina Augusta Ludovici Rudolphi Ducis Brunsvico-Guelpherbyti filia.

Joannes Georgius hujus nominis quartus, Princeps Elector Saxoniæ, matrimonium inijt cum Eleonorâ Erdmudâ Ludovicâ natâ Ducisâ Saxo-Isenacensi.

Magnus Regni Turcici Vezirius depositus, fisco addictis ejus divitiis, relegatur, ei in dignitate succedit Aly Bassa Mesopotamiæ.

Zloczovva urbs hæreditaria Poloniæ Regis flammis tota absorbetur.

Terræ motus Jamaicam Insulam horrendè concutit.

Dey Algerii Princeps, Fessani & Marocciani Regis exercitum castris exijt.

Fridericus Carolus Dux Wirtenbergicus à Gallis victus, captivatur.

Anglorum copiæ militares Dixmudam & Veurnam occupant.

Septingenti Galli milites è Venetorum castris ad Turcas transeunt. Hi autem Sorokam

Poloniæ fortalitium frustraneâ obsidione tentant.

Ad aliam vitam migrat Georgius Fridericus Princeps VValdeckius, Cæsaris & Confœderatorum Belgii Campi Marefchallus, anno ætatis septuagesimo secundo. Hunc morte subsequitur Ducissa Guardistalli.

Viennæ obit Maria Antonia, uxor Maximiliani Emmanuelis Electoris Bavariz, Leopoldi I. Imperatoris filia.

Veurna iterum Gallis cedit.

Annus Christi 1693.

Siciliæ Regnum horrendo terræ motu concutitur, adeo ut inter medium quadrantem horæ decem venustæ urbes, 40. muris vestita oppida, Castella & arces, & plûs quàm centum pagi vel corruerint, vel hiantè terrâ planè subfiderint: ex hominibus perière centum & triginta facillè millia, in solâ summâ æde urbis Catanensis vivi sepulti sunt ferè decies mille, solo illo Sacerdote, qui ad altare consistens populo benedicturus Venerabile exhibebat.

Moritur subito, apoplexiâ tactus Marquardus Sebastianus Bambergensis Episcopus. Cui in Episcopatu succedit Lotharius Franciscus L. B. à Schœnborn.

Multùm hoc anno laboratum Romæ ab Estræo & Janfonio Cardinalibus Gallis de tollendis diffidiis, quibus nuper involutæ aulæ Pontificiæ & Francicæ per causam Lavardini & Comitæ Cleri Gallicani, nec sinè fructu; præsentatis ad Infulas Gallicanas confirmationem pollicitus est Pontifex, eâ lege, si submissionem debitam erga sanctam Sedem & prenitundinem de actis in Comitibus Cleri Gallicani fuissent testati.

Augustissimam Viennæ pyramidem ex marmore, in honorem Sanctissimæ Trinitatis erigi curat Leopoldus Augustus, votumque edit destructas in Ungaria à Turcis Christianas Ecclesias reædificandi.

Belgradum Dux Croyus infeliciter obsidet. Jenò econtrâ superioris Ungariæ in finibus Transilvaniæ munimentum ab Heuslero ad conditionem cogitur.

In Catalunia Galli expugnant Rhodam vulgò Rosas, in Sabaudia fortalitium S. Brigidæ, quod paulò antè fœderati feliciter interceptant; in tractu Rheni superioris ignaviâ Præfetti Heidelbergam capiunt, paulò post flammis dicandam: exindè cum exercitu florentissimo sub auspiciis Delphini irruptionem tentant in Franconiam & Sueviam, sed fortiter retusi à Principe Ludovico Badensi.

In Belgio tamen non procul Lovanio triumphum cecinere de exercitu fœderatorum, sed qui totam Galliam ad luctum movit: cecidère enim ex Gallis 20000. inter quos numerati 60. Generales, & 30. Officiales minores. Ex fœderatis vero octo circiter millia, qui tamen victoriam cessisse visi, quòd arenâ excesserint suorum paucitati disti.

Expeditionibus Gallicis hujus anni finem imposuit expugnatio Caroloregii.

Nascitur Joanna Carolina filia Ducis Saxo-Vinariensis.

Decedit Anna Magdalena Comitissa Hano-

via: similiter Ulrica Eleonora Caroli XI. Sueciæ Regis conjux.

Extinguitur sacrorum Antistitum lux & exemplar, Maria Joanna Franciscæ, ex illustri Familiâ Baronum de Rehling, Abbatissa nobilissimæ Parthenonis Salisburgi in monte Monialium, vulgò Nunnberg, omni virtutum genere excelsissima.

Obiit Mahometes Turcarum quondam Imperator.

Fridericus Augustus nunc Poloniæ Rex & Elector Saxoniæ, nubit Christianæ Eberhardinæ filia Marchionis Byruthieni.

Angli fortalitium dictum Louys Bourbon in Africâ Gallis eripiunt.

Vitam cum tiarâ deponit Joannes Ludovicus Episcopus Leodiensis L. B. de Eltern: item Anna Maria Aloysia, Ducissa Aurelianensis: Constantinopoli decedit Mustapha, defuncti Imperatoris Mahometis filius. Corporis quoque mortalis exuvias deponit Philippus VVilhelmus Augustus filius Principis Electoris Palatini. Prædictis funus accedit Ernestus Landgravius Hassio - Rheinfeldensis, cum Ulrica Eleonora Regina vidua Sueciæ.

Sultanus Cha Halem defuncto Aureng Zobe patri in Imperio Indostano succedit.

Ex utero materno prodit Carolina Amalia, filia Mauritiæ VVilhelmi Ducis Citiensis. Necnon Maria Leopoldina Eleonora filia Regii Poloniæ Principis Jacobi Sobieski.

Cairi in Ægypto pestis indies 15000. homines abtunit: lue hæc in Palæstinâ, Judæâ, Samariâ, Galilæâ, Soriâ 100000. homines interierunt.

Dux Wirtenbergicus Gallorum lineas in Belgio armatâ manu aggressus & transgressus, Flandriam aliasque terras finitimas ad portas usque Cameraci & Atrebatii ad contributionem compellit.

Genuensium Respublica Franciscum Inurcam, pro Duce suo eligit.

Fames ingens Galliam premit.

Innocentius Antonius Franciscus, Principis Lichtensteinii, Imperatoris apud Sedem Pontificiam Oratoris filius, nascitur.

Annus Christi 1694.

Romæ ab Innocentio XII. formata Bulla adversus Nepotismum, cui omnes Purpurati subscribere jubentur.

In Ungaria superiore Gyula urbs egregia, arte & naturâ munitissima, Dominio Leopoldi Cæsaris se subijcit: fractus repetitis cladibus Vezirius lacero exercitu Savum versus viam legit.

Galli Gerundam in Catalonia occupant. Rinaldus Estensis, resignatò Cardinalatu, post fratris obitum Ducatus Mutinensis regimen suscipit.

In Persarum Regno fides Catholica insigniter augetur: solium hæc conscendit Schach Solimannus II. parte defuncto.

Halæ in Saxonia Universitas Fridericiana conditur.

Hispani in Catalonia ad flumen Terrium commisso prælio cæduntur, fuganturque à Duce de Noailles Marefchallo Franciæ, qui etiam Palamos

Palamos & Ostalicum occupant. Feliciores Hispani in Africa, sub Marchione de Valpariso clade non exiguâ affecerunt Ismaëlem Myleyum Regem Fessæ & Marocci: quâ tamen clade Barbarus minimè territus, eodem hoc anno obsidione cingit Ceutam, in cujus expugnatione, ad hunc usque annum irritò conatu laboravit.

In Oceano liberè vagati sub Præfecto Barclario Angli, post interceptas centum & amplius naves Gallicas, varios hostiles portus infestant, machinisque ignivomis, & frequenti globorum missilium jaculatione Dieppam, Portumque Gratiæ miserè devastant.

Ludovicus Princeps Badensis, summus Imperatoris belli Præfectus, post elusos feliciter Gallorum conatus ad Rhenum & Nicrum, inopinatò cum potiore parte exercitus fœderati Rhenum trajicit, & incredibili terrore totam concutit Alsatiam.

Veneti in Dalmatia post attritas iteratis cladibus Turcarum copias expugnant Narentam & Ciclutium. Eorundem ditioni adjecta Chius Insula.

Moritur Natalia Kiriliovna, Petri Alexovicii Magni Moscoviæ Monarchæ mater. Necnon Maria Angliæ Regina.

Obiit Anselmus Monachus ex Ordine Discalceatorum Ordinis S. Augustini, anno ætatis 69. famam sibi scriptis suis insignem comparavit: inter alia edidit Histoire genealogique de la maison de France avec celle des grands officiers de la Couronne: Le palais de l'honneur, ou la genealogie des illustres maisons de France, & de plusieurs nobles familles de l'Europe.

Decedit Leopoldus Ludovicus, ultimus suæ lineæ Veldenzianæ Comes Palatinus Rheni, succedit Christianus II. lineæ Bischveilerianæ.

Vivis quoque eripitur Ismaël Bullialdus natione Gallus, Astronomus insignis: edidit inter plurimas ingenii sui lucubrationes, Tractatum de naturâ lucis, Astrologiam Philolaicam. Theonem Smyrnæum cum versione latinâ & notis.

Canosa urbs Regni Neapolitani terræ motu tota corrui.

Vivis eripitur Franciscus Morosini Venetorum Dux, in cujus locum eligitur Sylvester Valerius.

Decedit quoque Franciscus Lotharingus, Princeps de Lislebonne, Dominus de Commercy: necnon Victoria Magni quondam Florentiæ Ducis vidua.

Anglorum & Batavorum classis Smyrnæ directâ, tempestatis vi fœdè corripitur, ac decem millionum jacturam patitur, Præfecto Werlerio vitam amittente.

Josephus Clemens Archiepiscopus & Elector Coloniensis, ad Leodientem simul Sedem Episcopalem postulat. Leodii decedit Ludovicus Antonius Teutonici Ordinis Equitum Magnus Magister, & Archiepiscopi Moguntini Coadjutor.

Princeps Elector Bavariz sponsalia inquit cum Theresiâ Chunigunde, Joannis Sobieski Poloniæ Regis filia.

Franciscus Ludovicus Comes Palatinus Rheni, ac Episcopus Vratislaviensis, Teutonorum Equitum Ordini adscribitur, mox Ordinis præfati Magister creatur & Episcopus Wormatiensis.

Tunetani & Algerienses Barbari prælio se laceffunt, in quo ex primis 20000. ceciderunt: victoribus in prædam cesserunt impedimenta omnia cum 15. tormentis bellicis.

Ludovico Rudolpho Duci Brusvico-Guelpherbytiano filia Carolina Sophia Christina nascitur.

Electo & Archiepiscopo Moguntinus, Coadjutorem nactus est Lotharium Franciscum L. B. de Schœnborn, Episcopum Bambergensem.

Obiit Carolina Amalia Ducissa Citiensis. Item Henricus Princeps Nassovio-Siegenfis.

Princeps Ragozius matrimonium inquit cum Carolinâ Amaliâ Landgraviâ Hassio - Rheinfeldensi.

Castellum Huy dedit se Confœderatis, urbem prius occupatâ.

Poloni insignem de Tartaris victoriam ac prædam reportant.

Obiit Christianus Mauritius Dux Saxo-Merseburgensis: item Christianus Albertus Dux Holsato-Gottorpiensis; succedit filius Fridericus.

Nati sunt Josephus Carolus Emmanuel Augustus, filius Theodori Principis Palatino-Sulzbacensis; & Leopoldus Wilhelmus, filius Ludovici Marchionis Badensis.

Vivis valedicit Rainutius II. Dux Parmensis & Placentinus, relictis filiis Francisco & Antonio, quorum primus in regimine succedit.

Annus Christi 1695.

Wilhelmus III. Angliæ Rex, & Emmanuel Bavariz Dux, post decem hebdomadarum obsidionem, spectante ingenti Gallorum exercitu, Namurcum recipiunt.

Angli globorum igneorum injectione, Caletum dirè vexant.

Portugalliæ Regis tertius filius nascitur, cui in baptismo nomina Antoni, Francisci, Benedicti, Leopoldi, Theodosii imponebantur.

Piè obiit Georgius Scezeny Archiepiscopus Strigoniensis, fidei Catholicæ promotor zelosissimus.

Vivendi finem facit Anselmus Franciscus Fridericus ab Ingelheim Archiepiscopus & Elector Moguntinus, succedit Lotharius Franciscus L. B. à Schœnborn Episcopus Bambergensis.

Fridericus Augustus Saxoniæ Elector, ab Augustissimo commissum supremum in copias Cæsareas Imperium in Hungariâ suscipit.

Turcæ Lippam & Titulum occupant. Veterani Dux Imperatoris, qui ad fines

Transilvaniæ cum aliquot legionibus insultus repetitos eosque acerrimos totius exercitus Turcici aliquandiu fortiter, & cum decumanâ barbarorum strage sustinuit, tandem multitudine obrutus, cum potiore copiarum parte gloriosè occumbit.

Seraskierus ex Peloponeso, in quam ausus cum exercitu penetrare, cum ingenti clade suorum ejicitur à Steinavio Germano, Duce supremo exercitus Veneti in regno Moreæ.

Haud pauci Nobiles Angli Acatholici in caput Wilhelmi Regis conjurant, sed machinatio à Sacerdote Catholico tempestivè detegitur.

In Scotia & Hibernia ferro, carceribus & bonorum proscriptione mulctati, qui palam auri festis ignibus celebrare natalitia Principis Wallia.

Iterum in Oceano sævitur horrendum flammis à Schovelio, Barclao, Bemboio & Richardo, classis Anglicanæ Præfectis, in portus Gallicos, ignibusq; missilibus sædè lacerata Sannaclovium, Granvilla, Caletum & Dunkercka.

Villeroyus exercitûs Gallici Præfectus summus Bruxellas incendit globis ignivomis, & tertiam ferè partem in cineres redigit.

Fœderatus exercitus Casalem urbem Ducatûs Montferratensis per obsidionem Gallis extorquet, eandemque valliac mœnibus nudat.

Moritur Auberius Gallus natione, vir doctus, qui tomis aliquot generalem S. R. E. Cardinalium historiam edidit. Consecit insuper Tractatum alium de dignitate Cardinalium. Ultimum industriæ suæ opus fuit historia Cardinalis Mazarini.

Mauritius Augusti Saxonæ Ducis ex secundis nuptiis filius, Segedini in Pannoniâ occumbit.

Carolus Josephus Ignatius, Dux Lotharingæ, ab Imperatore designatur Episcopus Olucentis.

Obiit Christiana Sophia filia Rudolphi Augusti Ducis Brunsvico-Guelpherbytiani, conjux Wilhelmi Augusti Principis hæreditarii Brunsvicensis: qui eodem annò matrimonio sibi jungit Sophiam Amaliam filiam Christiani Alberti Ducis Holsato-Gottorpici.

Carolina Felicitas Joannis Friderici Ducis Luneburgico-Hanoverani filia, Rainaldo Duci Mutinensi nubit.

Obiit in Gallia Carolus le Brun pictorum sui ævi princeps. Item Ulricus Caroli XI. Sueciæ Regis filius.

Excedit è vivis Eminentissimus S. R. E. Cardinalis, Episcopus Novariensis, & Abbas Einsidensis, Cælestinus Sfondradi, Ordinis æquè Benedictini ac Illustrissimæ familiæ decus immortale, non tam Eminentissimæ dignitatis, quàm humilitatis, doctrinæ & pœnitentiæ voluntariæ laude decoratus: hunc per mortem sequitur Franciscus Henricus Monmorencius Dux Luxemburgensis, anno ætatis sexagesimo septimo.

Jacobi Sobieski Regii Principis Poloniæ uxor, parit filiam Mariam Casimiram Josepham.

Decedunt Parisiis Christiani Ludovici Ducis Megalopolitano-Sverinensis conjux. Constantinopolitani Magnus Turcarum Sultanus, Amalia uxor Joannis V. Wilhelmi Ducis Hsenacensis. Caroli Ducis Neoburgici thori confors, nata Princeps Radzivilia. Wilhelmus Ludovicus, filius Ludovici Marchionis Badensis. Item Christianus Danicæ Regis filius, Maria Theresia Jacobi Sobieski filia natu major. Carolus Philippus Marchio Brandenburgicus. Franciscus Bernardus Princeps Nassovio-Hadamariensis, Gustaphus Adolphus Dux Megalopolitano-Gustraviensis.

Poloni Turcas propè Leopolim clade afficiunt.

Mustapha Mahometis IV. depositi filius, Ottomanici Imperii solium conscendit.

Tenellon Abbas ad Cameracensem Archiepiscopalem Sedem promovetur.

Princeps Elector Colonienfis unanimibus votis ad Episcopatum Ratisponensem postulat.

Turcæ Chium Insulam recuperant. Cardinalis de Collonitzch Strigoniensi Archiepiscopali Sedi præficitur.

Dixmuda & Deynse, Gallis nimis faciliter traduntur, ab Ellenbergero & Offerellio Præfectis.

Vitam cum tiarâ deponit Franciscus Harleius Archiepiscopus Parisiensis, sufficitur Ludovicus Antonius de Noailles.

Bandinellus Negroni in Genuensium Ducem eligitur.

Wilhelmus Dux Anhaltino-Hazgerodensis nuptias celebrat cum Sophiâ Augustâ Principe Nassovio-Dillenburgenfi.

Christianus Udalricus Dux Wirtembergicus matrimonii vinculo sibi jungit Sophiam Wilhelminam Principem Frisæ Orientalis. Fridericus Princeps hæreditarius Danicæ nubit Ludovicæ Ducissæ Megalopolitano-Gustraviensi.

Franciscus Farnesius Dux Parmæ & Placentiæ uxorem ducit Dorotheam Sophiam filiam Electoris Palatini, Odoardi III. relictam viduam.

Annus Christi 1696.

Lusitanæ Regi Petro, filia nascitur. In Chinæ regno fides Catholica ingens augmentum accipit.

Theophilus Patriarcha Rascianorum in Hungariâ, Sclavoniâ, Transylvaniâ, aliisque locis finitimis, publicè ejurato schismate, professus est fidem Romano-orthodoxam.

Fridericus Augustus Elector Saxonæ in agro Temesvariensi cum Sultano acri pugnâ, sed ancipiti victoriâ congreditur.

Contarenus Præfectus Venetus classem Turcarum florentissimam pessimè habuit ad insulam Andrum, navibus multis combustis, pluribus vel captis, vel in turpem fugam abactis.

Dux Sabaudicæ, nec quicquam contradicente & saniora suadente Legato Cæsareo, pacificatur cum Gallis inducias.

In Anglia mortis sententia lata est à judicio Regio in omnes, qui initæ adversus caput & vitam Regis conspirationis rei judicati.

Vivere desiit Joannes Sobieskius Rex Poloniæ, de Christianâ Republicâ universâ meritiſſimus. Item Joannes Alexovicus olim Moscoviæ Magnus Dux.

Carolus Rex Sueciæ ad conflandam inter Principes Christianos pacem, Mediator deligitur.

Mosci Turcis Asoffium post longam & cruentam obsidionem eripiunt.

Pætschæ quod Hungariæ superioris est oppidum, conspecta est ab ingenti hominum multitudine Imago perantiquâ Virginis Deiparæ filium ulnis sustinentis, per dies pluresculos ex oculis fudisse copiosas lachrymas, indices futuræ tempestatis & rebellionis quam machinabantur seditiosi Ungari.

Nascitur Joannes Ernestus filius Ducis Saxo-Vinariensis.

Obiit Eduardus Bernardi Anglus Heterodoxus, Mathematicus celebris. Edidit de mensuris & ponderibus antiquis libros tres. Orbis eruditi litteraturam à cha-

à caractere Samaritico deductam; Observata ex Græcis, Arabicis, Persicis, Judaicis, Latinisque Scriptoribus; Observata de obliquitate Zodiaci.

In mundi lucem editur Thomas Josephus Ignatius Princeps Cariniani, filius Emmanuelis Philiberti.

Arabes Basræ Regnum occupant. Eugenius Alexander Comes de la Tour & Tassis, Romani Imperii Cursorum Generalis Præfectus, Imperii Principibus adnumeratur.

Verfaliz obit Elisabetha Joannis Baptistæ Gastonis Ducis Aurelianensis filia. Naturæ quoque debitum solvit Casimirus Princeps Nassovius.

Nata est Ludovico Rudolpho Duci Brunsvico-Guelpherbytiano filia Antonia Amalia.

Obierunt Maria Anna Philippi IV. Hispaniæ Regis uxor, filia Ferdinandi III. Imperatoris; Albertina, Friderici Henrici Principis Nassoviensis filia; Sophia Carolina Princeps Citiensis; Maria Theresia filia Leopoldi Imperatoris; Eleonora Erdmudis Joannis Georgii IV. Principis Electoris Saxonæ vidua.

Fridericus Dux Saxo Gothanus matrimonio jungitur Magdalene Augustæ Ducissæ Anhaltino-Servestanæ.

Christianus Augustus Dux Citiensis, ab Imperatore nominatur Episcopus Jaurini.

Angli globorum ignivomorum injectione impetunt fortalium S. Martini & Olonnæ.

Liberachi Bassa inter Turcas celebris cum fratre suo totâque familia ad Venetos transit.

Principi Electori Bavaricæ filia nascitur. Turcarum Sultano filius.

Galliæ Rex Confœderatis conditiones pacis offert.

Comes Budiani Castellæ Vranograz & Tudorovo in Croatiæ finibus sita, Turcis eripit.

Sabaudicæ Dux nunc Generalissimus Gallicarum copiarum, Valentiam obsidet.

Galli Leodium injectione globorum ignivomorum frustra tentant.

Fridericus Augustus filius hæreditarius Electoris Saxonæ nascitur.

De eligendo Rege inter Polonos magna viget dissensio: exercitus Confœderatus Lithuanicæ sub certis conditionibus Magno Poloniæ Polemarcho se submittit.

Michaël Molinos Quietistarum caput obit.

Annus Christi 1697.

Moritur Joannes Eucharius Schenck, Comes Castellensis, Episcopus Aichstadianus.

Sacri Romani Imperii Principis titulo decoratur Christianus Wilhelmus, Comes à Schvartzburg.

Antonius Egon Princeps Furstenbergicus ab Augusto Poloniæ Rege, & Saxonæ Electore, Dresdæ Locumtenens constituitur.

Pulvis tormentarius ignem concipiens, Athlonam insignem Hiberniæ urbem, magnâ ex parte evertit.

Ex Moxis barbaris in America, ad 40. millia Catholicæ fidei suscepto baptismo aggregantur.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Holmiæ, Regia arx præclarissima conflatur.

Eugenius Princeps Sabaudicæ, exercitûs Cæsariani in Hungaria Præfectus summus, Turcas in castris inopinatè tanto ardore aggreditur, ut post certamen non adèdè prolixum, totum Barbarorum exercitum, qui cis Tibiscum constabat ex triginta facillè bellatorum millibus, inspectante ab altera parte fluminis & nequidquam frendente Sultano, vel ferro vel aquis immolaverit. Cessere victoribus in prædam castra, tormenta multa, jumenta & impedimenta ferè innumera: ex Cæsarianis in acie desiderati vix ducenti: post victoriam pars victoris exercitûs irrupit in Bosniam, ex qua, post nonnullas arces expugnatas & præsidio firmatas, rediit post aliquot menses divite prædâ onustus miles.

Rex Christianissimus fundat in Gallia Episcopatum Blesensem, conversionem Hugonottarum fortiter & efficaciter urget, & Ludovico Delphini primogenito & Duci Burgundicæ nuptias cum Maria Ducis Sabaudicæ filiâ conciliat: idem Rex subigit in Hannonia Athum, & post longam cruentamque obsidionem Barcelonam deditione capit: econtrâ Confœderati Eberburgum arcem in Palatinatu inferiore, unde longè latèque ad agendas prædas excutere solebant Galli, expugnant.

Fridericus Augustus Elector Saxonicæ præ aliis competitoribus Rex Poloniæ à potiore suffragantium parte eligitur, & die 2. Septembris Cracoviæ ab Episcopo Cujaviensi Regio diademate insignitur.

Pax Ryivvici inter fœderatos, Imperatorem, Imperium, Hispanos, Anglos & Batavos ex una, & Gallos ex altera parte constituitur.

Ex Sequanæ, Ligeris & Mosæ inundatione excessivâ grave Gallia damnus sentit; multis mortalibus undarum gurgite absorptis.

Obiit Joannes Adolphus filius Augusti Ducis Saxonicæ, ex quo linea Ducalis Leucopretensis seu Weisenfelsensis ortum habet.

Sceptrum cum vita deponit Carolus XI. Rex Sueciæ.

Dux Megalopolitano-Suerinensis possessionem capit Ducatûs Gustraviensis, sibi ex Imperatoris sententiâ adjudicati.

Vidiantcourtius Magnus Equitum Melitensium Magister obit, in cujus locum eligitur Raimundus Parillos de Valentia Aragonus.

Dux Hsenacensis Guelpherbyti nuptias celebrat cum Marchionissâ Badeno-Dürlacensi.

Inter Danos, Anglos Batavosque fœdus defensivum, & tractatus commerciorum initur.

Fames Sueciam Livoniamque tam dirè vexat, ut incolarum militumque magna pars extincta fuerit.

Malecontenti in Asia exorbitantes, Turcas à se captos naribus ac auribus mutilatos ad suo remittunt.

Dux Wirtembergicus Eberhardus Ludovicus matrimonium init cum Joanna Elisabetha Marchionissâ Badeno-Dürlacensi.

Alba Julia arxque Segedini in favillas rediguntur. Infortunium idem Zolnocko urbi cum arce obtigit.

Joannes Gasto Magni Hetruriz Ducis filius secundò genitus, nuptias consummat cum Francisca Sibylla Augusta, vidua Philippi Wilhelmi Ducis Neoburgici.

Regi Daniz ex filio hæreditario nepos nascitur.

Veneti Turcarum classem in fugam agunt.

Portugalliz Regina Emmanuelem filium in lucem edit. Eodem die 24. Julii filius Electori Bavariz natus est.

Mosci Turcarum exercitum ad internecionem delent.

Ludovicus Marchio Badensis nativitate filii exhilaratur.

Menfe Septembri Oceani, Albis & Visurgis exundatione nimia, ingens accolis damnum accrevit.

Vesuvius torrentem liquefacti æris emittit.

In Italia Princeps Lobkovitzius ex Hispania regressus obit.

Generalis Cæsareus Rabutinus occupat & evertit fortalium Vipalanka.

Ducatus Arauziz Wilhelmo Angliz Regi, redditur.

Vitam exiit Ludovica Christina Landgravia Hassio Darmstadiana. Item Eleonora, Caroli V. Lotharingiz Ducis vidua.

Carolus XII. Sueciz Rex coronatur.

Annus Christi 1698.

Moritur Ernestus Augustus, primus Elector Brunsvico-Luneburgicus. Item Joannes Godefridus Herbipolensis Episcopus, Franciz Orientalis Dux: justitiz honorisque divini promovendi studiosissimus, precum, sacrorum & Psalmoz ordinem per omnes dies, noctisque horas ita temperavit, ut momentum non fluat, quo Divina Majestas diu noctuque in alternantibus per vices Ecclesiis non laudetur. Fidem orthodoxam Palatinus Rhenani oppidis sibi in spiritualibus subjectis, cum Philippo Wilhelmo Electore & Comite Palatino restituit. Seminarium propè templum SS. Apostolorum Petri & Pauli Herbipoli, novam Parthenonem pro instituendis in doctrina & moribus Christianis, fœmellis Kizingæ, templum aliud Beatissimæ Virginis in Fuhrbruck magnificentissimè erexit, plurium aliorum per Franconiam reparator. Hostem in bello Gallico ab ingressu Franconiz copioso milite absterruit.

Episcopus Walachiz cum suis Romanæ se addicit Ecclesiz.

Viennam appulit Legatio Moscovitica cum numerofo comitatu, cui ipse Magnus Dux, dissimulato tamen Principis habitu interfuit. Moratus hic fuit per dies plures, & ab Augustissimo, totaque Aulâ Cæsareâ habitus splendidissimè.

Galliarum Rex laborat in reducendis ad orthodoxam fidem subditis hæreticis.

In Moscovia rigidissimè animadversum in eos, qui in Ducis Magni absentia ad res novas molientes plebem ad seditionem concitaverant,

intra paucas hebdomadas numerati plures Regni Proceres, Aulæ Ministri, Præfeti militiz, quibus vel laqueus gulam fregit, vel ferrum carnificis cervicem resecurit, vel rota membra quassavit, vel trajectus per ilia palus, producto per aliquot dies mortis acerbæ sensu, spiritum extorsit.

Obiit Pauluccius Altierius S. R. E. Cardinalis Sacrique Collegii Sub-Decanus, anno ætatis suæ septuagesimo quinto, hæredem multarum divitiarum relinquens fratrem suum Angelum Marchionem.

Moritur ex morbillis Joannes Georgius Dux Isenacensis: fatis similiter cedit Christina Augusta Saxoniz Ducis filia, uxor Augusti Friderici Ducis Holfatiz, Episcopi Lubecensis; mortis se Comitem jungit Flavius Orsinus Dux Braccianus.

Carolus Josephus Ignatius, Dux Lotharingiz, Episcopus Olomucensis, sit simul Episcopus Osnabrugensis.

Bernardus Montfaucon Benedictinus ex Congregatione S. Mauri, in lucem edit Opera omnia Græco-Latina S. Athanasii Tom. III.

Sena urbs terræ motu vix non tota perit. Elector Palatinus possessionem capit Comitatus Veldentiani, contra quod acriter protestatur Linea Palatino-Birckenfeldensis.

Galli Barcinonem, Luxemburgum, Arlonam aliaque loca bello occupata Hispaniarum Regi restitunt.

Joannes Georgius Dux Leucopetranus nuptias celebrat cum Friderica Elisabetha Ducissa Isenacensi.

Novus Poloniae Rex Dantiscum solennissimè pompâ ingreditur.

Lithuani in varias factiones divisi mutuis se cædibus impetunt, sub Ducibus Sapiehâ Principe, atque Oginsky; qui tandem amicabiliter se componunt.

Dux Lotharingiz Ducatum sibi à Galliz Rege restitutum intraturus, magnificentissimè Argentorati excipitur.

Fridericus Holfatiz Dux Gottorpiensis, cum Regis Sueciz Caroli hujus nominis XI. filiâ nuptias contrahit.

Algerium peste infecta urbs, intra sex septimanarum spatium, 30000. incolas extinctos videt.

Taurini armamentarium pulvere nitrato plenum, fulmen incendit, & incredibile damnum causat.

Venetorum classis de Turcica nobilissimam victoriam reportat.

Turcarum Imperatori filius gignitur.

Leopoldo Josepho Lotharingiz Duci, Carolina Elisabetha Aurelianensis Ducissa matrimonio jungitur.

Arathum Ungariz superioris urbs moeniis cingitur, nunc Turcis formidanda.

Elbingam Princeps Elector Brandenburgicus deditione capit.

Joannes Georgius Dux Isenacensis anno ætatis 33. vitâ exiit.

Annus

Annus Christi 1699.

Joannes Philippus Liber Baro de Greiffenklau, in Episcopum Herbipolensem, & Franciz Orientalis Ducem eligitur.

Baravia urbs Insulæ Javæ Majoris, ingenti terræ motu concutitur.

In Transylvania liberum Catholicæ Religionis exercitum invehitur, & Claudiopoli Catholicorum Scholæ panduntur.

In Itza Americæ Regno Christi fides insigniter promovetur.

Coguntur hæretici ad suscipiendam fidem Catholicam in Lotharingia & Palatinatu inferiori.

Jubilæo datum est Romæ initium 24. Decembris: ægrotante Summo Pontifice Portam Auream aperuit Cardinalis Bouillonius Sacri Collegii Pro-Decanus.

Ex libro Francisci Salignac Archiepiscopi Cameracensis, cujus titulus: Maximes sur la vie interieure des Saints; propositiones 23. quæ sapere videbantur errores Molinosii, erutæ sunt.

Ingreditur Viennam summâ pompâ Josephi Romanorum & Ungariz Regis sponsa Wilhelmina Amalia, Joannis Friderici Ducis Hanoverani filia.

Carlovizii, quod oppidum est Sirmii in Hungaria inferiore, non procul Petrivaradino, pax inter Romanorum Imperatorem & Portam Ottomannicam conclusa est 26. Januarii. Die eodem in certas conditiones pacis convenit cum Turcis Respublica Polonorum. Cum Moscis pactæ sunt induciæ ad biennium: cum Venetis qui duriores pacis leges proponebant conclusum est nihil, qui demùm factui Turcarum cedere sunt coacti.

Josephus Archintus filius Caroli Comitis Tenacensis, à Papa Innocentio XII. Archiepiscopus Mediolanensis & S. R. E. Cardinalis creatur. Item Marcus Delphinus Episcopus Brixienfis.

Moritur Lucretia Barberina, Francisci Mutinensis Ducis quondam conjux.

Nascitur Victor Amadeus Philippus Josephus, filius Ducis Sabaudiz, & Regis Sardiniz.

Joannes Reinhardus Comes Hanoviensis nuptias contrahit cum Dorothea Friderica filia Joannis Friderici Marchionis Onolsbacensis.

Theodorus Ruinart Monachus Benedictinus Congregationis S. Mauri, in lucem dat Opera Sancti Gregorii Turonensis & Fredegarii.

Philippus Wilhelmus Marchio Brandenburgicus nuptias celebrat cum Joanna Charlotta Ducissa Anhaltino-Deffaviensi.

Emmanuel Electoris Bavariz filius, anno ætatis secundo, Bruxellis non sine suspitione veneni propinati obit.

Tartari pace initâ non obstante, Poloniae confinia igne, rapinis & hominum abductione infestant.

Ducissa vidua Frisiz Orientalis vivis eripitur. Item Dux Genuensium, anno ætatis septuagesimo octavo.

Uxor Electoris Bavariz filium in lucem edit.

R. P. Brentano Epitome Chronologica.

Fulmen tres turres pulveris nitrati receptacula incendens Wismariz, ingens damnum causat.

E vivis excedit Maria Sophia Elisabetha Portugalliz Regina, nata Ducissa Palatino-Neoburgica, filia Electoris Palatini Philippi Wilhelmi.

Moscua incineratione plus quàm 10000. ædium fœdatur.

Ex mundo ad æternitatem transeunt Albertus Dux Saxo-Coburgicus; Christianus quintus Rex Daniz, anno ætatis quinquagesimo quarto.

Duci Lotharingiz nascitur filius.

Turcæ Camenecum Polonorum Republicæ restitunt.

Georgius Wilhelmus Marchio Byruthensis thoro suo adlegit Sophiam filiam Ducis Leucopetrensis.

Daniz Regina Christianum primogenitum parturit; Regina Romanorum Mariam Josepham Benedictam.

Annus Christi 1700.

Nascitur Holmiz Carolus Fridericus Dux Holfatiz.

Soravia Lusatiz Inferioris urbs incendio ferè integra consumitur.

Moritur Innocentius XII. Papa: locum defuncti coactus fuit precibus & votis suffragantium occupare cum nomine Clementis XI. Cardinalis Albani, nobilis Urbinas.

Augustissimus Imperator Leopoldus, & Mustapha Turcarum Monarcha, mutuis se legationibus & donis ad pactæ pacis securitatem honorant.

Rex Daniz invadit Holfatiam Schlesvicensem, occupatâ brevi tempore cum Fridericiburgio & Schlesvico Ducatus parte potiore, ipsam Tonningam obsidione cingit, & per aliquot septimanas acriter oppugnat, sed advolantibus subsidio laboranti Duci Suecis, Hollandis & Luneburgicis, obsidionem solvere, & in pacem Daniz non admodum fructuosam concedere cogitur: interim Fridericus Augustus, Rex Poloniae, infestat Livoniam, obstantes Suecos iteratis vicibus fundit fugatque, Dunemundam post iteratam impressionem expugnat, & demùm Kockenhusium arcem munitissimam ad deditonem cogit.

Moscoviz Ducis exercitus ingenti clade à Suecis ab obsidione Narvæ depellitur, victoribus in prædam cessere castra, tormentaque omnia, & præcipui exercitus Duces.

Diem obit Carolus II. Hispaniarum & Indiarum Rex Austriacus, cujus mors & testamentum totam ferè Europam bello incendit.

Albertina Joannetta filia Mauritii Henrici Principis Nassovico-Hadamariensis, Ludovico Ottoni Principi Salmensi desponsatur.

Galli Brisacum Imperatori cedunt.

Moritur Wilhelmus Anna Stuardæ, postea Angliz Reginz filius.

Fridericus quartus Daniz Rex coronatur.

Reges Galliz & Angliz cum Belgis Confederatis, ob Hispaniarum terrarum divisionem certos ineunt tractatus.

B b b b b 2

Hassiz

Hassia Landgravii filius Fridericus, nuptias celebrat cum Ludovica Dorothea Sophia, filia Electoris Brandenburgici.

Maria Elisabetha Ducissa Bipontina Parisiis hæresim abjurat.

Obiit Georgius Dux Wirtembergico-Monte-Belligardensis, anno ætatis septuagesimo tertio.

Tunenses & Algerienses cruento rursus prælio colliduntur, in quo ad 20000. ceciderunt.

Mortuo Venetorum Duce, eligitur Marcus Antonius Mocenigus.

Natus est Antonius Gustavus filius Ducis Ifenacensis.

Denascitur Wilhelmus Dux Glocestriae, & Ducissa Condæa.

Josephus Romanorum Rex nativitate filii Leopoldi Josephi exhilaratur.

In Lithuania inter partes Sapiebae & Republicanorum prælium inicitur, quo primi in fugam acti sunt.

Dux Andegavensis ad acquirendam sibi coronam, Hispaniam petit.



MEMORABILIMUM MUNDI CHRISTIANI SÆCULUM XVIII.

Annus Christi 1701.

Ultimus Comitum Tecklenburgicorum morte extinguitur.

Imperator Principi Electori Brandeburgico, titulum Regis Prussiae confirmat.

Magnam accipit augmentum fides Catholica in Walachia & Transylvania.

Anna Maria Flavii Orsini Ducis Bracciani vidua, pro Magna Magistra aulae uxoris Philippi Hispaniae Regis declaratur.

Decedit Leopoldus Ignatius, Josephi I. Romanorum Regis filius, mense Augusto: nascitur ad delendum marorem Maria Josepha Theresia Amalia Cordula Archiducissa.

Ungari Leutschium urbem ex septem liberis unam, ex insidiis occupare moliantur, sed impediuntur.

Princeps Ragozius ob perduellionem captus, & Neostadii in Austria custodiae traditus, per conniventiam Centurionis custodiae præpositi fugâ elabitur, inde Centurio capite plectitur.

Papa tam Cæsari quam Philippo Andegavensi Duci, Regni Neapolitani infeudationem negat. Dicitur Dux sponsalia contrahit cum Maria Ludovica Gabriella filia Ducis Sabaudiae, præviâ Pontificis Summi dispensatione.

Galli à Cæsareanis propè Chiaram caduntur, desideratis illorum 3000. horum ultra 40. vix ceciderunt: porro per felices quotidianas velitationes, Gallorum exercitus non parum minuitur. Castrum Urtantum occupatur, Mantua obsidetur à Cæsareanis. His quoque cedunt Mascaria, Redollescum, Castelluchium, Piubega, Burgus fortis &c. inde excursioniones in territorium Cremonense & Parmensium plures factæ sunt.

Mirandola Cæsareum præsidium admittit,

idem facit Brixellum & Mutinam; Dux verò Parmensis feudum prætendens Pontificium, illud recipere recusat; quo non obstante Eugenius Cæsaris Archistrategus legiones aliquot in Ducatum immittit: hoc unico anno Gallorum & Hispanorum in sola Italia, ferro & morbo, ultra 20000. occubuisse fama tulit.

In urbe Constantinopolitana sædum incendium plurimas ædes absumit.

Arabes tumultum concitant; redeuntem ex Mecha Caravanam adoriuntur, 9000. ex ea homines trucidant, factâ ingenti prædâ; ad eos compescendum 12000. Janitschari & 3000. Equites mittuntur.

Suecorum Rex Curlandiam occupat, & apud Polonos depositionem Regis Augusti urget. Mosciam Suecorum arma divertenda Livoniae fines infestant.

Dunemunda post longam obsidionem iterum Suecis cedit.

Die 23. Octobris natus est Fridericus Carolus filius Regis Daniae.

Princeps Elector Colonienfis 16000. Gallos sub nomine militum Circuli Burgundici, in ditiones suas admittit, qui urbibus & fortalitiis imponuntur, cum magna Imperatoris, & omnium ferè Imperii Principum displicentia.

Tonitrua hujus anni fuerunt frequentia & magna, quæ tristitia plurimis in locis vestigia reliquerunt.

In tractu Helvetiae Glaronensi, à 13. usque ad 28. diem Augusti sæpius terræ motus cum magno sub terra fragore perceptus est.

Tempestas vehementissima die 16. Octobris maximum navium numerum partim submersit, partim insigniter destruxit: soli Angli de suis ad centum desiderarunt.

Arx Moscuae cum magna domorum copia in cineres abit.

Adria-

Adrianopoli ultra ter mille ædes conflagravit, quas inter numerandæ Turcarum Moscheæ novem, templa Græcorum sex, Synagogæ Judæorum tredecim.

Incendio Loitzium oppidum Pomeraniae anterioris, solo salvo templo, Præpositurâ, duabusque civium ædibus, concidit.

Die 25. Octobris Eslingæ domus 200. flammis sunt absumptæ. Edenburgi in Scotia 150. Monchsbergæ in Baruthensi Marchionatu octoginta sex.

Berolini fœmina fœtum suum noviter editum suis devorandum projecit, hinc Judicum sententiâ sacco inclusa & in flumine submersa est.

In Holfatia mulier alia prolem suam recentem natam occidit, & sub vase cerevisiarum abscondit, delato ad Judicem delicto, multis id execrationibus negavit, simul vindictam Dei invocando, ut si rea esset, eam mutam illico redderet, quod & factum.

Monasterolius Comes ex Pedemontio, qui occisâ uxore ad facinus occultandum ædes proprias incenderat, Mediolani die 19. Septembris decollatur.

Trajectum, collusione plurimum malignorum hominum die 28. Septembris igne delendum providè servatur, captivatis 150. consilii pessimi conscis.

Romæ conjugium inicitur inter Principem Pamphileum & filiam Marchionis Grilli.

Nuptias Parisiis celebrat Dux de la Feuillade cum Comitissa de Chamillant. Adamus Franciscus Carolus filius primogenitus Principis de Schvartzenberg nubit Eleonoræ Amaliæ Magdalena, filia Principis Lobkovitzii.

Die 4. Augusti Ducissa Saxo-Leucopetrensis filiam enixa est. Filium verò Ducissa de la Meilleraye die 17. Septembris. Eodem mense peperit filium Ducissa de Maine.

Die 19. Augusti Hamburgi mulier plebeja uno partu duos filios totidemque filias in lucem edidit: parem numerum prolium enixa est alia mulier Berndorffii die 28. Novembris.

Initio mensis Julii decedit Turcarum Imperatoris primogenitus: die 2. Septembris Sophia Ludovica Marchionissa Baruthensis: 28. ejusdem Joanna Ducis Saxo-Isenacensis uxor: mense Julio Juliana Sybilla Adolphi Friderici Ducis Megapolitani filia: die 13. Novembris Anna Adelhaidis Eugenii Alexandri Principis de Thurn & Tassis vidua: 20. die Decemb. Palofoxius Archiepiscopus Hispalensis.

Eodem hoc anno obierunt Christianus Adolphus Dux Holfato-Sunderburgensis. Ernestus Episcopus Viennensis. Princeps Lubomirskius Magnus Poloniae Marschallus.

Annus Christi 1702.

Arx Cracoviensis splendidissima, à Suecibus possessa, in favillas abit.

Confœderati Cæsaris, Cæsaris verdam expugnant.

Florianus Nezorinus, Abbas Wellehradensis in Moravia, Ordinis Cisterciensis, Ab-

batiam S. Mariae de Palzto in Hungaria diu desertam, ab Imperatore Leopoldo pro suo Monasterio impetrat.

Angli Batavique portum Gaditanum franganæ obsidione tentant.

Imperator corpora SS. Victoris Virginis & Martyris, Alexandri itidem Martyris & Episcopi, nec non Justi Martyris Româ advecta, Viennæ solenni pompâ excipit. Idem Wratislaviae in Silesia Universitatem fundat.

Berga Metropolis Norvegiae ferè tota conflagravit.

Die 26. Nov. ventus immanissimus in Anglia arbores plurimas unâ cum radicibus è terra evulsit, multasque evertit ædes; Episcopus Bathensis cum conjugem in sua oppressus interiit; plurimæ naves mercatorum, tredecimque bellicæ naufragium perpeffæ, 1500. nauticos milites undis donarunt.

Obierunt Wilhelmus III. Angliae Rex, & Thadæus Barberinus olim Melitenfium Equitum Magnus Prior.

Moritur Christina filia Friderici Hassia Landgravii, uxor Ferdinandi Alberti Ducis Brunsvico-Guelpherbytiani.

Russi Noteburgum in Ingermanlandia Metropolim expugnant.

Decedit Dominicus Bouhours Sacerdos S. J. qui varia ingenii sui monumenta reliquit. Nimirum Vitam S. Ignatii. Vitam S. Francisci Xaverii Indiarum Apostoli. Vitam Dominae de Bellefons. Pensées ingenieuses des Anciens & des Modernes. La maniere de bien penser dans les Ouvrages d'Esprit. Recueil de Vers choisis.

Princeps Eugenius Cæsareæ militiae Dux in Italia, stratagemate urbem Cremonam interciperententat, jam per aquæ ductum plures copiae militares noctu clam in urbem venerant, quæ Gallos animosè aggressæ, ipsum Gallicæ militiae Archistrategum Ducem Villeroyum, cum aliis Primoribus belli Officialibus octoginta, & gregariis militibus 400. captivos abduxere; urbem ipsam feliciter interceptissent, si Dux Vaudemontius cum reliquis ad hanc expeditionem destinatis copiis Padum commodè trajicere potuisset: factò in urbe conflictu Cæsareorum 494. sunt desiderati ex copiis pedestribus, ex equestribus 202. Villeroyus Oenipontem ductus est. Audita hæc Cæsarei militis expeditione Galli mox Gazolum, Bozolum, Fanum S. Martini, Turrim Ollii, Viadanam, Casaleque Majus arreptâ fugâ deseruerunt. Princeps quoque Vaudemontius Busektum locum munitum Ducatus Parmensis occupat, in quo supra 500. Hibernos milites cepit.

In urbe Neapolitana 300. ex primaria Nobilitate Carolum Archiducem Regem proclamant, quibus ingens de plebe numerus se conformat, non tamen iis sat fuit virium opus inchoatum perficere, nam à Duce de Popoli cum 2000. regularis militiae dispersi, plebeque liberè dimissa, Baro de Saffinet, Don Carolus Sangrus, Don Caraffa capti, dictusque Sangrus paulò post publicè, tanquam perduellis, capite plexus est. Mortem tulit generosissimè, habitoque prius ad Protegem sermone, ejus erga

Bbbbb 3 Archi-

Archi-Domum Austriacam perfidiam exprobra-
vit, jamque excepturus carnificis ictum, altâ
voce exclamavit: *Vivat Imperator, vivat!*
Moriatur Sanguis. Durius deinceps agente
Prorege in alios quoque Nobiles & plebejos,
animi magis ad vindictam sunt accensi, inven-
tæque in plateis affixæ schedæ, hæc referentes
verba: *Mortui cum vivis manus conferent, &*
bellum mirabile!

Obiit Jodocus Edmundus Liber Baro
de Brabeck Episcopus Hildesienfis.

Parificatio Ducum & Patrum Franciæ,
cum Grandibus Hispanis ex consilio Cardi-
nalis Portocareri inducta, averfos à Philippo
reddidit Grandium animos: Dux d'Arcos Regi
enascens indè præjudicium demonstrans, è Re-
gno Brabantium migrare jubetur.

Præfatus Philippus sponfam excepturus
Barcinonem se confert, sub via ab Aragonibus
& Catalanis homagium excipit.

Cardinalis Borgia declaratur Archiepisco-
pus Burgenfis.

Pro sui securitate Circuli Sueviæ, Fran-
coniæ & alii associationem ineunt.

Princeps Walliæ à Regibus Galliæ, Hi-
spaniæ, nec non aliis quibusdam Principibus pro
Rege Angliæ agnoscitur, sub nomine Jacobi III.

Denascitur Fridericus Carolus Regis Da-
niæ filius.

Polonia animorum divisione cruentum sibi-
met bellum parit, Sueci familiæ Sapiehæ ac-
cedunt, contra quos Oginskius hostiliter agit,
sinistrâ tamen fortunâ.

Ad finem Januarii juxta Cruciniacum per
sævam turbine, tonitru & pluviam vehemen-
tissimâ mixtam tempestatem, Nobe fluvius ita
excrevit, ut à Monzig ad Bingium usque molen-
dina ferè omnia cum pluribus pontibus fuerint
destrueta.

Die 27. & nocte sequente ita intumuit Al-
bis, ut Hamburgi cellæ pleræque, locaque pro-
fundius sita aquis fuerint repleta, magno mer-
catorum damno, nec pauci aggeres hæc tem-
pestate dirupti, ingentem regioni jacturam
causarunt.

Joannes Augustus Princeps hæreditarius
Servætanus, nuptias celebrat cum Friderica
Friderici Ducis Saxo-Gothani filiâ.

Obiit 2. Januarii Cardinalis de Susa Ar-
chiepiscopus Ulyssiponenfis.

Leopoldus I. Imperator Wratislaviæ Uni-
versitatem instituit.

Bavariæ Elector Memmingæ militem
præfidiarium imponit, Ulmam ex insidiis
capit.

Josephus I. Romanorum Imperator die
decimâ Septembris Landaviam per deditioem
capit; reversus cum conjuge Regiâ Viennam,
ab Imperatore magnificè excipitur.

Legato Bavaricè discessus ex Vienna no-
mine Cæsaris indicitur, subditi Electoris Co-
loniensis à fidelitatis juramento præfrito,
edicto Imperatoris liberi pronunciantur, & ad
obedientiam Capitulo Cathedrali præftrandam
admonentur.

Mense Augusto Augusti Leopoldi exer-

citus propè Luzaram cum exercitu Gallorum
viribus longè potiori feliciter configit, & in-
signem victoriam reportat. Mense Decembre
Dux Vindocinus pagum Governolo, vallotan-
tùm per Cæsareanos munitum, septeno insultu
frustrâ adoritur, suorum 2000. occisis, & ad
mille vulneratis.

Tartaria minor Chano seniore deposito;
ejusque filio natu minimo sublevato, moti-
bus internis concutitur.

Haud longè à Basilea urbe 8000. Ger-
mani cum 20000. Gallis arma conferunt, vi-
ctoriâ vix non dubiâ; cesserunt tamen primò
Galli, desideratis ex suis 4205. præter Primores,
septemque tormenta bellica amissa.

Rex Sueciæ periculose cum equo labitur.
Mosci Noteburgum ad Ladogensæ lacum oc-
cupant.

Dux Holsato-Gottorpium in prælio propè
Cracoviam commisso occumbit.

Confœderati Cæsaris, Leodio, Rhein-
bergâ & aliis potiuntur.

Ad Mosellam fluvium die 12. Septembris
cælum apertum, & sceptrum flammeum osten-
dere visum est.

Roma ingenti terræ motu concutitur,
Tiberis exundans magnam jacturam causat.

Nursia ex præfato terræ motu corrui-
t; idem ferè contigit Aquilæ, cum 1500. inco-
larum nece.

Annus Christi 1703.

CAmum sive Cambum Palatinatis superio-
ris oppidum à Cæsareanis expugnatur,
qui tamen à Gallis & Bavaris propè Hochsta-
dium prælio vincuntur: cedit rursus Galliæ
Regi Dinantum, cujus fortalitia evertuntur.

Sueci Polniam in Polonia Majori subito
occupant.

Ingens terræ motus Umbriam concutit,
urbesque plures evertit cum strage 15000. ho-
minum.

Mosci Ivanogorodiam insignem Livoniæ ar-
cem expugnant, & magis muniunt: illorum
Magnus Dux Ordinem militare S. Andreæ in-
stituit.

Batavi Limburgum occupant, & muni-
mentis augent.

Imperator filium suum secundò genitum,
Regem Hispaniarum solenniter declarat, qui
per Bataviam & Angliam in Lusitaniam
proficiscitur.

Lusitanæ Rex, Confœderatorum cum
Cæsare partes sumit.

In China ob pluviam in siccitate summa
per Catholicorum orationes prodigiosè obten-
tam, fides Christiana insigniter propagatur.

Copiæ auxiliares sub Principe Hasso-Cas-
sellano ad solvendam Landaviæ obsidionem
missæ, à Gallis cæduntur.

Galli Brixellum Cæsareanis eripiunt.
Decedit Carolina Felicitas Ducis Muti-
nensis conjux.

Classis Anglico-Batava in portu Vigos
naves Hispanicas auro argentoque Indico
on-

oneratas invadit, magnâ ex parte occupat,
aut incendit.

Galli post trinum assultum fortaliti-
um Kehl propè Argentinam deditioem capiunt,
3000. ex suis amissis.

Berga Norvvegiæ maximâ ex parte in
flammas abit.

Cæsaris copiæ Bavaros propè Dietfurtum
fundunt, & toto Palatinatu excedere cogunt.

Econtra Bavariæ Electori Ratispona cedit.

Decedit Maria Josepha Archiducissa Au-
striæ, Leopoldi I. Imperatoris filia.

Princeps Ragozius & Comes Perrecy-
nius in Ungariæ Regno seditionem con-
citant.

Invadunt Galli lineas Germanorum propè
Pfirnbuch, ast quinquies repulsi quinque mil-
lia suorum amittunt: irruptionem tamen fa-
cientes propè Villingam oppidum, sortiuntur
occasionem se cum Bavaris conjungendi.

Hartenstein arx Franconico militi cedit,
qui & Bavaricum exercitum invadens, eun-
dem cædit, totisque castris potitur. Interim
Gallorum exercitus Sueviam magnis exactioni-
bus vexat.

Occupato Kuffsteinio Bavarorum acies in
Tirolensem Comitatum penetrat, successu au-
tem parùm felici, nam occisis per incolas
octo millibus, agrè cæteri viam relegere po-
tuerunt.

In Languedociæ inferioris tractu Cem-
menio & Vivariensi, incolæ malecontenti arma
contra Regem arripiunt, quorum numerus ad
20000. excrevit, & Regias copias sæpius
fudit.

Prussiæ Rex urbi Imperiali Nordhusio ex
improvviso & nocturno tempore milites præfi-
diarios imponit.

Mosci Livoniam infestant, & Regum mi-
litem recedere cogunt.

Ad novam electionem Regis, Cardinalis
Primas Poloniæ autoritate propriâ Regni Co-
mitia indicit, contra quod factum, tanquam
irritum, Rex protestatur.

Sueci Samoskium urbem frustrâ ad faci-
endam deditioem interpellant, & norabili
suorum jacturâ in fugam vertuntur. Interim
in Comitibus Provincialibus magna sentiebatur
animorum divisio, aliis partes Cardinalis Pri-
matis, aliis Regis sequentibus.

Suecici exercitûs pars feliciter dimicat in
Lithuaniam contra copias Moscorum & Oginsky
ex 2500. equitibus & 6000. peditibus con-
sistentes. Rex ipse Suecorum cum 15000.
Thorunium obsidet.

Comitia Regni Lublini celebrata Regis
Poloniæ favorem spectabant.

Angli felices habent belli progressus con-
tra Gallos in America.

Batavi in Brabantia à Gallis propè Eckern
ad pugnam lacesiti, licet numero longè infe-
riores, victores evadunt.

Quintâ Martii obiit Joannes Georgius
Princeps hæreditarius, seu primogenitus Ducis
Saxo Leucopetrenfis. Die 29. ejusdem spi-
ritum efflat Marchio Onolsbacensis, in con-

fluctu cum Bavaris sclopeti globo priori die
trajectus.

Die 21. Julii Christianus Dux Hanovera-
nus, Gallici sclopeti fatali ictu in Danubio ex-
spirat.

Sybilla Hedvvigis Ducissa Saxo-Lauen-
burgica apoplexiâ extinguitur.

Rebelles Ungari in Germanos, Cæsaris-
que Officiales quos offenderant, immaniter sævi-
unt, spoliant, trucidant. Oppidum Olaffii propè
Magnum Waradinum Vulcano consecrant. Ausi
numero per Cossackos, Tartaros & Polonos,
Hustum, Cremnizium, Schemnizium & urbes
alias montanas occupant: superveniente Rabu-
tino in obsidione arcis Kovvar occupati, tre-
centos suorum amittere, quibus Cæsarei militis
gladius spiritum ademit: Rasci extinxerunt
sexcentos alios, idem egit in trecentis Kyba
Chiliarcha Imperatoris propè Segedinum. Ge-
neralis Forgatschius quingentos alios è vivorum
numero proscrispsit. Nondum tamen despon-
debant animum rebelles, sed Lippâ occu-
patâ & expilatâ 60. incolas trucidant, & Agriam
obsident.

In aula interim Cæsarea consilia ad fran-
gendam rebellium audaciam cuduntur, Comes
Schlickius eorundem 500. occidit, capitque
sexcentos, ad Albam quoque Juliam totidem
ferè sub gladiis militum Imperatoris cadunt,
& propè Posonium trecenti, captivatis quin-
quaginta.

Galli se in Episcopatum Tridentinum
effundunt, Castrum Arco deditioem capiunt.
Dux Vindocinus Avezzanum usque progressus,
Toblinum arcem occupat, & dein Triden-
tum urbem globorum ignivomorum inje-
ctione per plures dies affligit; cessare tamen
viamque relegere cogit adventus Generalis
Heisteri cum Germanorum copiis.

Absoluto triennalis tractatus tempore,
Galli Sabaudiæ Ducis ulteriorem fidem suspe-
ctam habentes, pro securitate Vercellas, Se-
gusium, Niceam sibi concedi postulant, re-
nuente Duce omnes ejusdem in Italia Regi
suo hucusque militantes copias armis privarunt;
quo facto irritatus Dux, omnes in suis terris
degentes Officiales Gallicos, ipsamque Regis
Legatum Turini commorantem, unâ cum Gal-
licis navibus in Villa Franca & Nicea reper-
tis, captivari ac detineri jussit.

Cæsareani Gallis ingentem com meatûs
copiam eripiunt, & 300. milites Gallos de-
lent. Mox in Ducatu Parmensi hiberna figunt.

Dux Andegavenfis possessionem capit
Mutinæ, & Ducis reditus ad fiscum suum trahit.

Sabaudi Gallis magna damna inferunt,
& ultra 1500. necant.

Constantinopoli milites ob non solu-
tum stipendium tumultuantur, Selman Bas-
sam in frustra concidunt, cumque eorum
numerus ad 50000. excrevisset, & partes
illorum ipsi tuentur Caddi, Effendi ac
Judices, ipsius Sultani moliantur depositionem:
hanc ut impediret Magnus Vezierius, 20000.
sine mora Arnautarum colligit, quibus se
rebellibus Constantinopolitanis opponeret,
ast hi ipsi Imperium detrectantes, primis se
jungunt, varios belli Primores Officiales occi-
dunt,

dunt, tormenta bellica, ipsumque Mahometis vexillum occupant: quo facto conspiratorum exercitus rectâ Adrianopolim contendit, ac Mustaphâ deposito, fratrem ejus Achmetem ad solium Ottomanicum evexerunt. Ad impediendum autem urbis Constantinopolitanæ exustionem, cuique militum 25. Imperiales solvere oportebat. His non contenti, Mussi Antistitem sacrorum seu potius superstitionum supremum, tres ante dies cum filio natu maximo in turrim conjectum, in forum protrahentes, & præciso capite, summo cum ludibrio in castra militaria raptantes, truncum tandem corpus Tunschæ fluvio immerferunt. Hâc tragœdiâ finitâ Imperator novus summâ cum pompâ die 17. Septembris Regiam Constantinopolitanam intrat.

Die 22. dicti mensis periculosum ortum est incendium, ut putabatur à seditionis, quò commodius prædari possent, causatum, tumultuabantur enim iterum, ex causâ quòd Janitscharorum Aga Tschalick Achmet Aga seditionis author in exilium fuerat deportatus. Econtra captivitate suâ solutus est Constantinus Moldaviæ Princeps, & in domo sua habitare permittitur. Mussi autem occisi filius scelera detecta capitis obtruncatione luit.

In Hispania ob Regis Lusitanæ fœdus cum Anglis, Batavis, Imperatore initum, metu omnia plena sunt & suspicionibus, quæ solæ pluribus proscriptionis causa extiterunt: prælatâ causâ collusionis cum Regis hostibus, Joannes Antonius Romerus Secretarius Regni Siciliae, Joachimus de Morta ejusque frater extremo supplicio afficiuntur.

Galli Bavarique Augustam Vindelicorum & Campidunum occupant, item Passavium, Brisacum.

Reges Sueciæ & Prussiae fœdus ineunt.

Confœderati Gallis Geldriam urbem extorquent, Ducatus caput.

Mosci Suecicas cohortes sub Hornio Duce belli repellunt, Nyen, Jamam & Caporiam in Ingria occupant.

Ventorum vehementia in Belgio, & mari, navium, mercium & ædificiorum maxima damna causat.

Confœderati die vigesimâ octavâ Decembris Gallorum lineas adoriuntur, occupant, demoluntur, perque excursiones magnas in terra hostili exactiones pecuniarias faciunt.

Nautæ in Dalmatia Lissâm inter & Sardiniam retribus monstrum immane facie leoninâ, pede ranæ, ingenti caudâ formatum capiunt: lingua sola viginti septem libris constabat.

In Castris Cæsareis miles quidam patibulo addictus, per supplices conjugis prægnantis preces à Marchione Baruthensi vitæ veniam impetravit, quâ gratiâ mulier adeò exhilarata fuit, ut dum è terra se levare vellet, proles duas masculinam & femellam fuerit enixa, ambas altè fatus Marchio cum conjugis sua sacro è fonte levârunt, ac ambobus conjugibus perpetua vitæ subsidia promiserunt.

Circa Lutetias ingens avium copia ex Britannia & Normannia veniens visa est, quæ vocibus totum aërem implerunt, tandem circa meridiem se se mutuo aggressæ, ad multa inter se millia necârunt: magnitudine æquabant merulas, majores quæ Ducum vices agebant, columbas pittacosque referebant; color in cunctis erat diversissimus.

In Norvegia Friderico stadium totum in flammis abit. Idem contigit Lenze oppido ad Albim.

Albertus Fridericus Marchio Brandenburgicus, desponsat sibi Ducissam Curlandicæ: Dux Mortemarius filiam natu maximam Ducis de Beauvilliers: Eugenius Alexander Princeps de Thurn & Tassis Comitissam de Hohenlohe: Fridericus Wilhelmus Dux Megalopolitano-Suerinensis Sophiam Carolinam Landgraviam Hasso-Cassellanam.

Ludovicus Marchio-Badensis, Electorque Bavaricæ uterque nativitate filii exhilarantur.

Obiit Petrus Bontius Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & Archiepiscopus Narbonensis. Item Maximilianus Bavaricæ Dux, & Ferdinandus Princeps Schvartzenbergensis Imperatricis supremus Aulae Magister.

Naturæ quoque fato concedunt Ducissam Mantuæ: filius natu minimus Ducis Gothani: Romæ Dux de Salviati, & Spinola S. R. E. Cardinalis.

Annus Christi 1704.

Saxones & Mosci Poloniam Poloniarum Majoris urbem, ad partes Caroli Suecorum Regis inclinantem, frustra obsident: hinc Suecorum fautores, animos resumentes, Poloniam Palatinum, contra Fridericum Augustum Saxoniarum Electorem, jam legitime electum, Regem Poloniarum proclamant.

Galli Vercellas post obsidionem duram, occupant.

Tulpiaci oppidi ad Rhenum pars media conflagrât.

In Moscoviam liberrimus Missionariis Catholicis aditus patet.

Rebelles in Transylvania cædunt à Cæsareanis, amissis vexillis viginti; iidem obsidionem arcis Devæ solvere coguntur.

Carolus Sueciæ Rex Leopolum in Russia expugnat.

Galli Bavarique à Cæsareanis ad montem Schelleberg, post cruentum conflictum castris exuuntur. Die 13. Augusti horrendam denuò stragem sentiunt ad Hochstadium, numerus occisorum & captivorum ad 40000. se extendebat, occupatis denuò plene castris: ex parte victorum 14000. desiderabantur. Victoria hanc secuta est deditio Ulmæ urbis Imperialis. Landavia præsertim Josepho I. Romanorum Rege obsidetur & occupatur.

Moritur Emmanuel Princeps Cothenis, duos post se relinquens filios.

Angli

Angli Gibraltariam occupant, Gallorum classem in fugam agunt, bi locum præfatum frustraneâ obsidione noviter tentant.

Obiit Rudolphus Augustus Dux Brunsvico-Guelpherbytanus; item Elisabetha Juliana conjux Antonii Ulrici ejusdem stemmatis.

Archiepiscopus Neapolitanus Pignatelli Sacro Cardinalium Collegio adlegitur.

Comes Tesno de hæresi accusatus Ferrarâ Romam captivus ducitur, idem pluribus aliis in ditione Pontificiâ obtigit.

Die 9. Januarii post animadversum tonitruum & fulgur, globus igneus è nubibus decidit.

Ducissa Lotharingæ filium in lucem edit.

Imperator amicam cum rebellibus Ungaris compositionem spectat, quam Galli impediunt: Comes Forgatschius à Cæsaris ad rebellium partes transit.

Bavari Austriæ fines infestant.

Obiit Princeps Vaudemontius junior Cæsaris in Italia Archistrategus.

Ungarorum rebellium 3000. cadunt, dissipatis reliquis; brevi post quatuor rursus millia illorum occumbunt: die 31. Januarii tamen quinque-Ecclesias occupant trucidatis civibus Germanis. Similiter Neoselium per prodicionem capiunt.

Sacræ Cæsareæ Majestatis Magnum Russiae Cancellarium Dominum à Gallovvin S. R. Imperii Comitibus titulo ornat.

Palfius Bannus Croatiae 1700. rebelles Ungaros vitâ & armis exuit; plures eorundem turmas cædit & profligat D. Generalis Heisterus. Verovitiam nihilominus occupant, & cum 5000. excursionem faciunt in Moraviam. Alii verò 10000. Cæsaris gratiam implorantes se submitunt, & castra Heisteri sequuntur; idem fecerunt 2000. propè Albam Regalem, non tamen duravit diu hæc fides, sed mox rapinis patriam infestare cœperunt, & rebellibus se adjungere.

Heisterus Comitibus Forgatschii castra adoriatur, perditum 3000. necat, pluresque ex Equitibus: ex suis 100. duntaxat desideratis.

Cæsareæ copiarum militares se se cum castris Sabaudiarum Ducis conjugunt, undè Galli Ducatum Monferratensem deserere coacti sunt; ingrediuntur autem Sabaudiam, eaque magnâ ex parte potiuntur, sicut & Segusio in Ducatu Pedemontano.

Carolus III. cum confœderatorum classe Lisabonæ advenit, hinc Galliarum Regis Legatus, clam discedit, Dux verò Andegavensis bellum Lusitanis denuntiat, variasque urbes occupat: Confœderati Barcinonem ad deditonem frustra sollicitant, detectis Caroli Austriaci fautoribus & captivatis.

Lusitani plures ex perditis oppidis recuperant, & per excursiones multos de hostibus partim cædunt, partim captivos abducunt.

Comes de S. Joanne Guinaldum veteris Castiliæ oppidum deditone capit. Marchio quoque des Minas bis feliciter cum hoste configit, eumque castris exuit.

Comes de Arco, ob intempestivam traditionem Brisaci Gallis factam, Bregentii capite plectitur: Comes Marsilius fractione gladii in R. P. Brentano Epitome Chronologica.

famis redditur, reliqui Præfidiariorum militum dictæ urbis Primores Officiales post pœnam pecuniariam officiis privantur, quorum aliqui tamen per Cæsaris gratiam iisdem restituti sunt.

Galli Bavarique Augustam Vindelicorum omniapparatu bellico, & pretiosis quibuscumque privant.

Bavaricæ acies cum Gallica se conjungit.

Comes de la Tour 1500. Gallos neci tradit: Ludovicus Marchio Badensis Ingolstadtium obsidet: Guttensheimus ex Comitatu Tirolensi irruptionem facit in Bavariam, occupat arcem Hohen-Aschau deditone, aliasque, magnamque destructione fodinarum metallicarum regioni jacturam infert.

Cedit Braunadonum Cæsareanis, aliaque Bavaricæ fortalitia.

Burgundiæ Ducissa filium in lucem profert, cui à Rege Galliarum titulus Ducis Britanniarum assignabatur.

In Diversorio Poloniarum Regis propè Sandomiriam exorto subito incendio Rex ipse de vita periclitatur, periit in flammis Marefchallus de Ramstorff. Camerarius de Pflug. Camerarius de Wizeben, Nobilis de Penzing, Proto-Medicus Bretten, aliique.

Mosci Schlippenbachium Ducem Suecicum cædunt, Dorpatum deditone capiunt, item Narvam & Ivanogrodum.

Polonia magnis motibus agitatur, Confœderati Regis Saxoniarum copias auxiliares pro Regni hostibus declarant, Augusto II. Regi ultrâ fidelitatem præstare recusant: Magnus econtra Moscoviarum Dux litteras minis plenas Reipublicæ dirigit, si fidem servare Regi renueret, hæ præfatique Regis Cracoviæ adventus animos reddit attonitos & consternatos, eò magis, quod etiam pars exercitus Regni ex parte Regis stare decreverat. Summus insuper Pontifex Rempublicam ad pacem & debitam Regi observantiam cohortatur. Nec minus Daniæ Rex ad conciliandam inter Poloniam & Sueciæ Reges pacem mediatorem se offert. Interim Augustus Rex manifestum contra Confœderatos emanare, illudque omnibus Principum aulis ipsique Imperii Romani Conventui Ratisponæ notificari jubet; quibus mediis factum est, ut Regis fautores numero indies crescerent, & Confœderatos Warsovienses pro rebellibus declararent. Iis non obstantibus illi die 19. Junii pro electione novi Regis determinant, in quâ Palatinum Poloniam Regem proclamant, cujus electionem Sueciæ Rex totis viribus suffulcit.

In Anglia & Scotia conspitiatio contra Regiam detegitur, pluresque de ea suspecti carceri mancipantur.

Confœderati Cæsaris à Gandavensibus & Bruggensibus per injectionem glandium ignivomarum magnam pecuniarum vim extorquenti Similique injectione Namurci magnam partem in favillas redigunt, excursionibus autem magnas in terra hostili exactiones pecuniarias fecerunt.

Galli per subornatos Ducem Citizensem Episcopumque Jaurini Coloniarum interciperent

C e c c e

vel

ejus ex Saxoniâ in Poloniam tentans, & Suecos aggressus ab iisdem funesta clade afficitur.

Confœderati occupant Sout Levven, Galli autem Dieftam.

Romæ mulier quædam quinque proles uno partu enixa est.

In Flandria & Brabantia fœda aeris tempestas & ventorum violentia navium, arborum aliarumque rerum immanem jacturam causerunt.

In Monte vulgò Sancto uno Olmucio militari disito, & peregrinorum frequentiam celebri, subito enascens in hospicio incendium 121. peregrinos devotionis causâ eò congregatos extinxit.

Simile incendium mense Novembris Sylvas Tyrolensium Comitatus confines corripens, varios pagos, monasteria, molendina & pontes absumpsit.

Die 18. Decembris Trautmansdorfium in Austria totum in flammâ abiit.

Philippus Reinhardus Comes Hanoviensis nuptias celebrat cum Carolina Wilhelmina filia Ducis Saxo Salfeldensis.

Nati sunt Hedviggis Sophia Augusta filia Ducis Holsato-Slesvicensis, Fridericus Henricus Eugenius, filius Leopoldi Ducis Anhaltino-Deslavienfis.

Vivis valedicunt Augustus Fridericus Episcopus Eutinensis, Duxque Holsato-Slesvicensis. Landgravia Hassio-Darmstadiana: Wilhelmus frater Regis Daniæ: Collatus Archiepiscopus Insulæ Corcyræ: Filia Regis Prussiarum, desponsata filio Landgravii Hassiæ. Catharina Regina viduata Angliæ.

Annus Christi 1706.

Rebelles Ungari in obsessum à se Edenburgum tres assultus tentant, sed forti militum civiumque manu repulsi, milleno de suis numero perditio, obsidionem solvunt; Non tamen cessant excursionibus suis Moraviam Ungariamque affligere.

Kriegbaumius, belli Præfectus Cæsareus in Bavarie partibus, rebellium Bavarorum rusticorum quatuor millia trucidat, captivatis aliquot, plurimis fauciatis.

Chamum Palatinatus superioris oppidum per rusticos Bavaros Cæsareanis ereptum, ab his recuperatur.

Moritur Bernardus Dux Mainungensis.

Carolus Austriacus Requenam regni Valentini in Hispania urbem occupat, item Dertosam in Catalonia; auget triumphum Alone urbs insignis & munita, quam Mahonius Governator post acerrimam propugnationem tradit, Distemium in Brabantia pariter Cæsaris confœderatis cedit.

Moritur Versaliæ Cardinalis Couslinus anno ætatis 67.

Cæsaris Confœderati Blancobergam expugnant, Gallorum exercitum propè Ramelies in Belgia cædunt, occisis 5000. captivatis 4500. occupatis impedimentis & tormentis bellicis.

Sueci Budissam cum aliis oppidis occupant, totique se infundunt Saxonie.

Salamantica ad Caroli VI. obsequium deditioe redit.

Confœderati Monenam, Ostendam, Teneramundam occupant.

Natus est Josephus Bernardus, filius Ducis Saxo-Coburgo-Meinungensis filius.

Naumburgi die 29. Aprilis fœdum incendium 255. ædes absumit.

Die 26. Octobris Augustus Poloniarum Rex propè Calissium insignem de Suecis victoriam reportat.

Ad Mosellam mense Januario & Februario immensa copia peregrinarum avium visa est.

Ambiani die 12. Jan. circa horam quintam noctis ignis ingens super urbem apparuit, qui ad horam usque undecimam ad terrorem incolarum luxit.

Maximæ fuere hujus anni in Italia fluviorum exundationes, quibus ultra 1000. homines submersi perierunt.

Natus est 9. Januarii Carolus Wilhelmus filius Ducis Saxo-Ilenacensis.

13. ejusdem conjux Principis hereditarii Baruthensis filiam enixa est: altero post die Principis Ludovici Badensis uxor filium.

Carolus Comes Palatinus Rheni, Dux Neuburgi, Tirolensibus Governator præficitur.

Tumultuantes Viennæ in Austria partim suspendio, partim exilio multantur.

Imperator in honorem S. Josephi Christi nutritii colossum miri artificii extruicurat, cum hac inscriptione:

Viro Maria, de qua natus est JESUS, Austria Tutelari, Leopoldo Magno vocente, Josephus I. Rom. Imperator semper Augustus erexit MDCCVI.

L. Baro de Rummel sit Episcopus Viennensis.

Papa Novendecim Candidatos Cardinalitiam ornat purpurâ: nimirum D. Martelli Patriarcham Constantinopolitanum, patriam Florentinum: Joannem Badoarium Patriarcham Venetorum. D. Casoni Archiepiscopum Cæsareæ, Assessorem S. Officii, Genuensem. Corsinum Archiepiscopum Nicomediensem. Spada Archiepiscopum Luccensem, Nuntium Apostolicum in Polonia, patriam Romanum. D. Aquaviva Archiepiscopum Larissæ, Nuntium Apostolicum in Hispania, Neapolitanum. Gualtierium Archiepiscopum Fori Cornelii, Nuntium in Gallia. Christianum Augustum Episcopum Jaurini, ex Ducum Saxo-Citienfium familiâ, natione Germanum. Abbatem de la Tremouille Auditorem Rotæ, Gallum. D. Rufum Neapolitanum Archiepiscopum Nicææ. Priulum Clericum Cameræ, natione Venetum: Colonna Pontificiæ Majorem Domus, Romanum. Paraccianum Romanum, Auditorem Rotæ. Caprara Auditorem Rotæ ex parte Hispaniæ, Bononientem. Fabroni Secretarium Congregationis de propaganda fide. Pallavicinum Governatorem Romæ, patriam Parmensem. Gri-

Crimaldum Secretarium Congregationis Episcoporum. Philippuccium, qui hanc dignitatem miro humilitatis exemplo acceptare recusavit. Fieschi Archiepiscopum Januensem. Loco Philippuccii galerus Cardinalitius oblatum est Conti sive de Comitibus, Nuntio Apostolico in Lusitania.

Barbarigo creatur Patriarcha Venetorum. Galli & Germani variis velitationibus sese impetunt in Italia, illi Taurinum obsident; Montem Regalem & Astam occupant.

Constantinopoli fœva pestis singulis diebus supra 1500. incolas extinguit.

Gallo-Hispani obsidione cingunt Barcinonem, in qua urbe Carolus Austriæ Archidux & legitimus Hispaniæ Rex manere decernit.

Ob adventum Classis Confœderatorum Gallo-Hispani obsidionem Barcinonis solvunt: totis relictis castris, cum tormentis bellicis 106. commeatus immensâ multitudine &c.

Lusitani alique Confœderati Alcantaram deditioe capiunt, captivatis 10. præfidiariorum turmis. Inde Castiliam ingrediuntur, ubi plures mox arces sese submitunt; facit quoque deditioem Civitas Roderici: venientes Madritum magnâ incolarum veneratione excipiuntur, & Carolus III. Rex proclamatur.

Galli Insulas S. Christophori & Nieves sub dominio Anglorum degentes in America invadunt, & 3700. Nigros captivos abducunt. In Germania Hagenoam deditioe capiunt, præfidiariis captis 1700. fortalium Ludovici obsessum liberant.

Angli Batavique Ostendam & Monenam occupant.

Terræ motus Calabriam, Siciliam magno cum damno concutit.

Clara Vallis Ordinis Cisterciensis Monasterium præcipuum in Gallia, fulmine tactum conflatur.

Arx Hörtenberg in Tirolensium Comitatu pulvere nitrato fulmine pariter incenso evertitur.

Echzel pagus Wetteraviæ: Vilna in Lithuania, Agram in Croatia per incendium in favillas abeunt.

Filius Regis Prussiarum sponsalia init cum filia Principis Electoris Hanoverani.

Ducissa Lotharingiæ filiam enixa est: Ducissa Saxo-Gothana filium Christianum Wilhelmum.

Obierunt Hieronymus Princeps Lubomirski, Polemarchus Regni Poloniæ. Bernardus Dux Saxo-Meinungensis, Cardinalis Barbarigo. Episcopus Monasteriensis. Mauritia Febronia Maximiliani Bavarie Ducis vidua: Philippuccius, qui Cardinalitiam Purpuram deprecatus est, cui ipse Summus Pontifex exequias curavit; cum appositis verbis: Magnus, quia meruit, maximus, quia recusavit.

Annus Christi 1707.

Galli & Hispani, confœderatum Batavorum ac Anglorum exercitum, propè Almanzam Arragoniæ oppidum magnâ clade afficiunt, recuperantque Requenam in Valentia, aliaque loca munita.

Galli Coloniensi urbi, prædatione equorum, injectione igneorum globorum tædia inferunt.

Tres partes urbis Weinbergæ in Ducatu Württtembergico, incendio absumuntur.

Moritur Christianus Dux Gothano-Eisenbergensis, Princeps arte Chymicâ excellens; item Petrus Rex Lusitaniæ. Similiter Joannes Ernestus Dux Vinariensis.

Mauritani Oranium obsident, & post tres assultus Fortalium Philippi occupant.

Imperatoris exercitus sub Polemarcho Comite Daunio Regnum Neapolitanum invadit, occupat Capuam, ipsamque Metropolim Neapolim. Prorex fugâ se Gaetam recipit, quam urbem Cæsareani mox obsident, & in suam potestatem per assultum redigunt, captus Prorex præfatus. Victoricibus armis paulò post totum se Regnum submittit.

Galli & Hispani toto Ducatu Mediolanensi emigrant: recipit ditionem suam Dux Mutinensis, Mantuanus verò suam in Cæsaris manus venire videt.

Florentini & Januenses magnas pecuniæ summasolvere coguntur.

Sabaudia Dux & Princeps Eugenius Polemarchus Cæsareus cum exercitu quinquaginta millium Provinciam intrant, & Portum Teloniensem obsident, 22. Augusti autem ob annonæ defectum obsidionem iterum solvunt.

Nicæa, Grassa, Viñcium portas suas Marti Sabaudico-Germano mox aperiant; Segusium quoque deditioem facit.

Philippus Dux Andegavensis Madritum revertitur. Comes Asfeldius Gallus Dianthi obsidionemolvere cogitur, Anglis locum fortiter propugnantibus. Philippi uxor die 25. Augusti filium enixa est, cui in sacro baptismo Ludovici nomen collatum fuit: partus hic ansam dedit Duci, pluribus Comitibus in exilium actis veniam & reditum ad aulam indulgenti.

Urbs Ilerda Duci Aurelianensi cedit, arx verò diutius resistit, tandem verò deditioem facit.

Civitas Roderici à Gallo-Hispanis per assultum capitur, ex præfidiariis 200. occisis, 1800. gregariis & Officialibus 130. captis.

Archithalassus Angliæ Shovelius cum navibellica primaria apud Scyllæam Insulam ad rupem allisus, unâ cum 900. tam militibus quam vectoribus, à maris undis absorbetur; par infortunium perpeffæ sunt tres aliæ naves minores; ejus corpus ad littus ejectum, in Angliam delatum, funebri solenni pompâ terræ mandatum fuit.

Galli transgressis lineis Germanorum in Ducatum Würtembergicum & Marchionatum Badensem se effundunt, atque militari severitate incolas exagitant: Princeps Elector Hanoveranus supremum exercitus Imperialis regimen in se suscipiens, novas confici lineas curat.

Præfati Galli in velitationibus cum Germanis habitis vix non semper succumbunt, notabilior fuit illa, quæ 24. Septembris contigit, in qua Mercius Imperialium copiarum Ductor in Suevia 800. occidit: 1300. equos cum totis castris in prædam cepit.

Imperator Comitatum Mœrsiensium Principatus titulo ornat.

Prussiae Regi & filio nepos masculus natus est, cui nomina Friderici Ludovici in baptismo sunt indita.

Mosci occupant Bychoviam, item Lissam Polonicam ter mille domos continentem, quam Calmucci totam incendio tradunt.

Elisabetha Ducissa Guelpherbytiana pro sponsa Caroli III. Hispaniarum Regis declaratur, quae Bambergae in Franconia, coram Electore Moguntino & praefati loci Episcopo Professionem fidei Catholicae publice emittit; & inde Viennam profecta festivo excipitur.

Obiit Collonitschius S. R. E. Cardinalis anno aetatis septuagesimo sexto. Ejus officia Imperator confert Episcopo Jaurinensi.

Ad petitionem Regis Prussiae idem Imperator Meursiae Comitatum Principatus titulo ornat.

Bernardus Montfaucon Monachus Benedictinus Congregationis S. Mauri in lucem edit Collectionem novam Graeco-Latinam SS. PP. Athanasii & Eusebii tom. II. quibus postea secuta sunt opera omnia S. Chrysostomi.

Antonius Beaugender ejusdem Ordinis alumnus publici juris fecit Ven. Hildeberti Episcopi Cenomaniensis primam, deinde Archiepiscopi Turonensis opera omnia. Quibus accesserunt Marbodi Redonensis opuscula.

Annus Christi 1708.

Crosnae Urbs tota in flammis abit, arce & Praetoris domo excepta.

Mauritani Oranium expugnant militesque Praefidiarios Hispanos, cum sex Equitibus Melitenis multisque civibus Algeriam in servitutem abducunt.

7000. Anglorum Duce Webbio, Gallorum 24000. vincunt.

Georgius Daniae Regis filius, Annae Anglorum Reginae maritus moritur.

Jacobi II. filius, cum classe Gallica ad subiciendum sibi Scotiae Regnum excurrit, re autem infecta redire cogitur, ipse ausus praeventente Bingio Anglorum Archithalasso.

Caroli Regis copiae propè Caesarem Augustam Gallo-Hispanas fugant, 1500. occidunt, multos capiunt, & varia loca occupant.

Chiliarcha Caesareus de Viand Rebellium Ungarorum 400. mactat, 189. captivat: illi quinque Ecclesias cum suo non modico damno frustra adoriuntur, & in velitationibus plerisque cum Imperatoris habitis succumbunt.

Electo Palatinus Rheni Palatinatum Superiorem a Caesare in feudum accipit, Dux autem Sabaudiae Monferratensem, Valentianam & Alexandrinam ditionem.

Heisterus Polemarchus Caesareus rebellium Ungarorum 23000. viris constantem exercitum cum novem millibus aggreditur, 6000. caedit, 400. cum 14. tormentis bellicis octo-

que vexillis capit: ex suis non nisi 300. desideratis. Fructus hujus victoriae fuit occupatio Nitriae, & Ozkai Polemarchi Rebellium cum legione sua ad Caesarem transitus. Similem tentare voluit Bezeredius, sed ab uno consilio consilio proditus, captus & ad Ragozium ductus, Barbozaius idem animo versans, comprehensus & statim morte plexus est.

Praefatus Heisterus Neoselium glandium ignivomarum injectione premit. Palsus Bannus Croatiae Bogrosii legionem rebellem delet, quinquaginta viros cum 12. vexillis capit. Chremnizium, Schemnizium cum pluribus aliis Ungariae superioris urbibus ad Caesarem Imperium redeunt.

Caesareus exercitus Ducatum Ferrariensem invadit, Bondenum occupat, & Praefidiarios 1200. captivos abducit: Pontificiae copiae plura oppida praefidiis vacua, Caesareis relinquant, qui hiberna in Romania aliisque Summi Pontificis ditionibus figunt: tandem vero pax inter istum & Sacram Caesarem Majestatem inicitur.

Sabaudiae Dux cum suis & Confederatorum copiis, plura Delphinatus fortalicia Gallis eripit.

Galli ex insidiis Gandavum occupant, postea Brugam, ex quibus tamen mox cedere coacti sunt.

Confederati insignem de Gallis victoriam reportant propè Aldenardam: occisa sunt illorum 10000. captivata ad 9000. in praedam ceferunt victoribus tormenta bellica 125. vexilla 250. &c. victoriam hanc secuta est occupatio Insulacum.

Equites Ungari, vulgo Husari, late in ditiones Francicas evagantur, multa loca cum summo incolarum tremore in favillas redigunt, & pecuniarum exactiones faciunt.

Galli Gandavum, Brugam & alia loca confederatis cedunt.

Elisabetha Ducissa Guelpherbytiana Carolo Hispaniae Regi solenniter desponsatur, quae postea per Italiam iter suum in Hispaniam profectur.

Maria Anna Regina, Leopoldi Augustissimi memoriae Imperatoris filia, Josepho I. itidem Imperatori, mandatario Joannis V. Lusitaniae Regis, desponsatur.

Classis Anglica Insulas Sardiniam & Minorcam facili negotio Carolo Regi subjicit. Dux Aurelianensis Dertosam occupat & Alonam.

In Gallia nervus belli marcescere incipit, & ob pecuniarum defectum Rex de pace cum Confederatis ineunda tractare cogitat, sed quia ex horum parte conditiones duriores ponebantur, rem ulterius sub Martis aleam tentandam statuitur.

Pestis in Polonia immaniter saevit. Sueci propè Mohilam de Moscis triumphant.

Obiit Fridericus Ludovicus Marchio Brandenburgicus, Prussiae Regis ex filio nepos;

nepos; idem Rex matrimonium inicit cum Sophia Ludovica Ducis Megalopolitano-Syverinensis sorore.

Mortalitatem quoque exiit Otto de la Bourde, ex Monacho Benedictino Bantheni in Franconia Episcopus Gurcensis in Carinthia, Leopoldi Augustissimi Imperatoris Consiliarius.

Annus Christi 1709.

Moritur Ludovica Hollandina, Friderici V. Electoris Palatini filia, Abbatissa in Gallia.

Budissa Lusatae superioris metropolis, incendio maximam ex parte absumitur.

Pestis in Poloniae & Ungariae Regnis dire saevit.

Antonius Ulricus Dux Brunsvico-Lüneburgicus Bambergae orthodoxam fidem profiteretur.

Confederati Tornacum urbem munitissimam Gallis eripiunt: eorundemque exercitum ad Malplaquetum cruento praelio vincunt; Montes de in Hannoniae Metropolim occupant.

Mercius Dux Caesareus per Helvetiam in Alsatiam irruptionem tentans, a Gallis interceptus, caesis suorum non paucis.

Lusitani ab Hispanis propè Cayam praelio vincuntur, ceditque horum potestati Alone.

Doctor Sacheverellus per concionem magnas in Anglia turbas movet; dicta concio postmodum a carnifice combusta est.

Comes Stharenbergius Archistrategus Caroli III. Gallorum & Hispanorum ad Villiciosam 6000. praelio fundit.

Ob hyemis incredibilem saevitiam in Gallia ad 3500. homines partim ex frigore, partim ex victus defectu misere extincti sunt. Malum hoc auxerunt frequentiores pluribus in locis seditiones, & pecuniarum raritas.

Sueciae Rex Moscoviam invadit, varia loca occupat, Mazeppa Colaccorum Dux ad ipsum deficit, sed jussu Magni Moscoviae Ducis ejus effigies ex patibulo publice suspenditur.

Daniae Rex ex Italiae redux, Dresdae a Rege Poloniae & Saxoniae Principe Electore festivissime excipitur.

Nubifragia, aliaque ex dissolutione nivis ortae fluviorum inundationes magna terris, & hominibus damna inferunt, in sola Rabavia Pannoniae inferioris parte, quadringenti Germani suffocati sunt.

Rigae in Livonia aliquot centenas aedes immensa aquarum vis evertit, & ultra 1000. homines submergit.

Quadringenti milites Gallici die 17. Julii Magnum Ordinis Teutonici Magistrum, Ducem Megalopolitanum & alios nonnullos, qui balneis, ut vocant, serpentinis utebantur, mane circa horam secundam post subitam irruptionem spoliant & captivos abducunt; sed intercepti a rusticis Moguntiam deportantur, illustrissimis captivis libertati restituti.

In Sicilia Regno terrae motus urbes Biscariam & Camaranam magno aedificiorum damno concutit.

Berolini in arce regia ortum incendium conclavia aliquot depascitur.

Nobilis quidam in Urbe Tilsit quatuor Officiales bellicos Prussiae Regis ad convivium invitans, vino plenus eosdem murrone postea occidit.

Nata est Anna, filia Ducis & Administratores Ducatus Holsato-Gottorpiensis.

Obiit Franciscus Ludovicus Bourbonius, dictus Princeps de Conty.

Rebellium Ungarorum copiae repetitis vicibus a Caesareis caduntur, qui & illis arcem Litovam munitissimam extorquent.

Obiit Cardinalis Colorado anno aetatis septuagesimo.

Pax inter Summum Pontificem & Imperatorem redintegratur.

Cardinalis Medicus deposita Purpura Ecclesiastica, Papa consentiente matrimonium inicit cum Ducis Guardistalli filia.

Commissarii Bellici Imperatoris a Magna Hetruriae Duce, & Genuensi Republica contributiones exigunt.

Moritur Aloysius Mocenigus Dux Venetorum anno aetatis octuagesimo tertio, in cujus locum sufficitur Joannes Cornarus.

Princeps Elector Palatinus in florem reducit Ordinem Equestrem S. Huberti, quem Gerardus Dux Juliensis anno 1444. obtenta contra hostes victoriam instituit. Constat ex Personis Principum numero indeterminato, Comitibus ac Baronibus duodecim, Nobilitatem suam ex octo generationibus docere valentibus.

Vitam cum morte commutat Princeps de Conti, die 22. Febr. quem mensis Aprilis die primo mortalitatis socius sequitur Princeps de Condè, Julius Bourbonius.

Prussiae Regi ex filio neptis nata est Friderica, Sophia, Wilhelmina.

Magnus Moscoviae Dux Suecorum exercitum propè Pultavvam vix non ad internecionem delet, ipsomet Sueciae Rege aegre fugam elapsa.

Olomucii die 21. Julii 140. aedes, sex templa & duo Monasteria conflagent.

Propè Lisbonam naves novendecim ex Brasilia venientes, & mercibus onatae per turbinem submerguntur.

Nuptias celebrant Adolphus Fridericus Dux Megalopolitano-Strelizianus cum Dorothea Sophia Ducissa Holsato-Plonensi. Georgius Fridericus Carolus Marchio Brandenburgico-Culmbacensis cum Dorothea Ducissa Holsato-Beckensi. Joannes Wilhelmus Friso Princeps Nassovius cum Maria Ludovica Landgravia Hasso-Cassellana.

Nati sunt Emmanuel filius Ducis Saxo-Gothani; Sophia Ludovica filia Alberti Friderici Marchionis Brandenburgici: uxor porro Philippi Wilhelmi Marchionis Brandenburgici filium; uxor Caroli Comitis Palatini ad Rhenum, & Tiroloensis Gubernatoris, filiam, Prussiae quoque Regi filii conjux neptem pepererunt.

Obierunt Maximilianus Emmanuel filius Electoris Principis Bavariz: Archiepiscopus Salisburgensis: Maximilianus Princeps de Lichtenstein: Princeps Carignan: Cardinalis Cencianno ætatis 63. Friderica nata Ducissa Saxo-Gothana: Cardinalis Astensis. Fridericus Magnus Marchio Badeno-Durlacensis: Carolus Emmanuel Princeps Frisiz Orientalis. Neoburgi vidua Electoralis Palatina: vidua Landgravia Hasso-Darmstadiana, nata Ducissa Saxo-Gothana.

In mundi lucem prodit Philippus Hispaniz Regis filius.

Annus Christi 1710.

NOrthusa in Thuringia ex incendio ingens damnum patitur.

Moritur Henricus Dux Saxo-Romhildensis. Nascitur Ludovicus XV. Galliz Rex, filius Ludovici Ducis Burgundiz & Mariæ Adelheidis, Ducissæ Sabaudiz.

Carolus Josephus Ignatius; Natus Dux Lotharingiz, abdicato Episcopatu Olomucensi, creatur coadjutor Archiepiscopi Trevirensis.

Ordinem Benedictinum illustrat Ludovicus Zaluski, ex Monasterio ad S. Petrum haud procul Leopoli sito ad Archiepiscopatum Leopoltanum assumptus, qui munere simul Visitatoris Generalis omnium Ordinis nostri in Polonia Monasteriorum, quorum ultra triginta numerantur, munere fungitur.

Renatus Massuet Monachus itidem Benedictinus ex Congregatione S. Mauri in lucem edit opera S. Irenæi contra hæreses lib. 5. Græco-Latinis cum eruditissimis notis.

Confederati Imperatoris Mortanium, vulgò Mortaigne, occupant, qui locus mox in Gallorum manus recidit; non tamen reoccupatio loci hujus impedire potuit, quin præfati Confederati transgressis Gallorum lineis Duacum urbem munitissimam obsidione cingerent, sui que juris facerent; Victoriæ hujus appendix fuit occupatio Bethuniz, Montium Hannoniz, S. Venantii oppidi &c. Gallia interim pecuniarum & annonæ penuriâ laborans seditionem populi timet; nec Hispaniz melior fortuna arridet, exercitu enim Gallo-Hispanico bis cæso Carolus Madritum victor intrat.

Hungari Rebelles a quibus victricis volatum factum impedire volentes, prælio commisso Januarii mense aliquot suorum millia amittunt: quo infortunio sapientiores redditi multi malæ partis affectæ, castra rebellium Procerum deseruerunt, cæteros variis velitationibus Cæsarei malè exceperunt.

Elbinga à Moscicis per assaultum capitur, 600. Suecis præfidiariis in captivitate ductis, prioris hujusque anni victoriis auctus Moscoviz Monarcha, Moscuam urbem triumphum agens ingreditur: fortunam ac triumphum hunc auxerunt Wiburgi & Rigæ Livoniz Metropolis deditio.

Circa Tergestum in Istria tempestas valida ædes plurimas destruit, arbores eradicat, vineas & terræ fructus pessumdat.

Legio Gallica 800. capitum à Confederatis cæditur, captis trecentis.

Neoselium à malè contentis Ungaris Imperatori extraditur.

Viennæ Leopoldi primi, Augustissimæ memoriz, cadaver in tumbam novam artificiosissimè fabricatam, per R. P. Capuccinorum Guardianum & Confratres Seniores deponitur: Super scriptio præfata tumbæ hujus est tenoris:

QUI E CÆSARIBUS PRIMUS
TOT VICTORIARUM
PRO PACE

SUPPLICEM FIERI

IPSAM COEGIT TURCIAM,
HAC QUIESCIT IN URNA

LEOPOLDUS,

ORBIS ACCLAMATIONE
MAGNUS

OBIIT ANNO MDCCV. NONIS APRIL
ÆTATIS LXV.

Circa Pragam Bohemiz Metropolim, tempestas horrida, per grandinem immodicam terræ frugibus incomparabile damnum attulit.

Annus Christi 1711.

Moritur Josephus I. Romanorum Imperator; item Delphinus Galliz.

Suecorum exercitus 40 millium, ad Pultavvam à Moscicis funditus deletur, ipso Rege se ægrè ad Turcarum ditionem per fugam recipiente.

P. Emmanuel de Cuncha è Soc. Jesu in Mayfura à barbaris ob fidei Christianæ prædicationem occiditur.

Dani Wisnariam obsidione cingunt: die 5. Decembris Urbis Præfectus Schulzius cum 3000. peditum, equitum 300. excursionem faciens, de suis 2500. cum novem tormentis bellicas amittit: exinde obfessores globorum igneorum injectione per quinque dies noctesque urbem tentantes, tandem obsidionem solvunt. Econtra occuparunt Wolgastiam.

Confederatis in Belgio cedit Buchaniam.

Carolus VI, unanimi Electorum Principum voto Romanorum Imperator declaratur & 23. Decembris Francofurti coronatur.

Turcæ Magno Moscoviz Duci bellum indicunt.

Angli cum Gallis clam de pace agunt, reclamante Comite Gallascho Legato Cæsaris, in Angliâ excedere jubetur.

Carolus Josephus Ignatius, natus Dux Lotharingiz, fit Archiepiscopus, & Princeps Elector Trevirensis.

Generalis Schulenburgius Gallorum quinque Legiones fundit, & eorum castra obtinet.

Miolani Castrum deditioem facti Copiis Cæsareo-Sabaudis, 120. Præfidiariis inde in Sabaudiam abductis.

Subortâ tempestatè fulmen Albæ Juliz pulveris bellici turrim tangens, incendit, turresque alias propinquas cum murorum urbis parte ædibusque 141. evertit; hominibus (quod mirandum) octo duntaxit desideratis.

Buchanium obtinetur à Cæsaris Confederatis.

Galli per velitationem Legionem Imperatoris in Sabaudia aggressi, ex suis 500. amittunt.

Regina Lusitaniz filiam enixa est.

Confederati Gallo-Hispanos cogunt ad solvendam obsidionem Cordonz, occisi sunt istorum 600. Officiales primores bellici plures capti, in prædam quoque victoribus cesserunt tormenta bellica 14. cum mortariis quatuor.

Hun-

Hungariæ Comes Caroli die 23. Aprilis cum 10000. malè contentis Ungaris in aperto campo Carolo Imperatori & Regi homagium præstans, fidelitatis juramentum deponit. Casovia quoque se Regi legitimo submittit; idem egit fortalitium Unguar, cum Mongatschio.

Annus Christi 1712.

Moritur Ratisponæ, die 20. Octobr. Comes de Lamberg, S. R. E. Cardinalis, Episcopus Passaviensis, Sacræ Cæsareæ Majestatis in Imperii Comitibus Commissarius Principalis; mox in dignitate Commissariatus, decreto Cæsareo succedit Princeps Lœvvensteinio-Werthemius.

Nuptias celebrant Brunsvici Ferdinandus Albertus & Antonetta Amalia ex Ducali familia Brunsvico-Luneburgicâ.

Viennæ quoque matrimonium contrahit Josephus Princeps Lichtensteinus, cum Gabrielâ Lichtensteinâ.

Lusitaniz Regina in lucem edit Petrum III. Brasiliæ Principem: nascitur Joanna Elisabetha, Ducissa Holsato-Gottorpiensis: item Mauritius Princeps Anhaltinus, & Joannes Wilhelminus filius Ducis Isenacensis.

Moritur Kestadii Philippus Rheinhardus Comes Hanovianus, anno ætatis quadragesimo nono: vitam porrò deponunt Sophia filia Ducis Gothani unica: Comes Wratislavius Cancellarius supremus, & Ordinis Hierosolymitani S. Joannis magnus Prior, in regno Bohemiz, anno ætatis quadragesimo secundo.

Archangelopoli 35. domus & receptacula mercium incendio absumentur, summo mercatorum tam Germanorum, quam Anglorum, Batavorumque damno.

Quercetum Hannoniz munimentum deditioem facit, captis à Cæsari confederatis aliquot Præfidiariorum millibus: submittit se quoque fortalitium Philippi prope Portum Herculis in Hetruriâ, captis Gallorum ducentis: victoriæ augmentum accessit Portus Herculis.

Carolus VI. Imperator die 22. Maji, Pommagnâ pompâ Ungariæ Rex coronatur, Philippo Hispaniz Regi filius Philippus natus est.

Annus Christi 1713.

Moritur Fridericus Rex Prussiz, Elector Brandenburgicus.

Cardinalitiâ purpurâ à summo Pontifice ornatur: Benedictus de Sala ex Ordine S. Benedicti, Episcopus Barcinonensis: Archiepiscopus Hispanensis, ex familia de Dorias: Abbas Polignacensis: & Erba Odeschalchi Archiepiscopus Mediolanensis.

Sponsalia contrahit Princeps hæreditarius Isenacensis, cum Albertina Nassovio-Idsteinia.

Moriuntur Comes Mellinus, Campi Marefchallus Regis Sueciz, ejusdemque Locumtenens in Ducatu Pomeraniz: Princeps Michael Abassi de Apanagy Falva anno ætatis 35. Viennæ: Comes Ludovicus Crato Nassovio-Saarbrugenensis. Ferdinandus tertius, Princeps hæreditarius Ducatus Florentini.

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Dani ac Saxones Rugiam Insulam occupant: Russi Stetinum.

Emmanuel Dux Sabaudiz & Pedemontii, Comes Sueffionis, sponsalia celebrat cum Theresiâ Annâ Felicitate Principe de Lichtenstein.

Vitam exiit in Gallia Dux Mazarinus, anno ætatis 82. item Episcopus Kilmoriensis, Londini, anno ætatis 77. Dux Medina-Sidonia in Hispania, anno ætatis 73.

Mors vitæ & purpurâ spoliat Cardinalem Tomasium, in egenos liberalissimum, post ejus obitum de ære vix decem inventi sunt floreni; quamobrem ipse Papa funeralium sumptus solvit.

Legati Patriarchæ Antiocheni, cum suis Ecclesiæ Romanæ aggregati, Romæ appellunt.

Sanctorum Catalogo Papa adscribit Pium V. Andream Avellinum Theatinum, Felicem de Cantalicio Capuccinum, & Catharinam Bononiensem.

Ducissa Borbonia, Ludovico Armando Principi de Conti desponsatur.

Classis Confœderatorum Hispanam circa oras Melitenfes offendens, ad prælium urget; de hac quindecim naves capitales pro præda capit; ipse Hispanorum Archithalassus ex globo faucius cum Vicario suo captivus in manus victorum venit.

Natus est Ferdinandus, Princeps Asturiz, Philippi Hispaniz Regis filius.

Annus Christi 1714.

Moritur Antonius Udalricus, Brunsvico-Luneburgicus Princeps Catholicus, ob prudentiæ & doctrinæ merita Europæ miraculum: item Dux Bituricensis, Regis Galliz nepos.

Suborihæ in pago Turcico non longè à Petrovaradino, die 31. Januarii, ad solis occasum, farina optima copiosè ex ære cecidit.

Constantinopoli 8000. domus conflagrante Peræ prope Constantinopolim duos intra annos ad 800. Armeni Catholicis sunt aggregati.

Landgravo Leuchtenbergico & Principi de Lamberg, Viennæ filius nascitur Carolus Fridericus Franciscus Philippus Augustinus Ignatius.

Vitam exiit Neapoli Dux Molefius: Francofurti Alexander Eugenius Princeps Tassius, Curforum Præfectus generalis & hæreditarius: Madriti conjux Regis Philippi Ducissa Sabaudiz.

Obit Aberdoniz in Scotia, vitæ & moribus Christianus Abercrombie S. Jacobi Scotorum Herbipoli Ord. S. P. Benedicti professus; ætatis suæ 73. professionis religiosæ 45. sacerdotii 44. Ad opus Missionis Apostolicæ in Scotiam missus, ibidem 36. annis cum magno animarum lucro laboravit, plura hominum centena, inter quos & patrem suum, ab hæresi ad gremium Sæcæ Matris Ecclesiæ reduxit; pro ovibus sibi concreditus nulli pepercit labori, nullum quæ timuit periculum; ita ad litteram illud Apostoli usur-

D d d d

usur-

usurpare potuit: in carceribus sui sapius, in periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in falsis fratribus, in labore & ærumnâ, in vigiliis multis &c. quæ omnia summâ cum patientiâ ad mortem usque sustinuit.

Turcæ Venetis bellum denunciant, & Memum Reipublicæ apud Portam Ottomannicam Legatum captivant.

Sceptrum cum vita deponit Anna Stuarda Regina Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ, mox alterâ die Georgius Ludovicus Princeps Elector & Dux Hanoveranus Rex proclamatur.

Die sextâ Martii Eugenius Sabaudia Dux, nomine Imperatoris pacem cum Galliæ & Hispaniæ Regibus init.

Annus Christi 1715.

Nascitur Carolus Christianus Orientalis Frisiæ Princeps, filius Georgii Alberti & Christianæ Ludovicæ Nassovio-Idsteinæ.

Mundi item lucem aspicit Carolina Agrippina filia Ducis Holfatio-Beckensis.

Obiit Marchio de Chamilly Gubernator Argentinæ, anno ætatis septuagesimo nono, vocatus aliàs Noël Buton, Marefchallus Franciæ. Apoplexiâ tactus vitam quoque finit Comes Joannes Fridericus de Seilern S. C. Majestatis Consiliarius intimus, & Austriæ Cancellarius supremus, vir doctrinâ, & negotiorum publicorum gerendorum dexteritate conspicuus.

Rex Daniæ, Princeps Elector & Dux Hanoveranus, Dux Magnus Russiæ, Reges Poloniæ & Prussiæ, fœdus armorum ineunt.

Cæsareanæ militares copiæ possessionem capiunt Ducatus Luxemburgensis.

Moritur Franciscus de Salignac Fenelon Archiepiscopus Cameracensis.

Brisacum, Friburgum à Gallis Imperatori restituntur. Ducatus quoque ei traditur Limburgicus.

Islebiæ ultra sedecim ædes in favillas abeunt.

Vivere desit Ferdinandus Christophorus Harpprechtus, Professor Juris celeberrimus Tubingæ: & in Galliâ Ducissa Nivernensis.

Mahometes Riza, Persarum Regis Legatus, Lutetiæ Parisiorum advenit.

Morlacci Turcicum infestant territorium.

Gabriel Antonius Comes Erdœdy Episcopus Fessensis, declaratur Coadjutor & Successor Stephani Episcopi Erlaviensis.

Imperator Archiepiscopus Jaurini S. R. I. Principum classi annumerat, hâc dignitate ad omnes ejus Successores Archiepiscopos propagandâ.

Londini incendium plures ædes & 21. homines pessumdat.

Romæ moritur Emmanuel Theodosius de Bouillon, de la Tour d'Auvergne, Princeps Sedani, S. R. E. Cardinalis, & Sacri Collegii Decanus.

Palatinatus superior Principi Electori Bavarie restituitur.

Galli Fortalitiium Kehl propè Argentinam Cæsari tradunt.

Numan Kiuperly Bassa, vir inter Turcas

insigniter doctus, Ottomannici Imperii magnus Vicarius constituitur.

Ventus immanis, quem Orcanum dicunt, in variis provinciis maximam egit stragem arborum & domorum.

Leopoldi Ducis Holfatio - Wisenburgici uxor, Viennæ filiam in lucem edit.

Yamaelis Carolinæ Regionis in America Reguli filius, Londini baptizatur.

Belgium Hispanicum Imperatoris copiis militaribus extrahitur.

Obiit Augustus Dux Saxo-Merseburgicus. Vivorum vero numero accensus Emmanuel Fridericus Carolus filius Ernesti Friderici Ducis Saxo-Hildburghusiani.

Denatus est Victor Amadeus Philippus Josephus filius Regis Sardinia & Sabaudia Ducis, item Carolus Josephus filius Principis Josephi Lichtensteini: anno ætatis 96. vivere desit in Hispania Ducissa ab Aveiro.

Fridericus Princeps hæreditarius Hasso-Cassellanus, Ulricæ Eleonoræ filia Caroli Suecorum Regis nubit.

Rex Galliæ Argensonium Episcopum Dolensem, nominat Archiepiscopum Ebrodunensem, Episcopatum autem Dolensem Abbati de Sourchey confert.

Moritur Gilbertus Burnet Episcopus Salisburienfis in Angliâ, anno ætatis septuagesimo tertio, heterodoxus.

Ludovici Armandi Ducis de Conti uxor filium in lucem edit, Moritur Fridericus Dux Saxo-Leucopetrensis.

Contigit solis eclipsis die 3. Maji, quâ intra annos quingentos vix major visa est.

Japonum Imperator Quane, Missionarios Catholicos rursus admittit.

Comes Lœvvensteinius Tornacensis denominatur Episcopus.

Monterius d'Avila, Truxillano, & P. Antonius Morroius S. Marthæ in America Episcopatus præficiuntur.

Danorum classis de Suecica insignem victoriam reportat.

Die 5. Novemb. Confœderati Suecorum castra munita adoriuntur, & occupant. Idem factum die 15. ejusdem cum Insulâ Rugiâ. Similiter cum Peninsulâ Pœhliâ.

Viennæ ex morbillis decedit Carolus Josephus Ignatius Archiepiscopus & Elector Trevirensis, Lotharingæ Dux.

Obeunt Marchio de Serrâ Neapoli, Marchionessa de Monte Leone Genuæ.

Albericus III. Cibo Dux Massæ & Carraræ. Catharina Petri Magni Moscoviæ Ducis conjux filium in lucem edit.

Hispani Gibraltariam astu occupare, Anglosque ejicere frustra moliuntur.

Indi in Carolina Anglos hostiliter invadunt & occidunt.

Maria Anna filia natu maxima Comitis Palatini Sulzbacensis, emissionem Religiosorum votorum Caracelitanae Virginum Ordini seadicit.

Confœderati Stralsundam deditione capiunt.

Studiofus Jenensis, nomine Joannes Gothardus VVeber, cum duabus rusticis Joanne Henrico Gefner & Joanne Zenner, ad invenendum in vineâ thesaurum adjuratione dæmonum usus, in nocte Nativitatis Dominicæ, malè excepti sunt, manè enim Studiofus graviter in brachio læsus & mentis impotens, rustici autem fractis cervicibus propendente linguâ tetra cum facie mortui inventi sunt, quorum corpora à carnifice sub patibulo sepulta.

Magna in Polonia adversus Saxonicos milites oritur persecutio, quorum valdè multi à Polonicâ Nobilitate spoliati & occisi sunt.

Turcæ Peloponesum cum Sudâ & Spina Longâ in Cretâ Insulâ Reipublicæ Venetæ eripiunt.

Plures qui Zaram Dalmatiæ urbem Turcis prodere statuerant, intercepti, laqueo vitam finierunt.

Turcæ in Dalmatiâ prælio à Venetis vincuntur, ob quam jacturam Ali Bassa, qui à prælio absens copiarum Turcicarum regimen Bassæ Saray reliquerat, jussu Magni Turcici Imperii Vicarii strangulatus est.

Fulmen die 12. Augusti in urbe Pannoniæ Eperies in turrim, quâ pulvis bellicus asservabatur, illapsum, illam incendit & evertit.

Ad initium mensis Augusti propè Pancigniacum in Sabaudia pars ingens montis resoluta, tres subjacentes villas obruit, & cum omnibus incolis jumentisque sepelivit.

In Pago Lucernensi, fulmen è nubibus in Ecclesiam Villæ Endelbuch cadens, Ecclesiastica ornamenta non solum absumpsit, sed duos in super ex Ordine Capuccinorum extinxit.

Constantinopoli immane sævit incendium, quod Moscheas novem majores, quatuor minores, 12. Collegia sive scholas, Karvanferias sive Repositoria mercatorum octo cum mercibus omnibus, tria balnea publica, & ultra ter millenas domos devoravit, in flammis simul plures Christiani & Turcæ interierunt.

Padus nimium exundans magnum Italiam damnum attulit.

Lues pecoraria in Ducatu Mediolanensi tot consumpsit jumenta, ut coloni vix habuerint, quibus arando terram colerent.

Die 16. Decembris Papa septem creat S. R. E. Cardinales. Nimirum Henricum Caraccioli Neapolitanum, & Episcopum Averfanum. Bernardinum Scotti Mediolanensem, Auditorem Rotæ & Gubernatorem Romæ. Carolum Marinum Genuensem, Nicolaum Caraccioli Neapolitanum, & Archiepiscopum Capuanum. Joannem Patricii Romanum, & Episcopum Seleuciæ. Ferdinandum Nazzi da Orte Archiepiscopum Nicææ. Spinolam Genuensem, Archiepiscopum Thebanum & Auditorem Cameræ.

Die ultimâ Decembris super Trentschinum Ungariæ urbem magna peregrinarum avium, formam ciconiarum & ardearum representantium copia inter se certans visa est, ex

R. P. Brentano Epitome Chronolog.

quibus plures occisæ in terram deciderunt.

Natus est infans in Saxoniæ finibus, caput habens cum quatuor auribus, totidemque brachiis & pedibus, gutture duplici, sexus fœmellam ostendit: intrinsecus duo habuit corda, duplicem pulmonem: vesicam fellis unicam, lienem 1. renes quatuor, vesicas urinales duas.

Vivere desinit Ludovicus XIV. Rex Galliæ.

Clemens XI. Papa Damianum Hugonem S. R. I. Comitem de Schœnborn, Henricum de Buffi Gallum, Episcopum Meldensem, Fabium Olivierium, Cardinalitiam dignitate auget.

Floret P. Anselmus Bandurius O. S. Benedicti, Bibliothecarius Magni Hetruriæ Ducis. Edidit antiquitates Constantinopolitanas. Imperatorum Romanorum à Trajano Decio ad Palæologos Augustos Numismata, Latina, Græca, Ægyptiaca, omnis metalli ac moduli.

Hiacyntha Marefscotti Beatorum Catalogo inseritur.

Moritur Madriti Maria Theresia Fajardo de los Valez vidua Ducis de Montalto, anno ætatis suæ 70. Viennæ extinguitur Henricus Franciscus Princeps Fundanus, Comes Mansfeldius, Grandis Hispaniæ, Campi Marefchallus Cæsareus.

Denatus est Carolus filius Ducis Saxo-Gothani natu minimus: fatum hoc serenavit partus filia Fridericæ, eodem hoc anno natæ.

Antonius Horcasitas consecratur in Episcopum Calaguritanum.

In Angliâ Vice-Comes de Bullingbroock & Robertus Comes Oxfordiæ criminis perduellionis arguuntur.

Wisimaria à Danis & Pruffis obli detur, idem factum cum Stralsundâ.

Moritur Joannes Ernestus filius Ducis Vianariensis: item Maria Elisabetha nata Landgravia Hasso-Darmstadtiana, uxor Henrici Ducis Saxo-Rœmhildensis: similiter ex morbillis decedit Franciscus Josephus, filius Caroli Ducis Lotharingiæ.

Antonius Dux Parmensis matrimonium init cum Benedictâ Ernestâ filia natu maxima Ducis Mutinensis.

Saxonum & Pruffonum militares copiæ Usedomiam insulam occupant, deditionem quoque facit Wolgastia. Danorum & Suecorum classis navali pugnâ decertant, fugam capeffentibus Suecis. Fortalitiium Peenemundæ à Confœderatis per assultum capitur.

Veneti ad Turcas divertendos, Lepanti exscensionem faciunt, hi verò Insulas Tynum, Cerigiam & Æginam occupant, infeliciores autem Seniam Dalmatiæ urbem duodecies frustra assultu tentant.

Uti antea belli, sic hoc anno vitæ finem facit Ludovicus XIV. Galliæ Rex, annis

D d d d 2

natus

natus 77. successorem nactus Ludovicum XV. filium Ducis Burgundiæ, Regni interim gubernationem usque ad novi Regis majorenitatem suscepit Philippus Dux Aurelianensis.

Corinthus & Neapolis Romanæ Turcis in assultu cedunt, Jacobo Minotto Corinthi Præfecto in frustra dissecto: paucis, tota ferè Morea sive Peloponesus, Turcarum Imperatoris Imperio subditur.

In Candiæ Insula ambæ Venetorum urbes munitæ Suda & Spina Longa obsidione pariter tentantur. Minus arrisit Barbaris fortuna belli in Dalmatiâ, ubi uno hoc anno ad 30000. suorum desiderarunt.

Russi exscensionem in Gothlandiâ faciunt, & Wisby oppidum expugnant, quod fortius muniunt. Philippus Comes à Dietrichstein, Gubernator arcis Græcii in Stiria à seruo suo noctu sclopeti globo trajectus occumbit.

In Ducatu Mediolanensi & alibi dira lues inter quadrupedia grassatur.

Rex Daniæ stipulatâ magnâ pecuniarum summâ, Archiepiscopatum Bremensem & Ducatum Verdenssem Britannæ Regi cedit.

Ferdinandi Ernesti Ducis Brunsvico-Beverensis uxor filium in lucemedit.

Carolus Fridericus filius Wilhelmi Friderici Marchionis Onolsbacensis nascitur.

Econtra denascitur Ernestus Dux Saxo-Hilpershusianus. Thomas Josephus Dux Sabaudæ Carignanæ, Ferdinandus Augustus Leopoldus Princeps Lobkovviziæ, Tarlo Episcopus Posnaniensis, Benedictus de Salâ Episcopus Barcinonensis, S. R. E. Cardinalis ex Ord. Div. Benedicti, nec non Episcopus Leopoltanus, vitæ mortali pariter valedixerunt.

Scoti Montani sub Ducibus Hamiltonio & Marrensi Comite arma in favorem Jacobi (quem Præsentem nominant) arripiunt.

Nascitur Petrus, Petri Magni Moscoviæ Ducis ex filio nepos: puerpera, modernæ Imperatricis Romanorum soror, post partem mox obiit.

Creatur in Genuensis Reipublicæ Ducem Laurentius Centurioni.

Die 11. Septembris S. Cæsarea Majestas per Legatum suum Franciscum Jacobum Comitem de Brandis, primum lapidem pro Columnâ SSS. Trinitatis, Deiparæ sine maculâ conceptæ, SS. Sebastiani, Rochi, Caroli Borromæi & Rosaliæ honoribus sacrâ ponit.

Adie 19. Mensis præfati in quodam Ungariæ sacello, Imago Deiparæ usque ad diem 22. ejusdem lachrymis fluere visa est.

Budæ loco veteris arx nova exstrui cœpta est: in Transylvaniâ Comes de Steinville dictæ Provinciæ Gubernator, Caroliburgi (olim Alba Julia) lapidi primario principalis muri Numisma imposuit ex unâ parte fortalitiâ imagine cum aquilâ desuper & superscriptione Tutissima quies, ex alterâ sequentibus Chronostichis insignitum:

LVGe sacra CaroLI SIMILes ALba aCCIPIt
ortVs.

In SOLIDâ PRIMVs ponIt Vr arCe LapIs.
IVLia nata fVI, CaroLI VIM robVr &
aVXI,

IVLia sIn LVbeat, nVnC CaroLina
VoGer.

Annus Christi 1716.

Imperator cum Republicâ Venetâ fœdus contra Turcas init: lapidem fundamentalem ædis sacræ tempore contagionis S. Carolo Borromæo promissæ ponit, monetæ lapidi inclusa fuit imago impressa Imperatoris cum inscriptione: D.O. M. ob Cives in peste servatos dicat D. Carolo Bor. Basilicæ Pr. Lap. ex voto posuit MDCCXVI.

Teutonici Ordinis M. Magister Franciscus Ludovicus Comes Palatinus Rheni, Episcopus Wratislaviensis & Wormatiensis, creatur Archiepiscopus Trevirensis.

Londini obiit Witherlejus Poëta celebris & facetus, anno ætatis 88. qui ab heterodoxa ad orthodoxam fidem transit, & temporibus Caroli II. Angliæ Regis plura scripsit.

Ernestus Augustus Dux Saxo-Vinariensis, nuptias celebrat cum Wilhelminâ Eleonorâ Friderici Erdmanni Ducis Saxo-Merseburg. vidua.

Regi Hispaniarum ex conjugio secundo nascitur Carolus, Similiter in mundi lucem prodit Carolus Edzardus filius Principis Frisiæ Oriental.

Extinguitur Hedvvgis Eleonora Caroli Gustavi Sueciæ Regis vidua, nata Princeps Holsteinio-Gottorpica. Item Maria Casimira Ludovica de la Grange, Joannis III. Poloniæ Regis vidua, Petroburgi decedit Maria Euphrosyna Marveona Theodori Alexii Magni Moscoviæ Ducis relicta vidua.

Darmstadii vitam exiit Franciscus Ernestus filius secundò genitus Landgravii Hasso-Darmstadiensis. Constantinopoli verò obiit Valida Imperatoris moderni mater.

Lusitani Hispaniæ vi pacis initæ Albuquerque & Pueblam restitunt.

Mortui sunt RR. PP. Héylot ex tertio Ordine S. Francisci, & Renatus Mesuet Benedictinus, Ordinum suorum scriptores celebres.

Regina Prussiæ filiam parit Philippinam Carolinam. In Franciâ quoque Duci Tallardò filius natus fuit.

Carolus Sueciæ Rex, cum 18000. militibus Norvegiam infestat.

Die 17. Martii ab horâ octavâ vespertinâ usque ad quartam diei sequentis multis in regionibus terrificum phænomenon visum est.

Die 21. ejusdem super arcem Leopoli in Poloniâ, visæ sunt in aère tredecim columnæ igneæ, quæ in unam valdè magnam coierunt.

In Goritiæ Comitatu & Ringaviâ, sat vehementis terræ motus est animadversus: ex eodem Algerii ædes 200. corruerunt. In mari Dalmatico monstrum marinum virili specie per tres dies successivè apparuit, clamore terrifico ad duos milliaria audientium aures implens.

Mense Februariò in Turegiensi Helvetiæ Pago, ingens in aère ignis visus est, qui hinc inde discurrebat, animadversæ simul figuræ variæ bombardæ, ensis, columnæ & feretri sepulchralis.

In Apuliâ nautæ marini mense Martio Lunam duos inter acinaces observarunt.

Die 16. mensis ejusdem, apparuit Cometa in Burgundiâ. Quatuor hujusmodi visi sunt eodem mense in Normandiâ.

In Cataloniæ mari ventorum vehementia plures naves pessumdedit, & immane hominibus pecoribusque damnum intulit.

In Neapolitano Regno observata fuit stella insolita,

insolita, Cometæ speciem referens, & Rhegium versus, sub mari in pleno meridie ingens piscium quasi inter se pugnantium auditus est tumultus, ex quibus sequentidie plures mortui in venti sunt.

Hiems anni hujus fuit frigidissima, valde nivosa & diuturna.

Vesuvius in mense Januariò, tantum emisit fumum & vaporem, ut nec in pleno meridie solis lumen videri potuerit. Mons Æthna econtrâ in Februariò, audito immani sub terra fragore in immensum exarsit.

Palum urbs Bearnæ præcipua vix non tota in favillas abit, Belgradî ingens incendium magnam domorum copiam devorat.

Mortur VVratislaviæ post acceptatam Catholicam fidem Hedvvgis Ducissa Wirtenbergica. Viennæ expirat L. B. de Rummel ejusdem Urbis Episcopus. In cujus vacuum Sedem transfertur Sigismundus Comes de Kollonitsch Episcopus Vacienfis. Hujus autem locum occupat Comes de Lestie.

Die 13. Aprilis Augustissimo Imperatori CAROLO natus est Archidux, qui à Nuncio Apotolico baptizatus, vocatus est Leopoldus, Joannes, Josephus, Antonius, Franciscus de Paula, Hermenegildus, Rudolphus, Ignatius, Balthasar.

Ernestus Augustus Dux Brunsvico-Luneburgicus, Ofnabrugensis proclamatur Episcopus.

Ex Insulâ Cypro Turcarum Imperatori alatum est monstrum duarum puellarum decennialium, fronte conctetarum.

Claudipoli in Transilvania, Socinianæ hæreseos asseclis Ecclesia clausa, & Catholicis tradita est.

Wisimaria post decem mensium obsidionem Confœderatis se subjicit. Sueci econtrâ Aggershusiam in Norvegiâ frustraneâ obsidione tentant: pars eorum exercitûs à Danis cæditur, & è castris circumvallatis pellitur. Mosci quoque præsidariis Tornæ in Bothnia occisis vel captivatis, urbem incederunt, & occupatione Cæianeburgi ad Ulam lacum totius Finlandiæ possessionem prendiderunt.

Pampelonæ vivere desinit Petrus Aguado ejusdem urbis Episcopus.

Lusitanæ Regina filium Carolum in mundum edit.

Vivorum numero eripitur Joannes Wilhelmus Princeps Elector Comes Palatinus Rheni, cui in regimine succedit frater ejus Carolus Philippus.

Decedit Carolus Fridericus Marchio Onolsbacensis, & Jacobus Drumond, Dux Perthenis, olim Scotiæ Cancellarius, Item vidua Principis Panfilii Fachinetti.

Carolus Leopoldus Dux Megalopolitano-Sverinensis, ad nuptias transit cum Anna viduâ Ducis Curlandiæ.

Cardinalis Nuzzi creatur Episcopus Orvietanus. Spinola Somacus Ordinis Divi Augustini, potitur Sede Episcopali Adiacii in Corsica: Didacus d' Agorga præficitur Barcinonensi, & P. Raimundus Ordinis Bernardini Episcopatu Porto Ricco in Indiâ Occidentali. Barnabas Fedeli quoque Ordinis D. Dominici Episcopus denominatus est Isphani in Perside.

Conjux Ducis Aurelianensis filiam in lucem edit.

Franciscus Maria Picus Dux Mirandolæ nuptias celebrat cum Mariâ Theresiâ filia Marchionis de los Balbafes, Hispaniæ Regis supremi Stabulorum Præfecti: & Dux de Bracciano idem agit cum filiâ Ducis de Rossano Borghese.

Obiit Albertina Joannetta uxor Principis Salmensis, filia Mauritii Henrici Principis Nassovio-Hadamariensis.

Anno ætatis 96. decedit Hervaultius Archiepiscopus Turonensis.

Joannes Franciscus Barbarigo Episcopus Brixix Academicam fundavit Ecclesiasticam, in quâ certis temporibus discursus Theologici & de historia Ecclesiastica tractantes instituerentur.

Die 5. Augusti Augustissimi Imperatoris Caroli exercitus sub Duce Eugenio heroè felicissimo, contra 200000. Turcas nobilissimam obtinet victoriam, occisis ultra 30000. Mahometanorum, ipsoque Magno Vezirio: victoribus tota castra in prædam cesserunt: ex parte Christianorum occisi & vulnerati sunt ad 5000. Cùm paucis diebus miles quievisset, Temesvvariæ obsidionem inchoavit, & cum gloriosâ occupatione finivit.

Chiliarcha Cæsareus Petraschius Turcas in Croatiâ excurrentes expellit, & ferè omnes cædit, Brodam Turcicam, Kobatsch & Doboschiz occupat. Nec minus felicia Cæsareanorum arma fuere alibi.

Navali interim pugna commissâ, classis Turcica 30000. milites ad terram exponens, Coryram obsidet. Sed ob Gubernatoris & Præsidariorum generositatem, post plures assultus cum 20000. suorum jacturâ obsidionem solvere, totaque castra cum omnibus tormentis bobus, camelis, &c. in Christianorum manibus relinquere coacti sunt.

Imperator Carolus cum suâ Augustâ ad Cellam Marianam iter instituens, Ciborium pretiosis ornatum lapidibus cum duabus coronis Deiparæ offert.

Josephus Princeps de Lichtenstein cum Comitissâ Oettingensi per Nuncium Apostolicum Viennæ copulatur.

Fridericus Augustus Dux Wirtenbergico-Neostadiensis moritur, cui sine prole relicta in regimine succedit frater ejus Carolus Rudolphus.

Vivere desinit Natalia Alexiovna Magni Moscoviæ Ducis Petri Alexii soror, Item Romæ Cardinalis Ferrarius anno ætatis 67. Similiter eadem in urbe Ducissa de Poli, & in Gallia Ducissa Feuilladia.

Temesvvaria Caroli VI. Imperatoris armis cedit & deditionem facit.

Ex terris Augustissimum Cælorum Imperium æternum possessurus, transfertur Leopoldus Caroli VI. Augusti filius.

Decedit Antonius Egon S. R. I. Princeps, & Landgravius de Fürstenberg, Regis Poloniæ Electorisque Saxonæ in Electoratûs terris Locumtenens.

Matrimonium ineunt filius primogenitus Landgravii Hasso-Darmstadiani, cum Comitissâ Hanoviensi, & Madriti vidua Ducis de Alba cum Gonzaga Duce de Solferino.

Mortur Arnstadii Antonius Guntherus Princeps Schyvarzburgenfis, nullis ex se proli-bus relictis,

Fridericus Ludovicus Princeps hæreditarius & filius Ducis Wirtenbergico-Stuttgardensis, nuptias contrahit cum Henricâ Mariâ relicta filiâ Philippi Wilhelmi Marchionis Brandenburgici.

Balthafarus Odeschalcki Dux Braccianus nubuit Camillâ Borghefiâ.

Hiems anni hujus fœvisima, quam ætas secuta est intempestuosa & frigida, quæ multis in locis quò minus fruges maturefcerent, causa fuit.

Morbili in Lombardiâ & Angliâ multos homines, infantes præsertim, vivorum numero subtrahunt.

Algeriæ in Africa ingens terræ motus homines domosque plurimas pessumdat.

Naumburgi supra 300. domus fortuito incendio conflagrant. Wittstockii 473. in favillas abeunt. Item Remscheidium oppidulum Ducatus Montensis. Carlinfordiam Hiberniæ urbem Vulcanus totam sibi vindicat. Leucopetræ domos quinquaginta. Schvveidnitzii ultra domos 300. Magna quoque Ægypti urbs Cairum in cinere se sepultam indoluit.

Annus Christi 1717.

Russi Travemundæ portum occupant. Comitissa Sueffionensis ad Monasterium Monialium Belle Chasse dictum, se contulit, ad reliquos vitæ annos ibidem transigendos.

Franciæ Angliæque Reges cum Belgis Confederatis fœdus novum ineunt.

Petro Magno Moscoviæ Duci filius natus est. Idem obtigit Hispaniæ Regi Philippo, cui filius Franciscus accrevit.

Imperatoris quoque Turcici conjux secundaria Mahometem filium enixa est.

Augusta e contra Romanorum filiam Mariam Theresiam VValpurgem peperit.

Prussiæ Regina filio Ludovico Carolo VWilhelmo domum Regiam auxit.

Tartari in Kioviensem Palatinatum cum 20000. excursionem faciunt.

Braccianus Odeschalchi nuptias contrahit cum Flaminiâ Borghefiâ filiâ Ducis Rossanensis.

Princeps Lobkovvitzius thoro suo jungit Comitissam de VValdstein.

Eugenius Sabaudia Dux, Caroli VI. Imperatoris Archistrategus, Albæ Græcæ obsidionem auspiciat, ac felicissimè finit, cæso auxiliari Turcarum exercitu, occupatisque totis castris. Mox enim se submittit urbs, Turcici Imperii clavis, cadit insuper Sabaria, Semendria, aliaque Sirmii & Serviæ Regni oppida munita. Velitationes alibi ferè omnes victrices fuere Cæsareo militi, hinc pacem petit Turcia, quam tamen Augustus CAROLUS non nisi duris atque justis conditionibus sancire statuit.

Veneri Marte in campo & mari propitio pugnant, magnaque Epiri parte potiuntur.

Obiit post unius mensis vitam Franciscus filius Philippi Hispaniæ Regis.

Philippus Dux Andegavenis Sardinia Insulam inopinatè classe invadit, armisque suis malam inurit notam, dum Cæsaris fortunam contra fidei hostes turbare nititur.

Dux Italus Del Sesto in sponsam sibi adlegit filiam Ducis d' Arcos: Dux Gravina Ursinus filiam Principis Ruspoli.

Viennæ in Austria obit Dux Neapolitanus de Matalone, S. R. I. Princeps, S. C. M. Consiliarius intimus. In Angliâ ex morbillis decedit Ducissa Argilia. Naturæ debitum solvit Cardinalis del Verme Episcopus Ferrariensis. Græci decedit Princeps duodennis Eggenbergius, hæmatis sui ultimus.

Antonius Grimaldus Dux quondam Genuensium, annis grandævus mortalitatem exiit. Parisiis corporis mortalis exuvias deponunt Ducissa de Joyeuse & Ducissa de Duras.

Amalia Josephi I. Imperatoris Romanorum vidua, Viennæ Monasterium Monialium sub Instituto S. Francisci Salesii condit.

Stephanus Dettine caput militiæ Rasciæ, felices contra Turcas velitationes instituit.

Regis Sueciæ Legatus Londini captivatur, omniaque ejus manuscripta sequetur, ex causa, quò partem sibi sumperit pro adornandâ contra Angliæ Regem seditione. Hinc magna inter utrosque Reges facta est animorum dissensio.

Borromæus Novariensis Episcopus à summo Pontifice Cardinalitio Galero donatur.

Carolus Princeps Lotharingæ, ac Comes Harcurtio-Armeniæ, matrimonii vinculo sibi jungit filiam Ducis de Noailles.

Vitæ mortali valedicit Christianus II. Comes Palatinus Rheni Lineæ Birckenfeldensis.

Decedit cum magno Doctorum luctu Philippus à Turre Episcopus Adriæ, unus ex ævi sui doctissimis.

Romæ vitæ subtrahitur Silvius Cavallierius Archiepiscopus Atheniensis, Secretarius Congregationis de propaganda fide.

Lisbonæ Archiepiscopalis Sedes à summo Pontifice in Patriarchalem commutatur.

Ludovica Adelheidis Ducissa Carnutenfis, Ducis Aurelianensis filia, eo inscio & invito se in Chalisiense Benedictinarum Monasterium confert, & professionem emittit.

Vitam cum morte commutat Anna Sophia Princeps Electrix vidua, Joannis Georgii Principis Electoris Saxonie conjux, filia Friderici III. Daniæ Regis. Item Romæ Fabricius Spada Romanus, S. R. E. Cardinalis, anno ætatis 74.

Obiit Devlet Gheret, Chanus Tartarorum, succedit in regimine frater ejus Sadet Gheret.

Romæ mortalitatem exiit Princeps Sulmonensis & Rossanensis, Grandis Hispaniæ, Eques aurei Velleris, anno ætatis octogesimo.

Ducis Saxo-Vinariensis Junioris uxor uno partu gemellos edit filium & filiam, ille in Baptismo nomen Wilhelmi Ernesti, hæc VWilhelmina Augustæ accepit.

Stephanus Fodiani denominatur Episcopus Mutinensis.

Battinellus transfertur ad sedem Fulginiensem.

Die 2. Julii Seidenbergæ (est Lusatiæ superioris oppidulum) fulgur templum penetrans octo personas occidit, & ultra quinquaginta sauciavit. Item tempestas valida in Catalonia per milliaria quindecim saviens, multos homines, pecora,

pecora, domos, hortos & vineta pessumdedit. Idem ferè factum in Archidicesi Colonienfi, & Cliviæ Ducatu, nec Regiones aliæ ab hoc infortunio manserunt liberæ.

Senftenberga Misniæ oppidum incendio absumitur.

Episcopales & Presbyterani in Anglia convitiis se se invicem, publicis etiam in concionibus lacesunt.

Piratae in America colonias Anglorum infestantes, mercimoniorum usum multum impediant.

Venorum classis mense Julio insignem de Turcia victoriam reportat.

Turca Insulam S. Mauræ derelinquunt, quam Veneti rursus in deditionem acceperunt, & destructa ab hostibus munimenta repararunt. Interim Venorum classem Turcæ per incendiarios comburere fategerunt, qui tamen conatus proditis quibusdam rei concitiis interruptus est.

Montenigrini & Morlacci feliciter in Turcarum dictorum terras excurrunt, illorumque copias gloriosè retundunt.

P. Carrara Soc. Jesu Sacerdos natione Italus, sui ævi Virgilius & Poëtarum facile Princeps, decedit.

Parisiis Apoplexiâ extinguitur Joannes Martianay Ordinis Benedictini, cum in eo annos 50. exegisset. Erat linguarum Græcæ & Hebraicæ peritissimus, scriptis plurimis à se in lucem editis clarissimus.

Vitam cum morte mutant Princeps Mansfeldius ex epilepsiæ vehementia. Comes de la Marche Princeps sanguinis Regii ac filius unicus Principis de Conti, anno ætatis suæ tertio.

VWilhelmus Princeps Hasso-Cassellanus matrimonii fœdus inicit cum Dorotheâ Wilhelminâ, Mauriti VWilhelmi Ducis Citiensis filiâ unica.

In Angliâ Principis VValliæ conjux filium in lucem enixa est die tertiâ Novembris. Lusitanæ quoque Rex & Princeps de Conti filiorum partu se auctos vident.

Carolus Albanus nepos Clementis Papæ XI. Princeps de Soriano, ex conjuge filia Caroli Borromæi filium suscipit Horatium Franciscum Antonium Mauritium.

Principis Carignani uxor filiam, conjux autem Christiani Ludovici Ducis Megalopolitani filium enixa est.

Romæ cum purpura Cardinalitia vitam exiit Franciscus Martelli Florentinus anno ætatis octogesimo tertio, ac Nicolaus Grimaldus Genuensis ætatis anno septuagesimo tertio. In Monasterio Gallia, cui Belle Chasse nomen, moritur Comitissa Sueffionensis, Ludovici Thomæ Principis Sabaudia Sueffionumque Comitissæ, qui in obliatione Landaviæ vulnere accepto obiit, relicta vidua.

Benedictus Viala in Ducem Reipublicæ Genuensis eligitur.

Emericus Czaky Archiepiscopus Coloczensis, Cardinalitiâ dignitate à Papâ augetur.

Coburgi ex vitâ migrat Susanna Elifabetha Alberti Ducis Saxo-Coburgensis relicta vidua. Madriti Manuel Arias Archiepiscopus Hispanensis, S. R. E. Cardinalis, anno ætatis octogesimo. In Helvetiâ Leodegarius Abbas ad S.

Gallum, S. R. J. Princeps: in principali Abbatiâ successit Josephus à Rudolpho.

Abbas Alberonius Placentinus, quondam Orator Parmæ Ducis apud Regem Hispaniæ, sacro Cardinalium collegio inseritur.

Poloniæ Regis ac Saxoniæ Electoris Principis filius unicus, Viennæ publicè Romanæ Catholicæque fidei professionem emittit.

Hispanorum classis Sardiniam Insulam inopinatè invadens occupat: unde novum belli semen enatum est, ut sequentibus annis vis debitor.

In Gallia ad commerciorum augmentum consulente Lavvio, Gallia Regens novam Indiæ Occidentalis Societatem erigit, cui Lovisiana America Provincia latissima certis conditionibus assignatur, quæ novitas multis fortunam summam, infelicitatem aliis & quidem plerisque maximam attulit.

Mardicki munimenta juxta pacis inicit statuta demoliri jubentur.

Urbs Imperialis Nœrdlinga cum Teutonorum Equitum Ordine ob deportatam ab ea Deiparæ Imaginem tricas accipit.

Annum hunc varia portenta insignem faciunt: die septimo Februarii enim, ut novellæ publicæ referebant, Guntzium inter & Oedenburgum duæ in aère acies visæ fuere.

In Ukraina hominum ædes ac vestes characteres nigri rubeique coloris notabant.

Ragusæ monstrum captum est marinum, caput hominis cum Turbando Turcico referens, quod ante mortem horrendum clamorem edidit.

Ex VViclovienfisibus Hiberniæ montanis, quâdam disruptâ petrâ, ad horas 24. magna aquarum vis torrentis instar manavit.

Annus Christi 1718.

Romæ ad jus citat mors Janum Vincentium Gravinam Juris Professore, patriâ Neapolitanum, anno ætatis 50. ediderat librum de Origine juris, aliaque plura ingenii & industriæ monumenta.

Victor Amadeus Princeps Anhaltino-Bernburgicus, anno ætatis 84. apoplexiâ tactus decedit. Cui mortalitatis se socium junxit VWilhelmus Henricus, Princeps Nassovio-Saaropontanus. Mediolani decedit Marchionissa de Gallarata. Romæ apoplexiâ extinctus in lecto inventus est Marchio Bichius.

Josephus de Vernitsch, Præpositus S. Petri Possessæ, ac Abbas Serengradensis, S. C. M. Consiliarius, Sirmiensis Episcopus declaratur.

Parisiis obit Maria Anna filia Henrici Julii Principis Condei, relicta vidua Ludovici Josephi Ducis Vindocini.

Mare per inundationem ex vehementiâ ventorum Borealiū causatam, die 25. Decembris in Ducatu Holfatiæ, Bremenfi, Comitatu Oldenburgico, Frisiâ utraque, Grœningæ & Hollandiæ Provinciis, immanem hominum, pecorum, bonorumque tam mobilium quàm immobilium jaçturam fecit.

Vivorum numero subtrahuntur Pefari Julia Albani cognata Pontificis summi. Romæ Princeps vidua Chigia. Londini Meinhardus Dux Schombergius. Parisiis Maria Beatrix Eleonora Aftenfis, filia Alphonfi IV. Ducis Mutinæ & Rhegii.

gii, Jacobi Angliæ Regis vidua. Romæ decedit Cardinalis Panciatici Florentinus, anno ætatis uæ octogesimo nono.

Philippi V. Hispaniæ Regis conjux enixa est filiam Mariam Annam Victoriam.

Dux Gravina Ursinus Romæ nuptias contrahit cum Cinthiâ Rospoli, filia Ducis Petri Rospoli.

Munitiones VVismariæ solo æquantur, solum relicto veteri urbis muro; Rostochium e contra magis munitur.

Vitam cum morte commutat Maria Elisabetha Abbatisa Quedlinburgensis, nata Ducissa Holsatiensis.

Tumultus inter cives Bruxellis ortus compefcitur; quem septimanâ alterâ secundus subsequitur, & Primorum quorundam ædes explantur.

Ducis Magni Moscoviæ filius moritur: cui funera se sociant Emmanuel Fridericus Carolus filius Ducis Saxo-Hilpershusiani; Ludovicus Fridericus Princeps Schvvarzburgico-Rudolstadianus, anno ætatis 51. Margaretha Francisca Farnesia Ducissa Mutinensis viduata, soror Ducis Parmensis; Month Aly Præfectus Reipublicæ Algeriensis, anno regiminis octavo, succedit eo Mahometh thesaurarius.

Naumburgi vorax flamma rursus ædes triginta absumit: Leucopetræ domus 46. in favillas concidère. Alslebiæ magna pars Vulcano in prædam cedit: idem factum cum Gættvino celeberrimo Ordinis Benedictini cœnobio in Austria, ac Stolpa Vandalia urbe, quæ 100. ædes amisit. Kerpena Archidicæcesis Colonienfis oppidum 400. combustas numeravit. Bucherestum Valachia urbs se quoque sub cineribus sepultam ingemuit: sic ignis Jaurini quoque ædes centum achomines undecim absumpsit.

In Insulis Caribicis cinerum pluviam cecidisse referunt, S. Vincentii Insulæ per ignes subterraneos in aërem missæ, tristes exuvias.

Inter Carolum VI. Romanorum & Achmetem Turcarum Imperatores 24. annorum pax initur, cujus puncta 20. articulis Augusto Carolo ac Christianismo summopere proficuis continentur. Relictâ Turcis Peloponeso, aliæ Venetorum Reipublicæ urbes & ditiones relinquuntur. Pacis clausulam secuta est appendix tractatus mercimoniorum inter utriusque Imperatoris subditos.

Lisabonæ mulier 25. annorum uno partu septem proles masculas edidit Lætiore tamen partus fuit Augustæ Romanorum, quæ Archidomum Austriacam filiâ Mariâ Annâ Eleonorâ VVilhelminâ Josephâ auxit.

Ducis VVirtenbergici nurus filium edit Eberhardum Fridericum. VVilhelmus quoque Hasso-Cassellanus Princeps, Bredæ Gubernator, filii partu augetur.

Classis Hispanica Sicilia Regnum invadens, Palermum occupat; hanc urbem mox secuta est deditio Messinæ ac plurium urbium aliarum. Sabaudia Dux tantis copiis Hispanorum impar, Sicilia regno renuncians, defensionem Imperatori relinquit, qui eam suscipiens, mox copias militares eò per mare trajicit, ac Hispanorum progressus sufflammat.

Die 1. Augusti Archithalassus Angliæ clas-

sem Hispanorum ad promontorium Passarum aggressus, post decem horarum pugnam insignem de eâ victoriam reportavit: idem factum die 13. Augusti, in quo Angli Hispanis quindecim rursus naves bellicas majores eripuerunt, & unam submerferunt. Ipse classis Hispanæ Præfectus Castagnetta in latere vulneratus cum Sub-Præfecto Couchonio captivum se vidit.

Die 22. Augusti decedit Henricus Augustus VVilhelmus filius unicus Principis Nassovio-Dillenburgici, anno ætatis decimo octavo.

Bruxellis ex morbillis obiit Maria Theresia Arragonia de Pignatelli, nata Ducissa Pignatelli.

Viennæ finem vivendi facit Franciscus Pachiecco, Dux de Uceda, anno ætatis septuagesimo.

Vivis valedixit 12. Octobris Franciscus Antonius Comes de Buchheim Episcopus Neostadiensis in Austria, cum quo antiquissima familia Comitum Buchheimensium extincta est.

Porrò vitæ subtracta est Stefania Pignatelli, filia Ducis de Monte Leone.

Vivorum e contra numero intertus est Ludovicus Ernestus, filius Ferdinandi Alberti Ducis Brunsvico-Beverani.

Vitam exuunt Carolus VVilhelmus Princeps Anhaltino-Servestanus, Friderica filia Ducis Saxo-Gothani. Mauritius VVilhelmus Dux Citiensis. Flaminia Borghesia Ducissa de Bracciano, cum uno partu filium & filiam edidisset, ille mox matrem morte subsecutus est.

Frabicius Colonna matrimonium inuit cum filiâ Ducis Salviati.

Pax inter Tigurinos & Bernenses ex unâ, ac inter Abbatem S. Galli ex alterâ parte redintegratur.

Sabaudia Duci loco Sicilia, Sardinia Insula transcribitur.

Venetis apoplexiâ extinguitur P. Vincenzo Coronelli Serenissimæ Reipublicæ Cosmographus.

Imperator Præsidentem Seminarium Mechliniensis Smedtium Iprensis Episcopum designat.

Detectâ in Moscovia Magnum Ducem conjuratione, Magnates plures sexus utriusque partim vitâ, partim pœnis aliis atrocibus delictum luunt. Præfatus Magnus Dux pacis negotia tractat cum Rege Sueciæ, qui interim in Norvvegiâ contra Danos pugnantem vitâ exiit. Cui in Regno succedit Ulrica Eleonora ejus soror. Ducatus verò Bipontini possessionem accipit Dux Gustavus Samuel Leopoldus.

Constantinopoli horrendo incendio ad 90000. ædificia conflagent die 17. Julii: hominibus 1500. partim combustis, partim præfocatis aut læsis.

Portus Vigos fulgure pluribus in locis tactus, magnam navium jacturam sentit, aliquot simul hominibus extinctis.

Dornheimium Ducatus VVirtenbergici oppidum cum templo, scholis &c. totum in favillas abit.

Per homines malevolos Monasterium Minoritarum propè Viennam in VVindpassing, Vulcano donatur; idem factum cum arce Ducali Lunævillæ in Lotharingia, cum 60. hominum necesse, Duce ipso cum conjuge & prolibus vix flammâs

mas evadentibus; damni inde causati pretium tres milliones excedit.

Corcyræ fulmen turrim pulveris bellici receptaculum tangens & incendens, ipsum Capitaneum Generalem Pisanum cum militibus 1500. ad æternitatem mittit: simili fatali casu Tauromeniæ milites Præfidiarii 150. extincti sunt.

Circa Lusitanas Insulas Orientales die 14. Octobris vehementissimè sæviens ventus, quem Orcaneum vocant, 40. naves pessumdavit.

Autumnali tempore in Picardia & Normannia plures intra duarum horarum spatium vivorum numero subtrahuntur, nec lues pecora intacta reliquit. De reliquo terræ motus, turbines, nubifragia, grandines, inundationes, plura loca hoc anno gravissimè infestârunt.

Ætas anni hujus erat ferventissima, adeo ut Padum fluvium aliàs rapidum facile pervadere licuerit.

VVilhelmus Princeps Hasso-Cassellanus Equitatus Batavici Generalis, ex conjuge Dorothea VVilhelmina, nata Ducissa Citiensi, Carolum filium suscipit.

Annus Christi 1719.

Romæ die 27. Januarii mortalitatem exiit Ferdinandus Dada S.R.E. Cardinalis, Mediolanensis, anno ætatis 69.

Vivis porrò valedicunt Eberhardus Fridericus Dux VVirtenbergicus, natus die 4. Augusti anni elapsi. Cælestinus S. R. I. Princeps Abbas VVerdensis & Helmstadiensis Ord. S. Benedicti.

Carolo Leopoldo Duci Megalopolitano-Syverinensi ex conjuge Catharina, Moscoviæ Ducissâ, nata est Elisabetha Catharina Christina.

Die 25. Januarii anni currentis filiam enixa est Regina Prussia.

Die 5. Februarii Ferdinandus Maria, Principis Electoris Bavariæ filius, sponsalia inuit cum Leopoldinâ Eleonorâ Elisabethâ Philippi VVilhelmi Ducis Palatino-Neoburgici filiâ.

Decedit Romæ Franciscus Maria Casini Aretinus S. R. E. Cardinalis ex Ordine Capuccinorum, Mortalis quoque corporis exuvias deponit Nicolaus Acciajoli patriâ Florentinus, Sacri Cardinalium Collegii Decanus, circa annum ætatis nonagesimum; succedit in Decanatu Cardinalis Ursinus, nunc Pontifex Maximus. Die 19. Martii ambos morte subsecutus est Cardinalis Joannes Baptista Spinola, Januensis, annos natus 73.

Philippus Mauritius filius Electoris Bavariæ unanimibus votis eligitur in Episcopum Paderbornensem ac Monasteriensem, quem tamen mors biduo antè, Romæ degentem prævenit. Fato hoc comperto mox Canonici Cathedralis Clementem Augustum in Antistitem sibi cooptârunt, defuncti fratrem.

Holsatiæ Ducis & Administratoris uxor, Georgium Ludovicum filium enixa est. Eadem fors obtigit conjugi Ernesti Augusti Ducis Saxo-Vinariensis, parturienti Joannem VVilhelmum.

RP. Brentano Epitome Chronologica.

In Sueciâ aliquos ex Primoribus partim ob Regi defuncto malè suggesta consilia, partim ob crimina alia mortis sententia ferit.

Damianus Hugo S. R. I. Comes Virmontius, S. C. M. Consiliarius intimus, Cameraarius &c. titulo Legati Magni, Viennâ Constantinopolim iter aggreditur, inter cætera dona magnifica Turcarum Imperatori præsentanda, horologium, cursum suum post 24. annos (qui pacis initæ terminus sunt) modò absoluturum secum vehens.

Fridericus, Friderici Augusti Poloniae Regis & Principis Electoris Saxoniæ filius hæreditarius, sponsalia contrahit cum Maria Josephâ, Romanorum quondam Imperatoris Josephi filiâ primogenitâ.

Parlamentum Angliæ ob timorem invasionis Hispanicæ, varias classes comparat; in Scotia Septentrionali in favorem Prætendentis non pauci arma arripiunt, qui tamen facili negotio dissipantur.

Die 6. Maji morti debitum solvit Petrus Petrovicius, Magni Moscoviæ Ducis ex secundo conjugio filius. Natus die 7. Novembris anni 1715. jam Moscoviæ designatus Monarcha & Successor.

In Gallia decedit Daubigné Archiepiscopus Rothomagensis, cui in hac dignitate succedit Armandus Bazin de Bezons.

Romæ in Generalem Capuccinorum Ordinis eligitur P. Federicus Cavalerinus.

Die 22. Februarii post solis occasum Venetijs Phænomenon extraordinarium, in figura globi ignei, urbem totam solis instar illuminantis visum est.

Londini die 30. Martii horâ octavâ sub vesperam tanta lux in aëre orta est, ut nec lunam nec stellas ultra videre licuerit.

A die 3. 4. 5. in Romandiola apparuit Cometa, qualis jam antè Constantinopoli quoque visus est.

Die 11. Aprilis Dresdæ natus fuit infans, cui loco nasi cauda fuit, quam sustollendo ad cranium usque prospicere licuit.

In Ducatu Luxemburgico tres filia matrem viduam, ipsi prava confortia & lusum inhibentem, noctu per plures quàm viginti cultellorum ictus interfecerunt, & sepelierunt, prodito autem per sanguinis vestigia delicto, carceri & pœnæ tanto sceleri debitæ sunt reservatæ.

Occidit Francia Orientalis Dux & Episcopus Herbipolensis Joannes Philippus, ex perillustri Baronum de Greiffenklau familiâ, Princeps optimus, affabilis, mansuetus & devotus. Die 3. Augusti, in qua denatus est horâ, coram se Missæ Sacrificium fieri curavit, quo finito ipse Deo gratias ore suo expressit, & mox in ultima hæc: *Nunc dimittis servum tuum Domine, in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum: verba erumpens, spiritum Creatori transmisit.* Succedit Joannes Philippus S. R. I. Comes de Schœnborn,

Vulcanus variis in locis hoc anno

vehementer sæviens, in oppido Romsen in Diocesi Tornacensi ædes 300. absumpsit. Abbatia Riquiere in Picardiâ tota in flammâ abiit, damnus inde enatus pro 200000. Imperialibus taxant. Neomonasterium in Holfatiâ quo ad tres partes in favillas redigitur. Francofurtum quoque 275. domos sibi combustas indoluit.

Villam novam in Algarbiâ terræ motus ferè totam destruxit. Similis motus Senas, Constantinopolim, Aleppum vehementer concussit.

Comitissa Palatina Sulzbacensis 14. Maji filium enixa est, qui post baptismum mox vitâ excessit.

Principi Herculei Monæci Portus filia, Duci Sforzæ filius nati sunt.

Dux Trajetto, nepos Carazzæ strenui Beliducis, sponsalia init cum Principe Theresiâ Borghesiâ.

Henricus Princeps Auerbergicus matrimonii vinculo sibi jungit Dominicam Principis de Lichtenstein filiam.

Maria Clementina filia Jacobi Sobieski, Bononiæ per Procuratorem Jacobo Regnum Angliæ Præterenti copulatur.

Viennæ Ignatius de Lovina Episcopus Neostadiensis in Austria consecratur.

Dux Gordona S. R. I. Principibus adiungitur: Joannes Fridericus Rochus, ejusque frater Franciscus Philippus L. Barones de Diesbach, S. R. I. Comitum numero adnumerantur.

Dux Monteleone Pignatelli Siciliæ Prorex ab Imperatore declaratur.

Die 21. Julii decedit Maria Ludovica Elisabetha Ducissa Bituricensis: & 26. Junii ex vulnere in conspectu accepto in Siciliæ Regno vitam exiit Dux Holfato-Beckenensis. Die 8. Junii Wilhelmus Ernestus filius Ernesti Augusti Ducis Saxo-Vinariensis. Die 4. Aprilis Maria Ernesta Princeps vidua Eggenbergica, nata Princeps Schvarzenbergica. Die 16. Jul. Dux Schombergius Grandis Regni Lusitanæ.

Neapoli Ducissa Gravinæ, filia Ducis Ruipoli, filium enixa est.

Ulrica Eleonora Regina Sueciæ die 28. Martii Holmiæ coronatur.

Vivorum numero subtrahitur Ludovicus Guntherus Martini Juris Consultus insignis: edidit Commentarium ad ordinationem Processus Electoratus Saxonici; item Annotationes Theoretico-Præcticas ad Institutiones Juris.

Erfordiz vivis valedicit R. P. Hieronymus Pantan, Universitatis Rector Magnificus, Theologiæ Doctor, Pofessor Publicus, S. C. M. Theologus Aulicus & Capellanus Honorarius, natione Scotus, ex Ordine S. Benedicti.

Osnabruggi moritur P. Hyacinthus Petit ex Ordine Carmelitarum SS. Theologiæ Doctor, Episcopus Heliopolitanus, Episcopi & Principis Osnabruggensis Suffraganeus, nec non in Partibus Septentrionalibus Vicarius Apostolicus.

Rex Daniæ post lustratum in Norvve-

giâ exercitum, Suecorum ditionem invadens, Fortalitium Sundsburgum, Strömstadium, Marstrandum occupat: Moscorum classis quoque Sueciam infestans, igne & ferro grassatur.

Die 31. Augusti Ludovicus Carolus V Vilhelmus Regis Prussiz secundò genitus à morte præripitur. Ex Polonia ad æternitatem abit Carolus Stanislaus S. R. I. Princeps Radvizivilius, Dux Olykæ & Niesvizi.

Parisiis Princeps Burnonville sui stemmatis ultimus.

Theodorus filius Baviaræ Electoris creatur Episcopus Ratisbonensis.

Papa Bagnium Camerarium suum honorarium Episcopum Mantuæ, Zandemarium Episcopum Burgi S. Domini creat.

Viennæ in Capellâ Aulicâ præsentè ipso met Imperatore, ejus Augustâ, atque Amaliâ Imperatrice viduata, Fridericus Regis Poloniæ atque Electoris Saxoniz filius hæreditarius, per Episcopum Viennensem cum Mariâ Josephâ, Josephi I. Imperatoris Augustissimæ memoriæ, filiâ primogenitâ copulatur.

Ernestina Elisabetha filia Comitissæ Palatino-Sulzbacensis desponsatur V Vilhelmo Landgravio Hasso-Rhenofeldensi.

Die 20. Septembris vitâ excedit Magdalena Sibylla, Ducissa vidua Megalopolitano-Gütroviensis.

Hamburgi A Catholicis novum Catholicorum Sacellum invadunt, spoliant, & magnâ ex parte destrunt, quæ res Cæsaris indignationem urbi superinduxit.

Ambrosius Imperiali Genuensium Dux creatur.

Augustus filius Ducis Brunsvicensis Luneburgico-Beverani natus est die 23. Octobris.

Hispanorum classis ad Angliæ littora tendens, ventorum impetu dissipatur. Confederati e contra Hispaniam ipsam invadunt validâ manu, occupatis urbibus & fortalitiis non paucis.

Die 19. Novembris Papa in Secreto Confistorio novem Cardinales creavit. 1. Leonem de Goures, Archiepiscopum Bituricensis. 2. Franciscum de Mailly, Archiepiscopum Rhenensem. 3. Georgium Spinolam Genuensem, Archiep. Casareensem, Nuncium Apostol. Viennæ. 4. Cornelium Bentivoglium Ferrariensem. 5. Thomam Philippum de Boffo, Archiepiscopum Mechliniensem in Brabantia. 6. Ludovicum Bellusa de Moncada, Hispanum, Episcopum Carthaginis novæ & Murcia. 7. Josephum de Pereya della Cerda Lusitanum, Episcopum Algarbiæ. 8. Michaëlem Fridericum S. R. I. Comitum de Althan, Germanum, Episcopum Vaciensem in Hungaria. 9. Joannem Baptistam Salernum Consentinum, è Soc. Jesu.

In Sicilia Imperatoris exercitus duobus præliis triumphans Messanam aliâque loca de ditione capit, quod de Insula quoque Liparitanâ factum est.

Mors vitam cum tiara rapit Hartardo S. R. I. Principi & Episcopo Spirensi &c. succedit in Episcopalem dignitatem Hugo Damianus S. R. E. Cardinalis, Comes de Schœnborn.

Ætas

Ætas anni hujus calidissima multis in locis gramina segetesque exussit, exsiccavit lacus, fontes & rivos, incendit integras silvas, vinum econtra excoxit pretiosum.

Pestis multis in locis homines ac pecora depascitur.

In Poloniæ confiniis nix cecidit rubra; frequentes terræ motus Asiam præsertim & Africam quatunt.

Ludovica Adelheidis filia Principis Conti in Chalissii Monasterio habitum Religiosum induit.

Annus Christi 1720.

Anni hujus vix non exordia funestat mors Imperatricis Eleonoræ Magdalenz Theresiæ, Leopoldi I. Augusti conjugis.

Romæ decedit Josephus de la Tremouille S. R. E. Cardinalis, natione Gallus, anno ætatis sexagesimo primo.

Fridericus Antonius Princeps Schvarzenburgicus, sponsalia init cum Sophia V Vilhelmina filia Joannis Ernesti Ducis Coburgico-Saalfeldensis.

Parisiis Carolina Valesiâ, Philippi Ducis Aurelianensis filia, matrimonii vinculo copulatur Leopoldo Francisco Mariæ, filio Ducis Mutinensis hæreditario.

Dominica Principis Henrici ab Auersperg conjux, nata Princeps Lichtensteinia, filium Carolum Josephum Antonium Joannem &c. in lucem edit.

Ex Indiâ Orientali relatum est, Joannem Baptistam Sidotti, natione Siculum, in Japonia ob quorundam incolarum ad Christianismum conversionem, diris tormentis esse interemptum.

Decedit R. P. Michaël Felibien Monachus Ordinis S. Benedicti ex Congregatione S. Mauri, qui anno 1706. historiam Abbatiz Regiæ S. Dionysii in Francia edidit.

Sulzbaci apoplexiâ obiit Maria Eleonora Amalia, Theodori Comitissæ Palatino-Sulzbacensis uxor, nata Landgravina Hasso-Rheinfeldensis.

Ad finem quoque Januarii vitæ finem sortita est Laura Pica consors thori Ferdinandi Gonzagæ, Principis Castilionensis.

Melitenis quoque Ordinis Equestris regimen cum vitâ deponit Adrianus de Vignacurt Ordinis præfati Magnus Magister, anno ætatis 83, cui substituitur Marcus Antonius Zandedarius, Cardinalis hujus nominis frater.

Viennæ vitæ scenam claudit Marinus Franciscus Maria Caraccioli Princeps Avellinus, Hispaniz Grandis, & Velleris aurei Eques.

Societas nova Commerciorum Orientalium ab Imperatore magna privilegia impetrat.

Ferdinandi Baviaræ Ducis uxor die 11. Aprilis filium Maximilianum Mariam Josephum enixa est. Josephus quoque Princeps Lichtensteinus ex conjugè Mariâ Annâ Sophiâ Comitissâ Oettingensi-Vallersteiniâ, filium Josephum Antonium &c. suscipit.

Die 28. Aprilis vitâ excedit Erdmuthis Dorothea Ducissa Mersenburgica viduata, filia Mauritii Ducis Citiensis. Præcessit hanc morte Carolina Sophia Ducissa Holfato-Plœnensis.

Die 26. Martii ex morbillis obiit Augustus R. P. Brentano Epitome Chronolog.

Ætas V Vilhelmus Dux Brunsvico-Beverensis. Natus die 10. Octobris anno 1715.

Ludovicum Priulum Cardinalitiam Purpurâ vitâque simul mors privat die 5. Martii. 21. ejusdem Maria Anna Borbonia Principis Conti soror vivos relinquit.

Sacellum Sepulchri Christi Hierosolymis, annuente Turcarum Imperatore splendide reedificatur.

Ancyram Asiæ Turcicæ urbem, per vaporem subterraneum emergentem 30000. incolis privatam esse fama publica retulit.

A die 25. usque ad 28. Martii tanta nivium copia propè Blanckenburgum è nubibus delapsa est, ut altitudine 10. vel 12. ulnas exæquaret & multi homines, cum per dies plures pedem domui efferre nequibant, ex annonæ aliarumque rerum penuriâ miserè interierunt.

Inter Silesiam & Moraviam quoque nivium altitudo virorum aliquot longitudinem superavit.

In Tirolensi Comitatu pagum Engendein dictum, nivium copia cum 80. personis & aliquot centenis animalibus oppressit. Idem ferè contigit villæ Obergestell, in Vallefiâ, ubi 85. homines cum Parocho à nivibus fuere præfocati.

Terræ motibus Voilandia & Misnia concutitur: nubifragia pluribus in Thuringiâ locis ingentia damna causant.

In Leinzell Sueviæ pago mortua est scemina ætatis annos numerans 94. quæ 45. annis uterum gessit: ex mortuæ proinde corpore, infans crustæ rotundæ, crassitudine digitali inclusus, extractus, & Academia Tubingensi transmissus est: dicta crusta ascia aperta infantem ostendit recentissimè mortuum.

Abbati du Bois à Gallia Rege Archiepiscopatus Cameracensis cum 40000. Imperialium annuis redditibus collatus est.

Die 17. Maji obiit Catharina, soror moderni Ducis Bipontini.

Josephus Maria Agosti, Clericus Regularis Theatinus per multos annos Præfectus Missionum in India Orientali, Goæ urbis Episcopus nominatur. Bembus Episcopus Belluni nobilis Venetus, anno ætatis 70. decedit.

In Gallia vivorum numero subtrahitur Anna la Fevre, Tanaquilis Fabri, Professoris Gr. L. in Academia Salmurienfi filia, inter eruditissimas Galliz meritò recensenda; cum adhuc virgo esset, varios edidit notisque illustravit auctores antiquos in usum Delphini, v. g. Florum anno 1674. Aurelium Victorem anno 1681. Dictyn Cretensem & Daretem Phrygium anno 1680. &c.

Prussiz Regina die 24. Julii filiam Ludovicam Ulricam enixa est.

Die 15. ejusdem Ducissa Saxo-Hilpershausenensis Georgium Fridericum, & 14. Augusti V Vilhelmi Hasso-Cassellani Landgravii uxor filium quoque peperit. 20. Augusti Princeps Contia filium tertium mundo intulit.

Obiit V Vilhelmus Fridericus Ducis Saxo-Coburgo-Saalfeldensis filius.

Die 22. Junii moritur Elisabetha Carolina, filia unica V Vilhelmi Principis Nassovio-Dillenbürgici.

Romæ 9. Augusti vitæ subtrahitur Princeps Unica Odeschalchi.

Madridi Joanna Fernandes de Corda Gandiæ Ducis relicta vidua.

Petroburgi Princeps Jacobus Fedroviz Dolgorucki Consiliarius intimus Rufforum Monarchæ.

Philippus Antonius di Tobadæ transfertur ad sedem Archiepiscopalem Hispalensem.

Cardinaliâ Purpurâ à Summo Pontifice ornatur Barbatigo Episcopus Brixinensis, Borgias Patriarcha Indiarum, & P. Alvarez Cinfuegos è Soc. Jesu.

Friderico Augusto Poloniae Regi, & Saxoniae Principi Electori, ex filio, Fridericus, Augustus, Franciscus, Ignatius nepos natus est.

Denata autem est die 5. Novembris Magdalena Juliana, conjux Joachimi Friderici Ducis Holfato Plœnensis.

Vitâ excedit Maria Magdalena de Hallvveil, Abbatissa Princeps Canonistarum sæcularium Lindaviæ.

Vitam quoque exuunt Ignatius de Lovina Episcopus Neostadiensis in Austria, Neapoli Princeps Franciscus Caraccioli. Bonnæ Franciscus Hugo Comes de Kœnigsek Episc. Littomeriensis. In Gallia Episcopus Catalauni, cui in Episcopatu successit Abbas d' Antin, Ducis hujus nominis filius.

In Africa Rex Marocci morte suâ filii duobus ætate majoribus belli arcem aperuit, qui mox patris defuncti Regna armis partiuntur. Defuncto nomen fuit Ismaël: mundi lucem primo aspexit anno 1643. folium conscendit anno 1672. ex concubinis filios ultra 300. plurimasq; filias genuisse dicitur.

Discedunt Hispanicæ militares copię ex Insula Siciliae & Sardinia, primam Imperator, alteram Sabaudia Dux cum Regis titulo in possessionem recipit. Illæ Africam petunt, & Mauros obsidionem Septæ magnâ suorum clade solvere cogunt.

Annus Christi 1721.

ERnesti Ferdinandi Ducis Brunsvico-Beverani conjux filium parturit. Idem contigit Vienna ex Leopoldi Ducis Holfato. Wisenburgici uxore.

Natus est Joannes Fridericus, filius Friderici Antonii Principis Schvarzenburgico-Rudolphopolitani.

Die 13. Februarii in Hungariæ districtu Liptovvienti intra noctis horam 11. & 12. tres columnæ igneæ apparuerunt septentrionem spectantes, & ærem mirificè illuminantes.

Die 25. & 28. Januarii circa Bernam se exhibuit phænomenon, eodemque ferè tempore visum est aliud Francofurti ad Mœnum in globi specie, qui diffiliens, emissio magno fulgore disparuit. In Franconia quoque phænomenon stupendum per totam ferè noctem diem 1. Martii præcedentem, observatum est. Astrologi id lumen Boreale nominarunt.

Die 15. Mensis Martii obiit Ludovica Dania Regina, nata Ducissa Megalopolitano-Gustriavensis, anno ætatis 54.

Die 19. Martii vitam cum Sede Papali re-

linquit Clemens XI. anno ætatis 72. olim dictus Franciscus Albani, electus anno 1700.

Die 11. Aprilis vitam exiit Georgius Fridericus V Vilhelmus filius natus minimus Ducis Saxo-Hilpershausiani. Die 21. Aprilis Carolus Fridericus Princeps Anhaltino-Bernburgensis. Jam antè, die nimirum 24. Martii ex vivorum syllabo deletus est Michaël S. R. I. Princeps Esterhasius de Galantha &c. anno ætatis 49. quem morte subsequitur Josephus Esterhasi, pro pace Hungariæ Regno reddendâ semper occupatissimus.

Dux Buckinghamius Anglus, die 7. Martii ex morbo cancrino decedens, tumulo suo formatum à seipso epitaphium hæc verbis inscribi voluit: *Pro Rege sapè, pro Republica semper, dubius non improbus vixi, incertus nec perturbatus morior, Christum advenero, in Deo confido aeterno ac omnipotente, Ens Entium miserere mei.* Dubium quo magnus iste Aulae Regiæ Minister laboravit, mors & Deus conscientiarum arbiter solvit, infelix foret, si in fide dubius obiisset, plus fidus Regi homini, quam Deo.

Londini Valliæ Principis uxorem filium in lucem edit, qui nomen V Vilhelmi Augusti portat.

Die 8. Maji Michaël Angelus Conti ex antiquissima Romanorum familia, Episcopus Viterbiensis, unanimiter à Sacro Cardinalium Collegio in Papam eligitur.

In Portu Cale (Lusitaniæ urbs est) sub exhibitione Comœdiæ ex suborto incendio viginti ferè homines partim suffocati, partim combusti sunt.

Die 25. Aprilis Gothenburgi domus trecentæ in favillas rediguntur.

Facto propè Aquisgranum nubifragio, copia aquarum ingens ipsam urbem penetravit, magno incolarum damno.

Die 21. Maji fulgur S. Petri templum Rigæ tangens, illud funditus devastavit.

In Mense Junio per sævam tempestem, inter Landaviam & Vormatiam omnes terræ fructus destructi, lepores ac perdices occisi fuere.

Grando stupendæ magnitudinis, in Transilvaniæ Principatu incolis grande damnum creat.

In Insula Fionia ex vehementia frigoris multa millia anatum & anserum silvestrium, ortum inde pabuli defectum, mortua super glaciem reperta sunt.

Locustarum immanis copia Polesinam Venetorum ditionem, in Gallia quoque Nemausi & Uctiæ districtum infestans, gramina, folia & legetes depasta est.

Mons Aetna sub anni hujus initium ad ingentem accolarum timorem, maximam ignis & lapidum copiam evomens, magnum contiguus campis damnum causavit.

Die 25. Januarii circa medium noctis supra Bernam urbem globus igneus visus est, qui uno millari ab hinc decidit, idem factum nocte alterâ. Tempore verò nocturno à die 27. usque ad 28. ejusdem mensis, columna se ignea supra montana ex-

exhibuit, quæ cum fragore diffiliens tres globos igneos emisit.

In Picaviâ speciem quandam Eclipticam à die 21. Maji usque ad secundam Junii animadvertam fuisse referunt, sole licet aër claruerit, solitum splendorem non emittente.

Pragæ, post factam à summo Pontifice Canonisationem, corpus S. Joannis Nepomuceni solenni pompâ & ritu elevatur, ipsamet præfente Romanorum Augustâ; ubi hoc miri observatum est, linguam præfati Sancti, sacre Confessionis sigillum tam tenaciter observantem, corruptis aliis corporis partibus carnis, post plurimum quàm trecentorum annorum lapsum totam vividam fuisse.

Mortalis vitæ cursum consummant Christianus Wilhelmus Princeps Schvarzburgicus, anno ætatis septuagesimo quinto, succedit in regimine filius Guntherus, nominis hujus XLIII.

In balneis Aquisgrani Philippus, moderni Landgravii Hasso-Cassellani frater.

Constantinopoli Amurathes, Imperatoris Turcici filius natus minimus.

Romæ Dominicus Paracciani S. R. E. Cardinalis, in urbe Vicarius Generalis.

Parisiis Godofredus Mauritius de la Tour, Dux Buillonius; Ducis & Magni Franciæ Camerarii titulum assumit ejus filius Emmanuel Theodosius.

In Polonia Stanislaus Szembeck, Regni Primas: cui ad æternitatis iter ineundum socium se adjunxit Episcopus Culmenensis.

Christianus Dania Regis filius primogenitus matrimonii vinculo sibi copulat Sophiam Magdalenam Brandenburgico-Culmbacensem, filiam Marchionis Christiani Henrici.

Viennæ Philippus Dux Saganensis, S. R. I. Princeps Lobkovviziis &c. sibi desponsat Wilhelminam Comitissam de Althan.

Marchio de Westerloo matrimonium inquit cum Elisabethâ Franciscâ Augustâ, filia Francisci Alexii Principis Nassovio-Hadamariensis Lineæ suæ ultimi.

Neapoli sponsalia contrahit Marchio S. Vincentii Pignatellus, cum filiâ unicâ Ducis d'Averenza Pinelli, Grandis Hispaniæ.

Ludovicus XV. Gallia Rex, pro futurâ thori Regii consorte adlegit Mariam Annam Victoriam filiam Philippi Regis Hispaniæ.

Nati sunt Joannes Adolphus filius Friderici Ducis Saxo-Gothani. Landgravius quoque Hasso-Homburgensis filio auctus, post octiduum conjugem puerperam morte sublatam vidit.

Cassellis Friderica Carolina, uxor Landgravii Maximiliani filium peperit.

Parisiis uxor Victoris Amadei Ducis Casimiani, filium in lucem edidit.

Joannes Poctacke à Sacra Cæsareâ Majestate Fagarensis Episcopus in Transilvaniâ denominatur.

Romæ Pipia Ordinis Dominicani Generalis eligitur, natione Sardinus.

Abbas Gamache, Auditor Rotæ, obtinet Archiepiscopatum Vefontionensem.

Parisiis obiit Margaretha Ludovica Aurelianensis, Magna Hetruriæ Ducissa, & uxor Cosmi III. Medicei.

Die 15. Septembris vitam cum Purpurâ exiit Franciscus de Mailly S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopus Rhemensis.

Summus Pontifex Sacro Cardinalium Collegio inserit Archiepiscopum Cameracensem du Bois, & Alexandrum Albani, cognatum defuncti Papæ Clementis XI. eadem dignitate insignitus est Bernardus Maria de Comitibus Ordinis D. Benedicti, Episcopus Taracinae Innocentii XIII. frater germanus.

Joannes Adolphus Dux Saxo-Leucopetrinus, conjugium inquit cum Joannâ Antonia Ducissa Isenacensi.

Natus est die 24. Octobris Josephus Augustus, nepos Serenissimi Poloniae Regis & Electoris Saxoniae.

Nystadii in Finlandiâ pax inter Moscoviæ Magnum Ducem ac Sueciæ Regnum stabilitur.

Sedes Episcopalis Viennæ in Austria, in Archiepiscopalem à Pontifice Summo mutatur.

Die 21. Septembris obiit Thomas Bonaventura Gherardisca Archiepiscopus Florentinus, anno ætatis 68. die 5. Octobris Episcopus Laudunensis, & die 9. Octobris ejusdem Archiepiscopus Rothomagensis.

Rex Dania matrimonium inquit cum Annâ Sophiâ Ducissâ Schlesvicensi, eique coronam Regiam imponit.

Petrus Magnus Moscoviæ Dux, titulum Magni & totius Rusiæ Imperatoris assumit.

Princeps Senior Gagerinus Siberiæ Gubernator, Petroburgi ex patibulo holoseris nigris vestito, in publico foro suspenditur.

Comes de Tarlo à Poloniae Rege Posnaniæ Episcopus, Abbas autem Sinciehovvius Episcopus Livoniæ declaratur.

Gianon Coggia, natione Anglus, Tripoli ex mancipio apostata, dein Capitaneus navis Algeriensis, ultimo Archithalassus clasfis Turcarum Imperatoris, Barbariam turbat, & occupatis locis munitis non paucis, ipsam Tripolim obsidet; sed cum id frustra tentasset, magnaque exercitus sui pars diffluxisset, ne in Turcarum Imperatoris manus incideret, Algerium se contulit.

Konziouk Aly Pascia, Gubernator Generalis Egypti, jussu Imperatoris Ottomanici capite plectitur; quam necem Egyptii ulturi, Gubernatorem novum ad se Constantinopoli missum in carcerem conjecerunt: tandem tumultu sedato Mehemet Bassa Candiæ Gubernator, Provinciæ præficitur.

Rex Persarum ad solium firmandum in Primores seditionem moventes durè animadvertit, & Vezierium Achemaal, donec conspiratores reliquos detegeret, effosis oculis custodiæ tradit jubet.

Die 10. Decembris Leopoldus Princeps Anhaltino-Cothenfis nuptias celebrat cum Fridericâ Henricâ, filia natu minimâ Caroli Friderici Principis Anhaltino-Bernburgensis.

Die 27. Octobris vitam mortalem exiit Georgius Augustus Samuel Princeps Nassovio-Idsteinus, anno ætatis quinquagesimo septimo.

Viennæ naturæ debitum solvit Antonius Florianus, supremus Aulae Cæsareæ Magister, S.R.I. Princeps, Domus Lichtensteinii Regens, Dux Troppaviensis &c.

Maximiliani Landgravii Hasso-Cassellani filius decedit. Romæ vitam exiit Princeps Æmilius Altierius, nepos ex fratre Papæ Clementis X.

Porrò naturæ debitum solverunt Gambanus Episcopus Telesenus. Marchissa de Ruffrano anno ætatis 78. Amalia Sophia Comitissa Palatina Sulzbacensis, Monialis Carmelitana Discalceata Coloniae. Princeps & Abbas Corbejæ in Saxoniâ.

Aboa Finlandiæ urbs tota in favillas redigitur. Idem infortunium obigit Schlibenæ Saxoniæ oppidulo, & Lichtenaviæ pago insigni Diocesis Paderbornensis.

Exundatio nimia Rheni, Athesis aliorumque fluminum magna damna causat.

Nubifragium ingens Osnabruggam & circumjacentem regionem, præter damnus, magno timore afficit.

Cùm Marchio Badeno Durlacensis festum Ordinis seu Venatorum die 17. Junii celebrasset, constructæ in horto ædes horrendo turbine destructæ sunt; si mediâ horâ citius contigisset, Principes & Comites 8. Nobiles 30. obrivissent: præter jaçuram ingentem rerum pretiosarum, Camerarius occisus, & nonnulli alii vulnerati sunt.

Terræ motus Basileam, Alsatiam, Carniecum & Constantinopolim vehementer concutit.

Taurim Persiæ urbem ex pari motu cum 300000. hominibus sepultam fuisse, Novellæ publicæ sunt testatæ.

Galliæ Regni aliquot Provinciæ peste multum affliguntur.

Turbines maria hoc anno sævisimè instantes, immanem navium stragem faciunt.

Annus Christi 1722.

AD Principalem Corbejæ Saxoniæ Abbatiam promovetur N. à Litterdorff, ibidem Professor.

In Ducatu Megalopolitano inter Ducem, & Nobilitatem magna vigent disidia.

Cellæ obiit uxor Ducis Georgii Wilhelmi annos nata 83. mater conjugis Magnæ Britanniæ Regis.

Decedit Joachimus Fridericus Dux Holfato-Plonensis. Parisiis vitam exiit Carolina Amalia, nata Landgravia Hasso-Wanfridiana, Francisci Leopoldi Principis Ragozii conjux. Princeps Aretinus Governator Cremonæ, Carolus Pullet Dux Boltoniensis, Carolus Montague Dux Mancestræ, vivorum numero subtrahuntur,

Bergæ ad Somam Joannes Christianus Comes Palatinus Sulzbacensis, matrimonium init cum Mariâ Annâ d'Auvergne Marchionissa Bergensi.

Ludovicus Asturiæ Princeps sponsalia contrahit cum Ludovicâ Elisabetha, filia Ducis Aurelianensis, Regentis Galliæ.

Die 16. Februarii Anna Christina Ludovica filia Comitis Palatini Sulzbacensis, Carolo Emmanuelli, Sardinia Regis Ducisque Sabaudia filio desponsatur.

Romæ Papa ipse Marcum Antonium de Comitibus Guadagnolæ Ducem, & Mariam Faustina, filiam Matthæi Ducis de Paganicâ copulat.

Fridericus Wilhelmus Adolphus Princeps Nassovio-Sigenis per apoplexiam extinguitur.

Madriti obiit Maria Ludovica de Sylva, Ducissa Asidonia. Item P. Matthæus à Jesu Mariâ Discalceatorum Carmelitarum Generalis. In Moscoviâ vivorum numero subtrahitur Princeps Petrus Michaël Gallyzin. Romæ Sicilius Faventinus Archiepiscopus Theodosius anno ætatis 84.

Ferdinandi Alberti Ducis Brunsvico-Beverani uxor filiam: conjux verò Ferdinandi Bavariæ Ducis, filium Clementem Franciscum de Paula Mariam Crescentium in lucem edidit.

Die 26. Maji natus est Fridericus Joannes Adolphus, filius Joannis Adolphi Ducis Saxo-Leucopetrani.

Romæ Princeps Connestabilis Colonna, & Parisiis Princeps de Conti partu filii gaudent.

Die 21. Martii Plonæ obiit anno ætatis septuagesimo, Dorothea Sophia, Joannis Adolphi Ducis Holfato-Plonensis relicta vidua. Neapoli Octavius Gaëta Dux de S. Nicola, supremi Collateralis Senatûs Decanus. Ibidem Hector Ministolus, ex Familiâ Principum de Lanosa.

Comes de Turri Hispanus, sororem Comitissæ Strassoldi imprægnat; ad hanc Familiæ suæ maculam delendam dictus Comes cum prioris consensu ejus uxorem plurimis pugionis ictibus interficit, ratus hanc sublatâ Comitissæ de Turri matrimonium cum imprægnata, initurum: verum horrendâ necē patefactâ, omnes captivati, & Gradisciam ducti sunt.

Dux de Paganicâ abdicato Ducatu, remissoque Imperatori velleris aurei signo, ad Monasterium se confert.

Mortalitatem exiunt Lanhardus Episcopus Tabinensis Visitator Apostolicus. Smyrnæ Auge Episcopus Ruremundæ. Durazius Episcopus Savonæ anno ætatis 79. In Anglia Maria Denninsonia, sectæ Quackertianæ anno ætatis 131. Venetiis Antonius Zanchi pictor famæ celeberrimæ.

Congregatio Bursfeldensis in Capitulo Generali pro Præsede sibi delegit Suffraganeum Paderbornensem.

Die 24. Maji obiit Christiana uxor Philippi Ernesti Ducis Holfato-Glücksburgensis, filia Christiani Ducis Saxo-Eisenbergensis. Grabovizæ Christiana Wilhelmina Ducissa vidua Megalopolitana. Has

Has die 7. Augusti morte subsecutus est Ernestus Leopoldus Dux Holfato-Norburgensis. 10. Augusti Olaviæ in Silesiâ Hedvvigis Elisabetha Amalia, Philippi Wilhelmi Principis Electoris Palatini filia, Principis Jacobi Sobiesky conjux, anno ætatis 49. ex se relinquens tres filias, Mariam Casimitam, Mariam Carolinam, & Mariam Clementinam, Angliæ Prætendentis uxorem.

Bononiæ è vivis discedit Angela Catharina Estensis, vidua Emmanuelis Philiberti Ducis Cariniani. Die 21. Augusti Christiana Friderica filia unica Henrici Ducis Meuseburgensis.

Die 27. Junii defunctus est Dux Marboroughius Joannes Churchill, Angliæ Archistrategus celeberrimus: & jam antè 17. Januarii corporis mortalis exuvias deposuit Zandarius Magnus Magister Equitum Melitenis, ei successit Antonius Manuel filius Comitis de Villa Flora, Lusitanus.

Die 9. Augusti natus est Augustus Wilhelmus filius Regis Prussiae: jam antè die 3. Augusti Christianus Augustus Dux Holfato-Sunderburgicus ex conjuge filium suscepit.

Die 21. Junii Principis hæreditarii Sulzbacensis uxor filiam peperit. 11. Jul. Principis hæreditarii Hasso-Darmstadiani conjux filium in lucem edidit, quod Urbini quoque à Principe Victoria Porgoli factum est.

Matrimonium ineunt Madriti Alfonso de Gusman Dux Asidonia, Hispaniæ Grandis, cum filia Comitissæ d'Estevan de Gormas, Plenipotentiarum Hispaniæ Regis in Congressu Cameracensi.

Princeps Ludovicus Pio Imperatoris Camerarius cum Maria Anna Comitissa de Thierheim.

Carmineus Nicolaus filius Principis de S. Buono Caraccioli, cum filiâ natu minimâ Principis Plumbini.

In mense Aprili pagus Zvvetzen in Thuringiâ totum exurit: oppidum Lechenich in favillas concidit: urbs Hartzgeroda mediâ ex parte flammis absumitur: simile infortunium plures aliæ villæ sunt expertæ.

Lofchvitzii quadrante milliarii à Dresda navis 70. personis onusta submersa est, paucissimis salvatis.

Die 16. Julii cum Schochavii in Lusatiâ superiori defunctus Nobilis cujusdam infans efferendus esset, ponte dirupto pueri scholares 42. unâ cum Organello ex altissimo lapsu miserè læsi & nonnulli occisi fuere.

Regni Hungariæ Status morituro Cæsare absque prole masculâ, successionem ad ejusdem descendentes fœmineas extendunt.

Maria Josepha Friderici Poloniæ Regis & Principis Electoris Saxoniæ filii conjux, tertio partu tertium filium in lucem edit die 5. Septembris: die alterâ Comitis Palatini Birckenfeldensis uxor similiter filium enixa est.

Maria Amalia Josephi I. Imperatoris filia, Carolo Alberto nunc Principi Electori Bavariæ desponsatur.

Philippus Ernestus Dux Holfato-Glücksburgensis nuptias celebrat cum Comitissâ de Jonston.

Joannes Cornarus Venetorum Dux dece-

dit die 13. Augusti: eodem mense obiit ejus frater Georgius Cornato S. R. E. Cardinalis & Episcopus Patavinus.

Die 10. Octobris vivis subtrahita est Albertina Juliana, uxor Principis hæreditarii Isenacensis, nata Princeps Nassovio-Idsteinia.

Romæ die 27. Septembris obiit Princeps Urbanus Barbarini: Viennæ Oronzius Pinelli Dux d'Aceranza Grandis Hispaniæ, Imperatoris Consiliarius Intimus.

Parisiis moritur Andreas Dacier Secretarius Academiae Gallicæ, vir apprimè doctus, quem jam ante aliquot annos morte prævit ejus uxor Anna le Fevre mulier docta, quæ cum marito in editione actorum eruditorum singularem navarat operam, undè non nemo de ambobus jocose & lepide dixit: libris incumbunt & liberis.

Clemens Augustus filius Electoris Bavariæ, eligitur in Archiepiscopus Coloniensem.

Wolfgangus Weickardus de Rain L. B. de Riems creatur Episcopus Tergesti. Neostadiensi autem Episcopatu præficitur Joannes Mauritius Comes de Manderscheid-Blanckenheim.

Monasterium Neoburgum Canonicorum Regularium ad Episcopatus dignitatem elevatur.

Moriuntur Raimundus Ferdinandus S. R. I. Princeps, Episcopus Passaviensis, natus Comes Rabatta. Wilhelmina Carolina filia Landgravii Hasso-Cassellani.

Nuptias contrahit Casimirus Wilhelmus Landgravius Hasso-Homburgensis cum Comitissâ Solmio-Braunsfelsensi.

Die 25. Octobris Ludovicus XV. Galliæ Rex Rhenis magnificentissimâ pompâ coronatur.

Cardinalis du Bois supremus Status & Belli Minister Regni Galliæ à Rege declaratur, Dux autem Aurelianensis Vicarius Regni: sublato Consilio Regiminis, Consiliū Regium instituitur.

Ad æternitatem abiit Carolina Elisabetha Comitissa Palatina Rheni, Ducis Aurelianensis conjux, filia Caroli Ludovici Comitis Palatini & Principis Electoris, desponsata anno 1671. Philippo I. Duci Aurelianensi.

Vitam mortalem exiit Princeps Orfina, anno ætatis 26. uxor quondam Flavii Orfina, ultimi Bracciani Ducis, nec non Philippi V. Hispaniæ Regis primæ conjugis Magna Aulae Magistra.

Princeps de S. Buono matrimonium init cum Ducis Plumbini filiâ nata minimâ.

Josephus Dominicus Franciscus Chilianus Comes à Lamberg, Episcopus Passaviensis creatur.

Episcopus Ermlandia à Poloniæ Rege Primas Regni & Episcopus Gnesnensis declaratur.

Tarlo Episcopus Posnaniensis obiit die 19. Novembris.

Ex mortalitate ad æternitatem abeunt Franciscus Bonaventura Poci Archiepiscopus Salernitanus; Dominicus Calegarius Episcopus Sici.

Turbo 19. Octob. & 20. Novemb. Petroburgi, Hafniæ & alibi maxima damna causat.

In Jamaica orâ ventus immanis homines & pecora plurima neci tradidit, colonias aquis implevit, ædes destruxit, & ultra 60. Anglorum naves mercibus divites submersit.

Dusseldorpii die 25. Martii vehemens terræ motus sentiebatur.

Similis Apuliæ quædam loca & Algerium concussit: maximum exinde damnata sensit die 27. Decembris totum Regnum Algarbiæ.

Perfiam Mirivveitius ex Tartariâ Princeps, pulso Rege turbat; Magnus Moscoviæ Dux ad invasorem terrendum exercitu immisso oras maris Caspii occupat, cum Derbento urbe: Turcæ qui cum præfato Mirivveitio partem habebant, magnam quoque Persicæ Monarchiæ portionem avellunt. Quid Regi Persarum futuro relinquatur, jacta ulterior à Turcis belli alea docebit.

Annus Christi 1723.

Franciscus Josias Saxonæ Dux nuptias celebrat cum Anna Sophia Schvarzburgico-Rudolphistadianâ die 2. Januarii.

7. Januarii Wilhelmus Fridericus Marchio Brandenburgico-Onolsbacensis apoplexiâ extinguitur, reliquens ex se filium Carolum Wilhelmum Fridericum. Die 20. ejusdem vitâ excessit Elisabetha Carolina, Augusti Holsato-Sunderburgici Plonensis relicta vidua.

Nancei decedit Carolus Henricus à Lotharingiâ, Princeps Vaudemontius. Vienna Maria Josepha Theresia, Maximiliani Jacobi Mauriti Principis Lichtensteinii filia. Venetiis Ferdinandus Gonzaga Dux Castillonis & Solferini, anno ætatis septuagesimo tertio. Turini Anna Christina Ludovica Comitissa Palatino-Sulzbacensis, Caroli Emmanuelis Sardinæ Regis filii uxor, cum quinto ante obitum die filium Victorem Amadeum partu enixa esset. Parisiis Anna Henrica Julia, Henrici Julii Principis Condei relicta vidua. Romæ Altieri Colonna Princeps di Carbognano.

Londini matrimonium inquit Dux Mancestræ cum filiâ Ducis Radulphi de Montague.

Julius Antonius Sachi, L. B. de S. Patritio natus ex Amanteâ, S. C. M. Theologus & Ecclesiastes, declaratur Episcopus Monopolitanus in Regno Neapolitano.

Abbas Begonius, in Episcopum Tullensem consecratur.

RR. PP. Capuccini Francfurti sui Monasterii novi possessionem capiunt.

Romæ Christianus Udalricus Dux Wirtenbergico-Olsnensis Catholicam fidem profitetur.

Londini Principis Walliæ uxor Mariam filiam peperit.

Turcarum Imperatori filius Numann natus est die 12. Februarii.

Viennæ decedit Eleonora Barbara Antonii Principis de Lichtenstein relicta vidua.

Die 4. Aprilis obiit Friderica Henrica, Princeps Anhaltino-Cothana.

Die 13. Aprilis vivis valedixit Christiana

Ludovica, Georgii Alberti Orientalis Frisiæ Principis uxor: & jam antè, die nimirum 25. Martii vitam deposuit Leopoldus Eberhardus Dux Wirtenbergicus, & Montis Belligardensis.

Die 18. Maji ad æternitatem abiit Olaviæ Maria Casimira, Jacobi Ludovici Sobiesky filia; in eodem mense vitæ substractus est Christophorus Marchio Badeno-Durlacensis.

Die 4. Junii Rudolphopoli Sophia Wilhelmina, uxor Principis Friderici Antonii filiam in lucem edidit.

Buda Ungariæ Metropolis die 29. Mart. per repentinum incendium vix non tota in favillas redigitur, quâ occasione aliquot centeni homines vitam amiserunt.

Unna Westphaliæ oppidum centum domorum jacturam per incendium sentit.

Bahrensteinium & Stolpa Saxonæ oppida ferè tota exuruntur. Idem infortunium sentiunt oppidula Hoyer, Herzberga.

Holmiæ die 11. Maji 3000. ædes in cineres conciderunt.

Algarbiæ regnum sicut circa finem prioris, sic & in initio anni currentis tertæ motibus concutitur, magno incolarum damno: in Cephaloniæ Insula 300. ædes ex pari motu conciderunt.

In Comitatu Blanckenheimensi ursus subito vinculis solutus, sex pueros interfecit.

Camillus Princeps Borghesius matrimonium inquit cum Agnete Colonna.

Uxor filii hæreditarii Baviaræ Electoris, filiam 22. Julii enixa est. Idem actum cum Landgravii Hastiæ-Darmstadtensis nuru, Parisiis Princeps de Soubise filium, Ducissa de Louvigny filiam edidit.

Romæ Ducissa Soriana uxor Caroli Albani filium, nomine Clementem peperit.

Die 4. Junii Nancei obiit Leopoldus Clementis Lotharingiæ Ducis filius hæreditarius, anno ætatis 17.

Ad initium Junii vitâ excessit Maria Joana Baptista, Sabaudia Ducis mater.

Mense Augusto obiit Petrus Cavalcanti Theatinus, Episcopus Puteolanus, anno ætatis 77.

Anabaptistarum Secta in Basileensi districtu repullulascere nititur, Conciones contemnunt, Ecclesias non frequentant, subtrahunt se Communioni, nec baptismum ante rationis usum suscipiendum esse contendunt; contra quos ipsi insurgunt hæretici alii.

Salisburgi obiit Franciscus Antonius Adolphus, Episcopus Chimseensis, natus Comes à Wagenberg, Vicarius Generalis & Officialis Archi-Diœcesis Salisburgensis, & Locum-tenens ejusdem, anno ætatis 51. vir magnæ famæ & virtutis, ore proprio oviculis sibi commissis pabulum Verbi Dei concionando & catechizando distribuere solitus.

Die 25. Augusti sponsalia contrahit Maria Carolina, filia secundò genita Jacobi Sobiesky, Regis Poloniæ quondam neptis, cum Godofredo Mauritio Casimiro, primogenito Ducis Bullionensis, ipsum autem matrimonii vinculum 1. Octobris mors dissolvit, Mariâ Carolinâ Monasterii septa eligente.

Ma-

Madriti, Asturiæ Princeps cum Ludovicâ Elisabethâ, filiâ Philippo II. Aurelianensis Ducis matrimonium consummat.

Castroduni in Galliâ 1100. ædes conflagravit. Multis in locis Germaniæ grandis ingentia damna causat.

Clagenfurtum Carinthiæ Ducatus urbs, excepto Ursularum virginum cœnobio, tota in favillas abit.

Vilnæ in Lithuania incendium aliquot centenas ædes absumit. Mediolanum, Moguntia, Madritum, Vulcani quoque favitiam sat durè senserunt.

Artesiam & Flandriam morbilli & morbi contagiosi 10000. incolis privant.

In Gallia vespæ maximam frugum arborearum partem absumperunt.

Ætina mons insolito more exardescens, præter fumum immanem, rivos sulphureos ad multum incolarum damnum emittit.

In Tirolensi comitatu, Stiriâ, Carinthiâ, lues pecora ferè infinita extinguit.

Bonnæ obiit Josephus Clemens, Archiepiscopus & Elector Colonienis, Episcopus Leodiensis & Hildesienis, anno ætatis 52.

Mortalitatem exiit Cosmus III. Magnus Hetruriæ Dux, anno ætatis octogesimo secundo, regiminis 53.

Moritur Proscovia Fœderovna, Magni quondam Moscoviæ Ducis Joannis Alexii relicta vidua.

Lusitaniæ Regina filium parit, filiam Regina Daniæ.

Dominicus Negroni in Ducem Reipublicæ Genuensis eligitur.

Post obitum Placidi, Abbatis Principalis Monasterii Maurani in Helvetia, in præsentia Nuncii Apostolici eligitur Geroldus, Monasterii præfati Decanus, & Congregationis Helveto-Benedictinæ Secretarius.

Elisabetha Caroli VI. Imperatoris conjux Augusta, sollemnissimâ pompâ Bohemiæ Regina Pragæ coronatur.

Annus Christi 1724.

Die 5. Januarii in pago Koffrosch ditio-nis Temesvvarientis, obiit Petrus Czartan Religionis Græcæ, annum agens centesimum octogesimum quintum, filium ætatis annos 97. numerantem ex se relinquens.

Eodem mense Stolzenaviæ in Ducatu Hanoverano mulier infantem peperit, qui in dorso massam carneam, speciem bursæ capillariæ cum rosâ referentem, habebat, quâ à chirurgo præcisâ infans dictus mox extinctus fuit.

Die 6. Januarii Brigantiæ horâ noctis septimâ ingens globus igneus magnum emittens splendorem visus est, qui tandem cum ingenti fragore dissiliens, disparuit.

Onolsbaci 1. Martii vitâ excessit Eleonora Juliana Caroli Friderici Ducis Wirtenbergici R. P. Brentano Epitome Chronolog.

quondam uxor, nata Marchionissa Brandenburgico-Onolsbacensis.

Die 7. mensis præfati obiit Innocentius XIII. Pontifex summus, anno ætatis sexagesimo nono.

Mundum cum vitâ relinquit Ernestus Fridericus Dux Saxo-Hilpershausenus, anno ætatis quadragesimo tertio. Romæ quoque decedit Josephus Bernardus Dux Saxo-Coburgo-Mainungensis.

Mediolani vitam cum morte commutat Josephus Princeps Lichtensteinus.

Decedit eodem mense Carolus Franciscus Philippus Comes Palatinus Rheno-Sulzbacensis, nepos Serenissimi Electoris Palatini.

Vivos deserit Giocolius Episcopus Capacci, anno ætatis 62.

Regina Lusitaniæ in lucem edit filium Alexandrum Franciscum Josephum Antonium Nicolaum Daniæ Regina enixa est filiam, quæ brevi post baptismi susceptionem obiit.

Die 23. Januarii uxor Ferdinandi Alberti Ducis Brunsvico-Bevarani filiam Sophiam Antoniam parit.

Dux Mutinæ ex filio nepotem masculum in mense Januario suscipit.

Die 8. Martii Saalfeldæ uxor Ducis Francisci filium enixa est.

Leonardus Tocco Princeps de Monte Mileto, nuptias contrahit cum Camillâ Cantelmiâ filiâ Ducis Populensis.

Philippus V. Hispaniæ Rex Regnum resignat filio suo natu majori Ludovico, & cum Regina ad S. Ildephonsi arcem, vitæ reliquum ibidem transacturus concedit, annuis redditibus ad sui suarumque regiarum aliarum prolium sustentationem statu dignam sibi reservatis.

Vincentius Marta Ursinus ex Ordine D. Dominici, Archiepiscopus Beneventanus, unanimibus Cardinalium votis Summus Pontifex eligitur, anno ætatis 75. nomen Benedicti XIII. assumens.

In urbe Moscuâ, Catharina Petri Magni Moscoviæ Ducis uxor coronatur.

Die 2. Junii Ernesti Ducis Brunsvico-Beverani junioris conjux filium parturit. Die 15. dicti mensis, Comitissa Palatina Rheno-Principis hæreditarii Sulzbacensis uxor, filiam pariter enixa est: uti jam prius mense Aprili Romanorum Augusta Mariam Amaliam Carolinam Ludovicam Ludmillam Annam; conjux patrini erant Imperatrix vidua, & Fridericus Augustus Poloniæ Rex Saxoniamque Princeps Elector.

Princeps verò Lobkovvizijs ex conjugate die 20. Aprilis Ferdinando Philippo Josepho filio augetur.

Regis Sardinia & Ducis Sabaudia filius Carolus Emmanuel matrimonium secundum inquit cum Polyxenâ Christianâ Joannâ, Ernesti Leopoldi Landgravii Hassio-Rhenofeldensis Rotenbürgici filia.

Fffff

Lii

Ludovicus Dux Aurelianensis sponsalia contrahit cum Augustâ Mariâ, filiâ Ludovici VVilhelmi Marchionis Badensis, Archistrategi quondam Casarei.

Carolus Fridericus Dux Holsato-Gottorpiensis in sponsam sibi delegit Mariam, Magni Moscoviz Ducis filiam natu maximam.

Mortalitatem exuunt Petrus de Langle Episcopus Bononiensis apud Morinos. Sophia Sibylla Landgravia viduata Hasslo-Homburgensis-Tanara S. R. E. Cardinalis, Sacri Cardinalium Collegii Decanus.

Romæ obiit Carolus Albani Princeps de Soriano, Clemenis Papæ XI. ex fratre nepos.

Tempestas & grandines variis in regionibus magna damna terræ frugibus inferant easque pessumadant.

Wologda urbs ferè tota ex incendio perit.

Fulgur in pago Nantressè propè Parisios templi turrim penetrans, duodecim homines vitâ privat.

Abbas Suarezius Episcopus Feltrii, & P. Camarti ex S. Dominici Ordine, Rieti Pontifex creatur.

Die 28. Junii apoplexiâ tactus obiit Cardinalis Spada.

Die 3. Julii ex vita discessit Antonius Folk de Cardonna Archiepisc. Valentinus, S. C. M. Consiliarius intimus & Præses Consilii Hispanici.

Die 17. Julii nata est Maria Antonia VValpurgis, neptis ex filio Serenissimi Bavariz Electoris.

Die 2. Septembris obiit Josephus de Comitibus Dux Guadagnolæ, Innocentii Papæ XIII. frater natu maximus.

Porrò ad æternitatem abierunt, Neapoli Dux Campanæ, Grandis Hispaniæ. Friderica Amalia Princeps Nassovio-Dillenburgica.

Joannes Philippus Franciscus S. R. I. Princeps, Episcopus Herbipolensis, Franciæ Orientalis Dux, ex Familiâ Illustrissimâ Comitum de Schœnborn: sub viâ ex Mergenthemo Herbipolim, apoplexiâ tactus.

Ex morbillis & colicâ inflammatoriâ cum diarrhœâ decedit Ludovicus I. Hispaniæ Rex, regimen iterû suscipiente Philippo V. ejus patre.

Christophorus Franciscus ab Hutten, Cathedralis Ecclesiæ Herbipolensis Decanus, Episcopus & Franciæ Orientalis Dux creatur.

Abbas Vaccon Sedi Episcopali Aptensi in Provincia præficitur.

Pontifex ipse Summus Mondillam Ursinum in Archiepiscopum Corinthi, & Manucium in Episcopum Trajanopolitanum consecrat.

Joannem Baptistam Altierium autem Archiepiscopum Tyri, & Alexandrum Falconerium Urbis Romanæ Governatorem Cardinalitio galero ornat.

Imperator Ursinum Ducem de Gravina Papæ nepotem, S. R. I. Principis titulo ornat.

Rex Galliæ Abbatem Monginum Episcopum Vasatensem nominat.

In mense Augusto Ducissa Glucksburgensis filium peperit.

Eodem, uxor Fabricii Columnæ, Ducis de Palliano & Tagliacozzâ nec non conjux Principis Francisci Caraccioli, filios enixa sunt.

Lisbonæ piscis martinus ingentis magnitudinis in Tagum fluvium ascendens, à piscatoribus occisus & ad fores Palatii Regii advectus fuit. Longitudo ejus erat 65. pedum, crassities maxima pedum 32. altitudo decem. Ambitus faucium æquabat pedes 52. dentes in illis numerabantur 292. corpus totum apri adinstar pilis durioribus vestitum videbatur.

Die 21. Septembris vitam morte commutat VVilhelmus Dux Nassovio-Dillenburgicus. Die 7. Octobris obiit Fridericus Dux Holsato-Schlesvicensis. Die 24. Novembris Ernestus Ludovicus Dux Saxo-Coburgico-Mainungensis, anno ætatis 53.

Victor Fridericus Princeps Anhaltino-Bernburgicus sponsalia init cum Ludovicâ Ducissâ Anhaltino-Deffaviensi.

Thorunii cives Aatholicilevi ex causâ contra Catholicos insurgunt, Patrum Societatis Jesu Collegium adoriuntur, omnia in eo diripiunt, Imagines sacras impie tractant: quam ob causam Serenissima Poloniæ Respublica deputatis Summæ nobilitatis Judicibus de facti specie inquiri, & in reos severius animadverti mandavit: ex quorum proinde sententiâ Præses urbis Rœfnerus decollatus, alii alio mortis genere, exilio &c. multati sunt.

Papa cognatum suum Ursinum Melphitanæ Ecclesiæ Episcopum præficit, Prosperum Marefoschi Archiepiscopum Casarez, & Augustinum Pipia Dominicani Ordinis Generalem Cardinalitiam dignitate ornat.

Josephus d'Endaya consecratur in Episcopum Oviati.

Romæ in Cæmeterio S. Dominici inventa est arca marmorea, cui lignea inclusa fuit cum corpore femine illustis, holoserico aliisque pretiosis vestitæ, appositis quibusdam numismatibus, ex quibus colligere licuit eam ex familiâ Metelliâ progeneratam fuisse, & anno Christi 800. mortuam, cum tamen corpus planè incorruptum, & quasi pauculos ante dies mortuum videretur.

Helleschaviz in Moravia ædes 350. incendio absumptæ sunt.

Oppidum Pless in Silesia superiori exceptâ arce & templo parochiali totum in favillas abiit. Idem actum cum Hohensteinio Saxoniz oppidulo. Archangelopoli quoque ædes 300. in cineres fuere redactæ. Nec Vulcanus pluribus aliis locis pepercit.

In Virginia tempestas sæva domibus, pecoribus & hominibus magna damna, imò necem intulit.

Massiliæ grando grandis homines & pecora multa occidit.

Nurus Poloniæ Regis ac Electoris Saxoniz filiam enixa est.

Lusitaniz Rex Guimarensem Universitatem fundat.

Mosci

Mosci magnam Persiæ partem ditioni suæ armis subjiciunt. Idem faciunt Turcæ: interim Arabes magno numero contra Imperium Ottomanicum se se erigunt, qui autem mox per Turcicas militares copias dissipantur, capto rebellium Duce Alirzam Piotiram.

Mirivvayus belli Persici fax veneno tollitur.

Annus Christi 1725.

Die 4. Januarii Viennæ obiit Princeps vidua Abassi, filia Transylvaniae Principis Bethlem Gaboris.

Die 5. ejusdem ex vitâ discedit conjux Augusti Ludovici Principis Anhaltino-Cothani.

Romæ vitæ finem facit Cardinalis Franciscus Aquaviva d'Aragona Legatus Hispaniarum Regis apud Aulam Pontificiam.

Crimmæi Tartari legitimo deposito Principe, Menti Gerey invito Turcarum Imperatore ei substituunt.

Papa Antonium Fonsecam in Episcopum Aëlis consecrat.

Justini Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Neapolitanæ, fit Episcopus Adrianopolitanus.

Ladislavus Adamus Comes Erdædi de Mony-orokerk, Episcopus Nitriæ, ab Imperatore Regni Ungariæ Cancellarius declaratur.

Tergazo Suffraganeus Episcopi Velitrensis, à Summo Pontifice Narniensis Episcopus designatur.

Die 31. Januarii Princeps Nassovio-Dillenburgicus, matrimonium init cum Carolina Principe Nassovio-Diezensi.

Episcopus Gravinae Lucini tactus apoplexiâ paulò post decedit.

Die 14. vivis subtrahitur Natalia Petrovna, Petri Moscoviz Imperatoris filia natu minima.

Maria Clementina, Jacobi Ludovici Principis Sobiesky filia, uxor Jacobi Angliæ Prætententis, filium secundum parit, cui ipse Pontifex Summus baptismi Sacramentum cum nominibus Henrici Benedicti Thomæ imperavit.

Currente Februario mense in Extremadurâ Lusitaniz Provinciâ lancea ignea ab Oriente ad Occidentem se movens in aëre visa est, cujus splendor lunæ lumen oculis intuentium subtraxit, quæ post horæ quadrantem magno cum fragore disparuit. Propè Gaditanum Portum Cometa ingens cum aliquot Lunis dimidiatis apparuit.

Zloczevvy in Poloniâ femina monstrum in lucem edidit, corpus habens ex toto nigrum, quasi colore atrò tinctum: caput gerebat sine collo, aures minutissimæ figurâ speciem aurium equinarum præferabant: dentes habebat magnos, nullas autem palpebras: voce & pedibus cattum referebat.

Mense Martio in villa Schna propè Ar-R. P. Brentano Epitome Chronologica.

næbergam, mulier uno partu septem infantes protulit, quibus singulis baptismi Sacramentum collatum est.

Die 30. Martii occidit splendidum Ordinis Benedictini Sidus, Dionysius de S. Marthe Prior Generalis Congregationis S. Mauri, vir insignis pietatis, prudentiæ, doctrinæ & mansuetudinis, qui noviter Galliam Christianam ediderat.

Galliæ Rex in Hispaniam remisâ Mariâ Annâ Victoriâ, Hispaniarum Monarchæ filia, in thori consortem eligit Mariam, filiam Stanislai Lefinsky, venustate & virtutibus florentem.

Commacchium Apostolicæ Sedi ab Imperatore restituitur.

Papa Concilium Provinciale Romam convocat.

Ferdinandi Alberti Ducis Brunsvico-Luneburgico-Beverani uxor die 5. Maji filium Albertum parit. 12. ejusdem Augusta Maria conjux Ducis Aurelianensis filium cum titulo Ducis Carnutensis in lucem edit.

Vitâ exiit nepos Ducis Mutinensis, die 16. Junii; natus anno 1723. die 19. Novembris. Item Marcus Ottoni Dux de Fiano, anno ætatis 69.

Mortales deserunt Joannes Antonius Episcopus Aichstadiensis, S. R. I. Princeps, ex familiâ Baronum Khebeliorum de Katzenellenbogen, electus anno 1705. Necnon Joannes Michæl Episcopus Tridentinus S. R. I. Princeps, natus Comes de Spauer & Valœr, anno ætatis octogesimo septimo.

Imperator cum Hispaniarum Rege pacem, novumque fœdus init, non absque Regum aliorum disgustu & sinistro sensu, qui proinde novo se quoque fœdere sociant.

Parthenon Ordinis Cisterciensis d'Aracca in Lusitaniâ, à Regina Masalda conditus, subito incendio in favillas redigitur.

Crucinacium per nubifragium magnum damnus sentit, muris urbis dejectis, mobilibus destructis, & triginta hominibus submersis.

Nubifragium alterum propè Scalizium factum, præter segerum devastationem, domorum plurimum dejectionem, ad 300. homines delevit.

Odera fluvius exundans, hominibus, pecoribus, hortis, silvis & campis detrimentum ingens adfert. Idem factum in Angliâ per exundationem fluminum Avon & Elvyd.

Ad finem mensis Junii 150. mortales uno miliarit quadrante à Trevirorum urbe ad nundinas pergentes, dum Mosellam trajicere parant, turbinum impetu submerguntur.

Ranzovius S. R. I. Comes senior, fratris natu minoris marchinationibus per Prætorium Centurionem & alios occiditur: facinore detecto dictus Centurio capite plexus est.

Fffff 2

ali

alii verò sceleris conscii aeterno carcere bonorumque confiscatione fuere puniti.

Ludovicus Franciscus Schenck à Castell, Cathedralis Ecclesiae Aichstadiensis Decanus, in eisdem Episcopum die 3. Julii eligitur.

Ducissa Megalopolitano-Graboviensis filium enixa est die 6. Augusti.

Ex mundo ad aeternitatem transit Enno Augustus frater unicus Principis Frisiae Orientalis. Victor Amadeus Theodorus nepos Regis Sardiniae. Christianus Augustus S. R. E. Presbyter Cardinalis, Nationis Germanicae Protector, Archiepiscopus Strigoniensis, S. R. I. Princeps, Sacrae Sedis Apostolicae Legatus natus, Regni Hungariae Primas &c.

In mense Junio mortalitatem exiit Joannes Emmanuel Ferdinandus Pacheco Acunha &c. Dux de Escalona, olim Pro-Rex in Catalonia, Navarrâ, Aragoniâ, Neapolitano & Siculo Regno.

Connubium contrahit Princeps Hasso-Rhenofeldensis cum Mariâ Augustâ filia Anselmi Francisci Principis de Turri & Tassis. Nuptias quoque celebrat Waltherus Xaverius filius natus maximus Principis Caroli Lichtensteinii.

Maria Elisabetha Leopoldi Magni Imperatoris filia, Caroli VI. Augusti soror, Belgii Governatrix, Bruxellis solemnissime excipitur.

Conjux Principis hereditarii Palatino-Sulzbacensis, filium in lucem edit.

Naturae debitum solvunt Friderica Augusta, ex Domo Principali Svarzburgico-Sondershusiana, & Romae Cardinalis del Giudice anno aetatis 79.

Josephus Landgravii Hasso-Rhenofeldensis filius natus maximus sponsalia inquit cum Christianâ Annâ Ludovicâ filia Ludovici Ottonis Principis Salmensis.

Die 22. Octobris Madriti, in praesentia Legati Lusitaniae Regis sponsalia Ferdinandi Aburicensis Principis, cum Mariâ Magdalena altè fati Lusitaniae Regis filia, & vicissim Brasiliae Principis cum Mariâ Annâ Victoria Philippi V. Hispaniarum Regis filia, solemniter celebrantur.

Ad Episcopatum Tridentinum promovetur Comes de Wolckenstein.

Annus Christi 1726.

Die 7. Januarii ex vitâ Londini decedit Ducissa de Devonshire.

Die 12. ejusdem obiit apoplexiâ tactus Marchio de Prie, quondam Vice-Gubernator Belgii Austriaci, anno aetatis 74, quo die Generalis Bonnevallius ex carcere liber e contra dimissus est.

Vivendi finem facit Maximilianus Emmanuel Princeps Elector Bavariae, natus anno 1662. die 11. Julii.

Die 1. Februarii Ducissa Borghesia Odescalchi filium Romae enixa est, Regina Prus-

siae filium quoque Fridericum Henricum Ludovicum peperit.

Sponsalia contrahit Emmanuel Princeps Lichtensteinius cum filia Principis Dietrichsteinii Viennae.

Romae idem actum inter primogenitum Ducis Boncompagni, cum Principis Chigi filia.

Vitae subtrahitur Joanna Antonia Juliana, Ducis Saxo-Leucopetrani uxor, nata Ducissa Saxo-Isenacensis.

Marchionissa Badensis, filiam Rastadii enixa est, quae in baptismo ab Eminentissimo S. R. E. Cardinale & Episcopo Wormatiensi collato, nomina Elisabethae Augustae Franciscae Eleonorae sortita est.

Maximiliani Landgravii Hasso-Cassellani uxor Friderica Carolina, duas simul filias parit. Filium autem suscipit ex parte conjugis Franciscus Josias Dux Saxo-Coburgico-Saalfeldensis.

Abbas de Beringhen, Podiensis Ecclesiae Episcopus praeficitur.

Cardinalis de Pignac Ausciensis, Abbas des Premeaux, Conserranensis Episcopus consecratur.

Catharro suffocativo opprimitur Constantinus Fuldenis Abbas, Princeps insignis doctrinae, cui in dignitate Principalis Abbatiae succedit Adolphus Liber Baro de Dahlberg Praepositus Cellensis.

Naturae debitum solvit Illustrissima S. R. Imperii Comitissa Sophia à Schœnborn & Reichelsberg, Domina in Weiler & Heusenstamm, relicta vidua fratris Eminentissimi Archiepiscopi Moguntini & Principis Electoris &c. Mater Eminentissimorum Reverendissimorum & Celebratissimorum S. R. I. Principum Cardinalis de Schœnborn & Episcopi Wormatiensis, Joannis Francisci quondam Episcopi Herbipolensis Franciae Orientalis Ducis, & Friderici Coadjutoris Bambergensis S. R. I. Vice-Cancellarii &c. foemina non tam prolibus quam virtutibus foecundissima: Vera pauperum faulrix & foetrix, quae anno 1718. sacrae Benedictinae Congregationi Bursfeldensi fuit incorporata.

Obiit quoque Amalia, Henrici Casimiri Principis Nassovio-Diezensis, Frisiae Locum-tenentis hereditarii uxor,

Die 1. Junii natus est Daniae Regi filius ex nuptiis secundis.

Vitam cum purpura exiit Eminentissimus S. R. E. Cardinalis Joannes Baptista Ptolomaeus à Societate Jesu, vir exquisitissimae doctrinae, morum integritatis, humilitatis & charitatis erga proximum.

Die 1. Julii obiit Carolina Christina Magdalena Joanna, Principis hereditarii Hasso-Darmstadiani uxor, nata Comitissa Hanovienensis, anno aetatis vigesimo sexto.

Hispaniae Regina filiam in lucem edit, Mariam Theresiam Antoniam Raphaelam.

In aula Regis Hispaniae depositione ac captivatione supremi Status Ministri mutatio notabilis obtigit.

Uxor

Uxor filii Regis Sardiniae nata ex Stemmate Landgraviorum Hassiae, filium parit Victorem Amadeum Mariam.

Meritis & annis gravis decedit Cardinalis Marefcotti, centenarius moriturus, si invidia Parcae annum unum, menses quatuor, non praecidissent.

Ad aeternitatem abiit Maximilianus VVilhelmus Dux Hanoveranus Brunsvico-Lunenburgicus, Eques aurei Velleris, Sacrae Caesareae Majestatis Campi - Marefchallus, Legionis Cataphractae Chiliarchus, anno aetatis 64. instituit pro haeredibus belli Officiales ex senio, morbo, aut vulneribus invalidos.

Dinckelspila Sueviae urbem tempestas horrida fulmine decies in eam demisso & grande incendium causante terret.

Die sexta Augusti Russorum Imperatrix foederi Austriaco-Hispano solemnissime per Legatum suum Viennae se adjungit & subscribit.

Classis Anglica sub praetextu tuendae pacis in Septentrione in Oceanum & Livoniae littora excurrit; totaque ferè aestate magno cum Russorum disgustu ibi stationem facit.

Post editam partu filiam die 8. Augusti ex vivis decedit Augusta Maria Joanna uxor Ducis Aurelianensis, aetatis anno vigesimo secundo, filia Ludovici VVilhelmi Marchionis Badensis, Archistrategi Caesarei, herois suis temporibus praestantissimi.

Galliae Rex cum Regina ex febre graviter decumbentes, Medicorum tamen vigilantia sanitati restituuntur.

Cronbergae in Archidiececesis Moguntinae oppido per incendium ad centum triginta aedificia in cineres concidunt.

Pestis Constantinopolim, Smyrnam, Alexandriam, Peloponnesi partem graviter affligit.

Imperator foederi defensivo inter Suecos & Magnum Moscoviae Ducem anno 1724. inuito accedit.

Ex mundo ad aeternitatem abierunt Laurentius Fieschi Archiepiscopus Genuensis, S. R. E. Cardinalis. Cardinalis Piazza Episcopus Faventinus, aetatis 64. Romae P. Branchi designatus Archiepiscopus Nazarethanus. Amalia Henrici Casimiri Principis Nassovio-Diezensis, relicta vidua, nata Princeps Anhaltino-Deffaviensis, P. Manara Episcopus Bobiensis.

Comes de Vizthum Regis Poloniae & Electoris Saxoniae Consiliarius intimus ac Camerarius supremus, ab Italico Comite de S. Gile in duello perimitur.

Ernestus Fridericus Dux Saxo-Hilperhusianus nuptias celebrat cum Carolinâ Comitissâ Erpacensi.

Henricus Josephus Princeps regens de

Auersperg, desponsatur Mariae Antoniae Xaveriae filiae defuncti Principis Trautsonii supremi Aulae Caesareae Magistri. Idem factum Romae inter Ducem Martinum Caraccioli, & Isabellam Aquaviva sororem Ducis d' Atri.

Ludovicus Henricus Dux Burbonius, supremus Galliae Regni Minister, jussu Regis officium deponere cogitur.

Jaurini Episcopatus praeficitur Comitis de Sinzendorf, Supremi Aulae Caesareae Cancellarii filius.

In Helvetiâ propè Lausoniam apparuit phaenomenon, quod primò figuram globi rotundi, postea arcus ignei, ultimò stellae caudatae retulit. Splendor ejus tantus fuit, ut litteras aptè legendi occasionem praebuerit.

Camenezia mulier foetum monstruosum edidit, cui caput enormiter magnum, os dentibus plenum, manus in dorso erant, his cauda quoque accesserat.

Hiems hujus anni frigida erat & super modum nivosa. In mense Januario Italia, Florentinus maximè Ducatus, magnâ inundatione affligebatur, adeo, ut praeter alia inde causata damna incolarum ad 24000. submersa numerate licuerit: similis inundatio in Mense Februario in Belgio confederato contigit.

Uti ex aquâ sic ex igne quoque locis non paucis ingentia accrevère damna. Per incendiarios nempe urbem Bulensis in Picardiâ pars media in favillas redacta est. Caerlitii domus 170, Bathoniae in Anglia 60, confagrârunt.

VViburgum ferè totum in flammis abiit.

Die 5. Maji Curia VVezlariensis corruit. In Hispania templum novum Collegii S. Thomae Aquinatis collapsum, praeter complures opifices, ad centum alios homines, qui orationis causâ convenerant, oppresit.

Lues variis in regionibus multa pecorum millia absumpsit.

Romae obiit Cardinalis Fabricius Paulucci Sacri Collegii Decanus, Episcopus Ostiensis, Summi Pontificis Secretarius Status, anno aetatis 76.

Antonius Dominicus Comes à VVolckenstein Episcopus Tridentinus consecratur.

Comes Saxoniae Mauritius communibus Statuum votis in Ducem Curlandiae eligitur, non tamen sine contradictione Moscoviae & Poloniae Magnatum.

In Polonia ad diem 28. Septembris Comitata Regni indicta fuerunt.

Fulgur templum & Mausoleum Confutii in Chinarum Regno incendit, & penitus destruit.

Fffff 3

Ernesti

Ernesti Augusti Ducis Vinariensis con-
iux Eleonora VVilhelmina, filia Emmanue-
lis Lebrechti Ducis Anhaltino-Cothani, vi-
vis subtrahitur: idem actum cum Constan-
tino Uladislao, filio Joannis III. Regis Polo-
niæ: nec non cum Carolinâ Christinâ Mag-
dalenâ, conjugè Principis hæreditarii Hasso-
Darmstadiani.

Vitam quoque cum tiarâ deponit Jo-
annes de Herrera Episcopus Seguntinus, &
Consilii Castiliæ Gubernator.

Batavi fœderi Hanoverano accedunt a
Viennense econtrâ Principes Electores Pa-
latinus, Bavarus, Colonienfis, cum Duci-
bus Brunsvico-Guelpherbytanis amplexi
sunt.

Reutlinga Sueviæ urbs in mense Se-
ptembre totain cineres abit.


Inter Imperatorem Romanorum &
Rempublicam Tripolitanam pax firma-
tur.

F I N I S.

O. A. M. D. G.



INDEX



INDEX

OPERIS ALPHABETICUS

A.

- A** AMATHAI Tunetani Regis filius
fit Christianus. f. 693.
Aaron Saracenorum Rex. fol. 176.
Thraciam invadit. f. 181. Nicepho-
rus Imperator cogitur ei tributum dare. f.
182. Moritur. f. 183.
Aaron Episcopus Cracoviensis. f. 254. obit.
f. 260.
Aaron Abbas floret. f. 258.
Abagarus Rex convertitur. f. 7.
Abaffius Transylvaniam invadit. f. 711. fit Ca-
tholicus. f. 720.
Abailardus hæreticus convertitur. f. 302. Mō-
nachum induit. f. 303.
Abbo Episcopus Metensis extinguitur. folio
156.
Abbo Abbas. f. 228.
Abbo Floriacensis Martyrio coronatur. fol.
241.
Abda Regina moritur. f. 343.
Abdala I. Arabum Califus occiditur. fol.
150.
Abdala II. Arabum Califus Christianorum ho-
stis. f. 170. Moritur. f. 176.
Abdala Rex Persarum obit. f. 189.
Abdala Almohadi Fessanum Regnum sibi subji-
cit. f. 301.
Abdala Rex Tremifanus occiditur. f. 592.
Abdala Princeps Mahometanus trucidatur.
fol. 648.
Abderam I. Saracenorum Rex. f. 170.
Abderam II. moritur. fol. 189.
Abdila Saracenorum Principis misera mors.
fol. 200.
Abdyfu Assyriorum Patriarcha se Ecclesiæ
Catholicæ unit. f. 604.
Abel Archiepiscopus claret. f. 165.
Abericus Episcopus Hierapolitanus. fol. 24.
Abgarus Rex captivatur. f. 31.
Abilius fit Episcopus Alexandrinus. fol. 16.
moritur. fol. 18.
Abimelech Arabum Dux. f. 149. Obit. folio
156.
Abimus Martyr. f. 41.
Ablavius interficitur. f. 51.
- Abda urbs conflagrat. f. 774.
Abrahames Episcopus Carris. f. 67.
Abrahamius Arbelæ Episcopus occiditur. fo-
lio 53.
Abraham Monasterium conditur. fol. 387.
Abrahamus ex Abbate Eremita obit. folio
357.
Abfagi populi. f. 94.
Absalamus Martyr. f. 41.
Absolom Canonicus Regularis & Scriptor. fol.
291.
Absolomius Episcopus Roschildensis. fol. 310.
Obit. f. 337.
Abubaba Arabum Rex creatur. fol. 169.
Abundantiæ Virginis sancta vita. & mors. fol.
181. Alterius hujus nominis fit mentio. f. 235.
Sed Authores falli censeo, cum utriusque
acta & mors planè concordent.
Abyssini Ecclesiæ Romanæ reconciliantur. fol.
668.
Academia Patisiensis fundatur. f. 178.
Acacianorum blasphemia. f. 57.
Acca Episcopus obit. f. 165.
Acatus Episcopus Constantisopolitanus. fol.
83. moritur. f. 86.
Acephalorum secta. f. 77.
Achais Scotiæ Rex obit. f. 183. NB. discrepant
in anno obitus Authores.
Achardus Episcopus. fol. 199.
Achillas Episcopus Alexandrinus. fol. 46. Mo-
ritur. ibidem.
Achilleus contra Romanos rebellis vincitur &
occiditur. f. 42.
Achillius Episcopus Lauffensis obit. f. 50.
Acilius Glabrio fit Martyr. f. 16.
Achmetes Saracenus Ægypti Gubernator floret.
f. 200.
Achmetes Turcarum Imperator obit. f. 659.
Acho Norvegiæ Rex à Scotis vincitur. fol. 381.
moritur. f. 382. NB. variant de anno obitus
Authores.
Acra urbs occupatur. f. 241.
Adadus Rex Homeritarum populum vincit. fol.
99.
Adalardus ab exilio revocatur. fol. 186. mori-
tur. fol. 187.

Adal

Index

Adalbaldu Dux. f. 138.
 Adalbertus Archiepiscopus Salisburgensis moritur. f. 202.
 Adalbertus Apostolus & Martyr. f. 236.
 Adalbero fit Episcopus Metensis. f. 215.
 Adalbero Episcopus Rhemenfis. f. 227.
 Adaldagus Episcopus Hamburgensis obit. f. 217.
 Adalolfus Bononiæ Princeps obit. f. 216.
 Adalvvinus fit Archiepiscopus Salisburgensis. f. 196.
 Adalpretus Episcopus Martyr. f. 324.
 Adalricus Monachus Martyr. f. 204.
 Adalricus Sueviæ Ducis filius & Monachus. f. 216.
 Adami Episcopi Cathanensis dira mors. f. 356.
 Adami Monachi vita. f. 399.
 Adamus Scriptor Cisterciensis. f. 455.
 Adamus Estonius Cardinalis obit. f. 474.
 Adamitarum hæresis grassatur. f. 492. Ziska & ipse hæreticus eam delet. f. 493.
 Adamus Schall vir Apostolicis meritis clarus decedit apud Sinenses. f. 713.
 Adelardus Monachus Hirsaugiensis. f. 213.
 Adelbertus Episcopus Comensis miraculis clarus obit. f. 126.
 Adelbertus Hollandiæ Episcopus obit. f. 156.
 Adelbertus Comes Bambergensis bellum gerit cum Episcopo Herbipolensi. f. 209.
 Adelbero fit Episcopus Augustanus. f. 208.
 Adelelmi Abbatis sancta vita & mors. folio 280.
 Adelelmus Episcopus moritur. f. 200.
 Adelgerus Episcopus Augustanus obit. f. 197.
 Adelheidis ex Imperatrice Monialis. f. 232. obit. f. 240.
 Adelheidis Abbatissæ mors & miracula. f. 245.
 Adelheidis Princeps Electrix Bavariz obit. f. 725.
 Adelmanus Episcopus obit. f. 204.
 Adelotus Episcopus Argentoratensis. f. 191.
 Adelphus Abbas moritur. f. 144.
 Adelftanus Rex Angliæ Scotos & Danos vincit. f. 217. Moritur. f. 218.
 Adelungus Episcopus Aichstadiensis obit. fol. 191.
 Adevaldus Agilulfi Regis filius nascitur. fol. 122. Fit Rex. ibidem. Regno dejicitur. fol. 129.
 Adelvoldus Suffexiæ Rex obit. f. 149.
 Adeodatus fit Papa. f. 143. Moritur. f. 146.
 Ader turris. f. 1.
 Adilelmi Abbatis sanctus obitus. f. 250.
 Adjutoris Monachi sancta vita & mors. f. 297.
 Ado Episcopus obit. f. 205.
 Adolescentis lascivi horrenda mors. f. 378.
 Adolphus ex Monacho Episcopus obit. f. 351.
 Adolphus Comes Nassoviensis, fit Imperator. f. 401. Ejus acta. f. 403. In prælio occiditur. f. 406.
 Adolphus Juliacensis Dux obit. f. 506.
 Adolinda ex Regina fit Monialis. f. 176.
 Adremanense cœnobium conditur. f. 190.
 Adrevaldus Scriptor. f. 207.

Adrianus Martyr. f. 46.
 Adrianus Sophista. f. 26.
 Adrianus Abbas moritur. f. 156.
 A drumetanum Concilium. f. 68.
 Adulphus Episcopus. f. 137.
 Adunaliva sanctitatis famâ floret. f. 246.
 Adzo Abbas floret. f. 212.
 Æda I. fit Hiberniæ Rex. f. 109.
 Æda II. Hiberniæ Rex. f. 119.
 Æda III. Hiberniæ Rex. f. 122.
 Aedesius Martyr. f. 45.
 Aeditha Imperatrix moritur. f. 221.
 Aedus Episcopus Thaumaturgus obit. f. 119.
 Ægidii Monasterium conditur. f. 288.
 Aegidius Historicus floret. f. 372.
 Aegidius Columnius claret. f. 405.
 Ægidii de Roya Abbatis gloriosa mors. folio 537.
 Aelbertus fit Archiepiscopus Eboracensis. fol. 172.
 Aelfleda regio sanguine Monialis. f. 215.
 Aelius Pertinax fit Imperator, mox occiditur. f. 28.
 Aelredi Abbatis scripta & mors. f. 316.
 Aemilianus Imperatoris nomen usurpans occiditur. f. 37.
 Aemilianus Martyr. f. 59.
 Aemiliani sancti Abbatis opes Hispani de Mauris triumphant. f. 217.
 Aemilianæ viduæ beata mors. f. 368.
 Aeneas Episcopus. f. 195.
 Aengulfus Keledeus claret. f. 187.
 Aethelstanus Rex Angliæ. f. 214.
 Aetheoius fit Episcopus. f. 126.
 Aetherus Senator occiditur. f. 107.
 Aetius belli Dux Burgundiones vincit. f. 77. trucidatur. f. 81.
 Aetius hæresiarcha damnatur. f. 97.
 Aetna monse novo hiatu igneum torrentem evomit. f. 681.
 Affligense cœnobium conditur. f. 263.
 Afra fit Martyr. f. 21.
 Aganus Episcopus Aichstadiensis moritur. fol. 186.
 Agani Abbatis acta & mors sancta. f. 281.
 Agapetus I. fit Papa. f. 96. moritur. ibidem.
 Agapetus II. creatur Papa. f. 220. Obit. folio 223.
 Agapius cum pluribus aliis Martyribus. fol. 364.
 Agapitus Episcopus Ravennæ decedit. f. 52.
 Agatha Virgo Martyr. f. 34.
 Agatha Palatina Carinthiæ decedit. fol. 248.
 Agathangelus Martyr. f. 46.
 Agatho fit Papa. f. 146. Obit. f. 148.
 Agericus Abbas sanctus moritur. f. 147.
 Agibodi Monachi sancta mors. f. 134.
 Agila Gothorum Rex occiditur. f. 103.
 Agilbertus Episcopus Parisiensis. f. 143.
 Agilulphus Rex Longobardorum creatur. Catholicæ fidei accedit. folio 126. Obit. folio 126.

Agi.

Operis Alphabeticus.

Agilulphus Archiepiscopus fit Martyr. f. 173.
 Agilus Abbas sanctus moritur. f. 137.
 Aginiorum hæresis. f. 152.
 Agnellus Abbas sanctus moritur. fol. 119.
 Agnes virgoregia & sancta nascitur. f. 340. moritur. f. 396.
 Agnes Politiana floret. 407. obit. 419.
 Agoboldus Archiepiscopus deponitur. f. 189. vitâ fungitur. f. 191.
 Agricius Trevirensis Episcopus moritur. f. 51.
 Agricola Britannos domat. f. 16.
 Agriculus Avenionensis Antistes floret. f. 152. obit. f. 154.
 Agrippa fit Tetrarcha. f. 6. ignominiosè excipitur Alexandria. f. 7. Christianos persecuitur. ibid. ab Angelo Domini percussus moritur. f. 8.
 Agrippa junior fit Rex. f. 8. obit. f. 15.
 Agrippinus Episcopus Alexandrinus. f. 24.
 Aiberti Monachi sancta mors. f. 281.
 Aiberti Monachi Eremitæ acta & obitus. f. 302.
 Aichardus sanctus Abbas vitâ fungitur. f. 150.
 Aicharius Episcopus Noviomenfis moritur. fol. 135.
 Aichstadium conditur. f. 165.
 Aidanus fit Scotiæ Rex. f. 105. obit. f. 122.
 Aidanus Episcopus moritur. f. 131.
 Aigulphus Abbas & Martyr nascitur. f. 131.
 Aileranus moritur. f. 141.
 Ailredus fit Rex Merciorum. f. 144.
 Aimonius Monachus Historicus. f. 228.
 Ainhardus Episcopus obit. f. 205. alius. f. 264. alius. 283.
 Ainmerus fit Hiberniæ Rex. f. 107.
 Aistulphus Rex Romam obsidet. f. 168. vincitur & obsidetur à Pipino. f. 168. rursus debellatur. f. 169. moritur. ibidem.
 Aistulphus Archiepiscopus Moguntinus obit. f. 187.
 Alachis Dux contra Cunibertum Regem insurgens succumbit. f. 151.
 Alachrinus vir Apostolicus floret. f. 347.
 Aladulus Tauri Rex Selymo Turcarum Imperatori proditur. f. 569.
 Alamundarus Saracenorum Rex fit Christianus. f. 90.
 Alanus Rupensis Rosarii devotionem restaurat. f. 533.
 Alanus Abbas Farfensis claret. f. 168.
 Alanus Normannos cædit. f. 205. regnare incipit. f. 206. obit. f. 209.
 Alanus Doctor decedit. f. 404. NB. variant de anno obitus Authores.
 Alardus Monachus claret. f. 318.
 Alaricus I. Gothorum Rex vincitur. f. 71. Romam obsidet & occupat. f. 73. moritur. f. 74.
 Alaricus II. in prælio succumbit. f. 90.
 Alaricus ex Duce Monachus vitâ fungitur. f. 229.
 Alavvicus fit Episcopus Argentinensis. folio 238.
 Alax Saracenorum Rex. f. 305.
 Albani Roë martyrium. f. 688.
 Alba Græca expugnatur. f. 437. 740.
 Alba Regalis in Cesaris venit potestatem. fol. 737. relapsa in Turcarum potestatem à Casareanis frustra obsidetur. f. 742.
 Alba Julia conflagrat. f. 746.
 Alericus Episcopus Trajectensis obit. f. 179.
 Albericus ex Monacho Cardinalis claret. folio 261.
 Alberici Abbatis Cisterciensis gloriosa mors. f. 285.
 Alberici Tyranni factum nefandum. fol. 377. ejus, & suorum extremum supplicium. fol. 378.
 Albertus Episcopus Salisburgensis. fol. 200.
 Albertus primus Archiepiscopus Magdeburgensis. f. 227. moritur. f. 233.
 Albertus Episcopus Bambergensis. f. 257.
 Albertus I. Elector Brandenburgicus obit. fol. 319.
 Alberti Eremitæ sancta vita & mors. f. 324.
 Alberti Patriarchæ obitus. f. 346.
 Albertus Archiepiscopus Magdeburgensis capitur. f. 346. dimissus rursus incarceratur. f. 347.
 Albertus Magnus fit Episcopus Ratisbonensis. f. 377. moritur. f. 393. ejus multiplicia scripta. ibidem.
 Albertus Rudolphi Imperatoris filius fit Archidux Austriæ. f. 395. dein Imperator. fol. 408. Bohemiæ Rex. f. 412. occiditur. fol. 443.
 Alberti Monachi Carmelitani vita & mors. f. 402.
 Alberti Befutii acta & obitus. f. 449.
 Albertus Comes Hannoniæ &c. obit. f. 481.
 Albertus II. Austriacus fit Imperator. folio 506. Coronatur Rex Ungariæ & Bohemiæ. f. 506. obit. f. 508.
 Albertus Archidux fit Belgii Gubernator. fol. 634. plures urbes Gallis eripit. f. 635. nuptias celebrat cum Isabella filia Philippi III. Hispaniæ Regis, vulneratur in prælio. f. 639.
 Albertus Ordinis Teutonici Magister fit apostata. f. 576.
 Alberti Marchionis Brandenburgici acta. fol. 596. 597. vincitur. ibid. ex Imperio proscribitur. f. 598.
 Alberti Chanovvski Soc. Jesu vita & mors. f. 689.
 Albigenium hæresis oritur. f. 321. eorundem clades. f. 345.
 Albinus Episcopus Thaumaturgus obit. f. 101.
 Albinus Judææ Procurator. f. 9.
 Albinus Præfectus Galliæ rebellans vincitur. f. 28.
 Alboinus Longobardorum Rex venit in Italiâ. f. 108. Ticinum occupat, occiditur. fol. 109.
 Albu-Hascenus Rex Fessæ Christianos persecuitur: magna ejus exercitûs strages. f. 508.
 Alcastam à Lusitanis occupatur. f. 519.
 Alchfridus Rex obit. f. 156.
 Alcobatiæ fundatio, & ingens ibidem numerus Monachorum. f. 308.
 Alcredus Northumbriæ Rex. f. 174.
 Alcuinus scribit contra Elipandum. f. 179. alia ejus acta & obitus. f. 182. NB. de anno obitus variant Authores.
 Aldegundis sanctus obitus. f. 145.
 Aldemannus fit Archiepiscopus. f. 221. moritur. f. 222.
 Aldhelmus Episcopus obit. f. 157.

Gggg

Aldhunus

Aldhunus Abbas. f. 170.
 Aldobrandesca floret. f. 409. obit. f. 114.
 Aldobrandinus Episcopus moritur. f. 393.
 Aldobrandinus Atestinus Picenum debellans veneno extinguitur. f. 345.
 Aldricus fit Episcopus Metensis. f. 189.
 Aldrici Senonensis Archiepiscopi sancta mors. f. 190.
 Aldricus Episcopus Cenomanensis obit. folio 195.
 Aldrici Ordinis Præmonstratensis acta & obitus. f. 336.
 Aldringeri felix expeditio bellica. f. 678. interimitur. f. 679.
 Alduinus Episcopus moritur. f. 164.
 Aldulphus Rex Anglorum Orientalium obit. f. 152.
 Alectus Carausium occidit. f. 41. vincitur ipse & interimitur. ibidem.
 Aleidis à Scarembeca vita & mors. f. 371.
 Aletheus Patricius morte punitur. f. 125.
 Alexander Episcopus Alexandrinus. f. 46. obit. f. 50.
 Alexander Episcopus Byzantinus. f. 48. moritur. f. 52.
 Alexander Episcopus Hierosolymitanus. f. 30. Martyrium subit. f. 34.
 Alexander fundator Acæmetorum obit. folio 77.
 Alexander Severus nascitur. f. 30. fit Imperator. f. 31. aurum Diis prohibet, & à Matrematæ matre occiditur. f. 32.
 Alexander Imperator Græcorum moritur. fol. 211.
 Alexander Episcopus Fesulanus præfocatur. f. 113.
 Alexander Episcopus Veronensis obit. f. 177.
 Alexander I. fit Rex Scotiæ. f. 285. extinguitur. f. 294.
 Alexander II. Rex Scotiæ obit. Succedit filius Alexander III. nubit. f. 397. interit. f. 398.
 Alexander I. Papa eligitur. f. 20. martyrium consummat. f. 21.
 Alexander II. Papa creatur. f. 261. obit. folio 267.
 Alexander Papa III. eligitur. f. 312. moritur. f. 324.
 Alexander IV. vitam finit. f. 379.
 Alexander V. in Pontificem Summum eligitur. f. 484. vitam deponit. f. 485.
 Alexander VI. eligitur. f. 548. veneno extinguitur. f. 558.
 Alexander VII. creatur. f. 703. moritur. f. 715.
 Alexander VIII. eligitur. f. 738. obit. f. 740.
 Alexandri Alefii scripta & laus. f. 367.
 Alexander fit Poloniæ Rex. f. 557.
 Alexander filius Ducis Burbonii præfocatur. f. 507.
 Alexander Franciscus Lusitaniæ Regis filius nascitur. f. 777.
 Alexius fit Patriarcha. f. 248. moritur. f. 253.
 Alexii Falconerii sanctus obitus. 414.
 Alexius Imperator Orientis moritur. f. 290.
 Alexius alter Imperator. f. 323. ejus crudelitas. f. 334.
 Alexius junior Imperio restituitur. f. 338 strangulatur. f. 339.
 Alexius Alexiovicius nascitur. f. 702.

Alferius Cavenfis Abbas sanctè vitâ fungitur. f. 256.
 Alfonsus Gallæciæ Rex Victoriosus moritur. f. 169.
 Alfonsus II. Castus fit Rex. f. 178. Mauritinos vincit. f. 179. obit. f. 186. NB. variant Authores de anno mortis.
 Alfonsus III. fit Legionis & Castiliæ Rex. folio 197.
 Alfonsus IV. regnare incipit. f. 211.
 Alfonsus V. Regnum capessit. f. 239.
 Alfonsus VI. fit ex Rege Monachus. f. 267.
 Alfonsus VII. regnare incipit. f. 285. abdicatur. f. 295. & eligitur Alfonsus VIII. ibidem.
 Alfonsus IX. obit. f. 345.
 Alfonsus X. fit Rex. f. 372. obit. f. 397.
 Alfonsus XI. Heracleam obsidens moritur. fol. 441.
 Alfonsus Lusitaniæ Regis filius inter ipsas nuptias fit funus. f. 546.
 Alfonsi Congensium Regis prodigiosa victoria. f. 541.
 Alfonsus Aragoniæ Rex Neapoli & aliis urbibus potitur. f. 509. moritur. f. 519.
 Alfonsus Rex Neapolitanus. f. 550. fit Monachus & paulò post moritur. f. 551.
 Alfredus Rex Danos vincit. f. 201. moritur. f. 208.
 Alfridus Northumbriæ Rex. f. 149.
 Alfrida ex Regina Monialis claret. f. 179.
 Alfvvaldus Rex obit. f. 167.
 Alfvvoldus Episcopus sanctè decedit. f. 256.
 Algerium à Gallis injectione globorum ignivomorum horrendè infestatur. f. 737.
 Algerus Monachus celebris obit. f. 245.
 Algerus Belga claret. f. 281.
 Algina virgo Regia & Monialis. f. 202.
 Algoti beatus obitus. f. 439.
 Aliaptu Califii acta. f. 288.
 Aliatan Arabum Rex moritur. f. 186.
 Alla Northumbriæ Rex. f. 90.
 Alle Rex Deirorum. f. 105. moritur. f. 115.
 Allendorsum plenè conflagrat. f. 538.
 Allmanni Monachi sanctus obitus. f. 291.
 Allmannus Monachus doctus. f. 203.
 Almanfor I. Regnum usurpat. f. 230. moritur. f. 240.
 Almanfor II. victore vadit. f. 334.
 Almarcus Archiepiscopus Lugdunensis obit. f. 258.
 Almaricus fit Rex Hierosolymitanus. f. 414. moritur. f. 321. NB. de anno obitus controversi sunt Authores.
 Almeida Indiæ Proregis generosa facta. f. 560. Madagascar Insulam detegit. f. 562. classem Campsonis superat. f. 563. Turcarum classem vincit. f. 563.
 Aloysius Rabata obit. f. 547.
 Aloysii Mantuani Episcopi sanctus obitus. fol. 528.
 Aloysius Grittus Turcarum Imperatoris Legatus occiditur. f. 583.
 Aloysius Caraffa ex Ducali genere, abbas Casinensis moritur. f. 713.
 Alpharabius Arabs Astrologus. folio 233.

Alphani

Operis Alphabeticus.

Alphani Archiepiscopus Salernitanus floret. f. 259.
 Alpheranus Mathematicus. f. 203.
 Alphonfus de Agnayo Episcopus Cajetæ obit. f. 692.
 Alphonfus Lusitaniæ Rex exauthoratur. f. 716. Obit. f. 732.
 Alphonfus Mutinæ Dux fit Capuccinus. f. 673.
 Alpinus Scotiæ Rex in prælio occumbit. f. 187. alii ponunt obitum ejus tardius.
 Altanus Episcopus moritur. f. 198.
 Altrudis virginis Monialis ortus & facta. f. 133.
 Altridus fit Episcopus Hildelienfis. f. 193. obit. f. 201.
 Althæus Episcopus Sedunensis decedit. folio 178.
 Altinus Episcopus Aichtadiensis moritur. fol. 195.
 Altmanni Episcopi Passaviensis acta & mors. f. 275.
 Alto Monachus. f. 166. vitâ fungitur. f. 170.
 Alvarez Albornos fit Cardinalis, ejus acta. fol. 443. obitus. f. 455.
 Alvarezii Hispani mira linguæ custodia. f. 376.
 Alvisus ex Abbate Episcopus Atrebatensis. fol. 297.
 Amabilis Abbas sanctus. f. 108.
 Amadeus Sabaudia Dux ex equi lapsu moritur. f. 470.
 Amadeus fit Episcopus. f. 304. moritur. f. 311.
 Amadeus primus Sabaudia Dux obit. folio 424.
 Amadei III. Sabaudia Ducis beatus obitus. f. 533.
 Amalarius Fortunatus Archiepiscopus Tarentensis moritur. f. 184. alii seriùs ponunt.
 Amalarius Rex occiditur. f. 94.
 Amalberga virgo Monialis obit. f. 174.
 Amalarius Episcopus Spirensis obit. f. 205.
 Amalarius ex Abbate Narbonensis Episcopus obit. f. 353.
 Amandus Abbas Lirinensis claret. f. 178.
 Amandus Comes moritur. f. 91.
 Amandus Abbas in exilium mittitur. f. 131.
 Amandus Episcopus Trajectensis decedit. f. 141. NB. de anno mortis inter Scriptores est dissentio.
 Amasius Episcopus moritur. f. 55.
 Amator Episcopus Antiodorensis. f. 66. obit sanctè. f. 75.
 Amator Martyr. f. 206.
 Amatus Austrasiorum fit Apostolus. f. 125.
 Amatus Abbas S. Romarici obit. f. 131.
 Amberga conditur. f. 406.
 Amberkelethus fit Rex Scotiæ. f. 155. occiditur. f. 156.
 Ambroniacense Monasterium conditur. 181.
 Ambrosii è Porticu scripta. f. 503.
 Ambrosii Aureliani facta. f. 84. 87.
 Ambrosius præfocatur Insubiæ. f. 61. fit Episcopus Mediolani. f. 63. Arianis resistit. f. 64. ejus legatio. f. 65. persecutio. ibidem. moritur. f. 69.
 Ambrosii Sanfedonii beatus vitæ exitus. folio 382. NB. variant Authores de anno obitus.
 Ambrosii Camaldulensis abbatis acta. folio 508.
 Amida à Persis occupatur. f. 89.
 Amida Tunetanum Regnum occupat, patrem excæcat. f. 590.
 Amidei sancta mors. f. 382.
 Ammillonius fit Archiepiscopus Salisburgensis. f. 186.
 Ammon cum sociis Martyr. f. 34.
 Ammonius Philosophus Christianus. f. 32.
 Amminchadi Monachi sanctus obitus. f. 253.
 Amor domini cujusdam in servos. f. 433.
 Amos Episcopus Hierosolymitanus moritur. f. 121.
 Ampelius Archiepiscopus Mediolanensis. fol. 144. obit. f. 145.
 Amphiteatrum Romæ. f. 15.
 Amulvinus Abbas moritur. f. 173.
 Amundifanus Monachus floret. f. 514.
 Amurathes I. fit Turcarum Imperator. f. 449. Adrianopolim occupat. f. 451. in prælio occiditur. f. 469.
 Amurathes II. fit Imperator. f. 494. Constantinopolim obsidet. f. 502. extinguitur apoplexiâ. f. 515.
 Amurathes III. Ottomannicum solium conscendit. f. 615. moritur. f. 634.
 Amurathes IV. Turcarum fit Imperator. f. 666. occiditur. f. 686.
 Anacletus fit Papa. f. 18. Martyrium subit. f. 19.
 Analctus Antipapa. f. 296.
 Ananias & Sapphira subitanè morte puniuntur. f. 5.
 Ananus fit Summus Pontifex. f. 10.
 Anabaptistæ severe puniuntur. f. 578. Monasterium urbem occupant, sibi Regem creant. f. 583. dant pœnas. f. 584.
 Anastasius fit Imperator. f. 87. est hostis Catholicorum. f. 89. 90. fulmine interimitur. fol. 92.
 Anastasius I. fit Papa. f. 69. moritur. f. 71.
 Anastasius II. Papa creatur. f. 88. obit. ibidem.
 Anastasius III. Papa vitâ fungitur. f. 211.
 Anastasius IV. creatur Papa. f. 308. decedit. fol. 309.
 Anastasii Abbatis sancti prodigiosus obitus. fol. 105.
 Anastasius Sinaita fit Episcopus Antiochenus. f. 106. in exilium mittitur. f. 109. moritur. f. 119.
 Anastasius Perla Magus fit Monachus. f. 127. martyrio coronatur. f. 130.
 Anastasius Episcopus Papiensis moritur. f. 147.
 Anastasius Episcopus Constantinopolitanus obit. f. 168.
 Anastasius Antipapa. f. 194.
 Anastasius Abbas Romæ claret. f. 204.
 Anastasius Episcopus Colocentis. f. 240.
 Anatalon moritur. f. 10.
 Anatholius Episcopus Laodiceæ. f. 39.
 Anatholius Episcopus Constantinopolitanus persequitur orthodoxos. f. 81.
 Andaginense cœnobium conditur. f. 156.
 Andegarius Episcopus obit. f. 178.
 Andelgisus Dux Ludovicum Imperatorem captivum. f. 199.
 Andeolus Martyr. f. 29.
 Andecense Monasterium conflagrat. f. 717.
 Andernacum exurit. f. 334.

Andragasina amor Virginitatis. fol. 146.
 Andree Apostoli corpus transfertur Romam. fol. 54.
 Andreas Episcopus Trevirensis. fol. 32.
 Andreas & Aprius Martyres. fol. 7.
 Andreas Tribunus cum suis militibus Martyr. fol. 43.
 Andreas Calabytes Martyr. f. 170.
 Andreas Archiepiscopus Mediolanensis. folio 207.
 Andreas Caroli Ungarie Regis filius dolo propriæ uxoris strangulatur. f. 438.
 Andreas Corinus fit Episcopus. f. 450. Moritur. f. 458.
 Andreas de Espina fit Cardinalis. f. 546. Obit. f. 555.
 Andreas ex Olmo ab Indorum sagittis mirè præservatur. fol. 579.
 Andree Spoletani Martyrium. fol. 582.
 Andree Dorie victoria de Turcis. fol. 595.
 Andronius de Roccam fit Cardinalis. f. 450.
 Andronicus Tyrannus Alexium Imperatorem pœnas occidit. f. 325. solvit. ibid.
 Andronicus Michaelis Palæologi filius obit. folio 430.
 Andronicus III. Orientis Imperium cepit. f. 427.
 Andronicus Palæologus Constantinopolim occupat. f. 460.
 Angelæ Tolomei mirabilis vita. f. 407.
 Angela de Fulginiis obit. f. 413.
 Angelæ Brixianæ obitus. f. 587.
 Angeli Carmelitæ martyrium. f. 349.
 Angeli à Florentiâ Apostolici labores. folio 374.
 Angeli Monachi gloriosus obitus. f. 417.
 Angeli Protasolii acta & mors. f. 431.
 Angeli Caraccioli acta & obitus. f. 483.
 Angeli Camaldulensis Martyrium. f. 520.
 Angeli neglectas à Clericis vespas canendo supplet. f. 610.
 Angelotus Cardinalis occiditur. f. 510.
 Angelus Vallumbrosanus obit. f. 561.
 Angermunda conflagrat. f. 659.
 Angilberga olim Imperatrix obit. f. 211.
 Angilbertus Caroli Magni gener. f. 177. Fit Monachus. f. 178.
 Angilbertus I. & II. Episcopi Mediolanenses. f. 187.
 Angilramus Episcopus obit. f. 178.
 Anglia interdicto subicitur. f. 341. tumultibus & bello plena. f. 594.
 Angustianus fit Scotiæ Rex. f. 59. Pictos vincit. f. 60. occiditur. ibidem.
 Anhusanum Monasterium fundatur. f. 225.
 Anianus Episcopus Alexandrinus moritur. folio 16.
 Anicetus fit Papa. f. 24. Martyrium subit. folio 24.
 Annas Rex interficitur. f. 138.
 Annas Escarsius Cardinalis obit. f. 653.
 Anna Bolena capite plectitur. f. 585.
 Anna Abbatissa. annorum 130. f. 621.
 Anna Regina Poloniæ obit. f. 637.
 Annæ Bosmans sanctus & gloriosus obitus. fol. 640.
 Anna Ducis Eboracensis filia Jacobi nubit Georgio Daniæ Regis filio secundò genito. fol. 733. Moritur Angliæ Regina. fol. 762.
 Anniam Faustina conjugem Antonini Imperator inter Deos refert. f. 22.
 Annibaldi Cardinalis obitus. f. 442.
 Anno Episcopus Veronensis. f. 175.
 Anno Episcopus Vormatiensis obit. f. 230.
 Anno Archiepiscopus Moguntinus eligitur. f. 257.
 Anno Archiepiscopus Colonienis vitâ fungitur. f. 268.
 Annona prodigiosè aucta. f. 605.
 Ansbertus evehitur ad Sedem Rothomagensem. f. 148. vitâ fungitur. f. 152.
 Ansbertus Episcopus Mediolanensis obit. f. 202.
 Anscatillus Normannorum Dux occiditur. f. 205.
 Ansegisus Archiepiscopus Senonensis. folio 199.
 Ansegisus Abbas doctus obit. f. 189.
 Ansegisus Episcopus Trecentis obit. f. 203.
 Anselmus Episcopus Lucensis floret. f. 271. obit. f. 273.
 Anselmus Dux Forojulienis fit Monachus. fol. 168. obit. f. 182.
 Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi scripta. f. 272.
 Anser monstrosus. f. 386.
 Ansfridus Episcopus Trajectensis. ejus acta. f. 241. Moritur. f. 242.
 Ansgarius Archiepiscopus consecratur. f. 189. Moritur. f. 197.
 Ansilberga Desiderii Regis filia. fit Monialis. f. 170.
 Ansovini Camerini Episcopi mors. f. 191.
 Ansurus Episcopus Ausciensis obit. fol. 227.
 Anterus fit Papa. f. 32. Martyr. f. 33.
 Antharit creatur Rex Longobardorum. f. 113. Moritur. f. 116.
 Anthelmus Papam ab infamiâ liberat. folio 153.
 Anthemius creatur Imperator Occidentis. f. 82. occiditur. f. 83.
 Anthimus obtruditur Ecclesiæ Constantinopolitanæ. f. 96. Deponitur. ibidem. excommunicatur. f. 98.
 Anthimus Episcopus cum pluribus Martyr. folio 43.
 Antholinus Martyr. f. 35.
 Anthropomorphitarum hæresis. f. 55.
 Antinopolis conditur. f. 21.
 Antiochus Monachus scriptor. f. 153.
 Antiochena Ecclesia fundatur. f. 6. Antiochena seditio. f. 66.
 Antiochi Anachoretæ sancta vita & obitus. f. 119.
 Antipas Episcopus Martyr. f. 16.
 Antipas relegatur. f. 6.
 Antoninus Pius nascitur. f. 16. Fit Imperator. f. 22. Parthorum Regem compescit. f. 23. Plures gentes se ei spontè subdunt. f. 24. Moritur. ibidem.
 Antoninus Caraccalla fit Cæsar. f. 29. Patri mortem intentat. f. 30. Fratrem occidit. ibidem. Occiditur ipse. f. 31.
 Antoninus carnifex fit Martyr. f. 27.
 Antonini Abbatis sancta mors. f. 188.
 Antoninus Archiepiscopus Florentinus sanctè obit. f. 520. NB. variant de anno obitus Scriptores.
 Antoninus Monachus Martyr. f. 522.
 Antonia Nunnez vita & mors. f. 409.
 Antonius sanctus Eremita. f. 46.

Antonius

Antonius Cauleos fit Patriarcha. f. 202. NB. alii Scriptores electionem ejus tardiùs ponunt.
 Antonii Viterbiensis merita & obitus. f. 413.
 Antonii Peregrini vita sancta & mors. f. 384.
 Antonii Pavoni Martyrium. f. 459.
 Antonii Gavaccii mors à Deo honorata. f. 517.
 Antonii Monachi Camaldulensis vita & obitus. f. 373.
 Antonii Nebriffensis eruditio & scripta. f. 575.
 Antonius Bohier ex Monacho Archiepiscopus. f. 569. factus Cardinalis obit. f. 573.
 Antonius Borbonius Navarræ Rex ex vulnere moritur. f. 605.
 Antonii Augustini Archiepiscopi obitus & scripta. f. 626.
 Antonius Udalricus Dux Brunsvico-Guelpherytitanus nuptias celebrat. f. 705.
 Antonius Ulricus Dux Brunsvico-Guelpherytitanus fit Catholicus. f. 759. moritur. f. 761.
 Antrenses Monachi Martyrium subeunt. f. 192.
 Anzir Arabiæ Rex. f. 269.
 Apollonius Senator Romanus fit Martyr. f. 27.
 Apollonius Tyanæus Magus. f. 11. incerto exitu vitam claudit. f. 17.
 Apostata Monachi horrenda mors. f. 378.
 Apostoli dividuntur ad varias orbis partes. f. 7.
 Apparitio S. Michaelis. f. 87.
 Apparitio Deiparæ. f. 546.
 Apostasia divinitus punita. f. 606.
 Apollonia virgo Martyr. f. 34.
 Aprilis Martyr. f. 42.
 Aprunculus Episcopus. f. 86. moritur. f. 95.
 Apuila Ponticus. f. 21.
 Aquileja vastatur. f. 80.
 Aquisgranus ingens incendium. f. 705.
 Ara maxima templi Cæsarensis divinitus loco movetur. f. 671.
 Arabes Romanis bellum movent. f. 131. tumultuantur. f. 748. 755.
 Aragisus Dux Carolo Magno se submittit. f. 177.
 Arbogastes Imperium ambit. f. 67. seipsum perimit. ibid.
 Arbogastus Episcopus Argentoratensium. f. 136. obit. f. 140.
 Arbor lapidea invenitur. f. 600.
 Arbuesii Martyrium. f. 542.
 Arcadius Martyr. f. 31.
 Arcadius pronunciat Augustus. f. 65. ejus acta. f. 71. excommunicatur. f. 72. moritur. ibid.
 Archelaa Martyr. f. 41.
 Archelaus 9000. Judæos occidit. repudiata Mariamne ducit Glafiram. f. 2. in exilium mittitur. f. 3.
 Archembaldi Archiepiscopi mors. f. 227.
 Ardericus Archiepiscopus moritur. f. 221.
 Arderius hæresarcha vivit. f. 257.
 Arditi Solarii vita & mors. f. 400.
 Ardo Monachus obit. f. 192.
 Arduini ex Rege Monachi obitus. f. 246. NB. variant Authores de anno obitus.
 Arduinus Dux Apuliâ potitur. f. 252.
 Ardulphus Regno suo restituitur. f. 183.
 Aredius Abbas Thaumaturgus moritur. f. 116.

Argimundi Ducis perfidia & pœna. f. 117.
 Argymirus Monachus Martyr. f. 195.
 Arialdus Diaconus fit Martyr. f. 263.
 Ariamirus Suecorum Rex. f. 108.
 Ariani à Semi-Arianis excommunicantur. f. 57.
 Ariani milites ab Imperatore deficient. f. 97.
 Ariæ Barbofæ scripta. f. 581.
 Aribi fit Episcopus Frisingensis. f. 170. moritur. f. 176.
 Aribi Archiepiscopus Moguntinus obit. f. 250.
 Arifredus Episcopus Mediolanensis obit. f. 166.
 Arigandus Abbas floret. f. 222.
 Ariobindus occiditur. f. 100.
 Ariovaldus fit Rex Longobardorum. f. 129. moritur. f. 133.
 Aribertus fit Longobardorum Rex. f. 140.
 Aripertus Franciæ Orientalis Dux. f. 144.
 Aristulphus fit Rex Longobardorum. f. 167.
 Ariulphus Spoleti Dux Romanos vincit. f. 121.
 Arius detegitur hæreticus. f. 48. ejus turpis mors. f. 51.
 Armamentarium Venetiis ardet. f. 609.
 Armandi Borbonii virtus bellica & doctrina. f. 714.
 Armeniacorum circumvagaciones & prædationes. f. 508.
 Armogastes cum aliis Martyrium subit. f. 57.
 Arnaldi hæresis & seditio. f. 304.
 Arnaldi Abbatis Martyrium. f. 374.
 Arno fit Archiepiscopus Salisburgensis. f. 177. Hungaris Evangelium prædicat. f. 179. moritur. f. 186.
 Arno Episcopus Herbipolensis occiditur. f. 205.
 Arnobius Afer. f. 43.
 Arnoldus Archiepiscopus Moguntinus trucidatur. f. 313.
 Arnoldi de Villa Nova scripta. f. 415.
 Arntsee lacus noviter emergit. f. 183.
 Arnulphus Abbas occiditur. f. 110.
 Arnulphus Imperator cædit Normannos. f. 206. Romam occupat. coronatur. ibidem. moritur. f. 207.
 Arnulphus Comes interimitur. f. 136.
 Arnulphus Dux Bojorum. f. 211. obit. f. 217.
 Arnulphus Episcopus dignitate se abdicat. f. 131. moritur. f. 134.
 Arnulphus I. sive Magnus Flandriæ Comes. f. 212. vitam exuit. f. 226. NB. variant Authores de anno obitus.
 Arnulphus II. obit. f. 235. NB. dissentiunt Authores.
 Arsaces Rex Christianus à Sapore occiditur. f. 61.
 Arfacius intruditur ad Sedem Constantinopolitanam. f. 72.
 Artabanus conspirat contra Imperatorem. f. 101.
 Artabastus Constantinum Copronymum fugat. f. 165. infeliciter pugnat. f. 166. oculis priyatur. ibidem.

Ggggg 3

Arta-

Artaxata occupatur. f. 9.
Artaxerxes Perfarum Rex vincitur ab Alexandro Imperatore. f. 32.
Artemius Dux Martyr. f. 59.
Archelaidis Virgō sancta. f. 108.
Arthemius fit Imperator. f. 158. in Monasterium detruditur. f. 159.
Artholdus fit Archiepiscopus Rhemenfis. f. 212.
Arviragus Britannorum Rex rebellat. f. 9. moritur. f. 14.
Arzilla à Lusitanis occupatur. f. 532.
Asanes Rex Bulgarorum. f. 359. fit apostata. f. 363.
Asaphus Episcopus. f. 111.
Aschaugienſe cœnobium conditur. f. 175.
Ascelinæ innocens vita & mors. f. 331.
Asciar primus Aragoniæ Comes. f. 173.
Asclas Martyr. f. 40.
Asclepiades Episcopus Antiochenus. f. 30.
Asclepodotus Dux Cornubiæ vincit & occidit Alectum, fitque Rex Britonum. f. 41. occiditur. f. 43.
Asinius Orator necatur. f. 5.
Asnates Aragoniæ Comes. f. 175. moritur. f. 179.
Aspar Imperatoris Belli Dux vincitur. f. 77. occiditur. f. 83.
Asparagus Archiepiscopus obit. f. 358.
Assoffium Mosci occupant. f. 744.
Astaldus Astaldi fit Cardinalis. f. 304.
Asterius Episcopus. f. 93.
Asterius Martyr. f. 36.
Astor Manfredus in Tiberi submergitur. f. 557.
Astorgus Agnesius Cardinalis decedit. f. 515.
Asylum Ecclesiæ non violandum. f. 82.
Atabalipa Peruanus Rex occiditur. f. 582.
Athalaricus Italiæ Rex. f. 94.
Athanicus Gothorum Rex Christianos persequitur. f. 62. Regno pulsus à Theodosio Imperatore amicè excipitur. f. 64.
Athanasia vidua sancta. f. 256.
Athanasii Episcopi Alexandrini acta. f. 50. ejus innocentia triumphat. f. 51. exulat. ibidem. tandem Ecclesiæ suæ restituitur. f. 52. symbololum conficit. f. 52. moritur. f. 62.
Athanasius Hermiosus Episcopus hæreticus. f. 86. moritur. f. 88.
Athanasius Episcopus Spirensis. f. 138.
Athanasius Episcopus Neapolitanus obit. f. 199. NB. Variant Scriptores de anno obitus.
Athanasii de Lobera scripta. f. 646.
Athanagildus fit Rex Gothorum. f. 103.
Athaulphus Gothorum Rex Placidiam uxorem ducit. f. 74. à suis occiditur. ibidem.
Athenagoras Philosophus. f. 26.
Athelulphus Rex moritur. f. 195.
Athenienses rebelles supprimuntur. f. 2.
Athesis fluvii prodigiosa exundatio. f. 115.
Athirco fit Rex Scotiæ. f. 33. seipsum occidit. f. 35.
Atho Episcopus Spirensis obit. f. 183.
Atho Episcopus Mediolanensis. f. 212.
Attala Abbas miraculis gloriosus. f. 129. viso cœlo aperto obit. f. 130.
Attalus Arianus intruditur pro Imperatore. ejus exercitus cœditur. f. 73. ipse capitur. f. 74.

Atticus Episcopus Constantinopolitanus moritur. f. 76.
Attila Rex Hunnorum Thraciam & Illyricum vastat. f. 78. in Galliam movet. f. 80. vincitur in Campis Catulaunicis. ibidem. in Italianam redit. ibidem. moritur. f. 81.
Attilanus Episcopus Zamorensis. f. 186.
Atto Episcopus Frisingensis. f. 176.
Avari cujusdam repentina mors. f. 103.
Auberii historici Galli opera. f. 744.
Audegarius Campidunensis cœnobii conditor. f. 168.
Audoënus Rothomagensis Episcopus pergit Romam. f. 145. moritur. f. 148.
Audomarus Episcopus moritur. f. 141.
Avennius Episcopus Sirmii. f. 64.
Avertamus Carmelita obit. f. 453.
Aufridus ex Episcopo Monachus. f. 200.
Augusta Maria Ducis Aurelianensis uxor moritur. f. 781.
Augustinus Romam venit. f. 65. inde Mediolanum. ibidem. baptizatur. f. 66. redit in Africam. ibidem. fit Presbyter. f. 67. creatur Episcopus. f. 68. moritur. f. 77.
Augustinus Monachus ad conversionem Anglorum mittitur. f. 118. Regem cum multis aliis convertit. f. 119. moritur. f. 122.
Augustinus Teranus obit. f. 413.
Augustus adoptionem facit. f. 1. moritur. f. 3.
Augustus fit Saxonie Elector. f. 598.
Avianus Historicus floret. f. 520.
Avicenna nascitur. f. 236. moritur. f. 260.
Avidius Cassius Imperium affectans necatur. f. 25.
Avitianus Equestris ordo fundatur. f. 306. NB. in institutionis tamen anno variant Scriptores.
Avitus acclamatur Imperator. f. 81. Imperium deponit. ibidem.
Aunemundus Episcopus occiditur. f. 140.
Aurea Abbatissa sancta claret. f. 163.
Aurea Bulla editur. f. 447.
Aurei velleris ordo instituitur. f. 491. NB. alii seriùs ponunt.
Auræus Episcopus Moguntinus occiditur. f. 81.
Aurelia sancte obit. f. 248.
Aurelianus Archiepiscopus Lugdunensis obit. f. 206.
Aurelianus fit Imperator. f. 38. occiditur. f. 39.
Aurelius Antoninus fit Imperator. f. 31. necatur cum matre. ibidem.
Aurelius Cassiodorus ex Consule Romano fit Monachus Benedictinus. f. 106.
Aurelii Brandolini vita, studium & mors. f. 553.
Anreng-Zeb Mogorum Imperator obit. f. 741.
Auriæ Monialis obitus. f. 281.
Aufonius Episcopus. f. 36.
Austæ excidium. f. 497.
Austerius fit Mediolanensis Episcopus. f. 131. moritur. f. 134.
Austreberta fit Abbatissa. f. 141. obit. f. 156.
Austregisilus Episcopus obit. f. 128.
Austriæ Dux ditione sua exiit. f. 362.
Austrudis Abbatissæ mors gloriosa. f. 150.
Authbertus Episcopus obit. f. 140.

Au

Auxanius Arelatenſis Episcopus decedit. folio 100.
Auxentius Archimandrita obit. f. 83.
Auxentius Episcopus Mediolanensis moritur. f. 63.
Auxentianum Monasterium incenditur. folio 171.
Aymo Episcopus Halberstadiensis obit. fol. 194.
Aymonis Monachi sancta vita & mors. fol. 320.
Ayrdus Episcopus Noviomensis. f. 213.
Azambe Apostata in Christianos crudelitas. f. 528.
Azamor urbs Africa à Lusitanis occupatur. f. 363.
Azo Marchio obit. folio 261. alius. folio 344.
Azonis Monachi captivitas & mors. f. 281.
Azonis alterius Marchionis obitus. folio 382.
Azzolinus Malavolta fit Episcopus. folio 443.

B.

B Abylas fit Episcopus Antiochenus. fol. 33. ejus Reliquiæ Thaumaturgæ. f. 59.
Bachanalia tristia Comitum de Hohenlohe. f. 610.
Bademus Abbas Martyr. f. 63.
Badenradus Episcopus Paderbornensis obit. f. 194.
Badoarius ex Duce Monachus. f. 216.
Bagdadum à Turcis occupatur. folio 684.
Bajazethis Turcarum Imperatoris varia acta. f. 465. 470. 471. vincitur & captivatur à Tamerlane. f. 474. obit. f. 480.
Bajazethes II. fit Imperator. f. 539. Methonem occupat. f. 555.
Bajazethes Solymanni II. filius contra patrem rebellis in acie vincitur. f. 602.
Balassi Comitum Ungari rebellis attentata & carcer. f. 714.
Balbina Martyr. f. 21.
Baldebortus Episcopus moritur. f. 171.
Baldericus Episcopus Trajectensis. f. 212. moritur. f. 231.
Baldranus Episcopus Argentoratensis obit. f. 209.
Baldricus Episcopus Salsiburgensis. folio 176.
Balduinus I. Flandriæ Comes Juditham intercipit. f. 195. moritur. f. 201.
Balduinus I. fit Hierosolymæ Rex. f. 282. obit. f. 290.
Balduinus II. Rex Turcas cædit. 292. capitur. ibidem. liberatus bellum resumit. f. 293. assumpto Religionis habitu moritur. folio 297.
Balduinus III. Rex Hierosolymitanus. f. 304. obit. f. 310.
Balduinus IV. fit Rex Hierosolymitanus. f. 321. Saladinum vincit. f. 322. obit. f. 326.
Balduinus VII. Flandriæ Comes ex vulnere moritur. f. 291.
Balio Dux seipsum occidit. f. 65.

Balterius Abbas claret. f. 120.
Balterius Abbas in Scotia moritur. f. 169.
Balterus Eremita sancte obit. f. 167.
Balthasarus Hispaniæ Regis filius obit. f. 694.
Balvinus Archiepiscopus moritur. f. 261.
Bamba fit Hispaniæ Rex. f. 145. de rebellibus triumphat. ibidem. similiter de Saracenis. f. 146.
Bambergensis Comitatus in Episcopatum sublimatur. f. 242. Ecclesia Cathedralis solennissimè dedicatur. f. 243.
Banthum Monasterium restauratur. folio 287.
Barbara Regina Bohemiæ obit. f. 514.
Barbarossa pirata cum 1500. suorum trucidatur. f. 572.
Barbarossa Rhegium occupat. Provinciam invadit. f. 590.
Barbo Comes occiditur. f. 202.
Barckvorti Monachi Benedictini Martyrium. f. 642.
Bardanes proclamatur Imperator, fit Monachus. f. 181.
Bardas Cæsar occiditur. f. 198.
Bardas Dun. f. 230.
Bardo Archiepiscopus Moguntinus. obit. fol. 256.
Barlaam Martyr. f. 44.
Barnabas Martyrium subit. f. 10.
Barnabæ Vicecomitis enorme factum. f. 447. Veneno extinguitur. f. 466.
Barnardi Episcopi Viennensis prodigiosa electio. f. 183.
Barnimus I. Pomeraniæ Dux. f. 351. moritur. f. 393.
Barnimus II. Dux Pomeraniæ occiditur. fol. 404.
Barnimus III. Dux Pomeraniæ vincit. folio 428.
Baroncellus Tyrannidem Romæ exercet. f. 445.
Baronius nascitur. f. 586.
Barroductum conditur. f. 222.
Barrosus fit Cardinalis. f. 457. moritur. folio 459.
Bartholomæus Abbas Cryptæ ferratæ claret. f. 250.
Bartholomæus Martyr ex Ordine Divi Dominici. f. 226.
Bartholomæi à Vico acta. f. 546.
Bartholomæi Covil Monachi sanctitas. folio 507.
Bartholomæi Abbatis acta & mors. f. 520.
Baruthum conflagrat. f. 664.
Basilea evertitur. f. 212. à Romano Imperio deficit. f. 557.
Basileensium Sacrilegum factum. f. 425. seditio. f. 580.
Basileus Episcopus Martyr. f. 49.
Basilides hæresiarcha. f. 21.
Basiliscus fit Imperator. f. 84. captivatur. moritur. ibidem.
Basiliscus Martyr. f. 46.
Basilissa Abbatissa sancta. f. 175.
Basilidus Episcopus Cæsareæ. f. 61. moritur. f. 63.
Basilii Presbyteri horrendum Martyrium. f. 58.
Basilii filius Leonis Armeni fit Catholicus. f. 187.
Basilii fit Imperator. f. 198. Saracenorum classem vincit. f. 202. moritur. f. 203.

Basi-

Index

Basilus junior anachoreta floret. f. 222.
 Basilus I. Moscoviæ Dux fit Christianus. folio 235.
 Balinus Archiepiscopus se abdicat. f. 153. moritur. f. 166.
 Basolus Monachus sanctus. f. 109.
 Bassandi acta & obitus sanctus. f. 511.
 Bassianus Episcopus Ephesus ambitiosus deponitur. f. 79.
 Bassianus Episcopus Laudensis moritur. folio 73.
 Bassianus fit Cæsar. f. 28.
 Bathego Episcopus Constantiensis obit. folio 201.
 Bathildis ex Regina Monialis sanctè moritur. f. 144.
 Baudelius Martyr. f. 41.
 Bavonis sancta mors. f. 137.
 Beatrix Albertina Monialis obit, ejus post vitam miranda. f. 353.
 Beatrix filia Regis Ungariæ Monialis. folio 364.
 Beatrix Priorissa beatè obit. f. 386.
 Beatrix de Sylva, Institutrix Ordinis Conceptionis B. M. V. f. 541. ejus mors gloriosa. f. 547.
 Bebenhusanum Monasterium conditur. folio 323.
 Beccense cœnobium fundatur. f. 251.
 Becus Chartophylax Patriarcha. f. 381.
 Beda nascitur. f. 145. moritur. f. 164.
 Beda junior obit. f. 203.
 Begaviense Monasterium conditur. f. 269.
 Begga ex Ducissa Monialis. f. 153.
 Beinwardus Episcopus. f. 236.
 Bela I. Ungariæ Rex moritur. f. 263. NB, Variant Authores de anno obitus.
 Bela II. fit Rex. f. 297. obit. f. 303.
 Bela III. Ungariæ thronum conscendit. f. 321. NB. ejus elevationem ad Regnum quidam seriùs ponunt. moritur. f. 332.
 Bela IV. Rex Pannoniæ obit. f. 353. NB. sapiùs de anno obitus variant Authores.
 Belisarius adversus Persas mittitur. f. 94. Africam occupat. f. 95. Siciliam recuperat. f. 96. excæcatur. f. 106. moritur. f. 107.
 Bellum Saxonicum finitur. f. 182.
 Belzeth Turcarum Princeps. f. 276.
 Benedictus Patriarcha nascitur. f. 85. secedit in eremum. f. 87. inter spinas se volutat. f. 88. Monasteria condit. f. 90. poculo intoxicato petitur. ibidem. absentibus apparet. f. 96. est Psalterii Mariani inventor. f. 97. ejus miracula. f. 99. obit. ibidem.
 Benedictus I. Papa moritur. f. 110.
 Benedictus II. fit Papa. f. 148. obit. folio 149.
 Benedictus III. creatur. f. 149. ex vita decedit. f. 195.
 Benedictus IV. Papa vitâ fungitur. f. 209.
 Benedictus V. Papa moritur. f. 226.
 Benedictus VI. creatur Pontifex summus. folio 229. occiditur. f. 230.
 Benedictus VII. eligitur. f. 230. obit. folio 233.
 Benedictus VIII. creatur Universalis Ecclesiæ Pastor. f. 243.
 Benedictus IX. creatur. f. 250.
 Benedictus X. eligitur. f. 410. post paucos menses moritur. ibidem.
 Benedictus XI. creatur. f. 431. ejus acta. f. 433. obit. f. 436.
 Benedictus Antipapa excommunicatur. folio 488.
 Benedictus XII. eligitur. f. 777. Concilium Provinciale Romam convocat. f. 779.
 Benedicti Valentini merita. f. 546.
 Benedictus fit Episcopus Mediolanensis. folio 148.
 Benedictus Monachus Martyr. f. 320.
 Benedictus Abbas Anianæ contra Felicem hæreticum scribit. f. 179. obit. f. 186.
 Benedictus Biscepius floret. f. 145. moritur. f. 151.
 Benedicta Monialis sancta. f. 121.
 Benedictus Spirensis Episcopus obit. f. 186. NB. discrepant Scriptores de anno mortis.
 Benedicti à S. Germano eruditio & libri. folio 610.
 Benedictus de Sala fit Cardinalis. f. 761.
 Benedictinoburanum Monasterium conditur. f. 166.
 Benignus Episcopus Mediolanensis obit. f. 83. moritur. f. 84.
 Benignus Flaviacensis Abbas obit. f. 161.
 Beni Gozani infidelitas & pœna. f. 376.
 Benincasæ sanctissimus obitus. f. 498.
 Benno Episcopus Misniæ claret. f. 305.
 Bentivenga Cardinalis obit. f. 402.
 Beorredus Rex Regno pellitur. f. 200.
 Beortulphus Rex vincitur. f. 193.
 Berachius Abbas sanctus moritur. f. 32.
 Beraunum conditur. f. 166. conflagratur. folio 639.
 Berecharius Abbas Martyr. f. 149.
 Berengaria Castiliæ Regina. f. 347.
 Berengarius in Regem eligitur. f. 204. rejicitur. f. 213.
 Berengarius hæresim abjurat. f. 270.
 Berengarii Monachi sancta vita & mors. folio 276.
 Berengaria ex Regis filia Monialis. f. 363.
 Bertendis Monialis sancta. f. 149.
 Bernardæ Abbatissæ vita. f. 634.
 Bernardus Ptolemæus sanctè decedit. f. 441.
 Bernardus Pipini filius rebellionem movet. f. 185.
 Bernardus fit Episcopus Viennensis. f. 185. moritur. f. 191.
 Bernardus Saxonix Dux obit. f. 344.
 Bernardus Cardinalis & Episcopus decedit. f. 298.
 Bernardus Abbas Claræ vallis sanctè moritur. f. 309.
 Bernardi pœnitentis acta & mors. f. 324.
 Bernardus Cardinalis vitâ fungitur. f. 319.
 Bernardi Calvonii Episcopi vita & mors. folio 366.
 Bernardi Cantii vita & obitus. f. 379.
 Bernardus Archiepiscopus Salisburgensis dignitatem resignat. f. 540.
 Bernardi Frideccensis. felix obitus. f. 644.
 Bernardus Dux Vinariensis nascitur. f. 645. post felicem armorum cursum obit. f. 685.
 Bernardi Catalani felix obitus. f. 647. NB. variant Authores circa annum obitus.

Operis Alphabeticus.

Bernardus Gustaphus Abbas Fuldenis & Cardinalis obit. f. 726.
 Bernardinus Senensis obit. f. 510.
 Bernarii sanctus vitæ exitus. f. 188.
 Berne Abbas Augiæ majoris claret. f. 246.
 Berne Abbas Cluniacensis obit. f. 211.
 Bernoldus Episcopus Argentoratensis obit. folio 195.
 Bernwardus Episcopus Herbipolensis moritur. f. 238.
 Bernwardi Episcopi Hildesienensis obitus. folio 247.
 Bernvulphus Episcopus Herbipolensis decedit. f. 180.
 Berta uxor Caroli Magni. f. 173.
 Bertholdus hæresiarcha comburitur. f. 448.
 Bertichramnus Episcopus Cenomanensis obit. f. 128.
 Bertilæ Abbatissæ Calensis mors. f. 155.
 Bertilæ Virginis sancta mors. f. 150.
 Bertini Abbatissæ obitus sanctus. f. 153.
 Bertolphus Abbas fit Archiepiscopus Trevirensis. folio 199. obit. f. 203.
 Bertrada Regina obit. f. 176.
 Bertramus Mariophilus claret. f. 340.
 Bertrandus Patriarcha occiditur. f. 443.
 Bertulphi Abbatissæ Bobiensis mors. f. 137.
 Bertulphus Abbas Rentejæ. f. 141.
 Bertulphus Rex Merciorum obit. f. 194.
 Bertvvaldus fit Archiepiscopus Cantuariensis. f. 152.
 Bervvici urbis funesta expugnatio. f. 405.
 Bessarion fit Patriarcha Constantinopolitanus. f. 515.
 Befuense Monasterium restauratur. folio 188.
 Bethlehem ornatur Sede Episcopali. folio 285.
 Bethlem Gabor Transylvaniam sibi vendicat. f. 656. Ungariæ plures urbes occupat. f. 661. moritur. f. 673.
 Betovius Cardinalis occiditur. f. 593.
 Bettania Abbatia conditur. f. 298.
 Betto ex Monacho Archiepiscopus claret. folio 211.
 Bevadus Episcopus. f. 93.
 Bialogrodum à Turcis expugnatur. folio 541.
 Bianchi fit Cardinalis. f. 393. moritur. folio 409.
 Biego Parisiorum Comes obit. f. 185.
 Bildhusanum cœnobium conditur. folio 310.
 Bingii ad Rhenum periculosus tumultus. folio 423. Bingium exurit. f. 480.
 Birgitta Ordinem suum instituit. f. 455. moritur. f. 458.
 Birinus Episcopus claret. f. 132.
 Biso Episcopus obit. f. 208.
 Blaitmarus Monachus Martyr efficitur. folio 179.
 Blanca Alonsi Regis filia nascitur. f. 327.
 Blanca Regina Gallix moritur. f. 372.
 Blanca Scardeoniæ illustre pudicitix & fidei conjugalis exemplum. f. 373.
 Blanca Aragoniæ Regina obit. folio 414.
 Blaschi Alagonis facta. f. 402.
 Blasphemix pœna. folio 113. 348. 576. 627.
 Blathmar Hiberniæ Rex. f. 140.
 R. P. Brentano Epit. Chronolog. Index.

Blitenstedense cœnobium conditur. f. 175.
 Blithmundi Abbatissæ sanctitas. f. 140.
 Bobiense cœnobium conditur. f. 125.
 Bobinus Episcopus obit. f. 180.
 Bobo miles sanctus. f. 234.
 Bobolenus Abbas sanctus obit. f. 141.
 Bobolinus Episcopus Viennensis obit. folio 160.
 Boëranus fit Hiberniæ Rex. f. 108.
 Boemundus Antiochiæ Princeps nubit. folio 284.
 Boemundus Archiepiscopus Trevirensis obit. f. 406.
 Boëtius & Symmachus Consules occiduntur. f. 93.
 Bogaris Bulgariæ Rex fit Christianus. f. 192.
 Bogumili ex Episcopo Eremitæ vita. f. 399.
 Boihilus sanctè obit. f. 142.
 Boleslaus Bohemiæ Dux. f. 229. moritur. folio 239.
 Boleslaus Poloniæ Dux obit. f. 248.
 Boleslaus fit Rex Poloniæ. f. 259. ejus mors. f. 271.
 Bona urbs Africa à Vandalis capitur. folio 78.
 Bonaventura fit Cardinalis. f. 389. obit. f. 391.
 Bonavita acta & mors. f. 459.
 Bona Virgo sanctè obit. f. 341.
 Bonifacius Episcopus Carthaginensis. f. 93.
 Bonifacius Martyr Tharsi. f. 41.
 Bonifacius I. Papa. f. 75. Moritur. f. 76.
 Bonifacius II. fit Papa. f. 94.
 Bonifacii III. Papæ acta. f. 123.
 Bonifacius IV. Papa moritur. f. 125.
 Bonifacius V. eligitur. f. 126. obit. f. 129.
 Bonifacius VI. fit Papa & mox obit. folio 207.
 Bonifacius VII. Antipapa. f. 229.
 Bonifacius VIII. creatur Pontifex summus. folio 404. moritur. f. 410.
 Bonifacius IX. eligitur. f. 469. ex vita decedit. f. 480.
 Bonifacius Germaniæ Apostolus claret. f. 159. ad Frisios se denuò confert. f. 160. Cattos convertit. f. 161. Martyrium cum focis subit. f. 169.
 Bonifacius Ruthenorum Apostolus. f. 240.
 Bonifacius Gnesnæ Archiepiscopus Martyrio coronatur. f. 246.
 Bonifacius Hetruriæ Dux obit. f. 256.
 Bonifacii Episcopi Lausanensis felix mors. folio 378.
 Bonifacius Marchio Tusciæ trucidatur. f. 596.
 Bonifacii beatus obitus. f. 379.
 Bonitus ex Episcopo fit Monachus. f. 153. obit. f. 157.
 Bonizellæ cadaver prodigiòse honoratum. folio 407.
 Bonizo Episcopus fit Martyr. f. 274.
 Bonna intercipitur. f. 626. recuperatur. f. 627.
 Bononius Abbas floret. f. 249.
 Bononiensium temeritas & pœna. f. 433.
 Bonosus & Maximilianus Martyres. f. 23.
 Bonosus Orientis Comes extinguitur. folio 124.
 Bonus fit Episcopus Mediolanensis. folio 185. obit. f. 186.
 Boquejæ cœnobium conditur. f. 505.
 Borida Ottogari Regis filia nascitur. f. 339.
 Borises

Borises Rex captivatur. f. 229.
 Boris Gudenov fit Magnus Moscoviæ Dux. f. 637. Moritur f. 646.
 Bosellius Comes ob homicidia plurima capite plectitur. f. 755.
 Bosnia Regnum à Turcis occupatur. f. 524.
 Bosloquens. f. 278.
 Boso sive Bosa archiepiscopus Eboracensis moritur. f. 149.
 Boso Rex Burgundiam occupat. f. 202.
 Boso Carthusiæ Prior obit. f. 417.
 Bostonius Monachus claret. f. 485.
 Botchkaius fit Transylvaniæ Princeps, varia Ungariæ loca expugnat. f. 647. Moritur. f. 648.
 Bountum cœnobium conditur. f. 365.
 Bozon Rex obit. f. 204.
 Brandanus abbas. f. 111. moritur. f. 114.
 Brantofmi monasterium conditur. f. 173.
 Branus sive Brandub Regulus Lageniæ. f. 119.
 Brasilia detegitur. f. 555.
 Braulio Episcopus obit. f. 136.
 Breda astu occupatur. f. 627.
 Breidenaviense cœnobium conditur. f. 291.
 Brigida Virgo Thaumaturga. f. 93.
 Britannicus Cæsar occiditur. f. 9.
 Britanni Romanos cædunt. f. 10.
 Briithuni abbatiss sancta mors. f. 359.
 Britius Turonensis Episcopus persecutionem patitur. f. 77. Obit. f. 78.
 Britvvaldus archiepiscopus Canturiensis obit. f. 163.
 Brovverus historicus insignis obit. f. 659.
 Brudus Pictorum Rex moritur. f. 187.
 Brunehildis Regina Catholicam fidem amplectitur. f. 107. Merovio nubit. f. 110. occiditur. f. 125.
 Bruno fit archiepiscopus Coloniensis. f. 223. infideles convertit. f. 224. obit. f. 226.
 Bruno Episcopus Verdensis claret. f. 233.
 Brunonis Monachi Martyrium. f. 242.
 Bruno Episcopus augustanus obit. f. 249.
 Bruno Episcopus Herbipolentis obit. f. 254.
 Bruno fit archiepiscopus Trevirensis. f. 282. Moritur. f. 293.
 Bruxeriæ Monasterium conditur. f. 296.
 Bucherettum in favillas abit. f. 768.
 Bucolus Episcopus moritur. f. 17.
 Bucquoy felix expeditio bellica. f. 662. 664. occiditur. ibid.
 Buda expugnatur. f. 735. conflagratur. f. 776.
 Buellius fit Indiarum apostolus & Patriarcha. f. 549.
 Buggo fit Episcopus Vangionum. f. 288. moritur. f. 305. NB. Variant authores de anno obitus.
 Bulgari exercitum Imperatoris cædunt. f. 88. devastant Thraciam. f. 89. Romanum Imperium rursus invadunt. f. 146. adriano-polim expugnant: eorum crudelitas. fol. 184. cæduntur. f. 244.
 Burchardus I. venit Romam f. 167. fit primus Episcopus Herbipolentis. f. 168. Moritur. f. 178.
 Burchardus II. fit Episcopus Herbipolentis. f. 216. obit. f. 219.
 Burchardus archiepiscopus Magdeburgensis interficitur. f. 418.
 Burchardus Comes Mantros pellit. f. 182.
 Burchardus Sveciæ Dux Rudolphum Regem vincit. f. 212. necatur. f. 215.

Burchardi Episcopi Worvviatiensis doctrina & ordinatio. f. 242. scripta. f. 246. obit. f. 248.
 Burdigalensium tumultus sedatur. f. 593.
 Burgundofora sancta abbatissa obit. f. 139.
 Burhedus fit Rex Merciorum. f. 194.
 Buxiacense Monasterium conditur. f. 129.

C.

C Abades Persarum Rex. f. 93.
 Cacinus abuhalmalius Babylonæ Sultanus Christianos comprehendit jubet. f. 453.
 Cadeoldus Episcopus floret. f. 123.
 Cadolaus Pseudo-Papa. f. 261.
 Cadroe abbas obit. f. 234.
 Caducanus Episcopus claret. f. 348.
 Cadvalla Rex occiditur. f. 131.
 Cæcilia Virgo Romana martyrium subit. f. 32.
 Cæcilia Renata Poloniæ Regina moritur. f. 691.
 Cæcilianus Episcopus Carthagenensis. f. 45.
 Cæsarit Heisterbacensis scripta. f. 349.
 Caifung urbis miserandum excidium. f. 687.
 Cairum conflagratur. f. 766.
 Cajus Caligula Imperium adit. f. 6. Sorores suas constuprat. f. 7. Vult coli ut Deus, nobiles plures interficit, occiditur. ibid.
 Cajus & Alexander Martyres. f. 25.
 Cajus fit Papa. f. 40. Martyrio afficitur. f. 41.
 Calatrava Ordinis institutio. f. 310.
 Calendion Episcopus Antiochiæ. f. 85.
 Galepodius Presbyter Martyr. f. 31.
 Callicinicus & Bassilissa Martyres. f. 35.
 Callimerus Episcopus Mediolanensis. f. 22. moritur. f. 27.
 Callinicus architectus floret. f. 146.
 Calliopius Martyr. f. 45.
 Callistus I. fit Papa. f. 31. Martyrium subit. ibidem.
 Callistus II. creatur. f. 290. Obit. f. 293.
 Callistus III. fit Papa. f. 516. Ejus acta, ibid. Obit. f. 519.
 Calmaria incendio perit. f. 694.
 Callocerus Evnuchus Martyr. f. 34.
 Colocerus Martyr Brixia. f. 20.
 Calo Joannes Imperator obit. f. 303.
 Calo Joannes Princeps Bulgaricæ Regis titulo insignitur. f. 339.
 Calvinus sua dogmata spargit. f. 572. Moritur. f. 606.
 Camerinum urbs convertitur. f. 34.
 Caminieka à Turcis occupatur. f. 719.
 Caminum conflagratur. f. 675.
 Campana sponte tonans. f. 515. 569. 651. 675.
 Campion Aegypti Sultanus in prælio occumbit. f. 570.
 Campus Michaëlis conditur. f. 290.
 Candia à Turcis expugnatur. f. 717.
 Canea à Turcis occupatur. f. 692.
 Canis Scaligeri mors. f. 428.
 Canissa in favillas abit. f. 709. à Casareanis occupatur. f. 739.
 Canoci sacrilegium & horrenda mors. f. 121.
 Canthahar urbs frustra obsidetur. f. 699.
 Cantius, Canianus, Cantianilla Martyres. folio 41.
 Canutus fit Rex Danorum. f. 245. Nuptias celebrat. f. 246. Moritur. f. 251.
 Canutus Sanctus Danicæ Rex occiditur. f. 271. Ca.

Operis Alphabeticus.

Carabusa proditorum Turcis traditur. f. 741.
 Caradocus sanctè moritur. f. 293.
 Carausius fit Rex Britannicæ. f. 40. occiditur. f. 41.
 Cardani mors & libri. f. 617.
 Carinus fit Cæsar. f. 40. occiditur. ibidem.
 Carolovicii pax concluditur. f. 747.
 Carocus Vandalorum Rex Germaniam devastat. f. 74.
 Carofi cœnobium conditur. f. 176.
 Carolomannus Rex Austrasiæ. f. 165. bellum gerit contra Hunoldum Ducem. f. 166. fit Monachus. f. 167. moritur. f. 168.
 Carolomannus Caroli Calvi filius liber dimittitur. f. 199. moritur. f. 203.
 Caroli Comes cum 10000. militibus Ungaris male contentis se se Imperatori submittit. f. 761.
 Carolus Martellus Chilpericum Regem vincit. f. 159. prodigiosè sanatur. f. 161. varias gentes debellat. ibid. item Saracenos. f. 163. moritur. f. 165.
 Carolus Magnus nascitur. f. 166. Saxones subjugat. f. 174. Desideriū Regem vincit. ib. inter filios Regni distribuit. f. 182. moritur. f. 184.
 Carolus Caroli Magni filius vitam finit. folio 183.
 Carolus Calvus Bernardum Comitem Barcinonensem occidit. f. 192. fit Imperator. fol. 200. moritur. f. 201.
 Carolus Pipini filius in Monachum tonsuratur. f. 193.
 Carolus Aquitaniæ Rex obit. f. 195.
 Carolus fit Archiepiscopus Moguntinus. f. 195. decedit. fol. 197.
 Carolus Crassus coronatur in Imperatorem. f. 202. exauctoratur. f. 204. obit. ibid.
 Carolus Simplex Rex salutatur. f. 205. è captivitate liberatur. f. 214. rursus incarceration. f. 215. moritur. ibid.
 Carolus Flandriæ Comes trucidatur. fol. 294. NB. hoc factum alii alio anno ponunt.
 Carolus Andegavensis Dux ad Siciliæ solium invitatur contra Manfredum. f. 380. coronatur. f. 383. obit. f. 397.
 Carolus Ungariæ Rex magnâ clade afficitur. f. 429. obit. f. 437.
 Carolus IV. nascitur. f. 419. vincit Florentinos. f. 430. creatur Imperator. f. 439. Romæ coronatur. f. 447. ejus acta. f. 450. Moritur. f. 461.
 Carolus Pulcher fit Gallia Rex. f. 423. repudiatur uxorem. f. 424. obit. f. 426. NB. Variant de anno obitus Scriptores.
 Carolus Sapiens Rex Gallia obit. f. 462.
 Carolus Duratii Dux occiditur. f. 441.
 Caroli Siciliæ Regis savines. f. 466. Rex Ungariæ proclamatur. ibid. strangulatur. fol. 467.
 Caroli Navarræ Regis misera mors. folio 467.
 Carolus septimus Rex Gallia Burgundionum Ducem vincit. f. 503. Moritur. f. 520.
 Carolus VIII. Gallia Rex nascitur. f. 530. sponsam Maximiliani Imperatoris intercipit. fol. 548. repente moritur. f. 553.
 Carolus IX. Gallia Rex nascitur. f. 594. regimen aggreditur. f. 603. nubit. f. 612.
 R. P. Brentano Epit. Chronolog. Index.

Carolus II. Archidux Austria nuptias celebrat. f. 611.
 Carolus Sveciæ Rex è folio deturbatur. fol. 519. obit. f. 530.
 Carolus Burgundiæ Dux Lotharingiam occupat. bello Helvetos impetit. f. 535. occiditur in prælio. f. 536.
 Caroli Ferdinandi Brugenis cæci mira dexteritas & eruditio. f. 547.
 Carolus V. Imperator nascitur. f. 554. Gallorum exercitum cædit. & Franciscum I. Gallia Regem capit. f. 576. Isabella nubit. ibid. alia ejus acta. f. 580. expeditio in Africam. fol. 584. bellum contra Gallos &c. f. 589. 590. bellum contra Protestantes. f. 592. Electorem Saxonie vincit & capit. ibid. Regnum Hispania filio resignat. f. 599. resignat simul Imperium & moritur. f. 601.
 Carolus Borromæus nascitur. f. 586. Moritur. f. 623.
 Carolus Elector Palatinus obit. f. 734.
 Carolus fit Rex Angliæ. f. 668. coronatur. fol. 670. Infensum sibi habet Parlamentum: Warvicum occupat. f. 689. cæso suo exercitu fugit Eboracum. f. 691. altero perditio prælio ad castra fugit Scotorum qui eum Anglis tradunt. f. 693. in carcerem truditur. f. 694. capite plectitur. f. 696.
 Carolus II. Rex Angliæ nascitur. f. 675. fugit in Galliam. f. 697. revocatur ad solium. f. 708. coronatur & nubit. f. 709. moritur Catholicus. f. 734.
 Carolus Sveciæ Rex coronatur. f. 648. varia ejus belli fortuna. f. 650. moritur. folio 652.
 Carolus Gustavus nascitur. f. 665. Christina Regina successore declaratur. f. 697. nubit. f. 703. obit. f. 708.
 Carolus XI. Sveciæ Rex nascitur. f. 704. solium conscendit. f. 709. Moritur. f. 745.
 Carolus XII. Rex Sveciæ mundi lucem aspicit. f. 731. coronatur. f. 746. ejus acta. f. 748. 751. 754. 758. 759. occiditur. fol. 768.
 Carolus II. Hispania Rex nascitur. f. 709. nuptias primas celebrat. f. 728. ejus Religio erga Eucharistiam. f. 734. Moritur. fol. 747.
 Carolus Josephus Archidux nascitur. folio 696.
 Carolus Lotharingia Dux nascitur. f. 690. præponitur exercitui Cæsaris. ejus expeditiones bellicæ. f. 725. nuptias celebrat cum Cæsaris sorore. f. 727. ejus expeditiones. fol. 734.
 Carolus VI. nascitur. f. 734. Hispania Rex declaratur. f. 750. bellicæ expeditiones. f. 754. 757. 758. 759. fit Imperator. f. 760. insignitur Corona Ungariæ. f. 761. plures Sicilia urbes occupat. f. 770. pacem & fœdus inquit cum Hispaniarum Rege. f. 779.
 Carolus Albertus Bavaria Elector desponsatur. f. 775.
 Carrarii arrogantia & funesta mors. f. 481.
 Carthagenam ab Anglis expugnatur. f. 624.
 Carthagus Episcopus & Abbas sanctus. f. 133.
 Carthusianorum Ordo instituitur. folio 271.
 Carvinus fame perit. f. 2.
 Carus Episcopus Martyr. f. 34.

Casanum à Turcis frustra obsidetur. f. 607.
Casanenses Tartari à Moscis deficiunt eosque cædunt. f. 560.
Casimirus fit ex Monacho Rex Poloniæ. folio 253. obit. f. 259.
Casimirus II. Rex Poloniæ moritur. f. 330.
Casimirus III. fit Rex Poloniæ. f. 431. moritur. f. 456. NB. variant de anno obitus Authores.
Casimirus IV. creatur Rex. f. 512.
Casimirus sanctus Poloniæ Regis filius natus est. f. 520. NB. variant de anno Nativitatis Authores.
Casimirus Pomeraniæ Dux cervicem frangit. f. 568.
Casimirus Poloniæ Regis frater fit Cardinalis. f. 693.
Casimirus Poloniæ Rex resignat. f. 716. moritur. f. 721.
Cassanus Syriam occupat. f. 406.
Cassinense Monasterium conditur. f. 94.
Cassiodorus Episcopus Hierosolymitanus. f. 25.
Castor Presbyter. f. 54.
Castrius Episcopus Mediolanensis. f. 17. moritur. f. 22.
Castulus Martyr. f. 40.
Castus & Æmilius Martyres. f. 34.
Cataphrygarum hæresis. f. 25.
Catellus Episcopus moritur. f. 126.
Catharina virgo Alexandrina Martyr. f. 45.
Catharina virgo Monialis claret. f. 349.
Catharina de Mailliaco vita & obitus. f. 487.
Catharina Angliæ Regina obit. f. 505.
Catharina Palatinæ obitus. f. 537.
Catharina Henrici octavi Angliæ Regis uxor repudiata moritur. f. 524.
Catharina Medicæ Galliarum Regina obit. f. 627. NB. variant de anno Scriptores.
Catti cæduntur. f. 10.
Ceadæ Episcopi sancta mors. f. 145.
Ceadvalla Rex Gentilis baptizatur. f. 150. moritur. ibid.
Ceddus Episcopus Londiniensis moritur. folio 142.
Celadion fit Episcopus Alexandrinus. folio 23. obit. f. 24.
Celejæ Comitibus infamata mors. f. 514.
Celsus Epicurus. f. 21.
Celsus Episcopus Trevirensis moritur. f. 23.
Cencii Frangipani atrox factum. f. 290.
Censorinus occiditur. f. 37.
Census Romæ habitus. f. 3. 8.
Ceola Rex. f. 116.
Ceolnotus fit Archiepiscopus Cantuariensis. f. 188.
Ceolredus fit Rex. f. 157. moritur. f. 159.
Ceolulphus Northumbriæ Rex fit Monachus. f. 164.
Cerbonius Episcopus. f. 100.
Cercyra Virgo Martyr. f. 17.
Cerdico Dux moritur. f. 96.
Cerdo Episcopus Alexandrinus moritur. f. 19.
Cervolis Martyr. f. 42.
Ceslai beatus vitæ exitus. f. 323. NB. alii longè serius ponunt. Ex cælo apparens incendium avertit. f. 610.
Chaganus Hunnorum Rex Thraciam infestat.

f. 117. punitur ob sacrilegium. f. 120. ejus crudelitas. ib. suburbia Constantinopoli prædatur. f. 126.
Chagnoaldus Episcopus moritur. f. 134.
Cha Halem fit Imperator Indostanus. folio 742.
Charitas Gambaræ obit. ejus acta. f. 570.
Chariberti Regis nuptiæ sacrilegæ. f. 107.
Cherubini Spoletani sanctus obitus. folio. 541.
Childebertus Galliarum Rex cum Clothario fratre contra Gothos arma movet. f. 99. moritur. f. 106.
Childegindis Regia virgo & Monialis occiditur. f. 113.
Childericus I. Rex Galliarum moritur. f. 86.
Childericus II. occiditur. f. 144.
Childericus exauctoratus Franciarum Rex obit. fol. 169.
Chilianus Franconiæ Apostolus. f. 149. ejus Martyrium. f. 150.
Chilpericus Rex occiditur. f. 114.
Chindasvindus Regno cedit. f. 136.
Chinneburga ex Regina Abbatisa claret. fol. 156.
Chlodomerus Rex interficitur. f. 93.
Chramnus Clotharii Regis Francorum filius rebellis capitur & occiditur. f. 106.
Christianus Augustus Dux Citiensis fit Episcopus Jaurini. f. 745. &c. moritur. f. 780.
Christianus Dux Megalopolitanus fit Catholicus. f. 712.
Christianus Daniæ Regis filius nascitur. folio 747.
Christiani Monachi vita. f. 344.
Christianus I. Daniæ fit simul Sueciæ Rex. fol. 520.
Christianus V. fit Rex Daniæ. f. 718.
Christiani & Judæi Trimesenii trucidantur. f. 563.
Christernus Daniæ Rex depositus insuper incarcerationatur. f. 582.
Christinæ Abbatisæ mors. f. 281.
Christinæ mirabilis obitus. f. 352.
Christinæ alterius acta & mors beatæ. folio 520.
Christina fit Sueciæ Regina. f. 678. coronatur. f. 698. Ordinem Amaranthinum instituit. f. 702. resignat Regnum. f. 702. fidem Catholicam proficitur. f. 703. moritur. f. 738.
Christophorus Patriarcha occiditur. f. 228.
Christus nascitur. circumciditur. f. 1. invenitur in templo. f. 2. secedit in desertum. f. 4. Baptizatur. f. 5. sanat paralyticum &c. crucifigitur. ibid. in aère apparet. f. 75.
Chrysanthus & Daria Martyres. f. 49.
Chrysothymus Eutyctetis fautor dignitate privatur. f. 80.
Chrysolius Martyr. f. 43.
Chrysothymus consecratur sacerdos. folio. 65. fit Episcopus. f. 69. ejus acta. f. 70. in exilium pulsus gloriose revocatur. f. 71. à Sede sua rursus expellitur. f. 72. moritur. ibidem. ejus corpus solenniter transfertur Constantinopolim. f. 78.
Chrysothymus à Conceptione floret. folio 655.

Chunegundis S. Henrico Imperatori desponsatur. f. 240. probat suam virginitatem. fol. 245. fit Monialis. f. 248. obit. f. 252. sanctorum catalogo inseritur. f. 335.
Chunegundis Bohemiæ Regis filia fit Monialis. f. 392. obit. f. 423.
Chuno Saxoniarum Ducis filius occiditur. folio 283.
Cibus in sanguinem convertitur. f. 657.
Cicadarum clamor mirè cohibetur. f. 577.
Cicci Asculani Astronomi fatalis exitus. folio 437.
Cincii urbis Romanæ Præfecti sacrilegium. f. 268.
Cinegelfus Rex Anglo-Saxonum. f. 124.
Cinna rebellis ad Consulatum evehitur. f. 2.
Cinthianus fit Hispaniarum Rex. f. 132.
Circumcellionum hæresis oritur. f. 370.
Cisterciensis Ordinis initium. f. 279.
Citello sanctitatis & miraculorum famâ claret. f. 697.
Clagenfurtum incendio absumitur. folio 681. 777.
Clamor vehemens in aère auditus. f. 573.
Clari Abbatis Viennensis gloriosa mors. f. 141.
Clara de Monte Falcone obit. f. 413.
Clara Gambacortæ acta & mors. f. 493.
Clara Vallis Monasterium in flammis abicit. f. 757.
Classis Hispanica comburitur. f. 636. Anglica à Batavis incenditur. f. 715.
Classis Anglica magna clades. f. 669. 722.
Classis Hispanica stragem patitur à Gallis. f. 690. ab Anglis. f. 768.
Classis Turcica vincitur à Venetâ. f. 692. 697. 703. 704. 705. 716. 744. 746. 767.
Classis Gallica immanis clades. f. 741.
Claudius fit Imperator. f. 7. plura sacrificia Deorum abolet. f. 8. vincit Britannos &c. ibidem. moritur. f. 9.
Claudius Belli Dux Imperium ambit fitque Imperator. f. 38. sævit in Christianos. ibid. moritur. ibidem.
Claudius Belli Dux Martyr cum pluribus. fol. 38.
Claudius ex Episcopo Vefontionensi Monachus. f. 148. moritur. f. 153.
Claudia Felicitas Archiducissa Tyrolensis nubitur Leopoldo I. Imperatori. f. 722. moritur. f. 725.
Clemens Episcopus Martyr. f. 46.
Clemens Antipapa obit. f. 472.
Clemens I. Papa relegatur in exilium. f. 18. in mare demergitur. ibidem.
Clemens II. eligitur. f. 254. moritur. 255.
Clemens III. eligitur. f. 327. vitam claudit. f. 329.
Clemens IV. fit Papa. f. 382. moritur. f. 385.
Clemens V. eligitur. f. 411. obit. f. 417.
Clemens VI. creatur. f. 436. moritur. f. 444.
Clemens VII. eligitur. f. 575. obit. f. 583.
Clemens VIII. fit Papa. f. 631. moritur. folio 645.
Clemens IX. Papa creatur. f. 715. Vitam exiit. f. 717. succedit
Clemens X. f. 718. obit. f. 725.
Clemens XI. creatur. f. 747. obit. f. 772.
Clemens Augustus Dux Bavariarum fit Archiepiscopus Colonienfis. f. 775.

Cleonius Martyr. f. 46.
Clephus Longobardorum Rex. f. 109. occiditur. ibidem.
Cletus Papa Martyrio coronatur. f. 16.
Clodio Francorum Rex vincitur ab Aëtio. f. 76. postea vincit. f. 78. moritur. f. 80.
Clodoaldus Regis filius fit Benedictinus. f. 108.
Clodovæus I. fit Rex Galliarum. fol. 86. Romanos Galliam ejicit. ibidem. de Germanis triumphat. f. 88. baptizatur. ibidem. moritur. f. 91.
Clodovæus II. Rex Galliarum fitamensis. f. 140. obit. f. 142.
Clodovæus III. Francorum Rex moritur. f. 151.
Clotharii Regis sacrilegium. f. 96. moritur. f. 106.
Clotharius II. Burgundiæ & Austrasiæ Regnum accipit. f. 124. Sigebertum Regem vincit & occidit. f. 125. moritur. f. 131.
Clotharius III. obit. f. 144.
Cluniacense Monasterium fundatur. f. 205.
Codex Theodosianus editur. f. 77.
Codratus cum pluribus aliis Martyr. f. 36.
Coënedus Merciorum Rex. f. 156. fit Monachus. f. 157.
Cœlestinus I. Papa. f. 76. Nestorii hæresim damnat. f. 77. moritur. ibidem.
Cœlestinus II. creatur. f. 303. è vita migrat. f. 304.
Cœlestinus III. eligitur. f. 329.
Cœlestinus IV. fit Papa. f. 365.
Cœlestinus V. eligitur. f. 404. obit. f. 405.
Cœlestius Pelagii discipulus condemnatur. f. 74.
Cœlestinus Sfontadi S. R. E. Cardinalis obit. f. 744.
Cœlius Mons conflagrat. f. 4.
Cœlus Dux Colcestriæ. f. 43. obit. f. 332.
Cogefhalense Monasterium constructur. f. 301.
Coilo Rex Britonum moritur. f. 20.
Coletæ sancta vita & mors. f. 511.
Colomanni Monachi Martyrium. f. 243.
Colonienfis seditio contra suum Archiepiscopum. f. 387.
Colossus Solis destruitur. f. 138.
Columbæ Tracozani acta & mors sancta. f. 571.
Columbanus Abbas sanctus exagitur. f. 123. in exilium pellitur. f. 124. moritur. f. 126.
Columbus Antillas Insulas invenit. f. 548. moritur. f. 561.
Columna ignea apparet. f. 441. 626. 637. 764. 772.
Comburgense cœnobium fundatur. f. 270.
Cometa apparet. f. 131. 146. 183. 190. 201. 220. 239. 241. 305. 345. 408. 418. 435. 444. 477. 478. 518. 529. 533. 557. 561. 581. 591. 603. 614. 617. 709. 712. 726. 729. 731. 764. 779.
Commodus fit Imperator, sævit in cives. f. 26. vendit munera Magistratus, plurimos Principes occidit, divinum sibi cultum exigit, strangulatur. f. 27.
Compagni beata mors & incorruptio corporis. f. 382.
Conanus Episcopus Manniæ moritur. f. 149.
Conanus Meriadecus Rex Britanniarum obit. fol. 66.
Conarus fit Scotiæ Rex. f. 22. moritur in carcere. f. 23.
Conceptionem Deiparæ immaculatam defendentibus Alexander Papa VII. sævit. f. 709.

Concinus Marefchallus Gallia occiditur. fol. 658.
Concordius Presbyter Martyr. f. 25.
Conedus Eremita sanctè obit. f. 149.
Congallus I. fit Rex Scotorum. f. 85. obit. f. 89.
Congallus II. vitam finit. f. 108.
Conon Papa vitâ fungitur. f. 150.
Cononis Monachi vita & mors sancta. folio 361.
Conradinus Sueviae Dux. f. 373. à Gibellinis contra Carolum Andegavensem ad solium Neapolitanum evocatur. f. 384. propè Aretium in prælio victor existit. f. 384. excommunicatur à Papa. f. 385. prælio altero victus & captus capite plectitur. f. 385.
Conradus I. Imperator moritur. f. 212.
Conradus II. coronatur. f. 248. obit. folio 252.
Conradus III. Imperator exercitum ducit in Palæstinam. f. 305. ex vitâ migrat. f. 308.
Conradus Rex obit. f. 282.
Conradus Episcopus Constantiensis obit. f. 230. item
Conradus Rex Burgundia. f. 237.
Conradus Caraccioli fit Cardinalis. f. 482. obit. f. 486.
Conradus Bavariz Dux rebellis è ditione suâ pellitur. f. 257. moritur. f. 258.
Conradus Offidanus vitam claudit. f. 412.
Conradus Archiepiscopus Moguntinus moritur. f. 336. NB. alii obitum ejus ponunt anno sequenti.
Conradus Episcopus Herbipolensis occiditur. f. 337.
Conradi Ducis Glogoviensis crudelitas in fratrem. f. 403.
Conradus S. R. E. Cardinalis & Episcopus obit. f. 295.
Conradus Martyr. f. 436.
Conradus fit Episcopus Pataviensis. f. 306. postea Archiepiscopus Salisburgensis. fol. 315. moritur. f. 317.
Conradus ex Marchione Monachus obit. folio 310.
Conradi Ducis Masovia crudele factum. fol. 363.
Conradi Friderici II. Imperatoris filii acta. fol. 371. Ducatu Sueviae exiit. f. 372. Veneno tollitur. f. 373.
Conradi de Kauffungen audax facinus. folio 529.
Conradi Placentini acta & mors. f. 443.
Conspiratio Magnatum Ungariae contra Imperatorem Leopoldum detegitur. f. 718. conspiratores morte puniuntur. f. 719.
Constans Constantini filius fit Cæsar. fol. 51. occiditur. f. 54.
Constans Heraclii nepos fit Imperator. f. 135. in prælio vincitur. f. 138. ejus scelera. fol. 140. Romam venit. f. 141. vincitur à Longobardis. ibidem. occiditur. f. 143.
Constantia Imperatrix moritur. f. 339.
Constantia Poloniae Regina obit. f. 664.
Constantina Imperatrix occiditur. folio 123.
Constantinopolis conditur. f. 50. à Turcis expugnatur. f. 515.
Constantinus fit Imperator. f. 45. Maxentium debellat. f. 47. vincit Germanos. ibidem. filios duos Cæsares creat. f. 48. est benignus in pauperes. ibidem. Sarmatas debellat. ibid. Crispum filium, Licinium juniorem cum Faustina conjugè occidi jubet. f. 49. alia ejus acta. ibidem. & f. 50. 51. partitur inter filios Imperium. moritur. ibidem.
Constantinus junior Imperator occiditur. folio 52.
Constantinus Pogonatus Imperium capessit. f. 143. obit. f. 149.
Constantinus Copronymus nascitur. fol. 160. Constantinopolim occupat. f. 166. ejus turpia acta. f. 172. dira mors. f. 174.
Constantinus Leonis filius matre exclusâ solus Imperium suscipit. f. 177. Bulgaros profligat. f. 179. moritur. ibidem.
Constantinus Alexandri filius Imperator Orientis. f. 211. moritur. f. 225. NB. variant in anno obitus Authores.
Constantinus Monomachus fit Imperator. f. 253.
Constantinus Ducas Imperator obit. folio 264.
Constantinus Palæologus fit Orientis Imperator. f. 511.
Constantinus Papa. f. 156. venit Constantinopolim. f. 157. obit. f. 158.
Constantinus I. Scotiae Rex. f. 8. moritur. fol. 85.
Constantinus II. fit Rex Scotiae. f. 195. à Danis occiditur. f. 200.
Constantinus III. Scotiae Rex. f. 208. fit Monachus. f. 217.
Constantinus IV. Rex Scotiae occiditur. f. 238.
Constantini Patriarchæ Constantinopolitani Martyrium. f. 172.
Constantinus Monachus Martyr. f. 110.
Constantinus Manichæus occiditur. f. 138.
Constantini Monachi conversio & beata mors. f. 323.
Constantinus Confessor moritur. f. 35.
Constantinus sanctus Abbas Casini. f. 105.
Constantinus Imperatoris Chinensis filius Christianus. f. 697.
Constantinus Serdar fit Princeps Moldaviae. f. 735.
Constantinus Abbas & Princeps Fuldensis obit. f. 780.
Constantius fit Imperator. Britanniam tenet. f. 41. vincitur primitus, deinde vincit Germanos. f. 42. Christianos tentat. f. 44. moritur. f. 45.
Constantius Constantini filius fit Arianus. f. 52. infeliciter pugnat. f. 55. Sarmatas vincit. f. 57. moritur. f. 58.
Constantius junior creatur Augustus. f. 75. moritur. ibidem.
Corbinianus fit Episcopus Frisingensis. f. 159. moritur. f. 163. alii obitus diem ponunt anno 740.
Corbmachus Episcopus Armachanus moritur. f. 91.
Cordeba expugnatur à Christianis. folio 362.
Corbredus I. Scotiae Rex moritur. f. 12.
Corbredus II. Scotiae Rex eligitur. f. 14. moritur. f. 19.

Cor-

Coreyra à Turcis facta oblietur. f. 765.
Cornelia Virgo Vestalis occiditur. f. 17.
Cornelius Papa martyrizatur. f. 35.
Cornelius Centurio baptizatur. f. 7.
Cornelius Episcopus Antiochenus obit. f. 22.
Cornelius à Lapide obit. f. 683.
Corona Martyr. f. 25.
Corfica à Turcis expugnatur. f. 598.
Cortefius feliciter bella gerit. f. 574.
Cosaccorum expeditiones bellicæ. f. 654. 655. vincuntur à Polonis. f. 696. à Moscis. f. 710. Astracanum urbem occupant. f. 718. Tartaros magnâ clade afficiunt. f. 732.
Cosmas Episcopus apostata. f. 141.
Cosmus Patriarcha Constantinopolitanus moritur. f. 305.
Cosroës Persarum Rex fœdus cum Romanis rumpit, Orientem invadit. f. 98. Romanum exercitum fugat. f. 103.
Cosroës Syriam deprædat. f. 123. Hierosolymam occupat. f. 125. Ægyptum exspoliat. ibidem. sæpius victus ab Heraclio, tandem à filio Syroë occiditur. f. 130.
Coterellorum hæreticorum septem millia occiduntur. f. 225.
Crathilius fit Scotiae Rex. f. 41. obit. f. 47.
Craton Martyr. f. 38.
Cremifanense cœnobium conditur. f. 175.
Crescentii Subdiaconi felix obitus. f. 69.
Crescentius rebellis ab Imperatore vincitur & occiditur. f. 239.
Crescentius Pseudo-Cardinalis expellitur. f. 298.
Creta recuperatur & convertitur. f. 225.
Crispinensis Monasterii translatio. f. 271.
Crispinus, **Crispinianus** Martyres. f. 44.
Crispus de Alemannis triumphat. f. 49.
Crocus Bohemiae Dux. f. 53.
Cromvelius declaratur Gubernator Angliae. f. 696. Scotos vincit. f. 697. Scotiae & Hibernia Protector declaratur. f. 701. Parlamentum abrogat. f. 702. moritur. f. 707. ejus ossa exhumentur & comburuntur. f. 708.
Cronanus Abbas occiditur. f. 133.
Crosna urbs conflatur. f. 758.
Crothildis uxor Clodovæi Regis. f. 87. moritur. f. 100. NB. de anno obitus Scriptores non conveniunt.
Crucis apparitio. f. 55. crucis signa impressa. f. 58. crucis signaculi miraculosa vis. f. 60. 63. crucium prodigiosa concussio. f. 123. cruces apparent. f. 206. 223. 224. 404. 556. 557. 559. 568. 571. 602. 621.
Crucigerorum infelix expeditio. f. 368. cæduntur à Ladislao Rege repetitis vicibus, ei tamen bellum rursus inferunt. f. 428. cæduntur iterato. f. 429. 485.
Crucis raptores acriter puniti. f. 457. per crucis signum in aère apparens multi infideles convertuntur. f. 591. cruci equus reverentiam exhibet. f. 599.
Crucis S. Benedicti ingens vis contra veneficia. f. 694.
Crudatense cœnobium conditur. f. 181.
Crudelis & impœnitentis horrendus obitus. f. 391.

D.

Dæmonium Moguntiam turbat. f. 196.
Dagobertus Francia Orientalis Dux moritur. f. 62.
Dagobertus à patre Clothario Regni consors declaratur. f. 129. etiam in Neustria regnare incipit. f. 130. piè moritur. f. 135.
Daibertus Patriarcha obit. 284.
Dalmatii Monachi acta & mors. f. 436.
Damasus I. fit Papa. f. 61. moritur. f. 65.
Damasus II. eligitur. f. 255. obit. ibidem.
Dambrooka Ducissa moritur. f. 231.
Damgarda incendio perit. f. 611.
Damiata urbis occupatio. f. 347. restituitur Saracenis. f. 350.
Daniel Episcopus Wintoniensis. f. 156.
Daniel Aglita. f. 82. moritur. f. 86.
Danielis Abbatis vita. f. 342.

Daniel

Daniel Romanovicus Ruffiæ Dux obit, folio 384.
 Daniel Conversus nefariè strangulatus, longè post reperitur incorruptus. f. 486.
 Danckmarus Ottonis I. Imperatoris frater turbas movet. f. 218.
 Dani Angliam devastare incipiunt. folio 189. Frisiam incurfant. f. 192. Bataviam occupant. f. 192.
 Danniis hernioforum est Patronus. folio 325.
 Dantes Aligerius Poëta insignis. f. 383. moritur. f. 423.
 Dardalucha virgo sancta. f. 93.
 Datus fit Episcopus Mediolanensis. f. 94.
 David fit Scotiæ Rex. f. 294. obit. f. 308. NB. variant tamen Authores de anno obitus.
 David Monachus Herbipoli floret. f. 300.
 David ex Ordine B. Francisci claret. folio 372.
 David II. Scotiæ Rex obit. f. 456.
 David fit Episcopus Nemetum. f. 172.
 David Georgii hæresis. f. 576.
 David Beroinus Cardinalis ab hæreticis strangulatur. f. 592.
 Decebalus Rex vincitur. f. 18.
 Decius fit Imperator. f. 35. trucidatur cum filio & universo exercitu. ibidem.
 Decorosus Episcopus Capuanus moritur. fol. 151.
 Deipara Immaculatam Conceptionem plures Universitates asserunt. f. 557.
 Delphenis urbs conflagrat. f. 583.
 Demetrianus Episcopus Antiochenus moritur. f. 37.
 Demetrius Moscoviæ Dux necatur. f. 647.
 Demetrius Episcopus Alexandrinus. f. 27. obit. f. 32.
 Demetrius Monachus Martyr. f. 59.
 Dens aureus. f. 632.
 Deocharus Abbas floret. f. 182.
 Deodati Gozonis heroicum facinus. f. 439.
 Deogratias Episcopus Carthaginensis. f. 80.
 Dermittus Hiberniæ Rex. f. 140.
 Desertinensis Monasterii Monachi Martyres. f. 144.
 Desiderius fit Rex Longobardorum. f. 169. Umbriam invadit. f. 174.
 Desiderius Episcopus Viennensis in exilium pelitur. f. 122. Martyrio coronatur. f. 123.
 Desiderii à Curiâ gloriosus obitus. f. 667.
 Designatus Episcopus moritur. f. 90.
 Devotii Episcopi Vigorniensis scripta & mors. f. 330.
 Deusdedit Papa moritur. f. 126.
 Deusdedit Episcopus Cantuariensis. f. 139.
 Deusdedit Abbas obit in carcere. f. 189.
 Diadumenus. f. 31.
 Dianæ templum incenditur. f. 37.
 Didaci Aloysii de S. Victore Apostolica messis & Martyrium. f. 722.
 Didaci Donati Monachi sancta vita & obitus. f. 642.
 Didacus Monachus Hispanias illustrat. folio 307.
 Didaci de Heria acta, virtutes, Episcopatus. f. 706.
 Didius Julianus fit Imperator, occiditur. f. 28.
 Diego Lopez de Andrada Archiepiscopus obit. f. 681.
 Diemo Monachus sanctè obit. f. 302.
 Dieterus Archiepiscopus deponitur & excommunicatur. f. 522.
 Diethelmus Monachus doctus. f. 216.
 Diethelmi Abbatis S. Galli, fidei Catholicæ zelus. f. 583.
 Dietlandus Abbas Einsiedlensis obit. folio 226.
 Dietmarus fit Archiepiscopus Salisburgensis. f. 200.
 Dietmarus Episcopus Pragensis obit. f. 232.
 Dietmarus Episcopus Curiensis moritur. folio 266.
 Dietho Episcopus Herbipolensis decedit. folio 216.
 Dietho Abbas Fuldensis. f. 200.
 Diocletianus fit Imperator. f. 40. vincit Quados & Marcomannos. f. 41. triumphum agit. f. 43. resignat Imperium. f. 44. moritur. f. 48.
 Dionysius Areopagita venit in Galliam, occiditur. f. 17.
 Dionysius Episcopus Corinthi. f. 26.
 Dionysius Episcopus Viennæ moritur. f. 27.
 Dionysius Episcopus Alexandrinus. f. 34. obit. f. 37.
 Dionysius Episcopus Mediolani. f. 55. moritur. ibidem.
 Dionysius Exiguus Monachus Benedictinus cyclum reformat. f. 93.
 Dionysius Papa moritur. f. 38.
 Dionysius Lusitaniæ Rex obit. f. 425.
 Dionysii Rickelii Carthusiani plurima ingenii monumenta. f. 530.
 Dioscorus fit Episcopus Alexandrinus. f. 78. persequitur bonos. f. 79.
 Dioscorus junior fit Episcopus Alexandrinus. f. 92.
 Dioscorus Antipapa moritur. f. 94.
 Ditmarsii à Daniæ Regè subjugantur. folio 602.
 Dius Episcopus. f. 28.
 Dolonus Auximum capit. f. 440.
 Dominici Ottomanni mors. f. 724.
 Dominicus Victor Castellæ Rex renunciatur. f. 649.
 Dominici pueri Martyrium. f. 371.
 Dominica virgo Martyr. f. 25.
 Dominica sancta virgo. f. 84.
 Dominicus de Silos floret. f. 212. obit. folio 267.
 Dominicus Abbas Soranus obit. f. 249.
 Dominicus Loricatus decedit. f. 261.
 Dominicus Institutur Prædicatorum Ordinis nascitur. f. 319. Albigenes impugnat. f. 339. obit. f. 350.
 Dominicus Calciatensis sanctitatis famâ fulget. f. 256. obit. f. 261. alii obitus annum aliter assignant.
 Dominici Ruzola sancta vita & mors. f. 674.
 Domitianus Eremita. f. 138.
 Domitianus fit Imperator, sævire incipit. f. 15. ejus ulteriora acta. f. 16. occiditur. f. 17.
 Domitii Corbulonis præclara acta, sibi tamen manus infert. f. 9.
 Dominus Episcopus. f. 46.
 Domnus Episcopus. f. 38. moritur. f. 41. Do-

Donaldus I. fit Scotiæ Rex. fol. 28. moritur. f. 31.
 Donaldus II. Rex Scotiæ. f. 39. vincitur, capitur à Donaldò Insulano, moritur. ibid.
 Donaldus III. Scotiæ Rex occiditur. f. 41.
 Donaldus IV. Scotiæ Rex moritur. f. 137.
 Donaldus V. fit Rex. fol. 192. obit. f. 195.
 Donaldus VI. obit. f. 208.
 Donaldus VIII. capitur & moritur. f. 280.
 Donaldus fit Hiberniæ Rex. f. 131.
 Donati hæresis. f. 49. moritur. f. 61.
 Donatus Grammaticus insignis. f. 55.
 Donatus Episcopus Martyr. f. 59.
 Donatus Eurotæ Episcopus. f. 65.
 Donati Monachi miracula & mors. fol. 333.
 Donati mira in Episcopum electio. fol. 181.
 Donavverda fidei antiquæ & paci redditur. fol. 646.
 Dongallus Scotiæ Rex submergitur. fol. 186.
 Dongardus fit Rex Scotiæ. fol. 80. moritur. fol. 81.
 Donnani cum Sociis mors. fol. 120.
 Dononienis Cœnobii origo. f. 171.
 Donus I. sive Dominus fit Papa. f. 146. moritur. ibidem.
 Donus II. Papa eligitur. f. 229.
 Dorlenti expugnatio cruenta. fol. 634.
 Dorofenski Cosaccorum Principis defectio ad Moscòs. f. 724.
 Dorothea Hedviggis Holsatiæ Ducissa fit Catholica. f. 727.
 Dorothei Thessalonicensis protervia. fol. 92.
 Dorotheæ Pruthenæ acta & mors. fol. 475.
 Dorotheæ Buccæ doctrina. f. 506.
 Draculi tytanni conversio. f. 517.
 Draco volans. f. 276.
 Draco coronatus visus. f. 559.
 Dragebodo fit Episcopus Spirensis. fol. 146.
 Drogo fit Episcopus Metensis. f. 186. NB. mutant Authores circa annum initi Episcopatus.
 Drogo Monachus floret. f. 222.
 Drontheimim Norvegiæ urbs conflagrat. fol. 730.
 Druskonus fit Rex Piëtorum. f. 187.
 Drulus veneno extinguitur. fol. 4.
 Ducehinus Presbyter scribit historiam. fol. 304.
 Duffus Rex occiditur. fol. 227.
 Duncanus Scotiæ Rex necatur. fol. 278.
 Dunchadus Abbas sanctitate illustris. fol. 234.
 Dunense cœnobium conditur. fol. 285. alii aliter.
 Dunlevius Hiberniæ Rex vincitur. fol. 322.
 Dunstalli atrox Martyrium. f. 656.
 Dunstanus ab exilio revocatur. fol. 224. fit Archiepiscopus. f. 225. obit. f. 234.
 Durandi Scripta. f. 389.
 Durannus ex Abbate fit Episcopus. f. 261. moritur. fol. 266.
 Duthaci Episcopi miracula. f. 371.
 Dyrhachium corrui. fol. 53.

Eadbertus ex Monacho Episcopus Lindisfar-nensis. f. 153.
 Eadburga Monialis Regia floret. f. 227.
 Eadgitha ex Regina Monialis obit. fol. 248.
 Eadhedus fit Episcopus. f. 147.
 Eadmerus ex Monacho Episcopus resignat. f. 350.
 Eadmundus Angliæ Rex Martyrium oppetit. f. 199.
 Eadredus Angliæ Rex obit. fol. 223.
 Eadvaldus fit Angliæ Rex. fol. 124. moritur. 134. fol. 21.
 Eahorni Eremitæ Martyrium. f. 246.
 Eanbaldi duo successivè Episcopi Eboracens- ses. f. 179.
 Eanvida filia regia & Monialis. f. 134.
 Earconbertus fit Angliæ Rex. f. 134.
 Eardulphus Wadam vincitur. f. 179.
 Eastervinnus Abbas. fol. 176.
 Ebba sancta Abbatissa moritur. f. 149.
 Ebbæ Abbatissæ cum suis Monialibus Martyri- um. fol. 199.
 Ebbo Apostolus Danorum. f. 187.
 Ebbo Archiepiscopus Rhemensis dignitate se abdicat. f. 190.
 Ebbo Episcopus Wormatiensis obit. fol. 288.
 Eberhardus Comes Palatinus Rheni Imperato- ri rebellis. f. 28.
 Eberhardus fit Episcopus Bambergensis. fol. 305.
 Eberhardus Archiepiscopus Salisburgensis obit. fol. 315.
 Ebervinnus Abbas floret. f. 246.
 Ebron hæresiarcha emergit. f. 14.
 Ebolus Dux moritur. f. 217.
 Ebroinus fit ex Monacho apostata. f. 145. furere pergit. f. 146. 149. occiditur. f. 150.
 Ebrulphus fit ex Aulico Monachus. f. 106. ejus charitas. f. 112. Miraculis gloriosus moritur. fol. 119.
 Ecebolius Rhetor. f. 58.
 Echa anachoreta sanctè obit. f. 175.
 Eckenbertus fit Episcopus Bambergensis. fol. 338.
 Eclipsis solis ingens. f. 164. 57. 191. 220. 298. 479. 542. 645. 762.
 Edælredus fit Rex Angliæ. f. 231.
 Edera Monasterium conditur. f. 300.
 Edgarus fit Angliæ Rex. fol. 224. moritur. f. 230.
 Edgarus Scotiæ Rex obit. f. 285.
 Edilberga Regina convertitur. f. 126.
 Edilbertus Anglorum Rex moritur. f. 124.
 Edilburgis virgo Regia & Monialis. f. 134.
 Edilvaldus Monachus & Eremita miraculis illustris. f. 152.
 Edmundus fit Angliæ Rex. f. 218. Merciam occu- pat. f. 219.
 Edmundi Archiepiscopi Cantuariensis vita. f. 364.
 Edmundi Augerii præclara acta. f. 830.
 Eduardus I. Angliæ Rex moritur. f. 214.
 Eduardus II. eligitur. f. 230. occiditur. f. 231.
 Eduardus III. fit Rex. f. 253. obit. f. 263.
 Eduardus junior Angliæ Rex in vincula conjici- tur. f. 424. strangulatur. f. 426.
 Eduardus Geldriæ Dux occiditur. f. 457.
 Edvinnus Rex à Sicario impetitur. f. 129. baptiza- tur. f. 130. in prælio vincitur & occiditur. f. 131.
 Egbertus Cantia Rex. fol. 142. moritur. fol. 146.
 Egbertus Angliæ Rex obit. fol. 190.

Egbertus Episcopus Monasteriensis vitâ fungitur. fol. 297.
 Egberti Abbatis scripta. f. 314.
 Egberti Monachi sancta mors. f. 163.
 Egbertus Rex fit Monachus. fol. 170. obit. fol. 173.
 Egbertus Archiepiscopus Eboracensis decedit. fol. 170. alii mortuum tradunt anno Christi 766.
 Egfridus Angliæ Rex desponsat sibi Ethildridam. fol. 141. Hiberniam armis infestat. fol. 149. occiditur. ibid.
 Eggebertus Marchio Henrici IV. Imperatoris victor moritur. fol. 275.
 Egica fit Rex Visigothorum. fol. 150.
 Egilbertus Archiepiscopus Trevirensis obit. fol. 282.
 Egilbertus fit Episcopus Bambergensis. fol. 301.
 Egilhardus Archiepiscopus Magdeburgensis obit. fol. 262.
 Egilhardus Abbas occiditur. fol. 202.
 Egilolphus fit Archiepiscopus Salisburgensis. f. 216. NB. differunt circa annum electionis Authores. moritur. fol. 218.
 Egilus fit Archiepiscopus Senonensis. fol. 197.
 Egilvardus Episcopus Herbipolensis moritur. fol. 183.
 Eginonis Abbatis vita & mors. f. 292.
 Eginus Episcopus Curientis obit. f. 321.
 Egvvardus fit Episcopus Schlesvicensis. fol. 226.
 Egvvinus Episcopus obit. f. 158. NB. alii obitum ejus tardius ponunt, & adhuc claruisse ferunt anno Christi 721.
 Eigil Abbas Fuldensis obit. f. 186.
 Einhamense cœnobium conditur. f. 262.
 Eisengrinus Episcopus. f. 217.
 Eizingerus Austriam ad rebellionem concitat. f. 515. in ordinem redigitur. f. 517.
 Eldad Danius Historicus Judæus. f. 396.
 Eleazarus fit summus Pontifex. fol. 4. amovetur. ibid.
 Eleonora de Cepeda obit. fol. 458.
 Eleonora Theresia Magdalena Imperatrix nascitur. fol. 704. moritur. f. 771.
 Eleuchadius Episcopus Ravennas moritur. f. 19.
 Eleusii Episcopi Semi-Ariani exilium. f. 58.
 Eleutherius Exarchus ambitiosus occiditur. fol. 126.
 Eleutherius Papa Martyr efficitur. f. 27.
 Elfredus Abbas claret. f. 235.
 Elfvvaldi Regis filii interimuntur. f. 178.
 Elgiva Reginae vita & mors. f. 213.
 Elias Episcopus Hierosolymitanus. fol. 87. sede pellitur. f. 91.
 Elias Archiepiscopus Bariensis. f. 274.
 Elias Gallus Anachoreta obit. f. 456.
 Eliberinum Concilium. f. 45.
 Elisabethæ Sanctimonialis doctrina & mors. fol. 316.
 Elisabetha filia regia Monialis claret. f. 318.
 Elisabethæ Thuringæ Landgraviæ Sanctus obitus. f. 356.
 Elisabethæ Abbatis vitâ & mors sancta. fol. 394.
 Elisabethæ de Spalbecke merita. fol. 410. 413.

Elisabetha Lusitanæ Regina obit. fol. 432.
 Elisabetha Imperatrix fit Monialis. fol. 461.
 Elisabethæ Hungariæ Regis filia acta sancta & mors. f. 434.
 Elisabethæ Monialis Cisterciensis vita & mors. f. 622.
 Elisabetha fit Angliæ Regina. f. 604. moritur. f. 643.
 Elisabethæ Picinardæ acta & obitus. f. 527.
 Elisabetha Ducissa Guelpherbytiana declaratur sponsa Caroli VI. f. 758.
 Elisabetha Imperatrix coronatur Regina Bohemiarum. f. 777.
 Elphegus Episcopus Wintoniæ moritur. f. 220. NB. discordant valde in anno obitus Authores.
 Elsinus Abbas sancte obit. f. 266.
 Elstanus Episcopus claret. f. 232.
 Elvanus Episcopus. f. 28.
 Elvid captivos Christianos necat. f. 165. obit. f. 166.
 Elvvangense cœnobium conditur. f. 171.
 Elzearii Comitis sancta mors. f. 425.
 Embricus Episcopus Augustanus moritur. f. 269.
 Embrico fit Episcopus Herbipolensis. fol. 269.
 Emerius Abbas claret. f. 180.
 Emmanuel Palæologus Imperator frustra à Christianis Regibus opem contra Turcas petit. f. 476.
 Emmanuel fit Rex Lusitanæ. f. 551. feliciter contra Mauros pugnat. f. 552. alia ejus acta; ibid. Fidem Christianam in Indiis insigniter promovet. f. 558. 570. moritur. f. 574.
 Emmerani Episcopi Martyrium. f. 138.
 Emmerani cœnobium conditur. f. 153.
 Emmo Archiepiscopus moritur. f. 146.
 Engelberti duo Monachi Benedictini illustres. f. 234.
 Engelbertus fit Archiepiscopus Colonienfis. f. 347. trucidatur. f. 352.
 Engelbertus II. creatur Archiepiscopus Colonienfis. f. 380. obit. f. 389.
 Engelberti Abbatis Admontensis vita & scripta. f. 423.
 Engelmani Eremitæ mors sancta. f. 278.
 Engilberta Imperatrix fit Monialis. f. 200.
 Engratia Martyr. f. 45.
 Enneco Abbas sancte obit. f. 259.
 Ennicus fit Rex Navarræ. f. 191.
 Ennicus Arista Rex Aragoniæ. f. 198.
 Enogatus Episcopus obit. f. 131.
 Enthii Regis Sardinia temeritas. f. 364.
 Eoveshamense monasterium conditur. f. 157.
 Eparchius Episcopus moritur. f. 83.
 Eparchius Abbas sanctus. f. 112.
 Ephrem Diaconus sancte moritur. f. 63.
 Ephrem Episcopus Antiochenus obit. fol. 100.
 Epictetus Episcopus Martyr cum aliis pluribus. f. 55.
 Epictetus Episcopus Arianus. f. 57.
 Epiphanius fit Episcopus Constantinopolitanus. f. 92. moritur. f. 96.

Epipodius Martyr cum pluribus aliis. fol. 25.
 Eppinghoven Monasterium conditur. fol. 345.
 Eppo Abbas sanctus claret. f. 305.
 Equitius Abbas. f. 93.
 Equus senex. f. 213.
 Ercanradus Episcopus Aichstadiensis obit. fol. 195.
 Erchianum Monasterium conditur. f. 377.
 Erchingerus cum aliis Ducibus decollatur. fol. 212.
 Erckenvaldus Episcopus Aichstadiensis obit. f. 208.
 Erckenbaldus Episcopus Argentoratensis moritur. f. 227.
 Erconvaldus fit Episcopus. f. 145. moritur. fol. 152.
 Erembertus fit Episcopus Tholosanus. fol. 140.
 Erfordia incendium magnum. fol. 532. tumultus. f. 583.
 Erhardus Monachus doctus. f. 233.
 Erhardus Episcopus Ratisbonensis obit. fol. 170.
 Ericus Generalis Vallumbrosanus. f. 277.
 Ericus Monachus Poëta. f. 200.
 Ericus Daniæ Rex obit. fol. 305.
 Ericus VII. Daniæ Rex occiditur. f. 371.
 Ericus sanctus Rex Sueciæ occiditur. f. 308. NB. variant de anno Authores.
 Ericus III. fit Rex Suecorum. f. 343. obit. fol. 347.
 Ericus IV. Suecorum Rex moritur. f. 371.
 Ericus Friderici II. Imperatoris filius in prælio vincitur & captivatur. f. 370.
 Erici Peregrini sanctus obitus. f. 489.
 Erkemboldo fit Episcopus Tervanensis. f. 161. obit. f. 166.
 Erlefridus ex Comite Monachus. f. 192.
 Erlenhardus Episcopus Argentoratensis obit. fol. 188.
 Erlongus Episcopus moritur. f. 292.
 Erluinus Episcopus Verdenfis in prælio occumbit. f. 200.
 Erlulphus Abbas Fuldensis, ejus acta. fol. 292.
 Ermenburga ex Regina Monialis. fol. 141.
 Ermengardis Augusta moritur. f. 193.
 Ermenilda ex Regina Monialis obit. fol. 154.
 Ermentarius Episcopus Viridunensis moritur. fol. 131.
 Erminoldi Abbatis Martyrium. f. 292.
 Erminus Abbas & Episcopus Laubiensis obit. f. 164.
 Ernanus Abbas Apostolicus decedit. fol. 134.
 Ernefridus Episcopus Constantiensis moritur. f. 167.
 Ernestus Augustus Dux Hanoveranus fit nonus Elector. f. 741.
 Ernestus Dux Sueviæ occiditur. fol. 246.
 Ernesti Abbatis Zvvifaltensis Martyrium. f. 312.
 Ernestus Dux Austriæ moritur. f. 497.
 Ernestus Archidux Austriæ fit Belgii Gubernator. f. 632. Moritur. f. 633.
 Eronis Abbatis longissima ecclasiis. f. 317. Mors. f. 454.
 Ervigius Rex obit. f. 150.
 Eschillus Archiepiscopus Lundensis dignitatem resignat. f. 322.
 Ellingenium civium temeritas punita. fol. 450.
 Essendia Monasterium conditur. f. 200.
 Etalense cœnobium conditur. f. 429.
 Ethbini Abbatis Thaumaturgi mors. fol. 116.
 Ethelbaldus Regnum capeffit. f. 159. alii ferunt ponunt. Regno exiit. f. 171.
 Ethelfreda Monialis regia claret. fol. 170.
 Ethelfridus Nothumbriæ Rex occiditur. fol. 125.
 Ethelredus fit Rex Merciorum. f. 145. fit Monachus. f. 156. obit. f. 159.
 Ethelredi Abbatis scripta. f. 349.
 Ethelredus Northumbriæ Rex occiditur.
 Etheltrida Regina fit Monialis. f. 145.
 Ethelvaldus fit Rex. f. 137.
 Ethelvvodus Episcopus obit. f. 233.
 Ethodius II. fit Scotiæ Rex. f. 23. occiditur. fol. 27.
 Ethodius II. Scotiæ Rex interimitur. fol. 33.
 Ethus Scotiæ Rex obit. f. 200.
 Etinus Rex moritur. f. 171.
 Etticho Episcopus Augustanus. f. 234.
 Evæ sanctæ Monialis vita. f. 356.
 Evaricus Gothorum Rex vincitur. f. 82. moritur. f. 86.
 Evaristus fit Papa. f. 19. Martyrio coronatur. fol. 20.
 Eubæam Turcæ occupant, millena crudelitatis signa relinquentes. f. 529.
 Eucarpus Martyr. f. 42.
 Euchadius Pictorum Apostolus. f. 114.
 Eucherius filius Stiliconis occiditur. f. 73.
 Eucherius fit Episcopus Aurelianensis. fol. 161. obit. fol. 164.
 Eudæmon Episcopus Lampfacenus gloriolè obit. f. 164.
 Eudo Aquitanæ Rex se Carolo Martello opponit. f. 160. vincit Zamanem. f. 161. Saracenos evocat. f. 162.
 Eudoxia Imperatrix moritur. f. 72.
 Eudoxia alia Imperatrix obit. f. 124.
 Eudoxius Episcopus Constantinopolitanus Arianus moritur. f. 62.
 Evelgotus Monachus claret. f. 249.
 Everamus cum aliis Martyr. f. 154.
 Everardus fit Episcopus Placentinus. fol. 206. moritur. f. 208.
 Evergerus fit Archiepiscopus Colonienfis. f. 235. obit. f. 238.
 Eufrazia & Febronia Regiæ Moniales moriuntur. f. 169.
 Eugendus Abbas sanctus. f. 108.
 Eugenius Imperator occiditur. f. 36.
 Eugenius I. Papa moritur. f. 139.
 Eugenius II. Papa. f. 187. obit. f. 188.
 Eugenius III. fit Papa. f. 304. moritur. f. 308.
 Eugenius IV. eligitur. f. 501. à Basileensi Concilio pro verò Papa agnoscitur. f. 511. ejus acta. ibid. moritur. ibid.
 Eugenius I. fit Scotiæ Rex. f. 61.
 Eugenius II. Scotiæ Rex. fol. 122.
 Eugenius IV. Rex obit. f. 127.
 Eugenius V. obit. fol. 152.

Eugenius VI. moritur. f. 155.
 Eugenius VII. Scotiæ Rex. f. 156. moritur. fol. 159.
 Eugenius VIII. Donaldum tyrannum caput occiditur. fol. 171.
 Eugenius Tyrannus occiditur. f. 68.
 Eugenius Toletanus Archiepiscopus. fol. 140.
 Eugeni Sabaudia Ducis expeditiones insignes. f. 745. 748. 749. 750. 752. 755. 757. 758. 759. 760. 765. 766.
 Eulalia virgo Martyr. f. 44.
 Eulogius Episcopus Alexandrinus obit. f. 123.
 Eumenes Episcopus Alexandrinus moritur. f. 22.
 Eunomius hæresiarca. f. 57.
 Evodius Episcopus Antiochiæ fit Martyr. fol. 11.
 Euphemius fit Episcopus Constantinopolitanus. f. 86. in exilium pellitur. fol. 87.
 Euphemius Dux perfidus occiditur. fol. 188.
 Euphemie virginis sanctus obitus. fol. 449.
 Euphrasia virgo & Martyr. f. 46.
 Euphrasius fit Episcopus Antiochenus. fol. 93.
 Euphrosia virgo Monialis moritur. f. 83.
 Euphrosina Ducis & virginis vita. f. 320.
 Eupraxia virgo miraculis clara. f. 74.
 Euprexia moritur. f. 39.
 Euracius Episcopus obit. f. 228.
 Eusebius Abbas claret. f. 161.
 Eusebius Papa moritur. f. 46.
 Eusebius Vercellensis Episcopus occiditur. fol. 57.
 Eusebius Episcopus Bisuntinus. f. 47.
 Eusebius Nicopoli ad Constantinopolitanam Sedem transfertur. fol. 52. moritur. ibid.
 Eusebius Episcopus Cæsareæ obit. f. 61.
 Eusebius Samofatenus occiditur. fol. 63.
 Eusebius Episcopus Mediolanensis extinguitur. f. 63.
 Eusebius Monachus Martyr. f. 203.
 Eusebii Monachi Camuldulensis dulcis mors. fol. 556.
 Eusebie Abbatis cum suis nobile factum. f. 163.
 Eusignius senex miles Martyr. f. 59.
 Eustachius cum suis Martyrium subit. f. 20.
 Eustachius Medicus. fol. 57.
 Eustachius Antiochenus Episcopus. f. 55.
 Eustachius Abbas Thaumaturgus floret. fol. 335.
 Eustasii Abbatis vita miraculosa & Apostolica. f. 129.
 Eustadiola Abbatis. f. 153.
 Eustathius Patriarcha obit. f. 248.
 Eustathius Patriarcha moritur. f. 274.
 Eustochie Virginis Monialis sancta vita & obitus. f. 528.
 Eustorgius I. Episcopus Mediolanensis. f. 48. moritur. f. 51.
 Eustorgius II. fit Episcopus Mediolanensis. f. 91. obit. f. 92.
 Euticii Abbatis sancta mors. f. 207.
 Eutrandus Diaconus claret. f. 206.
 Eutropius Martyr. f. 46.
 Eutropius Episcopus floret. f. 120.
 Eutyches in hæresim labitur. f. 79. Monachorum ejus affectarum tumultus. fol. 80. 85.
 Eutychianus Papa Martyrium subit. f. 40.
 Eutychius Episcopus Comensis moritur. f. 95.

Euthymius magnus moritur. f. 89.
 Euthymius Episcopus Sardiæ fit Martyr. f. 191.
 Euthymius Patriarcha Constantinopolitanus. f. 208.
 Euzojus Episcopus Arianus. f. 61.
 Evvaldi duo Monachi Apostolici, Martyres. f. 152.
 Exalada Monasterium evertitur. f. 201.
 Excommunicati corpus terra eicit. retinet absoluti. f. 563.
 Exuperantius Episcopus Ravennas obit. f. 75.
 Ezelinus Comes Palatinus Rheni. f. 244.
 Ezelini Patavii Tyranni facta. f. 356. 372 à Papâ oppugnatur. f. 375. Paduanorum 12000. occidit, ex vulnere moritur. f. 377.

F.

Faisfaxius eligitur Præfectus Generalis Angliæ. f. 692.
 Falerii ambitio punita. f. 447.
 Fames ingens. f. 2. 7. 8. 9. 61. 65. 80. 91. 97. 98. 122. 138. 140. 148. 179. 194. 207. 232. 235. 261. 276. 294. 329. 333. 353. 369. 390. 395. 418. 433. 506. 540. 557. 578. 601. 742. 745.
 Favianus Monachus sanctus obit. f. 307.
 Fanchea Virgo Thaumaturga moritur. f. 120.
 Fantila Monachus Martyr. f. 194.
 Farinæ pluvia. f. 761.
 Faroaldus ex Duce Monachus obit. f. 162.
 Faronis Episcopi Meldensis vita & mors illustris. f. 150.
 Fastrredi Abbatis sancta vita & mors. f. 314.
 Faustina Imperatrix moritur. f. 26.
 Faustinus & Jovita Martyres. f. 20.
 Faustinus Episcopus Brixienis. f. 62.
 Feckenamus ob Catholice fidei defensionem rursus incarceratur. f. 606. moritur in vineulis. f. 611. NB. alii mortem ejus tardius ponunt.
 Fechinus Abbas miraculis clarus. f. 144.
 Felicitas Imperatoris filia, Monialis obit. f. 239.
 Feliciani temerarium & crudele factum. f. 427.
 Felicissimus Confessor Thaumaturgus. f. 137.
 Felix Presbyter & c. Martyres Valentie in Gallia. f. 30.
 Felix fit Archiepiscopus Ravennas, ejus inconstantia. f. 156.
 Felix ex Capuccinorum Ordine sanctus obit. f. 625.
 Felix Antipapa creatur. fol. 507. resignat. f. 513. moritur. f. 515.
 Felix I. Papa. f. 38. Martyrio coronatur. f. 39.
 Felix II. Papa. f. 85. moritur. f. 87.
 Felix III. Papa. obit. f. 94.
 Fenestella ex vita decedit. f. 3.
 Feologildus fit Archiepiscopus Cantuariensis. f. 188.
 Ferchardus I. Rex Scotiæ sibi ipsam vitam admittit. fol. 132.
 Ferchardus II. fit Scotiæ Rex. f. 137. penitens moritur. f. 143.
 Ferchusius fit Scotorum Rex. f. 72. occumbit in prælio. f. 75.
 Ferchusius III. fit Scotiæ Rex. f. 171. ab uxore occiditur. f. 172.
 Ferdinandus I. Bavarie Dux moritur. f. 123.

Ferdinandus Flandriæ Comes prælio victus capitur. f. 345.
 Ferdinandus Princeps Asturiæ nascitur. f. 761.
 Ferdinandus I. Legionis & Castiliæ Rex. f. 251. ejus pia mors. f. 263.
 Ferdinandus III. fit Castiliæ Rex. f. 347. moritur. f. 372.
 Ferdinandus IV. Castiliæ Rex obit. f. 416.
 Ferdinandus V. Hispaniæ Rex nascitur. f. 514. obit. f. 570.
 Ferdinandus Electoris Bavarie filius nascitur. f. 682.
 Ferdinandi Neapolitani Regis in Proceres & vitas. f. 543. excommunicatur. f. 544. moritur apoplexiâ. f. 550.
 Ferdinandus Lusitaniæ Regis filius inter barbaros sanctus moritur. f. 510.
 Ferdinandus Calabriæ Dux captivatur. f. 566.
 Ferdinandus Cortesius magno animo novam Hispaniam invadit. f. 572.
 Ferdinandus I. Imperator nascitur. f. 558. eligitur in Regem Hungariæ. f. 577. coronatur in Bohemiæ Regem. f. 578. obit. f. 605.
 Ferdinandus II. Imperator natus est. f. 618. nuptias celebrat. f. 640. Imperii coronâ insignitur. f. 661. obit. f. 682.
 Ferdinandus III. Imperator nascitur. f. 649. coronatur Rex Ungariæ. f. 668. insignitur coronâ Bohemiæ. f. 672. fit Rex Romanorum. f. 682. Matrimonium init. f. 695. tertium matrimonium init. f. 698. alii has nuptias anno sequenti ponunt. moritur. fol. 706.
 Ferdinandus Archidux Ferdinandi I. filius nascitur. f. 580.
 Ferdinandus IV. Archidux coronatur Bohemiæ Rex. f. 693. insignitur quoque Ungariæ coronâ. f. 694. eligitur & coronatur in Regem Romanorum. fol. 701. moritur. fol. 702.
 Ferdinandus Leopoldus Archidux nascitur. fol. 695. moritur. f. 716.
 Ferdinandus Carolus Josephus Archidux nascitur. f. 697. moritur. f. 710.
 Ferdinandus Aloysius Josephus Archidux obit. f. 707.
 Ferdinandus Wenceslaus Archidux nascitur. f. 715. obit. f. 716.
 Ferdinandus Maria Bavarie Elector decedit. f. 728.
 Ferdinandus à Bilenberg fit Archiepiscopus Pragensis. f. 715. obit. f. 716.
 Ferreolus & Ferrutius Martyres. f. 30.
 Ferrutii Monasterium conditur. f. 175.
 Felcerinus Niger vincitur. f. 28.
 Festus Judææ Procurator. f. 9.
 Fethelmaclus fit Scotiæ Rex. f. 60. Pictos bello aggreditur & vincit. ibid. occiditur. fol. 61.
 Fiacrius Abbas sanctus miraculis gloriosus floret. f. 127.
 Fidelis Episcopus Emeritenis Thaumaturgus. f. 108.
 Fidulus Abbas sanctus. f. 99.
 Finæ virginis gloriosus obitus. f. 373.
 Finanus Archiepiscopus moritur. f. 140.
 Fincormachus fit Scotiæ Rex. f. 47. occiditur. f. 57.
 Findochus fit Scotiæ Rex. f. 37. interficitur. f. 39.

Finigenus Abbas obit. f. 228.
 Finiani Abbatis miracula. f. 144.
 Finnenus Abbas sanctus. f. 106.
 Firmianus Rhetor. f. 52.
 Firmitatis cœnobium conditur. f. 286.
 Flaccilla Augusta moritur. f. 65.
 Flaccus Avilius premit Judæos. f. 7.
 Flagellantium hæresis oritur. f. 389.
 Flavia Domitilla in exilium mittitur. f. 6. Martyrio coronatur. f. 18.
 Flavianus fit Episcopus Constantinopolitanus. f. 79.
 Flavianus Martyr. f. 44.
 Flavianus I. Episcopus Antiochenus. f. 64.
 Flavianus II. Episcopus Antiochenus. f. 88.
 Flavius Clemens occiditur. f. 17.
 Flavius Valerius Severus fit Cæsar. f. 45. occiditur. ibid.
 Flavii Ferrariensis doctrina & Episcopatus. fol. 598.
 Flinense cœnobium conditur. f. 393.
 Flobargisus Episcopus Salisburgensis. f. 155. obit. f. 165.
 Florbertus Gandensium Apostolus. f. 137.
 Florbertus Episcopus Leodiensis moritur. f. 166.
 Florentia Abbatisa 40. Monasteriorum moritur. f. 120.
 Florentius Abbas moritur. f. 103.
 Florentii Episcopi Arianis faventis dira pœna & mors. f. 57.
 Florentii Eremitæ sancta vita. f. 146.
 Florentius Comes Hollandiæ occiditur. fol. 403.
 Florentii Monachi mira conversio. f. 650.
 Florianus Tribunus militum fit Martyr. f. 32.
 Florianus Invasor Imperii occiditur. f. 39.
 Flotilda Monialis floret. f. 20.
 Fœdor Alexiovicus fit Russiæ Monarcha. f. 725.
 Folcardi & aliorum Martyrium. f. 176.
 Follianus Episcopus Martyr. f. 138.
 Folguinus Episcopus obit. f. 195.
 Fons patrocino S. Annæ prodigiose elicitur. f. 577.
 Fons salutatis prodigioso modo. f. 642.
 Fontanellæ cœnobium fundatur. f. 138.
 Pontis Frigidi Monasterium conditur. f. 302.
 Formosus Papa moritur. f. 207.
 Fornesæ Monasterium conditur. f. 294.
 Fossiorum hæresis exurgit. f. 557.
 Franci Romanum Imperium incurfant. f. 39.
 Franci Grotti mors sancta. f. 403.
 Franciscus Franciscani Ordinis author nascitur. f. 324.
 Francisci Oelleri Felix mors. f. 686.
 Francisci Adorniacta & obitus. f. 625.
 Francisci Foscari depositi Venetorum Ducis magnani mitas. f. 519.
 Francisci Tomaluccii vita & mors. f. 533.
 Francisca Romana nascitur. f. 467. moritur. fol. 508.
 Franciscus Sfortia Picininum vincit. f. 507. fit Dux Mediolanensium. f. 514.
 Franciscus Britanniæ Dux fratrem suum irregulari jubet, mox moritur. f. 514.
 Francischinæ Monialis obitus & apparitio. fol. 542.

Francisci Stradae obitus. f. 624.
 Franciscæ de Cumis mors sancta, & alia post hanc miranda. f. 553. NB. variant circa annum obitus Authores.
 Franciscus de Paula sanctè obit. f. 562.
 Francisci Cordubensis Martyrium. f. 573.
 Francisci Alvarez acta & mors. f. 587.
 Franciscus Xaverius in Japoniam venit. fol. 594.
 Franciscus I. Galliarum Rex nascitur. fol. 551. moritur. f. 592.
 Franciscus II. Galliarum Rex nascitur. f. 590. moritur. fol. 603.
 Francisci de Berga Episcopatus & Apostolici labores. f. 698.
 Franco fit Episcopus Leodiensis. f. 195. obit. f. 208.
 Franconiarum militares Copiarum Bavaricas cadunt. f. 751.
 Fredegundis impietas. f. 111, 113, 114. moritur. f. 119.
 Fremundus Eremita occiditur. f. 165.
 Frescendis virgo claret. f. 348.
 Fridelicus Archiepiscopus Moguntinus obit. f. 223. NB. variant de anno obitus scriptores.
 Fridericus Archiepiscopus Colonienensis moritur. f. 312.
 Fridericus fit Archiepiscopus Salisburgensis. f. 224.
 Fridericus I. Imperator nubit. f. 310. excommunicatur. f. 313. Mediolanum excindit. f. 313. suffocatur in fluvio. f. 328.
 Fridericus II. Imperator eligitur. f. 343. coronatur. f. 349. ad secundas nuptias transit, contra Turcas armatur. f. 351. excommunicatur. f. 355. Hierosolymam recipit. ibid. Italiam vexat. f. 363. excommunicatus à Papa & exauthoratus magis lævit. f. 363. Romam frustra obsidet. f. 365. citatur ad Concilium. fol. 367. caditur à Parmensibus. ibid. Parmam obsidet, ejus crudelitas. f. 368. Castris exiit. f. 369. Siculos affligit. ibid. suffocatur. fol. 370.
 Fridericus III. Austriacus nascitur. f. 488. fit Imperator. f. 508. coronatur. f. 509. Sponsam Senis excipit. f. 515. moritur. f. 549.
 Fridericus Austriacus contra Ludovicum Bavarum eligitur. f. 418. nubit. ibid. caditur in prælio à Ludovico. f. 418. vincitur iteratò & capitur. fol. 424. dimissus moritur. f. 428.
 Friderici Episcopi Trajectensis mirabilis mors. f. 190.
 Fridericus Siciliae Rex excommunicatur. f. 421.
 Friderici Comitis Palatini ad Rhenum acta. f. 532.
 Fridericus II. Daniarum Rex nascitur. f. 583.
 Fridericus III. Daniarum solium conscendit. f. 695. moritur. f. 718.
 Fridericus IV. Daniarum Rex coronatur. f. 747. secundum init conjugium. f. 773.
 Fridericus III. Prussiae Rex nascitur. fol. 706.
 Fridericus Comes Palatinus Rheni & Elector, à Bohemis rebellibus in Regem coronatur. f. 661. ejus exercitus propè Pragam caditur. fol. 663. moritur. f. 676.
 Fridericus Rex Prussiae moritur. f. 761.
 Fridericus Augustus filius secundo genitus Ele-

ctoris Saxoniarum nascitur. f. 718. nuptias celebrat. f. 742. fit Rex Poloniae. f. 745.
 Fridericus Princeps hereditarius Hassio-Casselanus nascitur. f. 725. nubit Regis Sueciae Filiae. f. 762.
 Fridericus Regis Poloniae ac Saxoniarum Electoris filius nascitur. f. 745. fit Catholicus. f. 767. sponsalia init. f. 769.
 Fridesvvida ex Ducissa Monialis obit. fol. 164.
 Fridiburga Sigeberti Regis sponsa fit Monialis. f. 125.
 Frodobertus Abbas sanctè obit. f. 145.
 Froilandus Episcopus obit. f. 200.
 Froila Galliarum Rex victoriosus. f. 169. occiditur. f. 173.
 Fructuosus Episcopus Martyr. f. 36.
 Fructuosus fit Episcopus Braccarensis. fol. 139. moritur. f. 142.
 Frumenti pluvia. f. 595. 610. 612.
 Frumentius Evangelium Indis annunciat. fol. 50.
 Fucherus Historicus. 293.
 Fubertus Episcopus Cameracensis moritur. fol. 224.
 Fulco Archiepiscopus Tholosanus obit. f. 357.
 Fulco fit Archiepiscopus Rhemenensis. f. 202. occiditur. f. 207.
 Fulco fit Rex Hierosolymitanus. f. 297. moritur. f. 304.
 Fulgentius Monasticen propagat. f. 88. moritur. f. 94.
 Fulmen Confutii templum destruit. f. 781.
 Fulminatrix Legio Romanorum undè dicta? f. 25.
 Fursei Apostolica vita. f. 135. mors. f. 138.
 Fürstenbergius captivatur à Caesareis. f. 725. liber dimittitur. f. 728. fit Episcopus Argentoratensis. f. 731.

G.

Gabinus Martyr. f. 42.
 Gabinus Rex occiditur. f. 60.
 Gabriel Adomius Dux Genuensium. f. 452. amovetur. f. 456.
 Gabriel Patriarcha Alexandrinus. f. 211.
 Gainæ Belliducis rebellio. fol. 69. ejus attentata pessima, mors. f. 196.
 Gajus Episcopus Mediolanensis. f. 10. moritur. f. 16.
 Galassii Polemarchi Caesarei expeditiones bellicae. f. 682. 690. mors. 694.
 Galdinus Cardinalis & Archiepiscopus obit. f. 321.
 Galeatus Sfortia Dux Mediolanensis occiditur. f. 536.
 Gallicanus in exilium mittitur & fit Martyr. fol. 59.
 Galliarum Regnum interdicto supponitur. fol. 344.
 Gallienus Imperator occiditur. f. 38.
 Gallus Imperium invadit. f. 35. interimitur cum filio. f. 35.
 Gallus Caesar creatur. fol. 54. capite truncatur. f. 55.
 Gallus Episcopus Arvernensis sanctè obit. f. 109.
 Galtherus Episcopus Senonensis moritur. f. 213.
 Galtherii Episcopi Martyrium. f. 367.

Operis Alphabeticus.

Gambacurtius Imperatori Carolo necem molitur. f. 447.
 Gandavensium ingens clades. f. 464.
 Gandersheimense cœnobium conditur. f. 194. NB. variant Authores in anno foundationis.
 Garibaldus de folio deturbatur. f. 145.
 Garibaldus Episcopus Ratisbonensis obit. fol. 168.
 Garnardus Scotorum Rex Scotiam invadit. fol. 156.
 Garsias Turcicas populatur oras. f. 590.
 Gaudabundus Rex Vandalorum. f. 86. moritur. fol. 87.
 Gaudentius Ariminensis Episcopus Martyr. fol. 57.
 Gaudentius Episcopus Novariensis moritur. fol. 75.
 Gaudinus Episcopus Martyr. fol. 161.
 Gaudiofus Episcopus Brixienensis obit. f. 79.
 Gaufridus Archiepiscopus obit. f. 295.
 Gaufridi Archidiaconi mors. f. 344.
 Gebhardi Episcopi Constantiensis merita. fol. 274.
 Gebhardus Episcopus excæcatur. f. 193. occiditur. fol. 203.
 Gedimirus Russiae Dux moritur. f. 529.
 Geisa Hungariae Rex obit. f. 269.
 Geisa Dux Hunnorum Christianus decedit. fol. 238.
 Gelasius Abbas miraculis claret. f. 611.
 Gelasius I. Papa. fol. 87. moritur. f. 88.
 Gelasius II. creatur Papa. fol. 289. obit. fol. 290.
 Geminus Scriptor Ecclesiasticus. f. 32.
 Gemmae virginis obitus. f. 500.
 Gemmae viduae mors. f. 505.
 Genebrardus Archiepiscopus moritur. fol. 634. NB. variant scriptores in anno obitus, quem aliqui serius ponunt.
 Genebaldus I. Franconiarum Dux. f. 50.
 Genebaldus II. Franconiarum Dux moritur. fol. 81.
 Genebaldus III. Franconiarum Dux vitam exiit. f. 126.
 Genesius Archiepiscopus Lugdunensis. fol. 134.
 Genesius Archiepiscopus Claromontanus floret. f. 141.
 Gengulphus occisus miraculis claret. fol. 170.
 Gennadius fit Episcopus Constantinopolitanus. fol. 81. moritur. f. 83.
 Gennadius Episcopus Asturicensis obit. f. 214.
 Gensericus Vandalorum Rex Africam devastat. f. 76. Carthaginem capit. f. 78. Siciliam affligit. ibid. pacem cum Imperatore init. ibid. invitatur in Italiam. fol. 81. moritur. fol. 84.
 Gentæ Beatæ obitus. fol. 390.
 Gentilium seditio in Oriente. fol. 67.
 Genuenses Gallos ejiciunt. f. 521. nobilitate pulsà ad plebejos regimen devolvunt, aut coërcentur. f. 562.
 Genuensium clades. f. 384. de Venetis & Aragonibus triumphant. f. 444. vincuntur ab illis. f. 445.
 Georgia virgo sancta. f. 85.
 Georgius Martyr Diospoli. f. 44.
 Georgius Pseudo Episcopus Alexandrinus. f. 56.
 Georgius Episcopus Arianus occiditur. f. 59.
 Georgius ex Marchione Monachus floret. f. 409.

Georgii Agricola ingenii monumenta. f. 599.
 Georgius Podiebradius fit Bohemiae Rex. f. 512. obit. f. 529.
 Georgius Basta belli Dux Caesareus prosperè armis in Transylvania agit. f. 642.
 Georgius Ludovicus Elector Brunsvico-Luneburgicus nunc Angliarum Rex nascitur. fol. 708. nuptias celebrat. f. 731. proclamatur Angliarum Rex. f. 762.
 Geraldus Comes Aurelianensis Sanctus. f. 212.
 Gerardus Ungariae Apostolus claret. f. 240.
 Gerardus Archiepiscopus Mongunianus obit. fol. 379.
 Gerasimus Abbas sanctus moritur. f. 84.
 Geremarus Abbas sanctus vivis subtrahitur. f. 140.
 Gerido Arabum Tyrannus moritur. fol. 161.
 Gerlaci Eremitæ sanctus obitus. fol. 319.
 Germani à Romanis deficiunt eosque prælio vincunt. f. 2. vincuntur prælio. f. 3.
 Germani Italiam infestant. fol. 37. ibidem & in Gallia triumphant. f. 38. caduntur. f. 39. 40. 61.
 Germanicus Caesar occiditur. fol. 3.
 Germanicus Martyr Smirnae. f. 24.
 Germanus fit Patriarcha Constantinopolitanus. fol. 159. relegatur in exilium. fol. 163.
 Germanus Episcopus Bisuntinus occiditur. fol. 72.
 Germanus belli dux moritur. f. 102.
 Germanus Abbas Martyr. f. 142. NB. variant circa annum Martyrii Scriptores.
 Germanus Episcopus Capuanus moritur. fol. 99.
 Geroaldus Episcopus occiditur. fol. 160.
 Gertrudis Abbatisa Hamaticensis obit. fol. 139.
 Gertrudis Abbatisa Nivelensis decedit. fol. 142.
 Gertrudis ex Ducissa Monialis moritur. fol. 313.
 Gertrudis Magna Abbatisa claret. f. 401. diem extremum obit. f. 416.
 Gertrudis ab Oosten celebris habetur. fol. 435. vitam finit. f. 448.
 Geruntius Episcopus Mediolanensis moritur. fol. 83.
 Gesaleicus Rex Gothorum Regno pellitur. f. 90.
 Geta Imperator à fratre Antonio occidi jubetur. f. 30.
 Gethes Rex fit Christianus. fol. 94.
 Gianon Coggia miranda fata. f. 773.
 Gibellini ac Guelphi ob tumultus concitatos excommunicantur. fol. 367.
 Gibraltaria, ab Anglis occupatur. f. 253. à Gallo-Hispanis frustra obsidetur. fol. 755.
 Gilberti vita & Scripta. f. 394.
 Gildasii Abbatis sancta mors. f. 196.
 Gilchristus uxorem occidit. f. 328. in Regis gratiam redit. ibid.
 Gildæ corpus mirabiliter translatum. fol. 106.
 Gildardus Episcopus Rothomagensis obit. f. 106.
 Gilimer fit Rex Vandalorum. f. 94. obsidetur & capitur. f. 95.
 Gisela Stephano Ungariae Regi desponsatur. fol. 243.
 Gisila Imperatrix obit. f. 253.
 Gisilbertus Abbas thaumaturgus. f. 308.

- Gilla hæreticæ puellæ temeritas. f. 418.
 Gizid Saracenorum fit Princeps. fol. 146.
 Glacenses in Bohemiâ silvæ ardent. fol. 587.
 Glaphyra virgo obit. f. 49.
 Glires avaritiæ fiunt vindices. fol. 441.
 Globorum igneorum in aère apparitio. f. 220, 754. 777.
 Glotfendis Abbatissa sanctè obit. f. 126.
 Glyceria Martyr. f. 25.
 Glycerius Episcopus Mediolanensis. f. 77.
 Glycerius Imperator. fol. 83. deponitur. fol. 84. 777.
 Goat Eremita sanctus obit. fol. 137.
 Godebaldus fit Episcopus Herbipolensis. f. 191. obit. f. 194.
 Goldefridi Lotharingæ Ducis pœnitentia. fol. 255.
 Godefridus Dux Suevorum moritur. fol. 157.
 Goldefridus Dux Bullionius vitam finit. fol. 280.
 Godegrandus Episcopus Metensis moritur. fol. 172.
 Goderamus Burgundiæ Rex. f. 93.
 Godescalcus Slavorum Princeps Martyrium subit. f. 263.
 Godobertæ Monialis vita & mors miraculosa. f. 154.
 Godrici Eremitæ sancta vita & obitus. fol. 319.
 Gonsalvi Amaranthæ Miracula & mors. fol. 377.
 Gordiani ambo Imperatores extinguuntur. fol. 33.
 Gordianus senioris nepos fit Imperator. f. 33. Sabinianum rebellem comprimit, ducit uxorem. ibid. Persas vincit. ibid. occiditur. fol. 34.
 Gordianus & Epimachus Martyres. f. 59.
 Gorziense cœnobium conditur. f. 167.
 Golbertus I. Franconiæ Dux moritur. f. 156.
 Golbertus II. Franconiæ Dux obit. f. 161.
 Golberti Monachi resuscitatio. f. 345.
 Gosvini Abbatis sanctitas & mors. f. 317.
 Gotarzi fit Rex. f. 8.
 Gothi Thraciam occupant. f. 63. gravi clade afficiuntur. ibid. Galliam invadunt. fol. 74. habitantes in Hispaniâ fidem Catholicam amplectuntur. f. 117.
 Gotius Battaglia fit Cardinalis. f. 433. moritur. f. 439.
 Gozelinus Episcopus Parisiensis obit. f. 204.
 Gozilo fit Dux Lotharingæ. f. 246.
 Grammaticus Episcopus Metensis moritur. f. 96.
 Granata Mauris eripitur. f. 548.
 Grandimontensis Ordinis initium. f. 269.
 Grando ingens. f. 61. 447. 449. 563.
 Gratianus creatur Augustus. f. 61. Valentianum juniorem pro consorte Imperii admittit. f. 63. hæreticis est infectus. ibid. Allemannos vincit. ibid. occiditur. f. 65.
 Gregorius Magnus fit Monachus Benedictinus. f. 110. creatur Papa. f. 116. moritur. f. 122.
 Gregorius II. fit Papa. f. 158. obit. f. 163. succedit ei
 Gregorius III. ibid. vitam finit. fol. 165.
 Gregorius IV. creatur. fol. 188. moritur. fol. 192.
 Gregorius V. Petri Cathedram conscendit. fol. 238. expirat. fol. 239.
 Gregorius VI. eligitur. f. 253. se abdicat. Papatu. f. 254.
 Gregorius VII. fit Papa. fol. 267. obit. fol. 273.
 Gregorius VIII. eligitur. f. 326. vitam claudit. ibid.
 Gregorius IX. creatur. fol. 354. obit. fol. 365.
 Gregorii X. electio. f. 388. moritur. fol. 391.
 Gregorius XI. fit Papa. fol. 456. ejus acta. f. 458. mors. f. 461.
 Gregorius XII. eligitur. fol. 482. Papatu se abdicat. fol. 488. moritur. f. 490.
 Gregorius XIII. ad Papalem sedem evehitur. fol. 612. obit. f. 624.
 Gregorius XIV. creatur & brevi moritur. fol. 629.
 Gregorius XV. creatur. fol. 664. obit. fol. 666.
 Gregorius Neocofaræ Episcopus montem transfert. obit. f. 37.
 Gregorius Cappadox Ecclesiæ Antiochenæ magnâ ejus strage Episcopus obtruditur. fol. 52.
 Gregorius Alexandrinæ Ecclesiæ in valor occiditur. fol. 53.
 Gregorii Nazianzeni præclara facta. fol. 62. mors. f. 67.
 Gregorius Lingonensis Episcopus sanctè obit. f. 106.
 Gregorius fit Episcopus Turonensis. f. 109.
 Gregorius Antiochenus frivole accusatus à Concilio absolvitur. f. 114. mirè in vitâ conservatur. ibid.
 Gregorius Episcopus Trajectensis decedit. fol. 174.
 Gregorius Acritensis sanctè obit. f. 186.
 Gregorius Magnus Scotiæ Rex vitâ fungitur. fol. 205.
 Gregorius Angliæ Regis filius fit Monachus. fol. 222.
 Gregorius Spoletanus obit. f. 534.
 Gregorius Cortesius Cardinalis extinguitur. f. 594.
 Grimbaldi Abbatis laus. f. 208.
 Grimoaldi Majoris Domus Regiæ ambitio punitur. fol. 139.
 Grimoaldus Longobardorum Rex moritur. f. 145.
 Grimoaldus Pipini Herstalli filius occiditur. fol. 158.
 Grimoaldus Baviaræ Dux interimitur. fol. 162.
 Grimoaldus Princeps Beneventanus interficitur. f. 185.
 Grimus fit Scotiæ Rex. f. 238. moritur. fol. 241.
 Gualteri Theutonici sanctus obitus. f. 407.
 Gualteri Brugensis Miracula & mors. fol. 412.
 Gualungus eversum Mediolanum restituit. f. 319.
 Guarimundus Patriarcha obit. f. 295.
 Guarinus Episcopus fit Cardinalis. f. 304. moritur. f. 312.

Guba

- Guba Lufatiæ urbs per Hussitas excinditur. fol. 499.
 Guda Rudolphi Imperatoris filia nubit. folio 395.
 Gudila Monialis sanctè obit. f. 158.
 Guebriani Gallorum Archistrategi exercitus à Cæsareis Ducibus ad internecionem deletur. f. 690.
 Guelphorum triste fatum. f. 369.
 Guericus Abbas Igniaci floret. f. 297.
 Guiberti Monachi vita & mors. f. 225.
 Guidericus Britannæ Rex. f. 4.
 Guido Antipapa moritur. f. 320.
 Guido Bonatus Astrologus. f. 382.
 Guido Longinellus Martyr efficitur. f. 388.
 Guido Archiepiscopus occiditur. f. 484.
 Guignerius Clitonis Regis filius occiditur. fol. 80.
 Guilielmus Nothus fit Rex Angliæ. folio 264.
 Guilielmus Comes Hollandiæ eligitur in Imperatorem. f. 368. in prælio occumbit. folio 374.
 Guillelmi ex Duce Monachi Gellonensis vita & mors. f. 184.
 Guillelmus fundator Olivæ obit. fol. 365. NB. variant de anno mortis ejus Scriptores.
 Guillelmus fundator Ordinis montis Virginis decedit. f. 303.
 Guillelmi Abbatis Claravallis carcer & obitus. f. 347.
 Guillelmus Cellingus claret. f. 541.
 Guillelmi Scoti Martyrium. f. 654.
 Guillelmus ex Duce Monachus obit. f. 226.
 Guillelmus de Agrifolio fit Cardinalis. f. 443. obit. f. 456.
 Guillelmi Baviaræ Ducis miser status. f. 448.
 Guillelmi de Tolotano acta & mors. f. 456.
 Guillelmus Estouteville fit Cardinalis. folio 507.
 Guimundus fit Episcopus Averfanus. f. 253.
 Guinichus ex Duce Monachus. fol. 186.
 Gundisalvi Vasicii cum filio Martyrium. folio 570.
 Gundebaldus Rex Burgundiæ moritur. folio 92.
 Gunderici Regis misera mors. f. 76.
 Gundleus Regis filius Eremita. f. 88.
 Guntelini juvenis Angli mira conversio. folio 322.
 Gunteramni Regis clementia in sicarium. folio 116. obit. f. 118.
 Guntherus Episcopus Bambergensis obit. folio 263.
 Gunzo Episcopus moritur. f. 199.
 Gurias & Samona Martyres. f. 42.
 Gustavus Adolphus fit Rex Sveciæ. f. 652. Moscos cædit. f. 656. nuptias celebrat. f. 663. contra Cæsarem & Catholicos arma movet. f. 674. Cæsaris exercitum cædit ad Lipsiam. f. 675. occiditur in prælio. f. 677.
 Gunthlacus Monachus & Eremita sanctè decedit. f. 158.
 Gutterius Olorius Monachus. f. 228.

R.P. Brentano Epitom. Chronolog. Index.

- H Abdallus Rex Magos extinguit. f. 170.
 H Christianos manibus inscribi jubet. f. 174. moritur. ibidem.
 Habdaragman Saracenorum Princeps. f. 186. persecutionem in Christianos movet. f. 193. obit. f. 194.
 Hadelinus Monachus sanctitate & miraculis clarus obit. f. 151.
 Hadrianus nascitur. f. 15. fit Imperator. f. 20. est in Gentiles clemens, in Christianos crudelis. ibid. moritur. f. 22.
 Hadrianus I. Papa. f. 174. moritur. f. 179.
 Hadrianus II. eligitur. f. 309. obit. f. 312.
 Hadrianus III. extinguitur. f. 203.
 Hadrianus IV. vitam exuit. f. 312.
 Hadrianus V. eligitur & moritur. f. 391.
 Hadrianus VI. eligitur. f. 574.
 Hadulphus fit Episcopus Atrebatensis. folio 159. moritur. f. 163.
 Hæresis Valentiniana. f. 22.
 Hæretici plures comburuntur. f. 602.
 Hæretici à dæmonibus verberibus exagitantur. f. 91.
 Haimodis Abbatissa Gandersheimensis moritur. f. 200.
 Halberstadiensium seditio & pœna. f. 497.
 Hali Arabum Princeps Christianos persequitur & occidit. f. 169.
 Hannibal Bentivoglius Philippi Mediolanensis Ducis exercitum cadit. f. 510.
 Hanno Episcopus Mindensis obit. f. 326.
 Haraldus VI. Daniæ Rex baptizatur. f. 227. obit. f. 232.
 Haraldi Comitis sacrilegium. f. 334. mors. ibid.
 Hardvvicus Northumbriæ Rex occiditur. fol. 264.
 Hariolphus Abbas Elvvangensis. f. 175.
 Haroldus Angliæ Rex in prælio occumbit. fol. 264.
 Harruchi Episcopi Verdenensis Martyrium. f. 189.
 Hasnoniense cœnobium conditur. f. 158.
 Hasselkæ virginis vita & mors. f. 379.
 Hastings Danus Galliam devastat. f. 191.
 Hathebrandi Abbatis mors & miracula. folio 279.
 Hatto fit Archiepiscopus Moguntinus. f. 205. obit. f. 211.
 Haumarus Arabum Dux Heraclii exercitum vincit. f. 131. Hierosolymam obsidet & occupat. f. 132. occiditur. f. 135.
 Haumarus II. juratus Christianorum hostis. fol. 160. obit. ibidem.
 Haymarus fit Martyr. f. 170.
 Haymo fit Archiepiscopus Senonensis. f. 140.
 Haymo & Veremundus fratres sanctè obeunt. f. 177.
 Haytho Basileensis Episcopus Ecclesiam Cathedraliæ construit. f. 181.
 Hedda fit Episcopus. obit. f. 146. moritur. fol. 156.
 Hedvvigis ex Ducissa Poloniæ Monialis obitus. f. 366.
 Hegesippus scriptor Ecclesiasticus obit. f. 26.
 Heidenheimense Monasterium conditur. f. 168.
 Helena Allabenorum Regina fit Christiana. f. 8.
 Helena

K k k k k

Helena Constantini Magni mater Crucem Christi invenit. f. 50.
Helena Thaumaturga. f. 388.
Heliconis gloriosum Martyrium. f. 33.
Helinandi Monachi scripta. f. 332.
Helladius Episcopus Antisiodorensis. f. 66.
Helladius Archiepiscopus Toletanus. f. 131.
Heltradius Abbas sanctus moritur. f. 200.
Helveti contra Habsburgicum Comitem insurgunt. f. 410. confederationem ineunt quam firmant. f. 448.
Helveti Catholici acatholicos iterato cadunt. f. 581.
Helxeus Pseudo-Propheta. f. 18.
Hengistus Anglorum Dux. f. 79.
Henricus Saxoniae Dux Danos vincit. f. 207.
Henrici Lusitaniae Principis Monachatus & Religionis zelus. f. 497.
Henrici Clausii Abbatis scripta. f. 595.
Henricus I. fit Imperator. f. 212. vincit. f. 215, 216, 217. moritur. *ibid.*
Henricus II. contra Graecostriumphat. f. 247. moritur. f. 248. sanctorum catalogo adscribitur. f. 304.
Henricus III. fit Imperator. f. 250. vitam deponit. f. 258. succedit ei
Henricus IV. natus. f. 256. excommunicatur, ejus poenitentia. f. 269. Rudolphum contra se electum vincit. f. 270. Romam obsidet & expugnat. f. 272. exauctoratur. f. 283. moritur. f. 284.
Henricus V. Imperator, ejus acta. f. 285, 286. excommunicatur. *ibid.* obit. f. 294.
Henricus VI. nascitur. f. 316. nubit. f. 326. coronatur Romae. f. 329.
Henricus VII. Lucemburgicus fit Imperator. f. 413. ejus acta. f. 414. Romae coronatur. f. 416. obit. f. 417.
Henricus Landgravius Thuringiae electus Imperator obit. f. 368. NB. Variant circa annum obitus Scriptores.
Henricus I. Galliae Rex coronatur. f. 249. moritur. f. 261.
Henricus II. fit Rex Galliae. f. 592. ejus varia belli fortuna. f. 601. in torneamento laesus obit. f. 602.
Henricus III. Galliae Rex occiditur. f. 628.
Henricus IV. Rex Galliae ex haeretico fit Catholicus. f. 628. nuptias celebrat. f. 639. mortis periculum cum conjuge incurrit. f. 647. a sicario perimitur. f. 651.
Henricus I. Rex Angliae coronatur. f. 280.
Henricus II. Regnum Angliae adipiscitur. fol. 310. Item Hiberniam. f. 319. moritur. f. 325. NB. videtur obitum hunc transferendum esse.
Henricus III. fit Rex Angliae. f. 347.
Henricus IV. Lecestrius fit Rex Angliae. folio 476.
Henricus V. moritur. f. 494.
Henricus VI. Rex Angliae vitam fungitur. f. 532. NB. diversa est de anno & modo mortis Scriptorum opinio.
Henricus VII. obit. f. 563.
Henricus VIII. Rex Angliae nuptias celebrat. f. 563. scribit contra Lutherum. f. 575. matrimonii vinculum & orthodoxam fidem repudiat. f. 578. Monasteria diruit. f. 586. moritur. f. 592.
Henrici I. Castillae Regis obitus. f. 347. NB. hunc alii tardius ponunt.
Henricus II. Petro fratre occiso Regnum Castillae invadit. f. 455.
Henrici Daniae Principis apud Barbaros captivitas. f. 391.
Henricus Burbonius Archiepiscopus obit. fol. 336.
Henricus de Segusia J. C. claret. f. 375.
Henricus Bavariae & Saxoniae Dux exauctoratur. f. 320.
Henricus Archiepiscopus Moguntinus deponitur. f. 308.
Henrici Comitis Palatini status & acta. folio 261.
Henricus Crassus Dux praefocatur. f. 282.
Henricus Episcopus Upsalensis fit Martyr. f. 307.
Henricus Abbas Clarae vallis fit Cardinalis. f. 313.
Henricus Bavariae Dux obit. f. 402.
Henricus Friderici Imperatoris filius aeterno carceri mancipatur. f. 361.
Henricus Dux Brunsvicensis obit. f. 638.
Heracleanus Comes Imperii hostis declaratur. f. 74.
Heracleanus primus Dux Venetorum. f. 153.
Heracleas fit Episcopus Alexandrinus. f. 32. moritur. f. 34.
Heraclius Phocam vincit & occidit. f. 123. ejus filius
Heraclius Constantinus nascitur. f. 124. hunc cum filia Augustum dicit. *ibidem.* Persas vincit. f. 127, 128, 129. Crucem Salvatoris in Calvariae montem reportat. fol. 130. incidit in haesim. f. 131. moritur. f. 135.
Herculanus Episcopus Martyr. f. 101.
Herennius Episcopus intrusus. f. 57.
Hesvvida ex Regina Monialis. f. 136.
Heribaldus Episcopus Antisiodorensis obit. fol. 195.
Heribertus fit primus Elector Colonienis. fol. 238. obit. f. 247.
Herigerus Archiepiscopus moritur. f. 215.
Herioldus Danorum Rex baptizatur. fol. 187.
Hermannus de Salza bellica fortitudo. f. 364.
Hermelandi Abbatis vita & mors. f. 151.
Hermenegildus filius Regis Leovigildi martyrio coronatur. f. 114.
Hermengardis Imperatrix obit. f. 183.
Hermogenes Martyr. f. 45.
Hermylus Martyr. f. 48.
Hero Episcopus Martyr. f. 21.
Hero fit Episcopus Antiochenus. f. 22.
Herodes a Judaeis fidelitatis juramentum exigit. necem Jesu infantis meditat. Infirmatur. f. 1. ejus impium mandatum. Occidi jubet filium. f. 2.
Herodes Tetrarcha condit urbes. f. 4. in exilium mittitur. f. 7.
Hespo Burgundiae Praefectus occiditur. folio 125.
Hersfeldense caenobium conditur. f. 164.
Hertvici felix sanctusque obitus. folio 349.

Hesychius

Hesychius Hierosolymitanus Patriarcha moritur. f. 123.
Hesychius Eremita sanctus. f. 178.
Hesychius Presbyter doctus & sanctus moritur. f. 77.
Hethanus Franconiae Dux obit. f. 165.
Hetti fit Archiepiscopus Trevirensis. f. 184. obit. f. 192.
Hezelius Episcopus munificus. f. 270.
Hieronimus sanctus scriptis innotescit. f. 62. Presbyter ordinatur, ejusque ulteriora acta. f. 64. Romae discedit. f. 65. moritur. f. 75.
Hieronimus Pragensis comburitur. f. 489.
Hieronimi Aemiliani acta & mors sancta. f. 586.
Hieronimi Armini gloriosa acta & obitus. f. 670.
Higinus Papa Martyrio coronatur. f. 23.
Hilarius Episcopus cum aliis Martyr. f. 40.
Hilarius fit Papa. f. 82. moritur. f. 83.
Hilarius Episcopus Papiensis. f. 63.
Hilarius Episcopus Bisuntinus. f. 49.
Hilarius Episcopus Pictaviensis ab exilio redit. f. 57. moritur. f. 61.
Hildae Abbatissae sancta mors. f. 148.
Hildebertus Abbas. f. 46.
Hildebertus Abbas Martyr. f. 168.
Hildebertus Archiepiscopus Moguntinus. fol. 215.
Hildegardis Imperatrix gemellos parit. f. 175. Obit. f. 176.
Hildegundis Monialis sanctae vita & mors. fol. 327.
Hildericus fit Rex Vandalorum. f. 93.
Hildovinus ex Monacho Episcopus claret. fol. 213.
Hildolphus ex Archiepiscopo Monachus obit. f. 156.
Himetani populi baptismum suscipiunt. folio 91.
Himmana Abbatissa claret. f. 356.
Hincmarus Archiepiscopus Rhemenis claret. f. 192. moritur. f. 202.
Hirsaugienae caenobium conditur. f. 188.
Hoamen fit Princeps Saracenorum. f. 135.
Hocquincurtii generosum facinus. f. 714.
Holckius Polemarchus Caesareus rem feliciter gerit. f. 679.
Hollandiae tumultus. f. 386.
Hollandiae status periculosus. f. 720.
Holmiae occupatio & tragedia. f. 574.
Homicidium prodigiose manifestatur. f. 559.
Homoboni vita & mors sancta. f. 279.
Honobertus Archiepiscopus Senonensis obit. f. 169.
Honoratus Episcopus Arelatensis. f. 76.
Honoratus Abbas 200. Monachorum. folio 93.
Honorius nascitur. f. 65. nubit. f. 69. ejus acta. *ibid.* & f. 72. moritur. f. 76.
Honorius I. fit Papa. f. 129.
Honorius II. Papa moritur. f. 296.
Honorius III. creatur. f. 347. è vivis decedit. f. 354.
Honorius IV. fit Papa. folio 398. obit. folio 399.
Hormisda fit Papa. f. 91.
Hormisda Rex Persarum occiditur. folio 116.

R. P. Brentano Epit. Chronolog. Index.

Hospitius Confessor sanctus. f. 111.
Hostia miraculosa. f. 420. hostia consecrata in aere prodigiose pendula haeret. folio 516. 649.
Hubertus Bavariae Dux moritur. f. 136.
Hubertus Archiepiscopus Mediolanensis vitam exuit. f. 317.
Hucbaldus doctrinam claret. f. 217.
Hucbertus Monachus sancte obit. f. 152.
Hugbertus Monachus floret. f. 417.
Hugo Archiepiscopus Rothomagensis moritur. f. 163.
Hugo Capetus coronatur. f. 234. moritur. f. 238.
Hugo Hetruriae Marchio obit. f. 240.
Hugonis Abbatis Bonae Vallis vita & mors. f. 323.
Hugo à S. Caro fit Cardinalis. f. 367. obit. fol. 377.
Hugonis Baucii temeritas morte punita. f. 441.
Hugo Lusignan Rex Cypri obit. f. 449.
Hugo fit Rex Italiae. f. 214. Arnolphum Bavariae Ducem repellit. f. 216. fit Monachus. f. 220.
Hugo Monachus sanctitatis famam illustris obit. f. 215.
Hugonothii Pictavium frustra obsident. f. 609. durius habentur. f. 710. 728.
Hugvaldus Franciae Orientalis Dux. f. 100.
Humbelina virgo sanctitatis famam floret. folio 305.
Humberti ex Comite Monachi vita & mors. f. 337.
Humbertus Cardinalis claret. f. 256. obit. f. 262.
Humilitas Virgo sancte obit. f. 414.
Hunaldus Aquitaniae Rex capitur. f. 173.
Hunericus fit Vandalorum Rex. f. 84. ejus saevitia. f. 85. misera mors. f. 86.
Hunnorum clades. f. 71. Cappadociam devastant. f. 91. nova eorum irruptio in Imperium. f. 97. 213.
Hussitica haeresis invalescit. f. 483. Hussi Praga proscibitur. f. 487. Hussitae Catholicos persequi incipiunt. f. 489. divè cum iis agunt. f. 498. 499. 500. sapissime victores ab Equitibus tandem Ordinis Teutonici magna clade afficiuntur. f. 503. ad internecionem delentur Praga. *ibid.*
Hutvill Castrum expugnatur & exuritur. fol. 441.
Hyacinthi Apostolica merita. f. 357. mors. f. 375.
Hymenaeus moritur. f. 42.
Hyppolitus Episcopus scribit Canonem temporum. f. 31.

I.

Iacobus major Apostolus meretur de Hispanis. f. 6.
Iacobus minor Apostolus occiditur. f. 10.
Iacobus Diaconus Martyr. f. 64.
Iacob Monachi beatus obitus. f. 351.
Iacobus Aragoniae Rex Maurorum debellator obit. f. 391.
Iacobus de Voragine moritur. f. 406.

K k k k k 2

Ia.

Iacobi de Mevania vita & mors. f. 408.
 Iacobus de Viterbio Archiepiscopus. f. 409.
 Iacobi Veneti vita & obitus. f. 418.
 Iacobi Peyt inamantitas. f. 426.
 Iacobi Gerii sanctus vitæ exitus. f. 439.
 Iacobus Martius ex Rege Neapolitano fit Monachus. f. 491.
 Iacobus à Castro occisus ab impiis mirè revelatur. f. 528.
 Iacobi de Marchia obitus & incorruptio. f. 535.
 Iacobi Piceni vita & obitus. f. 535.
 Iacoba ex Ordine Clarissarum miraculis claret. f. 545.
 Iacobus Alemannus sanctè decedit. f. 547.
 Iacobus Marchio Badeno-Durlacensis Catholicè moritur. f. 573.
 Iacobi Calipeti merita. f. 586.
 Iacobi de Heria doctrina, pietas, facundia, Episcopatus. f. 707.
 Iacobus Naylos author sectæ Tremementium (apud Anglos Quaker) in exilium mittitur. f. 705.
 Iacobi Serrani beatus obitus. f. 729.
 Iacobus I. Scotiæ Rex occiditur, ejus interfectorum pœnæ. f. 505. succedit in Regno Iacobus II. filius. f. 506. occumbit. f. 521. scandit Angliæ thronum Iacobus III. in prælio occiditur. f. 545. ei succedit Iacobus IV. Iacobus V. moritur. f. 589.
 Iacobus VI. nascitur. f. 606. nubit. f. 628. folium conscendit. f. 643. obit. f. 668.
 Iacobus II. Angliæ folium conscendit licet Catholicus. f. 734. fugere cogitur in Galliam, alia ejus infortunia bellica. f. 738.
 Iacobini Græci Ecclesiæ Catholicæ se adjungunt.
 Jagello Lithuanæ Rex Christiana sacra suscipit. f. 467.
 Iambertus fit Archiepiscopus Cantuariensis. f. 171. moritur. f. 177.
 Ianuarius Episcopus Beneventanus Martyr. fol. 45.
 Iarentonis Abbatis sanctus obitus. f. 284.
 Iaromirus fit Pragensis Episcopus. f. 263. obit. f. 275.
 Iaromira, urbs flammis perit. f. 593.
 Iaromizia urbs conflagrat. f. 495. 512.
 Iavarinum à Turcis proditione capitur. f. 633. recuperatur à Christianis. f. 637.
 Iazyges prælio funduntur. f. 381.
 Ibas Episcopus frivole accusatur. f. 79.
 Iberi convertuntur. f. 20.
 Ibrahimus I. creatur Turcarum Imperator. f. 686. primates varios occidi jubet. f. 692. præfocatur ipse. f. 695.
 Idesbaldi Abbatis mors & incorruptio. folio 317.
 Idnabala Saracenus pulsus Regno restituitur. f. 174.
 Ienenensis Academia fundatur. f. 593. confirmatur. fol. 602.
 Ieremias Archiepiscopus Senonensis moritur. f. 188.
 Iesse Episcopi Ambianensis obitus. f. 190.
 Iessius fidei prædicator. f. 53.
 Iezolinus ex lapsu expirat. f. 375.
 Ignatius Martyr nascitur. f. 4. fit Episcopus Antiochenus. f. 13. NB. in hoc Episcopatus anno non omnes consentiunt Authores. Feris objicitur. f. 19.
 Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus obit. f. 190.
 Ignatius Nicephori Augusti nepos fit Patriarcha. f. 192. patitur persecutiones. f. 195. obit. f. 201.
 Ignatii Monachi Cisterciensis mors duplex & beata. f. 625.
 Ignatii Azevedii cum sociis pluribus martyrium. f. 610.
 Ignatius de Arroyo Archiepiscopus Sassaritanus floret. f. 718.
 Ildephonsus sanctus Abbas Agallensis. f. 138. fit Archiepiscopus Toletanus. f. 140. ejus acta præclara. f. 141. moritur. f. 143.
 Ildephonsus à S. Victore Episcopus floret. fol. 709.
 Imago Crucifixi apparet in Gallia. f. 473.
 Imago Crucifixi lachrymas fundit. f. 204.
 Imagines miraculosæ. f. 79. 187. 196. 516. 517. 527. 537. 542. 544. 549. 550. 563. 572. 575. 594. 609. 633. 666. 668. 678. 686. 739. 744.
 Imber saxorum. f. 564.
 Imbrico Episcopus Augustanus obit. f. 322.
 Inelda acta & felix mors. f. 431.
 Imperatores simul plures. f. 37.
 Imperium Romanum bellis undique concutitur. f. 37. 79.
 Ina fit Rex. f. 150. ejus bellum. f. 157. 159. 162. fit Monachus. f. 165.
 Inadanocus ex Regis filio Monachus moritur. f. 154.
 Incendium ingens Romæ. f. 27. 34. Constantinopoli. f. 77. 82. 84. 115. 754. Londini. fol. 714. Venetiis. f. 568. Budæ. f. 717. Cambricæ. f. 724. Aboæ. f. 729. Plefcoviz. f. 731. Drosdnæ. fol. 734. Moscæ. f. 735. 747. 763. 768. Holmiæ. folio. 735. 776. Stephano. f. 738. Adrianopoli. f. 749. Bergæ. f. 749. Wiburgi. f. 781.
 Indrectus Rex moritur. f. 156.
 Indrectus abbas occiditur. f. 212.
 Indulphus Scotiæ Rex interficitur. f. 226.
 Infans per plurimos annos in utero materno servatus. f. 771.
 Ingelmundus apostolus Kenemarii. folio 154.
 Ingenuus Imperator proclamatus vincitur. fol. 36.
 Innocentius Episcopus Dertonæ moritur. folio 54.
 Innocentius I. Papa. f. 71. Obit. f. 75.
 Innocentius II. eligitur. fol. 296. detedit. folio 303.
 Innocentius III. fit Papa. f. 332. ejus acta. ib. f. 333. 334. mors. f. 347.
 Innocentius IV. creatur. f. 366. vitam finit. fol. 374.

Innocentius V. eligitur & obit. f. 391.
 Innocentius VI. creatur. f. 444. obit. f. 451.
 Innocentius VII. fit Papa. f. 480. moritur. f. 482.
 Innocentius VIII. eligitur. f. 541. apoplexiâ vix non extinguitur. f. 546. obit. 548.
 Innocentius IX. creatur. f. 630. brevi moritur. ibidem.
 Innocentius X. eligitur. 691. obit. f. 703.
 Innocentius XI. creatur. f. 725. ejus acta. f. 726. moritur. f. 738.
 Innocentius XII. eligitur. f. 740. obit. f. 747.
 Innocentius XIII. moritur. f. 777.
 Instantius Episcopus malus capite plectitur. f. 65.
 Insularum incognitarum inventio. f. 517.
 Inundatio. f. 511. 580. 581. 637. 659. 669. 710. 724. 729. 730. 735. 745. 746. 763. 767. 779. 781.
 Joachimi Tabernicii Martyrium. f. 659.
 Joachimus Abbas floret. f. 332. obit. f. 335.
 Joachimus Senensis obit. f. 411.
 Joannes Apostolus nascitur. f. 1. Romæ oleo ferventi imponitur. f. 16. scribit Apocalypsin & Evangelium. f. 17. moritur. f. 18.
 Joannes Baptista captivatur & occiditur. f. 5.
 Joannes & Paulus MM. f. 59.
 Joannes Episcopus Hierosolymitanus moritur. f. 75.
 Joannes Pseudo-Imperator. f. 76. occiditur. ibidem.
 Joannes Abbas Parisiensis. f. 111.
 Joannes Compstinus Cæsari rebellis occiditur. f. 125.
 Joannes Eleemosynarius obit. f. 126.
 Joannes Machiotta moritur. f. 92.
 Joannes Mela Alexandrinus Episcopus Hæreticus. fol. 88. moritur. f. 90.
 Joannis I. Papæ iter ad Justinum Imperatorem. f. 93. malè habetur à Theodorico Rege. ibidem.
 Joannes II. Papa moritur. f. 98.
 Joannes III. fit Papa. f. 105. moritur. f. 109.
 Joannes IV. Papa moritur. f. 135.
 Joannes V. Papa fit. f. 49. obit. ibidem.
 Joannes VI. Papa obit. f. 155. succedit Joannes VII. f. 156. moritur. ibidem.
 Joannes VIII. Papa creatur. f. 199. moritur. f. 202.
 Joannes IX. fit Papa. f. 208. obit. ibidem.
 Joannes X. capitur & moritur. f. 215.
 Joannes XI. creatur Papa. f. 216. incarceratur. f. 216. obit. f. 217.
 Joannes XII. creatur. f. 223. moritur. f. 226.
 Joannes XIII. eligitur. f. 226. moritur. fol. 229.
 Joannes XIV. eligitur. fol. 233. obit. fol. 235.
 Joannes XV. eligitur. f. 233. vitam fungitur. f. 238.
 Joannes XVI. creatur Summus Pontifex. f. 240. succedit post mortem ejus
 Joannes XVII. f. 240. obit. f. 242.
 Joannes XX. Papa obit. f. 250.
 Joannes XX. aliis XXI. eligitur. f. 391. obit. ibidem.
 Joannes XXII. eligitur. f. 419. ejus acta. ibidem & 420. moritur. f. 431.
 Joannes XXIII. eligitur. fol. 485. abdicare se Papatu compellitur. fol. 488. obit. f. 491.
 Joannis Patritii volubilis fortuna. folio 101.
 Joannes Gothus Episcopus Gerundensis moritur. f. 132.
 Joannes Abbas Blandiniensis vir Apostolicus. f. 149.
 Joannes Reomensis Cœnobii Conditor sanctus. f. 153.
 Joannes Archiepiscopus Eboracensis fit Monachus. f. 159. moritur. f. 161.
 Joannes Damascenus floret. f. 162. moritur. f. 175.
 Joannes Scotus Monachus floret. folio 199.
 Joannis Fordoni scripta. f. 343.
 Joannes Angliæ Rex excommunicatur. f. 343. moritur. f. 346.
 Joannes Brennus ex Rege Monachus obit. folio 363.
 Joannis Boni vita & mors. f. 370.
 Joannes Balliolus fit Scotiæ Rex. f. 403. capitur. f. 405.
 Joannes Duns Scotus vivus sepelitur. folio 404. NB. Mutant de anno sepulturæ Authores.
 Joannis de Monte mirabili vita sancta & obitus. f. 408.
 Joannis Baptista Ptolomei vita. f. 422.
 Joannis Firmani vita. f. 424.
 Joannes Cantacuzenus fit Imperator. fol. 436. ob malè invasum Imperium anathemate feritur. ibidem. Imperium relinquit. folio 447.
 Joannes Brabantia Dux, moritur Monachus. f. 447.
 Joannes Erheus ex apostata Martyr. f. 458.
 Joannis Nepomuceni Martyrium. folio 464.
 Joanna Imperatrix obit. f. 467.
 Joannæ Monialis vita & sanctitas. folio 283.
 Joanna Regina Neapolitana strangulatur. folio 464.
 Joannæ Abbatissæ Martyrium. f. 465.
 Joannis Croatia Præfecti pœna & mors. folio 467.
 Joannes Lusitaniæ Rex triumphat. folio 467.
 Joannes Galeazius magnâ strage vincitur. fol. 475. moritur. f. 478.
 Joannis Eremitæ Massacii acta & mors. folio 476.
 Joannes Hufs Hæresiarca. f. 478.
 Joannes II. Rex Scotiæ obit. f. 482.
 Joannes Gerson Cancellarius Parisiensis obit. f. 500.

Joannis Warwici Comitis acta. f. 520.
 Joannis Eustachii Abbatis acta & mors. folio 522.
 Joannis Canthii vita & miracula. fol. 533.
 Joannicii Iconoclastæ conversio. f. 176.
 Joanna Aurelianensis claret. f. 498. Aurelianensem urbem ab obsidione liberat, aliaque ejus acta. f. 500. capitur & comburitur. f. 500.
 Joannis Jofredi honorum gradus & doctrina. f. 534.
 Joannis à S. Facundo obitus. f. 538.
 Joannes Barbonius Abbas claret. f. 541.
 Joannis Licii acta & mors. f. 544.
 Joanna ex Lusitaniæ Regina Monialis sanctè obit. f. 546.
 Joannis Aldenardi felix mors. fol. 547.
 Joannes Aventinus Historicus obit. fol. 583. NB. discrepant Authores de anno obitus.
 Joannis à Leiden Anabaptistarum Regis mors. f. 585.
 Joannis à Deo acta & obitus. f. 595.
 Joannis Brodæi opera. f. 605.
 Joannis Austriaci gloriosa de Turcis victoria. f. 612.
 Joannis de Mervinia Martyrium. folio 651.
 Joannes Lohelius fit Archiepiscopus Pragensis. f. 653.
 Joannis Baptistæ Zack obitus & miracula. fol. 655.
 Joannis Sarcandri atrox Martyrium. folio 662.
 Joannis Guatini turpe factum & pœnitentia. f. 204.
 Joannes Patriarcha comburitur. f. 228.
 Joannes Zemiscus Imperator Saracenos vincit & Roxolanos. f. 228 alia ejus victoriæ. ibid. veneno extinguitur. f. 230.
 Joannis Comneni Imperatoris victoriæ. fol. 293.
 Joannes Gualbertus sanctè moritur. fol. 267. NB. discrepant circa annum obitus Authores.
 Joannis Medæ sancta vita & mors. folio 312.
 Joannes Barrerius Abbas Fulienis obit. fol. 639.
 Joannis Capistrani Apostolici labores. f. 514. moritur. f. 516.
 Joannis Rohacii nobilis prædonis suorumque pœna. f. 505.
 Joannes Hanniades Turcas cædit. f. 509. 510. prælio rursus cruento cum illis confligit. f. 512. vincit rursus. f. 513. Mahometis I. exercitum cædit. folio 518. & paulò post moritur.
 Joannis Bonæ Cardinalis scripta & obitus. f. 723.
 Joannes Verrazanus à Canadensibus devoratur. f. 561.
 Joannes Dracula. Walachiæ Princeps captivatur. f. 524.
 Joannis Angeli acta & mors. f. 561.
 Joannis Werthii Polemarchi Cæsarei expeditiones. f. 681. 682. 683. 684. 689.
 Joannis Nerovii acta & mors. f. 705.
 Joannes IV. Dux Bragantiæ fit Rex Lusitaniæ. f. 686. coronatur. f. 687.
 Joannes Philippus Episcopus Herbipolensis moritur. f. 770.
 Joannes Philippus Episcopus Herbipolensis obit apoplexiâ tactus. f. 778.
 Joannes fit Galliæ Rex. f. 443.
 Joannes Aragoniæ Rex extinguitur. f. 474.
 Joannes I. Lusitaniæ Rex obit. f. 503.
 Joannes II. Lusitaniæ Rex moritur. f. 551.
 Joannes Lusitaniæ Rex extinguitur. f. 598.
 Joannes Franciscus Antonius Lusitaniæ Rex modernus nascitur. f. 739.
 Joannes Palæologus Imperator Orientis vitam decedit. f. 510.
 Joannes Rex Daniæ vincitur. f. 564. obit. f. 567.
 Joannes Philippus ex L. B. à Schönborn Archiepiscopus Moguntinus & Episcopus Herbipolensis moritur. f. 721.
 Joannes Sobieski Poloniæ Polemarchus Turcarum exercitum copiosissimum ad interuersionem delet. f. 722. fit Rex Poloniæ. f. 723. moritur. f. 744.
 Joannes Georgius II. Saxoniz Elector moritur. f. 729.
 Joannes Georgius III. Saxoniz Elector obit. f. 740.
 Joannes Georgius IV. Saxoniz Elector nuptias celebrat. f. 741.
 Jocoranus Episcopus Lingonensis. f. 287. moritur. f. 295.
 Jocelinus Episcopus Salisburienis obit. folio 325.
 Jolanta fit Imperatrix. f. 347.
 Jonas Episcopus. f. 247.
 Jonas Ogmundus Episcopus obit. f. 292.
 Joppe à Saracenis expugnatur. f. 333.
 Jordanus Historicus. f. 101.
 Jordanus Abbas obit. f. 355.
 Jordanus Monachi naufragium & mors. fol. 362.
 Jordanes Gibellinorum Dux. f. 379. infelix exitus. f. 423.
 Jordanes Pisanus sanctè obit. f. 415.
 Joseph cum Maria & Jesu fugit in Ægyptum. f. 1 moritur. f. 3.
 Josephus scriptor Judaicus floret. f. 15.
 Josephi Hymnographi sancta mors. f. 203.
 Josephus Saënz d'Aguirre fit Monachus Benedictinus. f. 676. ut Archiepiscopus Toletanus doctrinâ & dignitate Ecclesiam illustrat. f. 728.
 Josephi Scammaca conciones & volumina sacra plurima. f. 670.
 Josephus Patriarcha Constantinopolitanus obit Catholicus. f. 507.
 Josephus de la Cerda Episcopus moritur. f. 692.
 Josephus I. Archidux nascitur. f. 727. coronatur in Ungariæ Regem. f. 736. in Regem Romanorum. f. 739. Landaviam expugnat. f. 750. fit Imperator. f. 755. ejus victoriæ. f. 757. &c. moritur. f. 760.
 Josephus Clemens Baviaræ Dux fit Elector Coloniensis. f. 737. Leodiensis Episcopus. f. 743. moritur. f. 777.
 Josephus Augustus Regis Poloniæ nepos nascitur. f. 773.

Jossionis Monachi Deiparæ amor & mors gloriosa. f. 315.
 Jovinianus fit Imperator. f. 60. moritur. ibid.
 Irene vidua. f. 42.
 Irene Imperatrix. f. 175. obit. f. 181.
 Irenes Virgo Martyr. f. 138.
 Irenæus Episcopus Lugdunensis. f. 26.
 Iringus Episcopus Herbipolensis obit. f. 383.
 Irmgardis floret. f. 395.
 Irreverentia erga Venerabile Sacramentum Altaris morte subito punitur. f. 386.
 Isaac Monachus sanctus. f. 101.
 Isaac Monachus Martyr. f. 193.
 Isaaci Jogues horrendum Martyrium. f. 693.
 Isaacii Exarchi mors. f. 135.
 Isaacius Imperator resignat. f. 261.
 Isaacius Angelus Imperium Orientis invadit. f. 325.
 Isabella Imperatrix obit. f. 586. NB. alii obitum ejus uno anno differunt.
 Isabella Hispaniæ Regina moritur. f. 691.
 Isaia Boner præclara scripta & mors beata. f. 531.
 Isam Arabum Dux. f. 166.
 Isami Abbatis sancta mors. f. 186.
 Isembardi Monachi mors. f. 346.
 Isfridus Episcopus obit. f. 339.
 Isichius Episcopus vitæ subtrahitur. f. 87.
 Isidora & Neophyta sorores Martyres. f. 32.
 Isidorus Martyr. f. 34.
 Isidorus Monachus Alexandria. f. 72.
 Isidorus Episcopus Hispanensis. obit. f. 132.
 Isidorus Cardinalis in Moscovia capitur. f. 509.
 Isidori Clarii libri & obitus. f. 599.
 Ismaël Bullialdus insignis Astrologus obit. folio 743.
 Ismaël fit summus Pontifex Judæorum. fol. 4. amovetur. ibidem.
 Isota Novæula doctrinâ claret. f. 520.
 Ivanus ex Regis filio Eremita moritur. f. 210.
 Jubilæi institutio. f. 406. à centesimo ad quinquagesimum annum revocatur. f. 441.
 Judas Galilæus movet seditionem. f. 1.
 Judas Ischariotes fit Apostolus. f. 50.
 Judææ Regnum dividitur. f. 2.
 Judæi Roma ejiciuntur. f. 3. 8. plurima eorum millia mactantur. f. 7. 8. rebellionem concitant. f. 10. 11. Romanos cædunt. ibidem. occiduntur Alexandria. f. 14. exagitantur à Domitiano. f. 16. eorumdem in Romanos crudelitas. f. 19. vincuntur iterum. f. 20. rebellant de novo. f. 21. 28. 104. Alexandria ejiciuntur. f. 74. miserè decipiuntur. f. 77. in Christianos insurgunt. f. 123. trucidantur in Franconiâ. f. 333. eorum in Gallia clades. f. 361. item per totam Germaniam. f. 396. ex Gallia rursus ejiciuntur, seipos occidunt. f. 422. dire ob commissa sacrilegia exagitantur. f. 433. seipos Herbipoli comburunt. f. 441. Judæorum Prægæ insolentia & pœna. f. 469. ob sacrilegium plures comburuntur. f. 481. Misinâ & Thuringiâ ejiciuntur. f. 485. in Silesia plures rogo adducuntur. f. 515. ex Hispania pelluntur. f. 517. 548. Prægæ ob occisum puerum Christianum perimuntur. f. 560. Judæi multi baptizati & non baptizati Lisabonæ occiduntur. f. 561.
 Judæi latronis mira conversio. f. 697.
 Judith fit Ludovici Imperatoris uxor. f. 185. in Monasterium detruditur. f. 188. recipitur ad thorum. f. 189.
 Judocus filius Regius & Eremita.
 Julianus anabit Imperium. f. 54. cooptatur Cæsar. f. 55. ejus hypocrisis. f. 58. Imperii regimen solus adit. ejus gesta. ibidem. illuditur ei Antiochiæ. f. 59. occiditur in prælio. f. 60.
 Julianus Medicus Martyr. f. 47.
 Julianus Episcopus Toletanus vitam claudit. f. 101.
 Julianus Episcopus Alexandrinus. f. 26. moritur. f. 27.
 Juliana Corneliensis obit. f. 369.
 Julianæ Abbatis felix transitus. f. 380.
 Julitta Martyr. f. 45.
 Julius I. Papa moritur. f. 54.
 Julius II. Papa eligitur. f. 558. obit. f. 567.
 Julius III. summus Pontifex creatur. fol. 594. vitam finit. f. 599.
 Julius Africanus claret. f. 31.
 Julius Nepos capessit Imperium. f. 84. deturbatur. ibidem.
 Julius Episcopus Herbipolensis moritur. f. 658.
 Ivonis Episcopi Carnutensis vita & mors. folio 288.
 Ivonis Presbyteri sancta vita & obitus. f. 410.
 Jurdani capite plectendi mira liberatio. folio 505.
 Justinianus creatur Imperator. fol. 94. insidias patitur. f. 95. ægrotans mirè convalescit. fol. 105. labitur in hæresim. f. 106. subito moritur. ibidem.
 Justinianus Pogonati filius Imperator gloriose triumphat. f. 149. dejicitur. f. 152.
 Justinianus Rhinotmetus Imperium affectat & impetrat, occiso Tiberio plurimisque aliis. f. 155. vincitur in prælio. f. 156. debellat rebelles. f. 157. occiditur. f. 158.
 Justinus Philosophus fit Christianus. f. 21. Martyrium subit. f. 24.
 Justinus Imperator edictum edit contra hæreticos. f. 93. obit. f. 94.
 Justinus Junior fit Imperator. f. 106. ejus acta. f. 107. incidit in phrenesim. f. 109. moritur. f. 111.
 Justus fit Episcopus Hierosolymitanus. f. 19.
 Justus Episcopus Alexandrinus moritur. fol. 21.
 Justus Episcopus Viennensis. f. 20. Martyrio coronatur. f. 26.
 Justus Episcopus Lugdunensis. f. 66.
 Justus Episcopus Eboracensis Anglos Boreales convertit. f. 129.
 Juttæ Monialis vita & mors. f. 300.
 Juvenalis Episcopus Narniensis. f. 63.
 Juvenalis Episcopus Hierosolymitanus moritur. f. 81.
 Juventius & Maximus Martyres. f. 59.
 Juventius Episcopus Ticinensis vitam excedit. f. 22.
 K.
 Anton urbis cruenta occupatio per Tartaros. f. 698.

Kanzelinus Comes Altenburgicus obit. f. 238.
 Kellaci Episcopi mors eamque secuta miracula.
 f. 120.
 Kemeny Janos Transsylvania Princeps in præ-
 lio necatur. f. 711.
 Kennethus I, fit Scotiæ Rex. f. 122. moritur.
 ibidem.
 Kennethus II. Rex Pictos vincit. f. 188. obit. f.
 192.
 Kentvvalchius Rex baptizatur. f. 136. moritur.
 f. 145.
 Kentvvinus fit Rex. f. 146. obit. f. 149.
 Kevinus Abbas floret. f. 182.
 Kieranus Episcopus Thaumaturgus. f. 92.
 Kimbelinus Rex Scotiæ. f. 2.
 Kinnatellus fit Rex Scotiæ. fol. 108. obit.
 ibidem.
 Königsmarckius Ductor Suecicus à Franconi-
 bus & Bavaris ejicitur. fol. 686. felicior est
 contra Saxones, f. 689. captivatur. f. 706.
 Kravvarski amor Dei vehemens, & zelus
 animarum, f. 708.

L.

Lacensis Monasterii fundatio. f. 275.
 Lacrymæ sanguinæ ex Icone S. Hierony-
 mi. f. 576.
 Lactini Abbatis miracula. f. 127.
 Ladislaus I. fit Rex Hungariæ. f. 269. obit. f.
 278.
 Ladislaus II. Rex Hungariæ moritur. folio 342.
 Ladislaus Hungariæ & Poloniæ Rex in prælio
 cum Turcis habito succumbit. f. 510.
 Ladislaus Chynus fit Rex Ungariæ. fol. 391.
 uxorem legitimam repudiat. f. 398. occiditur.
 f. 401.
 Ladislai Gielnovii vita & mors. folio 560.
 Ladislaus Neapolitanus Rex coronatur. f. 469.
 ab Hungaris ad Regnum vocatur. fol. 477.
 vitam claudit. f. 487.
 Ladislaus Locticus Poloniæ Rex Crucigeros
 debellat. f. 426. moritur. f. 431.
 Ladislai Mariophili mortui tumulus prodigio-
 sâ arbore decoratur. f. 342.
 Latensis Monasterii origo. f. 171.
 Lati Abbatis pius obitus. f. 272.
 Lambertus fit Episcopus Leodiensis. f. 140. à
 sede sua pellitur. folio 148. occiditur. f.
 153.
 Lambertus Rex creatur. f. 206. coronatur. fol.
 208. necatur. f. 210.
 Lamberti Vencii Episcopi sancta vita & mors.
 f. 309.
 Lambojus Ductor copiarum Cæsarearum Haf-
 sos cadit. f. 695.
 Lamiarum plurimarum exustio. f. 481.
 Lampadii in pauperes beneficentia periculosa.
 f. 61.
 Lampertus Dux Spoletanus Romam depræda-
 tur. f. 198. bella civilia nutrit. f. 201.
 Lanæ pluvia. f. 71.
 Lancea ignea in aère apparens. f. 779.
 Lancko Episcopus Augustanus obit. f. 201.
 Landebertus Episcopus Trajectensis fit Martyr.
 f. 157.
 Landelini Abbatis mira conversio. f. 122.
 Landricus ex Episcopo Abbas moritur. f. 154.

Landolphus fit Archiepiscopus Mediolanensis.
 f. 207. obit. ibidem.
 Lanfrancus Archiepiscopus Cantuariensis flo-
 ret. f. 260. moritur. f. 274.
 Lantpertus Archiepiscopus Lugdunensis vita
 fungitur. f. 150.
 Laodicæa destruitur. f. 10.
 Lapis ingens ex nubibus cadit. f. 548.
 Latio patiens & penitens. f. 629.
 Laubia vastatur. f. 482.
 Launomarii Abbatis miracula & mors. f. 116.
 Laurentius I. fit Episcopus Mediolani. fol. 87.
 moritur. f. 91.
 Laurentius II. ibidem Episcopus. f. 109. obit.
 f. 117.
 Laurentius Episcopus Cantuariensis. f. 122. à
 S. Petro Apostolo flagellatur. f. 125. vitam
 claudit. f. 126.
 Laurentius Episcopus Sipontinus. f. 101.
 Laurentius Episcopus Spoletanus moritur. fol.
 110.
 Laurentii Mendesii mors. f. 377.
 Laurentius Justinianus Patriarcha Venetorum
 moritur. f. 516.
 Laurentii Monachi Carthusiani patientia & fe-
 lix obitus. f. 536.
 Laurentii de Zamora ingenii monumenta. f. 646.
 Laurentii Eremitæ beata mors. f. 366.
 Laurianus Episcopus Hispanensis occiditur. fol.
 101.
 Leander Episcopus Hispanensis obit. f. 122.
 Lebuinus vir Apostolicus. f. 175.
 Legatio splendida Sinarum. f. 738.
 Leitbertus Archiepiscopus moritur. f. 204.
 Leodiensium dira clades. f. 484. Leodium oc-
 cupatur. f. 527.
 Leo Thrax fit Imperator. fol. 81. infelix est in
 expeditione contra Vandalos. f. 83. trium-
 phat de Hunnis. ibidem. moritur. f. 83.
 Leoprioris nepos, Augustus dictus, moritur. f. 83.
 Leo Isauricus filium Constantinum Coprony-
 mum Imperatorem creat. f. 160. imagines
 sacras abominatur. f. 162. earum cultores
 excruciat. f. 164. obit. f. 165.
 Leo Copronymi filius fit Imperator. f. 174. Con-
 stantinum filium Imperatorem creat. ibidem.
 fit sacrarum imaginum persecutor. f. 175.
 obit. ibidem.
 Leo Armenus proclamatur Imperator. f. 184.
 ejus hæresis & crudelitas. f. 185. occiditur in
 templo. f. 186.
 Leo Bahili filius fit Imperator. f. 203.
 Leo Armeniæ Rex moritur. f. 471.
 Leo I. dictus Magnus fit Papa. f. 78. moritur. f.
 82.
 Leo II. creatur. f. 148. defunctus est. ibidem.
 Leo III. fit Papa. f. 179. decedit. f. 185.
 Leo IV. eligitur. f. 192. Saracenos vincit. f. 193.
 obit. f. 194.
 Leo V. fit Papa. f. 209.
 Leo VI. eligitur. f. 215. obit. ibidem.
 Leo VII. creatur. f. 217. moritur. f. 218.
 Leo VIII. intrusus. obit. f. 226.
 Leo IX. eligitur. f. 255. vitam deponit. folio
 257.
 Leo X. eligitur. f. 567. obit. f. 574.
 Leo XI. fit Pontifex Summus, f. 645. moritur.
 ibidem.

Leo

Leo Episcopus Senonensis. f. 99.
 Leo Archiepiscopus Rothomagensis floret. fol.
 195.
 Leo Lucas Abbas sanctus obit. f. 207.
 Leobardus Abbas. fol. 105.
 Leocritia Virgo Martyr. f. 196.
 Leodebodus Abbas sanctus moritur. f. 141.
 Leodegarius patitur persecutiones & tormen-
 ta. f. 146. tandem injuste occiditur. f. 147.
 Leolinus Episcopus Patavinus obit. f. 33.
 Leombardus Monachus Miraculis claret. fol.
 134.
 Leonardi Kimuræ insigne Martyrium. fol. 661.
 Leonides Martyr. f. 29.
 Leonora ex Regina Monialis obit. f. 505.
 Leonora à S. Hieronymo prodigiosa mors. fol.
 681.
 Leontius Episcopus Cæsareæ moritur. fol. 52.
 Leontius Pseudo-Episcopus Arianus. f. 53.
 Leontius creatur Imperator. fol. 152.
 Leopoldus sanctus Austriæ Marchio moritur. f.
 299.
 Leopoldus Austriæ Dux in prælio occiditur. f.
 467.
 Leopoldus à Bebenburg Episcopus Bambergensis.
 f. 444.
 Leopoldus Superbus Austriæ Dux obit. fol.
 485.
 Leopoldus Archidux Austriæ nascitur. fol. 626.
 nuptias contrahit. f. 667.
 Leopoldi Archiducis insignes victoria. f. 686.
 moritur. 710.
 Leopoldus Archidux nascitur. fol. 765. moritur.
 ibid.
 Leopoldus I. Imperator nascitur. f. 686. fit Rex
 Ungariæ f. 703. Bohemiæ. f. 705. eligitur Impe-
 rator. f. 707. veneno appetitur. f. 718. moritur.
 f. 754.
 Leovigildus Rex Hispaniæ obsidet. f. 112. filium
 Hermenegildum & Catholicos persequitur.
 f. 113. moritur. f. 116.
 Lesbos insula à Turcis occupatur. f. 523.
 Lescus Albus fit Rex Poloniæ. f. 338.
 Lesci Poloniæ Regis prodigiosa victoria. f. 395.
 Leutfridi Abbatis acta. f. 147.
 Libanius Orator. f. 58.
 Liberachi Bassa cum totâ familiâ ad Venetos
 transit. f. 745.
 Liberius Episcopus Ravennæ moritur. f. 28.
 Liberius Papa obit. f. 61.
 Libertus Monachus trucidatur. f. 178.
 Licinius Cæsar creatur. f. 45. ducit in uxorem
 sororem Constantini Magni. f. 47. Christianos
 persequitur. f. 48. superatur à Constantino.
 ibid. capitur & relegatur. ibid.
 Licinius Episcopus Andegavensis. f. 126.
 Lidvina sancta vita & mors. f. 503.
 Liemarum Archiepiscopus Bremensis occiditur.
 f. 274.
 Lietphardus Episcopus trucidatur. f. 143.
 Lifardus Abbas sanctus moritur. f. 102.
 Lignicum conflagrat. f. 485. f. 515.
 Limburgense cenobium sonditur. f. 250.
 Lingani mors corporisque ejus prodigiosa
 conservatio. f. 274.
 Linguam excisam restituit Deipara. f. 567. 568.
 lingua S. Joannis Nepomuceni post 300. an-
 nos incorrupta. f. 773.

R. P. Brentano Epit Chronolog. Index.

Lippam Cæsareæ copiæ expugnant. f. 737.
 Linus fit Papa. f. 12. Martyr coronatur. f. 15.
 Littorius Belli Dux Cæsareus à Gothis vincit.
 fol. 78.
 Liuba fit Rex Gothorum. f. 107. Collegam Re-
 gni adsciscit Leovigildum. fol. 108. moritur.
 ibid.
 Livia Imperatrix moritur. f. 4.
 Loci Regii Abbatia fundatur. f. 296.
 Locustæ segetes devastant. f. 433. 452. 453. 589.
 700.
 Loitium conflagrat. f. 749.
 Lolhardus hæreticus exurit. f. 424.
 Longinus Isaurus captus occiditur. f. 88.
 Longobardi Pannoniam invadunt. fol. 101. eo-
 rum in Italia felices progressus. f. 108.
 Loquela sine lingua. f. 86. 699.
 Lotharingiam Imperio Romano rursus vendi-
 cat Henricus II. Imperator. f. 214.
 Lotharius Rex coronatur. f. 187. Romam rur-
 sus venit. ibid. fit Imperator. f. 191. à fratribus
 prælio vincitur. ibid. coronatur Imperator. f.
 192. Dalmatiæ Regem vincit & occidit. ibid.
 fit Monachus & moritur. f. 195.
 Lotharius Italiæ Rex veneno perit. f. 222.
 Lotharius Rex Gallorum obit. f. 234.
 Lotharius Saxoniam Dux Imperatorem prælio
 vincit. fol. 287. factus Imperator urbes rebel-
 les expugnat. f. 294. alia ejus facta. f. 300. mo-
 ritur. f. 301.
 Lotharius Franciscus L. B. à Schœnborn fit Epi-
 scopus Bambergensis. f. 742. Coadjutor Ar-
 chiepiscopi Moguntini. f. 743. Archiepiscopus
 & Princeps Elector. ibid.
 Lubenæ excidium. f. 498.
 Lubentius Archiepiscopus claret. f. 233. moritur.
 f. 234. NB. discrepant Authores de anno obi-
 tûs.
 Lucas Abbas sanctus moritur. f. 236.
 Lucæ Acherii doctrina & scripta. f. 734.
 Luchina floret. f. 542.
 Lucia Monialis sancta vita & mors. f. 296.
 Lucia Monialis stigmatibus Christi insignita
 claret. f. 556.
 Lucius piscis ingentis magnitudinis & ætatis. f.
 553.
 Ludmilla Virgo regia obit. f. 285.
 Ludovicus Junior Dux Franconiæ moritur. f. 88.
 Ludovicus I. Imperator à filiis exagitur. f. 188.
 exauthoratur. f. 189. restituitur Imperio. ibid.
 Normannos fugat. f. 190. moritur. f. 191.
 Ludovicus II. Rex Romanorum à Bohemis vin-
 citur. f. 193. Saracenos debellat. ibid. corona-
 tur Romæ Imperator. f. 199. f. 200.
 Ludovicus III. Cæsar bellum init æmulque vin-
 cit. f. 200 vitam finit. f. 201.
 Ludovicus IV. fit Imperator. f. 208. capitur &
 excæcatur. ibid. moritur. f. 211.
 Ludovicus V. Bavarus fit Imperator. f. 418. Fri-
 dericum Austriacum prælio iteratò vincit. f.
 419. excommunicatur. f. 424. cum cæde Ro-
 mam venit. f. 427. Antipapam creat. ibid. apo-
 plexiâ moritur. f. 440.
 Ludovicus Austriæ Rex Normannos vincit. fol.
 202.
 Ludovicus II. Galliæ Rex moritur. f. 202.
 Ludovicus VI. sive Crassus obit. f. 299. NB. va-
 riant de anno obitus Authores.

LIII

Lu.

Ludovicus VII. adhuc puer coronatur. fol. 277. qui patri mortuo mox succedit, moritur. fol. 323.

Ludovicus VIII. nubit. fol. 336. obit. fol. 353.

Ludovicus IX. nascitur. f. 346. prodigiose reconvalescit, bellum sacrum parat. f. 368. Saracenos cædit, Damiatam capit. f. 370. capitur. ibid. ejus expeditio in Africam. f. 387.

Ludovicus Galliz Rex moritur. f. 419.

Ludovicus XI. Rex Galliz vitam finit. fol. 541.

Ludovicus XII. Rex. f. 553. moritur improlis. f. 570.

Ludovicus XIII. nascitur. fol. 641. coronatur. fol. 651. nuptias celebrat. fol. 653. Rupellam occupat. fol. 670. moritur. f. 690.

Ludovicus XIV. nascitur. f. 604. fit Rex. fol. 690. seditiosos vincit. fol. 700. coronatur. fol. 702. nuptias celebrat cum Mariâ Theresiâ Hispaniz Regis filiâ fol. 709. moritur. fol. 763.

Ludovicus XV. nascitur. fol. 760. fit Rex. fol. 763. coronatur. fol. 775. nuptias celebrat. f. 779.

Ludovicus fit Rex Hispaniz. fol. 777. obit. fol. 778.

Ludovicus Landgravius Thuringiz obit. fol. 320.

Ludovicus Comes Palatinus Rheni uxorem occidit. f. 369. moritur. fol. 398.

Ludovicus Episcopus Tholosanus obit. fol. 405.

Ludovicus Dux Andegavensis coronatur in Regem Neapolitanum. f. 464. obit. 465. NB. alii ejus obitum feriis ponunt.

Ludovicus Archiepiscopus Magdeburgensis ex lapsu moritur. f. 464.

Ludovicus Dux Aurelianensis occiditur. fol. 483.

Ludovicus Flandriz Comes ex vulnere obit. fol. 464.

Ludovicus Bloisius nascitur. f. 561. fit Monachus Benedictinus. f. 573. obit. fol. 607.

Ludovici Cancrî Martyrium. fol. 589.

Ludovici d' Estrada acta & mors. f. 621.

Ludovicus de Vazambone floret. f. 513.

Ludovicus Caraffa Abbas Casinensis obit. fol. 733.

Ludovicus Ultramarinus Galliz Rex capitur. f. 220. libertati asseritur. f. 220. ex lapsu cum equo moritur. f. 223.

Ludovicus ex Marchione Monachus. obit. fol. 293.

Ludovicus Dux Bavariz patrem capit. fol. 509.

Ludovicus I. Ungariz Rex moritur. fol. 464.

Ludovicus II. Rex Ungariz post prælium infelix miserè moritur. fol. 577.

Ludovici Marchionis Badensis expeditiones bellicæ. fol. 735. 737. 738. 739. 740. 742. 743.

Lugadius Rex fulmine è cæle tactus extinguitur. f. 90.

Lupramus fit Archiepiscopus Salisburgensis. f. 190.

Luithardus Episcopus Paderbornensis cum tribus Principibus occiditur. f. 201.

Luithbertus fit Rex Longobardorum. f. 155. obit. fol. 166.

Luithmerus Franciz Orientalis Dux moritur. f. 91.

Luitholdus fit Patri Imperatori rebellis. fol. 223. obit. 224.

Lullus fit Archiepiscopus Moguntinus. f. 169. moritur. f. 177.

Lunæ tres cruce signatæ videntur. f. 734.

Lunenburgum ortum sumit. f. 328.

Lupentius Abbas Martyr. f. 114.

Lupicinus Abbas moritur. f. 88.

Lupicinus Episcopus. f. 86.

Lupicinus Episcopus Viennæ. f. 38.

Lupoldi de Babenberg scripta. f. 430. obit. f. 436.

Lupoldus Austriæ Marchio moritur. fol. 253.

Lupus Trecentis Episcopus moritur. fol. 85.

Lupus Episcopus Lemovicensis. f. 133.

Lupus Episcopus Cabilonensis. f. 140. decedit. f. 158.

Lutpoldus fit Archiepiscopus Moguntinus. f. 256. obit. f. 260.

Luthvinius Archiepiscopus Trevirensis. fol. 153.

Lybaci ex Monacho Episcopus claret. fol. 233.

M.

Macarii Abbatis Herbipolensis sancta vita & mors. f. 309.

Macarius Episcopus Hierosolymitanus moritur. f. 50.

Macarius fautor Monothelitarum à sede Antiochena deponitur. f. 148.

Macarius Hegumenus floret. f. 188.

Macarius Hierosolymitanus Episcopus injuncte sedē pulsus restituitur. f. 101.

Marcarius Romanus obit. f. 80.

Macedonius cum aliis Martyr. f. 58.

Macedonius Ecclesiz Constantinopolitane Episcopus obtruditur. f. 52. In Catholicos sævit. f. 54.

Macedonius Episcopus Constantinopolitanus. f. 87. ejus persecutio. f. 90.

Macra Virgo Martyr. f. 44. 45.

Macrinus Imperator proclamatur. f. 31. occiditur unâ cum filio. f. 31.

Madalocus Episcopus Virdunensis. f. 168. obit. f. 175.

Madi Saracenorum Princeps. f. 175. Imperium invadit. f. 176.

Madrugnæ Abbatissæ vita & mors. f. 209.

Mæronius occidit Odenatum, & ipse occiditur. f. 37.

Mafalda ex Regina Monialis claret. fol. 373.

Magdalenz Albricæ sanctus obitus. fol. 526.

Magdeburgensium calamitas. fol. 595.

Magdeburgi cœnta expugnatio. f. 675. Mag

Magdeburgum conflagrat. f. 327.

Magellanus in prælio occiditur. f. 574.

Maglorius Archiepiscopus Dolensis miraculis & vitæ sanctitate claret. f. 119.

Magentius Imperium invadit. f. 54. occumbit in prælio. f. 55.

Magni Torquati Ducis occisio. f. 534.

Magnobodus Episcopus sanctus moritur. fol. 143.

Magnus Episcopus Argentoratensis. fol. 156.

Magnus Episcopus Mediolanensis. f. 92. moritur. fol. 94.

Magonis Scythæ conversio & victoriæ. fol. 309.

Mahometes Elerif Rex Fessanus occiditur. fol. 601.

Mahometes Turcarum Imperator Peloponneso potitur. f. 519. Trapazuntinum Regnum subjugat. f. 522. Scodram variasque insulas Archipelagi occupat. fol. 536. obit. fol. 539.

Mahometes Turcarum Pseudo-Propheta obit. f. 131.

Mahometis III. Turcarum Imperatoris crudelitas. f. 634. peste extinguitur. f. 643.

Mahometes IV. Imperator depositus in carcerem mittitur. f. 736.

Mahuvias Saracenorum Rex cum Imperatore pacem init. f. 140. moritur. f. 146.

Mainardi Episcopi mors. f. 323.

Mainotæ se Venetis subjiciunt. f. 735.

Majolus Abbas sanctus moritur. f. 236.

Majoranus Pseudo-Episcopus. f. 45.

Maircheartich fit Rex Hiberniz. fol. 91.

Maldeberta Abbatissa claret. f. 124.

Malduinus fit Scotiz Rex. f. 143. ab uxore strangulatur. f. 150.

Mallæsius hæreticus. f. 458.

Malvasia à Venetis occupatur. f. 739.

Mamertus claret. f. 343.

Mammaza Origenem audit. fidem Catholicam promovet. f. 32.

Maneti vita & mors. f. 386.

Manfredus partes Papæ defendit. f. 373. Ejus malignus dolus. f. 374. contra Papam jam agit & Siciliam invadit. ibid.

Manfredus Siciliz Rex salutar. f. 376. in prælio occumbit. f. 383.

Mangoldi electi Episcopi Constantiensis mors. fol. 465.

Maniacense cœnobium conditur. folio 324.

Manichæi premuntur. f. 78.

Mannæus Episcopus moritur. fol. 85.

Manolini sancta vita & mors. f. 474.

Mansfeldius Comes Bohemorum rebellium Dux à Cæsare proferibitur. f. 661. Ejus copiz cæduntur. ibid. moritur. f. 669.

Mansiadæ Monasterium conditur. f. 290.

Manso Abbas ex oculatur. f. 238.

Manfuetus Episcopus Mediolanensis moritur. f. 148.

Mantua obsidetur à Cæsareanis. f. 673. capitur & diripitur. f. 674.

R. P. Brentano Epit. Chronolog. Index.

Manuel Comenus fit Imperator. f. 303. obit. f. 323.

Marcellinus fit Papa. f. 41. Martyrium subit. f. 44.

Marcellus Ancyranus Episcopus. f. 56.

Marcellus Britones rebelles domat. fol. 26.

Marcellus Centurio Martyr. f. 41.

Marcellus Imperium ambiens occiditur. f. 61.

Marcellus I. Papa moritur. f. 46.

Marcellus II. fit Papa. f. 599. moritur post paucos dies.

Marciana Virgo Martyr. f. 41. 42.

Marcianus fit Imperator. f. 80. obit. f. 81.

Marcianus Presbyter sanctus obit. f. 84.

Marci Antonii Soldani felix obitus. f. 654.

Marci Mantuz Benavidii eruditio & nobilitas. f. 622.

Marcobaldus Siciliam invadit. f. 334.

Marcomanni Romanum exercitum bis fugant. f. 24. rursus bellum concitant. f. 26. Pannoniam occupant. f. 35. cæduntur. f. 38. 40. 44. Romano Imperio iterum bellum movent. f. 63. fiunt Christiani. f. 68.

Marcomirus Ducatum abdicat. f. 69. moritur. f. 72.

Marconssii felix obitus. f. 650.

Mareulphus Abbas sanctus. f. 105.

Marcus Aurelius Carus fit Imperator. f. 40. obit. ibidem.

Marcus Aurelius fit Imperator, cædit Germanos, debellat Sarmatas. fol. 39. interimitur. f. 40.

Marcus Aurelius Imperator Triumphum agit Romæ, sævit in Senatores, moritur. f. 26.

Marcus Episcopus Martyr. f. 59.

Marcus Episcopus Hierosolymitanus. fol. 22.

Marcus fit Papa. f. 51.

Marcus Martyrio coronatur. f. 12. Alii cum hoc anno non concordant.

Marcus Monachus sanctus in Ægypto. f. 70.

Marcus Silvius Otto fit Imperator, & mox se ipsum interficit. f. 13.

Marcus Vicecomes strangulatur. f. 428.

Marefcotti tres fratres interficiuntur. fol. 511.

Margarita Theresia Hispaniz Regis filia nascitur. f. 699. nubit Leopoldo I. Imperatori. f. 714.

Margarita Scotiz Regina sancta obit. fol. 229.

Margaritæ Arbusiæ Abbatissæ sanctitas, doctrina, & mors. f. 669.

Margaritæ de Cortona pœnitentia & obitus. fol. 406.

Margaritæ Monialis Regiz obitus. f. 389.

Margarita Belgarum Gubernatrix obit. fol. 580.

Margaritæ Fortunatæ obitus & acta. fol. 568.

Margarita Sabaudiz Ducissa vitæ sanctitate, claret. f. 524. sanctissimè obit. fol. 525.

Margarita Sveciz Regina decedit. fol. 486.

- Maria DEI para moritur.** fol. 8.
Maria Aegyptiaca. f. 49.
Maria Magdalena cum aliis Judæa eicitur. f. 6. moritur. f. 10.
Maria Imperatrix morti addicitur. fol. 237.
Mariæ de Friburgo acta & mors. fol. 657.
Mariæ de Vignies vita & obitus. fol. 345.
Maria filia Regia & Monialis. fol. 425.
Maria Burgundiæ Ducis filia Maximiliano I. Imperatori nubit. f. 535. ex lapsu cum equo obit. f. 540.
Mariæ Magdalenz Copinz acta & mors. fol. 533.
Mariæ Septempedanæ acta & mors. fol. 473.
Mariæ van de Dalen Priorissæ sanctitas. fol. 507.
Mariæ Velæ felix sanctaque mors. fol. 657.
Mariæ Venetæ beatus vitæ exitus. fol. 434.
Maria fit Angliæ Regina. f. 597. nubit Philippo Caroli V. Imperatoris filio. f. 598.
Maria Anna Imperatrix obit. f. 693.
Maria Spescilastra floret. f. 471.
Maria Stuarta Scotiæ Regina decollatur. fol. 626.
Maria Sinarum Imperatrix Christiana. fol. 694.
Maria Leopoldina Imperatrix post partum obit. f. 696.
Maria Anna Josepha Imperatoris filia nascitur. f. 703.
Maria Antonia Leopoldi I. Imperatoris filia nascitur. f. 717.
Mariæ Joannæ Bonhomizæ sanctus vitæ exitus. f. 719.
Marinus Bellidux Marcellinum Tribunum occidi jubet. f. 74.
Marinus Martyr. f. 36.
Marcus & Martha cum filiis Martyres. fol. 38.
Marcus fit Rex Britonum. fol. 14. obit. fol. 15.
Marmonius Dux rebellis occiditur. fol. 185.
Maro Anashoreta sanctus. f. 62.
Marobodus Rex cæditur. f. 3.
Marolus Episcopus Mediolanensis. fol. 73. moritur. f. 77.
Maronitz Ecclesiæ Romanæ se adjungunt. fol. 324.
Marquardus Episcopus occiditur. fol. 202.
Marquardus Monachus doctus. f. 216.
Martialis Episcopus Lemovicensis moritur. fol. 14.
Martialis Episcopus Spoletanus. f. 54.
Martianus Episcopus Martyr. f. 20.
Martianus Episcopus Viennensis moritur. f. 21.
Martina Imperatrix Vidua in exilium relegatur. f. 135.
Martina Martyr Romæ. f. 32.
Martinianus Episcopus Mediolanensis. f. 76. obit. f. 77.
Martini Cardinalis misera mors. f. 318.
Martini Gutrici miraculosa conversio. fol. 649.
Martini Vertavenis mors & prodigiosa corporis translatio. f. 120.
Martinus I. Papa. f. 136. captivus Romæ abducitur. f. 137. Graves ærumnæ. ibid. moritur. f. 138.
Martinus II. fit Papa. f. 202. moritur. f. 203.
Martinus III. Papa moritur. f. 220.
Martinus IV. fit Papa. f. 394. obit. f. 398.
Martinus V. fit Papa. f. 489. ejus acta. f. 496. & 497. moritur. f. 501.
Martinus S. R. E. Cardinalis claret. f. 310.
Martinus Lutherus nascitur. f. 541. primam missam celebrat. f. 562. hæresin spargere incipit. f. 571. Monalem in uxorem ducit. fol. 576. repente moritur. f. 592.
Martinus postea Episcopus Turbonensis baptizatur. f. 54. fit Episcopus. fol. 63. moritur. fol. 71.
Martius Abbas sanctus. f. 111.
Martyres plures. f. 17. 20. 21. 22. 23. 24. 26. 29. 31. 32. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 50. 53. 54. 59. 60. 62. 67. 73. 81. 86. 111. 194. 200. 202. 208. 303. 365. 366. 384. 407. 492. 493. 497. 499. 557. 585. 612. 615. 618. 619. 636. 652. 669. 678. 696. 700. 962.
Martyrius Episcopus Hierosolymitanus. f. 84. moritur. f. 86.
Maternus Episcopus Mediolani. f. 39. moritur. f. 44.
Maternus miles. f. 27.
Mathæi Carrerii vita & mors præclata. fol. 531.
Mathæi Palicii funesta mors. f. 444.
Mathæus Evangelista scribit. f. 7.
Mathæus Vicecomes Gibellinorum Dux excommunicatur. f. 419. moritur. f. 424.
Mathæus Ursinus claret. f. 425.
Mathias Apostolus Martyrio coronatur. f. 11.
Mathias Archidux Austriæ nascitur. f. 601. In Regem Ungariæ coronatur. fol. 650. accipit coronam Bohemiæ & nubit. f. 652. fit Imperator. f. 653. Ferdinandum Archiducem in filium adoptat. fol. 658. moritur. f. 661.
Mathias Corvinus nascitur. f. 509. Viennam expugnat. f. 542.
Mathias Corvinus fit Ungariæ Rex. f. 519. coronatur. f. 524. Bohemiæ quoque coronam impetrat. fol. 528. apoplexiâ moritur. fol. 546.
Mathildis Regina obit. fol. 227.
Mathildis Regina moritur. fol. 290.
Mavilus Martyr. fol. 29.
Maura Virgo. fol. 85.
Mauri cæduntur, aucti Hispaniæ invadunt. fol. 434. cæduntur à Castellæ Rege. fol. 545.
Mauri de Tobar Episcopi zelus animarum. fol. 708.

- Mauritii Comitis Nassovii felicitas in bello.** fol. 636. 639. moritur. fol. 668.
Mauritii Episcopi Parisiensis laudabilia acta & mors.
Mauritii Ungari acta. fol. 432.
Mauritius Burdinus Antipapa. f. 290.
Mauritius Chartularius Tyrannus capite plectitur. f. 135.
Mauritius creatur Augustus. f. 111. ex fuga retrahitur. f. 121 occiditur. f. 122.
Mauritius cum legione Thebæa Martyr. f. 41. 42.
Mauritius deposito Joanne Friderico instituit Saxonum Elector. f. 593.
Maurogatus Regni Usurpator, moritur. fol. 177.
Maurontus Abbas moritur. f. 155.
Maurontus Monachus Thaumaturgus. fol. 153.
Maurontus ex cælo apparet, Duacensem Urbem ab hoste defendit. f. 600.
Maurorum atrox clades. fol. 344. 348. 358. 369.
Maurus S. Abbas floret. f. 100.
Maurus S. Benedicti Discipulus moritur. fol. 113.
Maurus de Villa Roël floret. f. 676.
Mausimus Sacerdos sanctitate illustris. fol. 70.
Mauvia Regina baptizatur. f. 62.
Maxellendis Virgo Martyr. f. 144.
Maxentius Imperator. f. 45.
Maxilla S. Apolloniæ inter flammam illæsa. fol. 520.
Maximianus fit Imperator. f. 40. vincitur. fol. 41. & 42. Duos Cæsares creat. f. 45. Imperium abdicat. ibidem. se ipsum occidit. f. 45.
Maximiliani Egmondani mirabilis vitæ exitus. f. 591.
Maximilianus Archidux Austriæ obit. f. 660.
Maximilianus Martyr in Bojaria. f. 41.
Maximilianus I. nascitur. f. 518. Gallorum exercitum cædit. f. 538. alia ejus acta. f. 540. fit Rex Romanorum. f. 543. à Burgenibus captivatur. f. 544. Venetos vincit. f. 567.
Maximilianus II. Imperator nascitur. f. 578. eligitur in Romanum Regem. f. 604. fit insuper Rex Ungariæ. f. 605. Romani Imperii Regimen defuncto Patre capessit. ibid. moritur. f. 616.
Maximilianus Elector Baviaræ nuptias contrahit cum Imperatoris Ferdinandi filia. f. 681.
Maximilianus Elector Baviaræ obit, succedit in Regimine Ferdinandus Maria. f. 699.
Maximilianus Emmanuel Baviaræ Elector nascitur. f. 711. nuptias celebrat. f. 734. ejus expeditiones bellicæ. f. 736. 737. 740. ad secundas nuptias transit. f. 743. alia ejus acta. f. 750. 751. moritur. f. 780.
Maximilianus Wilhelmus Dux Hanoveranus obit. fol. 781.
Maximinus Episcopus Bisuntinus. f. 41.
Maximinus Episcopus Trevirensis. f. 53. obit. f. 54.
Maximinus fit Imperator. fol. 32. deponitur & occiditur cum filio. f. 33.
Maximinus Galerius fit Cæsar. fol. 45. Christianos persequitur. ibidem. infirmatur. fol. 46.
Maximus Abbas & Martyr. fol. 128.
Maximilianus Abbatis Constantia in fide. f. 139.
Maximus Episcopus Alexandrinus. f. 40.
Maximus Episcopus Hierosolymitanus. fol. 26.
Maximus Episcopus Hierosolymitanus. f. 50. moritur. f. 54.
Maximus Episcopus Moguntinus. f. 55. moritur. f. 64.
Maximus Episcopus Regensis. f. 77.
Maximus Episcopus Ticiensis. fol. 38.
Maximus Dux in Britannia Imperium ambit. f. 64. Italiam invadit. f. 66. occiditur. ibid.
Maximus Martyr. f. 34. 42.
Maximus Philosophus Cynicus. f. 58. ad tormenta rapitur. fol. 60.
Maximus Senator fit Imperator. f. 81. occiditur. ibid.
Mazarini varia fortuna. f. 699. 701.
Mechlinia exurit. f. 432.
Mechliniæ occupatio à Belgis Confederatis. f. 619.
Mechtildis Monialis felix obitus. f. 309.
Mechtildis Virginis Regiæ acta. fol. 336.
Medardus Episcopus sanctus moritur. fol. 106.
Medericus Presbyter moritur. fol. 233.
Mediolanense Concilium. f. 55. 67.
Mediolanum à Gothis occupatur & destruitur. fol. 98.
Medvinus Episcopus. f. 28.
Megingaudus fit Episcopus Herbipolensis. fol. 177.
Meginheri Archiepiscopi Trevirensis excecatio & mors. f. 295.
Meingosi Abbatis vita & mors. f. 336.
Meinradus Monachus fit Martyr. fol. 196. variant in anno Martyrii Authores.
Meinulphus Monachus sanctus obit. fol. 185. alii obitum ponunt ferius.
Melania fœmina Religiosissima. fol. 62.
Melchiades fit Papa. fol. 46. moritur. fol. 47.
Melchior Episcopus Herbipolensis occiditur. fol. 601.
Meldanus Episcopus claret. f. 120.
Meletius Episcopus Antiochenus pellitur ab Arianis. f. 57. moritur. f. 64.
Meletius Episcopus hæreticus. f. 45.
Meletius Schismaticus Author. f. 50.
Melilla in Africa ab Hispanis occupatur. fol. 553.
Melioni Monachi vita & mors sancta. fol. 311.
Melitam Insulam Turcæ frustra obsident. fol. 606.
Melitenis Insula Superum favore prodigiose in oppugnatione Turcarum præservatur. fol. 529.
Melito Sardenis Episcopus. f. 25.

Mellitus Orientales Saxones convertit, f. 123. obit. fol. 128.
 Memmius Martyr. f. 16.
 Menas Solitarius sanctus. f. 112.
 Meneleus Abbas obit. f. 161.
 Mengoldi Martyrium. f. 205.
 Mengoli Monachi vita, mors, & resuscitatio. f. 343.
 Menignus Fullo Martyr. f. 34.
 Menna fit Episcopus Constantinopolitanus. fol. 96. moritur. f. 102.
 Mennas Praefectus & Martyr. f. 45.
 Merania urbs conflatur. f. 441.
 Mercii Ductoris Caesari felix expeditio bellica. f. 691. 692. occidit victor in praelio. ibidem.
 Mercurius Imperatoris Romanorum bellidux cum decem millibus 50000. Turcarum caedit. f. 641. moritur. f. 642.
 Mercurius Italus. f. 557.
 Meroveus Regius filius tondetur in Monachum. f. 110. ejusdem Religionis zelus, & prodigiosa a morte liberatio. f. 130.
 Messanenſium tumultus. f. 718. 719.
 Messinenſe caenobium conditur. f. 261.
 Messinenſium seditio. f. 723.
 Methodius fit Patriarcha Constantinopolitanus. f. 191. obit. f. 192.
 Metranus Martyr. f. 34.
 Metrophanes Episcopus Byzantii. f. 47. resignat. f. 48.
 Michaël Agrianus floret. f. 489.
 Michaël Balbus fit Imperator. fol. 186. labitur in haeresim. f. 187. ejus nuptiae sacrilegae & pœnz. fol. 187. mors. f. 188.
 Michaël Calaphanes in Imperio succedit. f. 213. dejectur. f. 253.
 Michaël Curopalates fit Imperator. f. 183. ejus laudabilia acta. ibid. infeliciter pugnat, fit Monachus. f. 183.
 Michaël Ducas fit Imperator. f. 266.
 Michaël ex Rege Bulgarorum Monachus. fol. 198.
 Michaël Fedroviz fit Dux Moscoviz. fol. 653.
 Michaëlis Archangeli apparitio. f. 157.
 Michaëlis Florentini acta & mors. fol. 575.
 Michaël Koributh creatur Rex Poloniae. fol. 716. moritur. f. 722.
 Michaël Oxyta Patriarchatum resignat. fol. 305.
 Michaël Palaeologus Orientis Imperium invadit. f. 378. excommunicatur. f. 380. moritur. f. 390.
 Michaël Paphlago invadit Orientis Imperium. f. 250. obit. f. 252.
 Michaël Porphyrogenitus fit Imperator. f. 191. saevire incipit. f. 194. occiditur. f. 198.
 Michaël Stratioticus fit Imperator Orientis. f. 258.
 Michæl Molinos Quietismi Author Romæ ad carcerem perpetuum damnatur. fol. 734.
 Michelina acta & beata mors. f. 447.

Micisslai Cujaviz Principis lugubris mors. fol. 360.
 Miellaus primus Christianus Poloniae Princeps. f. 226.
 Milada ex Ducissa Monialis. f. 228. moritur. fol. 237.
 Milcolumbus I. Scotiae Rex interficitur. fol. 223.
 Milcolumbus II. Scotiae Rex occiditur. fol. 250.
 Milcolumbus Rex moritur. fol. 276.
 Milevitanum Concilium. f. 71. 75.
 Milgitha Virgo Regia, Monialis claret. fol. 146. item Milburgis & Mildrada. fol. 148.
 Millammon Reclusus sanctus. f. 72.
 Milo Archiepiscopus deponitur. f. 166. ab apro occiditur. f. 168.
 Miltiades Theologus. f. 25.
 Mindacus Dux occiditur. f. 381.
 Minutius Felix. f. 30.
 Mirivveſius Pertidem bello turbat. f. 776. veneno extinguitur. f. 779.
 Misitheus Gordiani Imperatoris socer veneno tollitur. f. 33.
 Mochua Abbas Ballensis Thaumaturgus. f. 124.
 Moderamnus Episcopus floret. f. 160.
 Modesta Abbatisa sancta. f. 146. moritur. f. 157.
 Modetti Praefecti in Catholicos propensio. fol. 62.
 Modestus & Possinnus Martyres. fol. 23.
 Mogaldus fit Scotiae Rex. f. 19. interficitur. f. 22.
 Moguntia incendium. f. 271.
 Moguntia noctu capitur. f. 523.
 Moguntini cives excommunicantur. fol. 452.
 Mohila Cosaccorum Generalis Tartaros caedit. f. 735.
 Molaci Abbatis vita miraculosa. f. 148.
 Molassius Episcopus miraculis gloriosus moritur. f. 134.
 Mombasii infidelitas & incarceration, fuga. f. 721.
 Monas Episcopus Mediolanensis. f. 27. moritur. f. 34.
 Monica S. Augustini mater moritur. f. 66.
 Monmorancius Dux decollatur. f. 677.
 Montecuculus Amersfordiam occupat. f. 673. ultiores ejus victorias. f. 721. obit. f. 729.
 Montis ab Altero disruptio. f. 106.
 Montis ferrati Ducatus exordium. fol. 235. NB. Variant Authores.
 Montferratenſis caenobii initium. f. 205.
 Monstrum. f. 262. 472. 543. 544. 546. 566. 576. 591. 613. 634. 763. 765. 779. 781.
 Morici Monachi mors. f. 362.
 Morimundum caenobium conditur. f. 288.
 Morlachi Turcarum fines devastant. f. 732. 735. 767.
 Morosinus Venetae Classis Praefectus summius S. Maurae Insulam expugnat. f. 733. aliae ejus felices expeditiones bellae. f. 734. 735. 736. fit Dux Venetorum. f. 737. moritur. f. 743.

Mosci Turcarum exercitum delent. f. 746.
 Moyses Ziculus rebellium in Transylvania caput praelio vincitur & occiditur. f. 643.
 Mozanigum castrum destruitur. f. 386.
 Musti Turcicorum factorum antistes deponitur. f. 735.
 Musti Turcarum a Janitscharis cum filio trucidatur. fol. 752.
 Muleamethes ex Eremita Africae victor. fol. 569.
 Muleaffes Rex Tunetanus exul Augustam venit ad Imperatorem. f. 593.
 Mules Abdalla Rex Fessanus obit. fol. 515.
 Mummolenus Episcopus. fol. 142.
 Mundus Justiniani Dux Dalmatiam invadit. f. 96. occiditur in praelio. f. 96.
 Muratus Abbas sanctus. f. 137.
 Murus ingetis in Britannia. f. 20.
 Muscae Romanis infestae. f. 19.
 Muscarum mira fuga. f. 147.
 Mus sacras Reliquias prodit. f. 469.
 Mustapha contra Solymannum Patrem Imperatorem assurgit. f. 594. ejus jussu strangulatur. f. 598.
 Mustapha fit Imperator Turcarum. f. 665.
 Mustapha dejecto Solymanno IV. fit Caesar. f. 737.
 Mustapha Ottomannicum solium conscendit. f. 744. deponitur. f. 752.
 Mutina Urbs ab obsidione mire liberatur. f. 565.
 Mutus natus ope Deiparae mire loquitur. f. 636.
 Myrocles Episcopus Mediolanensis. fol. 44. moritur. fol. 48.

N.

Naamenes Saracenorum Princeps fit Christianus. fol. 116.
 Namurcum a Confederatis expugnatur. fol. 743.
 Nankerus Episcopus veneno tollitur. f. 436.
 Nanthildis Regina moritur. f. 136.
 Narcisus Episcopus fit Anachoreta. f. 28.
 Nartes belli Dux Longobardos in Italiam vocat. f. 107. comburitur. f. 122.
 Natalius Apostata poenitentiam agit. f. 29.
 Nathalocus insurgit contra Athirconem Scotiae Regem, Regnum arripit. f. 35. saevit in primores. f. 37. necatur. ibid.
 Naufragium. f. 74. 102. 586.
 Nazarethana Domus in Dalmatiam transfertur. f. 402. postea Lauretum. f. 404.
 Nearchus Martyr. fol. 36.
 Nectarius Episcopus Constantinopolitanus. fol. 69.
 Nectarius Episcopus Viennensis. fol. 53.
 Negropontis frustanea obsessio. f. 738.
 Nemanus Episcopus. f. 141.
 Nemetum Augusta restauratur. fol. 42.
 Neo - Caesarea terrae motu evertitur. fol. 53.
 Neomagensis pax inicitur. f. 728.
 Neoti Abbatis acta. fol. 207.
 Nepotianus Augusti nomen assumens occiditur. fol. 54.
 Nerae Ptolomaei vita & obitus. fol. 399.
 Neto ad Imperium adoptatur. fol. 9. matrem occidi jubet. f. 10. trucidat Octaviam. ibid. Romam incendit. f. 11. Poppaeam conjugem necat, saevit in plures. ibid. sibi ipsi manus infert. f. 12.
 Nervi nascitur. fol. 5. fit Imperator. f. 17. moritur. f. 18.
 Nestor Martyr. fol. 34.
 Nestorius Episcopus creatur Constantinopolitanus. f. 76. manifestat suam haeresim. ibid. in exilio miserè perit. f. 78.
 Nicanor Diaconus Martyrio coronatur. fol. 15.
 Nicæna Synodus celebratur. f. 49.
 Nicander Martyr. f. 43.
 Nice Martyr. f. 44.
 Nicetas Artabasti filius infeliciter pugnat. fol. 166.
 Nicetas Hegumenus obit. f. 187.
 Nicephorus Artabani filius fit Caesar. fol. 165.
 Nicephorus Constantinus Imperatoris patruus excacatur. f. 187.
 Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus obit. f. 188.
 Nicephori Imperatoris infamis vita. f. 182. interficitur. f. 183.
 Nicetius Episcopus moritur. f. 109.
 Nichotus Rex occiditur. f. 311.
 Nicolaus Culdeus Martyr. f. 42.
 Nicolaus Archimandrita moritur. f. 198.
 Nicolaus Myrae Episcopus floret. f. 46. obit. fol. 53.
 Nicolaus Myticus Patriarcha deponitur. fol. 208. moritur. f. 214.
 Nicolaus Chrysoberges Patriarcha obit. f. 237.
 Nicolaus Bosniae Rex convertitur. fol. 358.
 Nicolaus Tolentinus floret. f. 406. obit. f. 412.
 Nicolai Peregrini vita & mors. f. 277.
 Nicolai Volmerii acta. f. 429.
 Nicolai Gabrini protervia. f. 440.
 Nicolai Ravennatis mors. f. 475.
 Nicolai Ateſtini justitiae & severitatis exemplum. f. 500.
 Nicolaus de Tudeschis claret. f. 504. fit Cardinalis. f. 509.
 Nicolai Prutheni sancta vita & obitus. fol. 518.
 Nicolaus Cusanus Cardinalis decessit. f. 525.
 Nicolaus Eremita in Helvetia sanctitatis fama floret. f. 539. obit. f. 544.
 Nicolaus Comes Zrinus terrorum terror in venatione occumbit. f. 712.
 Nicolai Zucchi merita Apostolica & mors. fol. 718.
 Nicolaus I. fit Papa. fol. 195. moritur. f. 198.
 Nicolaus II. Papa creatur. fol. 259. obit. fol. 261.
 Nicolaus III. eligitur. f. 391. vitam finit. f. 393.
 Nicolaus IV. fit Papa. f. 399. moritur. fol. 402.
 Nicolaus V. creatur. f. 511. moritur. f. 517.
 Nicomedia terrae motu corrui. f. 56.
 Nidgarius Episcopus Augustanus obit. fol. 198.
 Nigellus Episcopus Eliensis obit. f. 318.
 Nilon cum sociis plurimis Martyr. f. 34.
 Nilus Abbas claret. f. 239.
 Niphon Patriarcha dejectur. f. 418.
 Nisibis obsessa mire liberatur. f. 52.

Nithardus Martyr. f. 191.
 Nivardus Episcopus Rhemensis. fol. 144.
 Nivis copia. f. 472. 771.
 Nobanunga Rex occiditur. f. 621.
 Nobilitas Gallicæ ingens clades. fol. 722.
 723.
 Noitburgis Monialis sancta. f. 154.
 Nonantulæ cœnobium conditur. f. 167.
 Norbertus Ordinem fundat. f. 291. fit Archiepiscopus. f. 295. obit. f. 298.
 Norimbergensium civium seditio. f. 449. cum Alberto Brandenburgico bellum. f. 513.
 Normanni divinitus puniuntur. f. 192. cœduntur. fol. 205. Gallias devastant. fol. 204. 206. eorum clades prodigiosa. f. 227.
 Notgerus Episcopus Leodiensis moritur. fol. 242.
 Norhelmus Archiepiscopus Cantuariensis obit. f. 165.
 Notingus fit Episcopus Constantiensis. fol. 212. obit. f. 217.
 Novatianus & Felicissimus hæretici. fol. 36.
 Novatus hæreticus turbat Ecclesiam. fol. 35.
 Nubifragia. fol. 759. 774. 779.
 Numerianus fit Cæsar. occiditur. f. 40.
 Nuncti Abbatis mors. f. 108.
 Nunnii turpe factum. f. 434.
 Nuptiæ funestæ. f. 650.

O.

Obitii Confessoris acta & mors. f. 335.
 Octavianus fit Cardinalis. f. 367.
 Octavius fit Rex Britannia. fol. 48. Regno pellitur. ibid. illud recuperat. ibid. moritur. fol. 63.
 Octodurum oppidum evertitur. f. 633.
 Oda Priorissa. f. 311.
 Odenatus Orientis Imperium cepit. occiditur. f. 37.
 Odericus fit Archiepiscopus Magdeburgensis. f. 232.
 Oderisius Cardinalis obit. f. 284.
 Odilonis Abbatis Cluniacensis sanctus obitus. f. 255.
 Odoacer Herulorum Rex vocatur in Italiam. f. 84. fit Rex ejusdem. ibid. Rugios debellat. f. 86. vincitur à Theodorico Amalo. ib. secundam cladem perpeffus occiditur. f. 87.
 Odo Regnum ulurpat. f. 204. obit. f. 207.
 Odo Abbas Cluniacensis floret. f. 211. 219.
 Odo Episcopus Cameracensis obit. f. 287.
 Odo Archiepiscopus Cantuariensis Sacramentorum hæresim profligat. f. 222. moritur. f. 224.
 Odo ex Abbate Cardinalis. f. 369.
 Odo Carthusianus feliciter obit. f. 356.
 Odrovantius Archiepiscopus excommunicatus moritur. f. 514.
 Odolphus Apostolus Frisonum claret. f. 191.
 Oecolampadii repentina mors. f. 581.
 Offa Rex fit Monachus. f. 157.
 Olaus Rex Martyrio coronatur. f. 249.
 Olaus Trendanus Archiepiscopus veneno tollitur. f. 506.
 Oldenburgum ex fulmine conflagrat. f. 725.

Oldcastellus Wiciffitarum tumultuantium caput suspenditur. f. 487.
 Oldegarius Archiepiscopus obit. f. 300.
 Oleum prodigiosè scaturit. f. 243.
 Olticus Episcopus Mediolanensis obit. fol. 293.
 Onesimus Episcopus Sueffionensis moritur. f. 58.
 Opportuna Abbatis claret. fol. 171.
 Opratus Episcopus Milevitanus floret. f. 61. moritur. f. 62.
 Oranium à Mauritanis occupatur. f. 758.
 Oratorii Monasterium conditur. f. 290.
 Ordelaifi Tyrannis ac temeritas. f. 446. ejus potentia. f. 449.
 Ordo mancipiorum virtutis instituitur. fol. 711.
 Ordonius Episcopus Asturiz obit. f. 262.
 Orestes militum Præfectus. fol. 84.
 Oribasius Philosophus. f. 58.
 Oricus Normannorum Rex luculentam cladem patitur. f. 194.
 Origenes nascitur. f. 27. Grammaticam docet. fol. 29. seipsum castrat. fol. 30. excommunicatus errores suos defendit. f. 32. moritur. fol. 35.
 Oringiz vita sancta & exitus. fol. 415.
 Oriza mirabiliter aucta. f. 697.
 Orlandi beata mors. f. 366.
 Orphanitarum in Catholicos savities. f. 496. 497. cœduntur à Misnensibus. ibid. sed paulò post iterum Victores existuat. ibid.
 Oritia Virgo Martyr. f. 138.
 Osmanes fit Imperator Turcarum. f. 659. strangulatur. f. 665.
 Osmundus Episcopus moritur. f. 280.
 Oforii varia fortuna & mors. f. 427.
 Ofredus fit Rex Merciorum. f. 156. interimitur. f. 159.
 Ofredus Northumbriæ Rex exulare cogitur. f. 177. occiditur. f. 178.
 Ollus Comes Olliacensis Monasterii conditor. f. 146.
 Ostacus ex Monacho Episcopus floret. fol. 234.
 Osulphus Northumbriæ Rex occiditur. fol. 170.
 Osvaldi Regis facta. fol. 132. occiditur. fol. 135.
 Osvaldus Archiepiscopus Eboracensis floret. f. 229. obit. f. 236.
 Osyvinus Rex interimitur. f. 137.
 Osyvinus ex Principe Monachus sanctè obit. f. 144.
 Osyvi Rex Northumbrorum gentem ad Christianismum ducit. f. 139. moritur. f. 144.
 Ottgarius Archiepiscopus Moguntinus obit. fol. 192.
 Otgarus Episcopus Aichstadiensis. obit. fol. 202.
 Othbertus Episcopus occiditur. f. 211.
 Othmarus Abbas sanctus decedit. fol. 170.
 Otto I. fit Imperator. f. 217. ejus facta. f. 218. Danos & Slavos vincit. fol. 221. Hunnorum exercitum delet. f. 223. severius agit Romæ. fol. 227. moritur. f. 229.
 Otto II. eligitur in Germaniæ Regem. f. 525. fit Imperator. f. 227. victus moritur. f. 232.
 Otto III. Imperator Bohemiæ Ducem debellat. f. 234. ex veneno perit. f. 240. Otto

Otto IV. victoriam perdit. f. 341. succedit fratri mortuo in Imperio. ibidem. obit. folio 348.
 Otto Sueviæ Dux obit. f. 259.
 Otto fit Episcopus Rambergensis. f. 282. Pomeranos convertit. f. 293. vitam finit. folio 301.
 Otto Comes de Wittelspach occiditur. folio 342.
 Otto Comes Palatinus Rheni subito extinguitur. f. 367.
 Otto Meraniæ Dux trucidatur. f. 369.
 Otto Austriæ Dux obit. f. 433.
 Otto Episcopus Frisingensis scribit historiam. f. 307.
 Otto de la Bourde Episcopus Gurcensis obit. fol. 759.
 Ottocarus Bohemiæ Rex Ungarorum ingentem exercitum cœdit. f. 379. occumbit in alio prælio. f. 392.
 Ottomannus I. Rex Turcarum nascitur. folio 378.
 Ovetente cœnobium conditur. f. 171.
 Ovidius Episcopus moritur. f. 21.
 Ovinus Gallicanus Gothos vincit. f. 50.

P.

Pachomius Abbas. f. 48. Moritur. f. 54.
 Paderborna incendio perit. f. 259.
 Pagani Ducis Genuensium varia fors. folio 446.
 Palæologus abdicato Catucazeno fit Imperator Orientis. f. 447.
 Palladius Episcopus Antiochenus hæreticus. fol. 86. obit. f. 88.
 Palumbus Monachus claret. folio 291.
 Pamphylus Cæsareensis cum pluribus Martyr. fol. 46.
 Pamphylus Episcopus Sulmonensis floret. folio 146.
 Panacæ Virginis insons mors. f. 465.
 Pancharius Martyr. f. 43.
 Pandolphus Dux Capuanus incarceratur. folio 247. dimittitur. f. 248.
 Pandolphus S. R. E. Cardinalis obit. folio 299.
 Panis in sanguinem mutatur. fol. 658.
 Pannicri belli Ducis Suecici expeditiones. fol. 681. 682. 683. moritur. fol. 687.
 Panthenus ad Indos convertendos mittitur. fol. 26.
 Pantheon Romæ conflagrat. f. 15. & 19.
 Pappenheimius rusticos rebelles cœdit. fol. 669.
 Ducatum Lauenburgicum occupat. fol. 674. feliciter rem agit in Saxonia inferiore. f. 676. occiditur in prælio. f. 677.
 Paracliti Monasterium conditur. f. 348.
 Paracodus Episcopus Viennensis moritur. f. 33.
 Paris Archiepiscopus Salisburgensis moritur. fol. 701.
 Paris beatus obitus. f. 384.
 Parmenianus Episcopus hæreticus. f. 61.
 Parthenius Martyr. f. 34.
 Partus fertilis. fol. 391.
 Paschalis Baylon sanctè obit. f. 631.
 Paschalis I. fit Papa. f. 185. moritur. folio 187.
 Paschalis II. creatur. fol. 280. obit. folio 289.
 Paschasius Abbas moritur. f. 193.
 Paschasius Diaconus sanctus. f. 92.
 Passavium ingenti fœdatur incendio. folio 710.
 Pastor Presbyter. fol. 24.
 Patavium incendio perit. f. 321.
 Paternus Episcopus Abrincensis obit. f. 107.
 Paternus Episcopus Vinetensis moritur. folio 105.
 Patiens Episcopus Metensis. fol. 23.
 Patritius nascitur. f. 63. rapitur. f. 67. est Apostolus Hiberniæ. ejusque vitæ. fol. 77. moritur. f. 81.
 Patroclus Martyr. f. 38.
 Patroclus invalor Sedis Arelatensis moritur. f. 76.
 Patroclus Abbas. f. 108.
 Patto Episcopus moritur. f. 171.
 Paula vidua Romana. f. 53. moritur. fol. 72.
 Paula Florentina claret. f. 443.
 Paula Camaldulensis obitus. f. 455.
 Paulæ Malatestæ obitus. f. 513.
 Pauli Lamps de Mechlinia Martyrium. folio 561.
 Pauli Monachi hilaris mors. fol. 346.
 Pauli Orlandini Doctrina & Scripta. folio 561.
 Paulini Monachi obitus. f. 394.
 Paulinus Episcopus Antiochenus moritur. folio 49.
 Paulinus Episcopus Bisuntinus. f. 43.
 Paulus Abbas Thaumaturgus in Armeniâ obit. f. 665.
 Paulus Apostolus prædicat Damasci. f. 6. in sportâ per murum demittitur. ibid. Sergium Proconsulem convertit. &c. f. 7. lapidatur. & virgis cœditur. f. 8. Dionysium convertit. à viperæ ictu illæsus. f. 9. Romam venit. f. 10.
 Paulus Diaconus floret. f. 174.
 Paulus Episcopus Constantinopolitanus strangulatur. folio 54. Item alius Episcopus. ibid. hæreticus. obit. f. 138.
 Paulus Episcopus Cracoviensis. f. 389.
 Paulus Episcopus Viridunensis claret. f. 136. moritur. f. 137.
 Paulus fit Episcopus Antiochenus. f. 92.
 Paulus Leonensis Episcopus. ejus acta. folio 109.
 Paulus primus Eremita moritur. f. 52.
 Paulus Samosatenus. f. 37. ob hæresin Sede Episcopali pellitur. f. 38.
 Paulus I. fit Papa. f. 169. moritur. f. 172.
 Paulus II. creatur summus Pontifex. f. 525. obit. f. 532.
 Paulus III. eligitur Papa. f. 583. vitam finit. fol. 594.
 Paulus IV. creatur. f. 599. moritur. f. 602.
 Paulus V. eligitur. f. 645. moritur. 664.
 Pauperum oppressoris arx à dæmonibus obfidetur. f. 557.
 Peada fit Rex Merciorum. f. 139.
 Pega Virgo sancta claret. f. 175.
 Pelagia Virgo Martyr. f. 41.
 Pelagius Austriæ Princeps Saracenos cœdit. f. 160.

- Pelagius Martyr. f. 214.
 Pelagius Patricius occiditur. fol. 87.
 Pelagius I. Papa. f. 103. moritur. folio 105.
 Pelagius II. Papa. folio 110. moritur. folio 115.
 Peloponessus à Turcis occupatur. fol. 764.
 Penda fit Rex Merciorum. f. 129. ejus obitus. f. 139.
 Pepulus Bononiam vendit. f. 442.
 Peregrini Prothei acta & mors. f. 14.
 Peregrini Monachi sancta mors. folio. 400.
 Peregrinus alius obit. f. 439.
 Perennis Præfectus occiditur. folio 27.
 Perjurii pœna divinitus illata. folio 749.
 Perpetua & Felicitas Martyres. folio 29.
 Perpetuus Episcopus Turonensis. folio 87.
 Perfarum Regis in Moniales Christianas clementia. f. 57.
 Persæ bellum movent. f. 35. Anastasii Imperatoris tres exercitus fundunt. fol. 89. vincuntur. fol. 114.
 Peruanum America Regnum Pizarus Hispanus occupat. fol. 577.
 Pestis. folio 15. 24. 27. 35. 37. 81. 100. 106. 113. 115. 120. 142. 144. 145. 167. 190. 195. 219. 224. 235. 276. 306. 346. 350. 351. 363. 413. 417. 418. 433. 441. 449. 463. 469. 485. 506. 513. 558. 562. 567. 576. 597. 600. 604. 605. 609. 612. 615. 616. 618. 624. 628. 630. 638. 648. 679. 700. 705. 714. 717. 726. 727. 728. 735. 742. 746. 755. 756. 758. 759. 781.
 Petri Orientis Imperatoris mors. folio 347.
 Petri Gonzalez acta & mors. f. 364.
 Petri de Vineâ mors. f. 368.
 Petri Aureoli vita, scripta, & mors. folio 424.
 Petri de Laurâ scripta plura. folio. 430.
 Petri de Bono felix obitus. f. 492.
 Petri Cardani acta & sancta mors. folio 494.
 Petri Marginet conversio. folio 502. mors. f. 508.
 Petri Confluentini felix mors. folio. 502.
 Petri Maldurii mors prodigiosa. folio 529.
 Petri Mogliani acta. f. 546.
 Petri à Sancto Bernardo vita & obitus. folio 647.
 Petri Bartii acta & mors. f. 584.
 Petri Bellonii varia scripta & occisio. folio 606.
 Petri Castilia Regis inertia. folio 445. vaga libido. 446. crudelitas. 448. Conjugium perimit. folio. 450. excommunicatur. folio 451. vincitur & à fratre occiditur. folio 455.
 Petri Claveri ingens animarum messis. folio 702.
 Petri de Castro Novo Martyrium. f. 339.
 Petri de Hagenbach tyrannis & mors. folio 336.
 Petri Monachi victoriosus obitus. f. 583.
 Petri Parentii Martyrium. f. 333.
 Petri Teutonici obitus. f. 534.
 Petronillæ à Cruce vita. f. 649.
 Petrus Romæ sedem figit. f. 7. Linum & Cle-tum Episcopus ordinat. fol. 10. cum S. Paulo Martyrio afficitur. f. 12.
 Petrus Cnapheus hæreticus. f. 83. moritur. fol. 86.
 Petrus Mogus seductor. folio 84. Moritur. fol. 86.
 Petrus I. Episcopus Alexandrinus. f. 42. Martyrium subit. f. 46.
 Petrus II. Episcopus Alexandrinus patitur persecutionem. f. 62. Moritur. f. 69.
 Petrus Chryfologus Ravennæ Episcopus. fol. 77.
 Petrus fit Episcopus Hierosolymitanus. folio 93.
 Petrus Diaconus moritur. f. 122.
 Petrus Episcopus hæreticus Constantinopolitanus. f. 138. moritur. f. 139.
 Petrus Episcopus Papiensis obit. folio 164.
 Petrus Damascenus Episcopus fit Martyr. f. 166.
 Petrus Urscolus ex Duce Monachus. f. 231. obit. f. 238.
 Petrus Damianus floret. f. 259.
 Petrus Igneus fit Cardinalis. f. 268.
 Petrus Martyr. f. 371.
 Petrus Rex Aragoniæ moritur. folio 398.
 Petrus Thomasius Patriarcha obit. folio 453.
 Petrus Lazurius Abbas cum sociis occiditur. f. 488.
 Petrus de Alliaco obit. f. 497.
 Petrus de Sardinia miraculorum gloriâ illustris obit. f. 516.
 Petrus Quirinus linguarum peritiâ floret. f. 569. fit Cardinalis. f. 572.
 Petrus Archiepiscopus Tarantasiæ obit. folio 519. NB. alii obitum hunc ponunt tardius.
 Petrus Argerus sicarius occiditur. folio 638.
 Petrus Comestor claret. f. 315.
 Petrus Fernandes excommunicatus sacramentum percipere nequit. f. 516.
 Petrus Lombardus floret. f. 311. obit. f. 315.
 Petrus Lusitaniæ Rex obit. f. 454.
 Petrus Regis Aragoniæ filius fit Monachus. f. 454.
 Petrus Regis filius fit Monachus. folio 314.
 Petrus Rex Cypri occiditur. f. 457.
 Petrus Lusitaniæ Rex moritur. folio 757.
 Petri Grotii fuga ex Hollandiâ in Galliam. fol. 721.
 Petri Schumacheri è fastigio honoris funesta deturbatio. fol. 725.

Petrus

- Petrus Alexovicus Magnus Moscoviæ Dux nascitur. fol. 720. regimen suscipit. folio 731. alia ejus acta. f. 749. 750. 751. 752. 753. 757. 759. 760. 765. 779.
 Petrus III. Brasiliæ Princeps nascitur. folio 761.
 Phænomena varia videntur. f. 769. 772.
 Pharamundus Galliæ Rex moritur. folio 76.
 Phierius Presbyter doctus. f. 40.
 Phileas Episcopus Martyr. f. 45.
 Philemon cum pluribus Martyr. f. 41.
 Philemon Musicus Martyr. f. 46.
 Philerus Episcopus Antiochenus. folio 32.
 Philiberti Abbatis vita & sancta mors. folio 149.
 Philippa Monialis Regia sanctitate claret. fol. 515.
 Philippicus Bardanes Imperium invadit. f. 157. Monothelitam se ostendit. fol. 158. dejectur. ibid.
 Philippus I. Galliæ Rex moritur. f. 284. NB. variant de anno obitus Authores.
 Philippus V. fit Galliæ Rex. f. 419. obit. folio 423.
 Philippus VI. fit Galliæ Rex. f. 426. Insignem cum Venetis de Turcis victoriam reportat. f. 431. obit. f. 443.
 Philippus Vicecomes obit. f. 512.
 Philippus Candacis Regis Enochum baptizat. f. 6.
 Philippus Herodiadis maritus moritur. folio 6.
 Philippus Apostolus crucifigitur. folio. 29.
 Philippus Præfectus Augustalis fit Martyr. fol. 29.
 Philippus Episcopus Martyr. f. 29.
 Philippus I. Maximiliani Austriaci filius postea Hispaniæ Rex natus est. fol. 537. Uxorem ducit Ferdinandi Hispaniæ Regis filiam. folio 552.
 Philippus II. Hispaniæ Rex nascitur. fol. 578. nubit. f. 611.
 Philippus III. Hispaniæ Rex nascitur. folio 618. Portugalliæ coronâ insignitur. folio 621.
 Philippus IV. sponsalia init. f. 697. moritur. f. 713.
 Philippus V. matrimonium init. f. 748. Regnum resignat. f. 777.
 Philippus Augustus pellicem dimittere jussu Papali compellitur. fol. 332. moritur. folio 351.
 Philippus Audax Franciæ Rex obit. fol. 398. succedit Philippus Pulcher. ibid. ejus crudele factum. f. 403. NB. alii hoc serius ponunt. miserè obit. f. 417.
 Philippus Imperator excommunicatur. folio 337. ejus victoria. fol. 339. occiditur. fol. 341.
 Philippus Scevani claret. f. 435.
 Philippus Dux Mediolanensis uxorem occidit. jubet. folio 491. Genuenses vincit. folio 494.
 Philippi Arabis ambitio. f. 33. fit Imperator. f. 34.
 Philippi ambo Imperatores occiduntur. folio 35.
 Philippi Benitii vita & mors. f. 398.
 Philippi Tuterini sancta mors & miracula. f. 490.
 Philippi à Monte Scaglio mors & miranda. f. 703.
 Philippi Ducis Mediolanensis exercitus cæditur. f. 498.
 Philippi Povelii Apostolici labores & mors. fol. 698.
 Philoronus Martyr. f. 45.
 Phocas fit Imperator. ejus crudelitas. f. 121. infeliciter belligerat. f. 122. occiditur. fol. 123.
 Phocas Episcopus martyrium obtinet. folio 19.
 Phocas alius Martyr. f. 20.
 Photinus Episcopus Martyr. f. 25. NB. de anno alii aliter sentiunt.
 Photinus hæreticus. f. 61.
 Photinus Enochus intruditur Sedi Constantinopolitana. f. 195. persequitur legitimos Episcopos. f. 196. condemnatur. f. 198.
 Phraates Rex Lyriæ moritur. f. 6.
 Picardi Wicleffi hæresim disseminant. folio 457.
 Piccolomineus Cæsaris. Polemarchus Gallos repellit. f. 685. alia ejusdem felices bellicæ expeditiones. ibid. fit Princeps Amalphitanus. ibid. moritur. f. 705.
 Picti ad Christianismum convertuntur. folio 106.
 Pientius Episcopus. f. 106.
 Pigmenius Martyr. f. 60.
 Pilgrinus fit Archiepiscopus Colonienfis. fol. 247. obit. f. 251.
 Pilgrinus fit Archiepiscopus Salisburgensis. fol. 207. moritur. f. 211.
 Pilingotifelix ad cælum transitus. f. 410.
 Pinamontis beatus obitus. f. 384.
 Pionius cum pluribus Martyr. f. 34.
 Pionius Smyrnenfis Presbyter Martyr. f. 35.
 Pipini Herstalli Majoris Domus Regiæ acta. f. 151. moritur. f. 158.
 Pipinius Caroli Martelli filius Major domus Regiæ. f. 165. Saxones & Westphalos debellat. f. 167. fit Galliæ Rex. f. 168. moritur. f. 173.
 Pipinus Caroli Magni filius naturalis rebellionem movet. f. 178. moritur. f. 183.
 Pipinus Aquitaniæ Rex moritur. f. 190.
 Pifcis ingens. f. 581.
 Pifo seipsum occidit. f. 4.
 Pius I. Papa. f. 23. fit Martyr. f. 24.
 Pius II. eligitur. f. 519. ejus acta. f. 520. 521. moritur. f. 525.
 Pius III. eligitur & post paucos dies moritur. f. 558.
 Pius IV. eligitur. fol. 602. obit. fol. 606. succedit
 Pius V. ib. moritur. f. 612.

Placidi de Luzuriaga sancta mors, f. 662.
 Placidus Valentinianus nascitur, f. 75.
 Placidus Abbas cum sociis Martyr, f. 99.
 Placidus Pacieca Episcopus Placentinus floret, f. 685.
 Plavia conflagrat, f. 462.
 Plautianus Gener Antonini occiditur, f. 29.
 Plautilla moritur, f. 11.
 Plautus Plautilla relegantur, f. 29.
 Plechelmus Episcopus moritur, f. 175.
 Plotinus Philosophus, f. 34.
 Pluravium oppidum à subsidente monte cum omnibus incolis sepelitur, f. 660.
 Polentesiæ fœminæ strenuum factum, f. 426.
 Polieuctus Martyr, f. 36.
 Poloni Moldavos magnâ strage cædunt, folio 581, aliæ eorumdem victoriæ, f. 705. 709. 735. 743. 744. eorum dissidium, fol. 750. 753.
 Polycarpus Episcopus Smyrnæ fit Martyr, fol. 24.
 Polychronii Sacerdotis hæretici turpis præsumptio, f. 148.
 Pompejus Episcopus Ticinensis moritur, f. 18.
 Pomponius Episcopus Neapolitanus, ejus factum, f. 97.
 Pompofa Virgo Martyr, fol. 194.
 Pompofiani Cœnobii fundatio, f. 238.
 Pontianus fit Papa, & martyrisatur, folio 32.
 Pontini Abbatis vita & mors sancta, folio 173.
 Pontius Pilatus fit Judææ Præses, f. 4. in ordinem redigitur, f. 6. sibimet necem infert, f. 7.
 Pontius Martyr, f. 36.
 Pontius Diaconus, f. 37.
 Pontius Paulinus, f. 68.
 Poppo I. fit Episcopus Herbipolensis, f. 219. obit, f. 225.
 Poppo II. obit, f. 233.
 Poppo Comes ex Ethnico fit Christianus, postea Patriarcha, f. 150.
 Popponis Archiepiscopi Trevirensis zelus, folio 247.
 Porcarius Abbas Lerinensis cum 500. Monachis fit Martyr, f. 163.
 Porphyrius Pseudo-Episcopus moritur, folio 73.
 Pophyrius Philosophus, f. 37.
 Porphyrius ex Mimo Martyr, f. 59.
 Portugallia interdicto subditur, f. 345.
 Potamiæna Virgo Martyr, f. 46.
 Pontamon Episcopus Martyr, f. 52.
 Potamon Episcopus Arianus apoplexiâ extinguitur, fol. 57.
 Potiti pueri gloriosum Martyrium, folio 24.
 Præfectus Arvernensis Episcopus occiditur, fol. 143. NB. Authores circa annum variant.
 Præputium Christi prodigiôsè invenitur, folio 601.
 Præfidiarii in arce Antverpiæ tumultuantur, folio 637.

Prætextatus Episcopus Rothomagensis Martyrium subit, fol. 115.
 Præxas hæresiarcha, fol. 28.
 Præxedis Imperatrix fit Monialis, folio 276.
 Præglius Episcopus Hierosolymitanus, fol. 75. Moritur, f. 76.
 Premislaus Poloniæ Rex moritur, folio 376.
 Premislaus alter Poloniæ Rex occiditur, fol. 404.
 Premislaus coronatur, folio 336. obit, folio 357.
 Priamus Franciæ Dux moritur, f. 79.
 Primus Episcopus Alexandrinus, folio 19. Moritur, folio 20.
 Principius ex Abbate Episcopus, folio 135. obit, f. 146.
 Priscillianus hæresiarcha, f. 64.
 Priscus cum aliis Martyr, folio 36. & folio 59.
 Proclus Episcopus Constantinopolitanus moritur, f. 79.
 Proclus Philosophus & Mathematicus, folio 91.
 Procopius Cilix Imperium ambit, f. 60. occiditur, f. 61.
 Procopius Taboritarum Dux & Catholicorum hostis, f. 498.
 Prodigia varia Italiam terrent, f. 566.
 Proditorum pœna sæva, f. 549.
 Prosper Aquitanus moritur, f. 82.
 Prosperi Alpini scripta & mors, f. 658.
 Prostovojus vir Apostolicus occiditur, folio 236.
 Protasius Episcopus Mediolanensis, fol. 51. moritur, f. 55.
 Proterius fit Episcopus Alexandrinus, folio 80. occiditur, f. 81.
 Provinus Episcopus Comensis obit, f. 75.
 Prudentii de Sandoval dignitas & scripta, folio 648.
 Prulliacum conditur, f. 290.
 Prumienfe Cœnobium conditur, f. 171.
 Prussia ab Equitibus Teutonicis deficit, folio 516.
 Prussorum crudele factum, f. 367.
 Pulcheria fit Tutrix Theodosii fratris, folio 73. fit Augusta, f. 74. fortiter pro fide agit, fol. 79. moritur, f. 80.
 Pulsus salutationis Angelicæ sagis noxius est, fol. 573.
 Pupienus & Balbinus Imperatores occiduntur, fol. 33.
 Purificationis festum instituitur, f. 100.
 Puteus S. Gerlaci prodigiôsus reperitur, folio 638.
 Putridæ Sylvæ Monasterium conditur, folio 296.
 Pyrrhus hæreticus fit Episcopus Constantinopolitanus, folio 133. spontè discedit ab Episcopatu, folio 135. desinit ab hæresi, ibid. relabatur, fol. 136.

Q.

Q Uadi Romanas Provincias excursionibus vexant, f. 60. à Theodosio Duce repelluntur, f. 62.
 Quadratus Athenarum Episcopus Hadriani in Christianos furorem mitigat, f. 21.
 Quedlinburgense cœnobium conditur, f. 215.
 Quilifinda virgo sancta claret, f. 137.
 Quinceium Monasterium conditur, f. 298.
 Quinidius fit Episcopus Vasionensis, f. 103. moritur, f. 111.
 Quinta Martyr, f. 34.
 Quintilianus fit Archiepiscopus Antifiodorensis, f. 161.
 Quintillus Imperator occiditur, f. 38.
 Quintinus Libertinorum errorem spargit, fol. 576.
 Quintus Atherius Orator senex, f. 4.
 Quintus Thaumaturgus, f. 40.
 Quirinus Tribunus Martyr, f. 21.
 Quirinus Episcopus Martyr, f. 46.

R.

R Achisus Longobardorum Rex fit Monachus, f. 167.
 Radbodus Frisiæ Rex infelicissimè decessit, f. 160.
 Radechis pœnitentia & Monachus, f. 185.
 Radegundis Regina Monialis moritur, f. 114.
 Radulphi Abbatis scripta, f. 354.
 Ragnacarus Dux occiditur, f. 103.
 Ragneri Ducis Lotharingiæ pœnitentia, f. 211.
 Ragozius Moldaviæ Principem expellit, f. 702. Vulneratus moritur, f. 709.
 Ragozius nuptias celebrat, f. 743. ob perditionem capitur: fugit, fol. 748. seditionem movet, f. 751.
 Rainaldus Arbatilicensis Comes occiditur, fol. 192.
 Rainerii Monachi conversio & mors, f. 313.
 Rainoldi Monachi Martyrium, f. 363.
 Ramirus Saracenos vincit, f. 186. moritur, fol. 3.
 Ramirus IV. eosdem vincit, f. 220. regno se abdicat, f. 222.
 Ranerius Fagianus floret, f. 379.
 Ranzovianum fratricidium, f. 779.
 Rapatho Abbas obit, f. 300.
 Rathbodo fit Archiepiscopus Trevirensis, fol. 203.
 Rathbodus Trajectensis Episcopus claret, f. 207. obit, f. 212.
 Rathulphus fit Episcopus Herbipolensis, f. 205.
 Raymundus Comes Tholosanus fratrem suum suspendio interimit, f. 346. ejus pœnitentia, f. 366. mors, f. 368.
 Raymundi de Pennafort vita & obitus, f. 390.
 Raynaldus Archiepiscopus occiditur, f. 424.
 Rebdorfense cœnobium conditur, f. 312.
 Rebellium Ungarorum acta & strages, f. 751. 752. 753. 754. 758. 759.
 Reccaredus Leovigildi Regis filius uxorem ducit Chilperici Regis Francorum filiam, fol. 114.
 Reccesvindus fit Hispaniæ Rex, f. 136. obit, f. 144.
 Reccarius Suevorum Rex Catholicæ fidei accedit, f. 79. vincitur & occiditur.
 Redemptus Episcopus sanctus moritur, f. 114.
 Regalis Villæ Monasterium conditur, folio 383.
 Regentrudis nubit Dagoberto Regi, folio 133.
 Reginaldus Episcopus occiditur, f. 346.
 Reginaldus fit Episcopus Nemetum, f. 220.
 Reinhardus Monachus doctus, f. 216.
 Reinhsuani Monasterii fundatio, folio 279.
 Relinda Abbatissa sancta, f. 167.
 Reliquiarum sacrarum vis, f. 74.
 Reliquiæ sanctorum prodigiôsio indicio repertiuntur, f. 673.
 Remaclus Episcopus Trajectensis, f. 137. Monasteria condit, folio 139. moritur, folio 142.
 Rembertus Vir Apostolicus claret, f. 200. obit, f. 204.
 Remigius Episcopus Altifiodorensis, folio 203.
 Renovatus Episcopus Emeritensis, folio 132.
 Reolus Episcopus Rheimensis, f. 147.
 Restituta Virgo Martyr, f. 38.
 Rhabanus floret, f. 190. fit Archiepiscopus Moguntinus, f. 192. moritur, 195.
 Rhadagaisus Scythia Italiam bello invadens occiditur, f. 72.
 Rhodippus Episcopus Leontinus, f. 48.
 Riboaldus fit Archiepiscopus Mediolanensis, f. 299.
 Richardis Imperatrix vitam claudit, folio 210.
 Richardi Monachi scripta plurima, folio 311.
 Richardus Penbrociæ Comes Hiberniam infestat, f. 318.
 Richardus I. fit Angliæ Rex, f. 328.
 Richardus II. Rex Angliæ exauthoratur, folio 476.
 Richardus Lavinghanus ex Ordine Carmelitarum hæreses egregiè oppugnat, folio 488.
 Richardus III. Angliæ Rex fratris filios occidit, f. 541. in acie cadit, f. 542.
 Richarius Abbas sanctus moritur, folio 135.
 Richbodo Archiepiscopus Trevirensis obit, f. 182.
 Richiza Imperatrix vidua moritur, f. 303.
 Richmirus Abbas floret, f. 142. obit, f. 153.
 Richolfus Archiepiscopus Moguntinus moritur, f. 184.
 Ricimeris insidiæ, f. 83. moritur, ibidem.
 Rictrudis Abbatissæ sancta vita & mors, folio 150.
 Rievallense cœnobium conditur, folio 279.

Rigobertus Archiepiscopus Rhenensis obit. f. 167. NB. alii obitum tardiùs ponunt.
 Ripatorium Monasterium conditur. f. 301.
 Ritæ Cassiæ felix obitus. f. 514. NB. variant Authores circa annum obitus.
 Robaldus Archiepiscopus Mediolanensis obit. f. 305.
 Roberti Pii Galliæ Regis iter Romam. fol. 238. felix obitus. f. 250.
 Robertus Casæ Dei Abbas moritur. f. 252. NB. variant de anno obitus Authores.
 Robertus Guiscardus vincit Alexium Imperatorem. f. 241. obit. f. 273.
 Roberti sancti Abbatis Gisterciacta & mors. f. 281.
 Robertus Normanniæ Comes prælio vincitur & excœcatur. f. 284.
 Robertus fit Orientis Imperator. f. 349. moritur. f. 355.
 Roberti Vesprinensis zelus Apostolicus. f. 349.
 Robertus Bruffius fit Scotiæ Rex. f. 411. moritur. f. 428.
 Roberti Saxonis vita & mors beata. f. 393.
 Roberti Avenionensis vita & obitus. fol. 419.
 Roberti Cœlestini acta & mors. f. 436.
 Roberti filii Comitis Avellini violenta mors. f. 445.
 Robertus Salentinus obit. f. 509.
 Roberti Waucop mira promotio. f. 595.
 Robertus Bellarminus fit Cardinalis. f. 638. obit. f. 664.
 Rochi sancta vita & mors. f. 427.
 Roda Monasterium conditur. f. 310.
 Rodericus Velascus Valentinus Episcopus occiditur. f. 504.
 Rodericus Rex Pictorum interficitur. f. 14.
 Rodericus fit Rex Hispaniæ. f. 157. occiditur à Saracenis. f. 158.
 Rodingi Abbatis obitus. f. 148.
 Rodoaldus Episcopus Portuensis deponitur. f. 197.
 Rodoaldus Rex Longobardorum. f. 138. necatur. f. 140.
 Rodolphus Episcopus claret. f. 336.
 Rogerius Abbas claret. f. 291.
 Rogerius Siciliæ Rex obit. f. 309.
 Rogerii Baconis scripta & mors. f. 397.
 Rogerii Sanguinetti in Regem suum insignis fidelitas. f. 399.
 Rolandinus Historicus. f. 336.
 Rolandi Cremonensis obitus. f. 377.
 Rollo Normannorum Dux baptizatur. f. 211.
 Roma à Cæsaris exercitu expugnatur. f. 578.
 Romachus Rex Scotiæ occiditur. f. 59.
 Romani cœduntur in Daciâ. f. 16.
 Romanus Episcopus Metensis. f. 86.
 Romani Abbatis mors. f. 100.
 Romani alterius Abbatis vita gloriosa & obitus. f. 138.
 Romanus fit Papa. f. 207.
 Romanus Patricius fit confors Imperii. f. 212. filiis suis coronam imponit. f. 215.
 Romanus Imperator Mariophilus. f. 249. strangulatur. f. 250.
 Romanus Diogenes Imperator capitur & excœcatur. f. 266.
 Romaricus ex Nobilissimo fit Monachus. f. 126.
 Romildæ impudicitia & pœna. f. 120.
 Romualdi Abbatis sanctus finis. f. 248. NB. variant de anno obitus Authores.
 Romualdus Archiepiscopus Salernitanus obit. f. 300.
 Romualdus de Fabriano vitæ sanctimoniâ illustris obit. f. 619.
 Rorandus Monachus claret. f. 484.
 Rorich cum Normannis Frisiâ & Bataviâ vastat. f. 193.
 Rosa Viterbiensis obit. f. 374.
 Rosimundæ Reginæ factum & mors. f. 109.
 Rostagnus Archiepiscopus moritur. f. 211.
 Rostagnus Monachus. f. 396.
 Rostochii tumultus. f. 499. 547.
 Rosuitha Monialis doctrinæ laude excellit. f. 229.
 Rotgardus Dux rebellionem movet. f. 174. vincitur. ibidem.
 Rotharis Rex obit. f. 138.
 Rotharius Episcopus Argenteratensis moritur. f. 141.
 Rothonenſe Monasterium conditur. f. 189.
 Rothrudis filia Caroli Magni moritur. f. 183.
 Rubeacum conditur. f. 24.
 Rudefindus Episcopus floret. f. 231.
 Rudolphus Episcopus Bituricensis obit. f. 198.
 Rudolphus Rex expellitur. f. 512.
 Rudolphi Episcopi Eugubini mors sancta. f. 263.
 Rudolphus puer Martyrizatus. f. 399.
 Rudolphus Agricola moritur. f. 542.
 Rudolphi Monachi suavis mors. f. 623.
 Rudolphi I. Habsburgici Religio. f. 388. coronatur Imperator. f. 390. ejus acta. f. 395.
 Burgundiæ Comitum rebellem debellat. f. 401. prædonum Castella excindit. f. 402. moritur. ibidem.
 Rudolphus II. Imperator nascitur. f. 596. coronatur in Regem Romanorum. f. 616. fit Imperator. ibidem. moritur. f. 653.
 Ruffinus Episcopus Martyr. f. 57.
 Ruffinus Gallus rebellis contra Arcadium. f. 68. interficitur. ibidem.
 Ruffinus Aquilejensis. f. 69.
 Ruffinus Archiepiscopus Mediolanensis decedit. f. 405.
 Rumoldus Martyrium perfert. f. 174.
 Rupertus Bavaros convertit. f. 111. fit Episcopus Salisburgensis. f. 112. moritur. f. 127.
 Rupertus Monachus doctrinâ pollens. fol. 206.
 Rupertus Archiepiscopus Trevirensis obit. f. 224.
 Rupertus Archiepiscopus Moguntinus obit. f. 230.
 Rupertus Tuitiensis claret. f. 294.
 Rupertus creatur Imperator. f. 476. coronatur. f. 476. moritur. f. 485.
 Rupertus Archiepiscopus Colonienſis in carcere moritur. f. 539.

Ru-

Rupertus Comes Palatinus Rheni fit Catholicus. f. 673.
 Russi convertuntur. f. 225.
 Rusticorum seditio & temeritas. fol. 574. 576. clades. 678.
 Rusticula Abbatisa. f. 110. obit. f. 131.
 Rusticus Episcopus Lugdunensis. f. 88.
 Ruthardi Monachi humilitas & honorum contemptus. f. 196.
 Ruynensis Monasterii fundatio. f. 97.
 Rysvicensis pax. f. 745.
 S.
 SAbas Ductor militum Martyr. f. 38.
 Sabbathini jejunii institutio. f. 273.
 Sabellius hæresiarcha. f. 31.
 Sabina Martyr. f. 21.
 Sabinianus Dux infeliciter pugnat. f. 57.
 Sabinianus fit Papa. f. 122. moritur. ibidem.
 Sabinus seipsum strangulat. f. 4.
 Sabinus Bulgariæ Rex dejicitur. f. 171.
 Sacellum sepulchri Christi Hierosolymis splendide reedificatur. f. 771.
 Sacerdos extractis sibi per Turcas intestinis ope Deiparæ in vitâ permanet. f. 570.
 Sacerdotis ficti pœna. f. 584.
 Sacra Cella conditur. f. 324.
 Sacriligorum pœna. f. 304. 460. 462. 464. 465. 466. 468. 487. 506. 547. 549. 552. 558. 562. 564. 584. 600. 616. 630.
 Salaberga Abbatisa sancta. f. 139.
 Saladinus Bondocudat immanem edit Christianorum stragem. f. 385.
 Salices flores producant. f. 433.
 Sallustius fit Cæsar. f. 59.
 Sallustius Episcopus Hierosolymitanus. fol. 86. obit. f. 87.
 Salisburgenses civis libertatem spirantes ab Archiepiscopo male mulctantur. f. 565.
 Salisburgi vehemens incendium. f. 464.
 Salomannus Episcopus obit. f. 446.
 Salomon ex Rege Monachus occiditur. f. 200.
 Salomon Episcopus Constantiensis. f. 203. NB. alii adeptum Episcopatum seriùs ponunt. capitur. f. 211. obit. f. 212.
 Salsæ fluvii exundatio damnosa. f. 608.
 Salvius sanctus bis moritur. f. 114.
 Salvius Episcopus Martyr. f. 181.
 Samaritani Judæi profligantur. f. 94.
 Samaritarum hæreticorum furor. f. 110.
 Samonenſe Monasterium conditur. f. 170.
 Sampenori prodigiosa in vitâ conservatio. folio 482.
 Samuel fit Episcopus Wormatensis. fol. 190. moritur. f. 195.
 Samuelovizius Cosaccorum Generalis seipsum occidit. f. 736.
 Sancia ex Regina Monialis claret. f. 406.
 Sancius Aragoniæ Rex occumbit. f. 277.
 Sanguinis pluvia. f. 155. 176. 198. 215. 390. 406. 433. 518. 590.
 Sanguis ex crucifixi imagine largiter fluit. fol. 172.
 Santucciæ Abbatisa acta & mors. f. 411.
 Saporex Rex Perfarum Christianos persequitur. f. 53.
 Saporii Armeniæ Præfecti mors. f. 142.
 Saraceni Palæstinam, Syriam, Ægyptum subjugant. f. 132. item Persiam. f. 133. Africam sibi tributariam faciunt. f. 136. Siciliam deprædantur. f. 144. Constantinopolim obsident. ibidem. Armeniam occupant. fol. 155. item Hispaniam. f. 159. Siciliâ potiuntur. f. 188. Neapolitanum Regnum vastant. f. 192. Naufragium patiuntur. ibid. magna eorum clades. f. 276. 279. 345. 435.
 Satruel Rex Scotiæ occiditur. f. 28.
 Satorus Martyr. f. 38.
 Savolus fit Episcopus Salisburgensis. f. 145.
 Saxo Grammaticus floret. f. 335.
 Saxones Britanniam occupant. f. 87.
 Scanderbegius Turcas cædit. f. 511. obit. fol. 527.
 Schenense Monasterium conditur. f. 182.
 Schlammingensium perfidia severè punita. fol. 574.
 Schlüsselau Monasterium conditur. f. 377.
 Schlüsselbergensium Comitum stemmâ extinctum. f. 440.
 Scholastica S. Benedicti soror obit. f. 99.
 Scipio Caraffa Andriæ Ducis filius fit Monachus Benedictinus. f. 645.
 Scavorum felix armorum progressus. f. 101.
 Scotiæ Regnum interdicto punitur. f. 419.
 Scopetitorum Ordo instituitur. f. 483.
 Scutini sanctus obitus. f. 134.
 Seythæ contra Romanos bellum movent. f. 8. vincuntur à Theodosio. f. 76.
 Sebastiani Brand eruditio & scripta. f. 574.
 Sebastianus Lufitaniæ Rex nascitur. f. 591. occumbit in prælio. f. 618.
 Sebastianus Martyr Romæ. f. 40.
 Sebbi fit ex Rege Monachus. f. 144.
 Seberectus Rex moritur.
 Secundus Miles Martyr. f. 20.
 Sedechias Judæus magus & præstigiator. folio 202.
 Sedulius Episcopus obit. f. 176.
 Segericus fit Rex Gothorum. f. 74.
 Sejanus Romam vexat. f. 4. deponitur & occiditur. f. 5.
 Seligentalense cœnobium conditur. f. 358.
 Selymus I. Bajazethem patrem Imperio & vitâ exuit. f. 565. ejus acta bellica. f. 570. obit. f. 573.
 Selymus II. Turcarum Imperator moritur. fol. 615.
 Senator Episcopus Mediolanensis moritur. fol. 85.
 Senoch Abbas. f. 111.
 Sepulchri S. Galli violatoris dira pœna. f. 150.
 Serapion Episcopus Antiochenus. f. 27. moritur. f. 30.
 Serapion Episcopus Taneos. f. 59.
 Serena Stiliconis conjux laqueo præfocatur. f. 73.
 Sergius I. Papa. f. 150. moritur. f. 155.
 Sergius II. fit Papa. f. 192. obit. ibidem.
 Sergius IV. eligitur. f. 242. moritur. f. 243.
 Sergius Episcopus Hæreticus Constantinopolitanus vitam exuit. f. 133.
 Sergius Dux Neapolitanus excommunicatus excœcatur. f. 201.
 Servius Plautus semetipsum occidit. f. 4.
 Setichenbeckensis cœnobii everſio. f. 460.
 Severinus Apostolus Noricorum moritur. f. 85.
 Seve-

Severinus Abbas, sanctus moritur. folio 90.
 Severinus fit Papa. f. 133. obit. ibidem.
 Severus fit Imperator. f. 28. vincit, plures Magnates occidit. ibidem. triumphum agit. f. 29. vitæ suam facit. f. 30.
 Severus Martyr Ravennæ. f. 44.
 Severus Episcopus Martyr. f. 85.
 Severus Episcopus Ravennas. f. 83. moritur. f. 67.
 Sexburga ex Regina Monialis obit. f. 155.
 Sexulphus Episcopus floret. f. 154.
 Sfortia Dux in undis perit. f. 496.
 Siagrius Episcopus Niciensis obit. f. 177.
 Sibothus ex Episcopo Monachus. f. 372.
 Sibyllina astra & mors. f. 454.
 Sichinus Assampeti Persiam turbat. f. 557.
 Sico Princeps obit. f. 189.
 Sidonius Apollinaris Episcopus moritur. fol. 86.
 Sidonius fit Episcopus Constantiensis. f. 167.
 Siffredus Abbas. f. 108.
 Sifridus Archiepiscopus moritur. f. 225.
 Sifridi Monachi pœnitentis mors. f. 346.
 Sigebertus fit Rex. fol. 109. interficitur. f. 110.
 Sigebertus II. occiditur. fol. 125.
 Sigebertus Rex Orientalium Saxonum in Anglia. f. 127.
 Sigebertus Dagoberti Regis filius nascitur. folio 131. obit. f. 139.
 Sigefridus Comes Palatinus Rheni incarceration. folio 285.
 Sigefridus fit Archiepiscopus Moguntinus. fol. 260. obit. fol. 272.
 Sigeri Monachi vita & mors. f. 336.
 Sigethum à Turcis expugnatur. fol. 607.
 Sigherus fit Rex Saxonum Orientalium. folio 141. facit apostasiam. ibid.
 Sigismundus Burgundiæ Rex fit Christianus. f. 90. occiditur. f. 93.
 Sigismundus Ungariæ Rex plures Procere morti addicit. f. 467. à suis capitur. f. 477. fit Imperator. f. 485. coronatur in Regem Bohemiæ. f. 492. contra Hussitas repetitis vicibus infeliciter pugnat. f. 495. Venetorum exercitum cædit. f. 502. moritur. f. 506.
 Sigismundus Poloniæ Rex coronatur. f. 262. de Tartaris triumphat. f. 569. moritur. fol. 593. succedit filius Sigismundus Augustus. ib. obit. f. 612.
 Sigismundus Suecus fit Rex Poloniæ. f. 626. nubit. f. 631. coronatur. f. 633. rebelles cædit. f. 648. ejus fervor Religionis Catholice. f. 663. Suecos clade afficit. f. 671. obit. f. 677.
 Sigismundi Malatestæ rebellis pœna. f. 522.
 Sigismundus Bathorius nascitur. f. 613. Imperatoris Romanorum tutelæ se submittit. f. 633. Turcas cædit. ib. nubit. f. 634. ejus exercitus cæditur. f. 639. occiditur. f. 655.
 Sigismundus Archidux Austriæ obit. f. 658.
 Sigismundus Archidux Austriæ Comes Tirolensis repentino morbo moritur. f. 713.
 Silo Galliciæ Rex moritur. fol. 176.
 Silva Ducis à Batavis occupatur. f. 673.
 Silvanus Episcopus Martyr. f. 47.
 Silverius fit Papa, in exilium mittitur. f. 97. in Vigiliam fert anathema. ib. moritur. f. 98.
 Simeon Episcopus Hierosolymitanus crucifigitur. f. 19.
 Simeon Reclusus floret. f. 245.
 Simeon Stylita moritur. f. 81.
 Simeon Achaicus. f. 210.
 Simeonis Alnensis eximia virtus & dona. f. 356.
 Simon fit Summus Pontifex. f. 4. amovetur. ib.
 Simon Magus baptizatur. f. 6. S. Petri precibus precipitatur. f. 11.
 Simon Stock Carmelita moritur. f. 383.
 Simonis Monachi vita. f. 421.
 Simonis de Spirâ scripta & mors. f. 435.
 Simonis Vignosi justitiæ zelus. f. 439.
 Simon Comes Montfortius fortiter agit contra hæreticos. f. 343. occumbit. f. 348.
 Simon ex Comite Geldriæ Laicus conversus claret. f. 349.
 Simonis pueri Tridentini martyrium. f. 535.
 Simpertus Episcopus Augustanus. f. 175. obit. f. 183.
 Simplicianus Episcopus Mediolanensis moritur. f. 70.
 Simplicianus fit Papa. f. 83. moritur. f. 85.
 Simplicius Episcopus Bituricensis. fol. 83. obit. f. 85.
 Simplides Viennensis Episcopus. f. 39. Martyrio coronatur. f. 41.
 Sindon cui corpus Christi involutum fuit, discindi nequivit. f. 516.
 Sindon sacra eadem in incendio intacta servatur. f. 581.
 Sira Virgo Martyr. f. 105.
 Sira Virgo regia moritur Monialis. f. 134.
 Siricius Papa creatur. f. 65. moritur. f. 69.
 Sisbertus Episcopus Toletanus deponitur. fol. 152.
 Sisebutus Hispaniæ Rex moritur. f. 126.
 Sifinnius cum aliis Martyr. f. 53.
 Sifinnius Episcopus Constantinopolitanus obit. fol. 76.
 Sifinnius Papa moritur. f. 356.
 Sifnandi Episcopi sancta mors. f. 213.
 Sitæ Virginis vita & obitus. fol. 392.
 Siviardi Abbatis sanctus obitus. f. 150.
 Sixtus I. Papa Martyrio coronatur. f. 22.
 Sixtus II. Papa Martyr. f. 36.
 Sixtus III. eligitur. f. 77. male accusatur. ibid. moritur. f. 78.
 Sixtus IV. eligitur. f. 532. ejus acta. f. 541. obit. f. 541.
 Sixtus V. fit Papa. f. 624. obit. f. 628.
 Slavi occupant Pomeraniam. f. 80. Bojos vincunt. f. 127. vincuntur. f. 156.
 Smaragdus Monachus claret. f. 215.
 Smolenski longa obsessio, cruenta expugnatione. f. 652.
 Smyrna à Christianis vi expugnatur. f. 532.
 Sobieslaus Bohemiæ Dux moritur. f. 302.
 Sodomitæ cœlitus puniti. f. 623.
 Solar Episcopus Argentoratensis moritur. f. 152.
 Soles tres visi. f. 318. 550. 578. 675.
 Solis Campi cœnobium conditur. f. 379.
 Solvathius fit. Scotiæ Rex. f. 173. moritur. fol. 177.
 Solymanus Imperator Turcarum Belgradum

dum expugnat. f. 574. Budam expugnat, Viennam frustra obsidet. f. 580. alia ejus acta. f. 583. 584. 588. à Persis vincitur. fol. 601. moritur. f. 607.
 Solymanus creatur Imperator deposito Mahomete. f. 736. dejicitur. f. 737.
 Somnus pluribus annis continuatus. f. 460.
 Sophia ex Regis filia Monialis claret. f. 308.
 Sophiæ Imperatricis misericordia. f. 108.
 Sophus Episcopus Martyr. f. 87.
 Sophronia ex amore castitatis seipsam perimit. fol. 46.
 Sophronius Episcopus Hierosolymitanus obit. f. 132.
 Soter fit Papa. fol. 25. Martyrium subit. f. 26.
 Soteris Virgo Martyr. fol. 44.
 Soucherius Gallorum exercitum cædit. f. 722.
 Spandaviæ fortalitium in flammis abicit & evertitur. f. 740.
 Spes Abbas sanctus moritur. f. 91.
 Spina Coronæ Dominicæ florere incipit. f. 587.
 Spinolæ Archistrategi Hispani expeditiones. f. 655. 662. 667. obit. f. 675.
 Spinolæ sacerdotis Martyrium. f. 665.
 Spitichnæ Ducis Bohemiæ mira conversio & mors. f. 261.
 Spitzberga detegitur. f. 635.
 Stadingi quinam fuerint. f. 359.
 Stanislai Episcopi Cracoviensis Martyrium. f. 270.
 Stanislaus Bidigosta Martyr. f. 493.
 Stanislai Canonici sancta vita & mors. f. 545.
 Stanislaus Lesinski contra Augustum legitimum Regem à Polonis quibusdam coronatur. f. 755.
 Staphylus ex heterodoxo Catholicus obit. folio 605.
 Stargardi Episcopi Aichstadiensis mors. f. 223.
 Stauratius Augustus nominatur. f. 181. dejicitur. f. 183.
 S. Stephanus lapidatur. f. 5.
 Stephanus I. fit Papa. f. 35. Martyrio coronatur. f. 36.
 Stephanus II. & III. Pontifices Summi. f. 168. moritur ultimus. f. 169.
 Stephanus IV. fit Papa. f. 173. moritur. ibidem.
 Stephanus V. creatur. f. 181. obit. ibidem.
 Stephanus VI. eligitur. f. 203. obit. f. 205.
 Stephanus VII. fit Papa. f. 207. occiditur. ibid.
 Stephanus VIII. eligitur. f. 215. obit. ibidem.
 Stephanus IX. fit Papa. f. 218. iniquè tractatur. ibidem. obit. f. 220.
 Stephanus X. Papa creatur. f. 229. moritur. ibidem.
 Stephanus Arianus Episcopus deponitur. f. 53.
 Stephanus Antiochiæ Episcopus fit Martyr. f. 85.
 Stephanus Patriarcha Antiochenus obit. folio 166.
 Stephanus Monachus Auxentianus Martyr. f. 172.
 Stephanus Suecorum Apostolus. f. 191.
 Stephanus fit Patriarcha Constantinopolitanus. f. 203. obit. f. 204. NB. alii obitum ejus ponunt anno 893.
 Stephanus fit Rex Hungariæ. f. 238. moritur. f. 251.
 R. P. Brentano Epit. Chronol. Index.

Stephanus Obazinensis Abbas Thaumaturgus obit. f. 377.
 Stephani de Oerbeck obitus mirabilis. f. 436.
 Stephanus Anglicus scriptor egregius. f. 337.
 Stephanus Angliæ Rex obit. f. 309.
 Stephani Archiepiscopi Cantuariensis & Cardinalis vita. f. 354.
 Stephanus Baviaræ Dux obit. f. 470.
 Stephanus Bathorius fit Rex Poloniæ. f. 616. obit. f. 625.
 Stephanus Radzin rebellionem concitat. f. 717. morte punitur. f. 719.
 Stephani Benassai læta mors. f. 662.
 Stephanæ Monialis beatus vitæ exitus. folio 520.
 Stilico Comes contra Honorium insurgit, capite truncatur. f. 73.
 Stozza Tyrannus. f. 57.
 Strahoviense cœnobium fundatur. f. 303.
 Stratonius fit Martyr. f. 48.
 Stredonii vita & mors beata. f. 696.
 Strozzius Comes bellicâ fortitudine clarus globo trajectus obit. f. 712.
 Sturmus Abbas Fuldenis obit. f. 175.
 Subulcus Pseudo-Propheta & hæreticus comburitur. f. 536.
 Sudor Anglicus. f. 543.
 Suecorum sinistra belli fortuna. f. 723. 725. 727.
 Sueini Danorum Ducis misera mors. f. 244.
 Suibertus Brunsvicensis convertit. f. 156. moritur. f. 158.
 Suibnæus Hiberniæ Rex. fol. 126.
 Suibnæus Episcopus Thaumaturgus. f. 139.
 Suinco Archiepiscopus Pragensis moritur. folio 484.
 Suintilla I. Hispaniæ Monarchiâ potitur. folio 128.
 Suintilla II. f. 133.
 Suithonus Episcopus Wintoniensis obit. f. 197. NB. variant de anno obitus Authores.
 Suliman Arabum Dux moritur. f. 160.
 Sulpitius Galba fit Imperator. f. 12. occiditur. f. 13.
 Sulpitius Trajectensis Episcopus. f. 88.
 Sunderoldus fit Archiepiscopus Moguntinus. f. 204. occiditur. ibidem.
 Sunius Dux Franciæ Orientalis. f. 85.
 Suranus Abbas Martyr. f. 108.
 Sufatum defectionis gravem dat pœnam. folio 510. frustra obsidetur ab Archiepiscopo Coloniensi. f. 512.
 Sylvæ Herciniæ & aliarum atrox incendium. f. 533.
 Sylvester I. fit Papa. f. 47. moritur. f. 51.
 Sylvester II. fit Papa. f. 239. moritur. f. 240.
 Sylvester Abbas sanctus in Gallia. f. 110.
 Sylvestri Abbatis Itali sanctus obitus. fol. 384.
 Symmachus interpres. f. 29.
 Symmachus Papa. f. 88. moritur. f. 91.
 Symphorianus Martyr Augustoduni. f. 38.
 Syroës occiso patre fit Persarum Monarcha. f. 130. occiditur ipse. ibidem.
 Syrus Episcopus Ticinensis moritur. folio 17.

T.

Taboritæ hæretici in Catholicos sæviunt. f. 496.
 Tacitus fit Imperator, occidit r. f. 39.
 Tado fit Episcopus Mediolanensis. folio 196.
 Tassileta belli fortuna. f. 717.
 Taicosana Christianorum persecutor. folio 626.
 Talaidas Episcopus Alexandrinus.
 Tamerlanes Tartarorum Imperator moritur. fol. 478.
 Tanco Episcopus Verdensis Martyr. f. 164.
 Tancredus fit Siciliæ Rex. fol. 327. moritur. f. 330.
 Tarasia ex Regina Monialis moritur. folio 280.
 Tarasia Regina Legionis sancta vita. folio 360.
 Tarasius fit Patriarcha Constantinopolitanus. f. 176. moritur. f. 182.
 Tartarorum vehementes excursiones. folio 363. Poloniam invadentes Cracoviam occupant. f. 365. Ungaros cædunt. folio 365. multi illorum convertuntur. f. 367. Sendomiriam expugnant. f. 378. Poloniam rursus infestant. f. 398. 435. 571. cæduntur. fol. 668. 683. 691. 696. 699.
 Taso Abbas sanctè obit. f. 63. NB. mutant obitus annum Authores.
 Tatianus Hæresiarcha. fol. 25.
 Tatto fit Episcopus Ratisponensis. f. 205.
 Tatvvinus Archiepiscopus Cantuariensis moritur. f. 164.
 Tauriense Concilium. f. 69.
 Taxis cum Hunnis Italiam invadit. folio 221.
 Teckelius Ungariæ Comes rebellis cæditur. f. 722. novas turbas movet. f. 727. 728. plures Ungariæ urbes occupat. f. 731. ad angustias redigitur, capiturque à Turcis. f. 734. ejus noviter collectus exercitus funditur. f. 737. Heuslerum & Doriam Generales Imperatoris intercipit. f. 739. moritur. f. 755.
 Tegeruseense Monasterium conditur. folio 166.
 Telemachi Monachi mors. fol. 72.
 Telericus Bulgarorum Rex baptizatur. folio 175.
 Telephorus fit Papa. f. 21. Martyrium obtinet. f. 23.
 Temesvaria à Turcis occupatur. f. 595. fulmine tacta quassatur. fol. 616. occupatur à Cæsareano exercitu. f. 765.
 Tempestas horrenda. f. 422. 546. 600. 632. mirè sedatur. f. 636. 748. 756. 760. 766. 778.
 Templariorum Ordo extinguitur. f. 412.
 Templum pacis Romæ. f. 15. templa sibi erigit Hadrianus. f. 21.
 Terræ motus. f. 3. 10. 11. 15. 19. 20. 21. 33. 52. 56. 59. 60. 75. 79. 81. 92. 93. 94. 102. 103. 104. 112. 114. 125. 165. 166. 167. 169. 181. 196. 206. 222. 239. 246. 262. 281. 289. 305. 311. 318. 351. 352. 374. 393. 408. 441. 442. 448. 458. 473. 518. 563. 569. 571. 591. 600. 611.

612. 619. 623. 625. 629. 636. 671. 683. 686. 709. 715. 718. 721. 729. 737. 738. 741. 742. 743. 746. 747. 748. 750. 754. 755. 757. 759. 764. 766. 770. 774. 776.
 Tertullianus scribit contra Marcionistas. folio 30. Cataphrygum errores tuetur. ibid.
 Tetricus Episcopus claret. f. 127. fit Martyr. f. 157.
 Tetra Abbatissa sancta. f. 167.
 Teuteria sancta virgo. f. 137.
 Teutlechildis Abbatissa sancta. f. 141.
 Teutonici Ordinis Equites Prussus subjugant. f. 355.
 Thallæus cum aliis Martyr. f. 40.
 Thalus Martyr. f. 42.
 Thassilo Dux Slavos vincit. f. 173. in Monasterium detruditur. f. 177.
 Thebule hæreticus. f. 19.
 Themel Sacerdos apostata. f. 224.
 Theodardus Episcopus Martyr. f. 140.
 Theodatus Gothorum Rex occiditur. folio 97.
 Theodebaldus à Gothis Rex eligitur. folio 98.
 Theodebertus I. Austriæ Rex moritur. folio 101.
 Theodebertus II. Regno & vitâ privat. folio 124.
 Theodegildis varia fortuna. f. 107.
 Theodes fit Rex Gothorum. f. 94. occiditur. f. 101. succedit Theogisilus. ibid.
 Theodulus Stylita moritur. f. 80.
 Theodomirus Arianorum Dux convertitur. f. 105. moritur. f. 108.
 Theodomirus Abbas sanctus moritur. folio 106.
 Theodomirus Monachus Martyr. fol. 138.
 Theodora Romæ Martyr efficitur. f. 20. 44.
 Theodora uxor Constantii. f. 42.
 Theodora Imperatrix moritur. f. 101.
 Theodoræ Augustæ zelus Religionis. folio 192.
 Theodorici Regis Francorum bellum contra Gothos. f. 94.
 Theodoricus I. Gothorum Rex moritur. folio 85.
 Theodoricus Amalus occidit Odoacrem. folio 87. Filiam Clodovæi ducit uxorem. folio 87. Romam venit. f. 88. Pannoniam Sirmiensis occupat. f. 89. movet in Francos. f. 90. moritur. f. 93.
 Theodoricus Orator septennis. f. 527.
 Theodoricus Monachus sanctus obit. folio 105.
 Theodoricus Papiensis Episcopus obit. folio 175.
 Theodorus Abbas sanctus obit. f. 61.
 Theodorus Dux Martyr. fol. 49.
 Theodorus Episcopus Cyri. f. 76.
 Theodorus Episcopus Mediolanensis. f. 85. moritur. f. 87.
 Theodorus I. Papa. folio 135. Moritur. folio 136.
 Theodorus II. Papa. folio 208. obit. ibidem.
 Theodorus Manlius fit ex Consule Romano Monachus. f. 89.

Operis Alphabeticus.

Theodori Episcopi Anastasiopolitani vita & miracula. f. 125.
 Theodorus Patriarcha Constantinopolitanus hæreticus. f. 142.
 Theodorus fit Episcopus Dorovernensis. f. 143. obit. f. 151.
 Theodori Studitæ exilium & pœnæ. f. 185. ejus mors. f. 187.
 Theodosia Virgo Martyr. f. 45.
 Theodosia cum pluribus Virginibus Martyr. f. 162.
 Theodosius Imperator hæreticos premit. folio 64. alia ejus præclare facta. f. 65. 67. ob delictam pœnitentia. f. 67. Tyrannos vincit. f. 68. moritur. ibid.
 Theodosius Junior Arcadii filius nascitur. f. 71. Minorennis à patre moriente Isdegerdi Persarum Regi commendatur. f. 72. hæreticos exagitat. f. 73. 74. Eudociæ nubit. f. 75. Scythas vincit. f. 76. ejus ulteriora acta. fol. 79. moritur. f. 80.
 Theodosius III. invitus in Imperatorem eligitur. f. 159. Imperio cedit. f. 159.
 Theodosius Abbas propugnator fidei Catholicæ. f. 90. obit miraculis clarus. f. 94.
 Theodotus hæresiarcha. f. 28.
 Theodotus Patriarcha Constantinopolitanus obit. f. 190.
 Theodulphi Abbatis sancta & prodigiosa vita. f. 117.
 Theodulphus Monachus claret. f. 196.
 Theofredus Abbas fit Martyr. f. 162.
 Theonas Episcopus Alexandrinus. fol. 40. obit. f. 42.
 Theonas ex mago Martyr. f. 40.
 Theonicus Martyr. f. 41.
 Theophilus Martyr. f. 40.
 Theophanes Imperatrix obit. fol. 236.
 Theophanis Hegumeni sancta vita & mors. f. 186.
 Theophila Virgo. f. 43.
 Theophilus Patriarcha Rasciorum fit ex Schismatico Catholicus. f. 744.
 Theophylactus fit Antiochenus Patriarcha. fol. 166.
 Theophylactus Patriarcha Constantinopolitanus obit. f. 224.
 Theophylus Alexandrinus Episcopus f. 69. obit. f. 74.
 Theophylus Episcopus Cæsareæ. folio 28.
 Theophyli conversio & mors. f. 97.
 Theophylus Monachus sacrarum Imaginum defensor. f. 161.
 Theophylus Imperatoriæ Classis præfectus fit Martyr. f. 177.
 Theophylus fit Imperator. f. 188. est hæreticus. ibid. vincitur. f. 189. de Saracenis triumphat. folio 190. vincitur & moritur. folio 191.
 Theophylus Martini ex Monacho Episcopus Drivastensis. f. 557.
 Therae Carolinæ deteguntur. folio 456.
 Thesauri Cardinalis decisio. folio 377.
 Thespeus Martyr. f. 32.
 Thierhauptense Cœnobium conditur. folio 175.
 R. P. Brentano Epit. Chronolog. Index.

Thietgaudus fit Archiepiscopus Trevirensis. f. 192.
 Thomæ Aquinatis Ordinis Carmelitarum Martyrium. f. 688.
 Thomæ Aquinatis sanctus obitus. f. 390.
 Thomæ Fulgosi Genuensis Ducis clementia. f. 506.
 Thomæ Herfordiæ vita & mors. fol. 399.
 Thomæ impostoris pœnæ. f. 186.
 Thomæ Turbivillæ perfidia & pœna. folio 404.
 Thomas Cantipratanus floret. fol. 384.
 Thomas fit Archiepiscopus Cantuariensis. f. 314. persecutiones patitur. fol. 315. in exilium ejicitur. fol. 316. Martyrio afficitur. folio 319.
 Thomas Morus incarceratur. f. 583. capite plectitur. f. 584.
 Thustanus fit Archiepiscopus Eboracensis. fol. 291.
 Tiberis exundatio ingens. f. 646.
 Tiberius movet in Germanos, Sarmatas, Dalmatasque. f. 2. fit Imperator. f. 3. Hebræos juvenes relegat in Sardiniam. f. 3. historiones Romæ ejicit. ibid. fraudulenter in Reges agit. f. 4. sævire incipit. f. 6. favet tamen Christianis. ibid. moritur. f. 7.
 Tiberius III. Imperator Arabescædit. f. 153. occiditur. f. 155.
 Tiberius Comes Avars debellat. fol. 108. à Justino Imperii collega assumitur. fol. 110. ejus victoriæ f. 112. mors. ibid.
 Tigemacus Episcopus Thaumaturgus. folio 98.
 Tillius Ducis Brunsvicensis exercitum magnâ clade afficit. f. 665. Comitibus titulo ornatur. f. 666. Danos vincit. f. 668. Holstadiâ ferè totâ potitur. f. 672. Bambergæ Suecos cædit. f. 676. obit ex vulnere. f. 677.
 Tillo moritur. f. 153.
 Tilpinus Archiepiscopus Rhemenis. folio 168.
 Timæus Episcopus. f. 40.
 Timotheus Ælurus obruditur Ecclesiæ Alexandrinæ. f. 81. sede pellitur. f. 82. succedit Timotheus Solofaciolus. ibid. pellitur à Sede per priorem. f. 84. hic seipsum occidit. ib.
 Timotheus Constantinopolitanus Episcopus hæreticus moritur. f. 92.
 Titus Episcopus Manichæorum oppugnator. fol. 64.
 Titus ordinatur Episcopus. fol. 9. moritur. f. 18.
 Titus Vespasiani filius agit triumphum. folio 14. veneno tollitur. f. 15.
 Titus Flavius Scriptor. f. 28.
 Toletanum Concilium primum. f. 69.
 Tolosa à Normannis capitur & incenditur. f. 193.
 Tomambaisus Egypti Sultanus à Turcis suspendio traditur. f. 571.
 Tomassii

Tomasi Cardinalis liberalitas in pauperes. fol. 761.
Tomasi Eromite acta & mors. folio. 433.
Tomianus Episcopus Annachiensis. folio 141.
Touelli Eromite vita & mors. f. 396.
Touementum infelix. f. 366.
Touphini Episcopi sancta mors. fol. 367. NB. variant in anno obitus Authores.
Totila Regis victorie in Italia. f. 99. Tibure potitur. f. 100. Romanam occupat, ibid. moenia ejusdem destruit. f. 101.
Tozzo Episcopus Augustanus moritur. folio 141.
Trabs igneus in aere. f. 444.
Traditores unde didi. f. 44.
Trahinus Rex Romanorum in Britannia occiditur. f. 48.
Trajanus nominatur Caesar. f. 17. vincit Dacos & Scythas. f. 18. Armenis & Parthis bellum infert. f. 19.
Trajectum expugnatur ab Hispanis. folio 619.
Trafamundus fit Vandalorum Rex. folio 87. Catholicos persequitur. f. 89. moritur. f. 93.
Trafamundus Dux Spoletanus. f. 164.
Trebellius ex Rege Monachus. f. 198.
Trebnicense Monasterium fundatur. folio 239.
Tritici pluvia. fol. 235.
Trophimus Martyr. 42.
Tropertus Eremita sanctus occiditur. folio 135.
Trumvinus Episcopus moritur. folio 154.
Trustanus ex Archiepiscopo Monachus obit. f. 302.
Tuathal Margarb Hyberniae Rex. folio 96.
Tugium se confederatis Helvetis jungit. folio 444. inundationis damnum sentit. folio 504.
Tullius Ursinus fit Cardinalis. f. 333.
Tumulus Bononiensis Authore Petro Corfulinio ejusque malus finis. f. 486.
Tumulus civium Colonienfium. f. 567. Tumulus in Pannonia. folio 568. in Catalonia. folio 686. in Regno Neapolitano. fol. 694.
Tumulus plebis Hage-Comitum. f. 720. Constantinopoli. folio 737. in Moscoviâ. folio 746. in Lithuania. ibid. Bruxellis. fol. 768. Thorunii. fol. 778.
Tunetum ab Hispanis capitur. folio 614.
Turbo vehemens. f. 646. 687. 749. 752. 759. 762. 776.
Turcae tuam potestatem extendunt. folio 270. magna eorum clades. folio 553.
Turcarum ingens clades. folio 624. 657. Polonos cedunt. folio 663. vicissim maximâ strage afficiuntur. f. 664. Vivannum, pluraque alia loca Ungariae occupant. folio 711. frequentes patiuntur clades. folio 712. 738.
Turegi interceptio frustra tentatur. f. 444. occupatur. f. 445.

Turanni Campi Martii Galli prospera expeditiones Iberica. f. 721. 722. 723. glo. bo. trajechus obit. f. 723.
Tuscane Veronensis sanctus obitus. folio 437.
Tuscilini Monachi felix obitus. folio 310.
Tutelo Monachus sanctus floret. f. 206. moritur. fol. 209.
Turo Episcopus Ratisponensis obit. folio 216.
Typographia in Germania stabilitur. folio 514.
Tyrannus Episcopus Antiochenus. f. 41. moritur. f. 47.

V.

V Adomorus Francorum Rex captus relegatur. folio 58.
Valcellensis cœnobii initium. f. 282.
Valens Imperator rebaptizatur, orthodoxos persequitur. f. 61. 62. 63. comburitur, ibidem.
Valentinus fit Papa. f. 188.
Valentinus Episcopus Tarracinae. f. 47.
Valentinianus fit Imperator. fol. 60. obit. f. 63.
Valentinianus II. nascitur. f. 61. fit Imperator. f. 63. occiditur. f. 67.
Valentinianus III. Imperator Liciniam ducit uxorem. f. 78. occiditur. f. 81.
Valerius historiographus. f. 3.
Valetius Episcopus Trevirensis obit. folio 16.
Valerius Majorianus creatur Imperator Occidentis. f. 18. necatur. folio 82.
Valerianus fit Imperator. f. 35. Christianos persequitur. folio 36. à Sapore Rege capitur. fol. 37.
Valesiorum hæresis. f. 34.
Valid Arabum Dux. folio 156. obit. folio 159.
Vallis Comitum Monasterium conditur. folio 353.
Valpoli Martyrium. f. 634.
Varadinum Magnum Leopoldo I. Imperatori se subdit. f. 741.
Varanes Persiae Rex. f. 82.
Vasius Martyr. f. 88.
Ubaldecae sancta mors. f. 341.
Ubaldu Mantuae Episcopus. f. 272.
Ubelinus Episcopus Argentoratensis. folio 166.
Ubertus Archiepiscopus resignat. f. 327.
Udalricus Episcopus Augustanus & Monachus. f. 220. moritur. f. 229. NB. variant circa annum obitus Authores.
Udalricus Episcopus Curienfis obit. f. 362.
Udelbertus Episcopus Salisburgensis. f. 216.
Venantius Abbas. f. 108.
Venantius sancte moritur. f. 63.
Venerius Episcopus Mediolani. f. 70. obit. folio 73.
Venerius vir thaumaturgus. f. 121.
Venerius Abbas. f. 235.
Veneti à multis hostibus impetantur. f. 562. 563. excommunicantur. 564. interdicto supponuntur. f. 647.

Ventu

Venturinus Monachus claret. f. 431. obit. f. 439.
Venustianus Martyr. f. 47.
Verdianæ virginis sancta vita & mors. f. 351.
Veremundus ex Rege Monachus. f. 177. obit. f. 178.
Veremundi Abbatis vita & mors. f. 273.
Veronica de Bignasco vita & mors. folio 53.
Verfatus Bassa Turcicus ad Persas transit cum suis. f. 648.
Verus Episcopus Viennensis. f. 19.
Vespasianus Judæos cedit. f. 12. fit Imperator. f. 13. moritur. f. 15.
Vestales tres Virgines comburuntur. f. 16.
Vesuvius flammam evomere incipit. f. 15. 83. 149.
Veterani Generalis Caesareus fortiter dimicans occumbit. f. 743.
Vetranio acclamatur Imperator. f. 54. purpurâ exiit. f. 55.
Vetus Cella conditur. f. 321.
Veziolo fit Archiepiscopus Moguntinus. f. 272. obit. f. 274.
Ugolini triste fatum. f. 399.
Ugolinus Patriarcha obit. f. 402.
Ugolini Monachi sanctus obitus. f. 530.
Viator Episcopus moritur. f. 16.
Vibianus Thomasi fit Cardinalis. f. 320.
Vicelini Apostolica vita & mors. f. 309.
Victor miles Martyr. f. 25.
Victor Maximi Tyranni filius occiditur. folio 66.
Victor Maurus Martyr. f. 44.
Victor Episcopus Taurinensis. f. 46.
Victor Amadeus Regis Sardiniae filius nascitur. f. 747.
Victoria prodigiosa. f. 627.
Victor I. fit Papa. f. 27. Martyrio coronatur. f. 29.
Victor II. Papa eligitur. folio 257. obit. folio 259.
Victor III. decedit. f. 274.
Victorini Monachi sanctitas & pœnitentia rigida. f. 103.
Victoria Gallorum sancta. f. 742.
Vigilius intruditur in Papalem Sedem. fol. 97. mortuo Silverio tamen confirmatur. fol. 98. persecutionem patitur ab Imperatore. f. 102. enixè rogatur ad Sedem redire. ibidem. obit. f. 103.
Vigilius Episcopus Tridentinus. f. 69.
Vigorosi merita & obitus. f. 374.
Villacum urbs incendio perit. f. 728.
Vincentius Episcopus Martyr. f. 44.
Vincentii Victoris hæresis. f. 75.
Vincentius Abbas Martyr. f. 115.
Vincentius Madelgarius moritur. f. 123.
Vincentius Ferrerius multos Mauros convertit. f. 483. item Judæos. fol. 486. obit. folio 491.
Vincentii Bellovacensis scripta & obitus. folio 382.
Vincentii Insula per ignem subterraneum devastatur. f. 768.
Vinum prodigiosè auget S. Herveus Abbas. f. 121.

Vindemius Ostro-Gothorum Dux. f. 83.
Vindicianus fit Episcopus Cameracensis. f. 146. moritur. f. 158.
Virgilius Arelatenfis vita, mors. f. 126.
Virgilius Antiochenensis Episcopus occumbit Martyr. f. 151.
Virgilius Episcopus Salisburgensis. f. 171.
Virginus Rufus moritur. f. 17.
Vitalianus Scythæ bellum movet Imperatori. f. 91. occiditur. f. 92. NB. alii ejus necem feriùs ponunt.
Vitalianus Papa moritur. f. 143.
Vitalis à Bastia vitæ rigor. f. 547.
Vitalis Episcopus Antiochenus. f. 47.
Vitalis Carthaginensis hæresis. f. 75.
Vitellius Imperator nascitur. f. 3.
Vitiges Gothorum Rex Romam obsidet. folio 97.
Viti Amerbachii scripta & eruditio. f. 601.
Vitrum flexibile. f. 3.
Vitalis monstrosus. f. 388.
Uladislavus Locticus fit Rex Poloniae. fol. 405. pellitur. f. 407.
Uladislavus II. Ungariae Rex moritur. f. 570.
Uladislavus coronatur in Regem Poloniae. folio 678.
Ulfilaici Diaconi sancta & austera vita. f. 109.
Ulfidi Martyrium. f. 249.
Ulpianus Martyr. f. 45.
Ulrica Eleonora fit Sueciae Regina. f. 768. coronatur. f. 770.
Ultanus Episcopus sanctus moritur. f. 139.
Ulyssis Aldrovandi de re litteraria merita & mors. f. 646.
Umar fit Arabum Dux. f. 160. obit. f. 161.
Umberti Archithalassi Christiani insignis victoria. f. 440.
Unnus fit Archiepiscopus Hamburgensis. f. 212. obit. f. 217.
Vocheri Monachi & aliorum Martyrium. folio 298.
Volmarus Archiepiscopus Colonienfis obit. fol. 229.
Volmarus fictus Marchio Brandenburgicus. fol. 401.
Vologesus Parthorum Rex Romanos clade afficit. f. 24.
Volusianus urbis Praefectus fit Christianus. fol. 77.
Volusianus Episcopus abducitur. f. 88.
Vonones Regno exiit. f. 3.
Voraviense cœnobium conditur. f. 314.
Votienus Montanus obit. f. 4.
Urbanus I. fit Papa. f. 31. capite plectitur. f. 32.
Urbanus II. eligitur. f. 274. ejus acta. f. 278. moritur. f. 280.
Urbanus III. eligitur. folio 325. moritur. folio 326.
Urbanus IV. eligitur. folio 379. Festum Corporis Christi instituit. fol. 381. moritur. fol. 382.
Urbanus V. fit Papa. folio 451. Sedem Avenione Romam transfert. fol. 454. moritur. fol. 456.
Urbanus VI. eligitur. folio 461. veneno hausto mirè reconvalescit. folio 462. captivatur. folio 464. obit. f. 469.

Nnnnn 3 Urba-

Urbanus VII. eligitur & mox moritur. folio 629.
 Urbanus VIII. creatur Pontifex summus. f. 666. obit. f. 691.
 Urbica mala scemina lapidatur. f. 65.
 Urbicus Episcopus. f. 47.
 Urraca filia Alphonfi Regis nascitur. f. 321.
 Ursicini Schisma. f. 61.
 Ursio Episcopus deponitur. f. 271.
 Ursmarus Abbas sanctè decedit. f. 158.
 Urspsianus Senator & Martyr. f. 41.
 Urspringense Monasterium conditur. f. 208.
 Ursula cum 11000. virginibus Martyrio coronatur. f. 65.
 Ursus Venetorum Dux fit Monachus. f. 212.
 Ufo Monachus floret. f. 199.
 Usun-Casanes Persarum Rex Turcas repetitis vicibus cedit. fol. 519. 532. moritur. folio 537.
 Usurarii infelix mors. f. 549.
 Usur Piale Archithalaffi Turcici mors & dictum. f. 690.
 Vulfila Episcopus Gothorum. f. 62.
 Vulmari Abbatis sancta mors. f. 151.
 Uxoridium tragicum. f. 178. uxoricidii pœna. f. 749.

W.

WAipharius Dux occiditur. f. 171.
 Walafridus Abbas moritur. f. 172.
 Walafridus Strabo moritur. f. 193.
 Waldrada Abbatissa obit. f. 127.
 Waldebertus sanctè obit. f. 142.
 Waldemar I. fit Rex Daniæ. f. 313.
 Waldemar II. capitur. f. 351.
 Waldenses hæretici delentur. f. 591.
 Waldrada pellex Lotharii Regis. f. 196. dimititur. f. 197.
 Waldungus Carinthiæ Dux in se conjurantes vincit. f. 173. decedit. f. 174.
 Wallensteinus Cæsaris Polemarchus Mansfeldii exercitum cedit. f. 669. Bethlem Gaborem reprimit. f. 672. Stralsundum frustra obsidet, sed Rostochium expugnat, & Bohemiæ rusticos clade afficit. f. 672. Suecos Bohemiâ ejicit. f. 676. Lipsiam occupat. fol. 677. Suecos iteratis cladibus afficit, Silesiam, Marchiam Brandenburgicam, Pomeraniam ferè totam occupat. f. 678. Suecos rursus cedit. f. 679. ob ambitam Bohemiæ coronam Egræ occiditur. ibidem.
 Wallia fit Rex Gothorum. f. 74. insignes obtinet victorias. f. 75.
 Walpurga Hersverdensis cœnobii conditrix. f. 191.
 Walrami Comitis post mortem pœnæ. folio 446.
 Waltheri de Bierbacht ex Barone Monachi felix obitus. f. 351.
 Waltherus Episcopus Basileensis deponitur. f. 346.
 Wando sanctus Abbas obit. f. 169.
 Wandregisilus Abbas. f. 141. moritur. f. 342.

Waningus moritur. f. 148.
 Wansulphus Episcopus moritur. folio 134.
 Waso fit Archiepiscopus Trevirensis. folio 182.
 Weingartense cœnobium contra Suecorum invasionem Cœlites mirè tuentur. f. 690.
 Welfridus Abbas Thaumaturgus. folio 202.
 Welfridus Comes Altorfensis. f. 199.
 Wemerus Martyr. f. 399.
 Wenceslaus Bohemiæ Rex occiditur. folio 217.
 Wenceslaus Caroli IV. filius nascitur. f. 450. fit Rex Romanorum. f. 460. exauthòratur. f. 476. obit. f. 491.
 Wenceslaus Luxemburgi & Brabantia Dux prælio vincitur & capitur. f. 456. dimittitur. f. 457. moritur. f. 465. captivatur. f. 472.
 Wenceslaus Ottocari Regis filius nascitur. folio 411.
 Wenceslaus Rex Bohemiæ obit. folio 411.
 Wenefrida Virgo occisa, resuscitatur. folio 121.
 Weomadus Episcopus Trevirensis. f. 168. moritur. f. 175.
 Werburga Abbatissa obit. f. 176.
 Werdense cœnobium conditur. folio 157.
 Werdinus Abbas obit. f. 393.
 Werenfridus vir Apostolicus claret. folio 156.
 Werinarius Archiepiscopus Magdeburgensis necatur. f. 270.
 Wiboradis Virgo claret. f. 212. necatur. f. 214.
 Wicleffius hæresiarca emergit. f. 444. miserè obit. f. 466.
 Wicterpus Episcopus Augustanus. f. 138. moritur. f. 139.
 Wicterpus Episcopus Turonensis decedit. f. 169.
 Widgarius Episcopus Augustanus. f. 207. obit. f. 208.
 Wido Imperatoris nomen assumit. f. 204. coronatur. ibidem. obit. f. 207.
 Wifeburga filia Annæ Regis & Monialis claret. f. 157.
 Wigberti Frisiæ Apostoli Martyrium. f. 152. NB. variant circa annum Martyrii Authores.
 Wigberti Abbatis sanctus obitus. folio 167.
 Wigfridus Archiepiscopus Colonienfis obit. f. 223.
 Wilfridus Episcopus sede suâ pellitur. f. 147. restituitur. ibidem. gentes convertit. f. 148. moritur. f. 164.
 Wilhelmina Amalia Josephi I. Romani Regis sponsa Viennæ advenit. f. 747.
 Wilhelmus Dux Bavariæ obit. f. 484.
 Wilhelmus Dux Montensis victus capitur. f. 474.

Wil-

Wilhelmus Dux Normanniæ occiditur. folio 219.
 Wilhelmi ex Comite Monachi vita præclara. f. 210.
 Wilhelmus Henricus Princeps Nassovio-Arausiacus nascitur. f. 693. cum classe in Angliam appellit. f. 737. coronatur cum conjuge in Regem. folio 738. moritur. folio 749.
 Wilhelmus Juliensis Comes interficitur. fol. 392.
 Wilhelmus II. Angliæ Rex miserè moritur. f. 280.
 Wilhelmus Scotiæ Rex vitam finit. folio 345.
 Wilhelmus Siciliæ Rex obit. f. 316. succedit in regno filius ejusdem nominis.
 Willa Regina fit Monialis. f. 224.
 Willchadus Frisios convertit. f. 174. moritur. f. 177.
 Willcharius Dux Suevorum bellum habet à Pipino. f. 157.
 Willegisus fit Archiepiscopus. f. 230. obit. f. 240.
 Willeicus Abbas sanctus vitam finit. folio 162.
 Willericus Archiepiscopus Bremensis obit. fol. 190.
 Willibaldus fit Episcopus Aichstadiensis. f. 165. moritur. f. 176.
 Willibrordus Germaniæ Apostolus mittitur. f. 151. ordinatur Episcopus. f. 153.
 Willicarius Episcopus Viennensis fit Monachus. f. 165.
 Wimo Danorum Apostolus. f. 215.
 Wimthonis Abbatis vita & mors sancta. folio 295.
 Winebaudi Abbatis vita & miracula. fol. 162.
 Winocus Abbas sanctus moritur. f. 159.
 Winheimium conditur. f. 76.
 Winmari sacrilegi pœna. f. 207.
 Winvalocus Abbas Thaumaturgus obit. fol. 95.
 Wiro Episcopus claret. f. 154.
 Witburga Virgo regia & Monialis obit. folio 135.
 Witekinds rebellans vincitur. f. 175. baptizatur. f. 176.
 Witefindus Martyr. f. 195.
 Witgerus Episcopus Argentoratensis moritur. f. 171.
 Witiza Hispaniæ Rex scelestus. f. 155. moritur. f. 157.
 Witelesius Merciorum Rex. f. 187.
 Wolbodo Episcopus Leudienfis obit. f. 247.
 Wolfgangus Episcopus Constantiensis obit. fol. 189.
 Wolfgangus Episcopus Ratisponensis claret. f. 229.
 Wolgerus Episcopus Herbipolensis obit. folio 189.
 Wolfoldi Abbatis vita & mors sancta. folio 300.
 Wolframus Abbas occiditur. f. 307.
 Wolphelmi Abbatis vita & mors sancta. folio 265.

Wormatia occupatur. f. 84. plurimum conflagr. f. 366.
 Wostani Episcopi acta & mors sancta. folio 277.
 Wrangelius Suecici exercitus Præfectus summus. fol. 693. Franconiam, Sueviam &c. incendiis fœdat. ibidem. à Cæsareanis repellitur. f. 694.
 Wratislavia prodigioso incendio perit. fol. 436.
 Wratislaus Bohemiæ Dux moritur. folio 212.
 Wulfo Episcopus obit. f. 154.
 Wulfrannus Episcopus Senonensis obit. folio 165.
 Wulfrannus Frisios convertit. f. 153.
 Wulpherus fit Rex Merciorum. f. 139. moritur. f. 145.
 Wulstanus fit Archiepiscopus. f. 240. obit. f. 247.
 Wunibaldus Abbas sanctè moritur. folio 171.

X.

XEnaias Episcopus hæreticus. f. 86.
 Xequii victoris modestia. f. 633.

Y.

YDaberga Ducissa fit Monialis. folio 138.

Z.

Zacharias Episcopus Martyr. f. 19.
 Zacharias Papa eligitur. f. 165. ejus acta. f. 166. obit. f. 168.
 Zachariæ Monachi sancta vita. f. 421.
 Zacharias Petronius Abbas Casinensis Thaumaturgus obit. f. 693.
 Zama Episcopus Bononiæ. f. 38.
 Zamanes Saracenorum Dux vincitur. f. 161.
 Zambdas Episcopus Hierosolymitanus moritur. f. 41. 42.
 Zamoiscii Poloniæ magni Cancellarii merita. f. 644.
 Zapha Rex 200. Monachos occidit. f. 189.
 Zatus Rex fit Christianus. f. 93.
 Zebennus Episcopus Antiochenus. f. 32. moritur. f. 33.
 Zeno Monachus floret. f. 75.
 Zeno Imperatoris gener. f. 83. Imperium capessit. ibidem. pellitur. f. 84. ad Imperium redit. ibidem. Ecclesiasticam jurisdictionem usurpat, Pontificios Legatos cruciat. fol. 85. vivus sepelitur. f. 87.
 Zenobia imperat. f. 37. vincit Romanos. f. 38. vincitur ipsa, capitur & dimititur. f. 39.
 Zenobius Episcopus Florentinus. f. 63. moritur. f. 72.
 Zephyrinus fit Papa. f. 29. moritur. f. 31.
 Zeyt Abuzeyt Rex Saracenus sacra Christiana suscipit. f. 355. uxorem ducit. f. 362.
 Ziebil Turcarum Dux suppetias fert Heracli Imperatori. f. 128.
 Ziptineus Bohemorum Princeps victus convertitur. f. 216.

Ziska

Index Operis Alphabeticus.

Ziska Pragæ sævit. f. 491. ejus sævities Austæ
ostensa. f. 492. item Jaromizæ & alibi. f.
493. 494. 495. peste obit non sine Catholi-
corum funeribus. f. 496.
Zloczovva urbs incendio perit. f. 741.
Zonas Monachus hæreticus. f. 96.
Zoe Augustæ fatum. f. 212.
Zoilus creatur Episcopus Alexandrinus. f. 97.
Zolnockum conflagratur. f. 746.
Zonaras Historicus floret. f. 289.
Zosimi Ariani Episcopi excommunicati' dira
pœna. f. 57.
Zosimus Papa. f. 75. moritur. ibidem.
Zosimus Episcopus Syracusanus. f. 141.
Zotto Dux Beneventanus moritur. f. 116.
Zwvinglius nascitur. f. 541. suam hæresim spar-
git. f. 572. à Luthero discedit. f. 575. occi-
ditur in prælio. f. 581.

F I N I S.

E R R A T A.

Fol. 11. col. 1. leg. altercansque. f. 14. col. 1. pro idolo.
leg. indole. ibid. col. 2. leg. Cadurcenses. f. 15. col. 1.
leg. Saturnini. col. 2. ibid. leg. idem. f. 17. col. 2. leg.
confidite. f. 20. col. 1. leg. sive morbo. f. 22. col. 1. leg.
portam. f. 39. col. 2. leg. sive morbo sive gladio. f. 41.
col. 1. leg. egregiam. f. 44. col. 2. leg. sacrificaret. f.
50. col. 1. leg. sanitatisque. f. 53. col. 1. leg. Christia-
nos. f. 61. col. 1. leg. tetigit. f. 62. col. 1. leg. Romanos.
f. 63. col. 2. leg. Umbria. f. 94. col. 2. leg. panem. f. 99.
col. 1. leg. restarurum. f. 105. col. 1. leg. Ecclesia. f. 108.
col. 1. leg. Hispania. f. 114. col. 1. leg. duceret. f. 115.
col. 2. leg. multrum. ibid. leg. ac sexus. f. 131. col. 1.
leg. Viridunensi. f. 196. col. 1. leg. S. Eulogii Presbyteri
operâ. f. 202. col. 1. pro Carolo Calvo. leg. Carolo
Crasso. f. 203. col. 1. leg. Marrinus hujus nominis Pa-
pa I. f. 204. lin. 1. omittenda est mors Genferici. f. 205.
col. 1. leg. baptizari. f. 208. col. 1. leg. Donaldus VI. f.
227. col. 1. leg. nimium. ibid. leg. Haraldus VI. NB. f.
189. omittenda est mors S. wolffgangi. f. 230. col. 1. leg.
ejecto Bonifacio. f. 248. col. 1. leg. decedit. f. 244. col.
1. lin. ult. pro nascitur. leg. floret. f. 259. col. 2. leg. Ste-
phanus X. f. 266. col. 2. omittenda est vita Ebbæ jam
alibi posita. f. 306. col. 1. leg. Avifianus. f. 332. col. 2.
omittendum verbum secundus. f. 335. col. 1. leg. pro
Confessus Confessor. f. 394. col. 1. leg. florent. f. 351.
col. 2. leg. instituitur. f. 353. col. 2. leg. Papâ III. f. 355.
col. 1. leg. Phit. f. 357. col. 1. leg. momenti. f. 358. col.
2. leg. Navarra Reges. f. 364. col. 2. leg. Salernitani. f.
369. col. 1. leg. obsidetur. ibid. leg. filius & Cernai. f.
375. col. 2. leg. Belæ. f. 386. col. 2. leg. celebratur. f.
393. col. 2. leg. pantheon. f. 409. col. 1. leg. Ungari. f.
411. col. 1. leg. occubuit. f. 419. col. 2. leg. inter pa-
trem. f. 425. col. 2. leg. ingens. f. 432. col. 1. leg. Pa-
ravii. ibid. col. 2. leg. loculum. f. 436. col. 2. leg. de-
scensione. f. 437. col. 2. leg. clarissima. f. 439. col. 2. leg.
Cæsar-Augustano. f. 448. col. 1. leg. Hispali. f. 458. col.
1. leg. Angli. ibid. col. 2. leg. præter. f. 461. col. 1. leg.
Cardinales quidam. f. 465. col. 1. leg. dispersa. f. 466.
col. 1. leg. confessu. f. 471. col. 1. leg. colorem. f. 473.
col. 2. leg. major pars. f. 474. col. 2. leg. clathris. f. 477.
col. 2. leg. ulcera. f. 484. col. 2. leg. amplius quàm. f.
486. col. 2. leg. XXIII. f. 496. col. 2. leg. suspensis. f.
498. col. 1. leg. visi. f. 509. col. 1. leg. Lusaria. f. 500.
col. 1. leg. Orphanitarum. f. 509. col. 1. leg. est coactus.
f. 516. col. 2. leg. oppidorum. ibid. leg. succedit. f. 522.
col. 2. leg. Carolus VIII. f. 526. col. 1. leg. Capituli. f.
527. col. 2. leg. Paulus omisso idem. f. 528. col. 1. lin. 1.
omitte ut supra dictum. f. 535. col. 2. leg. Jacobus Pi-
cenus. f. 538. col. 2. leg. Magdeburgensis. f. 539. col. 1.
leg. Placentinus. ibid. leg. pro Maria, Maria. f. 558. col.
2. leg. Pius III. f. 563. col. 1. leg. præter solam. f. 569.
col. 2. leg. Corcyram. f. 574. col. 2. leg. Adrianus VI. f.
578. col. 1. leg. floret. f. 580. col. 1. leg. profugata. f.
581. col. 1. lege aditus. f. 585. col. 1. leg. causa. f. 596.
col. 1. leg. Albertus Marchio. f. 604. col. 2. leg. Brun-
svico-Luneburgicus. f. 611. col. 2. pro eadem. leg. eodem.
f. 617. col. 2. pro publicæque leg. publicæque. f. 618.
col. 2. pro percussu. leg. percussu. f. 618. col. 2. pro de-
fendendi. leg. dedendi. ibid. pro sexto leg. sex. f. 619.
col. 2. leg. patientiæ. f. 620. col. 1. pro conjiciunt. leg.
conjecit. f. 622. col. 2. leg. extorsit. f. 623. col. 2. leg.
Teneramundam. f. 621. col. 2. omittenda sunt verba
Theresa Ordinis Carmelitarum reformatrix sanctorum
albo inseritur. f. 626. col. 1. post verba Augustus Prin-
ceps Saxonie &c. adde. ei paulo post mors oculos clau-
dit. ibid. col. 2. leg. Croatia. f. 628. col. 1. leg. fecht-
sis. f. 629. col. 2. leg. Urbanus VIII. f. 630. col. 1. leg.
exercitui. f. 630. col. 2. leg. sanctitatis. f. 631. pro im-
peditus leg. impetitus. ibid. pro Galbam leg. Gallum.
f. 637. col. 1. leg. Nobilis. f. 638. col. 1. leg. crassa. f.
648. col. 1. pro utriusque leg. utrinque. f. 649. col. 2.
leg. Henrico IV. f. 652. col. 2. leg. Fulienfis. f. 655. col.
2. leg. Brandenburgicus. f. 666. col. 2. leg. Fuchs. a.
Dornheim. f. 675. col. 1. leg. Angli. f. 677. col. 1. leg.
Uladislaus VI. ibid. col. 2. leg. propè Brendesium ce-
duntur. f. 678. col. 1. leg. Uladislaus VI. f. 681. col. 2.
leg. pro cædunt. cedunt. f. 683. col. 1. leg. expensus. f.
684. col. 2. leg. Regi. f. 685. col. 1. leg. Casui Soc.
Jesu. f. 687. col. 2. leg. Caifung. fol. 688. col. 2. leg.
indies. f. 689. col. 2. leg. Gallia. f. 691. col. 2. leg. loca
varia. f. 693. col. 1. leg. Venetiis. f. 698. col. 2. leg.
virtutis. f. 702. col. 2. leg. Atrebatum. f. 706. col. 1. leg.
Alexandriam. f. 714. col. 2. leg. Sinensi. f. 715. col. 2.
leg. pro minis ruinis. f. 725. col. 1. leg. Alexius. f. 732.
col. 1. leg. expensa. f. 733. col. 1. leg. sævitiâ perierint.
f. 738. col. 1. leg. & Moguntia. f. 753. col. 1. leg. plura
ex perditis. f. 763. col. 1. leg. cum duobus. ibid. col. 2.
pro Prussionum leg. Prussionum. f. 768. col. 2. leg.
Fabricius Colonna. f. 773. col. 1.
pro sici. leg. sibi.

(0)

